Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lozola

Dela Casa de Luis

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, TOMVS XVI.

Complectens.

EXPOSITIONEM IN EPISTOLAS DIVI PAVLI APOSTOLI

Sermonesque tam pro Diebus Dominicis, quàm Sanctorum festiuitatibus.

CVM INDICE SERMONVM proprio, suoque apposito loco.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

VENETIIS MDXCV.

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

Coll. Cler. reg. S. Pauli Bonon.

IHS

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN OMNES EPISTOLAS D. PAVLI EXPOSITIO.

PROLOGVS.

VAS electionis, &c. Actuum 9. Homines in sacra scriptura inueniuntur vasis comparati propter quatuor, scilicet, propter constitutionem, repletionem, usum, & structum.

Primo enim quantum ad constitutionem: vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremiæ 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei, &c. Sic & constitutio hominum subiacet Dei arbitrio, de quo in Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde Esa. 45. dicit: Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis? Et infra nono capite ad Roman. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est, quòd secundum uoluntatem Dei artificis, diuersa inuenitur vasorum constitutio. secundæ Thim. secundo. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia. Beatus autem Paulus, qui vas electionis nominatur in verbis propositis, quale vas fuerit, patet, per id quod dicitur Ecclesiastici 50. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso Aureum quidem vas fuit propter fulgorem sapientiæ: de qua potest intelligi quod dicitur Gen. 2. & aurum terræ illius optimum est, quia vt dicitur Prouerb. 3. Pretiosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimonium perhibet ei, dicens 1. Petr. 3. Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Solidum quidem fuit uirtute charitatis: de qua dicitur Cant. vlt. Fortis est ut mors, dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, &c. poterunt nos separare a charitate Dei. Ornatum autem fuit omni lapide pretioso, scilicet omnibus virtutibus, de quibus dicitur primæ Corinth. 3. Si quis superædificat supra fundamentum hoc, aurum argentum, lapides pretiosos, &c. Vnde & ipse dicit 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in mundo. Quale autem fuerit istud vas, patet ex hoc, quod talia propinauit: docuit enim excellentissimæ diuinitatis mysteria, quæ ad sapientiam pertinent, vt patet 1. Corint. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Commendauit etiã excellentissime charitatem, 1. Cor. 13. Instruxit homines de diuersis uirtutibus, ut patet Colos. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, &c. Secundo etiam ad nasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleantur, secundum illud 4. Reg. 4. Illi offerebant vasa & illa infundebat. Inuenitur etiam inter vasa diuersitas quantum ad huiusmodi plenitudinem. Nam quædam inueniuntur vasa vini, quædam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersis gratijs, quasi diuersis liquoribus replentur diuinitus. 1. Corint. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij, &c. Hoc autem vas de quo nunc agitur plenum fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicitur Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Totus enim videtur fuisse hoc nomine plenus: secundum illud Apocal. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit. n. hoc nomen in cognitione intellectus, secundum illud 1. Cor. 2. Non. n. iudicaui me scire aliquid inter uos nisi Christũ. Habuit etiam hoc nomẽ in dilectione affectus secundum illud Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi. 1. Corint. vlt. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema: habuit etiam ipsum in tota vitæ suæ conuersatione. Vnde dicebat Gal. 2. Viuo autem iam non ego, uiuit vero in me Christus. Tertio quantum ad vsum, cõsiderãdum est q̃ omnia vasa alicui vsui deputantur, sed quædam ad honorabiliorem, quædam ad viliorem secundum illud Roman. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere illud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Sic etiam homines secundum diuinam ordinationem diuersis vsibus deputantur: secundum illud Eccle. 33. Omnes homines de solo & ex terra: vnde & creatus est Adã. In multitudine disciplinæ, dominus separauit eos, & immutauit vias eorum, ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autem vas ad nobilem vsum est deputatum, est. n. vas portatorium diuini nominis. Dicitur enim vt portet nomen meum, quod quidem nomen necessarium erat portari, quia longe erat ab hominibus secundum illud Esa. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autem nobis longinquum propter peccatum secundum illud Psal. 118. Longe a peccatoribus salus. Est etiam longinquum nobis propter intellectus obscuritatem. Vnde & quibusdam dicitur. Hebr. 11. quòd erant a longe aspicientes. Et Nume. 24. dicitur, Videbo eam, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Et ideo sicut Angeli diuinas illuminationes ad nos deferunt tanquam a Deo distantes, ita Apostoli euangelicam doctrinam a Christo ad nos detulerunt, & sicut in veteri Testamento post legem Moysi legũtur prophetæ, qui legis doctrinam populo tradebant secundum illud Malach. 4. Mementote legis Moysi serui mei, ita etiam in nouo Testamento post euangelium legitur Apostolorum doctrina, qui ex quæ a domino audierunt, tradiderunt fidelibus secundum illud 1. Corinth. 11. Accepi a domino quod & tradidi vobis. Portauit autem Beatus Paulus nomen Christi. Primo quidem in corpore, conuersationem & passionem eius imitando, secundum illud Galat. vlti. Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto. Secundo in ore, quod patet in hoc quòd in epistolis suis frequentissime Christum nominat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, ut dicitur Matt. 12. Vnde potest significari per columbam, de qua dicitur Genes. 8. Quod venit ad arcam portans ramum oliuæ in ore suo. Quia. n. oliua misericordiã significat, congrue per ramum oliuæ accipitur nomẽ Iesu Christi, quod etiã misericordiam significat, secundũ illud Matth. 1. Vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hunc autem ramum virentibus foliis detulit ad arcã, scilicet, ecclesiam: quando eius virtutem & significationem multipliciter expressit, Christi gratiam & misericordiam ostendendo. Vnde iste dicit 1. Timot. 1. Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Iesus Christus omnem patientiam. Et inde est quod sicut inter scripturas veteris testamenti, maxime frequentantur in ecclesia Psalmi Dauid, quod post peccatum veniam obtinuit: ita in nouo testamento frequentantur epistolæ Pauli, qui misericordiam consecutus est, vt ex hoc peccatores ad spem erigantur, quamuis possit & alia ratio esse, quia in vtraque scriptura fere tota theologiæ continetur doctrina. Tertio portauit non solum ad præsentes, sed etiam ad absentes & futuros sensum scripturę tradendo, secundum illud Esa. 8. Sume tibi librum grandẽ, & scribe in eo stilo hominis. In hoc autem officio portandi nomẽ Dei, ostenditur eius excellentia quantum ad tria. Primo quidem quantum ad electionis gratiã, vnde dicitur vas electionis, Ephes. 1. Elegit nos in Christo ante mundi constitutionẽ. Secundo quantum ad fidelitatem, quia nihil sui quæsiuit, sed Christi, secundum illud 2. Corint. 4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Chri-

VAS electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. Act. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum Iesum. Vnde dicit vas electionis est mihi. Tertio quantum ad singularem excellentiam. Vnde ipse dicit 1. Corinth. 15. Abundantius illis omnibus laboraui. Vnde ingeniter dicit. Vas electionis est mihi, quasi præ alijs singulariter. Quantum ad fructū considerandum est, quòd quidam fuit q̄ dicti vasa inutilia, vel propter peccatum, vel propter errorem, secūdum illud Hier. 51. Reddidit me quasi vas inane. Sed Beatus Paulus fuit purus a peccato & errore, vnde fuit vas electionis vtile secundum illud 2. Tim. 2. Si quis emundauerit se ab istis, scilicet erroribus & peccatis: erit vas in honorem sanctificatum, vtile domino. Vnde vtilitas siue fructus huius vasis exprimitur cum dicitur. Coram Gentib. quarum doctor fuit secundum illud 1. Tim. 2. Doctor gentium in fide & veritate. Et regibus, quibus fidē Christi annūciauit, sicut Agrippæ, vt habetur act. 26. Et etiam Neroni & eius principibus. Vnde dicit Philip. 1. Quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt euangelij: ita, ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio. Esa. 49. Reges videbunt, & consurgent principes. Et filijs Israel: cōtra quos de Christo disputabat Act. 9. Salus autem magis conualescebat & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Sic igitur ex verbis, præmissis possumus accipere quatuor causas huius operis, s. epistolarum Pauli, quas præ manibus habemus. Primo quidem auctorem in vase. Secundo materiam in nomine Christi quæ est plenitudo vasis: quia tota doctrina hæc, est de doctrina Christi. Tertio modum in vsu portationis. Traditur enim hæc doctrina per modum epistolarum, quæ per nuncios portari consueuerunt, secūdum illud 2. Para. 30. Perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio, &c. Quarto distinctionem operis in vtilitate prædicta. Scripsit enim 14. epistolas quarum nouem instruunt ecclesiam Gentium: quatuor prælatos & principes ecclesię, ideſt reges: vna populum Israel, scilicet, quæ est ad Hebr. 1. est enim hæc doctrina tota de gratia Christi, quæ quidem potest tripliciter considerari. Vno modo secundum q̄ est in ipso capite, scilicet Christo, & sic commendatur in epist. ad Heb. Alio modo secundum quòd est in membris principalibus corporis mystici, & sic commendatur in epistolis quæ sunt ad prælatos. Tertio modo secundum quòd in ipso corpore mystico quo d est ecclesia: & sic commendatur in epistolis quæ mittuntur ad gentiles: quarum hæc est distinctio. Nam ipsa gratia Christi tripliciter potest considerari. Vno modo secundum se, & sic commendatur in epistola ad Rom. Alio modo secundum quòd est in sacramentis gratiæ, & sic commendatur in duabus epistolis ad Cor. In quarum prima agitur de ipsis sacramentis. In secunda de dignitate ministrorum. Et in epist. ad Galat. in qua excluditur superflua sacramenta cōtra illos, qui volebant vetera sacramenta nouis adiungere. Tertio considerātur gratia Christi secundum effectum vnitatis quem in ecclesia fecit. Agit ergo Apostolus primo quidem de institutione ecclesiasticæ vnitatis, in epistola ad Ephes. Secundo de eius confirmatione & profectu in epist. ad Phil. Tertio de eius defensione, contra errores quidem in epist. ad Coloss. contra persecutores vero præsentes in 1. ad Thes. contra futuras vero, & præcipue tempore antichristi, in secunda. Prælatos vero ecclesiarum instruit & spirituales & temporales. Spirituales quidem de institutione, institutione & gubernatione ecclesiasticæ vnitatis in prima ad Tim. de firmitate contra persecutores in secunda. Tertio de defensione contra hæreticos in epist. ad Titum. Dominos vero temporales instruit in epistola ad Philemonem. Et sic patet ratio distinctionis & ordinis omnium epistolarum. Sed videtur quòd epistola ad Rom. non sit prima: prius enim videtur scripsisse ad Cor. secundum illud Rom. vlt. Commendo autem vobis Phebem sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Chenchris, vbi est portus Corinthiorum. Sed dicendum quod epistola ad Cor. prior est in tempore scriptura, sed epistola ad Rom. præmittitur tum propter dignitatem Romanorum qui alijs gentibus dominabantur, quia hic confutabatur iuj erbia, quæ est inutium omnis peccati, ut dicitur Eccl. 20. tum quia etiam hoc exigit ordo doctrinę, vt prius gratia consideretur in se, quàm ut est in sacramentis. Item quæritur, unde apostolus hanc epistolā scripsit. Aug. dicit de Athenis, Hieronymus quod de Corintho. Nec est contradictio, quia forte Athenis incepit eam scribere, sed Corinth. consumauit. Item obijcitur contra id quod in glossa dicitur, quod aliqui fideles ante quam Petrus, Romanis prædicauerunt. In ecclesiastica uero historia dicitur, quod Petrus primus prædicauit eis. Sed intelligendum est primus inter Apostolos, & cum sequela magni fructus: ante vero prædicauerat Romæ Barnabas, vt habetur in itinerario Clementis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN EPISTOLAM AD ROMANOS EXPOSITIO.

PRIMI CAPITIS LECTIO PRIMA.

PAE C epistola, in duas partes diuiditur. S. in salutationem, & epistolarem tractatum, qui incipit ibi; [Primum quidem gratias, &c.] Circa primum tria facit: Primo, describitur persona salutans. Secūdo, personæ salutatæ, ibi; [Omnibus qui sunt Romæ.] Tertio, salus optata, ibi; [Gratia vobis, &c.] Circa primum duo facit, Primo. n. describitur persone authoritas. Secundo, cōmendatur eius officium, ibi; [Quod ante promiserat, &c.] Persona aūt scribentis describitur a quatuor. Primo quidē ex nomine cum dicit [Paulus.] Circa q̄ tria considerāda sunt. Primo quidē proprietas eius. Hoc. n. nomen (ſm q̄ his literis describitur) non potest Hebraicum esse, quia apud Hebraicos non inuenitur hoc elemētum P. Sed potest esse Græcum & Latinum, si tamen aliquod elementum ei propinquū sumatur id q̄ est P, potest esse Hebræum. Secundo, considerāda est eius, significatio: secūdum. n. q̄ potest Hebræum esse, ideo n est quod mirabilis, uel electus: secundū aūt quod est Græcum, idem est q̄ quietus: secundū vero quod est Latinum, idem est quod modicus. Et hæc quidē ei cōueniunt. Electus quidem fuit quantum ad gratiam. Vnde Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Mirabilis fuit in opere. Eccles. 43. Vas admirabile opus excelsi. Quietus in contemplatione. Sapien. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Modicus per humilitatem. 1. Cor. 15. Ego autem sum minimus apostolorum. Tertio considerandū est quando sit hoc nomen apostolo, impositum, cum tñ ante Saulus vocaretur, vt habetur act. 9. Circa hoc triplex est opinio Hier. dicit q̄ cum prius vocaretur Saulus, postmodū voluit vocari Paulus, propter quoddā insigne suum, q̄ fecit. S. quia cōuertit Sergiū Paulum procōsulem: vt habetur Act. 13. Sicut & Scipio dictus est Africanus, quia deuicit Africam. Alij vero dicunt, quod hoc nomen impositum est sibi propter profectum virtutum, qui ex hoc nomine signatur: vt dictū est. Imponuntur. n. diuinitus quibusdā nomina a principio natiuitatis, ad designandum gratiam, quam a principio cōsequūtur, sicut patet de Ioāne Baptista. Luc. 1. Quibusdam vero mutantur nomina ad designādum profectum virtutis eorum, vt Chrysost. dicit. Sicut patet de Abraham. Gen. 17. Et de Petro Matt. 16. Alij vero dicūt & melius, q̄ Paulus fuit a principio binominus. Consuetum. n. erat apud Iudæos, vt simul cū nominibus hebraicis assumerent sibi nomina illarū gentium quibus seruiebant, sicut Græcis seruientes nominabantur nominib. Græcorum: vt patet de Iasone & Menelao, 2. Machab. 4. Hoc aūt nomen Paulus, ab antiquo celebre fuit apud Romanos: & ideo cum diceretur Saulus ſm Hebræos, vocatus est et Paulus secundū Romanos, quo nomine non videtur vsus, nisi postquā cepit Gentib. prædicare. Vnde Act. 13. dicitur: Saulus qui & Paulus. Et hoc magis approbat August. Secundo, describitur persona scribēris ex cōditione cum dicit [Seruus Christi,] videtur aūt esse subiecta conditio seruitutis, si absolute consideretur. Vnde & sub maledicto pro peccato infligitur. Genes. nono. Maledictus Canaam puer, seruus seruorum erit fratrum suorum. Sed redditur commendabilis, ex eo q̄ additur [Iesu Christi.] Christus. n. interpretatur vnctus, secundum illud Psalm. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus, &c. Per quod designatur dignitas Christi, & quantum ad sanctitatē, quia sacerdotes vngebantur, vt patet Exod. 28. Et quantum ad potestatem, quia et reges vngebantur, vt patet de Dauid 1. Reg. 16. & de Salomone, 3. Reg. 1. Et quantū ad cognitionem, quia et prophetæ vngebantur, vt patet de Heliseo 3. Regum 19. Quòd autem aliquid subijciatur suæ saluti, & spirituali vnctioni gratiæ, laudabile est, quia tanto aliquid est perfectius, quanto magis suæ perfectioni subijcitur; sicut corpus animæ, & aer luci. Psalm. 115. O domine quia ego seruus tuus sum. Sed contra est quod dicitur Io. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Sed dicendū, q̄ duplex est seruitus. Vna timoris, quæ nō cōpetit sanctis. Roma. 8. Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, &c. Alia humilitatis & amoris, quæ sanctis conuenit, ſm illud Luc. 17. Dicite, serui inutiles sumus. Cum enim liber sit qui est causa sui, seruus autem qui est causa alterius: sicut ab alio mouente motus, si quis sic agat causa alterius sicut ab alio motus, sic est seruitus timoris, quæ cogit hominem operari contra suam voluntatem. Si vero aliquis agat causa alterius, sicut propter finē, sic est seruitus amoris, quia amicorum est benefacere, & obsequi amico propter ipsum, vt Philosophus dicit in 9. Et hic. Tertio cōmendatur a dignitate eū dē vocatus Apostolus. Dignitas Apostolatus est precipua in ecclesia, ſm illud 1. Corin. 12. Quosdā quidē posuit Deus in ecclesia, primū Apostolos. Apostolus. n. idem est q̄ missus, ſm illud Io. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto uos, i. ex ea dē dilectione & cum eadē authoritate. Dicit aūt: vocatus Apostolus ad designādum gratiā, i. vocatus ad hoc q̄ sit Apostolus, Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorē, &c. vel ad designandū excellentiam, vt sicut vbs anthonomastice vocatur ipsa Roma, ita Apostolus vocatur Paulus ſm illud 1. Cor. 15. Abundantius illis omnib. laborauī. Vel ad designā dum humilitatē, vt sit sensus, nō audeo me dicere Apostolum, sed homines me ita vocant: sic 1. Cor. 15. Nō sum dignus vocari Apostolus. Quarto describitur persona scribentis ex officio cum dicit; [Segregatus in euāgeliū Dei.] Segregatus inquā, vel p conuersionē ab infidelib. ſm illud Gal. 1. Cū aūt placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meę. s. synagoge: vel segregatus p electionem ab alijs discipulis, ſm illud Act. 13. Segregate mihi Saulū, &c. Euangelium aūt idē est q̄ bona annūciatio. Annūciatur. n. in ipso coniunctio hominis ad Deū, quæ est bonum hominis, ſm illud Psal. 72. Mihi autē Deo adhærere bonū est. Triplex autē cōiunctio hominis ad Deū annunciatur in euāgelio. Prima quidem per gratiam vnionis, ſm illud Io. 1. Verbū caro factum est. Secunda per gratiam adoptionis, prout inducitur in Psalm. 81. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Tertia, per gloriam fruitionis Ioann. 17. Hæc est vita æterna Esa. 52. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis: hæc autem annunciatio non humanitus, sed a Deo facta est. Esa. 21. Quæ audiui a domino exercituū Deo Israel, annunciaui vobis. Vnde dicit, [In Euangelium Dei.]

LECTIO PRIMA.

PAVLVS seruus IESV CHRISTI, vocatus Apo

LECTIO II.

Vod ante promiserat per

sto. segregatus in Euangelium Dei.

LECTIO II.

DEscripta persona scribentis, Hic commendatur negociū sibi cōmissum, s. Euangelium, cuius in præmissis duplex cōmendatio posita est, quarum vna pertinet ad vtilitatē quam habet ex materia, quæ significatur ex ipso euangelij nomine, ex quo datur intelligi, q̄ in eo bona annūcientur. Alia vero ex authoritate quā habet ex parte authoris, quæ est expressa in eo quod dictum est; [Dei.] Vtranque ergo commendationem prosequitur Apostolus. Primo quidem illam quæ est ex parte authoris. Secūdo, illam quæ est ex parte materiæ, ibi; [De filio suo.] Circa primum commendatur euangelium quadrupliciter. Primo quidem, ex antiquitate quod fuit necessarium contra Paganos, qui euangelio detrahebant, quasi post longa tempora subito eius prædicatio

Universidad de Deusto Biblioteca

esset exorta, & ad hoc excludendum dicit; [Quod ante,] quia licet ex tempore certo prædicari incœperit, ante tamen prænūciatum fuit diuinitus. Esa. 20. Antequam venirent indicaui tibi: Secundo ex eius firmitate, quæ designatur in hoc quod dicit; [Promiserat,] quia ipse ante promisit qui non mentitur. act. 13. Nos vobis annūciamus eā quæ ad patres nostros repromissio facta est. Tertio ex dignitate ministrorū siue testiū cum dicit;

prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

[Per Prophetas:] quibus ante fuerant reuelata quæ sunt completa circa verbum incarnatum. Amos 3. Non faciet Dominus Deus verbum, scilicet, incarnari, nisi reuelauerit secretū ad seruos suos prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetæ, &cæt. Signanter autem dicit, [Suos:] Sunt. n. aliqui prophetæ spiritu humano loquētes, secundum illud Hiere. 23. Visionem cordis sui loquuntur, nō de ore Domini. Vnde dicit ad Titum 1. Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta. Sunt etiam quidam prophetæ dæmonū, qui immundo spiritu inspirantur, sicut prophetæ quos interfecit Helias, vt dicitur 3. Regum 18. Sed prophetæ Dei dicuntur, qui diuino spiritu inspirantur. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Quarto ex modo tradendi, quia non solum sunt huiusmodi promissa verbo edita, sed literis scripta. Vnde dicit, [In scripturis.] Abacuc 2. Scribe visum & explana illud. Non autem consueuerunt scribi nisi magna, quæ sunt digna memoria, & quæ oportet ad posteros deuenire. Et ideo vt August. dicit 18. de ciuitate Dei, (Cap. 27.) tunc incœperunt scribi prophetiæ de Christo per Esaiam & Oseā, quando Roma est edita, sub cuius imperio Christus erat nasciturus, & fides eius gentibus prædicanda. Ioann. 5. Scrutamini scripturas, &cæt. Addit autem; [Sanctis] ad differentiam scripturarum gentilium. Dicuntur autem sanctæ: primo quidem, quia vt dicitur. 2. Petri. Spiritusancto inspirati. 2. Timoth. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata. Secundo quia sancta continent. Psalmus. Confitemini memoriæ sanctificationis eius. Tertio quia sanctificant. Vnde Ioann. 17. Sanctifica eos in veritate: Sermo tuus veritas est. Vnde dicitur 1. Machab. 12. Habentes solatio sanctos libros qui in manibus, & cæt. Secundo prosequitur commendationem, quæ sumitur ex bonis in euangelio denunciatis, quæ pertinent ad materiam euangelij, quæ est Christus, quem quidem commendat tripliciter. Primo quidem ex origine. Secundo ex dignitate siue virtute, ibi; [Qui prædestinatus.] Tertio ex liberalitate, ibi, [Per quem accepimus] Originem autem Christi describit duplicem. Primo quidem æternam cum dicit; [De filio suo.] In quo excellentiam euangelij designauit. Nam mysterium generationis æternæ, ante erat absconditum. Vnde Salomon dicit. Quod nomen eius & nomen filij eius si nosti? Sed in euangelio patris testimonio est declaratum. Matthæ. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus. Conuenienter autem filius Dei materia sanctarum scripturarum esse dicitur, quæ diuinam sapientiam exponunt, secundum illud Deuteron. 4. Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis. Filius autem dicitur esse verbum & sapientia, genita. Primæ Corinthio primo, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sed circa hanc filiationem tripliciter aliqui errauerunt. quidam enim dixerunt eum filiationem habere adoptiuam: sicut Fotinus, qui posuit Christū initiū sumpsisse ex Maria Virgine, quasi hominem purum, qui per vitæ meritum ad hāc celsitudinem peruenit, vt præ cęteris sanctis, filius Dei diceretur. Sed sm hoc Christo non competeret descensus ad humanitatem sed magis ascensus ad diuinitatē, contra id quod dicitur Io. 6. Descendi de cœlo. Quidam vero posuerunt huiusmodi filiationem solummodo nuncupatiuam, sicut Sabellius, qui dixit ipsum patrē incarnatum, & ex hoc filium nominari, ita quòd eadem sit persona & solum nomina sint diuisa, sed secundum hoc non competeret filio mitti a patre, quod falsum est, cum ipse dicat Ioann. 6. se descendisse vt faciat voluntatem eius qui misit eum. Alij vero posuerunt, sicut Arius huiusmodi filiationem esse creatam, ita quòd filius Dei sit excellentissima creatura, ex nihilo tamen producta, postquam prius non fuerat, sed secundum hoc omnia non essent per ipsum facta, contra id quod dicitur Ioan. 1. Oportet enim esse non factum per quem facta sunt omnia; & hæc tria excluduntur per hoc quod signanter addit, [Suo,] id est, proprio & naturali. Dicit enim Hilarius, hic verus & proprius est filius origine & non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate, non creatione: procedit enim a patre sicut verbum a corde, quod pertinet ad eandem naturam, præsertim in Deo, in quo non potest aliquid accidentaliter aduenire. Vnde ipse dicit Ioan. 10. Ego & pater vnū sumus. Quod dicit vnum, liberat te ab Ario: quod dicit sumus, liberat a Sabellio, vt August. dicit. (In Euāg. Io. tract. 36.) Secundo tangit temporalem originem cum dicit, [Qui factus est,] vbi statim videtur patrocinium sui erroris assumere, tres prædicti errores: per hoc, quod dicit, [Qui factus est ei,] non enim confitentur ęternū, sed factum: sed per ea, quæ addantur, tollitur eorum intētio: quia enim dicit; [Qui factus est ei,] excludit dictum Sabellij: non. n. potest esse filius factus patri, si sit eadē persona cum ipso, sed per incarnationē erit filius virginis. Quòd vero subdit; [Ex semine Dauid:] tollit intentionē Fotini. Si. n. per adoptionem esset factus Dei filius, non diceretur factus ex semine Dauid: sed magis ex spiritu, scilicet qui est spiritus adoptionis filiorum: vt dicitur Roman. 8. Et ex semine Dei, vt dicitur 1. Io. 3. Quod uero sequitur: [Secundum carnem:] tollit intentionem Arij: qui ponit eum factum non solum secundum carnem, sed etiā secundum diuinam naturam. Est etiam considerandum vlterius, quod circa ipsum incarnationis mysterium multipliciter aliqui errauerunt. Nestorius enim posuit vnionem verbi ad hominem esse factam, solum secūdum inhabitationem, scilicet prout filius Dei hominem illum inhabitauit excellentius cæteris. Manifestum est enim, quod alia est substantia inhabitantis, & inhabitati: sicut hominis & domus: secundum hoc ponebat aliam esse personam, uel hypostasim verbi, & hominis, ita quod alius esset secundum personam filius Dei, & alius filius hominis. Sed hoc manifeste apparet falsum esse, per hoc quod Apostolus Philip. 2. vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem, & Spiritus sanctus inhabitant homines, secundum illud Ioann. 14. Ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Sequeretur igitur, quod Pater, & Spiritus sanctus essent exinaniti, quod est absurdum. Hoc ergo excluditur per hoc, quod Apostolus dicit: [De filio suo.] Qui scilicet filius Dei est factus secundum carnem, idest habens carnem ex semine Dauid: qui modus loquendi locum non haberet, si hæc vnio facta esset solum secundum inhabitationem De alijs enim, quos verbum inhabitat, non dicitur, q; verbum factum est hic, vel ille: sed quod factum est ad Hieremiam, vel Esaiam. In hoc ergo, q; Apostolus cum dixit, De filio suo, addidit, qui factus est ei ex semine Dauid: manifeste excludit errorem prædictum. Rursus aliqui alij, licet duas personas non concedant in Christo, concedunt tamen duas hypostases, vel duo supposita, quod in idem redit, quia nihil aliud est persona, quàm hypostasis, & suppositum rationalis naturæ. Cum ergo sit vna solum hypostasis, & vnum suppositum in Christo, quod est suppositum, vel hypostasis verbi æterni, non potest dici, q; illa hypostasis sit facta filius Dei, quia non incœpit esse filius Dei. Et ideo non proprie dicitur, quod homo sit factus Deus, vel filius Dei. Sed tñ si inuenitur ab aliquo doctore dictum exponendum est, sic factū est, vt homo esset Deus. Secundum hoc proprie dicitur, Dei filius factus est homo, quia semper non fuit homo. Et ideo legendum est, quod hic dicitur, vt ly; [Qui,] accipiatur ex parte subiecti, vt sit sensus, qui filius Dei factus est ex semine Dauid, non autem ex parte prædicati, quia sensus esset, quod aliquis existens ex semine Dauid, factus est filius Dei, quod non dicitur vere, & proprie: sicut dictum est.

Fuerunt aūt alij, qui posuerunt vnionem esse factam sm conuersionem Verbi in carnem: sicut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit, q; etiam ante incarnationem fuerunt duæ naturę, post incarnationem vero vna. Sed hoc est expresse falsum, quia cum Deus sit mutabilis, sm illud Malach. 3. Ego Deus & non mutor: non potest in aliquid aliud conuerti. Vnde cum dicitur [Factus est,] non intelligitur secundum conuersionem, sed secundū vnionem absque diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiue de aliquo, absque eius immutatione, puta aliquis nō immobiliter sedens fit dexter per mutationem eius qui transfertur. Et sic Deus dicitur ex tempore dominus, vel creator per mutationem creaturæ. Et eadem ratione dicitur de nouo factus, secū dum illud Psal. Domine refugium factus es nobis. Quia igitur vnio relatio quædam est, per mutationē creaturę, Deus dr de nouo factus homo, idest vnitus in persona humanę naturę. Fuerunt enim, & alij qui dixerūt, animam Christum non habuisse: sed ibi fuisse verbū loco animæ, s. Arrius, & Apollinarius: Cōtra quos est illud Io. 10. Nemo tollit animam meam. Quod ergo dicitur secūdum carnem, non excluditur a Christo anima, sed caro ponitur pro toto homine, secūdum illud Esa. 40. Videbit omnis caro, &c. Quæritur autem cum nos confitemur Christum natum ex virgine, quare Apostolus dicat eum esse factū ex muliere. Et dicēdum, q; illud nascitur, q; naturali ordine producitur, sicut fructus ex arbore, vel proles a parente: quod autem ex voluntate agētis producitur, non secundum naturæ ordinē, (sicut domus ab artifice) non potest dici nasci, sed factū. Quia igitur Christus ex virgine processit naturali ordine quantum ad aliquid, scilicet, q; conceptus est ex

ex fœmina, spatio nouem mensium dicitur natus. Quia vero, quantum ad aliquid non naturali ordine, sed sola uirtute diuina processit absque uirili semine, dicitur factus. Eua autem dicitur ex Adam facta, non nata. Isaac autem ex Abraham natus, non factus. Item quare specialiter dicitur ex semine Dauid, & non ex semine Abrahæ, cui promissio facta fuit de Christo, secundum illud Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. Et dicendum est, quòd factū est ad dādam spē ueniæ peccatoribus, quia Dauid peccator fuit: ex cuius semine nascitur Christus. Abraham vero iustus. Ad commendandam etiā dignitatem regiam Christi Romanis, regnum gentium tenentibus. Excluditur etiam per verba ista triplex error Manicheorum. Primo quidem, quòd dicunt non eundem esse Deum veteris testamenti, & qui est pater Domini nostri Iesu Christi, quod excluditur per hoc, quod dicit Apostolus, Quod Deus ante promiserat per prophetas suos de filio suo in scripturis sanctis, scilicet ueteris testamenti. Secundo uero, quòd damnant scripturas veteris testamenti: quas Apostolus hic dicit sanctas. Non enim aliæ scripturæ fuerant sanctæ ante euangelium. Tertio, quòd dicsit Christum habuisse carnem fantasticam: quod excluditur per hoc qđ dicit, Christum factum ex semine Dauid secundum carnem ei, idest ad gloriam patris, secundum illud Io. 8. Ego gloriam meam non quæro, sed gloriam eius qui misit me.

LECTIO III.

Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum IESV CHRISTI Domini nostri.

LECTIO. III.

Commendata origine Christi, hic cōmendat uirtutem ipsius, & ponit tria. Primo prædestinationem cum dicit, [Qui prædestinatus est.] Secundo dignitatem, seu virtutem, cum dicit [Filius Dei in virtute.] Tertio signum, siue effectum cum dicit [Secūdum spiritum sanctificationis.] Circa primum considerandum est, quòd nomen prędestinationis a destinatione sumitur. Dicitur enim prædestinatus, quasi ante destinatus. Destinatio autem dupliciter sumitur: quandoque pro missione. Dicuntur enim destinati, qui ad aliquid mittuntur, secundum illud 1. Mac. 1. Destinauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad regem. Quandoque vero destinare, idem est quod proponere, secundum illud 2. Mac. 6. Destinauit Eleasarus non admittere illicita. Hæc autem secunda significatio a prima deriuari uidetur. Sicut enim nuntius, qui mittitur ad aliquid dirigitur, ita, quod proponimus ad finem aliquem ordinamus. Secundum hoc igitur, prædestinare nihil aliud est quàm ante in corde disponere quid sit de re aliqua faciendum. Potest tamen aliquis de futura re, seu operatione disponere. Vno modo quantum ad ipsam rei constitutionem, sicut artifex disponit qualiter debeat facere domum. Secundo modo quantum ad ipsum vsum, vel gubernationem rei, sicut aliquis disponit, qualiter debeat vti suo equo, & ad hanc secundam prædispositionem pertinet prædestinatio, non ad primam. Id enim quo aliquis utitur refert in finem: quia ut Augustinus dicit in libro de doctrina Christiana, vti, est referre aliquid in finem, quo fruendum est. Sed cum res in seipsa constituitur, non dirigitur ex hoc ipso in aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei, proprie prædestinatio dici non potest. Ergo idem est negare prædestinationem, quod negare præordinationem diuinam ab æterno, de his, quæ sunt fienda in tempore: sed quia omnia naturalia pertinent ad constitutionem rei ipsius, quia uel sunt principia ex quibus constituitur, uel ex huiusmodi principijs consequuntur, consequens est, quod naturalia proprie sub prædestinatione non cadant, sicut non dicimus proprie, quod homo est prædestinatus habere manus. Relinquitur ergo, quod prædestinatio dicatur proprie eorum solum quæ sunt supra naturam, in quæ rationalis creatura ordinatur. Supra autem naturam rationalis creaturæ est Deus solus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantum ad actum ipsius Dei, puta cum per gratiam prophetiæ communicatur homini præcognitio futurorum, quæ est propria Deo. Et huiusmodi dicitur gratia, gratis data. Alio modo quantum ad ipsum Deum, cui unitur rationalis creatura, communiter quidem secundum effectum dilectionis, secundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quod quidem fit per gratiam gratum facientem, quę est gratia adoptionis. Alio modo quæ est singularis Christo per vnionem in esse personali. Et hæc dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum Deo per gratiam adoptionis, cadit sub prædestinatione, ita etiam esse vnitum Deo per gratiam vnionis in persona, sub prædestinatione cadit: & quantum ad hoc dicit: [Qui prædestinatus est, filius Dei.] Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis additur; [In virtute:] quasi diceret, prædestinatus est, ut sit talis filius, vt habeat æqualem, immo eandem virtutem cum Deo patre: quia vt dicitur Apocal. 5. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem, quinimmo ipse Christus est Dei virtus, secundum illud 1. Corinth. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vnde Ioan. 5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Respectu vero gratię gratis datę, non dicitur aliquis prædestinari simpliciter, quia gratia gratis data non ordinatur directe ad hoc quòd ille qui eam recipit, ad finem ultimum dirigatur, sed vt per eam alij dirigantur, secundum illud 1. Corin. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Manifestum est autem quòd id quod est per se, est mensura & regula eorum quæ dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde prædestinatio Christi, qui est prædestinatus vt sit filius Dei per naturā, est mensura & regula uitæ, & ita prædestinationis nostræ, qui prędestinamur in filiationem adoptiuam, quæ est quædam participatio & imago naturalis filiationis, secundum illud Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Sicut igitur homo Christus prædestinatus non est, propter merita præcedētia, sed ex sola gratia, ut sit filius Dei naturalis, ita & nos ex sola gratia, non ex meritis prædestinamur, ut simus filij Dei adoptiui, secundum illud Deuteron. 9. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me Deus, vt terram hanc possiderem. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio, scilicet ad hoc quòd aliquis sit Dei filius in virtute. Sed restat inquirendum, quis est iste qui est ad hoc prædestinatus? Cum autem prædestinatio antecessionem importet, videtur quòd ille qui est prædestinatus ut sit filius Dei in uirtute, non semper fuerit filius Dei in virtute. Non enim videtur esse prædestinatio de eo quod semper fuit, quia hoc non potest antecessionem habere. Si igitur poneremus secundum Nestorium quòd persona filij hominis, esset alia a persona filij Dei, nulla esset dubitatio: quia possemus dicere, q; persona creata filij hominis, quæ non fuit ab æterno, ex tempore incœpit esse filius Dei in uirtute. Et simile est si quis dicat quòd est alia hypostasis vel suppositum filii Dei & filij hominis. Sed hæc aliena sunt a fide, ut supra dictum est. Cum igitur non solum sit eadem persona filij Dei & filij hominis, sed etiam hypostasis & idem suppositum, ratione cuius non potest dici vere & proprie, quòd filius hominis est factus filius Dei, ne aliquod suppositum creatum intelligatur esse, de quo de nouo prędicatur filius Dei: pari ratione videtur quòd non possit dici filius hominis esse prædestinatus filius Dei, quia filius hominis supponit suppositum æternum, quod fuit semper filius Dei. Vnde antecessio quā importat prædestinatio, locum non habet. Propter hoc igitur, Origenes dicit, quòd litera non dēt esse; [Qui prædestinatus est:] sed [Qui destinatus est filius Dei in virtute,] vt nulla antecessio designetur. & secundum hoc planus est sensus, quia Christus destinatus, i. missus est a Deo patre in mundum tanquam verus filius Dei, in virtute diuina. Sed quia communiter omnes libri Latini habent, [qui prædestinatus,] aliter alij hoc exponere voluerūt secundum consuetudinem Scripturæ, in qua dicitur aliquid fieri quando innotescit, sicut Dominus post resurrectionem dicit Math. vlt. Data est mihi omnis potestas, quia post resurrectionem, innotuit talem potestatem sibi esse datam ab æterno. Sed secūdum hoc quòd dicit prædestinatus, non proprie accipitur, quia prædestinatio est de eo, quod pertinet ad gratiam, nō autem in hoc gratia Christo facta est, quòd eius uirtus diuina innotuit, sed potius nobis. Et ideo etiam in Glossa dicitur, quod secundum hunc sensum prædestinatus large ponitur pro præscito, vt sit sensus. Christus prædestinatus est. i. ab æterno præscitus, vt innotesceret ex tempore esse filius Dei in virtute. Vnde quidam alij prædestinationem ad ipsam vnionem referentes, non attribuerunt eam personæ, sed naturæ, vt sit sensus; [Qui prædestinatus est filius Dei in virtute]. i. cuius natura prædestinata est, ut sit ei vnita, qui est filius Dei in virtute. Sed hæc etiam expositio impropria est & extorta. Cum enim prædestinatio importet ordinem in finem, eius est prædestinari, cuius est per suam operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem, non est naturæ, sed personæ. Ideo si proprie accipiatur, oportet quod prædestinatio attribuatur ipsi personæ Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis humana scilicet & diuina, secundum vtranque potest aliquid dici de eo: sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus, ut tangi & vulnerari, aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem secundum animam, vt intelligere & velle, ita & de Christo potest aliquid dici, & secundum diuinam naturam, sicut ipse de se dicit Ioan. 10. Ego & pater, vnum sumus: aliquid secundum humanam naturam, sicut cum dicimus eum crucifixum & mortuum, & hoc modo dicitur esse prædestinatus secundum humanam naturam. Quamuis enim ipsa persona Christi semper fuerit filius Dei, tamen non semper fuit, ut existēs in humana natura essea filius Dei, sed hoc fuit ineffabilis gratiæ. Est autem alia ratio de hoc participio, Factus,

LECTIO IIII.

PEr quem accepimus gratiã & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentib. pro nomine eius, in quibus estis, & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, Gratia nobis & pax a Deo patre, & domino nostro Iesu Christo.

quod designat actum realem, & de hoc participio, Prædestinatus, quod designat actum animæ. Anima enim secundum suum intellectum & rationem, potest distinguere ea, quæ sunt secundum rē coniuncta: potest enim aliquid de pariete albo cogitare, & loqui: seorsum quidem quātum ad hoc quòd est paries, seorsum autem ex hoc quòd est albus. Ita etiam in prædestinatione. Nam prædestinatio potest attribui personæ Christi secundum quòd subsistit in humana natura, licet non attribuatur ei secundum quòd subsistit in diuina. Vnde & Apostolus, prius filium Dei incarnatum esse præmiserat, & postea ei prædestinationem attribuit, ut intelligatur prædestinatus esse secundum quòd factus est ex semine Dauid secundum carnem, & sic a filio Dei explicando incarnationis mysterium, descendit ad carnem, & a carne secundū prædestinationem, ascendit ad filium Dei, ut ostendatur, quòd neque gloria diuinitatis impediuit infirmitatem carnis, neque infirmitas carnis diminuit maiestatem Dei. Quæritur autem in Glossa, primo quidem, vtrum Christus secūdum, quòd homo, sit filius Dei: & videtur quòd sic: quia hic est Christus qui prædestinatus est vt sit, sed secundum quòd homo est prædestinatus, vt sit, ergo secundum quòd homo, est filius Dei. Et dicendum quòd si ly secūdum quòd denotat vnitatem suppositi, verum est, quod secundū quod homo, est filius Dei, quia vnum est suppositum Dei & hominis. Si autem designat conditionem naturę vel causam, falsum est: non enim ex natura humana habet ut sit filius Dei. In argumento autem est fallacia compositionis & diuisionis, ex eo quod ly secundum quod, potest determinare participium, Prædestinatus. & sic verum est, quod secundum quod homo, est prædestinatus, vel potest determinare ipsum esse filium Dei, ad quod ordinatur prædestinatio: & sic falsum est. Non enim prædestinatus est. vt secundum quod homo, sit filius Dei, & in hoc sensu procedit ratio. Secundo quæritur vtrum Christus secundum quod homo, sit persona. Et dicendum quod si ly secundum quod, referatur ad ipsū suppositum hominis, concedendum est, quod ipsum suppositum hominis est persona diuina. Si vero designet naturæ conditionem vel causam, sic Christus secundum quod homo, non est persona, quia humana natura, non causat nouam personalitatem in Christo. Adiungitur enim digniori in cuius personalitatem trāhit. Ité obijcitur de hoc quod Glossa dicit, quod qui suscepit, & quod suscepit est una persona. Id autem quod suscepit filius Dei, est humana natura, ergo humana natura est persona. Et dicendum est, quod huiusmodi locutiones sunt exponendæ, vt sit sensus, quod ille qui suscepit, & natura quam suscepit, unjuntur in persona.

Quarto, quæritur vtrum hoc sit verum, homo est assumptus a verbo, & videtur quod sic, secundum illud Psalm. 64. Beatus quē elegisti & assumpsisti. Et dicendum est, quod cum homo supponat suppositum æternum, non potest proprie dici quod homo sit assumptus a verbo: non enim assumitur idem a seipso, sed exponē dum est sicubi inueniatur homo assumptus, i. humana natura. Quinto quæritur, vtrum hęc sit vera, Iste homo semper fuit. Et dicendum est hanc esse veram, propter hoc quod homo supponit æternum suppositum. Vnde Heb. vlt. dicitur, Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula: non tamen cum reduplicatione est vera huiusmodi propositio. Non enim ille homo secundum quod homo est, semper fuit, sed secundum quod est filius Dei. Sic igitur patet & de præordinatione & de uirtute filij Dei. Restat tertium, scilicet de signo, quod tangitur in eo quod subditur, [Secundum spiritum, &c.] Est enim proprium virtutis diuinæ per collationē Spiritussancti sanctificare homines. Leuit. 20. Ego Dominus qui sanctifico vos. Ipse etiam Spiritussanctum solus dare potest, secundum illud Esa. 42. Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos. Et infra, Dans flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. Ex hoc igitur apparet Christum habere virtutem diuinam, quia ipse dat Spiritumsanctum, secundum illud Ioan. 15. Cum venerit paracletus quem ego mittam. Eius etiam virtute sanctificamur secundum illud 1. Corinth. 6. Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi & spiritu Dei nostri. Dicit ergo, quòd Christus sit filius Dei in virtute apparet; [Secundum spiritum sanctificationis] i. secundum quod dat spiritum sanctificantem, quæ quidem sanctificatio incœpit ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, idest, ex mortuis, secundum illud Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus fuerat glorificatus, quod non est sic intelligendum, quòd nullus ante Christi resurrectionem spiritū sanctificantem acceperit: sed quia ex illo tempore quo Christus resurrexit, incœpit copiosius & communius ipsis sanctificationis dari. Potest etiam intelligi, quòd hic designentur duo signa virtutis diuinæ in Christo. Primum quidem ex hoc quod dicit, secundum ipsum sanctificationis, siue intelligatur secundum sanctificantem ipsum, sicut dictum est: siue intelligatur secundum hoc, quod ipse per ipsum sanctum est in vtero virginali conceptus, quod est signum diuinę virtutis in ipso, secundum illud Lucæ 1. Spiritussanctus superueniet in te. Et postea sequitur, Ideoque & quod ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei. Secundum autem signum virtutis diuinæ est resuscitatio mortuorum, secūdum illud Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius. Est ergo sēsus, quòd apparet Christum esse filium Dei in uirtute, [Ex resurrectione mortuorum] idest ex hoc quod mortuos fecit secum resurgere, secundum illud Matth. 27. Multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt: & tandem faciet omnes resurgere, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audiēt vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Vel potest intelligi de spirituali resurrectione mortuorum, quæ est a peccatis, secundum illud Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Dicuntur autem mortui [Iesu Christi,] qui ab ipso resuscitantur, sicut & infirmi alicuius medici a quo sanantur. Possunt autem hæc duo signa ad duas præcedētes clausulas referri hoc modo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: & hoc secundum spiritum sanctificationis, ex quo. s. caro eius cōcepta est, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, & hæc apparent in resurrectione mortuorum, &c. Sed prima expositio est melior.

LECTIO IIII.

POstquam commendauit Christum ab origine & virtute, hic commendat ipsum ex liberalitate, quæ ostenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit. Ponitur autem duplex munus. Vnum quidem commune omnibus fidelibus, s. gratia per quam reparamur, quam quidem a Deo per Christum accepimus. Vnde dicit: Per quem accepimus omnes fideles gratiam. Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et hic infra Roman. 5. Per quem accessum habemus in gratiam istam in qua stamus. Conueniens est enim, ut sicut per uerbum Dei omnia ista facta sunt, ut habetur Ioann. 1. Ita per ipsum, sicut per artem omnipotentis Dei omnia instaurentur, sicut & artifex eadem arte reparat domum, qua condidit. Colossen. 1. Per eum placuit Deo reconciliare omnia, siue quæ in cœlo, siue quę in terra sunt. Aliud autem est munus spūale collatum apostolis quod tangit subdens: [Et apostolatum,] quod est præcipuum inter ecclesiasticos gradus. 1. Corint. 12. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum quidem Apostolos. Apostolus autem idem est, quod missus, Sunt enim a Christo missi, quasi eius authoritatem & vicem gerentes. Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, i. cum plenitudine authoritatis. Vnde ipse Christus Apostolus nominatur. Hebr. 3. Considerate apostolum & pontificem Iesum Christum. Vnde & per ipsum tanquam principalem Apostolum siue missum, alij sunt secundario apostolatum consecuti. Luc. 6. Elegit duodecim quos & apostolos nominauit. præmittit autem gratiam apostolatui, tum quia non ex meritis, sed ex gratia apostolatum sunt consecuti. primæ Corinthiorum decimoquinto. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, gratia autem Dei sum id, quod sum, tum etiam quia apostolatus digne haberi non potest, nisi præhabita gratia sanctificante. Ephes. quarto. Vnicuique nostrum data est gratia, &c. Describit autem hunc Apostolatum. Primo quidem ex vtilitate cum subdit: [Ad obediendum fidei,] quasi diceret, ad hoc sumus missi, ut faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locum habet, quæ uoluntarie facere possumus: his autem quæ sunt fidei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nondum tamen perfectam fidem habebant: quia aliqui eorum pſuenti erant a pseudo Apostolis, ut crederent legis cærimonias euãgelio iungendas. Gaudet autem & gratias agit de eorum fide, non solum propter eos, sed propter utilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exemplo qui erant domini Gentium, alię Gentes prouocabantur ad fidem, quia ut dicit Glossa, prompte facit inferior, quod uidet fieri a superiori. propter quod admonentur prælati, vt fiãt forma gregis ex animo, 1. Pet. vlti. Consequenter cum dicit: [Testis enim &cæt.] ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram Deo, secundum illud Matthæ. 6. Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum & clauso ostio ora patrem tuum, Dei testimonio probat se pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Secundo, manifestat supra quod testimonium inducat, quòd sine intermissione. Testem autem inducit, cum dicit; [Testis est mihi Deus,] sub cuius testimonio omnia aguntur. Hier. 29. Ego sum iudex & testis. Et ut iustum testem non frustra se inuocare ostendat, ponit consequenter quomodo sit eis coniunctus. Primo quidem quantum ad seruitium, cum dicit; Cui seruio,] scilicet per latriæ cultum. Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo, quantum ad modum seruiendi, cum dicit; [In spiritu meo,] quasi dicat. Non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipue interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & ueritate adorare oportet. Vel in spiritu, i. in spiritalibus obseruantijs, non in carnalibus, sicut Iudæi. Phil. 3. Nos sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo. Tertio, quantum ad officium in quo seruit, scilicet [In euãgelio filij eius.] secundum illud supra eodem. Segregatus in euangelium. Quod quidem est filij Dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Alio modo, quia est ab ipso prædicatum ex proprio officio. Luc. 4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Tertio, quia est ab eo inunctum. Marc. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idẽ sit, Testis est mihi Deus, quòd, Iuro per Deum, videtur Apostolus facere contra id quod Dominus dicit, Matthę. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorum intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt editæ, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei: sanctos viros ad operandum inducit. infra 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Ex hoc ergo quòd Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbum Domini & Apostoli Iacobi non sic esse intelligẽdum quasi iuramentum sit omnino illicitum, sed quia ad hoc homo niti debeat, vt quantum ex ipso est, iuramento non utatur, tanquam quodam bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequenti iuratione, ne homo labatur in periurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundum illud Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. nam multi &c. Tum etiam quia contra reuerentiam Dei facere videtur, qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde Eccle. 23. Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo. Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo, quando homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoque necessarium iuramentum, ut fides uerbo dicentis adhibeatur, quod quandoque vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter utilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederent, quasi non quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod Dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quàm simplex verbum, a malo est, non est intelligẽdum a malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramentum non quidem a malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eum, a quo exigit iuramentum, esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatum, vt dicit Aug. sed intelligit esse a malo pœnæ, scilicet ignorantia qua nescimus an sit uerum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationẽ, sicut cum dicitur, per Deum, vel testis est mihi Deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum aliquam pœnam sibi infligendam si mentitur, secundum illud Psalm. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Cor. 1. Testem Deum inuoco in animam meam. Consequenter hic ponit id, supra quod eum testem inuocat, dicens, quòd [Memoriam uestri facio semper in orationibus meis] quæ sunt sine intermissione, i. quia semper in orationibus suis pro eis orabat propter utilitatem communem quæ ex eorum conuersione prouenie bat. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum a me in domino, ut cessem orare pro uobis. Quod autem dicit, Memoriam uestri facio, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, Memoriam uestri habeo. secundum illud Psalm. 136.

> aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos uos, id est, simul consolari in uobis per eam, quæ inuicem est, fidem uestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis, sicut & in cæteris Gentibus, Græcis, ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quòd in me promptum est, & uobis, qui Romæ estis, euãgelizare. Non enim erubesco euangelium.

Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. Alio modo, [Memoriam uestri facio,] scilicet orationem Deo, qui respicit orationes humiliũ. Et sic dum sancti pro aliquibus orant, quodammodo diuino aspectui proponuntur, sicut & cætera sanctorum facta. Vnde 3. Regũ 17. dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, ut rememorarẽtur iniquitates meæ. Quasi illud sit in memoria & in oculis Dei, quod contra iustos agitur. Quod autem dicit orationes sine intermissione se habere, congruit ei, quod dicit 2. Thess. vltim. Sine intermissione orate. Et Lucæ 18. Oportet semper orare, & numquam deficere. Quæ quidem possunt intelligi tribus modis. Vno modo, quantum ad ipsum actum orandi, & sic semper, vel sine intermissione orat, qui statutis temporibus, & horis orat. Act. 3. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo, quantum ad finem orationis qui est, vt intellectus noster ascendat in Deum. Et sic tamdiu homo orat, quamdiu totam uitam suam in Deum ordinat. 1. Corinth. 10. Siue manducatis, siue bibitis, &c. Tertio, quantum ad causam: dum enim aliquis agit vnde alij pro eo orent, ipse orare uidetur, ut patet in his, qui dant eleemosynas pauperibus, qui pro eis orant. Eccl. 29. Concludit eleemosynam in sinu pauperis, &c. Sic ergo continuanda est litera, Gratias ago pro vobis, quia bona uestra reputo quasi mea, quod patet ex hoc, quòd pro vobis oro, sicut pro meipso. Deinde cum dicit [Obsecrans &c.] probat affectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desiderium. Secundo, propositum exequendi, ibi. [Nolo autem vos ignorare, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit desiderij signum. Secundo, desiderij causam, ibi [Desidero enim.] Signum autem desiderij est oratio, quam pro hoc faciebat: ex hoc autem signum ostenditur desiderij huiusmodi. primo quidem intensum, per hoc quod dicit, Obsecrans, quasi eb sacra contestans, sicut pro aliquo magno, quod mea merita excedit. Prouer. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. Quod autem intense desideratur, magnum desideranti videtur. Secundo ostenditur esse anxium, cum dicit [Si quomodo.] quæ enim anxie aliquis desiderat, quærit ad pisci quocunque modo, siue facili, siue laborioso. Philip. 1. Quid enim? dum omni modo ꝓdicetur, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur: Et in hoc gaudeo, sed gaudebo. Tertio ostenditur esse diuturnum in hoc, quod dicit [Tandem aliquando,] scilicet post longa desideria. Iusti enim non ad horam, sed perseueranter afficiuntur. Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Quarto ostenditur esse rectum ex hoc quod est diuinæ voluntati conforme. Vnde subdit [Prosperum iter habeam,] & hoc in uoluntate Dei, idest secundum uoluntatem eius, secundum quam solum aliquid reputo prosperum, sicut & dominus dicit Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat. Deinde cum dicit [Desidero enim, &c.] Ostendit desiderij causam, quæ quidem est duplex. Vna, vtilitas eorum qui erant visitandi. Vnde dicit, Desidero enim videre vos. Philipp. 1. Cupio omnes vos esse in visceribus Christi. Et hoc non in vanum, sicut est in amicitia seculari, sed ut impartiar, idest, tradam uobis aliquid gratiæ spiritualis non tanquam actor gratiæ, sed sicut minister. primæ Corinth. quarto. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & hoc ad confirmandos vos, scilicet in fide, quam suscepistis. Lucæ 22. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Impartitur autem gratiam minister multipliciter. Tum per administrationem sacramentorum gratiæ. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. Tum per exhortationem sermonum. Ephes. quarto. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Secunda causa est mutua consolatio, quæ considerabatur in coniunctui amicorum, Vnde subdit, Id scilicet me videre vos & impartiri gratiam, & me simul consolari cum vobis, [Per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam] Ad multam enim consolationem redit, si vnanimes in fide reddamur. 2. Corint. 7. Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in

in aduentu Titi. Non solum, &c. Deinde cum dicit; [Nolo autem vos ignorare,]ne videatur esse vanum desiderium, subdit propositum prosequendi. Et primo proponit propositum. Secundo ostendit causam propositi, ibi [vt aliquem fructum.] Tertio concludit propositi promptitudinem, ibi; [Ita quod me,] Circa primum, duo facit. Primo ponit propositi. Secundo impedimentum, ibi [Et prohibitus sum, &c.] Dicit ergo primo, Non solum desidero vos videre, sed etiam proposui ad hoc operam dare: & hoc (Fratres) nolo vos ignorare, quia sæpe proposui uenire ad uos, vt dilectionem meam ostenderem non solum uerbo & lingua, sed etiam opere & ueritate, ut dicitur 1. Ioa. 3. Secundo tangit obstaculum impediens eum ab isto proposito exequendo, dicens, Prohibitus sum vsque adhuc. & hoc uela diabolo qui nititur impedire prædicationem ex qua prouenit salus hominum. Prou. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, ideſt doctrinas prædicatorum. Vel etiam ab ipso deo, secundum cuius nutum dispensantur prædicatorum itinera & uerba, Iob 37. Nubes. i. prædicatores spargunt lumen suum quæ lustrant cuncta per circuitum quocumque eas uoluntas gubernantis duxerit. Vnde & Act. 16. dicitur, Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem uetati sunt a spiritu sancto loqui. Et iterum, Tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spūs Iesu. Vtrumque autem horũ vult Apostolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem, vt scilicet cognoscentes affectum Apostoli, deuotius eius verba 'uscipiant, & impedimentum uisitationis eius imputent suæ culpæ, & sic corrigantur. Nam in pœnam culpæ dicitur, Esa. 5. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Deinde ponit causam duplicem propositi. Quarum prima est utilitas. Vnde dicit, [Vt aliquem fructum habeam in uobis, sicut in cæteris Gentibus,] qui bus scilicet prædicaui, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quasi dicat, vt faciam aliquem fructum in uobis per meã prædicationem. Io. 15. Vt eatis & fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum conuersione ei fructus accrescat, secundum illud Io. 4. Qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in uitam æternam. Alia autem causa est debitum, quod sibi imminebat ex susceptо officio. 1. Corinth. 9. Si non euangelizauero, vę mihi est, &c. Et quia vniuersalem Gentium apostolatum susceperat, omnibus se asserit debitorem secundum illud 1. Cor. 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et ideo duplicem diuersitatem ponit. Vna quidem secundum diuersitatem gentium, cum dicit, [Græcis ac Barbaris.] Dicitur autem aliquis Barbarus dupliciter. Vno modo secundum quid, qui scilicet est extraneus quo ad aliquem, secundum illud 1. Cor. 14. Si ergo nescíero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus. Alio modo simpliciter, qui scilicet est quasi extraneus a communitate hominum, inquãtum ratione non regitur. Vnde proprie Barbari dicuntur, qui ratione non reguntur, secundum quod dictum est. 2. Macha. 15. Ne ita ferociter ac Barbare feceris. i. inhumane, & quia Græci fuerũt primi legum inuentores, omnes Gentiles, qui humanis legibus reguntur, nominat Græcos. De Iudæis autem, qui diuinis legibus regebantur, mentionem non facit: quia non erat institurus apostolus Iudæorum, sed Gentilium. Gala. 2. Ita ut illi in circumcisis, nos autem in gentibus. Ex utraque autem causa concludit promptitudinem uoluntatis, cum subdit, [Ita quod in me] ideſt quantum ad me pertinet, dummodo aliunde non impediar, [Promptum est, etiam uobis qui Romæ estis euangelizare,] Exod. 35. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentum prōptitudinis. f. erubescentiam, propter quam multi ea prætermittunt, quæ alias facerent prompte, & hoc est quod subdit [Non. n. erubesco euangelium,] quod quidem infidelibus, apud quosdam erubescibile videbatur, propter id quod dicit. 1. Corin. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Non est autem secundum rei ueritatem erubescendum propter id quod sequitur, Ipsis autem uocatis Iudæis atque Græcis Christum dei uirtutẽ & Dei sapientiam. Vnde dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Et inde est quod baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis, vbi est sedes verecũdiæ, ne scilicet euangelium erubescant.

LECTIO VI.

POstquam Apostolus Romanos fideles, quibus scribebat, sibi beneuolos reddidit, ostendendo affectum suum ad eos, hic incipit instruere eos de his quæ pertinent ad euangelicam doctrinam, in quam se segregatum prædixerat. Et primo ostendit uirtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exhortatur ad executionem operum huius gratiæ 12. capitu. ibi, [Obsecro itaque.] Circa primum, duo facit, Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi [Reuelatur enim.] Circa primum, tria facit, Primo proponit virtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exponit, ibi [Iustitia. n.] Tertio expositionem confirmat, ibi [Sicut scriptũ est.] Dicit ergo primo, Ideo euangelium nõ erubesco, quia quãuis ut dicitur 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia sit, nobis tamen virtus Dei est. Virtus enim Dei est, quod põt intelligi dupliciter. Vno modo, quia virtus Dei in euangelio manifestatur, secũdum illud Psalm. 110. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Alio modo, quia ipsum euangelium in se Dei virtutem continet, secundum illud Psal. 67. Dabit voci suę vocem virtutis. Circa quam virtutem tria sunt consideranda. Primo quidem ad quid se ista uirtus extendat, & hoc designatur, cũ subditur, In salutem. Ia. 1. In mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod põt saluare animas vestras. Quod quidem fit tripliciter. Vno modo inquantum per uerbum euãgelij remittuntur peccata. Io. 15. Iam mundi estis propter sermonem quem locutus sũ vobis. Secundo inquantum per euangelium homo consequitur gratiam sanctificantem. Io. 17. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est. Tertio inquantum perducit ad uitam æternam Io. 6. Verba uitæ æternæ habes. Secundo per quem modum euangelium salutem conferat, quia per fidem quod designatur cum dicitur omni credenti, quod fit tripliciter, primo per prædicationẽ. Mar. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo per confessionem, inf. 10. Oris confessio fit ad salutem. Tertio per scripturam. Vnde etiam uerba euangelij scripta uirtutem salutiferam habent, sicut beatus Barnabas infirmos curabat, euangelium superponendo. Cauẽdæ sunt tamen superstitiones characterum, quia hoc est superstitiosum. Vnde Ezec. 9. Illi saluati sunt, in quorum frõtibus est scriptum THAV, quod est signum crucis. Tertio quibus euãgelium fit in salutem, quia tam Iudæis quam Gẽtibus. Non enim Iudeorum tantum Deus est, sed & Gentium, infra 3. Et ideo subdit, [Iudæo primum & Græco.] Per Græcum, omnem Gentilem intelligens, eo quod a Græcis Gentilium sapientia est exorta. Sed cũ infra 10. dicatur. Non est distinctio Iudæi & Græci, quo hic Iudæo primum? Dicendum est ergo quod quãtum ad salutis finem consequendum non est distinctio inter eos. Aequalem. n. consequuntur mercedem utrique, sicut pro labore etiam in uinea priores, & posteriores eundem denarium acceperunt, ut dicitur Matth. 20. Sed quantum ad ordinem salutis, Iudæi sunt primi, quia eis promissiones sunt factæ, ut inf. 15. Et in eorum gratiam sunt Gẽtiles assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonam olinam, ut inf. 11. Ex his ẽt Saluator noster natus est, Ioa. 4. Salus ex Iudæis est. Exponit autem consequenter quomodo euangelium sit in salutem, cum dicit, [Iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem,] quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo de iustitia qua Deus iustus est, secundum illud Psalm. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit. Et secundum hoc, sensus est, quod iustitia Dei qua scilicet iustus est seruando promissa, in eo reuelatur scilicet in homine credente euangelio: quia credit Deum implesse quod promisit de Christo mittendo: & hoc ex fide scilicet Dei promittẽtis. Psalm. 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis. In fide scilicet hominis credentis. Vel alio modo, ut intelligatur de iustitia Dei qua Deus homines iustificat. Nam iustitia hoīum dicitur, qua se homines proprijs uiribus iustificare pręsumunt, iuxta 10. Ignorantes Dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Quæ quidem iustitia reuelatur in euangelio, inquantum per fidem euangelij homines iustificantur secundum quodcunque tempus. Vnde subdit, [Ex fide in fidem] ideſt ex fide ueteris testamenti procedẽdo in fidem noui testamẽti, quia ab utroque homines iustificantur & saluantur per fidem Christi, quia eadem fide crediderunt venturum, qua nos uenisse credimus. Et ideo dicitur 1. Corinth. 3. Habentes eandem spẽciẽ fidei, credimus, propter quod loquimur. Vel potest intelligi ex fide prædicatorum, in fidem auditorum, infra 11. Quomodo credent ei quem non audierunt? Vel ex fide unius articuli in fidem alterius, quia ad institutionem requiritur omnium articulorum fides. Apoc. 1. Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ huius scilicet omnia non unum tantum. Alio modo potest intelligi ex fide præsenti in fidem futuram: quæ quidem dicitur fides ratione certæ & firmæ cognitionis. Hæc autem ratione euangelicæ cognitionis 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum

De mẽd. ad cõi. cap. 15.

De uerbis Apost. ser. 30. & de sanct. ser. 11.

Psa. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

cuhm in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Probat autem hanc expositionem, cum subdit; Sicut scriptum est; [Iustus autem meus ex fide viuit.] Quod quidem accipitur secundum literam 70. Nam in litera nostra quæ est secundum hebraicam veritatem dicitur, Iustus ex fide sua viuit. Dicitur aūt iustus meus scilicet a me iustificatus & apud me iustus reputatus, infra 4. Si autem Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deū. Quid

sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnē impie-

enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam, Vnde ex hoc subditur, Ex fide viuit, scilicet vita gratiæ. Gal. 2. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei. Quatuor autem hic considerare oportet circa fidem. Primum quidem quid sit fides. Importat enim assensum quendam

Super Io. tract. 26.

cum certitudine ad id quod non videtur ex voluntate, quia nullus credit nisi volēs, vt Aug. dicit. Et ſm hoc differt credens a dubitāte, qui in neutrā partē assentit. Differt ēt ab opināte, qui assentit in unā partē nō cū certitudine, sed cū formidine alterius. Differt ēt a sciente, qui per certitudinē assentit ex necessitate rōnis. Et ſm hoc fides est media inter scientiā & opinionē. Secūdo considerandū est, an fides sit virtus, & manifestum est q non est virtus, si accipitur pro eo quod creditur, secundum illud, Fides catholica hæc est, vt unum Deum in trinitate. Si autem accipiatur pro habitu, quo credimus, sic quandoque est virtus, quandoque non. Est enim virtus, principium actus perfecti. Actus autem ex duobus principijs dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus bene non vadat, vel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu, & voluntate mouente intellectum ad assensum. Vnde actus fidei erit perfectus, si voluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei, non autem si habitus charitatis desit, & ideo fides formata charitate est virtus, non autem fides informis. Tertio considerandum est quòd idem numero habitus fidei qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit virtus, quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per eius aduentum uel recessum non mutatur substantia eius. Quarto considerandum est quòd sicut corpus viuit per animam naturali vita, ita anima viuit per Deum vita gratiæ. Primo autem Deus animam inhabitat per fidem. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, nec tamen est perfecta habitatio nisi fides per charitatem sit formata, quę per vinculum perfectionis nos vnit Deo: vt dicitur Colos. 3. Et ideo quòd hic dicit, Ex fide viuit, intelligendum est fide formata. Deinde cum dicit; [Reuelatur enim ira Dei] probat quod dixerat, scilicet virtutem euangelicæ gratiæ esse omnibus hominibus in salutem. Et primo ostendit quòd est necessaria ad salutem. Secundo quòd est efficax siue sufficiens 5. cap. ibi; [Iustificati igitur ex fide.] Circa primum duo facit. Primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ fuisse necessariam ad salutem Gentibus: quia scilicet sapientia de qua confidebant, saluare eos non potuit. Secundo ostendit quòd fuit necessaria Iudæis, quia scilicet circumcisio & lex & alia in quibus confidebant, eis salutem non attulerunt. Secundo cap. ibi; [Propter quod inexcusabilis es.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; [Propter quod inexcusabilis es.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; Quia quod notum est Dei. Proponit autem tria. Primo quidem pœnam dicens, rectè dico quod in eo iustitia Dei reuelatur; [Reuelatur enim in eo ira Dei,] idest vindicta ipsius, quę dicitur ira Dei secundum similitudinem hominum irascentium, qui vindictam quærunt, extra tamen Deus vindictam infert ex animi tranquillitate. Sapien. 12. Tu autem dominator noster cum tranquillitate iudicas. Et de hac ira Dei dicitur Io. 3. Qui incredulus est filio, non videbit vitam; sed ira Dei manet super eum. Hoc autem dicitur quia quidam philosophi dicebant, a Deo non esse pœnas peccatorum: contra id quod dicitur in Psal. 93. Qui corripit gentes non arguet? Vnde additur: [De cœlo,] quia credebant circa cœlestia eius prouidentiam occupari, ita quòd ad res terrenas non se extenderet. Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Sed sicut etiam in Psal. 101. dicitur, Dominus de cœlo in terram prospexit.]Vel dicitur, [De cœlo] eorum iniquitatem demonstrare, quia maxime ex magnitudine cęli, creatoris virtutem intelligere debuerunt. Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Vel de cœlo venturi ad iudicium. Act. 5. Quemadmodum uidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet. Secundo ponit culpam, pro qua pœna infligitur. Et primo quidem culpam, quæ contra

F Deum committitur cum subdit, Super omnem impietatem. Sicut enim pietas dicitur cultus qui Deo exhibetur, tanquam summo parenti, sic impietas dicitur peccatum quod est contra cultū diuinum. Ezech. 18. Impietas impij super eum erit. Secūdo ponit culpam quæ committitur in homine, cum dicit; [Et in iniustitiam.] Nā iustitia est per quā homines sibi inuicem ratione cōueniunt & cōmunicant. Iob. 35. Filium hominis adiuuabit iustitia tua. Tertio ponit cognitionē quā

ratem, & iniustitiam hominū eorū, qui veritatē Dei in iniustitia detinēt, quia quod notū est Dei,

de eo habuerunt, cum subdit; [Hominū eorum qui veritatē Dei] idest, verum de Deo cognitionē detinent in iniustitia quasi captiuatam. Nam vera Dei cognitio quantum est de se, inducit homines ad bonum, sed ligatur quasi captiuitate detenta per iniustitiæ affectum, per quam, vt ps. 11. dicitur: Diminutæ sunt veritates a filijs hominum. G Deinde cum dicit, [Quia quod notum est,] manifestat propositum, ordine tamen retrogrado. Primo enim cōsentit quod sapientes Gentilium de Deo cognouerunt veritatem. Secūdo ostēdit quod in eis impietas & iniustitia fuerit, ibi; [Ita vt sint inexcusabiles:] Tertio quod iram Dei incurrerunt, ibi; [Qui cum iustitiam Dei.] Circa primum tria facit. Primo ostendit quid de Deo cognouerunt. Secundo ostendit a quo huiusmodi cognitionem acceperunt, ibi; [Deus enim illis.] Tertio ostendit per quem modum, ibi; [Inuisibilia enim.] Dicit ergo primo, rectè dico quod ueritatem Dei detinuerunt. Fuit enim in eis quantum ad aliquid vera Dei cognitio, quia quod notum est Dei, id est, quod cognoscibile est de Deo ab homine per rationem, manifestum est in illis, id est, manifestum est eis ex eo, quod in illis est, idest, ex lumine intrinseco. Sciendum est ergo quod aliquid circa Deum est omnino ignotum homini in hac vita, scilicet quid est Deus. Vnde & Paulus inuenit Athenis aram inscriptam, IGNOTO DEO, & hoc ideo, quia cognitio hominis incipit ab his quæ Act.

H sunt ei connaturalia, scilicet a sensibilibus creaturis, quæ non sunt proportionatæ ad repræsentandam diuinam essentiam. Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis Deum tripliciter cognoscere, vt Dionysius dicit in libro de diuinis nominibus. Vno quidem modo per causalitatem, quia enim huiusmodi creaturæ sunt defectibiles & mutabiles, necesse est eas reducere ad aliquod principium immobile & perfectum, & secundum hoc cognoscitur de Deo an est. Secundo per viam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium, sicut in propriā causam & vniuocam, prout homo hominem generat, sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc cognoscitur quod est super omnia. Tertio per uiam negationis, quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis, potest ei cōpetere, sicut ēt neque corpus cœleste proprie dicitur graue uel leue, aut calidum aut frigidum. Et secundum hoc dicimus Deum immobilem & infinitum, & si quid aliud huiusmodi dicitur; huiusmodi

I autem cognitionem habuerunt per lumen rationis inditum. ps. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Deinde cum dicit, [Deus illis manifestauit] ostendit a quo authore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata, & dicit, quod Deus illis manifestauit, secundum illud Iob 35. Docete nos super iumenta terræ. Vbi cōsiderandum est, quod vnus homo alteri manifestat, explicando conceptū suum per aliqua signa exteriora, puta per vocē vel scripturā. Deus aūt dupliciter aliquid homini manifestat. Vno modo infundendo lumen interius, per quod homo cognoscit, psalm. 42. Emitte lucem tuam & veritatē tuā. Alio modo proponendo suæ sapientię signa exteriora, .s. sensibiles creaturas. Eccles. 1. Effundit illam, scilicet sapientiam super omnia opera sua. Sic ergo Deus illis manifestauit, vel interius infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quib. sicut in quodā libro, Dei cognitio legeretur.

K Deinde cū dicit; [Inuisibilia. n. ipsius a creatura mūdi, &c.] ostendit per quē modū huiusmodi cognitionē acceperunt. Vbi primo considerandum est, quæ sunt ista quæ de Deo cognouerūt. Et ponit tria. Primo quidē inuisibilia ipsius per quæ intelligitur Dei essentia, quæ, sicut dictum est, a nobis videri non potest. Ioan. 1. Deum nemo vidit unquam, scilicet per essentiam uita mortali viuens. 1. Tim. 1. Regi seculorum immortali inuisibili. Dicit autem pluraliter, inuisibilia, quia Dei essentia non est nobis cognita secundū illud quod est, scilicet prout in se est una. Sic erit nobis in patria cognita, & tunc erit Dominus unus, & nomen eius vnū, vt dicitur Zach. vlt. Est autem manifesta nobis per quasdā similitudines in creaturis repertas, quæ id quod in Deo unū est, multipliciter participant, & secundum hoc intellectus noster cōsiderat vnitatem diuinæ essentiæ sub ratione bonitatis, sapiētiæ, virtutis, & huiusmodi quæ in Deo non sunt. Hæc ergo inuisibilia Dei dixit,

xit, quia illud vnum quod his nominibus seu rationibus in Deo respondet, non videtur a nobis. Heb. 11. Vt ex inuisibilibus uisibilia fierent. Aliud autem quod de Deo cognoscitur, est uirtus ipsius, secundum quam, res ab eo procedunt, sicut a principio. psal. 146. Magnus dominus, & magna virtus eius. Hanc ergo virtutem philosophi perpetuam esse cognouerunt. Vnde dicitur; [Sempiterna quoque virtus eius.] Tertium cognitum est quod dicit; [Et diuinitatis.] ad quod pertinet qd cognouerunt Deum sicut vltimum finem,

manifestum est in illis. Deus.n. illis manifestauit. Inuisibilia.n. ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspi ciuntur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas.

in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonum cōmune quod ab omnib. participatur: propter hoc potius dixit diuinitatem, quæ participationem significat, quam deitatem, quæ significat essentiam Dei. Col. 1. Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Hæc autem tria referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam inuisibilia Dei cognoscuntur per uiam negationis: sempiterna virtus per viam causalitatis: diuinitas per uiam excellentiæ.

Secundo, considerandum est per quod medium illa cognouerunt, quod designatur, cum dicit; Per ea quæ facta sunt] sicut. n. ars manifestatur per artificis opera, ita & Dei sapientia manifestatur per creaturas. Sapien. 13. A magnitudine enim speciei & creaturę cognoscibiliter poterit creator harum videri.

Tertio ostendit quomodo per ista cognoscatur Deus, cum dicit; [Intellecta conspiciuntur.] Intellectu enim cognosci potest Deus non sensu vel imaginatione, quæ corporalia non transcendunt, Deus autem spiritus est, ut Io. 4. dicatur. Es. 52. Ecce intelliget seruus meus. Quarto potest designari a quo per hunc modū Deus cognoscatur, cum dicitur, [A creatura mūdi] per quod uno modo potest intelligi homo. Mar. vlti. Prædicare euangelium omni creaturæ, uel propter excellentiam hominis, qui ordine naturæ minor est angelis: sed excellit inter inferiores creaturas, secūdum illud psal. 8. Minuisti eum paulo minus ab angelis: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, &c. Vel quia communicat cum omni creatura: habet enim esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, vt Gre. dicit. Alio modo potest intelligi de vniuersali creatura. Nulla enim creatura ex proprijs naturalibus potest Dei essentiam in

m. 29. er Euā.

seipsa uidere. Vnde & de Seraphin dicitur Es. 6. quod duabus alis velabant caput: sed sicut homo intelligit Deum per creaturas visibiles, ita angelus per hoc quòd intelligit propriam essentiam. Potest autem aliter intelligi per creaturam mundi non ipsa res creata, sed rerum creatio: ac si diceretur, a creatione mundi, & tūc potest dupliciter ordinari. Vno modo, quod intelligatur quod inuisibilia Dei intelliguntur per ea quæ facta sunt a creatione mundi, non solum per ea quæ facta sunt tempore gratiæ. Alio modo quod intelligatur quod a creatione mundi, homines inceperunt Deum cognoscere per ea quæ facta sunt. Iob 26. Omnes homines uident eum. Glossa autem dicit quod per inuisibilia Dei, intelligitur persona patris. 1. Timo. vlt. Quem nullum hominum vidit, &c. Per sempiternam virtutem, persona filij, secundum illud 1. Corinth. 1. Christum Dei virtutem. Per diuinitatem, persona spiritus sancti, cui appropriatur bonitas, non quod Philosophi ductu rationis potuerunt peruenire per ea quæ facta sunt in cognitionem personarum, quantum ad propria quæ non significant habitudinem causæ ad creaturas, sed secundum appropriata. Dicūtur tamen defecisse in tertio signo, id est, in spiritusancto: quia non posuerunt aliquid respondere spirituisancto, sicut posuerunt aliquid respondere pātri, scilicet ipsum primum principium, & aliquid respondere filio, scilicet primam mentem creatam, quam vocabant paternum intellectum, vt Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis.

LECTIO VII.

POSTQVAM apostolus ostendit veritatem Dei fuisse a Gentibus cognitam: hic ostendit eos fuisse obnoxios culpæ impietatis & iniustitiæ. Et primo ostendit hoc quantum ad culpam impietatis. Secundo quantum ad culpam iniustitiæ, ibi; [Et sicut non probauerunt, &c.] Posset autem aliquis credere, eos a culpa impietatis excusari propter ignorantiam, sicut Apostolus de se dicit infra 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Primo ergo ostendit Gentiles non esse excusabiles. Secundo, ponit eorum culpam, ibi; [Et mutauerunt gloriam.] Circa primum considerandum est, quod tunc ignorantia

A culpam excusat, quando sic procedit & causat culpam, q non causatur a culpa, sicut cum aliquis adhibita diligentia debita, dū credit percutere hostem, percutit patrem. Si vero ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequentem culpam ignorantia excusare. Vnde si quis per ebrietatem homicidium committit, nō excusatur a culpa, quia peccauit se inebriādo. Vnde secundum philosophū, meretur duplices mulctationes. 3. Pol. c. vlt.

LECTIO VII.

ITA vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deū, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed

Primo igitur proponit quod intendit dicēs. Ita quod est Dei, notum est eis, vt sint inexcusabiles, idest, vt per ignorantiam excusari non possint. Ia. 4. Scienti bonum & nō operanti peccatum est illi: Infra 2. Propter quod inexcusabilis es.

B Secundo ibi; [Quia cum cognouissent, &c.] Probat quod dixerat & primo ostendit, quòd prima eorum culpa ex ignorantia non processit: secundo quod ex hac culpa est ignorantia subsecuta, ibi; [Sed euanuerunt.] Quòd autem prima eorum culpa non fuerit ex ignorantia, ostenditur, per hoc quòd Dei cognitionem habentes, ea non sunt vsi ad bonum. Dupliciter autem Deum cognouerunt, vno modo sicut omnibus super eminentem, & sic ei debebant gloriam & honorem, quæ superexcellentibus debetur: isti ideo dicuntur inexcusabiles, [Quia cum cognouissent Deūm, nō sicut Deum glorificauerunt:] vel quia ei debitum cultum non impenderunt, vel quia virtuti eius & scientiæ terminum imposuerunt, aliqua eius potentiæ & scientiæ subtrahentes, cōtra id quod dicitur. Eccle. 43. Glorificantes dominum quantumcunque poteritis. Secundo cognouerūt eum sicut omnium bonorum causam, vnde ei in omnibus gratiarum actio debebatur, quam tamen ipsi non impendebant, sed potius suo ingenio, & virtuti suæ bona sua ascribebant. Vnde subdit, Gratias non egerunt, scilicet do-

C mino 1. Thessal. vlti. In omnibus gratias agite. Deinde cum dicit; [Sed euanuerunt.] Ostendit quòd in eis ex culpa est ignorātia subsecuta. Et primo ponit intentum: secundo manifestat propositum, ibi; [Dicentes.] Primo ergo proponit culpam quæ est ignorantiæ causa cum dicit, Euanuerunt, vanum enim dicitur quod non habet stabilitatem seu firmitatem: solus autem Deus de se est immutabilis. Malachiæ 3. Ego Deus & non mutor. Et ideo tunc solum mens humana est a vanitate libera, quando Deo innititur, cum autem prætermisso Deo innititur cuicunque creaturæ, incurrit vanitatem. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines in quibus non sub est scientia Dei, &c. Psalm. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. In cogitationibus suis euanuerunt, inquātum in seipsis, & nō in Deo: fiduciam habebant sibi, & non Deo bona sua ascribentes, secundum illud Psal. 11. Labia nostra, &cæt. Secundo ponit ignorantiam subsecutam dicens; [Et obscuratum est,] idest per hoc quod obscuratum est:

D factum est cor eorum insipiens, idest, lumine sapientiæ priuatum per quam homo vere Deum cognoscit. Sicut. n. qui oculos corporales a sole materiali auertit, obscuritatem corporalem incurrit, ita ille qui a Deo auertitur de seipso præsumens, & non de Deo: spiritualiter obscuratur. Prouerb. 11. Vbi humilitas, per quam scilicet homo se Deo subijcit, ibi sapientia: vbi superbia, ibi contumelia. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapeintibus, secundū quod scilicet eis videbatur, & reuelasti ea paruulis, idest, humilibus, & de his habetur Ephes. 4. Gētes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. Deinde cum dicit, [Dicentes,] exponit quod dixerat, & primo qualiter in cogitationibus suis euanuerunt, cum dicit; [Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.] Dicentes, idest sapientiam sibi a seipsis ascribentes. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Esa. 19. Quomodo dicetis Pharaoni, filius sapientium ego filius regum antiquorum? &c. Secundo exponit quod dixerat; [Et obscuratum est insipiens cor,] cum dicit, stulti facti sunt, quasi contra diuinam sapientiam agentes. Hiere. 10. Stultus factus est

E omnis homo in scientia sua de qua scilicet præsumebat, Deinde cum dicit; [Et mutauerunt gloriam] ponit peccatum impietatis Gentilium. Et primo quantum ad hoc quod peccauerunt, contra Dei gloriam. Secundo quomodo contra veritatem naturæ ipsius, ibi; [Quia commutauerunt veritatem.] Circa primum duo facit. Primo ponit impietatis culpam, secundo pœnam, ibi; [Propter quod tradidit.] Culpa quidem eorum fuit, quòd quantum in ipsis erat, honorem diuinum in alium transtulerunt, ſm illud Hiere. 2. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Primo ergo ponit id quod mutauerunt: secundo id, in quod mutauerunt, ibi; [In similitudinem.] Circa primum tria sunt attendenda ex parte Dei. Primo quidem, ipsius gloriam quam tangit

Universidad de Deusto Biblioteca

git dicens;[Et mutauerunt gloriam.]Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo de gloria qua homo Deum glorificat, ei cultum latriæ exhibendo 1. Tim. 1. Soli Deo honor. Hanc igitur mutauerunt, cum cultum Deo debitum, exhibuerunt alijs. Alio modo potest intelligi de gloria, qua Deus in se gloriosus est, quæ est incōprehensibilis & infinita: Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria.

euanuerūt in cogitationib. suis: & obscuratum est insipiens cor eorū. Dicētes.n.se esse sapiētes. stulti facti sunt: & mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs, & volucrū & quadrupedū & serpentium. Propter quod

Quæ quidē gloria nihil est aliud quàm ipsa claritas diuinæ naturæ. Lucem.n. habitat inaccessibilem 1. Tim. vltim. Hanc aūt mutauerūt, dum eā alijs attribuerunt. Incommunicabile.n.nomen, lignis, & lapidib. imposuerūt, vt dicitur Sap. 14. Secundo notatur incorruptibilitas cum dicit;[Incorruptibilis.]Ipse.n.solus perfecte incorruptibilis est, qui est omnino immutabilis. Omnis.n.mutatio quędam corruptio est. Vnde dicitur 1. Tim. vlti. Solus habet immortalitatem. Tertio, notatur naturæ sublimitas cum dicitur, Dei vt enim in Psalm. 47. dicitur, Deus magnus dominus. Ex parte vero eius in quod mutauerunt, tria correspondentia ponuntur. Nā cōtra gloriam dicit, in similitudinem imaginis, idest in similitudine alicuius rei per modum imaginis, ab aliquo expressæ. Manifestū enim est, quod similitudo imaginis est posterior illa re, cuius est imago. Gloria autem siue claritas Dei est principium omnis speciei & formæ. Et sic dum Dei gloriam in similitudinem imaginis mutauerunt, conuerterunt primum in vltimum. Sap. 14. Acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem. Contra id quod dixerat incorruptibilis, dicit corruptibilis. Psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? scilicet quod est amplius iam corruptum siue mortuum? Sap. 15. Cum sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Contra id quod dixit Dei, ponit hominis. Iob. 32. Non accipiam personam viri, & Deū homini non æquabo. Et quod est abominabilius, homo gloriam Dei transtulit, non solum in hominem qui est ad imaginem Dei: sed etiam ad ea quæ sunt infra hominem. Vnde subdit;[Et volucrum,] quantum ad volatilia; [Et quadrupedum] quantum ad gressibilia;[Et serpentum]quantum ad reptilia. Prætermittit autem pisces, tanquam magis ab humana conuersatione seiunctos. Hæc autem omnia sunt a Deo homini supposita. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ezech. 8. Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi: & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, &c. Est autem notandum quòd sicut dicit glos. ab aduentu Aeneę consueuerunt in Italia imagines hominum coli: puta Iouis, Herculis, & similium. Sed tempore Cęsaris Augusti deuicta Aegypto, eorum cultum Romani assumpserunt: qui imagines animalium colebant propter figuras animalium quæ notantur in cœlo, quibus Egiptij, tanquam astrologiæ dediti, cultum diuinitatis impendebant. Vnde & dominus filios Israel in Aegypto nutritos, ab huiusmodi cultu remouet dicens, Deuter. 4. Ne forte oculis eleuatis in cœlum uideas Solem, & Lunam & omnia astra cœli, &cæt. Deinde cum dicit;[Propter quod tradidit,] ponit penam huiusmodi culpæ respondentem. Circa quod considerandum est, quod homo mediū locum obtinet inter Deum & animalia bruta, & cum vtroque extremorum communicat: cum Deo quidem secundum intellectualitatem, cum animalibus vero brutis secundum sensualitatem. Sicut igitur homo id quod est Dei, mutauit vsque ad bestias ita Deus id quod est diuinum in homine secundū rationem, subdidit ei, quod est brutale in ipso. s. desiderio sensualitatis: secundū illud Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, similitudine scilicet diuinæ imaginis propter rationem, comparatus est iumentis insipientibus. Hoc est ergo ꝙ dicit. [Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis.]Vt eorum ratio subderetur desiderijs cordis, scilicet sensualis affectus, de quibus dicitur infra 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs, &c. Quod quidem est contra naturalem ordinem hominis, secundum quem ratio appetitui sensibili dominatur. Ge. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Inducit ergo homines in desideria cordis eorum, sicut in manum dominorum crudelium Esa. 19. Tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium. Præcipue tamen circa appetitum sensitiuum, bestialis quædam deordinatio pertinet ad peccata carnalium. Nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, manifeste sunt communes nobis & brutis. Et ideo sunt magis exprobrabiles, quasi magis brutales, Cap. 10. vt dicit Philosophus in 3. Ethicor. Et hoc designatur cum subdit

F In immunditiam, quæ ad peccata carnalia pertinet: secundum illud Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus: quia scilicet homo per huiusmodi peccata, maxime conuertitur & trahitur ad id, quod est infra ipsum: vnumquodque enim dicitur esse impurum siue immundum ex commixtione vilioris, sicut argentum ex commixtione plūbi.

tradidit illos Deus in desideria cordis eorū in immunditiam, ut contumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt ueritatē Dei in mendaciū; & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

Vnde exponens subdit; [Vt contumelijs, [idest turpibus & immundis actibus;] Afficiant,] id est inficiant; [Corpora sua in semetipsis, id est, non quasi ab alijs coacti, puta a Barbaris, sed a semetipsis hoc agunt propria sponte. infra 9. G An nō habet potestatem figulus luti, ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? scilicet in turpem usum. Sed cum huiusmodi immunditia sit peccatū, videtur quod Deus in eam homines non tradat: quia ut dicitur Iacob. 1. Deus intentator malorum est. Dicendum est, quod Deus non dicitur tradere homines in immunditiam directe inclinando affectum hominis ad malum, quia Deus omnia ordinat in seipsum. Prouerb. 16. Vniuersa propter se operatus est dominus, peccatum autem est aliquid per auersionem ab eo. Sed indirecte tradit homines in peccatum, inquantum iuste subtrahit gratiam per quam hominēs continebantur, ne peccarent, sicut si aliquis alicuius sustentaculum tolleret, diceretur facere casum eius. Et per hunc modum, primum peccatum est causa sequentis peccati, sequens uero est pœna prioris. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod vnum peccatum potest esse causā alterius indirecte & directe. Directe quidem, inquantū ex vno peccato inclinatur ad aliud, quod H fit tripliciter. Vno modo secundum rationem causæ finalis, sicut cum quis ex auaritia vel inuidia incitatur ad homicidium cōmittendum. Secundo secundum rationem causæ materialis, sicut gula inducit ad luxuriam ministrando materiam. Tertio, secundum rationem causæ mouentis, sicut cum ex multis actibus alicuius peccati, generatur habitus ad simile peccatum inducēs. Indirecte autem, sicut primum peccatum meretur exclusionem gratiæ, qua subtracta homo ruit in aliud peccatum. Et sic primū peccatum est causa secundi indirecte siue per accidens, sicut remouens prohibens. Sed notandum est, quod peccatum inquantum huiusmodi, non potest esse pœna, quia pœnam contra uolūtatem patimur, peccatum autem est voluntarium, vt August. dicit: sed quia peccatum habet quædam adiuncta, quæ sunt contra voluntatem peccantis, ratione eorum peccatum dicitur pęna pręcedentis peccati. Hoc autem est vno modo aliquid præcedens peccatum, sicut subtractio gratiæ ex qua sequitur vt homo peccet. Alio modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius: sicut I est inordinatio animi, vnde August. dicit in 1. Confess. Iussisti domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus, siue quantum ad exteriores actus quibus difficultates ac labores adiūguntur, secundum illud quod dicunt impij. Sapien. 5. Ambulauimus uias difficiles, &c. Tertio, quantum ad id quod sequitur peccatum, sicut est remorsus conscientiæ, infamia & similia. Deinde cum dicit;[Commutauerunt, &c.]Ponit culpam impietatis, quā commiserunt contra ueritatem diuinæ naturæ. Et primo ponit culpam, secundo pœnam, ibi, Propterea tradidit. Diuina autē natura potest considerari dupliciter. Vno modo secundum quod est ratio cognoscendi, vt ueritas prima, & quantum ad hoc dicit; [Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium,]quod quidem pōt intelligi dupliciter. Vno modo: quia uerā cognitionem quā a Deo acceperunt peruersa ratione ad falsa dogmata conuerterunt, sicut cum dixerunt idola esse deos, vel Deum non esse omnipotentem, uel omniscientem. Hierem. 9. Docuerūt linguas suas loqui mendacium. Alio modo ueritatem Dei in mendaciū mutauerunt, K quia diuinitatis naturam, quæ est ipsā veritas, attribuerūt idolo, quod est mendacium inquantū non est Deus, ut dicit Hierem. 19. Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet homo sibi deos, & ipsi non sunt dij. Alio modo pōt considerari diuina natura, secundū quod est principium essendi omnibus per creationē, & sic debetur ei ab homine, interius quidem cultus secundū pium affectum. Io. 9. Si quis cultor est Dei, &c. exterius uero debetur ei seruitus latriæ, secundum illud Deut. 6. Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde & subdit contra eos scilicet; Coluerūt & seruierūt creaturæ potius, &c.] colebant.n. cęlestia corpora, & aerem, & aquam, & alia huiusmodi, secundū illud Sap. 13. Aut ignem, aut

spiritum

spiritum, aut citatum aerem, &c. Et in hoc improbat sapientes gentilium, qui quamuis nunquam in imaginibus aliquid numinis esse crederent, sicut sectatores Hermetis credebant, neque ea quæ a Poetis fabulose dicebantur de dijs, crederent esse uera, creaturis tamen aliquibus, cultum diuinitatis impendebant, ex quibus rationem fabularum assignabant, sicut Varro posuit totū mundum esse Deum propter animam eius, dicens quòd toti mundo, & omnibus partibus eius, diuinitatis cultus impēdi potest, scilicet aeri, quem vocabant Iunonem, & aquæ quam vocabant Lieum, & sic de alijs. Platonici etiam posuerunt, quod omnibus substantijs rationalibus quæ sunt supra nos, cultus diuinitatis debetur: puta dæmonibus, animabus cœlestium corporum, intelligentijs, id est, substantijs separatis. Quāuis autem his, quæ supra nos sunt aliquam reuerentiam exhibere debeamus, non tamen cultū latriæ, quæ potissime in sacrificijs & oblatione consistit, per quam homo profitetur omnium bonorum Deum esse authorem, sicut & in quolibet regno aliquis honor supremo domino exhibetur, quem non licet transferre in alium. Et ideo subdit: [Qui est benedictus,]id est, cuius bonitas est manifesta. Sic enim dicimur benedicere Deum, inquantum eius bonitatem corde recognoscimus & ore confitemur. Eccl. 43. Benedicentes Deum exaltate illum quantum potestis. Addit autem;[In secula,] quia eius bonitas est sempiterna ab alio non dependens, sed est omnis boni principium. Et ex hoc sibi debetur omnis latriæ cultus. Addit autem Amen, ad omnimodam certitudinem asserendam. Es. 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen, quod idem est quod verum, vel fiat. Videtur aūt Apostolus triplicē theologiam tangere gentiliū. Primo quidē ciuilem quę obseruabatur a pontificibus in adoratione idolorum in templo, & quantum ad hoc dicit, Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei. Secundo theologiam fabularem, quam poetæ tradebant in theatris, & quantum ad hoc dicit; [Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium.] Tertio theologiam naturalem quam obseruauerunt philosophi in mundo, partes mundi colentes, & quantum ad hoc dicit, Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori.

LECTIO VIII.

PROPTEREA tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerūt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturā. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserūt in desiderijs suis in inuicē, masculi in masculos turpitudinē operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in se

LECTIO VIII.

POSITA culpa impietatis, secundum quam contra naturam diuinam peccauerunt, hic ponit pœnam, qua scilicet ad hoc reducti sunt, vt contra suam naturam peccarent. Et primo ponit pœnam, secundo exponit, ibi; [Nam fœminæ,]tertio eius conuenientiam ostendit, ibi; [Et mercedem.]Dicit ergo primo; [Propterea,] scilicet quia Dei veritatem in mendacium mutauerunt, [Tradidit illos Deus] non quidem impellendo in malum, sed deserendo; [In passiones ignominiæ,] idest peccata contra naturam, quæ dicuntur passiones secundum ꝙ proprie passio dicitur, ex eo quòd aliud trahitur extra ordinem suæ naturæ, puta cum aqua calefit, aut cum homo infirmatur. Vnde quia per huiusmodi peccata homo recedit ab ordine naturali, conuenienter dicuntur passiones, infra 7. Passiones peccatorum. Dicuntur autem passiones ignominiæ, quia non sunt nomine digna, secundum illud Ephes. 5. Quæ aguntur in occulto ab eis, turpe est dicere. Si enim peccata carnis communiter exprobrabilia sunt, quia per ea homo deducitur ad id, quod est bestiale in homine, multo magis peccatum contra naturam, per quod etiam homo a natura bestiali decidit. Oseæ 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Deinde cum dicit; [Nam fœminæ eorum, &c.]exponit quod dixerat. Et primo quantum ad fœminas, secundo quantum ad masculos, ibi;[Similiter autem masculi.]Dicit ergo primo. Ideo illos dico in passiones ignominiæ traditos. [Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum; in eum qui est contra naturam. 1. Cor, 11. Nec ipsa natura docet vos. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, id est ius naturale. Est autem considerandum quod dupliciter est aliquid contra naturam hominis. Vno modo contra naturam differentiæ constitutiuæ hominis, quæ est rationale, & sic omne peccatum dicitur esse contra naturam hominis, inquantum est contra rationem rectam. Vnde & .2. de fi .4. post c. Dama. dicit in 2. lib. quòd angelus peccans, versus est ex eo quod est secundum naturam in id, quod est præter naturam. Alio modo dicitur esse aliquid contra naturam hominis ratione generis, quod est animal. Manifestum est autem quod secundum na-

A turæ intentionem, commistio sexuum in animalibus, ordinatur ad actum generationis. Vnde omnis commistionis modus ex quo generatio sequi non potest, est contra naturam hominis inquantum est animal. Et secundum hoc dicitur in Glossa, naturalis vsus est vt vir & mulier in uno concubitu coeant. Contra naturam uero, ut masculus masculum polluat, & mulier mulierē: & eadē ratio est de omni actu coitus, ex quo generatio sequi non pōt. Deinde cū dicit; [Similiter autem:] exponit quantū ad mares qui. s. relicto naturali, vsu fœminæ exarserunt, i. extra ter- B minos naturæ arserunt, secundum illud Ps. 105. Exarserunt sicut ignis in spinis. Et hoc,[In desiderijs suis,] scilicet carnalibus; [Inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes.] Ezech. 16. Nudabo ignominiam tuam coram eis, &c. Deinde cū dicit,[Et mercedem:]ostendit hanc pœnam conuenientem esse culpæ, dicens; [Recipientes in semetipsis,]i. in deformatione suæ naturæ [mercedem erroris sui,] .s. quo Dei veritatem in mendacium cōmutauerunt; [Mercedem,]i. retributionē quā oportuit, s. eos recipere, sm iustitiæ ordinem ex qua debitum erat; vt qui in Dei naturam iniuriosi fuerant, id quod est proprium sibi creaturis attribuendo, in sui naturā contumeliosi existerent. Et quamuis merces proprie videatur in bonum sonare, tamen hic sumitur communiter pro quacunque retributione, et in malis, sm modum quo dicitur infra 9. Stipendia peccati mors. Mich. 1. Mercedes eorū igni comburentur. Et est notandum quòd satis rationabiliter Apostolus vitia contra naturam quæ sunt grauissima inter peccata car- C nalia, ponit idolatriæ pœnam, quia simul cum idolatria incepisse videntur, scilicet tempore Abrahæ, quando creditur idolatria incepisse. Vnde & tunc primo leguntur in Sodomitis punita esse, vt Gen. 19. simul etiam idolatria crescente, huiusmodi vitia creuerunt. Vnde dicitur 2. Machab. 4. quòd Iason ausus est sub ipsa arce optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam & profectus gētilis, & alienigenæ conuersationis. Deinde cum dicit; [Et sicut nō probauerunt:] ostendit eos iustitiæ fuisse subiectos. Et primo ostendit ex qua priori culpa in hæc peccata deuenerunt. Secundo enumerat horum peccatorum differētias, ibi;[Repletos omni iniquitate.] Culpam autem præcedentem ponit cum dicit; [Et sicut nō probauerunt Deum habere in notitia,] quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia quamuis lumine rationis, & per creaturas inuisibiles veram Dei cognitionem habere potuerunt, tamen vt liberius possent peccare non probauerunt, idest non approba- D uerunt, ut ipsi haberent Deum in sui notitia. Iob 22. Dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Alio modo potest intelligi quod ipsi non probauerunt quod Deus in sua notitia haberet facta humana, secundum illud Psalm. 93. Dixerunt, non uidebit dominus, nec intelliget Deus. Et secundum hunc sensum conuenienter huic culpæ respondet pœna cum subditur, Tradidit illos Deus in reprobum sensum: dicitur autem hic sensus hominis non exterior quo sensibilia cognoscuntur, sed interior secundum quem iudicat de agendis, secundum illud Sapien. 6. Cogitare de illa sensus est consummatus. Dicitur autem sensus reprobus, quo aliquis reprobandum iudicium habet de agendis, secundum illud 2. Timo. 3. Homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Hiere. 9. Argentum reprobum uocate eos. Et ideo subdit; [Vt faciant ea quæ non conueniunt,] idest ea quæ a recta ratione discordant. Sapien. 3. Inutilia opera E eorum sunt. Est autem conueniens, ut qui contra Dei notitiam peccauerunt vel eum cognoscere nolentes, uel eum cognoscere non arbitrantes in peruersitatem sensus traderentur. Vnde & Sapien. 14. dicitur, Peccantium pœna perambulat semper iniustorū præuaricationem. Deinde cum dicit,[Repletos, &c.] enumerat huiusmodi inconuenientia opera: & primo ponit id quod est generale, dicens; [Repletos omni iniquitate,] quia ut dicitur 1. Io. 3. Omne peccatum est iniquitas. Sicut enim omnis uirtus inquantum exequitur præceptum legis habet rationem iustitiæ, ita etiam omne peccatum inquantum a regula legis diuinæ discordat, habet rationem iniquitatis. Et sic in Sacra Scriptura precipue peccata arguūtur. Dupliciter autem eorū culpā exaggerat. Primo quidem intensiue, per hoc quod dicit, [Repletos,] Ille enim uidetur repleri iniquitate, cuius affectus est totaliter ad peccandum dispositus, secundum illud Psal. 13. Quorum os, maledictione & amaritudine plenum est. Secundo extensiue, quia scilicet non tantum in uno peccauerunt, sed in omnibus. Sapien. 1. Infandorum

idolorum

idolorum cultura omnis mali causa est. Consequenter cum dicit; [Malitia,] enumerat peccata in speciali. Et primo quantum ad transgressionem quæ opponitur præceptis negatiuis. Secundo quantum ad omissionem, quæ opponitur præceptis affirmatiuis, ibi; [Superbos.] Circa primam duo facit. Primo ponit peccata, quibus aliquis deterioratur in seipso. Secundo, peccata quibus aliquis fit nociuus proximo, ibi; [Nequitia.] Circa primum ponit quidē id primo, quod est generale cum dicit; [Malitia,] quæ est habitus uitiosus uirtuti oppositus. Vnde ex malitia peccare dicuntur qui ex habitu peccant. Psalm. 51. Quid gloriaris in malitia?

metipsis recipientes. Et sicut nō probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cōtumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus nō obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cū iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiā qui [G] consentiunt facientibus.

In speciali ponit peccatum, quo quis deordinatur circa appetitum corporalium delectationum cum dicit; [Fornicatione.] Quamuis enim fornicatio proprie sit cum meretricibus, quæ iuxta fornices, i. arcus triumphales se publice prostituebant, tamen hic sumitur pro omni illicito concubitu. Thob. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Secundo ponit uitium per quod quis deordinatur circa appetitum rerum exteriorum, cum dicit; [Auaritia,] quæ est immoderatus appetitus habendi. Hebr. ulti. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Deinde ponuntur peccata, quæ tendunt ad nocumentum proximi. Et primo ponit id quod est generale, cum dicit; [Nequitia,] dum scilicet attentat aliquis quod nequit implere, quod maxime contingit circa nocumenta proximorum, quibus non potest aliquis aliquando pro voto nocere. Psal. 7. Consumetur nequitia peccatorum. Consequenter ponit radicem horum peccatorum, dicens; [Plenos inuidia,] quæ est dolor de alieno bono: ex quo aliquis incitatur ad nocendum alteri. Sapien. 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarū. Postea ponuntur nocumenta, & proximo manifesta, & quantum ad facta, cum dicit; [Homicidijs,] quæ sunt præcipua nocumenta. Oseæ 4. Maledictum, mendacium, & homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt. Dicit autem pluraliter; [Homicidijs,] quia homicidium, non solum consistit in opere, sed ēt in uoluntate 1. Io. 3. Qui odit fratrem, homicida est: qui scilicet odit ad occidendum. Et quantum ad verba, cum dicit: [Contentione.] Est autem contentio, impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Prouerb. 20. Honor est homini qui se separat a contentionibus. Deinde ponit nocumenta occulta, & primo illud quod est generale, cum dicit; [Dolo,] quando. s. aliud simulatur, & aliud agitur. Hier. 9. Sagitta vulnerans, lingua eorum, dolum locuta est in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ei ponit insidias. Post hæc ponit radicem interiorem horum nocumentorum, cū dicit; [Malignitate] quæ importat malum ignem, idest malum affectum in corde, secundum illud Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus, Ps. 5. Non habitabit iuxta te malignus. Consequenter ponit nocumenta occulta quæ præcipue fiunt verbis, cum dicit; [Susurrones.] Qui scilicet occulte susurrant in auribus hominum ad seminādum inter eos discordias. Eccl. 18. Susurro & bilinguis maledictus in populo: multos. n. turbauit, pacem habentes; [Detractores,] qui. s. detrahunt famæ alicuius occulte. i. eo ignorante, mala dicentes de eo. Eccl. 10. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Et ne putentur ista peccata esse leuia, quia solo ore committūtur, subdit; [Deo odibiles.] Impugnant enim id maxime quod Deus in hominibus amat scilicet mutuum amorem. Io. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Vnde dicitur Prouerb. 6. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius, scilicet qui seminat inter fratres discordias. Addit autem] Contumeliosos, [qui scilicet mala in faciem inferunt. 1. Tim. 1. Qui prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus. Sic ergo hæc tria vitia in materia conueniunt, quia omnes mala dicunt de proximo. Dicit autem in fine, nam susurro intendit discordiam, detractor infamiam, contumeliosus iniuriam. Consequenter ponit peccata quæ pertinent ad omissionem: & primo ponit radicem horum peccatorum, cum dicit; [Superbos.] Dicuntur enim superbi, quasi super se euntes per inordinatum appetitum excellentiæ: volunt enim præesse, non subesse alienæ regulæ, & ideo præcepta contemnunt. Eccl. 10. Initium omnis peccati, superbia. Quod verum est quantum ad auersionem a Deo, non quantum ad conuersionem ad bonum commutabile. Dicitur enim 1. Tim. ult. quod radix omnium malorum est cupiditas. Secundo ponit processum

[F] superbiæ, ex quo primo in corde nascitur elatio: vt scilicet homo se super alios efferat. Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum. Vnde dicitur contra elatos illud ps. 130. Neque elati sunt oculi mei. Secundo ex superbia in opere nascitur nouitatum præsumptio. Et quantum ad hoc subdit, Inuentores malorum, quia enim bona iam a Deo & ab hominibus sunt instituta, cōsequens est vt ipsi de nouo adinueniant mala. Esa. 3. Ad inuentiones eorū contra dominum. Consequenter ponuntur ipsæ omissiones. Et primo respectu superiorum. Vnde quantum ad parentes dicit; [Parentibus non obedientes.] Contra id quod dicitur Ephe. 6. Filij, obedite parentibus vestris in domino. Quantum autem ad Deum, dicit; [Insipientes,] idest contra diuinam reuerentiam agentes. Iob 28. Ecce timor domini, ipsa est sapientia, & recedere a malo, intelligentia. Secundo ponit omissionem, quantum ad seipsum, cum dicit, [Incompositos,] in habitu & in incessu. Eccles. 19. Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enunciat de illo. Quidam tamen inculpantur Esa. 3. de hoc, quod composito gradu incedebant, quia illa compositio excedebat modum communem hominum, inter quos conuersabantur. Tertio ponit omissionem quantum ad pares, ad quos debemus habere primo affectum in corde, contra quod dicit; [Sine affectione.] Prouerb. 12. Viscera impiorum crudelia. 2. Tim. 3. Erunt homines se ipsos amantes, scilicet, & non alios. Secundo debet homo eis exhibere socialem conuersationem, contra quod subdit; [Absque [H] fœdere,] quo scilicet alijs socialiter non communicant. Iud. 18. Percusserunt eos in ore gladij, eo quod cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negocij. Eccles. 4. Ve soli, quoniam cum ceciderit, &c. Quarto quantum ad inferiores, subdit; [Sine misericordia] quam debemus miseris exhibere. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam, &c.

Deinde cum dicit; [Qui cum iustitiam:] ostendit eos esse obnoxios iræ siue vindictæ diuinæ. Circa quod tria sunt consideranda. Primo, naturalis eorum affectus: quia cum cognoscerent Deum iustum & omnes alias perfectiones habentem, non crediderunt quod pro peccatis pœnam inferret, Sopho. 1. Dicunt in cordibus suis, non faciet dominus male. Et hoc est quod dicit; [Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt.] Secūdo, pœna peccatis eorum debita, cum dicit, Digni sunt morte infra 6. Stipendia peccati, mors est. Dignum est enim quod anima [I] quæ deserit Deum, a corpore suo deseratur per mortem corporalem & finaliter deseratur a Deo per mortem æternam, de qua dicitur in ps. 33. Mors peccatorum pessima. Et Apoc. 2. In his mors secunda non habebit potestatem. Tertio considerandum est quibus talis pœna debetur. Et primo his qui talia agunt scilicet prędicta peccata, secundum illud ps. 5. Odisti omnes qui operātur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, & non solū illis qui faciunt, sed etiam his qui consentiunt facientibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directe vel laudando peccatum, secundū illud psal. 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Vel etiam præbendo consilium & fauorem, secundum illud 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium. Alio modo indirecte, quando non reprehendit aut impedit quocunque modo si potest, & præcipue si ex officio incumbat, sicut peccata filiorum imputantur Hely: sicut patet 1. Regum 4. [K]
Hæc etiam specialiter Apostolus dicit propter quosdam sapientes Gentilium: qui & si idola non colebant, tamen colentibus non resistebant.

CAP.

CAP. II. LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit quod gentiles iustificati non sunt ex veritatis cognitione quā habuerunt, hic ostēdit ꝙ neque etiam Iudęi iustificati sunt ex his in quibus gloriabātur. Et sic vtrisque est necessaria ad salutem virtus euangelicæ gratiæ. Primo ergo dicit, quod Iudęi non sunt iustificati ex lege. Secundo ꝙ nō sunt iustificati ex genere, de quo gloriabātur. 3. cap. [Quid ergo est amplius?] Tertio ꝙ nō sunt iustificati ex circūcisione. 4. cap. [Quid ergo dicemus?] Circa primum considerandū est ꝙ Iudęi & Gētiles,

LECTIO I.

PROPTER quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem, in eos qui talia agunt. Existimas autem o homo qui iudicas eos q talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudiciū Dei? An diuitias bonitatis eius & patiētiæ & longanimitatis eius cōtemnis? Ignoras qm̄ benignitas Dei ad pęnitētiam te adducit. Scdm autem duritiam tuā & impęnitens cor [B] thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

ad fidem conuersi se inuicem iudicabant de priori vita. Iudæi. n. Gentib. obijciebant, ꝙ sine Dei lege viuentes, idolis immolabāt. Gentes autē obijciebant Iudęis, ꝙ lege Dei accepta, eam non seruabant. Primo ergo vtrosque arguit de inordinato iudicio. secundo specialiter ostendit ꝙ Iudæi non erant digni præmio: quia ea in quibus gloriabantur, non sufficiebant ad salutem, ibi. [Non enim auditores legis] Circa primum duo facit. Primo confutat humanum iudicium. Secundo astruit & commēdat diuinum, ibi [Scimus enim] Circa primum duo facit. Primo proponit mutuo se iudicantes excusabiles esse. Secundo assignat rationem, ibi [In quo autem] primo ergo concludit ex pręmissis, dicens, Propter quod Gētiles veritatem de deo cognitam in iniustitiam detinuerunt. O homo qui iudicas alium hominem, inexcusabilis es, sicut sup. 1. dixit, ita vt sint inexcusabiles. Addit autem [Omnis.] Quasi dicat, quicunque sis, siue Gentilis, siue Iudęus, quia etiam Gentilis de quo magis videbatur, non potest excusari per ignorātiam, sicut supra ostensum est. 1. Cor. 4. Nolite ante tēpus iudicare. Deinde cum dicit [In quo enim,] assignat rationem, excludendo causam excusationis. Primo quidē ignorātiam. Secundo innocentiam, ibi. [Eadem enim] ignorantia quidem excluditur per iudicium: quicunque. n. iudicat aliquem quasi male agentem, demonstrat se agnoscere illud esse malum, & ex hoc, ostendit esse condemnabilem: & hoc est ꝙ dicit, Ideo (inquam) es inexcusabilis. In quo. n. iudicas alterum quasi male agentem, teipsum condemnas. i. ostendis te esse condemnabilem. Mat. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Non tamen credendum est ꝙ omne iudicium sit condemnationis causa. Est. n. triplex iudicium. Vnū quidem iustum, quod. s. fit secundum regulam iustitię. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Aliud est iudicium non iustū, ꝙ scilicet fit contra regulam iustitiæ. Sap. 6. Cum essetis ministri regni eius, non recte iudicastis. Est autem tertium iudicium temerarium, contra ꝙ dicitur Eccle. 5. Ne temere quid loquaris. Quod quidem dupliciter committitur. Vno modo quando aliquis procedit circa id, quod est sibi commissum, iudiciū absq; debita veritatis cognitione: contra id quod dicitur Iob. 29. Causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabam. Alio modo quando aliquis vsurpat sibi iudicium de occultis, de quibus solus Deus iudicare habet. Contra id ꝙ dicit 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quoadusq; veniat dominus qui illuminabit, &c. Est aūt aliquid occultum, non solum quoad nos, sed secundum sui naturā, ad solam dei cognitionē pertinens. Primo quidē cogitatio cordis, ſm illud Hier. 17. Prauū est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud: Ego dn̄s scrutans corda, & probans renes. Secundo cōtingens futurum, ſm illud Esa. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & dicemus quia dij estis vos. & ideo sicut dicit Aug. [p.28.] de sermone domini in monte. Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum est quo animo quidque factum fuerit, vel cum incertum est, qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Primum ergo iudicium non est condemnationis causa, sed secundum & tertiū. Deinde cū dicit. [Eadem. n.] excludit aliam excusationis causam. s. innocentiā, quasi dicat, Ideo tu qui iudicas alios, teipsum condemnas, quia tu eadē agis quę iudicas, idest, de quib. alios cōdemnas: & ita videtur ꝙ contra conscientiā agis. Mat. 7. Quid aūt vides festucā in oculo &c. Est tn̄ sciendū, ꝙ non semper cum aliquis aliquem iudicat de peccato quod ipse committit, per hoc ipsum, semper sibi condemnationem acquirit, quia non semper mortaliter peccat sic iudicando: semper tamen suam damnationem manifestat. Si enim publice sit in peccato de quo alium iudicat, vr̄ scandalizare iudicando, nisi forte humiliter se simul cum illo reprehēdat

[A] pro suo peccato ingemiscens. Si vero sit in eodem peccato occulte, non peccat iudicando alium de peccato eodē, maxime cū humilitate & conatu ad resurgendum: vt Augu. dicit in libro de sermone domini in monte. [2. cap. 5.] Primum cogitemus cū aliquem reprehēdere necessitas nō cogit, vtrum tale sit vitium, ꝙ nunquā habuimus & tunc cogitemus nos & habere potuisse: vel tale ꝙ habuimus, & iā non habemus: & tunc tangat memoriā fragilitas cōis, vt illam correctionem, nō odium, sed misericordia precedat. Si aūt inuenimus nos in eodē vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pariter condolendum inuitemus. Deinde cū dicit. [Scimus enim] astruit & commendat diuinum iudicium. & circa hoc tria facit. Primo ponit diuini iudicij veritatem. Secundo excludit contrariam opinionem, ibi [Existimas.] Tertio manifestat veritatem, ibi [Qui reddet vnicuique.] Dicit ergo primo, ideo dico quod teipsum condemnas, cum eadem agis, quæ iudicas. Scimus enim, id est pro certo tenemus, quoniam iudicium Dei est in eos qui talia agunt, idest, imminet eis diuinum iudicium. Iob. 19. Vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium Eccl. vlti. Cuncta, q̄ fiūt, adducet Deus in iudicio. Item scimus quòd hoc iudicium est secundum veritatem. Psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Hominis autem iudicium, etiam si iuste iudicet, non semper est secundum veritatem negocij, sed secundum dicta testium, quæ quandoq; dissonāt a veritate. Sed hoc non est in diuino iudicio: [C] quia vt ipse dicit Hier. 29. Ego sum iudex & testis. Non etiam fallitur falsis allegationibus, secundum illud Iob. 4. non parcam ei quasi verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Deinde cum dicit: [Existimas autem] excludit opinionem contrariam. Et primo ponit eam. Secundo assignat causam, ibi [An diuitias.] Tertio improbat, ibi [Ignoras.] Dicit ergo primo. Ita dixi ꝙ iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Sed numquid homo, quicunque es, qui iudicas eos qui talia agunt, & tamen facis ea, superioris iudicium non times? existimas quia tu effugies, iudicium Dei? Quasi dicat, Si hoc existimas, falsa est ęstimatio, tua. Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Deinde cum dicit [An diuitias] ostendit causam huius falsæ æstimationis. Quia enim homo non statim punitur a Deo pro peccato, æstimat se non esse puniendum. Contra id quod dicitur Eccl. 5. Ne dixeris in corde tuo, Peccaui, & quid accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor, Et Eccl. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sentētia, [D] absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, non debet contemnere, sed aduertere quod est bonum timentibus eum. Et ideo hic dicit, An contemnis, secundum illud Prouer. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit diuitias, idest abundantiam. Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia bonitatis eius, per quam scilicet in nos diffundit bona, secundum illud Psalm. 144. Aperis tu manum tuam, & omnia imples bonitate. Nam bonum diffusionis rationem importat secundum Dionys. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum. Et patientiæ per quam, scilicet sustinet grauiter, & ex malitia peccantes. Psalm. 7. Deus iudex iustus, & patiens, numquid irascitur per singulos dies? Et longanimitatis, per quam scilicet diu sustinet homines ex infirmitate peccantes, diu tamen in peccato permanentes. 2. Pet. vlt. Longanimitatem domini nostri Iesu Christi, salutem arbitramini. Deinde cum dicit [ignoras] improbat prędictam causam, scilicet contemptum diuinæ patientiæ, & primo fructum diuinæ patientiæ, demonstrat: [E] secundo periculum contemptus, ibi [Secundum duritiam autem.] Dicit ergo primo, mirum est quod contemnis. Numquid igitur ignoras quoniam benignitas Dei differentis pęnam. 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed ad pęnitentiā reuerti. Esa. 3. Expectat vos Deus vt misereatur vestri. Videtur autē Apostolus, vt in Glo. dicitur, tres gradus peccatorum tetigisse. Primo quidem impunitatem sibi promittentium. Secundo contemnentium Dei bonitatem. Tertio vero ignorantium. Vnde dicit Glo. Peccas homo, dū tibi impunitatē promittis, grauius peccas, quia contemnis, & grauissime peccas, quia ignoras. Sed vr̄ hoc esse falsum, nam ignorantia alleuiat peccatum magis quàm aggrauet.

Est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est igitur secundum quosdam intelligendum, grauissime, id est perniciosissime, quia qui ignorat peccatum, non quærit remedium. Vel grauissime propter ignorantiæ speciem, quæ ad infidelitatem pertinet, quæ est grauissimum peccatum. Vnde dr 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauissime in genere ingratitudinis Augustinus, Magis enim est ingratus q̃ beneficiũ non cognoscit, q̃ qui diminuit, q̃ est cõtemnere. Deinde ẽ dicit [Secundum duritiam] ostendit periculum contemptus, dicẽs secundum autem duritiam, quia. s. ob beneficia diuinę bonitatis non emollitur. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo, & cor impœnitens, quod scilicet ad pœnitentiam nõ flectitur ex Dei patientia & longanimitate. Hiere. 8. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo [Thesaurizas tibi iram,] idest multiplicas tibi reatum pœnę. Iac. 5. Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus. Vnde & hic sequitur, [In die iræ,] idest in die iudicij: de qua dicitur Sopho. 1. Dies illa, dies iræ, quia scilicet nunc Deus vindictam nõ infert, quam tunc inferet, secundum illud Psalm. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. [Et reuelationis iusti iudicij Dei,] quia tunc reuelabitur iustitia diuini iudicij, quod nunc non creditur esse, aut non videtur esse iustum. Esa. 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et quia Glossa hic dicit, quod per duritiam & cor impœnitens significatur peccatum in spiritum sanctum, quod est irremissibile: ideo oportet videre quid est peccatum in spiritum sanctum, & quomodo sit irremissibile. Est igitur sciendum, quòd secundum antiquos doctores ecclesiæ, qui fuerunt ante Augustinum, scilicet Athanasium, Hylarium, Ambrosium, Hieronymum, & Chrysostomum, peccatum in spiritum sanctum dicitur blasphemia, qua opera spiritus sancti spiritui immundo attribuuntur, vt patet Matth. 12. quod quidem dicitur irremissibile, & in hoc seculo & in futuro, quia pro hoc peccato puniti sunt Iudæi, etiam in hoc seculo per Romanos, & in futuro per dæmones. Vel quia non habet aliquam rationem excusationis, sicut habebat blasphemia, quam dicebant in Christum inquantum erat filius hominis: secundum illud Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini. Ad quod poterant induci per infirmitatem carnis, sicut & in veteri testamento, quia filij Israel murmurauerunt pro defectu panis & aquæ: vt legitur Exod. 16. Quasi humanum fuit & facile remissibile: sed quod postea dixerunt coram dolo: vt Exod. 22. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti: peccauerunt in spiritum sanctum, scilicet opus Dei dæmonibus attribuentes. Vnde & eorum peccatum dicitur irremissibile, cum dominus subdit. Ego autem in die vltionis visitabo peccatum eorum. Augustinus autem dicit, peccatum in spiritum sanctum esse verbum, vel blasphemiam, quam quis dicit contra spiritum sanctum, per quem fit remissio peccatorum, secundum illud Ioann. 26. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et hoc quidem corde, scilicet ore & opere, dum aliquis perseuerat in peccato vsque in finem vltimum. Et sic finalis impœnitentia, est peccatum in spiritum, de qua manifestum est esse irremissibile. Magistri vero sequentes dicunt peccatum in spiritum sanctum, scilicet quod committitur ex certa malitia, quæ contrariatur appropriato spiritui sancto, scilicet bonitati, sicut & peccatum in filium Dei, quod est ex ignorantia, quæ opponitur sapientiæ, quæ appropriatur filio. Et similiter peccatum in patrem potest dici quod sit ex infirmitate, quæ contrariatur potentiæ, quæ est appropriata patri. Sic ergo peccatum quod est in patrem, vel in filium, dicitur remissibile, quia ex hoc ipso peccatum videtur aliquam excusationem habere, quia ex ignorantia, vel ex infirmitate committitur. Quod autem ex certa malitia committitur, nullam in se habet excusationis causam: & ideo dicitur irremissibile, quia non habet in se, vnde remittatur, licet quandoque Deus illud ex sua bonitate remittat, sicut quandoque ex sua virtute curat morbum qui est de se incurabilis. Et secundum hoc assignantur sex species peccati in spiritum sanctum, excludentes ea per quę peccatum remittitur, quorum prima duo accipiuntur per respectum ad ea, quæ se tenent ex parte Dei. s. f. spes diuinæ misericordiæ, cui opponitur desperatio: & timor diuinę iustitiæ, cui opponitur præsumptio. Alia vero duo accipiuntur ex parte hominis. s. contemptus boni commutabilis cui opponitur obstinatio, quæ hic duritia dicitur, per quam, scilicet aliquis firmat animum suum ad peccatum: & desperatio auersionis a Deo, cui opponitur cor impœnitens, q̃ scilicet nunquam proponit per pœnitentiam reuerti ad Deum. Alia vero accipiuntur ex parte donorum Dei, quorum vnum est fides, secundum illud Prou. 15. Per fidem purgantur peccata. & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Aliud autem est charitas, & secundum illud Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. & huic opponitur inuidentia fraternæ gratiæ.

Hier. sup. Matt. c. 12.

In Expositione in cõ. Epistolæ ad Rom. circa finẽ, Et de verb. Domini, ser. 11.

LECTIO II.

QVI reddet vnicuique secundum opera eius, ijs qui dem, qui secundum patientiam boni operis, gloriã & honorẽ & incorruptionẽ q̃rũt, vitã ęternã. His autem qui sunt ex cõtentione, & qui nõ acquiescunt veritati, credunt aũt iniquitati, ira &

POST QVAM Apostolus proposuit veritatẽ diuini iudicij, exclusa cõtraria opinione, hic manifestat diuini iudicij veritatem, & primo proponit q̃ intendit, secundo manifestat propositum, ibi [His quidem qui sm patientiam.] Proponit autem primo veritatem diuini iudicij quantum ad duo scilicet quantum ad opera, & quantum ad personas. Quantum ad opera quidem, quia in præsenti non reddit secundum opera, sed quandoque male agentibus gratiã largitur, sicut ipsi Paulo Apostolo, qui prius blasphemus & persecutor misericordiam consecutus est: vt dicitur 1. Tim. 1. Sed hoc non erit in die iudicij, quando erit tempus, secundum iustitiam iudicandi. psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et ideo alibi dicitur in psal. 27. Secundum opera manuum eorum tribue illis. quantum ad personas attenditur veritas diuini iudicij, quia retributionis æqualitas seruabitur quantũ ad omnes 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet Videtur autem, quod non sit secundũ opera retributio futura, quia peccato temporali pœna æterna retribuetur. Sed dicendum est, quod sicut Aug. dicit 21. de ciuitate Dei, In retributione iustitiæ, non consideratur æqualitas temporis inter culpam & pœnam, quia etiam secundum humanum iudicium pro culpa adulterij, quæ breui hora committitur, infligitur pœna mortis, in qua non attendit legislator moram occisionis, sed potius quod per mortem perpetuo excluditur a societate viuentium Et sic etiam suo modo, homo pro culpa temporali punitur pœna æterna. Et ideo non est mirum, si peccata commissa cõtra charitatem, per quam scilicet est societas inter Deum & homines, æternaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem esse iustum ex tribus apparet. Et infinita dignitate Dei in quem peccatur, tanto enim quis grauius peccat, quãto maior est dignitas personæ in quam peccatur: sicut plus peccat qui peccauit principem, quam qui peccauit priuatam personam. Et sic cum culpa peccati mortalis sit quodammodo infinita, oportet q̃ ei infinita pœna respondeat. Et sic cum non possit esse infinita secundum intensionẽ relinquitur q̃ sit infinita secundum durationem. Secundo apparet ex voluntate per quam peccatur. Quicunque enim mortaliter peccat auersus ab incommutabili bono: finem constituit in bono commutabili, sicut fornicator in delectatione carnis, auarus in pecunia. Et quia finis per se appetitur, quicunque appetit finem fertur in illud, volens illud semper obtinere, si aliquid aliud nõ obstat. Vnde ille qui peccat mortaliter, voluntatẽ habet perpetuo in peccato manẽdi, nisi forte per accidens, sicut q̃ timet pœnã, vel aliquod aliud impedimentum. Vnde cõueniens est, vt ex quo homo secundum suam voluntatem peccatum perpetuo obtinẽdum appetit, quod ęternaliter pro illo puniatur. Deus. n. qui est inspector cordis præcipue voluntatem peccantis attendit.

Tertio ex parte effectus peccati, quæ est subtractio gratiæ, ex qua sequitur q̃ homo quantum est de se, perpetuo maneat in peccato a quo exire non potest, nisi per auxilium gratię. Non est autem cõueniens vt durante culpa, cesset pœna, & ideo in perpetuũ durat pœna. Quod autem dicitur reddet vnicuique sm opera sua, non est intelligendum secundum æqualitatem operum, quia præmium excedit meritum, sed secundum proportionem, quia bonis retribuet bona, & melioribus meliora. & eadẽ ratio est de malis. Deinde cum dicit [His quidem qui secundum patientiam.] manifestat propositum, & primo quantum ad opera, secundo quantum ad personas, ibi [In omnem animam.] Quantum autem ad opera ostendit veritatem diuini iudicij, primo quidem in bonis: secundo in malis, ibi [His autem qui ex contentione Circa primũ duo considerãda sunt scilicet meritum, & præmiũ. Ad meritũ tria concurrunt. Primo quidem patiẽtia, quod potest intelligi vno modo de patiẽtia Dei, de qua supra dictum est. An diuitias bonitatis, & patientiæ, vt intelligantur illi esse secundũ patientiã boni operis scilicet dispositi qui bene patientia Dei vtuntur bene operando. Alio modo potest intelligi de patientia hominis, quod etiam intelligi potest dupliciter. Vno modo secundum quod patientia importat tolerãtiam aduersorum, cum æquanimitate cordis. Hoc autem necessarium est, quod aliquis a bono opere non desistat propter mala quæ patitur, & hoc est quod dicit, [Secundum patiẽtiã boni operis.] Iac. 1. Patientia opus perfectum habeat. Luc. 21.

In

in patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundo potest intelligi patientia, pro longanimitate, siue pro perseuerantia, vt scilicet aliquis a bono opere propter tædium nõ recedat, Iac. vltimo Patientes estote fratres vsque ad aduentum domini. Ad Hebr. decimo. Patientia vobis necessaria est. Secundum est bonitas operis, q̃ quidem dicitur bonũ secũdum ordinem ad debitum finem, & secundum quod conuenit regulæ debitæ, quę est lex Dei, & ratio humana. Galat. vltimo. Bonum facientes, non deficiamus. Secundo tangitur rectitudo intentionis quærentibus vitam æternam, vt scilicet in malis, quę homo patitur, uel in bonis quæ agit, non quærat aliquid temporale, sed æternum. Matt. 6. Primum quærite regnum Dei. Ex parte ẽt præmij tangit tria, quorum primum est gloria, quæ significat claritatem sanctorum, etiam intrinsecam, quia replebuntur in mente secundum illud Esa. quinquagesimooctauo. Implebit splendoribus animam tuam, & exteriorem, qua splendebunt in corpore, Matt. decimotertio. Fulgebunt iusti, sicut sol in regno patris eorũ Psal, centesimoquadragesimonono. Exultabunt sancti in gloria. Secundo tangitur honor, per quem significatur sanctorum dignitas & reuerentia, quæ eis exhibetur ab omni creatura. Erunt. n. reges & sacerdotes Apocalypsis quinto. Fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes. Et vlterius computabuntur inter filios Dei, secundum illud Sapien. quinto. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Psalm. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Tertio tangitur incorruptio, quia scilicet illa gloria & honor, non erunt transitoria, sicut ea quæ sunt in hoc mundo. 1. Corinth. nono. Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

indignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animã hominis operantis malum, Iudæi primũ, & Græci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonũ, Iudæo primum, & Græco.

Deinde cum dicit [His autem,] ostendit veritatem diuini iudicij in malis, in quibus etiam tangitur culpa & pœna. Et quantum ad culpam tanguntur tria, quorum primum est, contentionis pertinacia, quæ quidem primo potest intelligi hominis ad Deum, beneficijs ad se vocantem, contra quem homo cõtendere videtur diuinis beneficijs resistendo. Deuteronomio trigesimoprimo. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum. Secundo potest intelligi de contentione hominis contra fidem. 2. Timoth. 2. Noli verbis contendere. Tertio potest intelligi de contentione hominum adinuicem, quæ contrariatur charitati, quę est mater virtutum. Iaco. tertio. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & opus prauum. Tertio ponitur duritia eorum, scilicet, qui non acquiescunt veritati. Quod potest uno modo intelligi de veritate fidei. Ioann. octauo. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Alio modo de veritate diuinæ iustitiæ, cui non acquiescunt, veritatem diuini iudicij non credentes. Ezech. decimooctauo. Dixistis, non est æqua via domini. Tertio potest intelligi de veritate vitæ, cui non acquiescunt, qui peruersæ viuunt. Ioann. 2. Qui facit veritatem, venit ad lucem. Tertio autem tangitur malitia in hoc, quod dicit: [Credunt autem iniquitati,] Vel quia consentiunt præsuadentibus iniquitatem. Prouerb. decimoseptimo. Malus obedit linguæ iniquæ, uel quia credunt impunitatem peccatorum, quæ in diuinam iniquitatem redundaret. Eccles. quinto, Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Vel credunt iniquitati, id est, infidelitati, scilicet doctrinæ, quæ est contra fidem. 2. Thes. 2. Iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, se consenserunt iniquitati.

Ex parte autem pœnę quatuor ponuntur, quæ quidem dupliciter distingui possunt. Vno modo ut ira, idest, pœna, & uindicta corporalis intelligatur esse post iudicium. Sopho. 1. Dies illa, dies iræ. indignatio autem in iudicio, quando impij sibijpsis indignabuntur, sit ex peccatis quæ commiserunt: Sapien. 5. Errauimus a uia veritatis. Tribulatio autem, & angustia pertinent ad animam separatam a corpore ante resurrectionem. Prouerbiorum 1. Quando uenerit super uos tribulatio, & angustia. Vel alio modo possunt distingui, ut prima duo accipiantur ex parte Dei, cuius ira dicitur dispositio ad puniendum, quæ malis horribilis. Apocal. sexto. Dicent montibus & petris, cadite super nos, &cæt. Indignatio eius refertur ad hoc, quod peccatores indignos reputabit uita æterna. Psalm. nonagesimoquarto. Quib. iuraui in ira mea, si introibunt. Alia uero accipiuntur ex parte hominis. Et tribulatio quidem dicitur a tribulo qui pungit, unde ad tribulationẽ potest pertinere omne q̃ dolorem infert. Sopho. 1. Vox diei domini amara, tribulatur ibi fortis. Angustia aũt dicitur ex hoc, quod animus hominis angustiatur, non ualens inuenire remedium contra mala quæ timet, uel iam patitur. Dan. 13. Angustiæ mihi sunt undique, & quid eligam ignoro. Iob. 27. Nunquid clamorem illius audiet Deus, cum venerit super illum angustia?

Deinde cum dicit [In omnem animam, ostendit veritatem diuini iudicij, quantum ad personas. Et primo proponit huius æquitatem. Secundo rationem assignat, ibi: [Nõ est enim personarũ.] Tertio rationẽ manifestat, ibi: [Quicũque enim.] Veritatem qui dẽ diuini iudicij, quantum ad personas ostendit, primo in malis, cum dicit: [In omnem animam hominis operantis,] idest, contra omnem animam: quia sicut gloria sanctorum ab anima ad corpus deuenit, ita reproborum pœna primo principaliter est in anima, & secundo in corpore, quod propter defectum uel culpam animę resurget passibile. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Dicit autem: [Iudæi primum, & Græci.] quia Iudæis maior pœna debebatur, tanquam cognoscentib. Dei uoluntatem per legem. Luc. 12. Seruus sciens uoluntatẽ domini sui, & non fecit, &c. digne plagis uapulabit multis. Et similiter Christiani, quantum ad idem peccatum, puta adulterium uel furtum, grauiori pœna puniuntur, quam infideles. Hebr. 20. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia, qui filium Dei, &c. Sed quantum ad totam pœnam, grauior est pœna infidelium propter peccatum infidelitatis, quod est grauissimum. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. quod super incredulos ira Dei manet.

Non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Secundo manifestat in bonis, & ponit primũ duo, quæ supra dixit gloriam, & honorem. Tertium uero, s. pacem ponit loco incorruptionis, quam includit pax, & multa alia cõprehendit. Non. potest esse pax hominis perfecta, quãdiu aliquis timet se amissurum bona quæ habet, sed tunc aliquis habet ueram pacem cordis quando habet omniaquæ cõcupiscit, & ea perdere non timet. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et in his etiam primatum Iudęis attribuit, quia eis sunt primo promissa, & in eorum promissionibus gentes introierunt. Io. 4. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis.

Deinde cum dicit: [Non. n. est acceptio.] assignat rationem dictorum, quia. s. nõ est personarum acceptio apud Deum. Act. 10. Non est personarum acceptor Deus. Opponitur aũt personarum acceptio iustitiæ distributiuæ, per quam aliquis distribuit unicuique secundum dignitatem personarum, ergo acceptio est, q̃n præter dignitatem datur alicui plus uel minus. Tunc aũt hoc fit præter dignitatem, quando hoc fit non propter conditionem, sed propter personam, quæ facit ad causam. Hoc est enim causam accipere, s. quasi regulam operandi, sed propter personam, quasi ipsa persona accipiatur ut causa aliquid faciendi, puta si aliquis det alicui propter consanguinitatem plus de bonis patrimonialibus, non est acceptio personarum, quia consanguinitas est conueniẽs causa, propter quam de talibus bonis debeat habere. Si autem propter consanguinitatem aliquis prælatus det alicui plus de bonis ecclesiasticis, potest hoc ad acceptionem personarum pertinere, si alia idoneitas non concurrat. Non enim consanguinitas est ratio conueniens distributionis bonorum spiritualium. Quia igitur Deus omnia conuenientissima ratione facit, non cadit in ipsum personarum acceptio. Dicitur. n. Sap. 8. Quod disponit omnia fortiter. Sed uidetur acceptor personarum, quia peccatorum quosdã in suis peccatis relinquit, quosdam ad se uocat. Sed dicendum, q̃ personarum acceptio opponitur iustitiæ, unde locum habet in his quæ dantur ex debito, q̃ attendit iustitia: Deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad pœnitentiam uocat. Si. n. ex operibus iam non ex gratia, ut dicitur infra 11. Et Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. In talib. autem beneficijs gratis datis, non solũ Deo sed etiam homini liberum est dare cui uoluerit. Mart. 20. An non licet mihi, quod uolo facere?

Deinde cum dicit: [Quicunque enim] exponit prædictam rationem quod enim non sit personarum acceptio apud Deum, patet per hoc, quod omnes, qui peccant, puniuntur. Vnde primo loquitur quantum ad illos, qui legem non susceperunt, dicens, quod quicunque peccauerit sine lege, scilicet Moysi accepta a Deo, sine lege peribit, idest, condemnabitur, non propter legis transgressionem. Iob. quarto. Quia nullus intelligit in æternum peribunt. Secundo loquitur, quantum ad illos, qui legem scriptam acceperunt, & dicit, quod quicunque peccauerunt in lege id est, post legem scriptam iudicabuntur per legem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, propter hoc quod transgre si sunt præceptum legi. Io. 12. Sermo quem locutus sum vobis, ille iudicabit enim in nouissimo die. Quidam autem ex hoc modo loquendi occasionē erroris sum pserunt. Quia enim Apostolus non dicit, quicunq; in lege peccauerit per legē peribit, sicut dixerat de his, qui sunt sine lege, quod sine lege peribunt, crediderunt, quod illi qui post legem susceptam peccant, iudicentur ali qualiter, s.in præsenti non tamē pereūt. Sed sicut dicit Glos. quis Christianus dicat non perite Iudæum si non credat in Christū, cum dominus dicat, quod tolerabilius erit Sodomæ, in die iudicij, quā eis? vt habetur Matt. 12. Vnde Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris. Vtitur autem tali diuersitate in loquendo, quia ut Grego. dicit in moralibus super
¶.i.26,c.24. illud Iob.36. Iudicium pauperibus tribuit. Quidam in futuro iudicio peribunt, sed non iudicabuntur, id est impij, qui sunt sine fide, & lege Dei. Psalm. 1. Non resurgent impij in iudicio, quia scilicet non est locus disceptandi contra eum, qui totaliter alienus est a Deo. Io. tertio. Qui non credit iam iudicatus est. Alij vero qui lege Dei, & fide susceptā peccant ita peribunt, quod etiam iudicabuntur, quasi quadam disceptatione cum eis facta.
ead.li.c.25. Vnde Ezech. 34, dicitur. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum, & hyrcorum. Sicut & rex (vt Gregorius dicit) hostes condemnat absque audientia, ciues autem cum diligenti audientia.

LECTIO III.

POstquam Apostolus confutauit humanum iudicium, quo se Gentiles, & Iudei mutuo iudicabant, & diuinum iudicium commendauit, hic procedit ad ostendendum ea quibus Iudæi gloriabantur eis non sufficere ad salutem: & primo ostendit propositum, secundo soluit ea, quæ in contrarium dici possent. 3, ca. ibi [Quid ergo amplius, &c.] De duobus Iudæi gloriabantur scilicet de lege & circumcisione, quæ non erat ex lege Moysi, sed ex patribus, vt dicitur Ioann. 7. Primo ergo ostendit quod lex audita siue recepta non sufficiebat ad salutem. Secundo ostendit idem de circumcisione, ibi, [Circumcisio quidem, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi, [Cum enim Gentes.] Circa primum propo nit duo. Vnum excludendo, alterum asserendo. Excludit enim quod Iudæi opinabantur se per solum legis auditum iustificari. Vnde dicit, ita dictum est, peccātes in lege, iudicentur per legem. Non enim auditores legis ex hoc ipso quod legem audiunt, iusti sunt apud Deum, & si apud homines iusti reputantur. Matth. 7. Qui audit verba mea & non facit ea, similis est viro stulto. Ia. 1. Si quis auditor est uerbi & non factor, &c. Secundo astruit quod factores legis sunt iusti, cum dicit, sed factores legis iustificabuntur Matth. 7. Omnis qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro, &c. Iac. 1. Estote factores verbi & non auditores tantū, & psal. 110. Intellectus bonus omnibus facientib. eum. Sed cōtra fm videtur esse quod infra 3. dicitur, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram eo. Non ergo aliqui ex hoc quod opera legis faciunt, iustificantur. Sed dicendum est q; iustificari tripliciter accipi potest. Vno modo potest accipi quantū ad reputationem, vt tunc aliquis iustificari dicatur, quando iustus reputatur. Ezec. 16. Iustificasti sorores tuas, s.per reputationem. Et fm hoc potest intelligi, Factores legis iustificabuntur, idest iusti apud Deum & homines reputabuntur. Secundo per executionem iustitiæ inquā tum. S.opera iustitiæ exequuntur. Luc. 18. Descendit hic iustificatus in domum suam, quia. s. Publicanus opus iustitiæ fecerat confitendo peccatum.

Et hoc modo uerificatur quod hic dicitur, Factores legis iustificabuntur, scilicet legis iustitiam exequendo. Tertio modo potest accipi iustificatio quantum ad causam iustitiæ, vt scilicet ille dicatur iustificari qui iustitiam de nouo accipit, sicut inf. 5. Iustificati igitur ex fide, &c. sic autem non intelligitur hic quod factores legis iustificentur, quasi per opera legis iustitiam acquirāt. Hoc quidem esse non potest, neque quantum ad opera cerimonialia quæ gratiam iustificantem non conferebant, neque etiam, quantum ad moralia ex quibus habitus iustitiæ non acquiritur, sed potius p habitū iustitiæ infusum huiusmodi opera faciamus. Deinde cum dicit: [Cum enim Gentes,] manifestat propositum

F Et primo ostendit, quòd factores legis etiam si non sint auditores iustificantur. Secundo, quòd auditores legis sine legis obseruātia non iustificantur, ibi: [Si autem Iudęos.] Circa primum tria facit. Primo proponit dignitatem eorum, qui legem absque auditu obseruant. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi, [Qui ostendunt opus legis.] Tertio, probat, ibi, [Testimoniū reddente illis.] Circa primum tria tangit, quantam ad Gentiles. Primo carētiam legis, dicens, Cum enim Gētes, quæ legem non habent, scilicet diuinam, quam non acceperunt non enim Gentib. data est lex, sed Iudæis, secundum illud Eccl. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hereditatem domini Iacob, & Israel promissiones.

Et in Psal. 147. Nō fecit taliter omni nationi. Deut. 33. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Ex quo patet, quod Gentiles non peccabant: non obseruando cerimonialia legis. Secundo commendat in eis legis obseruantiam, cum dicit, Naturaliter faciunt, quæ sunt legis, id est, quæ lex mandat, scilicet quantum ad præcepta moralia, quæ sunt de dictamine rationis naturalis, sicut & de Iob. dicitur, quod erat iustus, & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. Vnde ipse dicit, 23. Vestigia eius secutus est pes meus, vias eius custodiui. Sed quòd dicit, naturaliter, dubitationem habet: videtur enim pa- 16
trocinari Pelagianis, qui dicebant, quòd homo per sua naturalia poterat omnia præcepta legis seruare. Vnde exponendum est naturaliter, idest, per naturam gratia reformatam. Loquitur enim de Gentibus, ad fidem conuersis, qui auxilio gratię Christi cœperant moralia legis seruare. Vel potest dici naturaliter, id est, per legem naturalem ostendentem eis, quid si agendum, secūdum illud Psalm. 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, signatum, &cæt. Quod est lumen rationis naturalis, in qua est imago Dei, & tamen non excluditur, quin necessaria sit gratia ad mouendum affectum. sicut etiam per legem est cognitio peccati, vt dicitur, infra 3. & tamen vlterius, requiritur gratia, ad mouendum affectum.

Tertio ostendit eorum dignitatem in hoc, scilicet, quòd huiusmodi legem, non habentes ipsi sibi sunt lex, inquantum, scilicet, funguntur officio legis ad seipsos, instruendo se, & inducendo ad bonum: quia ut Philosophus dicit 10. Ethicor. Lex est 51
sermo coactionem habens ab aliqua prudentia, & intellectu procedens.

Et ideo dicitur. 1. Timor. 1. Quod iusto lex non est posita, id- I
est exteriori lege non cogitur, sed posita est iniustis, qui indigent exterius cogi.

Et iste est supremus gradus dignitatis in hominibus vt scilicet non ab alijs, sed a seipsis inducantur ad bonum. Secūdus vero gradus est eorum, qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autem est eorum, qui coactione indigent ad hoc, quòd fiant boni. Quartus est eorum, qui nec coactione, ad bonum dirigi possunt. Hierem. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deinde cum dicit: [Qui ostendunt] ostendit, quomodo ipsi sunt sibi lex, q; quidem accipere possumus ad similitudinem legis quæ ab exteriori homini proponitur, quæ scilicet consueuit, ad infirmitatem, & memoriam scripto tradi, & similiter illi, qui legem obseruant, absque exteriori auditu legis, ostendunt opus legis scriptum, non quidem atramento, sed primo quidem, & principaliter spiritu Dei viui, vt dicitur 1. Corint. 3. Secundo etiā K
humano studio. Prouerb. 3. Describit ea in tabulis cordis tui, scilicet præcepta sapientiæ. Vnde & hic sequitur. In cordibus suis: nō pergameno, aut tabulis lapideis, siue æreis. Hier. 31. Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum superscribam eam. Deinde cum dicit: a Testimonium reddente.] probat, quod dixerat, scilicet quod opus legis sit in cordibus eorum inscriptum per quædam opera, quæ huiusmodi scriptum annunciant. Et primo ponit illa opera, quorum unum est testimonium conscientiæ, quod tangit dicens, testimonium reddente illis conscientia, quæ quidem nihil aliud est, quàm applicatio cognitionis habitæ ad iudicandum de aliquo opere, utrum sit bene, uel male factum. Vnde huiusmodi conscientia, quandoque testimonium perhibet de bono, secundum illud 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Quandoque autem de malo. Eccles. 7. cap. Scit conscientia tua, quia & tu crebro male

dixisti

dixisti alijs. Nō autem potest aliquis perhibere testimonium de aliquo opere, q; sit bonum uel malum, nisi per hoc, q; habet legis notitiam. Vnde hoc ipsum, quod conscientia testimonium reddit de bono vel malo, est euidens signum, quod in corde hominis sit opus legis descriptum. Aliud autem opus est accusatio, & defensio, quæ sine notitia legis esse non possunt. Et quantum ad hoc dicit, [Et cogitōnū], i. cogitationibus: [Accusantium, aut etiam defendētiū], i. accusantibus uel defendentibus more Græcorum, qui genitiuis loco ablatiuorum utuntur, & hoc inter se inuicem. Insurgit. n. homini circa aliquod factum aliqua cognitio accusans, dum propter rationem aliquam cogitat se male fecisse. Psa. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Quandoque etiam insurgit aliqua cognitio defendēs, dum per aliquā rationem cogitat se fecisse bene, secundum illud Iob 27. Non reprehendet me cor in omni vita mea. Et inter hanc accusationē, & defensionem, locum hēt testimonium conscientiæ cui statur. Potest & aliter legi, ut dicatur: [Testimonium reddente illis, cōscientia ipsorum,] quæ. s. conscientia, non solum est operum, sed etiam cogitationum, de quibus, s. homo conscientiam habet, sed primum melius est. Sed quia testimonium, accusatio, & defensio in iudicio locum habent, agit secundo de huiusmodi iudicio, ostendens tempus, cum dicit in die, quod dicit non ad designandum temporis qualitatem, sed absconditorum manifestationē. 1. Cor. Illuminabit abscondita tenebrarum. Quandoque tamen dicitur nox pp incertitudinem horæ illius. Mat. 25. Medianocte clamor factus est. Dicuntur autem cogitationes accusantes uel defendentes in die iudicij, non illæ quæ tunc erunt, quia tūc vnicuique manifesta erit salus uel damnatio, sed defensio vel accusatio cogitationum, quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ, quod nunc est, repræsentabitur homini in illa die uirtute diuina faciente, ut dicit Aug. 2. de ciuitate Dei. Notitia autem illarum cogitationum, quæ remanent in anima, nihil esse aliud uidetur, ut dicit Glo. quàm reatus pœnæ vel meritum ex eis consequens. Ostendit etiam authorem iudicij, dicēs, [Cum iudicabit Deus.] Psa. 95. Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Determinat ēt de quibus erit iudicium, cum dicit, Occulta hominū, de quib. nunc homines iudicare non possunt. 1. Co. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Ostendit ēt doctrinam, ex qua habetur fides de hoc iudicio, cum dicit, secundum euangelium meum, i. a me prædicatum. Mat. 12. Omne verbum otiosum, &c. Dicit autem, euangelium meum, quamuis non possit dicere baptismum suum, & sit utriusque minister, quia in baptismo nihil operatur industria hominis, sed in euangelio prædicando, industria prædicatoris operatur. Eph. 3. Prout potestis legētes intelligere prudentiā meam in ministerio. Postea ponit cui datum est iudicium, cum subdit: [Per Iesum Christum,] qui. s. est constitutus a Deo iudex viuorū & mortuorum, vt dicitur Act. 10. & Ioa. 5. Pater omne iudicium dedit filio, qui. s. in iudicio apparebit bonis, & malis: sed bonis secundum gloriam diuinitatis. Esa. 33. Regem in decore suo uidebunt. Malis autem secundum naturam humanitatis. Apoc. 1. Videbit eum omnis caro.

LECTIO IIII.

OStenso, quod factores legis iustificantur etiam sine hoc, quod sint auditores, quod pertinebat ad Gentiles, hic ostendit, quod auditores non iustificantur nisi sint factores, quod E
pertinet ad Iudæos. Primo ergo ostendit prærogatiuam Iudæorum, quātum ad legis susceptionē. Secdo ponit eorum defectum, quātum ad legis trāsgressionem ibi; [Qui ergo alium.] Ponit autem eorum progatiuam tripliciter. Primo quantum ad gentem cui data est lex. Secūdo, quantum ad legem ibi: [Et requiescis in lege.] Tertio, quātum ad legis effectum sine factum ibi: [Et nosti uoluntatem eius.] Quātum aūt ad gentem dicit: [Si aūt tu Iudeus cognominaris,] quod est nomen honorabile, fm illud psa. 113. Facta est Iudea sāctificatio eius. Io. 4. Salus ex Iudeis est. Dicunt aūt Iudei, nō a Iuda Machabeo, ut quidam dicunt, forte, propter hoc, q; Iudas Machabæus gentem illam in dispersione existentem congregauit, & protexit, secundum illud 1. Mach. 3.

A Præliabatur prælia Israel cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo. Inuenitur enim nomen Iudæorum ante Iudam Machabęum, secundum illud Hester. 8. Iudæis noua lux oriri visa est.

Et ideo dicendum est, quod Iudæi denominantur a Iuda Patriarcha. Gen. 49. Iuda te laudabunt fratres tui. Cum. n. tempore Roboam, decem tribus, ab eius regno se segregantes, uitulum aureum adorarent, in transmigrationē sunt ductę ab Assirijs, vt habetur 4. Reg. 17. Nec de eorum reuersione facit mentionem scriptura, sed potius terra remanſic occupata ab alienigenis, qui postmodū Samaritani sūt dicti. Duæ autem tribus. s. Iudæ & Beniamin adhærentes regno Roboam perseuerauerunt in cultu Dei. Et quāuis in captiuitatem Babylonis fuerint ductæ, postmodum tamen per Cyrum regem Persarū sunt reducti in terram suam ut dī 1. Esdra 1. Et quia tribus Iudæ maior erat ab ea gens tota illa denominabatur.

Et non solum illi qui erant ex tribu Beniamin, sed etiam de alijs tribubus reuertentibus qui se illis adiunxerunt. Consequenter cum dicit [Et requiescis in lege] ponit eorum prerogatiuam quantum ad legem. Et primo quidem quantum ad ipsam legem cum dicit, [Et requiescis in lege,] quasi per eam certificatus in credendis & in agendis. Dubitans. n. intellectu non quiescit, sed vtrinque sollicitatur; qui autem sapientiæ certitudinem accipit, mente quiescit. Sap. 8. intrans in domum meam conquiescā cū illa. Secundo, quātum ad legislatorem, cum subdit. [Et gloriatis in Deo]. i. in cultu & notitia vnius Dei. Hier. 9. In hoc glorietur C
qui gloriatur scire & nosse me. 1. Co. 1. & 2. Cor. 10. Qui gloriatur in dño glorietur. Deinde eū subdit [Et nosti,] ponit progatiuam eorum quātum ad fructū legis: primo quantum ad hostem respectu suiipsius: secūdo respectu aliorū, ibi: [Cōfidis.] Ponit autem duplicem fructū. Primum quidem respondentem gloriæ q̄ de Deo hēbant, cū dicit, [Nosti uoluntatem eius, quid. s. Deus uelit nos facere. inf. 12. Vt probetis q̄ sit uoluntas Dei. Secundum fructum ponit, qui rīdet quiescenti in lege Dei; cū dicit, [Et probas utiliora]. i. scis approbare eligendo non solum mala a bonis, sed ēt meliora a minus bonis. Vnde q̄rebat quidam Matth. 22. Quod est mandatum magnū. & hoc instructus p legem. psa. 53. Beatus homo qnem tu eruditeris dñe, & de lege tua docueris eū. Consequenter ponit fructus p respectum ad alios, qui quidē tripliciter se hēbat ad notitiā legis. Quidā. n. sunt oīno in legis ignorantia constituti. Vno quidem modo p defectum naturalis ingenij, sicut & homo corporaliter dī cæcus, p defectum interioris potentiæ uisiuæ. Esa. 59. Palpauimus ut cæci parietem huiusmodi aūt hominib. non potest homo lumen scientię prębere, ut ipsi per se videre possint quid sit agendum, sed præbet eis homo ductorum rationem non cognoscant. Iob. 29. Oculus fui cœco, de quibus tamen dī Mat. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum. Alio modo sunt in ignorantia per defectum disciplinæ, qui sunt quasi in tenebris exterioribus non illuminati per doctrinam, quibus sapiens præbere potest lumen disciplinæ ut intelligant quæ mandantur, & hoc est q̄d dicit, [Lumen eorum qui in tenebris sunt.] Luc. 1. illuminare his qui in tenebris. Secundo aūt tangit illos, qui sunt in uia perueniendi ad scientiam, quam nondum attigerunt, & hoc uno modo per defectum plenæ instructionis. Et hoc est quod dicit, [Eruditorem insipientium], i. eorum qui nondum sapientiam acceperunt, qui dicuntur eruditi, quasi eruti a rudita te, quæ a principio ineſt omnib. cū primo instruuntur. Ecc. 7. Filij tibi sunt, erudi eos. Alio modo per defectum ætatis, sicut sunt pueri. Et quātum ad hoc dicit: [Magistrum infantium.] Esa. 33. Vbi est doctor paruulorum? Tertij vero qui iam sunt in scientia prouecti. Et isti indigent a sapientibus informari, ut habeant sapientum dicta, in authoritate, quasi quandam regulam seu formam. Et quantum ad hoc dicit: [Habentem formam scientię. 2. Tim. 1. Formam habe bonorum uerborum, quæ a me audisti, Et Phi. 3. Obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostrā. Oportet aūt eos, qui sic informantur, authoritate maiorum instrui, vt sciant, quid sit in lege traditum. Et ideo dicit, s. scientiæ. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Et ēt ut sciant, quid sit uerus intellectus eorum, quæ traduntur in lege. Et quantum ad hoc dicit, Veritatis Psalm. 42. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde cum dicit; [Qui ergo alium doces. Iosten. dit defectum eorum secundum transgressionem legis. Et primo hominis ad se ipsum cum dicit. [Qui ergo alium doces,] dirigendo ipsum ad bonum, [te ipsum non doces] dirigendo. Et potest legi vel interrogatiue, quasi cum quadam indignatione, vel remisse quasi asserendo eorum malitiam & simile est in secundo tangit defectum quantum ad proximum.

crilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per uos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitiã legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionẽ reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consumans, te qui per literã, & circuncisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circuncisio: sed qui in abscondito, Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Primo quidẽ quantum ad res, quæ furto subtrahuntur, cum dicit: [Qui prædicas nõ furandum furaris?] Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum. Secundo quantum ad personam coniunctã, quę per adulterium polluitur. Et quantum ad hoc dicit; [Qui doces non moechandum, mœcharis? Oseæ 7. Omnes adulterantes, quasi clibanus. Hiere. 5. Vnusquisque ad uxorem proximi sui. Tertio autem ostendit eorum defectum per comparationem eorum ad Deum: & primo quidem quaatum ad hoc, quod peccabant contra ipsius cultum. Et quantum ad hoc dicit; [Qui abominaris idola,] cognoscens. s. ex præcepto legis ea non esse colẽda. [Sacrilegium facis,] abutendo, s. his, quæ pertinent ad diuinũ cultum. Quod quidem primo fecerunt in statu legis. Malac. 1. Dicitis mensa domini contaminata est.

Et postmodum blasphemando Christum. Matt. 12. in Belzebub principe, &cæt. Secundo quantum ad ipsam gloriam cum dicit: [Qui in lege gloriaris per præuaricationẽ legis Deum inhonoras, sicut enim legis obseruantia in bonis operibus est occasio uidentibus ut honorent Deum, ita ẽt transgressio legis p mala opera, occasio est uidentibus blasphemandi. 1. Pet. 1. Ex bonis operibus uos considerantes glorificent Deum. Econtra autem dr 1. Tim. 6. Quicunque sunt sub iugo seruituris, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina fidei blasphemetur. Et ideo in Psalm. 118. dicitur, Vidi præuaricantes & tabescebam. Et ad hoc inducit authoritatem subdens, [Nomen n. Dei per vos blasphematur inter Gentes videntes Iudæorum, malam conuersationem, reputabant hoc prouenire ex mala instructione legis a Deo traditæ. Dicit autem sicut scriptũ est, s. Esa. 52. Dominatores inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur, & Ezec. 36. secũdum aliam literã, vbi nostra sic hẽt, Non pp vos faciam domus Isral, sed pp nomẽ sanctum meum, qd polluistis in Gentibus. Deinde cum dicit; [Circuncisio.] ostendit, quòd nec circuncisio sufficit ad salutem eadẽ ratione, qua nec lex, quia. s. obseruantia legis sine circuncisione valet, sine qua tamen circuncisio non prodest, sicut superius dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo comparat circũcisionẽ ad Iudæos circuncisos. Secundo ad Gẽtes incircũcisas ibi; [Si igitur præputium.] Tertio manifestat quod dixerat ibi; [Non n. qui in manifesto.] Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter circuncisio prosit. Secundo qualiter non prosit ibi; [Si autem præuaricator, &c.] Dicit ergo primo: Circuncisio quidem prodest quãtum ad remissionem peccati originalis. Vnde dicitur Genes. 17. Masculus cuius præputij caro circuncisa, &c. Sed tibi adulto tũc finaliter prodest, si legem obserues: sicut religiosis prodest professio si regulam obseruent. Circuncisio enim erat, quasi quædã professio, obligans homines ad obseruantiam legis. Gal. 5. Testificor omni circuncidẽti se, quoniam debitor, &c. Quod autem Apostolus dixit, Si circũcidamini, Christus nihil vobis proderit: loquitur quantum ad tempus post gratiam euangelij diuulgatã: hic autem loquitur quantum ad tempus ante passionem Christi in quo circũcisio statum habebat: secundo ibi; [Si autem præuaricator.] ostendit quomodo circuncisio nõ prosit dicens, Si tu Iudæe adulte præuaricator es legis, circuncisio tua præputiũ facta est. i. non plus ualet tibi, quam præputium, quia non seruas, quod per circuncisionem profiteris. Hierem. 9. Omnes Gentes præputium habent, domus autem Israel incircũcisi sunt corde, quinimmo ex hoc sunt magis rei, quia non seruant, quod promiserunt. Displicet enim stulta, & infidelis promissio, ut dicitur Eccles. 5. Deinde cum dicit; [Si ergo ꝓputium.] comparat circuncisionem ad Gẽtiles, & hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, ꝙ eius fructum habent Gentiles obseruando legem, vnde dicit. Si circuncisio prodest cum obseruatione legis, non autem sine ea igitur si præputium, i. Gentilis incircuncisus custodiat iustitias legis, i. iusta præcepta legis. Psal. 108. Omnia mandata tua veritas. Nonne præputium illius in circũcisionem reputabitur? quasi dicat, Fructum veræ circuncisionis habebit. Ad hoc. n. homõ exterius circunciditur in carne, ut scilicet se circundat in corde. Hier. 4. Circuncidimini domino, & auferte ꝓputia cordium uestrorũ. Secundo ibi: [Et iudicabit, &c.] comparat circuncisionem Gentili eum ostendẽs propter obseruantiã legis Iudæo præferri: vnde dicit, [Et præputium,] idest Gentilis incircũcisus, [consummans]. i. implens mandata legis, [ex natura] idest per naturalem rationem, ut supra dictum est; ꝙ naturaliter, quę sunt legis faciũt. [Iudicabit,] per comparationem te scilicet Iudæum circuncisum, qui es præuaricator legis transgrediẽdo præcepta eius [per literam,] idest, habentem legem literis descriptam [& circuncisionem,] scilicet carnis. Vnde de hoc comparationis iudicio dicitur Mat. 10. Viri Niniuitæ, &c. Deinde cum dicit: [Non n. qui in manifesto, &c.] Assignat rationem dictorum. Et primo ponit rationem. Secundo probat eam ibi; [Cuius laus.] Circa primum duo facit. Primo assignat rationem quare circuncisio, uel Iudaismus sine legis obseruatione non prosit. Secundo, assignat rationem, quare obseruantia legis prosit sine Iudaismo, & circuncisione ibi; [Sed qui in abscondito.] Dicit ergo, quod ideo circuncisio præuaricantis legem fit præputium, & iudicatur a præputio custodiente legem. Non. n. est verus Iudęus ille qui in manifesto est Iudæus, secundum carnalem generationem. Infra 9. Non. n. omnes, qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, sed qui filij sunt promissionis: & similiter etiam non est vera circuncisio illa, quæ est manifesta in carne. Illa enim est signum, vt dicitur Gen. 17. Circuncidetis carnem præputij vestri, ut sit in signũ fœderis. Non autem est signum verum, nisi ei respõdeat signatum. Vnde si quis Iudæus esset transgressor fœderis, non esset eius vera circuncisio. Et ideo reputatur in præputium. Deinde cũ dicit: [Sed qui in abscondito,] assignat rationem, quare præputium custodientis legem reputetur in circuncisionem, & iudicet circuncisionẽ carnalem, quia. s. ille vere est Iudæus, qui est in abscondito, idest, qui habet in affectu cordis mandata legis quã Iudęi profitentur. Mat. 6. Pater tuus, qui videt in abscondito, &c. & similiter circuncisio vera est, quæ est [cordis in spiritu,] idest, per spiritum facta, per quam superfluæ cogitationes a corde precidũtur. Vel in spiritu, idest, per spiritualem intellectum legis non literalem. Philip. 3. Nos sumus circuncisio qui spiritu Deo seruimus. Deinde cum dicit; [Cuius laus, &c.] probat præmissam rationẽ, manifestum est enim, quod in omnibus iudicium diuinum præsedendum est humano. Ea vero quæ exterius apparent, siue sit Iudaismus, siue circuncisio, laudantur ab hominibus, sed ea, quæ sunt in abscõdito laudantur secundum iudicium diuinum, quia ut dicitur 1. Re. 16. Homines uident quæ apparent, Deus autem intuetur cor, &c. Vnde relinquitur, quod interior iudaismus, & circuncisio præualet exteriori: & hoc est quòd dicit, [cuius,] scilicet interioris circuncisionis, [laus non est ex hominibus,] sed ex Deo 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat &c.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus ostendit, quod iudaismus, ad quem pertinet legis susceptio, & circuncisio, non sufficiunt ad salutem sine legis custodia, per quam Gentilis, sine exteriori iudaismo, & circũcisione, fructum vtriusque consequitur hic obijcit contra præmissa, & primo quidẽ proponit obiectionẽ, secũdo soluit ibi. [Multum quidem. Obijcit ergo primo sic, Si ita esset, sicut dictum est, quòd non est verus Iudæus, nec vera circũcisio manifesto, sed in occulto cordis; [Quid ergo amplius est Iudæo?] idest, quid amplius datum est quam cęteris? videtur quòd nihil. Et hoc est inconueniens, cum dominus dixerit Deut. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris; [Aut quæ vtilitas circuncisionis,] scilicet exterioris? Videtur ex premissis, ꝙ nulla, quod est inconueniens, cum sit a Deo tradita, qui dicit Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. Deinde cum dicit, [Multũ quidem] soluit præmissam obiectionem: & primo quantum ad prærogatiuam iudaismi, secundo quantum ad utilitatem circuncisionis 4. cap. ibi; [Quid ergo dicemus?] Circa primum duo facit. Primo, ostendit Iud eorum prærogatiuam. Secundo, excludit eorum gloriam, qua se Gentibus superbe præferebant ibi; [Quid ergo? præcellimus.] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat ibi; [Primum quidẽ.] Tertio excludit obiectionem ibi: [Quid enim si quidam.] Dicit ergo primo: Quæ sitim est quid amplius sit Iudæo. Est autem ei amplius. & quantum ad quantitatem, quæ significatur cum dicit; [Multum.] Et quantum ad numerum, qui significatur cum dicit, [Per omnẽ modum] Habent enim amplius aliquid, & in contemplatione diuinorum, secundum illud Psalm. 75. Notus in Iudæa. Et secundum dispositionem temporalium. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Habent etiam amplius quantum ad partes, quãtum ad promissiones, & quantum ad prolem. Infra 9. Quorum est adoptio filiorum Dei, & gloria, & testamentum: & in quolibet eorum non est parua excellentia, sed magna & præciputa, quod pertinet ad id quod dicit; [Multum.] Maximum enim bonũ hominis est in Dei cognitione, in hoc quod Deo adhæreat, & a Deo instruatur. Psal. 93. Beatus homo, quem tu erudieris domine. Deinde cum dicit: [Primum quidem, &c.] manifestat quod dixerat dicens, [Primũ quidem, idest præcipue amplius est Iudæis,] [Quia eloquia Dei sunt tradita illis,] quasi amicis. Ioann. 5. Vos dixi amicos. Et hoc est multum, quia eloquia Dei sunt honesta. Psal. 18. Eloquia domini vera, iustificata in semetipsa. Sunt delectabilia. Psal. 18. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Sunt etiam vtilia ad nõ peccandum. Psal. eodẽ. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Deinde cum dicit; [Quid enim si quidam,] excludit obiectionem. Et primo ponit eam. Secundo excludit ipsam, ducẽdo ad inconueniens ibi; [Nunquid incredulitas. Tertio ostẽdit esse inconueniens id, ad quod inducitur ibi; [Est autem Deus verax. Posset aliquis prærogatiuæ Iudęorum derogare, opponẽdo ingratitudinem eorum, per quam viderentur dignitatem eloquiorum Dei amisisse. Vnde dicit; [Quid autem si quidam illorum nõ crediderunt.] Nunquid hoc excluditur, ꝙ nihil amplius sit Iudæo? secundum illud 2. Pet. Melius erat eis non cognoscere viam iustitię quàm post cognitam retrorsum conuerti. Non crediderunt autẽ primo quidem legislatori. Psalm. 105. Non crediderunt in verbo eius. Secundo non crediderunt propheris. Ezech. 2. Increduli, & subuersores sunt tecum. Tertio non crediderunt ipsi filio. Io. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Deinde cum dicit: [Nunquid incredulitas] excludit dictã obiectionem ducendo ad inconueniens, quia si propter incredulitatem aliquorum, prærogatiua Iudæorum tolleretur, sequeretur quod incredulitas hominis fidem Dei euacuaret, quod est inconueniens. [Et hoc est quod dicit:] Nunquid incredulitas eorum, [scilicet qui non crediderunt, Euacuauit fidem Dei,] quod potest dupliciter intelligi. Vno modo de fide, qua creditur in Deum. Non enim per hoc quod quidam non crediderunt, euacuatur fides illorum qui crediderunt. Malum enim quorundam in societate existentium, non euacuat bonum aliorum. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, sanctificauit, & ad se applicauit, &c. quod est contra illos, contra quos Augustinus dicit in epistola ad plebem Hypponensem. Ad quid aliud sedent isti, & quod aliud tractant, nisi vt cum episcopus vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ecciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Alio modo potest intelligi de fide, qua Deus fidelis est implens promissa Heb. 10. Fidelis. n. est qui repromisit. Hæc autem fidelitas euacuaretur, si propter quorundam incredulitatẽ accideret, quod nihil amplius esset Iudęo. Promisit enim Deus populum illum multiplicare, ut patet Genes. 22. Multiplicabo semen tuum.

CAPVT III.

LECTIO PRIMA.

QVid ergo amplius Iudęo est, aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum.

Primum quidem, quia credita sũt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit: Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Si autem iniquitas nostra

Deinde cũ dixit: [Absit. Est autem,] ostendit hoc esse inconueniẽs, ꝙ fides Dei euacuaretur propter hominum incredulitatem. Et primo quidem ad hoc inducit rationem. Secundo authoritatem ibi. [Sicut scriptum est.] Tertio excludit falsum sensum authoris. [Si autem iniquitatis.] Ratio autem sumitur ex hoc, quod Deus secũdum se verax est. Hierem. 10. Dominus autem Deus verax est 1. Io. vlt. Hic est verus Deus, & vita æterna, & tamen omnis homo est mendax. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Vnde patet, quod mendacium hominis siue infidelitas veritati nõ adhærens, Dei veritatem siue fidem non euacuat. Ad horum euidentiam sciendum est, ꝙ veritas importat adæquationem rei ad intellectum. Aliter autem adæquatur res ad intellectũ nostrũ, aliter ad intellectum diuinum. Noster. n. intellectus, cognitionẽ accipit a reb. & ideo causa & mensura veritatis ipsius est esse rei: ex eo enim quod res est, vel non est, oratio dicitur, vel vera vel falsa, secundum Philosophum.

Vnde intellectus noster potest esse verus vel falsus: inquãtum potest adæquari vel non adæquari. Quod autem potest esse, & nõ esse, indiget alio agente adhoc quod sit, sine quo remanet nõ ens: sicut enim aer sine illuminante remanet tenebrosus, ita & intellectus noster, nisi a prima ueritate illuminetur, de se in mendacio remanet. Vnde quantum est de se, omnis homo est mendax secundum intellectum, sed solum est uerus inquantum ueritatem diuinam participat ps. 42. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam. Intellectus autem diuinus est causa, & mensura rerum, & propter hoc secundum seipsum est indeficienter uerax, & unaquæque res est uera inquantum ei conformatur. Similiter secundum quod accipitur ueritas ex parte rei, homo de se non habet ueritatem, quia natura sua uertibilis est in nihilum. Sed solum natura diuina, quæ nec est ex nihilo, nec uertibilis in nihilum, de se ueritatem habeas. Deinde cum dicit. [Sicut scriptum est,] probat idem per authoritatem psalm. 50. in quo sic legitur [Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris] Quod qualiter ad propositum faciat, uideri potest, si precedentia Psalmi considerentur. Præmittitur enim, tibi soli peccaui: & tunc sequitur. [Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.] Promiserat enim Deus per Nathan prophetam Dauid, quod eius regnum in æternum stabiliret in semine suo, ut habetur 2. Reg. 7. Postea uero cũ in graue peccatum incideret, ad ulterij scilicet & homicidij, ut legitur 2. Reg. 11. propter huiusmodi peccatum dicebatur a quibusdam, quod Deus non esset ei promissionem obseruaturus. Intentio ergo Psalmistæ, est duo dicere. Primo quidem quod propter peccatum eius non mutatur iustitia Dei, ad quam pertinet ut suos sermones implerer. Et quantum ad hoc dicit, Vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, ut ex hoc appareas in sermonibus, tuis iustus, quia propter mea peccata eos non preteris. Prou. 8. Recti sunt omnes sermones mei. ps. 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis. Secundo quod diuina promissio imitetur humanum iudicium: & hoc est quod dicit [Vincas,] scilicet promissionem tuam seruando. [Cum iudicaris.] s. ab hominibus, quod eam propter mea peccata non fis impleturus. Infra 12. Noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Hoc dicitur homini, quod multo magis competit Deo. Est autem considerandum, quod promissio facta Dauid a Deo, erat implenda de Christi incarnatione. Vnde pertinebat ad prophetiam prædestinationis, secundum quam aliquid promittitur, quasi omnibus modis implendum: quod uero promittitur uel pronuntiatur secundum prophetiam comminationis, non prædicitur, quasi omnibus modis implendum, sed secundum ꝙ exigunt humana merita, quæ possunt mutari. Et ideo si non factum fuisset, quod promissum est Dauid, præiudicaret diuinæ iustitiæ. Si uero non fiat quod promittitur per prophetiam comminationis, non præiudicat diuinæ iustitiæ, sed designat mutationẽ meritorũ humanorũ. Vnde dicit Hier. 18. Repẽte loquar

2. Perehier c. de Oratione eo. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Absit. Alioquin, quomodo iudicabit Deus hunc mũdum? Si enim veritas Dei in meo mẽdacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc, & ego tanquam peccator iudicor: & non sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala vt veniãt bona Quorum damnatio iusta est.

aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam & disperdam, & dissipem. Si egerit pœnitentiam gens illa, &c. pœnitentiam agam & ego super malo, &c. Sic ergo patet secundum hunc sensum, quod peccatum hominis diuinam fidelitatem non excludit. Ponuntur autem & alij sensus authoritatis huius in Glossa, qui non ita pertinent ad intentionem Apostoli, quorum primus est, vt hæc verba, quæ hic ponitur, cõtinuentur cum his, quæ ante psalmista præmiserat, Amplius laua me ab iniquitate mea, ad hoc, s. Vt [iustificeris,] idest, iustus appareas in sermonib. tuis, in quib. veniã peccatorib. promisisti non solũ Ezec. 18. Quia hæc verba psalm. prius fuerunt dicta, sed etiam Leuit. 26. Orabũt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei & Deutero. 30. Si ductus pœnitudine cordis reuersus fueris ad Deum reducet dominus Deus tuus, & miserebitur tibi. Et sic [Vincas cum iudicaris] ab hominibus, quod mihi veniam dare non debeas. Secundo continuantur hæc verba cum eo, quod dictum est, tibi soli peccaui, id est, per comparationem ad te, qui solus es iustus: & hoc est quod dicit, [Vt iustificeris], i. ex comparatione mei & aliorum peccatorum iustus appareas. Ps. 10. Iustus dominus, & iustitias dilexit, & hoc non solum in factis, sed etiam in sermonibus, quod est maximum, secundum, illud Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit. [Et vincas cum iudicaris,] idest, dum cuicumque alij in iudicio compararis. Esa. 5. Iudicate inter me, & vineam meam, & cæt. Tertio referuntur hæc verba ad Christum, qui solus est sine peccato, secundum illud primo Pet. secundo. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus, & sic iustificatur in sermonibus in comparatione ad omnes homines. [Et vincas,] scilicet peccatum, mortem, & diabolum. Apoc. quinto. Ecce vicit leo.

Et hoc [Dũ iudicaris, s. iniuste a Pilato. Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est. Deinde cum dicit; [Si autem iniquitas nostra,] excludit falsum intellectũ authoritatis inductæ. Posset. n. aliquis intelligere præmissa verba secundum hunc sensum, vt hæc dictio [Vt,] poneretur causaliter, & non solum consecutiue. Et sic sequeretur, quod peccatum hominis directe ordinaretur ad commendandum Dei iustitiam.

Sed Apostolus ostendit hoc esse falsum, vt sic det intelligere quòd ly [Vt,] ponitur consecutiue, quia s. Dauid peccante, consecutum est, quòd diuina iustitia manifestetur, nõ autem causaliter, quasi peccatum hominis commendet Dei iustitiam. Quod quidem probat ducendo ad inconueniens. Et hoc dupliciter. Primo quidẽ ex parte iudicij diuini. Secundo ex parte iudicij humani. Circa primum tria facit, Primo ponit sensum falsum. Secundo ostendit inconueniens, quod ex hoc sequitur ibi. [Quid dicemus? nunquid iniquus?] Tertio ostendit hoc esse inconueniens ibi: [Absit.]

Est considerandum, quod supra Apostolus duas comparationes fecerat. vnam quidem veritatis diuinæ ad humanum mendacium, cum dixerat, [Est autem Deus verax, omnis autẽ homo mẽdax.] Alia iustitiæ Dei ad peccatum humanum, secundum verba psal. 50; quibus dicit, Tibi soli peccaui, vt iustificeris. Et quantum ad comparationem primam dicit, Si hæc verba sunt intelligenda, quod iniquitas nostra directe commendat Dei iustitiam: [Quid dicemus?] id est, non poterimus sustinere inconuenientia quæ sequũtur, Non. n. peccatum est Deo necessarium, ad eius iustitiam commendandam Eccl, 15. Non concupiscit multitudinem infidelium filiorum & inutilium Exprimit autem inconueniens, quod sequitur, dicens; [Nunquid Deus qui infert iram,] i. vindictam pro peccato. [Est iniquus?] hoc enim sequitur, ex eo quod dictum est. Si enim peccatum directe ordinaretur ad commendandam iustitiam Dei, nõ esset dignum pœna, sed præmio. Et sic Deus puniens homines pro peccato esset iniquus, contra illud Deut. 32. Deus autem fidelis est absque vlla iniquitate Excludit autem cõsequenter hoc inconueniens, cum subdit. [Absit,] scilicet, quod Deus sit iniquus, [Secundum hominem dico,] idest, quod hæc uerba protuli, non ex meo sensu, sed ex hominis errantis sensu protuli, sicut dicitur 1. Corinth. 3. Cum sint inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis. Hoc autem non esse dicendum ostendit, subdens; [Alioquin,] scilicet si Deus est iniquus, quomodo iudicabit hunc mundum, idest quomodo conueniet, quòd ipse sit uniuersalis, & supremus mundi index? Oportet enim quod est

F primum & supremum in quolibet genere esse infallibile, sicut primum mouẽs est immutabile. Vnde in psal. 95. dicitur, Iudicabit orbem terræ in æquitate. Et simile argumẽtum ponitur Iob. 34. Vbi dicitur, Vere Deus non condemnat frustra: nec omnipotens subuertit iudicium quem constituit alium super terram, &c. scilicet, quia si ipse non iudicaret, oporteret dicere alium esse iudicẽ mundi. Deinde cum dicit. [Si enim veritas] ostẽdit idem per humanũ iudicium. Et circa hoc etiã tria facit. Primo proponit falsum intellectum prædictorũ verborum. Secũdo, ponit inconueniens, quod sequitur, ibi. [Quid adhuc.] Tertio ostẽdit illud esse incõueniens, ibi. [Quorum damnatio. Exprimit autem falsum sensum, sẽm illã comparationem, quæ est diuinę veritatis ad humanum mẽdaciũ, cum dicit; [Si enim in meo mendacio,] idest, propter meum mendacium; [Veritas Dei] manifesta, scilicet abundauit in gloria ipsius, ita quòd mendacium hominis directe pertineat ad augmentum gloriæ, contra id quod dicitur Iob. 13. Numquid Deus indiget vestro mendacio? Subdit autem consequenter duo inconuenientia, quæ sequuntur, quorum vnum est, quod homo non deberet reputari peccator, propter mendacium, ex quo in Dei gloriam directe ordinatur. Et hoc est, quod dicit; [Quid adhuc, id est, cur etiam nunc & [Ego indicor,] scilicet ab hominibus tanquam peccator pro mendacio? Sapien. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium commendationem, quia scilicet peccatores ab omnibus iudicio condemnantur. Aliud autem inconue-
H niens est, quòd locum habeat verbum falsum, quod apostolis imponebatur, quia enim prædicabant, quòd per abundantiam gratiæ Christi, soluebatur abundantia peccatorum, secundum illud infra 5. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia: blasphemabant apostolos, quasi dicerent, quòd homines deberent facere mala, vt consequerentur bona, quod sequeretur si mendacium hominis directe commendaret Dei gratiam, & veritatem, hoc est quod dicit; [Nos faciamus mala] peccando scilicet, & mendacium docendo: [Vt veniant bona] scilicet, ut Dei veritas, & iustitia commendetur, sicut blasphemamur, id est, sicut quidam blasphemando nobis imponunt, infra 1. Corin. 4. Blasphemamur & obsecramus, & sicut quidam aiunt nos dicere verba nostra deprauando, 2. Petri vlti. Quæ indocti, & instabiles deprauant: hæc autem excludit subdens; [Quorum condemnatio iusta est, idest, eorum, qui faciunt mala vt veniant bona: si-
I cut enim non est uerum syllogizandum ex falsis, ita non est perueniendum ad bonum finem per mala. Hierem. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt, quod dicitur ex persona impiorum. Vel quorum scilicet hæc nobis falsè imponentium damnatio iusta est. Iuste enim cõdemnantur peruersores sacræ doctrinæ. Apoc. vlti. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus plagas scriptas in libro isto.

LECTIO II.

QVid igitur? præcellimus eos? Nequaquam Causa-
G ti enim sumus Iudæos, & Græcos, omnes sub peccato esse; sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est gutur eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os, maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorũ ad fundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sũt loquitur.
B Vt omne os obstruatur, & subditus fiat oĩs mundus Deo, quia ex operibus legis nõ iustificatur omnis caro coram illo: per legem.n. cognitio peccati.

LECTIO II.

POstquam Apostolus ostẽdit prærogatiuam Iudæorum supra Gentiles quantum ad diuina beneficia, hic excludit eorũ inanem gloriã, qua se Gentib. ad fidem conuersis præferebant. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositũ, ibi; [Causati enim sumus.] Dicit ergo primo, ita dictum est. quid amplius est Iudæo? Primum quidem, quia tradita sunt illis elo-
K quia Dei. Quid igitur dicemus nos Iudæi ad fidem conuersi? nunquid præcellimus eos, scilicet Gentiles ad fidem conuersos? de quo erat inter eos contentio. Luc. 22. Facta est contentio inter discipulos Iesu, quis esset maior. Et respondens subdit; [Nequaquam.]

Sed hoc uidetur contra præmissa in quibus dictum est, multum per omnem modum amplius est Iudæo. Sed ad hoc respondetur in glossa, quod illud fuit dictum quantum ad esse, quod habebant Iudæi tempore legis: hoc autem nunc dicit Apostolus secundum statum gratiæ, quia vt dicitur Col. 3. In Christo non est Gentilis & Iudæus, circunsio & præputium, quia scilicet non faciunt differentiam quantum ad statum gratiæ. Sed hæc responsio non uidetur esse omnino secundum intentionem Apostoli, quia infra ostendet, quod etiam dum sub lege erant, peccatis subiacebant, sicut & Gentiles, vel

vt amplius. Ezech. 5. Ista est Hierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras, contempsit iudicia mea, ut magis esset impia quam Gentes. Sic igitur dicendum est, quod supra ostendit prærogatiuam diuinorum beneficiorum: vnde non dixit, quod Iudæus esset excellentior: sed quod aliquid esset Iudæo amplius [Donatum,] hic autem excludit excellentiam personarum, quia illi, qui diuina beneficia acceperunt, non sunt illis debite vsi. Deinde cum dicit [Causati enim sumus.] Ostẽdit propositum & primo, quòd Iudæi non excedunt Gẽtiles quãtum ad statum peccati: secundo, quòd non excedunt, quãtum ad statum iustitiæ, ibi. [Nunc autem sine lege.] Primum ostendit dupliciter. Primo quidem ex his, quæ supradicta sunt. Secundo per authoritatem, ibi. [Sicut scriptum est.

Dicit ergo, [Causati. n. sumus,] idest causando rationib. ostendimus Iudęos, atque Græcos, id est Gentiles. [Omnes sub peccato esse,] Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem non est, &c. Ostendit. n. primo, quod Gentiles veritatem Dei cognitã in impietate & in iniustitia detinebant: secundo quod Iudæi lege suscepta per præuaricationẽ legis Deum inhonorabãt. Deinde cũ dicit. [Sicut scriptum est.] Ostendit propositum per authoritatem Psalmistæ, & primo inducit authoritatem: secundo manifestat eam, ibi; [Scimus autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit peccata omissionis, secundo peccata commissionis, ibi. [Sepulchrum patens.] Peccata autem omissionis tangit dupliciter. Primo quidem remouendo principia bonorum operum. Secundo ipsa bona opera, ibi. [Omnes declinauerunt.] Sunt autem tria bonorum operũ principia, quorum vnum pertinet ad ipsam operis rectitudinem, & hoc est iustitia quam excludit dicens, sicut scriptum est, scilicet in Psal. 14. Quia non est iustus quisquam. Mich. 7. Et perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd intelligatur, nullus est iustus in se ex seipso, sed ex se quilibet est peccator, ex solo autem Deo habet iustitiam. Exo. 34. Dominator domine Deus misericors, & clemens, qui aufers iniquitatem, atque peccata, nullusq; apud te innocẽs est. Alio modo, quòd nullus est quantum ad omnia iustus, quin aliquod peccatum habeat, sẽm illud Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Eccl. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Tertio etiam potest intelligi, ut referatur ad populũ malorũ, inter quos nullus est iustus. Est. n. consuetudo scripturæ, vt quandoque loquatur de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum, vt patet Hierem. 26. Vbi dicitur, quòd cum cõplesset Hieremias loqui omnia, quæ præceperat ei dominus, vt loqueretur ad uniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus dicentes, morte moriatur.

Et postea subditur, Dixerunt principes & omnis populus, non est uiro huic iudicium mortis. Sed primi duo sensus magis sunt sẽm intentionem Apostoli. Et hoc idem dicendum est in sequentibus. Secundum autem principium boni operis est discretio rõnis.
11. & 35. Et hoc excludit subdens, [Non est intelligens,] Psal. Nescierunt neque intellexerunt. Et alibi, Noluit intelligere. Tertium principium est rectitudo intentionis, quam excludit subdens. [Non est requirens Deum,] intentionem suam, s. dirigendo ad ipsum. Osee 10. Tempus inquirendi dominum, qui cum venerit, docebit iustitiam. Consequenter excludit ipsa bona opera.

Et primo quidem quantũ ad offensionem diuinæ legis cum dicit, [Oẽs declinauerunt, [. s. a regula diuinæ legis. Esa. 56. Oẽs in viam suam declinauerunt. Secundo quantum ad offensionẽ finis, vnde subdit, [Simul inutiles facti sunt.] Hoc. n. inutile dicimus, quod non consequitur finem suum. Et ideo cum homines a Deo declinant propter quem facti sunt, redduntur inutiles. Sap. 4. Impiorum multitudo non est utilis. Tertio excludit ipsa bona opera, cũ subdit, [Non est, qui faciat bonũ.] Hier. 4. Sapientes sunt ut faciant mala, bene autẽ facere nescierunt. Subdit autẽ, [Vsque ad vnum,] quod põt uno modo intelligi exclusiue, quasi diceret, præter unum, qui scilicet solus fecit bonum redimendo humanum genus. Eccles. 8. Virum de mille unum reperi, mulierem nõ inueni. Vel põt intelligi inclusiue, quasi dicat, nec etiam unus est purus

A homo qui faciat bonum, s. perfectum. Hiere. 5. Quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentẽ fidem. Deinde cum dicit, [Sepulchrum patens] ponit peccata commissionis, & primo peccatoris.

Secundo peccata operis, ibi [Veloces pedes eorum.] Peccata vero cordis ex his peccatis deprehenduntur. circa peccatũ oris quatuor ponit. Primo prõptitudinem, seu turpitudinem cũ dicit, [Sepulcrum patẽs est gutur eorũ.] Sepulchrũ enim patẽs duo habet. est. n. paratum ad recipiẽdum mortuum, & secundum hoc, gutur hominis dicitur esse sepulchrum patens, quãdo est paratũ ad dicendũ mortifera, per quẽ modũ dr. Hier. 5. Pharetra eius quasi sepulchrum patens. Secundo exhalat fętorem. Matt. 23. Similes sunt sepulchris dealbatis, quæ a foris patent hominibus speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia. Eorũ ergo guttur est sepulchrum patens, ex quorum ore procedit turpiloquij fętor. Apocalyp. nono.

Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur. Secũdo, tangit circa peccatum oris fraudem, cũ dicit, [Linguis suis dolose agebant. Aliud. s. habendo in corde, aliud in ore. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorũ, dolum locuta est. Tertio ponit uerborum
C noxietatem cum dicit, [Venenum aspidum sub labijs eorum:] quia scilicet talia verba eueniunt, quæ insanabiliter proximos occidũt, uel spiritualiter vel corporaliter. Deut. 32. Fel draconum uinum eorum & uenenum, &c. Quarto designat abundantiam horũ peccatorum, cum dicit, [Quorũ os maledictione plenum est & amaritudine,] quia. s. in talib. semper abundat maledictio, quia. s. maledicunt de alijs detrahendo, contra id quod dicitur infra 12. Benedicite & nolite maledicere. [Et amaritudine,] inquantum scilicet non uerentur in faciem proximi dicere iniuriosa uerba, quib. ad amaritudinem prouocatur, contra id quod dicitur Ephes. 4. Omnis amaritudo tollatur a uobis.

Deinde cum dicit, [Veloces pedes eorũ] tangit peccata operis, circa quæ tria tangit. Primo quidem promptitudinem, ad male agendum. Vnde dicit, Veloces pedes eorum. Prompti sunt pedes, idest affectus eorum [Ad effundendum sanguinẽ,] idest ad facien-
D dum, quæcumque grauia peccata, quia inter cętera, quæ committimus in proximum; homicidium est grauius. Prouerb. 3. Pedes eorum in malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Secundo tangit multitudinem nocumentorum, quæ alijs inferũt, cum subdit, [In uijs eorum,] id est in operibus eorum [Est contritio,] quia scilicet alios cõterunt opprimendo eos. Esa. 10. Ad conterendum cor eius. [Et infęlicitas,] inquantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducendo. Iob. 23. Nudos dimittunt homines indumenta tollẽtes, &c. Possunt tamen hic duo intelligi esse posita ad designandum pœnam potius quam culpã, ut sit sensus, in uijs eorum est contritio & infœlicitas, id est opera eorum, quæ per uias designantur, ducunt eos ad contritionem, & infœlicitatem, ita quod contritio referatur ad oppressionem pœnæ, qua pro peccatis punientur. Esa. 30. Comminuentur sicut conteritur lagena figuli. Infœlicitas autem referenda est ad pœnam damni, quia fęlicitate æterna priuabuntur. Sap. 12. Infęlices aũt
E sunt, & inter mortuos spes eorum. Tertio ostendit eorum culpę obstinationem ad malum, a qua quidem aliqui reuocantur dupliciter. Vno modo per hoc, quod uolunt ab hominib. pacem habere sed contra hoc dicitur, [Et uiam pacis non cognouerunt,] idest, nõ acceptauerunt. psal. 219. Cum his qui oderunt pacem. Alio modo intuitu diuini timoris: sed isti nec Deum timent, nec hominem reuerentur, ut dicitur Luc. 18. Vnde subditur, [Non est timor Dei ante oculos eorum,] id est ante ipsorum considerationem. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Potest autem & hoc specialiter dici contra Iudæos Christo non credentes, quod non cognouerunt uiam pacis, id est Christum, de quo dicitur Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Deinde cum dicit, [Scimus autem quia quæcumque] manifestat authoritatem inductam tripliciter. Primo quidem exponendo sensum eius. Secundo exponendo intentionem ipsius, ibi [Vt omne os.] Tertio assignando rationem dictorum in ipsa, ibi [Quoniam ex operibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Circa primum considerandum est quod Iudaei, contra quos Apostolus hic loquebatur, poterat ad sui excusationem peruertere sensum authoritatis inductę, dicendo, quod prędicta pręmissa verba sunt intelligenda de Gentibus, non de Iudaeis. Sed hoc excludit Apostolus dicens, Scimus quod quęcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, id est, ad quos lex datur, & qui legem profitentur. Deutero. 33. Legem praecepit nobis Moyses. Gentiles autem non erant sub lege, & secundum hoc, prędicta uerba pertinent ad Iudaeos. Est hic autem duplex obiectio. Prima quidē, quia uerba supra inducta non sunt assumpta de lege, sed de psalm. Sed hic dicendum est, quod quandoque nomen legis sumitur pro toto veteri testamento, non pro quinque libris Moysi tantum, secundum illud Io. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerūt me gratis, quod scriptum est in ueteri testamento, non in quinque libris Moysi, qui proprie lex dicuntur. Et sic etiam lex accipitur hic. Quandoque autem totum vetus testamentum diuiditur in tria, s. in legem, psalmos, & prophetas, secundum illud Luc. vlti. Necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, psalmis & prophetis de me. Aliquando vero totum uetus testamentum diuiditur in duo. s. in legem & prophetas, secundum illud Matth. 22. In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetae. Et secundum hunc modum psalterium sub prophetis continetur. Secunda obiectio est quia in lege, i. in ueteri testamento multa dicuntur pertinentia ad alias gentes, sicut patet in pluribus locis Esa. & Hierem. Vbi dicuntur multa contra Babylones, & similiter contra alias nationes. Non ergo quaecumque loquitur lex, loquitur his & de his qui in lege sunt. Sed dicendum, quod quaecumque indeterminate loquitur ad eos pertinere videntur, quibus lex datur, quando uero scriptura de alijs loquitur, speciali titulo designat alios, sicut cum dicitur: onus Babylonis, & onus Tyri, &c. Quae contra alias gentes in veteri testamento dicuntur, aliquo modo ad Iudęos pertinebant inquantum eorum infortunia ad eorum consolationem uel terrorem praenuntiabantur, sicut etiam praedicator ea debet dicere, quae pertinent ad eos quibus praedicat, non autem quae pertinent ad alios. Esa. 58. Annuntia populo meo peccata eorum, quasi diceret, non quae sunt aliorum. Deinde cum dicit [Vt omne os, &c.] assignat intentionē praedictae authoritatis: propter duo enim sacra scriptura omnes de iniustitia arguit. Primo quidem ad reprimendum eorum iactantiam qua se iustos arbitrabantur, secundum illud Luc. 18. Ieiuno bis in sabbato. Et quantum ad hoc dicit [Vt omne os obstruatur,] quod. s. sibi iustitiam praesumptuose ascribebat. psalm. 62. Obstructum est os loquentium iniqua. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Secundo ut suam culpam recognoscentes se Deo subijciant, sicut infirmus medico. Vnde subdit, [Et subditus fiat omnis mundus Deo,] idest non solum Gentilis, sed etiā Iudaeus culpam suam recognoscentes. Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Deinde cum dicit, [Quoniam ex operibus legis] assignat rationem praemissorum uerborum. Et primo ponit rationem. Secundo manifestat eam, ibi [Per legem, &c. Dicit ergo primo, ideo non est iustus quisquam, quoniam omnis caro, i. omnis homo non iustificatur coram illo, id est, secundum eius iudicium ex operibus legis, quia ut dicitur Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Et ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiae, quę fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Est autem duplex opus legis, quoddam quidem est proprium legis Mosaicae, sicut obseruatio ceremonialium praeceptorum, quoddam est opus legis naturae, quia pertinet ad legem naturalem, sicut, non occides, non furtum facias. Quidam ergo hoc intelligunt dictum esse de primis legis operibus. s. quod ceremonialia gratiam non conferebant per quam homines iustificantur; non tamen ista uidetur esse intentio Apostoli: quod patet ex hoc quod statim subdit [Per legem. n. cognitio peccati.] Manifestum est autem, ꝙ peccata cognoscuntur per prohibitionem moralium praeceptorum, & ita Apostolus intendit, quod ex omnibus operibus legis, etiam quae per praecepta moralia mandantur, non iustificatur homo, ita ꝙ ex operibus in eo causetur iustitia, quia ut dicitur inf. 11. Si. n. gratiam, iam nō ex operibus. Deinde cum dicit, [Per legem probat quod dixerat. s. ꝙ opera legis non iusti-

F ficent. Lex. n. datur ut homo cognoscat, quid debeat agere, quid uitare. psa. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitę. Ex hoc autem quod homo cognoscit peccatum, quod uitare debet tanquam prohibitum, non statim sequitur, quod illud vitet quod pertinet ad rationem iustitię, quia concupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari operabili. Et ideo lex non sufficit ad iustificandum, sed est necessarium aliud remedium, per quod concupiscentia reprimatur.

LECTIO III.

Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Nō enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iu-
G stitię suae propter remissionem

LECTIO III.

Postquam ostendit Apostolus Iudęos, & Gentiles aequales esse quantum ad statum culpae praecedentis, hic ostendit eos aequales, quantum ad statum gratiae subsequentis.

Et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Secundo ostendit quoddam quod supposuerat, ibi. [An Iudęorum Deus tantum?] Tertio respondet obiectioni, ibi. [Legem ergo destruimus?] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi. [Non est distinctio.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi. [Vbi est ergo gloriatio tua?] Circa primum tria facit. Primo proponit habitudinem iustitiae ad legem. Secundo assignat causam iustitiae, ibi. [Iustitia autem Dei.] Tertio assignat huiusmodi iustitiae communitatem, ibi. [In omnes, &c.] Ponit autem primo duplicem comparationem seu habitudinē iustitię ad legem. Primo quidem quia nō est ex lege
H causata. Et hoc est, quod dicit, dictum est, ꝙ olim opera legis non poterat esse iustitia Dei, uel quia ipse iustus est adimplēs promissa de iustificatione hominum, inf. 15. Dico. n. Christum ministrū fuisse circumcisionis pp veritatem Dei. Vel potius iustitia Dei, qua aliquis iustificatur a Deo, de qua dicitur inf. 10. Ignorātes Dei iustitiam. Haec inquam Dei iustitia, nunc, i. tempore gratiae manifestata est, tum per Christi doctrinam, tum per eius miracula, tū etiam per facti euidentiam inquantum euidens est multos esse diuinitus iustificatos. Et hoc sine lege. s. causante iustitiam. Gal. 5. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. 56. Prope est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur. Et ne aliquis credat hanc iustitiam legi esse contrariam. Secundo ponit aliam habitudinem iustitiae ad legem, cum dicit, [Testificata a lege & prophetis.] Lex quidem Christi iustitiam testificata est prenuntiando, & praefigurando. Io. 5. Si crederetis Moysi, forsitā & mihi crederetis, de me enim ille scripsit, & etiam per effectum, quia cum ipsa iustificare non posset, testimonium perhi-
I bebat aliunde quaerendam esse iustitiam. Prophetae autem testificati sunt eam prenuntiando. Act. 11. Huic omnes prophetae testimonium perhibent. Consequenter autem assignat causam huius iustitiae, & dicit. [Iustitia autem Dei est per fidem Iesu Christi] s. quam ipse tradidit. Hebr. 12. Aspicientes in anchorē fidei, Vel etiam quae de ipso habetur, infra 10. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Dicitur autem iustitia Dei esse per fidem Iesu Christi, non vt quasi per fidem mereamur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur Dei iustitiam, sicut Pelagiani dixerunt, sed quia in ipsa iustificatione, qua iustificamur a Deo, primus motus mentis in Deum est per fidem. Accedentem enim ad Deum oportet credere, ut dicitur Heb. 11. Vnde & ipsa fides, quasi prima pars iustitiae est nobis a Deo. Eph. 2. Gratia estis saluati per fidem, &c. Hęc aūt fides ex qua est iustitia, nō est fides informis de qua dr̄ Iac. 2. Fides sine operib. mortua est, sed est fides per charitatem formata, de
K qua dr̄ Gal. 5. Nam in Christo Iesu neque circūcisio aliquid ualet sine fide, per quam in nobis habitat Christus. Eph. 3. Habitare Christum p fidem in cordibus uestris, quod sine charitate non fit. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Haec est & fides de qua dicitur Act. 15. Fide purificans corda eorum. quae quidem purificatio non fit sine charitate. Prou. 12. Vniuersa delicta operit charitas. Et ne aliquis diceret per hanc fidem solos Iudęos iustificari, Tertio ostendit communitatem huius iustitię, cum subdit, [in oēs] s. ista iustitia est in corde, nō in carnalibus obseruantijs, de quibus dicitur Heb. 9. quod carnales obseruantię erāt ad iustificationem carnis, vsq; ad tempus correctionis impositae. Et super omnes, quia videlicet facultatem humanā ac

merita

merita excedit. 2. Cor. 3. Non ꝙ sufficientes simus cogitare. Addit autem qui credit in eum, quod pertinet ad fidem formatam, per quam homo iustificatur, ut dictum est.

Deinde cum dicit, [Non est. n. distinctio] manifestat quod dixerat, & primo quantum ad communitatem iustitiae. Sedo quantum ad causam eius; ibi [Iustificati gratis] Tertio quantū ad manifestationem ipsius ibi, [Ad ostēsionem Dicit ergo primo, dictū est, iustificatio Dei est in oēs & super oēs qui credūt in Christum. Non enim est quātum ad hoc distinctio inter Iudaeū, & Gentilem. Col. 3. In Christo Iesu non est Gētilis, & Iudęus, scilicet distinctionem aliquam habēs, quasi

praecedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificās eū, qui est ex fide Iesu Christi.

LECTIO IIII.

Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudęorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Immo & Gentium. Quoniā quidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & praeputium per fidem.
B Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

Iudaeus non indigeat iustificari a Deo sicut Gentilis: oēs. n. peccauerunt, sicut supra ostensum est. Esa. 53. Oēs nos quasi oues errauimus, & per hoc egēt gloria Dei, i. iustificatione, quę in gloriam Dei cedit, non autem sibi dēt homo hanc gloriam ascribere psal. 113. Nō nobis domine nō nobis, sed nomini tuo da gloriam psa. 65. Date gloriam Deo. Sic igitur quia omnes peccauerūt, & ex se iustificari nō possunt, restat vt per aliam causam iustificētur, quā consequenter ostendit subdēs [Iustificati.] Vbi primo ostendit, quod huiusmodi iustificatio est sine, i. quod non est ex operib. legis cum dicit [Iustificati gratis,] id est, absque merito praecedentium operum. Esa. 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Et hoc per gratiā ipsius. s. Dei, cui ex hoc debetur gloria 1. Co. 15 Gratia Dei sum id quod sum. Secundo ostendit, quę sit causa iustificationis. Et primo ponit ipsam causam dicēs [Per redemptionem.] Vt. n. dicitur Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ex qua quidem seruitute homo redimitur si pro peccato satisfaciat. Sicut si aliquis ob culpam commissam obnoxius esset regi ad soluendam pecuniam, ille eum redimere diceretur a noxa, qui pro eo pecuniam solueret. Haec autem noxa ad totum humanum genus pertinebat, quod erat infectum per peccatum primi parentis. Vnde nullus alius pro peccato totius humani generis satisfacere poterat, nisi solus Christus, qui ab omni peccato erat immunis. Vnde subdit [Quae est in Christo Iesu] Quasi dicat: in alio non poterat nobis esse redemptio 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento. Secundo ostendit unde ista redēptio efficaciam habuit, cum dicit [Quem proposuit Deus propitiatorem] Ex hoc enim Christi satisfactio efficaciam ad iustificādum habuit, & ad redimendum, quia eum Deus ad hoc ordinauerat secundum suum propositum, quod designat, cum dicit [Quem proposuit Deus propitiatorem.] Eph. 1. Qui operatur omnia secundum cōsilium uoluntatis suae. Vel proposuit, i. pro omnibus posuit, ut quia humanum genus non habebat, vnde satisfacere posset, nisi ipse Deus eis redemptorem & satisfactorem daret. psal. 110. Redemptionem misit dn̄s populo suo. Et sic dn̄s satisfaciēdo nos redimit a noxa peccati, Deū peccatis nostris propitiū facit, ꝙ petebat psal. dicēs, Propitius esto peccatis nostris, & ideo dicit eū propitiatorē 1. Io. Propitiatio. In cuius figura Exo. 25. mandatur, qd̄ fiat propitiatorium, i. qd̄ Christus ponatur sup archā, i. ecclesiā. Tertio ostēdit p quos redēptionis effectus ad nos peruenat, cū dicit, [Per fidē in sanguine eius] i. quae est de sanguine eius p nobis effuso. Vt. n. pro nobis satisfaceret, cōgruebat vt pęnā mortis pro nobis subiret, q̄ homo p peccatum incurrerat, secundū illud Ge. 2. Quacūque die &c. Vnde dr̄ 1. Pet. 3. Christus semel p peccatis nostris mortuus est. Hęc aūt mors Christi nobis applicatur per fidē, qua credimus p suam mortem mūdum redemisse. Ga. 2. In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, &c. Nā & apud hoīes satisfactio vnius alteri nō valeret, nisi eā ratam haberet. Et sic patet qūo fit iustitia p fidem Iesu Christi, ut sup. dictū est. Sed quia & supra dixit iustitiam Dei esse nūc manifestatā: agit consequēter da hac manifestatione, & primo tangit modum manifestationis dicens, [Ad ostēsionem.] q. d. hoc inquā factum est, ut iustificaremur p redemptionē Christi, & p fidem sanguinis eius ad ostēsionem iustitiae suae, i. ad hoc, qd̄ suam iustitiam Deus ostēderet, & hoc pp remissionem pcedentium delictorum. In hoc. n. ꝙ praecedētia delicta Deus remisit, q̄ lex remittere non poterat, nec homines propria virtute ab eis se praecauere nō poterant, ostendit qd̄ necessaria est hominib. iustitia, qua iustificētur a Deo. solum autem per sanguinē Christi potuerūt remitti peccata nō solum psentia, sed

A praeterita, quia uirtus sanguinis Christi operatur per fidem hominis, quam quidem fidem habuerunt illi, qui praecesserūt Christi passionem sicut & nos habemus. 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei credimus. Vnde & legitur aliter, vt dicatur propter remissionem delictorum, quae sunt hominum praecedētium Christi passionē. Vnde dicitur Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras & proijciet, &c. Secundo ostendit tempus manifestationis eius cum subdit, In sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: quasi diceret, praecedentia delicta erant ante Christi passionē in sustentatione Dei quasi in quadam diuina Dei sustinentia: quia nec pro eis credētes & poenitentes damnat, nec ab eis totaliter reddit absolutos, vt. s. eis non obstantibus, possint introire in gloriam. Vel secundum aliam literam potest intelligi, quod ipsi sancti patres erant in sustentatione Dei, quia detinebantur in limbo, nō quidem patientes poenam sensibilem, sed expectantes introire in gloriam per Christi passionem. Ecc. 2. Sustine sustentationes Dei. Ad hoc (inquam) praecedentia delicta vel praecedentes patres erant in sustentatione Dei ad ostensionem. s. iustitiae eius in hoc tempore, i. vt in hoc tempore gratiae, suam iustitiam perfecte ostenderet, plenam remissionem peccatorum tribuendo, Psa. 101. Venit tēpus, &c. Et 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Et hoc est, qd̄ supra dixerat nunc esse iustitiam Dei manifestatam. Oportuit
C autem ut praecedētia peccata usque ad hoc tempus essent in Dei sustentatione: ut primo conuinceretur homo de defectu scientiae, quia tempore legis naturae in errores & turpia peccata incidit, & etiam de defectu potētiae, quia post legem scriptam quae fecit cognitionem peccati, adhuc homo per infirmitatem peccauit. Tertio ostendit, quod per remissionem peccatorum Dei iustitia ostēdatur, siue accipiatur Dei iustitia qua ipse est iustus, siue qua alios iustificat. Vnde subdit, [Vt sit ipse iustus,] idest, ut per remissionē peccatorum Deus appareat esse iustus in seipso, tum quia remittit peccata sicut promiserat, tum quia ad iustitiam Dei pertinet, quod peccata destruat, homines ad iustitiam Dei reducendo. Ps. 10. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Et etiam ut [Sit iustificans eum qui ex fide Iesu Christi.] id est, qui per fidem Iesu Christi accedit ad Deum. Accedentem enim ad Deum oportet credere. Hebr. 2.

D

LECTIO IIII.

Postquam Apostolus ostendit, quod Iudaei non praecedūt Gentiles, neque quantum ad statum culpae, neque quātum ad statum iustitiae: hic concludit conclusionem intentam excludendo. s. eorum gloriam qua Gentibus se praeferebant, & circa hoc tria facit. Primo proponit huius glorię exclusionem. Secundo exclusionis causam ibi [Per quam legem] Tertio ostendit modum quo excludit, ibi [Arbitramur. n. &c.] Circa primū duo facit. Primo proponit quaestionem dicens, ex quo cōiter es sub peccato. tu Iudęus sicut & Gētilis, & ex quo Gentilis iustificatur per fidem: sicut & tu, [Vbi est gloriatio tua?] qua. s. in lege gloriaris, ut sup. 2. dictum est. Et per hoc te Gentilibus pręferre 1. Cor. 5. Non est bona gloriatio uestra. Gal. 6. Non efficiamur inanis glorię cupidi, &c. Secundo huic quaestioni respondet dicens, [Exclusa] i. sublata est 1. Reg. 4. Et ablata est gloria de Israel. Osee. 4. Gloriā eorum in ignominiam commutabo. Vel [Exclusa] i. expulsa manifestata est: gloriabantur. n. Iudaei in gloria, & cultu unius Dei, &
E hanc eorum gloriam dicit exclusam, expressam per Christum, sicut artifices qui aliquam imaginem in argento exprimunt, exclusores uocantur, secundum illud Psa. 67. Vt excludant eos qui probati sunt argento. Sed primus sensus est magis literalis. Cum autem dicit, [Per quam legem,] ostendit causam huius exclusionis. Quia autem Iudaeorum gloriatio erat in lege, vt supra dictū est, ideo oportere videbatur, quod per aliquid eiusdem generis, id est per aliquam legem eorum gloriatio excluderetur. Et ideo interrogando quaerens subdit, per quam. s. est eorum gloriatio exclusa. Posset autem aliquis credere, quod eorū gloriationem exclusam Apostolus diceret per aliqua praecepta legalia, quib. quędam maiora opera mandarētur. Et ideo interrogādo subdit, [Factorum?]

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum?] quasi dicat. Nunquid per aliquam legem factorum, eorum gloriationem excluſam dico? Et reſpondet quod non, [Sed per legem fidei:] & ſic patet quod duplicem legem hic inducit Apoſtolus, ſ. factorum & fidei. Et in promptu eſſe uidetur, quod per legem factorum intelligitur lex vetus, & per legem fidei, lex noua, per quã Gentilis æquiparatur Iudæo. Sed dubitatur de hac diſtinctione.

Nam & in ueteri lege neceſſaria erat fides, ſicut & in noua. Eccleſ. 2. Qui timetis dominum, credite illi. Et pſalm. 125. Credidi, propter quod locutus ſum. immo etiam in noua lege facta quædam requiruntur, & quorundam ſacramentorum, ſecundum illud. Luc. 26. Hoc facite in meam commemorationem.

Et etiam moralium obſeruationum. Iac. 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Dicendum eſt igitur, quod legem factorum dicit legem externus propoſitam & deſcriptam, per quã exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat, & per prohibitionem oſtenditur a quo debeat abſtineri. Legem autem fidei uocat legem interius deſcriptam, per quam non ſolum exteriora facta, ſed etiam ipſi motus eorum diſponuntur, inter quos primus eſt motus fidei. Corde. n. creditur ad iuſtitiam, ut dicitur hic, & ca. 10. Et de hac lege loquitur inf. 8. Lex ſpiritus uitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu. Deinde cum dicit, [Arbitramur enim.] oſtendit modum quo per legem fidei gloria Iudæorum excluditur, dicẽs. Arbitramur enim nos Apoſtoli veritatem a Chriſto edocti, hominem quẽcunque, ſiue Iudæum, ſiue Gentilem, iuſtificari per fidem Act. 15. Fide purificans corda eorum, & hoc [Sine operibus legis,] non autem ſolum ſine operibus ceremonialibus, quæ gratiam non conferebant, ſed ſolum ſignificabant, ſed etiam ſine operibus moralium præceptorum, ſecundum illud ad Tit. 3. Nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, &c. ita tamen quod hoc intelligat ſine operibus præcedentibus iuſtitiã. Non autem ſine operibus conſequentibus, quia ut dicitur Iac. ſecundo. Fides ſine operibus, ſcilicet ſubſequentibus, mortua eſt. Et ideo iuſtificare non poteſt.

Deinde cum dicit, [An Iudæorum.] oſtendit quoddam quod præſuppoſuerat, ſcilicet quod iuſtitia fidei communiter ſe haberet ad omnes. Et prius quidem hoc manifeſtauerat, ratione accepta ex parte cauſæ materialis cum ſupra dixerat, omnes peccauerunt & egent gratia Dei, id eſt peccatores ſunt, quos oportet per gratiam fidei iuſtificari, ſed probatio quæ eſt ex ſola cauſa materiali non ſufficit, quia materia non mouetur per ſe ad formã ſine cauſa agente. Et ideo hic ſubiungit rationem acceptam ex parte cauſæ agentis, i. iuſtificantis qui eſt Deus. inf. 8. Deus qui iuſtificat. Manifeſtum eſt autem quod Deus noſter illos iuſtificando ſaluat, quorum eſt Deus, ſecundum illud pſalm. 67. Deus noſter, Deus ſaluos faciendi. Non eſt autem Iudæorum tantum Deus, ſed & Gentium, ergo vtroſque iuſtificat.

Circa hoc ergo tria facit. Primo, proponit quæſtionem de Iudæis cum dicit, [An Iudæorum tantum eſt Deus?] Quod quidẽ videri poſſet alicui per quod dicitur Exo. 5. Deus Hebræorũ uocauit nos. Dicendum eſt ergo, quod Iudæorum Deus tantũ erat per ſpecialem cultum ab eis Deo exhibitum. Vnde in pſal. 75. dicitur, Notus in Iudæa Deus. erat tamen Deus omnium per communem regimen vniuerſorum, ſecundum illud Pſal. 46, Rex omnis terræ Deus.

Secundo proponit quæſtionem ex parte Gentilium dicens, [Nonne & Gentium] ſcilicet eſt Deus? & reſpondet, Immo & Gentium, quas ſcilicet gubernat & regit, ſecundum illud Hier. Quis non timebit te o rex Gentium?

Tertio, ibi [Quoniã quidem, manifeſtat per ſignum quod dixerat. q. d. ex hoc manifeſtum eſt qd Deus eſt non ſolum Iudæorũ, ſed & Gẽtilium, qm̃ quidem vnus eſt Deus qui iuſtificat circũciſionem, i. Iudæos ex fide, ut. n. dr Gal. 5. In Chriſto Ieſu neq; circumciſio neque ꝓputium. Q od aũt dicit ex fide & ꝑ fidem, ſecũdum Gloſſam eſt omnino idem: põt tamen aliqua differentia attendi. Nam hæc præpoſitio, ex, deſignat aliquando cauſam remotam, hæc præpoſitio, per, propinquam. Iudæi ergo iuſtificati dicuntur ex fide, quia fides fuit prima cauſa ex qua proceſſit circunciſio & cætera ſacramenta legalia: & ita Iudæos iuſtificat fides, ſicut quædam cauſa primaria per quaſdam medias cauſas, ſed Gentiles per ipſam fidem immediate iuſtificantur. Deinde cum dicit, [Legem ergo,] excludit quandam obiectionem: poſſet. n. aliquis dicere quod prædictam legem deſtrueret, & ideo quærit dicens, [Legem ergo deſtruimus per fidẽ] ex hoc. ſ. qd dicimus homines iuſtificari ſine operib. legis. Et reſpondet [Abſit] ſecundum illud Mat. 5. Nõ præteribit iota unũ, aut unus apex, & cæt. Subdit autem, [Sed legem ſtatuimus]. i. per fidem legem perficimus, & adimplemus, ſecundum illud Mat. 5. Nõ veni ſoluere legem, ſed adimplere, & hoc quantũ ad præcepta cerimonialia, q̃ cum eſſent figuralia, per hoc ſtatuuntur & adimplentur, quod veritas ſignificata per ea, in fide Chriſti exhibetur: & etiam quantum ad moralia, quia fides Chriſti auxilium gratiæ confert, ad implenda moralia præcepta legis. Addit etiam quædam conſilia, per quæ præcepta moralia tutius & firmius conſeruantur.

CAP. IIII.

LECTIO I.

QVid ergo dicemus, Inuenisse Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiã ſecundum propoſitum gratiæ Dei; ſicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiã ſine operibus, Beati quorũ remiſſæ ſunt iniqtates, & quorũ tecta ſũt peccata. Beatus vir, cui nõ imputauit dominus peccatũ. Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantum manent, an ẽt in præputio? Dicimus. n. quia reputata eſt fides per hoc ſtatuuntur & adimplentur, quod veritas ſignificata per ea, in fide Chriſti exhibetur: & etiam quantum ad moralia, quia fides Chriſti auxilium gratiæ confert, ad implenda moralia præcepta legis. Addit etiam quædam conſilia, per quæ præcepta moralia tutius & firmius conſeruantur.

LECTIO PRIMA.

POſtquam Apoſtolus excluſit Iudæorum gloriam, quam habebant in lege per eam ſe Gentibus præferentes, hic excludit eorum gloriam quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. Primo reſumit qõnem, quam ſup. poſuerat dicens, [Quæ eſt vtilitas circũciſionis?] Et quia Abrahã primus mãdatũ de circũciſione accepit. vt dr Ge. 17. Ideo qõnem iterat in perſona ipſius Abrahæ dicens, Si ita eſt quod Deus iuſtificat ꝑputium ſicut & circũciſionem. [Quid ergo dicemus inuenisse utilitatis Abrahã patrem noſtrum ſecundum carnem?] ideſt ſecundum circumciſionem carnalem, & ſecundum alias obſeruantias carnales? videtur eſſe inconueniens ſi dicatur, quod nihil utilitatis inuenerit, cum dicatur Eſa. 48. Ego dñs docens te utilia. Sedo, ibi Si. n. Abraham, &c. jnſidet propoſitæ queſtioni, & duo facit. Primo oſtendit, quod Abraham nõ hoc inuenerit per circũciſionem, &c. legis opera, quod per eam iuſtificaretur, ſed magis per fidem. Secũdo commẽdat fidem ipſius, ibi [Qui contra ſpem, &c.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit propoſitum ratione accepta ex parte diuinæ acceptationis. Secundo ratione diuinæ promiſſionis, ibi [Non. n. per legem, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit quandam conditionalem. Secundo probat deſtructionem cõſequẽtis, ibi [Quid. n. dicit ſcriptura, &c.] Tertio probat ipſam condõnalem. ibi [Sicut & Dauid, &c.] Circa primũ intẽdit Apoſtolus ſic argumentari. Si Abraham iuſtificatus eſſet ex operibus legis, non haberet gloriam apud Deum: ergo non ex operib. iuſtificatus eſt. Proponit ergo conditionalem dicens, Quæſitũ eſt, quid Abraham inuenit ſecundum carnalem circuncisionem. Et manifeſtum eſt, quod hoc non inuenit ut iuſtificatus ſit ex operibus legis, ita. ſ. quod eius iuſtitia in operib. legis conſiſtat, habet quidem gloriam. ſ. apud homines, qui exteriora facta vidẽt, ſed non apud Deum, qui videt in occulto, ſecundũ illud 1. Reg. 16. Deus autem intuetur. cor 1. Cor. 3. Nemo veſtrum glorietur in hominibus, &c. Vnde contra quoſdam dicitur Io. 12. Dilexerũt magis gloriam hominum, quam Dei. Sed contra hoc poteſt obiici, quia ex conſuetudine operum exteriorum generatur interior habitus, ſecundum quem etiam cor hominis bene diſponitur, ut ſit promptum ad bene operandum, & in bonis operib. delectetur, ſicut Philoſophus dotet in 2. Ethi.

Sed dicẽdum eſt, quod hoc hẽt locum in iuſtitia humana, per quam. ſ. homo ordinatur ad bonum humanum. Hmus. n. iuſtitiæ habitus ꝑ opera humana põ acquiri, ſed iuſtitia, quæ habet gloriam apud Deum, ordinatur ad bonũ diuinum, ſ. futuræ gloriæ, quæ facultatem humanam excedit, ſecundum illud 1. Co. 2. In cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Et ideo opera hominis, non ſunt proportionata ad huius iuſtitiæ habitũ cauſandum, ſed oportet prius iuſtificari interius cor hominis a Deo ut opera faciat proportionata diuinæ gloriæ.

Deinde cum dicit, [Quid enim, &c.] deſtruit conſequẽs quod fuit negatiuum, probando affirmationem oppoſitam, ſ. quod Abraham habebat gloriam apud Deum. Et hoc probat per auctho-

rhoritatem ſcripturæ, quam primo Apoſtolus ponit. ſecundo exponit ibi. [Ei autem, &c.] Dicit ergo primo. Dico Abraham ſic iuſtificatam eſſe, quod habet gloriam apud Deum. Quid. n. ſcriptura dicit? Gen. 15. [Credidit Abraham] Deo, promittenti ſibi ſeminis multiplicationem. Eccle. 2. Crede Deo, & recuperabit te; [Et reputatum eſt illi,] ſcilicet a Deo ad iuſtitiã 1. Macha. 2. Abraham in tentatione inuẽtus eſt fidelis. Et ſic patet, quod apud Deum, a quo eſt ei reputatum ad iuſtitiam, quod credidit, gloriam habet. Eſt autem conſiderandum, quod iuſtitia quam Deus reputat, ſcriptam expreſſit, non in aliquo exteriori opere, ſed interiori fide cordis, quam ſolus Deus intuetur. Cum autem dicatur triplex eſſe actus fidei. ſ. credere Deum Deo, & in Deum, poſuit hunc actum qui eſt credere Deo, qui eſt proprius actus fidei, eius ſpeciem demonſtrans. Nam credere in Deum, demonſtrat ordinem fidei ad finem, qui eſt per charitatem: nam credere in Deum, eſt credendo in Deum ire, quod charitas facit.

Et ſic ſequitur ſpeciem fidei. Credere autem Deum, demonſtrat fidei materiam, ſecundum quod eſt virtus theologica, habẽs Deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad ſpeciem fidei, quia ſi aliquis credat Deum eſſe per aliquas rationes humanas & naturalia ſigna, nondum dicitur fidem habere, de qua loquimur, ſed ſolum quando ex hac ratione credit quod eſt a Deo dictum, qd deſignatur per hoc, quod dr credere Deo: & ex hoc fides ſpecificatur, ſicut & quilibet cognoſcitiuus habitus ſpeciem habet ex ratione, per quam aſſentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad aſſentiendum habens habitum ſcientiæ, ſcilicet per demonſtrationem, & alia ratione habitum opinionis, ſcilicet per ſyllogiſmum dialecticum. Deinde cum dicitur, [Ei autẽ qui operatur, &c.] exponit prædictam authoritatem quantum ad hoc quod dicit, [Reputatum eſt illi ad iuſtitiam,] & tangitur in Gloſſa duplex horum verborum expoſitio. Prima eſt, ſecundũ quod referuntur ad finalem mercedem, de qua primo oſtenditur qualiter ſe habeat ad opera, ſecundo qualiter ad fidem, ibi. [Ei uero qui non, &c.] Dicit ergo primo, quod ei, qui operatur, ſ. opera iuſtitiæ, merces æternæ retributionis de qua dicitur Eſa. 40. Ecce merces eius cum eo, non reputatur ſecundum gratiam tantum, ſed ſecundum debitum, ſecundum illud Matth. 20. Nonne ex denario conuenisti mecum?

Sed contra eſt quod dicitur infra 6. Gratia Dei uita æterna. Et infra 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam. Sic igitur illa retributio non fit ſecundum debitum, ſed ſecundum gratiam. Sed dicendum eſt, quod opera humana poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundũ ſubſtantiam operum, & ſic non habent aliquid condignum, vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo poſſunt conſiderari ſm ſuum principium, prout. ſ. ex impulſu Dei aguntur, ſm propoſitum Dei prædeſtinantis, & ſecundum hoc eis debetur merces prædicta ſecundum debitum, quia ut inf. 8. dicitur. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei; ſi autem filij, & hæredes. Deinde cum dicit [Ei uero, &c.] oſtẽdit qualiter ſe habeat merces æterna ad fidẽ dicẽs, [Ei vero qui non operatur,] ſcilicet exteriora opera, puta quia nõ habet tempus operandi, ſicut patet in baptizato ſtatim mortuo, [Credenti in eum qui iuſtificat impium,] Cin Deum, de quo dicitur infra 8. Deus qui iuſtificat, reputabitur fides eius, ſcilicet ſola ſine operibus exterioribus ad iuſtitiam, id eſt, vt per eam iuſtus dicatur & iuſtitiæ præmium accipiat, ſicut ſi opera iuſtitiæ feciſſet, ſecundum illud infra 10. Corde creditur ad iuſtitiam, & hoc ſecundum propoſitum gratiæ Dei, id eſt, ſecundum quod Deus proponit ex gratia ſua homines ſaluare. inf. 8. His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Ephe. 1. Qui operatur omnia ſecundũ conſilium voluntatis ſuæ. Alia expoſitio eſt, ut hoc referatur ad hominis iuſtificationem. Dicit ergo, [Ei autem qui operatur,] id eſt, ſi aliquis per opera iuſtificetur, ipſa iuſtitia imputaretur, quaſi merces non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. infra 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. [Ei vero qui non operatur,] Vt ſcilicet per ſua opera iuſtificetur, [Credenti autem in eum qui iuſtificat impium,] computabitur hæc eius fides ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum gratiæ Dei, non quidem ita quod per fidem iuſtitiam mereatur, ſed quia ipſum credere eſt primus actus iuſtitiæ, quam Deus in eo operatur. Ex eo enim quod credit in Deum iuſtificantem, iuſtificationi eius ſubijcit ſe, & ſic recipit eius effectum. Et hæc expoſitio eſt literalis, & ſecundum intentionem Apoſtoli, qui facit vim in hoc, quod in Geneſ. 15. dictum eſt, Reputatum eſt illi ad iuſtitiam, quod conſueuit dici, quando id, quod minus eſt ex parte alicuius reputatur ei gratis, ac ſi totum feciſſet. Et ideo Apoſtolus, dicit, quod hæc reputatio locum non haberet ſi iuſtitia eſſet ex operibus, ſed ſolum habet locum ſecundum quod eſt ex fide. Deinde cum dicit, [Sicut & Dauid, &c.] probat conditionalem præmiſſam ex authoritate pſalmi. Cuius primo præmittit ſenſũ.

Abrahę ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? In circunciſione an in præputio? Non in circũciſione, ſed in præputio.

Secundo ponit uerba eius. ibi. [Beati quorum.] Tertio excludit falſum intellectũ, ibi. [Beatitudo, &c.] Dicit ergo, Sicut & Dauid dicit, ideſt aſſerit beatitudinem hominis eſſe illius, ſcilicet cui Deus fert, id eſt dat iuſtitiam. [Accepto,] id eſt gratis ſine operibus præcedentib. Ad Titum. 3. Non enim ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos. Beatitudo autem hominis eſt a Deo, ſecundum illud pſal. 93. Beatus vir cuius eſt dominus Deus ſpes eius. Sic igitur manifeſtum eſt illum habere gloriam apud Deum, qui non ex operibus legis iuſtificatur, ut dictum eſt. Deinde cum dicit, [Beati quorum, &c.] ponit uerba Dauid prædictam ſententiam continentia, & dicit eos eſſe beatos, quorum remittuntur peccata.

Et ſic patet, quod non habuerunt prius bona opera ex quibus iuſtitiam ſeu beatitudinem conſequerentur. Eſt autem triplex peccatum ſcilicet originale, actuale, mortale, & actuale ueniale. Primo ergo quantum ad originale dicit, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Vbi conſiderandum eſt, quod peccatum originale iniquitas dicitur, quia eſt carentia originalis iuſtitiæ, per quã ſecundum equitatem ratio hominis ſubijciebatur Deo, inferiores uires rationi, & corpus animæ, ſed per peccatum originale hæc æquitas tollitur: quia poſtquam ratio deſijt eſſe ſubiecta Deo, inferiores uires rationi rebellant, & corpus ab obedientia animæ ſubducitur per corruptionem & mortem. Vnde in Pſal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Vtrobique autẽ peccatum originale pluraliter ſignificatur. Vel propter plures homines, in quibus multiplicatur originale peccatum, uel potius, quia uirtute continet in ſe quodammodo omnia peccata. Huiuſmodi autem peccatum originale remitti dicitur, quia tranſit reatus ſuperueniente gratia ſed remanet actu remanente fomite ſiue concupiſcentia, quæ non tollitur totaliter in hac uita, ſed remittitur ſiue mitigatur. Secundo quantum ad actuale mortale, dicit, [Et quorum tecta ſunt peccata.] Dicuntur autem peccata tegi diuino conſpectui, inquantum non inſpicit ad ea puniẽda. Pſalm. octogeſimoquarto. Operuiſti omnia peccata eorum. Tertio quantum ad ueniale dicit. [Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.] Vt ſcilicet per peccatum intelligantur peccata venialia: quæ licet leuia ſint, tamen per multa homo ſeparatur, & elongatur a Deo. ſecundo. Pſal. tertio. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt illum, & non imputabitur illis, quod minus ſancti ſunt. Poſſunt autem & hæc tria aliter diſtingui. Sunt enim in peccato tria. Quorum vnum, eſt offenſa Dei. Et quantum ad hoc dicit. [Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.] ſecundum, quod homo dicitur remittere offenſam ſibi factam Eſa. 40. Dimiſſa eſt iniquitas illius. Aliud autem eſt ipſe actus inordinatus culpæ, qui non poteſt non fuiſſe factus ex quo ſemel perpetratus eſt, ſed tegitur manu miſericordiæ diuinæ. vt quaſi pro non facto habeatur. Tertium uero eſt reatus pœnæ, & quantum ad hoc dicit. [Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum,] ſcilicet ad pœnam. Deinde cum dicit. [Beatitudo ergo hominis, &c.] excludit falſum intellectum authoritatis prædictæ. Poſſet enim Iudæus, ſic intelligere, quod prædicta gratia remiſſionis peccatorum, non fieret niſi circuncisis.

Ad hoc ergo excludendum, primo Apoſtolus quæſtionem mouet dicens, Beatitudo hæc quia ſcilicet Deus, dat iuſtitiam ſine operibus, manet tantum in circuncisione, id eſt, habet locum ſolũ in circumciſis. An etiam & in præputio, id eſt in Gentibus? Manifeſtum eſt, quod in utriſque ſecundum illud quod dicit infra 10. Idem dominus diues in omnes, &c.

Secundo, ibi. [Dominus enim.] ad hoc oſtendendum aſſumit authoritatem ſcripturæ, quaſi dicat, hoc ideo quæro. [Dicimus enim, &c.] Quod reputatur fides Abrahæ ad iuſtitiam Geneſ. 15. Tertio ex hac authoritate concludit ſolutionem præmiſſæ quæſtionis ſub interrogatione tamen, dicens, Quomodo ergo reputata eſt, ſcilicet fides Abrahæ ad iuſtitiam, in circumciſione, id eſt, quando erat circumciſus, an in præputio, ideſt, quando erat in circumciſus? Et reſpondet. [Non in circumciſione, ſed in præputio.] Et hoc manifeſtum eſt ex ſerie narrationis ſcripturæ. Nam Geneſ. 15. legitur, quod fides reputata eſt Abrahę ad iuſtitiam circumciſionem autem accepiſſe legitur Gen. decimoſeptimo. Si igitur Abraham adhuc incircumciſus exiſtens, iuſtificatus eſt per

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem, manifestum est, q̃ iustitia fidei per quam gratis remittuntur peccata, non est solum in circuncisione, sed etiam in præputio ideſt in gentilitate.

LECTIO II.

OStenſo, quod beatitudo remiſſionis peccatorum non ſolum est in circuncisione, ſed etiam in præputio, exemplo Abrahæ, qui tempore præputij eſt iuſtificatus, hic reſpondet cuidam obiectioni. Poſſet enim aliquis dicere, ſi Abraham iuſtificatus est antecircuncisionem. ergo ſine cauſa, & fruſtra circũcisus est.

LECTIO II.

ET ſignum accepit circuncisionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quę eſt in præputio, ut ſit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iuſtitiam. Et ſit pater circuncisionis, non his tantum qui ſunt ex circuncisione, ſed & his qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes eſtis circuncisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, ſed in circuncisione domini noſtri Ieſu Chriſti. Secundò vero, quantũ ad corpus, quando. ſ. etiam in reſurrectione ab electorum corporibus omnis paſſibilitas & mortalitas auferetur: & ideo circuncisio fiebat octauo die, quia ſignificat octauam ætatẽ reſurgentium: nam ſeptima eſt quieſcentium in Chriſto. Sex autem ætates ſunt quibus ſeculum currit. Vnde & circuncisio facta legitur cultellis petrinis. Ioſue quinto. Et Exo. 4. ad ſignificandum, quod ſpiritualis circuncisio, fienda erat per petram: [Qui eſt Chriſtus, ut dicitur 1. Corint. 10. Non tamen hoc generaliter obſeruabatur, q̃ neceſſe eſſet circuncisionem fieri cum petra. Circa ſecundum uero eſt ſciendum, quod ſicut hic Gloſſa dicit, & eſt Bedæ. Idem ſalutare curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus præbebat, quod baptiſmus agere tẽpore reuelatæ gratiæ conſuenit. Ex quo patet, quod uirtus circuncisionis ſe extendebat ad deletionem originalis peccati. Quidam tamen dicunt, quod gratia in circuncisione non conferebatur: nõ enim poteſt eſſe Dei gratia ſine iuſtitia. Argumentatur autem Apoſt. Gal. 2. Si iuſtitia eſt per legem, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, id eſt, ſine cauſa. Et eodem modo argumentari poſſumus. Si ex circuncisione eſt gratia iuſtificans, Chriſtus gratis mortuus eſt, ſed hoc non poteſt eſſe: nam remiſſio peccati nunquam fit ſine gratia, infra quinto. Iuſtificati igitur gratia ipſius, &c. Et ideo alij dicunt, quod in circuncisione dabatur gratia quantum ad effectus priuatiuos, ſcilicet remotionis culpę, nõ aũt quantum ad effectus poſitiuos, puta operationem iuſtitiæ. Sed hoc etiam conueniens non uidetur: effectus enim poſitiui alicuius formæ, ordine naturæ præcedunt effectus priuationis. Non enim lumen pellit tenebras niſi per hoc q̃ illuminat. Et ita gratia per hoc culpam pellit, quod iuſtificat. Remoto autem priori: remouetur poſterius. Et ideo melius dicendum eſt quod circuncisio ex ipſo opere operato non habebat virtutem effectiuam, neque quantum ad remotionem culpæ, neque quantum ad operationem iuſtitiæ: ſed erat ſolum iuſtitiæ ſignum, vt hic Apoſtolus dicit, ſed per fidem Chriſti, cuius circuncisio ſignum erat, auferebatur peccatum originale & conferebatur auxilium gratiæ ad recte agendum.

Circa tertium vero manifeſtum eſt iam ex dictis, quare oportuit circuncisionem mutari. Nam circuncisio erat ſignum futuri. Non autem idem ſignum conuenit præſenti, ſiue præterito & futuro, & ideo baptiſmus eſt ſignum conuenit præſentis gratiæ, qui copioſiorem & vtiliorem effectũ hẽt gratiæ, quia quanto agẽs eſt propinquius & præſentius, tanto efficacius operatur. Deinde cum dicit, [Non enim per legem, &c.] oſtendit propoſitum. ſ. quod circuncio ſiue quodcunque opus legis non iuſtificet ex diuina promiſſione. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi, [Si.n. qui ex lege, &c.] Supponit ergo Apoſtolus primo ex authoritate Gene. promiſſionem factã Abrahæ & ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ideſt, vt omnes gentes mundi in ipſo benedicerentur, ſecundum illud Gene. 12. In te benedicentur, &c. Dicit autem, [Ac ſeminis eius:] quia huiuſmodi promiſſio & ſi in ipſo non eſt completa, complenda tamen erat in ſemine eius. Dicitur.n. Gene. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. hoc autem ſemen principaliter intelligitur Chriſtus, ſecundum illud Galat. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis: ſed in ſemine, quaſi vno, &c. Quia ſcilicet in uno in quo completur, oſtenditur ut ſit hæres mundi, ſecundum illud Pſal. 2. Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Secundario autem cõpletur in illis, qui per gratiam Chriſti ſunt ſpiritualiter ſemen Abrahæ. infra 9. Qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Qui etiam per Chriſtum ſunt hæredes mundi, in quantum omnia in gloriam electorum cedunt 1. Corin. 3. Omnia veſtra ſunt, &c. Circa hanc promiſſionem vnum negat & vnum aſſerit. Negat huiuſmodi promiſſionem eſſe factam per legem. Quod quidem nõ dicitur propter ipſam promiſſionem, quia tempore promiſſionis lex data non erat: ſed propter promiſſionis impletionem, ut ſit ſenſus, q̃ talis promiſſio facta erat Abrahæ, nõ quaſi implenda per legem, quia ut dicitur Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Aliud autem aſtruit, quòd. ſ. huiuſmodi promiſſio ſit implẽda, per iuſtitiam fidei, Quia ſancti per fidem uicerũt regna. Heb. 11. Deinde cum dicit. [Si enim, &cet.] oſtendit propoſitum. Et primo quantum ad hoc, quod promiſſio non ſit implenda per legem. Secundo quantum ad hoc, quod ſit implenda per iuſtitiam fidei ibi. [Ideo ex fide, &c.]

Circa primum ponit talem rationem. Si promiſſio facta Abrahæ eſſet implenda per legem, fides Abrahæ credentis promiſſioni eſſet inanis, quia promiſſio ei facta aboleretur: ſed hoc eſt inconueniens, ergo & primum. Circa hoc duo facit. Primo proponit conditionalem. Secundo probat eam, ibi, [Lex enim, &c.] Deſtructio autem conſequentis eſt manifeſta. Dicit ergo primo q̃d promiſſio non eſt facta per legem. Si enim qui ex lege ſunt hæredes, i. Si ad hoc quod aliqui hæreditatem promiſſam participent, requiritur quod ex legis obſeruantia hoc conſequantur, exinanita eſt fides, i. vacua facta eſt fides qua Abraham credidit Deo promittenti, ut dicitur Gen. 15. Et hoc eſt inconueniens, ſecundum quod dicitur primæ Corinthiorum 15. Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, &c. Et quare ſit inanis oſtendit ſubdens. [Abolita], i. caſſata eſt promiſſio, quia non conſequitur ſuum effectum, contra id quod dicitur Hebr. 11. Fideſ credidit eum eſſe qui repromiſerat. Et hic infra in præſenti ea. dicitur. Quæcunque promiſit Deus potens eſt, &c. Deinde cum dicit. [Lex enim.] probat conditionalem præmiſſam per effectum ſiue euentum legis. Et primo proponit legis effectum ſiue euentum. Secundo probat, ibi, [Vbi.n. non eſt lex, &c.] Probat autem conditionalem ſic, Si aliqua promiſſio ſit implenda per id quod impletionem promiſſionis impedit, talis promiſſio aboletur, & fides credenti exinanitur, ſed lex impedit conſecutionem hæreditatis. Lex enim ira operatur: ergo ſi per legem ſit adimplẽda promiſſio, Exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Dicitur autem lex operari iram, i. vindictam: quia per legem facti ſũt homines digni Dei vindicta 4. Reg. 22. Magna ira domini ſuccẽſa eſt contra nos, quia non audierunt patres noſtri uerba libri huius, ſ. legis, &c. Poſſet autem aliquis intelligere quod lex iram operatur quantum ad cerimonialia tempore gratię obſeruata, ſecundum illud Gal. 5. Si circuncidamini Chriſtus nihil uobis proderit. Sed quod hic dicitur intelligendum eſt etiam quantum ad moralia, non quidem quod legis p̃cepta moralia præcipiant aliquid, q̃d qui obſeruant dignos ira Dei eſficiat, ſed occaſionaliter, quia p̃cipit, & gratiam adimplendi non p̃bet, ſecundum illud ſecũdo Cor. 3. Litera occidit, ſpũs aũt uiuificat. Quia. ſ. interius adiuuat infirmitatem noſtram, ut dicit inf. 8. Deinde cum dicit. [Vbi. non eſt lex, &c.] oſtẽdit qualiter iram operatur, dicens, Vbi non eſt lex, non eſt præuaricatio: quia & ſi aliquis lege non data peccare poſſit, contra id quod naturaliter iuſtum eſt faciendo, nõ tamen præuaricator dicitur niſi legem tranſgrediens pſal. 118. Vidi præuaricantes, & tabeſcebam, &c. Et tamen omnis peccator poteſt dici præuaricator inquantum legem naturalem tranſgreditur pſalm. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Grauius eſt tamen tranſgredi ſimul legem naturę, & legem ſcriptam, quam ſolam legem naturæ. Et ideo lege data ſine gratia adiuuante, præuaricatio creuit, & maiorem iram promeruit.

LECTIO III.

OStenſo, quod promiſsio facta Abrahæ, & ſemini eius non ſit implenda per legem, hic oſtendit, quod ſit implenda per fidem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit per quid ſit huiuſmodi promiſſio adimplenda. Secundo oſtendit in quibus ſit adimplenda ibi. [Omni ſemini, &c.] Tertio a quo ſit

ſũt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio.

LECTIO III.

IDeo ex fide, ut ſecundũ gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini. Non ei qui ex lege eſt ſolutum: ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt. Quia patrem multarum gẽtium poſui te ante Deũ, cui credidiſti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quę non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Qui contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret pater multarum gẽtium ſecundum quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellę cęli, & arena maris. Et nõ infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortificatum, ibi; [Qui uiuificat mortuos &c.] Primo ergo concludit propoſitum, quaſi ex diuiſione. Videtur enim neceſſarium eſſe, quod promiſſio adimpleatur uel per fidem, uel per legem: nõ autem per legem, quia promiſſio aboleretur. Vnde concludit, Ideo ex fide, ſcilicet conſequimur promiſſionem, ut hæredes ſimus mundi. 1. Ioa. 5. Hæc eſt uictoria quæ uincit mundum &cęt. Et hoc confirmat per contrarium medium ei, quod ſupra aſſumpſerat. Dictum eſt enim q̃ ſi iuſtitia ex lege eſſet, promiſſio aboleretur; ſed ſi ſit ex fide, remanet firma promiſſio propter uirtutem diuinæ gratiæ iuſtificantis hominem p fidem. Et hoc eſt quod dicit; [Vt promiſſio Dei ſit firma,] nõ quidem per operationes hominũ quę poſſunt deficere, ſed ſecundum gratiam, quæ infallibilis eſt 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea, & ſecundo Corinthiorum 1. Quotquot ſunt promiſſiones in illo, ſcilicet Chriſto ſunt, id eſt, ueritatem habent. Deinde cum dicit. [Omni ſemini &c.] oſtendit in quib. impleatur prædicta promiſſio. Et primo proponit quod intẽdit, & dicit, quod prædicta promiſſio ſic implenda per fidem, eſt firma per gratiam. Omni ſemini, i. omni homini qui fuerit qualitercũque ſemen Abrahæ. Eccl. 44. Cum ſemine eorum pmanent bona, hæreditas ſãcta nepotes eorum. Scõo ibi. [Non ei, &c.] Iexponit quod dixerat, omni ſemini. Eſt. n. quod dam ſemen carnale, ſecundum illud Io. 8. Semen Abrahæ ſumus. Eſt aliud ſemen ſpũale, ſecundum illud Mat. 3. Potens eſt Deus de lapidibus his, ideſt de gentibus ſuſcitare filios Abrahæ. Solum autem ſemen Abrahæ carnalem legem ſeruauit, ſed fidem eius etiam imitatur ſemen ſpirituale.

Et ſi ſic per ſolã legem eſſet promiſſio, non impleretur in omni ſemine, ſed ſolum in carnali. Quia vero impletur p fidem, quę eſt omnib. communis, planũ eſt, quod impletur in omni ſemine. Tertio ibi: [Qui eſt pater, &c.] probat quod ſuppoſuerat, ſ. quod ſemẽ Abrahę ſit non ſolum q̃d eſt ex lege, ſed ẽt quod eſt ex fide per authoritatem Scripturæ, cuius primo ponit ſenſum, dicens, Qui. ſ. Abraham eſt pater omnium noſtrum, i. omnium credentium, ſiue Iudæorum, ſiue Gentilium. Supra eodem, vt ſit pater omnium credentium. Eſa. 51. Attẽdite ad Abraham patrem veſtrum. Sc̃o inducit authoritatem, dicens, Sicut ſcriptum eſt Ge. 17. [Quia patrem multarum gẽtium poſui te.] Litera alia habet. [Conſtitui te.] quod ſenſum non uariat. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Tertio ibi. [Ante Deum, &c.] exponit quod dixerat: ſic. n. dictum eſt. [Poſui te,] quaſi iã eſſet impletũ, quod longe poſtea erat implẽdum: ſed quæ ſunt futura ſeipſis, in Dei prouidentia ſunt præſentia, ſecundum illud Eccle. 23. Domino Deo noſtro, antequam crearentur omnia ſunt agnita, ſicut & poſt perfectum reſpicit omnia.

Et ideo Apoſtolus dicit, quod hoc, quod dictum eſt. [Poſui te] intelligẽdum eſt. [Ante Deum]. i. in eius præſentia cui credidiſti. Crediderat. n. Abraham Deo futura ſpũntianti, ac ſi videret præſentia. quia ut dr̃ Hebr. 11. Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Deinde cum dicit. [Qui uiuificat mortuos &c.] oſtendit a quo ſit implenda huiuſmodi promiſſio, dicens, Qui. ſ. Deus. [Viuificat mortuos,] id eſt, Iudæos, qui erant mortui in peccatis contra legem agentes uiuificat per fidem & gratiam, ut promiſſio.nem Abrahæ conſequantur Io. 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat &c. [Et uocat ea quæ non ſunt,] id eſt, gentiles uocati ſcilicet ad grariam, [Tanquam ea quæ ſunt,] ideſt tanquam Iudæos, infra 9. Vocabo non plebẽ meam, &cæt. Significat autem gentiles per ea quæ non ſũt, quia erant omnino alienati a Deo, ſicut 1. Corinthiorum 13. dicitur. Si charitatem non habuero nihil ſum. Et ſic per huiuſmodi uocationem implebitur promiſſio Abrahæ etiam in gentilibus. Vel quod dicit. [Et uocat ea quæ non ſunt,] non intelligitur de uocatione temporali, ſed de uocatione prædeſtinationis æternę, qua uocantur & eliguntur ẽt qui non ſunt ac ſi eſſent. Ephe. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem. Et de hac uocatione dicitur infra nono. Non ex operibus: ſed ex uocante dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori. Vel uocationem hic dicit ſimplicem Dei notitiam uel cognitionem, qua cognoſcit futura, q̃ nõ

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt in actu sicut præsentia. Et hoc modo vocatio in psalm. 146. accipitur, cum dicitur: Qui numerat multitudinem stellarū, &c. Et secundum hunc sensum, quod hic dicitur, inducitur propter id quod supra dictum est: Ante Deum cui credidisti. Duo enim videbantur obstare ei quod dictum est, Patrem multarum gentium posui te, quorū vnum erat, quia ipse idem Abraham erat quasi emortuus præ senectute, ut infra dicetur. Et contra hoc dicit: [Qui uiuificat mortuos.] Aliud autē est, quia illæ multæ gentes nondum erant. Et contra hoc subdit, Et [Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.] Deinde cum dicit: [Qui contra spem.] commendat fidem Abrahæ. Et primo ostendit magnitudinem fidei eius. Secundo efficaciam, vel fructum eius ibi: [Ideo & reputatum est, &c.] Circa primum duo facit.

tuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidētia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcunq; promisit Deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominū nostrū

Primo ostendit magnitudinem fidei Abrahæ, quantum ad promissionem seminis multiplicandi. Secundo quantum ad promissionem seminis exaltandi, ibi: [In repromissione, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit fidem eius fuisse magnam. Secundo ostendit eam fuisse firmam, ibi, [Et non in firmatus est in fide, &c.]

Circa primum duo facit. Primo proponit magnitudinem fidei Abrahæ, dicens, Qui. s. Abraham in hanc spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, sed contra aliam spem. Circa quod considerandum est, quod spes importat certam expectationem boni futuri: quæ quidem certitudo est quādoque ex causa humana siue naturali, secundum illud 1. Cor. 9. Debet in spe qui arat, arare. quandoque vero certitudo expectantis est ex causa diuina, secūdum illud psal. 30. In te domine speraui, &c. Hoc ergo bonum, quod Abraham fieret pater multarum gentiū, certitudinem habebat ex parte Dei promittentis. Sed contrariū apparebat ex causa naturali, siue humana. Ideo dicit. Qui cōtra spē causæ naturalis uel humanæ, credidit in spem, s. diuinæ promissionis. Quam quidem secundo ponit dicens; [Secundum quod dictum est ei]. s. Gen. 22. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Vtrunque autem horum inducitur propter similitudinem innumerabilis multitudinis. Nam quantum ad stellas, dicitur. Deute. 1. Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli. Quantum ad arenam, dicitur primi Reg. 4. Iuda & Israel innumerabiles sicut arena maris sunt.

Potest tamen aliqua differentia inter vtrunq; attendi, ut stellis comparentur iusti, qui fuerunt ex semine Abrahæ. Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores, quia fluctib. mundi, quasi cuiusdam maris opprimuntur. Hier. 5. Posui arenam terminum maris.

Deinde cum dicit, [Et non infirmatus est,] Ostendit firmitatē Abrahæ, quam primo proponit dicens: & non infirmatus est. Sicut enim temperantia ostenditur non esse infirma, quæ magnis concupiscibilibus non vincitur, ita fides ostenditur non esse infirma, sed fortis, quæ a magnis difficultatibus non superatur. 1. Pe. 5. Cui resistite fortes in fide. Secūdo ibi; [Nec considerauit, &c.] Ponit difficultates, ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma. Et primo quidem ex parte ipsius Abrahæ, cum dicit: [Nō considerauit.] s. ad discernēdum promissionem; [Corpus suum emortuum,] s. quia iam mortificata erat in eo vis generatiua pp senectutem. Vnde dicit. [Cum iam fere centum annorū esset.] Abrahæ enim cētenario existenti natus est Isaac, vt habetur Gene. 21. Per annum autem ante fuerat sibi filius promissus, secundum illud Gen. 18. Reuertens veniam ad te tempore isto, & erit Saræ filius.

Sed videtur, q; non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam, quia etiam post mortem Saræ duxit Cethurā uxorem, quę genuit ei filios, vt dicitur Gen. 25.

Dicunt ergo quidam, quod mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc, quod ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc, quod generaret filium ex iuuencula. Solent. n. senes ex iuuenculis mulierib. prolem gignere, nō autem ex antiquis, quæ sunt minus aptæ ad concipiendum. Sed melius dicendum uī, quod Abrahæ miraculose restituta erat uis generādi, & quantum ad Saram, & quantum ad oēs mulieres. Scdo ponit difficultatem ex parte uxoris, cum dicit. [Et emortuam vuluam Sarae, s. non cōsiderauit vt discrederet. Dicit autem emortuam quātum

F ad actum generādi, tum pp sterilitatem, tum propter senectutē. Iam. n. desierant ei fieri muliebria, ut dr̄ Gene. 18. Et ideo Esa. 51. vbi dr̄. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quę vos peperit, ut ostenderet vtriusque mortificationem, & frigiditatem, præmisit dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.

Deinde cum dicit. [In promissione etiā Dei, &c.] commendat fidem Abrahæ, quātū ad iteratam pmissionem de seminis exaltatione. Et primo ponit fidei firmitatem. Scdo firmitatis causā, ibi [Dans gloriā Deo.] Dicit ergo primo. In

G repromissione etiam Dei, i. in iterata eius promissione, uel de seminis multitudine, quam promisit. Primo quidem Gene. 15. dicens. Suspice cœlum, & numera stellas si potes, & inf. 17. Eris pater multarū gentium. & iterum inf. 22. Multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli. Vel intelligendum est: in repromissione Dei, i. in iterata promissione de exaltatione seminis eius; quia cum dixisset, Multiplicabo semen tuum, statim subdit, Possidebit semē tuum portas inimicorum tuorum, & benedicētur in semine tuo omnes gentes terræ. In hac quidem Dei repromissione [Non hesitauit,] i. non dubitauit diffidentia, s. quod diffideret de veritate diuinæ promissionis. Iac. 1. Qui hesitat, similis est fluctui maris, &c. [Sed confortatus est fide] i. fortiter fidei adhesit. 1. Pet. vlt. Cui resistite fortes in fide. Consequenter cum dicit. [Dans gloriam Deo.] assignat rōnem firmitatis fidei eius, dicens, Confortatus est inquam fide, dās gloriam Deo, inquantum. s. considerauit oīpotentiam eius. ps. 146. Magna uirtus eius, &c. Vnde & hic

H subditur. [Plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere. [Sap. 12. Subest tibi. n. cum uolueris, posse. Ex quo patet, quod quicunque non est firmus in fide Dei, quantum est in se, diuinæ gloriæ derogat, uel quantum ad eius ueritatem, uel quantum ad eius potentiam.

Deinde cum dicit. [Et reputatum est eis] commendat fidem Abrahæ, quantum ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipso habuit, dicens, Ideo. s. quia Abraham tam perfecte hoc ipsum credidit. [Reputatum est illi ad iustitiam.] 1. Mach. 2. Et reputatum est ei ad iustitiam. Scdo ostendit effectum, quē fides eius hēt etiam in alijs. Et circa hoc tria facit. Primo ponit similitudinem effectus, dicens. [Non autem scriptum est tm̄ pp ipsum, quia reputatū est illi ad iustitiam, ut. s. reputemus, quod soli Abrahę fides ad iustitiam reputata sit: sed scriptum est. [Propter nos,] quibus reputabitur. s. fides ad iustitiam. inf. 15. Quecūque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sūt. Sic ergo scriptum est pp eum, ut sit nobis in exemplum: & pp nos, ut sit no-

I bis in iustificationis spem. Secundo ibi. [Credentibus in eum,] ostendit similitudinem fidei. Reputata est. n. ad iustitiam fides Abrahæ credenti, quod corpus suum emortuum, & emortua vulua Saræ posset viuificari ad filiorum procreationem. Reputabitur & nobis credentibus in eum, qui suscitauit dominum nostrū Iesum Christum a mortuis: & in Deum patrem cui ipse dicit in ps. 40. Tu aūt Dn̄e miserere mei, & resuscita me. Et quia eadem est virtus patris, & filij, ipse ēt in propria uirtute surrexit. Quod aūt hæc fides iustificet, habet inf. 10. Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Tertio ibi. [Qui traditus est, &c.] assignat causam, quare fides resurrectionis Christi iustificet, dicēs, [Qui]. s. Christus, [traditus est,] s. in mortem a Deo patre. inf. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et a seipso. Eph. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et a Iuda Io. 19. Qui me tradidit tibi; maius peccatum hēt. Et a Iudæis Mat. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum. [Et resur-

K rexit pp iustificationem nostram], i. vt nos resurgendo iustificaret. inf. 6. Qm̄o Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Et quod propter delicta nostra sit traditus in mortem, manifestum vr̄ ex hoc, quod sua morte meruit nobis deletionem peccatorum, sed resurgēdo non meruit, quia in statu resurrectionis non fuit uiator, sed comprehensor. Et ideo dicendum est, quod mors Christi fuit nobis salutaris, non solum per modum meriti, sed etiam per modum cuiusdam efficientiæ. Cum enim humanitas Christi esset quodammodo instrumentum diuinitatis eius, ut Damasce. dicit, omnes passiones, & actiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutiferæ, utpote ex uirtute diuinitatis prouenientes. Sed quia effe-

ctis

ctus habet aliqualiter similitudinem causæ, mortem Christi, qua extincta est in eo mortalis vita, dicit esse causam extinctionis peccatorum nostrorum: resurrectionem autem eius, qua redijt ad nouam vitam gloriæ dicit esse causam iustificationis nostræ, per quā redimus ad nouitatem iustitiæ.

LECTIO I.

a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā.

POSTQVAM Apostolus ostendit necessitatem gratiæ Christi, quia sine ea, nec cognitio veritatis Gentibus, nec circūcisio, & lex Iudæis pfuerunt ad salutem, hic incipit commendare virtutem gratiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quæ bona per gratiam consequamur. Secundo

CAPVT V.

LECTIO I.

IVstificati igitur ex fide pacē habeamus ad Deum, per dominum nostrum Iesum Christū. per quē habemus accessum per fidem in gratiā istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Nō solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationē, probatio uero spē. Spes autem non confundit, B quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

a quibus malis per eam liberemur, ibi. [Propterea sicut per vnum hominem, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit modum perueniendi, seu viam qua venimus ad gratiam. Secundo ostendit bona quę per gratiam consequimur, ibi. [Et gloriamur in spe gloriæ, &c.] Circa primum duo facit. Primo exhortatur ad debitum gratiæ vsum. Secundo ostendit nobis gratiæ aditum, ibi. [Per quē accessum, &c.] Dicit ergo primo, dictum est, quod fides reputabitur omnibus ad iustitiam credentib. resurrectionem Christi, quæ est causa nostræ iustificationis. [Iustificati igitur ex fide,] inquantum. s. per fidem resurrectionis effectum eius participamus. [Habeamus pacem ad Deum,] s. subijciēdo nos & obediendo ei. Iob 22. Acquiesce igitur ei & habeto pacem, Iob 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Et hoc. [Per Iesum Christum dominum nostrum,] qui nos ad istam pacem perduxit, Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Vnde subdit. [Per quem Christum accessum habemus,] s. tanquam per mediatorem 1. Thim. 2. Mediator Dei, & hominū, &c. Ephes. 2. Per ipsum accessum habemus ambo in uno spiritu ad patrem. Accessum. [In gratiam istam,] idest, in statum gratiæ. Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. [In qua,] idest, per quam gratiam, non solum resurreximus a peccatis, sed etiam: [stamus] fixi & erecti per affectum in cœlestibus psal. 121. Stantes erant pedes nostri. Et iterum. ps. 19. Nos autem surreximus, & erecti sumus, & hoc per fidem, per quam. s. gratiam consequamur, non quia fides præcedat gratiam, cum potius per gratiā sit fides. Ephe. 2. gratia estis saluati per fidem, s. quia primus effectus gratiæ, in nobis est fides.

Deinde cū dicit. [Gloriamur in spe gloriæ, &c.] ostendit, quæ bona nobis per gratiam prouenerunt. Primo dicit, quod per gratiam habemus gloriam spei. Secundo, quod per gratiam habemus gloriam Dei, ibi. [Non solum autem, &c.] Circa primū tria facit. Primo ostendit magnitudinem spei, in qua gloriamur. Secūdo eius vehementiam, ibi. [Non solū aūt, &c.] Tertio eius firmitatem, ibi. [Spes autem non confundit, &c.] Magnitudo aūt spei cōsideratur ex magnitudine rei speratæ, quam ponit, dicens; [Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei,] idest, ex hoc quod speramus nos adepturos gloriam filiorum Dei. Per gratiam. n. Christi adepti sumus spiritum adoptionis filiorum Dei, ut dicitur infra 8. & Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Filius aūt dicitur hæreditas patris, infra 8. Si aūt filij & hæredes. Hæc aūt hæreditas est gloria, quam Deus habet in seipso. Iob quarto. Si habet brachium vt Deus, &c. & huiusmodi spes indita est nobis per Christum 1. Petr. 1. Regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, &c. Et hæc gloria, quæ in futuro in nobis complebitur, interim nunc in nobis inchoatur per spem, infra 8. Spe salui facti sumus. ps. 8. Gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuum. Deinde cū dicit. [Non solū aūt, &c.] ostendit uehementiam huius spei. Qui. n. uehementer aliquid sperat, libenter sustinet propter illud, etiam difficilia, & amara, sicut infirmus, si vehementer sperat sanitatem, libenter bibit potionem amaram, vt sanetur per ipsam.

Signum ergo uehementis spei, quam habemus propter Christum est, quod [Non solum gloriamur] ex spe futuræ gloriæ, sed etiam de malis, quæ pro ipsa patimur, vnde dicit. [Non solum autem gloriamur,] scilicet in spe gloriæ, sed [Etiam gloriamur in tribulationibus] per quas ad gloriam peruenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet vos introire in regnum cœlorum. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Et causam ostendit consequenter. dicens:

A Scientes &c.] Vbi quatuor per ordinem ponit, quorum primum est tribulatio, de qua dicitur, quod [Tribulatio patientiam operatur.] Non quidem, sic quod tribulatio sit eius causa effectiua, sed quia tribulatio est materia, & occasio exercendi patientiæ actum, infra 12. In tribulatione patientes. Secundo ponit patientiæ effectum cum dicit. [Patientia probationem.] Eccle. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines uero receptibiles, in camino humiliationis. Manifestum est enim, quod detrimentum alicuius rei de facili sustinemus, propter rem, quā magis amamus. Vnde si aliquis in rebus corporalibus, & temporalibus patienter sustinet propter bona cōsequenda æterna, sufficienter ex hoc probatur, quod talis plus amet bona æterna, quam temporalia.

Sed contra id quod hic dicitur est illud Iac. 1. Probatio fidei vestræ patientiam operatur. Dicendum est autem quod probatio dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum quod est in probato, & sic probatio est ipsa tribulatio, per quam homo probatur. Vnde idem est dictum, quod tribulatio patientiam operatur, & quod tribulatio probat patientiam.

Alio modo accipitur probatio pro probatum esse. Et ita accipitur hic quod patientia probationem operatur, quia ex hoc, quod homo patienter tribulationem sustinet, redditur iam probatus. Tertio subdit tertium, dicens. [Probatio vero spem,] scilicet ope-

C ratur; quia scilicet per hoc quod aliquis iam probatus est, potest de eo spes haberi, & ab ipso, & ab alijs, quòd ad hereditatem Dei admittatur. Sap. 3. Deus probauit illos & inuenit illos dignos se. Sic igitur de primo ad vltimum patet, quod tribulatio uiam parat ad spem. Vnde si aliquis vehementer gloriatur de spe, consequens est, vt de ipsis tribulationibus glorietur.

Deinde cum dicit. [Spes autem non confundit.] ostendit huiusmodi spei firmitatem. Et primo ponit eam, dicens, Spes autem, s. hæc qua speramus gloriam filiorum Dei non confundit, id est, non deficit, nisi homo ei deficiat. Ille enim dicitur a spe sua confundi, qui deficit ab eo quod sperat. Psal. 30. In te domine speraui, non confundar in æternum. Eccle. 2. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Secundo ibi. [Quia charitas Dei, &c.] Ponit certitudinis spei duplex argumentum, quorum primum est ex dono spiritus sancti, secundum ex morte Christi, ibi: [Vt quid enim Christus, &c.] Dicit ergo, primo, ex hoc possumus scire, quod spes

D non cōfundit: [Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.] Charitas Dei dupliciter accipi potest. Vno modo pro charitate, qua diligit nos Deus. Hier. 31. Charitate perpetua dilexit te. Alio modo potest dici charitas Dei, qua nos Deum diligimus; infra 8. Certus sum, quod neque mors, neque vita separabit nos a charitate Dei. Vtraque autē charitas Dei cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Spiritum. n. sanctum, qui est amor patris, & filij dari nobis, est nos adduci ad participationem amoris, qui est spiritus sanctus. A qua quidem participatione efficimur Dei amatores. Et hoc quod ipsum amamus, signum est, quod ipse nos amet. Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Non quasi nos primo dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ut dicitur. 1. Io. 4. Dicitur autem charitas, qua nos diligit in cordibus nostris diffusa esse, quia est in cordibus nostris patenter ostensa per donū sancti spiritus nobis impressum. 1. Io. 3. In hoc scimus, quoniam manet in nobis Deus, &c. Charitas autem, qua nos Deum diligi-

E mus dicitur in cordibus nostris diffusa, id est, quia ad omnes mores & actus animæ perficiendos se extēdit. nam vt dicitur 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Ex utroque autem intellectu horum verborum concluditur. quod spes non confundit. Si enim accipiatur charitas Dei, qua nos diligit Deus, manifestum est quod his quos diligit seipsum non negabit. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Similiter etiam si charitas Dei, accipiatur qua nos Deum diligamus, manifestum est, quod se diligentibus bona æterna præparauit. Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, &c.

LECTIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO II.

POstquam Apostolus ostendit firmitatem spei per donum spiritus sancti, hic ostendit idem per mortem Christi.

Et primo proponit quæstionem. Secundo ostendit difficultatẽ, ibi. [Vix. n. pro iusto &c.] Tertio determinat quæstionis veritatem, ibi: [Commẽdat autem suam charitatẽ &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, quod spes non confundit, quod quidem apparet hoc considerando. [Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus,]. Infirmitate peccati. Ps. 6. Miserere mei domine, quoniã infirmus sum. Nam sicut per corporalem infirmitatem dissoluitur humorum debita harmonia, ita etiam per peccatum debitus ordo affectionum excluditur: [Cũ ergo adhuc infirmi essemus, Christus mortuus est,] pro impijs 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Et hoc, [Secundum tempus,] id est, vt certo tempore in morte moraretur, die. s. tertia surrecturus. Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uẽtre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Hoc ergo magnum est, si cõsideremus quis mortuus sit. Magnum etiam est si consideremus pro quibus est mortuus. Non potest autem esse tam magnum quid, nisi fiat propter aliquẽ certum fructum, secundum illud psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Quasi dicat, Nulla, si nõ sequatur humani generis salus.

Deinde cum dicit, [Vix. n. pro iusto, &c.] ostendit prædictæ q̃stionis difficultate ex parte eorum, pro quibus Christus mortuus est. s. pro impijs, dicens, [Vix enim quis,] id est, aliquis moritur pro homine iusto liberando: quinimmo, vt dicitur Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet in corde suo &c. ideo dico: [Vix moritur. Nam forsitan quis, id est, aliquis rarus virtutis, [Audeat mori pro bono,] homine, Rarum. n. est propter hoc quod est maximum: vt. n. dicitur Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Illud autem quod Christus fecit ut quis moriatur pro impijs & iniustis, numquam inuenitur.

Et ideo merito admirandum est, quare Christus hoc fecerit. Potest autem & aliter legi, vt pro iusto intelligamus aliquem in virtute exercitum, pro bonum autem hominem innocentem. Et quamuis s̃m hoc iustus sit præstantior bono, tamen pro iusto vix aliquis moritur. Cuius ratio est, quia innocens qui per bonum intelligitur, magis miserandus videtur pp defectum ætatis uel alicuius huiusmodi. Iustus autem quia perfectus est & absque defectu, non hẽt in se misericordiæ malitiã. Quod ergo aliquis moriatur pro innocente, põt ex compassione misericordiæ prouenire.

Sed quod aliquis moriatur pro iusto, prouenit ex zelo virtutis, qui in paucioribus inuenitur, quam misericordiæ passio. Deinde cum dicit; [Commendat autem, &c.] respondet præmissæ quæstioni.

Et primo ponit responsionem. Secundo ex hoc arguit ad propositum, ibi; [Multo ergo magis &c.] Tertio ostendit necessitatẽ consequentiæ, ibi; [Si. n. cum inimici &c.] Dicit ergo primo. Quæsitum est, quare Christus pro impijs mortuus est. Et ad hoc est responsio, quia per hoc Deus suam charitatem commendat in nobis, id est, per hoc ostendit se nos maxime diligere, quoniam, [cũ adhuc peccatores essemus, Christus mortuus est pro nobis,] & hoc s̃m tempus, sicut supra expositũ est. Ipsa aũt mors Christi ,p nobis charitatem ostendit Dei, quia dedit filium suum, ut pro nobis satisfaciens moreretur. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret &cæt. Et ita sicut charitas Dei patris ad nos, o stenditur per hoc, q̃ spiritum suum dedit nobis ut supra dictum est, ita & per hoc, q̃ dedit filium suum, ut hic dicitur. Sed in hoc quod dicit; [Commendat.] imm̃nsitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostenditur tum ex ipso facto, quia scilicet dedit filium suum, vt moreretur pro nobis: tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc non fecit prouocatus nostris meritis cum adhuc peccatores essemus. Ephes. 2. Deus qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificabit nos Christo &c. Consequenter cum dixit. [Multo ergo magis, &cæt.] concludit proposite ex præmissis dicens, Si Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc peccatores essemus, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, sicut supra tertio habitum est, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem per sanguinem ipsius. [Salui erimus ab ira,] id est, a vindicta damnationis æternæ, quã propter peccata homines incurrunt. Matth. 3. Geminia viperarũ, quis demõstrauit, &c.

Deinde cum dicit. [Si enim cum inimici &c.] ostendit necessitatem prædictæ consequentiæ, quæ procedit a minori ad maius, affirmando. Et est ibi obseruanda duplex cõparatio minoris ad maius. Vna quidem ex parte nostra. Alia ex parte Christi. Ex parte quidem nostra comparat inimicos reconciliatis. Minus. n. videtur, quod aliquis benefaciat inimicis, quam iam reconciliatis. Ex parte Christi cõparat mortem vitæ. Potentior. n. vita eius uidetur, quam mors, quia vt dicitur secundæ Corinth. vlt. Mortuus est ex infirmitate, scilicet carnis nostræ, sed uiuit ex uirtute Dei.

Et ideo dicit, Ratione conclusum est. [Quod multo magis,] vtinificati, [Salui erimus per ipsum.] Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, & hoc per mortem filij eius: multo magis iam nos reconciliati. [Salui erimus,] & hoc in vita ipsius. Est autem considerandum, quod homo dicitur inimicus Deo dupliciter. Vno modo, quia contra Deum inimicitiam exercet dum eius mãdatis resistitur. Iob 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Alio modo per hoc, quod Deus homines odio habet, non quidem secundum ipsum quod fecit, quia quantum ad hoc dicitur Sap. 11. Dilexisti omnia, & nihil odisti eorum quæ fecisti &c. sed quãtum ad hoc, quod in homine inimicus homo, id est, diabolus fecit, id est, quantum ad peccatum. Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo impius &c. Et Eccle. 13. Altissimus odio habet peccatores. Subtracta inimicitiæ causa, scilicet peccato per Christum, sequitur reconciliatio per ipsum. secundæ Corin. 5. Deus erat in ipso mundum reconcilians sibi. Peccatum autem nostrum sublatum est per mortem filij eius. Circa quod considerandum est, quod mors Christi tripliciter considerari potest. Vno modo, secundum ipsam rationem mortis. Et sic dicitur Sap. 1. Deus mortem non fecit in humana natura, sed est per peccatum inducta. Et ideo mors Christi ex communi mortis ratione, non fuit sic Deo accepta, ut per ipsam reconciliaretur, quia Deus non lætatur in perditione viuorum, ut dicitur Sap. 1. Alio modo potest mors Christi considerari secundum, quod est m actione occidentium, quæ maxime Deo displicuit. Vnde contra eos Petrus dicit Act. 3. Vos sanctum, & iustum negastis, & peristis homicidam, &c. Vnde mors Christi sic considerata, non potuit esse reconciliationis causa, sed magis indignatio. Tertio modo potest considerari secundum quod processit ex uoluntate Christi patientis, quæ quidem uoluntas informata fuit ad mortem sustinendam cum ex obedientia ad patrem. Phil. 2. Factus est obediens patri usque ad mortem, tum etiam ex charitate ad homines. Ephe. 5. Dilexit nos & tradidit se pro nobis. Et ex hoc mors Christi fuit meritoria & satisfactoria pro peccatis nostris, & in tantum Deo accepta, quod sufficit ad reconciliationem omnium hominum, etiam occidentium Christum, ex quibus aliqui sunt saluati ipso orante quãdo dixit Lucæ 22. Ignosce illis, quia nesciunt qu id faciunt.

Deinde cum dicit [Non solum autem, &c.] ostendit quæ bona iam in re consequimur per gratiam, dicens, [Non solum autem gloriamur] in spe gloriæ quam in futuro expectamus. [Sed in Deo,] id est in hoc quod sumus etiam nunc Deo coniuncti per fidem & charitatem 1. Corin. 1. & 2. Corin. 10. Qui gloriatur in domino, &c. Et hoc quidem [Per dominum nostrum Iesum Christum per quem] etiam nunc in præsenti tempore [Reconciliationem accepimus,] Vt de inimicis facti simus amici. Colos. 1. Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Posset autem & continuari cum eo quod dicitur est, salui erimus in uita ipsius a peccato & a pœna, & non solum salui erimus a malis, sed etiam gloriamur in Deo, id est per hoc quod erimus idem in futuro cum ipso, Ioan. 17. Vt sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus ostendit quæ bona per gratiam Christi consecuti sumus, hic consequenter ostendit, a quibus malis per eam liberemur. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quod per gratiam Christi liberati sumus a seruitute peccati. Secundo ostendit, quod per gratiam eius sumus liberati a seruitute legis 7. cap. ibi; [An ignoratis fratres, &c.] Tertio ostendit quod per gratiam Christi liberamur a damnatione 8. cap. ibi; [Nihil nunc damationis &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, q̃ per gratiam Christi liberamur ab originali peccato præterito. Secundo ostendit, quòd ea tuti, regimur contra peccata futura, ibi; [Quid ergo dicemus? &c.] Circa primum duo facit. Primo agit de processu peccati. Secundo de processu gratiæ destruentis peccatum, ibi; [Sed non sicut delictum &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit processum peccati. Secundo manifestat, ibi; [Vsque ad legem &cæt.] Circa primum duo facit. Primo proponit processum peccati. Secundo ostẽdit eius vniuersalitatẽ, ibi; [Et ita in oẽs &c.] Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit peccati originẽ. Secdo originem mortis, ibi; [Et per peccatũ mors &c.] Dicit ergo primo, q̃ p Christũ reconciliationem accepimus. Ita. n. a Christo reconciliatio procedit in mundum, [Sicut per vnum hominem,] s. per Adam, [Peccatum intrauit in hunc mundũ.] 1. Cor. 15. Sicut in Adam oẽs moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabuntur. Est aũt hic considerandum, q̃ hæretici Pelagiani, pctũ originale in paruulis esse negantes, hæc verba Apostoli dicebant esse intelligenda de peccato actuali. Quod quidem s̃m eos, in hunc mundum intrauit p Adã, in quantum oẽs peccantes, peccatum Adæ imitantur, secundum illud Oseæ 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactũ &c. Sed sicut dicit Aug. contra eos, si de introitu peccati actualis, qui est per imitationem, hic Apostolus loqueretur, non diceret peccatum per hominem in hunc mundum intrasse, sed magis per diabolum, quem peccantes imitantur, secundum illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit &c. Est ergo intelligendum, quòd per Adam peccatum in hunc mundum intrauit, non solum imitatione, sed etiam propagatione, idest, per carnis originem vitiatam, secundum illud Ephe. 2. Eramus natura filij iræ. & in Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Sed videtur hoc esse impossibile, quod per originem carnis peccatum ab vno in alium traducatur. Peccatum enim est in anima rationali, quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non est alicuius corporis actus, & ita non potest per virtutem corporalis seminis causari, vt Philosophus dicit in libro de generatione animalium: tũ etiam, quia cum anima rationalis sit quædam res subsistens, vt puta per se operationem habens, & corpore corrupto non corrũpatur, consequens est, quòd non generetur corpore generato sicut aliæ formæ, quæ non possunt per se subsistere, sed potius causantur a Deo. Consequens igitur videtur, quòd nec peccatum, qd est accidens animæ, possit per carnis originem trahi. Ad hoc autem rationabiliter respondetur, quod licet in semine non sit anima, est tamen in semine virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem, quæ cum corpori infunditur, etiam ei suo modo conformatur, eo quod omne receptum, est in recipiente per modum recipientis. Et exinde videmus quòd filij similantur parentibus, non solum in defectibus corporalibus, sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricum, sed etiã in defectib. animę: sicut iracundus iracundum, & amentes ex amentibus nascuntur. Quamuis, n. pes, qui est subiectum podagrę, non sit in semine nec anima quæ est subiectum iræ, vel amentiæ, est tamen in semine virtus formatiua corporalium membrorum, & dispositiua ad animam. Sed adhuc remanet dubitatio, quia defectus qui ex vitiata origine trahuntur, non habent rationem culpæ. Non enim merentur pœnam, sed magis misericordiam, sicut Philosophus dicit de eo qui nascitur cæcus, vel quocunque alio modo aliter orbatus. Et hoc ideo, quia de ratione culpæ est, quòd sit uoluntaria & in potestate hominis, cui culpa imputatur. Sic igitur, si aliquis defectus in nos peruenit per originem primi parentis, non videtur in nobis habere rationem culpæ, sed pœnæ. Et ideo dicendum est, quod sicut peccatum actuale est peccatum personæ, quia per uoluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ, quod per voluntatem principij humanæ naturæ commissum est. Est enim considerandum, quòd sicut diuersa corporis membra, partes sunt personæ vnius hominis: ita omnes homines sunt partes, & quasi quædam membra humanæ naturæ. Vnde & Porphyrius dicit, quòd participatione speciei, plures homines sunt vnus homo. Videmus autem quod actus peccati exercitus per aliquod membrum, puta per manum vel pedem, non habet rationem culpæ ex uoluntate manus vel pedis, sed ex uoluntate totius hominis, a qua, sicut a quodam principio, deriuatur motus peccati ad singula membra. Et similiter a uoluntate Adæ, qui fuit principiũ humanæ naturæ, tota inordinatio naturæ habet culpæ rationem in omnibus, ad quos peruenit quãtum ad hoc, quod susceptiui sunt culpæ. Et sicut pctũ actuale, quod est peccatum personę, trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatũ originale trahitur ad singulos homines per actum naturę, qui est generatio. Et ita, sicut per generationem humana natura trahitur, ita etiam per generationem traducitur defectus humanæ naturæ, qui est consecutus ex peccato primi parẽtis. Est autem hic defectus, carentia originalis iustitiæ, quæ erat primo homini diuinitus collata, non solum ut erat persona quædam singularis, sed etiam vt erat principium humanæ naturæ, vt scilicet eam simul cum natura in posteros traduceret. Et ideo simili modo amissionem huius originalis iustitiæ per peccatum ad posteros transmittit, habentem in eis rationem culpæ, ratione iam dicta. Et ideo dicitur, quod in processu originalis peccati, persona infecit naturam scilicet Adam peccans, vitiauit humanam naturam: sed post modum in alijs natura vitiata inficit personam, dũ scilicet genito imputatur ad culpam naturę vitium propter voluntatem primi parentis, ut dictum est. Ex hoc autẽ patet, quod licet primum peccatum primi parentis per originem traducatur in posteros, alia tamen eius peccata, uel etiam aliorum hominum in filios non traducuntur: quia per solum primum peccatum sublatũ est bonum naturę, quod erat per originem naturæ traducendum. Per alia vero peccata subtrahitur bonum gratiæ personalis, quod non transit ad alios posteros: & inde etiam est, quòd quamuis peccatum Adæ deletum fuerit per suam pœnitentiam, iuxta illud Sapien. 10. Eduxit illum a delicto suo, non tamen eius pœnitentia delere potuit peccatum posterorum, quia eius pœnitentia fuit per actum personalem, quia vltra eius personam non se extendebat. Et propter hoc, est vnum tantum originale peccatum: quia solus defectus consequens primum peccatum, originaliter derivatur ad posteros. Et ideo Apostolus singulariter dicit; [Per unum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit.] non autem dixit pluraliter, peccata; quod fuisset dicendum; si de actualib. loqueretur. Dicitur aũt q̃nque pluraliter, peccata originalia sicut in ps. 50. In peccatis cõcepit me mater mea: quia continet virtualiter multa peccata, inquantum ex corruptione fomitis inclinamur ad multa peccata. Sed videtur, q̃ peccatum originale non intrauerit in hũc mundũ per vnũ hoẽm. s. Adã, sed magis per vnã mulierẽ. s. Euã, quæ primo peccauit, s̃m illud Eccl. 25. A muliere factũ est initiũ peccati, & per illã oẽs morimur. Ad hoc rñdetur in Glo. dupliciter. Vno modo quia consuetudo Scripturę est, vt genealogię nõ per mulieres, sed per viros texãtur, sicut patet Mat. 1. & Luc. 3. Et ideo Apostolus hic nolens quasi genealogiã quandã peccati ostẽdere, nõ fecit mentionẽ de muliere, sed solũ de viro. Alio modo, quia ẽt mulier de viro sumpta est; & ideo quod est mulieris, attribuitur viro. Potest ẽt alio modo dici & melius, q̃ cũ peccatum originale traducatur simul cum natura, sicut dictum est: sicut per virtutem actiuam viri, muliere materiam ministrante natura traducitur, ita & peccatum originale. Vnde si Adã nõ peccasset Eua peccante, non per hoc fuisset peccatũ traductũ ad posteros. Illa. n. est causa, quare Christus peccatũ originale nõ traxit quia ex sola semina sine uitili semine carnem accepit. Per hoc verbum Apostoli Aug. respondet Iuliano hæretico in hunc modum quærenti. Non peccat iste qui nascitur, non peccat iste qui genuit, non peccat ille qui condidit: per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentię peccatum fingis ingressum? Sed Aug. respondet. Quid queris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam? Nam secundum Apostolum; [Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit] Consequenter tangit ingressum mortis in mundũ, cum dicit; [Et per peccatum mors,]. s. in hunc mundum intrauit s̃m illud Sap. 1. Iniustitia mortis est acquisitio. Videtur autem, q̃ mors non sit ex peccato, sed magis ex natura, vtpote proueniens ex necessitate materiæ. Est enim corpus humanum ex contrarijs compositum: vnde est naturaliter corruptibile. Dicendum est autem q̃ natura humana dupliciter potest considerari. Vno modo secundum principia intrinseca, & sic mors est ei naturalis. Vnde Seneca dicit in libro de remedijs fortuitorum, quod mors, natura est hominis, non pœna. Alio modo potest considerari natura hominis, secundum quod per diuinam prouidẽtiam fuit ei per iusti-

Con. Iul. li. 3. c. 14.

De nupt. & conc. lib. 2. cap. 28.

F tiam originalem prouisum. Quæ quidem iustitia erat quædam rectitudo, ut mens hominis esset sub Deo: & inferiores vires essent sub mente, & corpus sub anima, & omnia exteriora sub homine, ita scilicet quod quandiu mens hominis Deo subderetur, vires inferiores subderentur rationi, & corpus animæ indeficienter ab ea vitam recipiens, & exteriora hominis, vt scilicet omnia seruirent, & nullum ex eis nocumentum sentiret. Hoc autem prouidentia diuina disposuit propter diuinitatem animę rationalis, quæ cum naturaliter sit incorruptibilis, debebatur sibi incorruptibile corpus: sed quia corpus, quod est ex contrarijs compositum, oportebat esse organum sensus, & tale corpus secūdum naturam suam incorruptibile esse non potest, suppleuit potentia diuina, quod deerat naturæ humanæ, dans animæ virtutem continendi corpus incorruptibiliter: sicut faber si posset, daret ferro G ex quo cultellum fabricat, virtutem vt rubiginem nullam contraheret. Sic ergo postquam mens hominis per peccatum est a deo auersa, amisit virtutem continendi inferiores vires, & etiam corpus & exteriora: & sic incurrit mortem naturalem a causis intrinsecis, & violentiam ab exterioribus nocumentis.

Deinde cum dicit; [Et ita in omnes, &c.] Ostendit vniuersalitatem huius processus, & quantum ad mortem & quantum ad peccatum, ordine tamen retrogrado. Nam supra prius egit de ingressu peccati, qui est causa ingressus mortis: nunc autem prius agit de vniuersalitate mortis, tanquam de manifestiori, & hoc est quod dicit. Et ita; [Mors.] s. uel peccatum primi parentis; [Pertransiit in omnes,] quia. s. per originem viciatam contrahunt homines necessitatem moriēdi. 2. Reg. 14. Omnes morimur. Ps. 88. Quis est homo qui viuit, &c. Deinde tangit vniuersalitatem processus peccati, cum dicit; [In quo omnes peccauerunt,] quod sicut August. dicit in Glos. potest dupliciter intelligi. Vno modo in quo, scilicet primo homine, uel in quo scilicet peccato, quia, s. H eo peccante, quodammodo omnes peccauerunt, in quantum in eo erant sicut in prima sua origine. Sed cum Christus etiam originem ex Adam traxerit, ut patet Luc. 3. videtur quod etiam ipse, eo peccante, peccauerit. Ad hoc respondet Aug. super Genes. ad literam, quod Christus non omni modo fuit in Adam, quo nos fuimus: nos enim fuimus & secundum corpulentam substātiam, & secundum seminalem rationem. Christus autem fuit in eo solum secundum corpulentam substantiam. Quod quidam male intelligentes, putauerunt quod tota substantia corporum humanorum, quę pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, fuerit actu in Adam, & per quandam multiplicationem diuina virtute factam, idest, quod sumptum est ab Adam, est in tanta corporum quantitate ampliatum. Sed hoc est incōueniens, opera naturæ miraculo attribuere, præsertim quia uidemus, quod corpus humanum quātumcunque sit de ueritate humanę naturæ, corrumpitur, & accipit aliam formam. Vnde quia omne generabile est corruptibile, I & econuerso, oportet dicere quod materia, quæ ante generationē hominis sub alia forma quàm humana fuit formam humanæ carnis assumpserit: & sic non totum, quod est in corporibus nostris ad veritatem naturæ pertinens, fuit actu in eodem, sed solum secundum originem, prout scilicet effectus est in principio actiuo. Secundum hoc ergo intelligendum est, q; cum in nostra generatione sit & materia corporalis quam femina ministrat, & vis actiua quæ est in semine matris utrumque per originem ducitur ab Adam, sicut a primo principio. Et ideo dicitur in eo fuisse & secundum rationem seminalem, & secundum corpulentam substātiam: quia. s. vtrumque ab eo processit. In generatione autē Christi fuit corpulenta substantia quam traxit de virgine: loco autem rationis seminalis fuit virtus actiua Spiritussanctiquæ, non deriuatur ab Adam: & ideo non fuit in Adam secundum seminalem K rationem, sed tantum secundum substantiam corpulentam. Sic igitur nos accipimus peccatum ab Adam & trahimus: atque naturam humanam ab eo accipimus, sicut a principio actiuo, quod est esse in eo secundum seminalem rationem, quod quidem non competit Christo, ut dictum est. Videtur vlterius, quod peccatum originale non transeat in omnes, quia baptizati a peccato originali purgantur per baptismum: & ita videtur quod non possint in posteros peccatum transmittere, quod non habent. Dicendum est autem, quod per baptismum homo liberatur a peccato originali quantum ad mentem, sed remanet peccati infectio quantum ad carnem, vnde infra. 7. dicit Apost. Ego ipse mēte seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Homo autem non generat mente carnales filios, sed carne: & ideo non transmittit nouitatem Christi, sed vetustatem Adæ.

LECTIO IIII.

VSQVE ad legem enim peccatum erat in mundo. Pctm̄ autem non imputabatur cū lex non esset, sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiā in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apostolus ostendit originem peccati, & mortis, siue ingressum vtriusq; in mundum, hic manifestat quod dixerat. Et primo manifestat ipsum dictum. Secundo manifestat similitudinem quam innuebat, dicēs, ibi: [Propterea sicut &c.] Tertio exponit similitudinem, ibi; [Qui est forma futuri &c.] Dixerat autem quòd peccatum, & mors in omnes trāsierūt, & hoc, quidem s̄m expositionem August. manifestare intendit per hoc quòd ēt sub lege pctm̄ remansit, quasi lege illud excludere non ualente. Circa quod duo facit. Primo manifestat propositum quantum ad peccatum. Secundo quantum ad mortem, ibi [Sed regnauit, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit peccatum fuisse ēt sub lege. Secundo quid circa peccatum lex facit, ibi; [Peccatum aūt &c.] Dicit ergo primo, Dictum est quòd omnes peccauerūt in Adam, quia nec etiam lex pctm̄ abstulit; [Vsq; ad legem], i. ēt sub lege, ut ly; [Vsq.,] teneatur inclusiue; [Peccatum erat in mundo,] quod quidem pōt intelligi de lege naturæ, & de lege Moysi: similiter & de peccato actuali, & de peccato originali. Peccatum, n. originale erat in paruulo vsq; ad legem naturæ, i. vsq; ad usum rōnis, per quem homo huiusmodi leges aduertit. Psal. 50. In peccatis concepit me mater mea. Nec tñ cessat hoc peccatum lege naturali adueniente in homine, sed magis ēt crescit per additionem peccati actualis: quia vt dicitur Eccle. 7. Non est hō iustus in terra qui faciat bonum, &c. Sed si intelligamus de lege Moysi, tunc quod dicitur, peccatum fuisse in mundo vsque ad legem, pōt intelligi non solum de originali, sed ēt de actuali: quia & ante legem, & sub lege peccatum vtrumq; permansit. Prouerb. 20. Quis pōt dicere, mundum est cor meum? Quamuis aūt lex peccatum non auferat, peccati tñ cognitionem fecit quod antea non cognoscebatur. Vnde subdit, [Peccatum aūt non imputabatur.] Quod quidem planum est, si intelligatur de lege naturali. Quamuis, n. peccatum originale sit in paruulo ante legem naturalem, & reputetur ei a Deo, non tamen imputatur ei apud hoīes. Si aūt intelligatur de lege Moysi, planum est, quantum ad aliqua peccata actualia, quòd non imputabantur ante legem, sicut illa quæ specialiter sunt per legem prohibita, quæ homines peccata non reputabant, sicut quod dicitur Exod. 20. Non concupisces, &c. Imputabantur tamen quædam peccata, prout erant contra legem naturæ. Vnde & Genes. 39. Ioseph legitur in carcerem missus propter adulterium sibi impositum. Consequenter agit de morte, dicens. Quamuis peccata ante legem non imputarentur, tamen [Mors] scilicet spiritualiter, i. peccatum vel æterna damnatio, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima; [Ragnauit,] idest potestatem suā exercuit in homines, ducendo eos in damnationem, [Ab Adam] per quem peccatum intrauit in mundum: [Vsq; ad Moysem,] sub quo data est lex. Io. 1. Lex per Moysem data est, non solum in eos, qui peccauerunt actualiter, sed [Etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ,] qui actualiter peccauit. Oseæ 6. Ipsi autem sicut Adā transgressi sunt pactum, &c. vsque ibi, Præuaricati sunt in me: quia etiam pueri damnationē incurrebāt. Pōt ēt & sub hoc sensu intelligi de morte corporali, per quam manifestatur pctm̄ fuisse ēt cū non imputabatur, quasi dicat; [Pctm̄ aūt nō imputabatur,] ante legem, sed ex hoc deprehenditur fuisse: quia, [Regnauit, mors]. s. corporalis. Primo quidem aliquas passiones inducēdo, puta famem, & sitim & ęgritudinem, & tādē totaliter dissoluēdo: [Etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ]. i, in pueros, qui non peccauerunt actualiter: qui etiā Christi mortē corporalē antea & postea patiuntur, s̄m illud Ps. 88. Quis est homo qui, &c. Ambrosius aūt aliter ista uerba exposuit. s. de peccato actuali tantum, & de lege Moysi. Et secundum eum inducuntur hæc verba ad manifestandum, quod per primū parentem peccatum in hunc mundum intrauit, & in oēs transiuit; [Vsque enim ad legem.], i. ante legem Moysi. [Peccatum erat in mundo.] s. peccatum actuale. Homines enim multipliciter peccabant contra legem naturæ. Vnde dicitur Gen. 13. Homines sodomitæ pessimi erant; [Peccatum aūt non imputabat, cum lex non esset,] quod est intelligendū non quin imputaretur quasi puniendum apud hoīes, cum quidem legatur ante legem puniri ab hominibus pro peccatis, vt patet Genes. 39. & 40. sed non imputabatur, quasi a Deo puniendum. Tunc enim non credebant hoīes, q; Deus humana facta uel puniret, vel præmiaret, secundum illud Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, Sed postea lege diuinitus data innotuit, quod peccata imputantur a Deo ad pœnam, & non solum ab hominibus. Et ideo quia homines nō credebant se puniendos a Deo pro peccatis, libere & absque freno peccabant, vbi humanum iudicium non timebant. Et ideo subdit; [Sed mors]. i. peccatum; [Regnauit]. i. omnimodā suam potestatem exercuit; [Ab Adam vsq; ad Moysem,] exclusiue. Nam per Moysem data est lex, quæ incæpit regnum peccati diminuere, incutiens timorem diuini iudicij, s̄m illud Deut. 5. Quis det eos talē habere mētem, vt timeant me, & custodiāt vniuersa mādata mea? Regnauit inquam peccatum vsq; a Moysem, non tñ in omnes; [Sed in eos, qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.] Dicit. n. Ambrosius, in libris antiquis non inueniri hanc negationem, Non, vnde credit a corruptoribus appositam. Adam quippe magis credidit promissioni diaboli, quàm commonitioni diuinæ, vt patet Gen. 3. & ita quodammodo diabolum p̄tulit Deo. Sic igitur in similitudinē præuaricationis Adæ præuaricantur idololatræ, qui relicto Dei cultu, diabolum colunt. In tales ergo mors, i. peccatum totaliter regnauit: quia eos omnino possedit. Fuerunt autem ante legem Moysi, veri Dei cultores, qui & si peccarent, non tñ peccatum in eis regnabat, quia nō totaliter eos a Deo separabat: sed peccabant sub Deo, i. sub fide vnius Dei, ēt si peccarent mortaliter: vel sub charitate Dei, cum peccabant venialiter. Ex vtraque harum expositionum pōt conflari tertia, quę magis vī ad intentionem Apostoli pertinere. Dixerat. n. q; per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & quia peccatum est transgressio legis diuinæ, posset alicui videri, q; hoc non esset verum quantum ad tempus ante legem: præsertim cum supra, quarto, dixerit: Vbi non est lex, nec pręuaricatio. Et ideo posset aliquis credere, q; non per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quòd vsque ad legem, i. tempus ante legem, peccatum erat in mūdo, & originale & actuale, non tamen erat peccatum cognitum, p̄sertim quasi a Deo puniendum. Et hoc est quod subdit: [Peccatū autem non imputabatur,] s. quasi contra Deum existens, cū lex, scilicet diuinitus data non esset. Fuerunt. n. aliqui, ut dicit Philosophus in 5. Eth. qui crediderunt quod nihil est iustum naturaliter, & per consequens nec iniustum, sed per solam positionem legis humanæ. Et secundum hoc, non imputabatur aliquod peccatum, quasi contra Deum existens, & præcipue peccatum originale, i. non cognoscebatur. Sed quòd ista reputatio hominum esset falsa, ostenditur per effectum: quia mors corporalis regnauit ab Adam, per quem intrauit originale peccatum in mundum: usque ad Moysem, sub quo data fuit lex: & ita cū mors sit effectus peccati, præcipue originalis, manifestum est, quòd ante legē fuit peccatum originale in mundo. Et ne aliquis dicat, quòd moriebātur propter peccata actualia: ad hoc excludendum dicit, quòd regnauit etiam in eos qui non peccauerunt proprio actu, s. pueros, & etiam in eos qui non peccauerunt mortaliter, qui tamen peccauerunt in primo homine ut supra dictum est. Et ideo subdit. In similitudine præuaricationis Adæ, inquantum similitudinem illius peccati traxerunt per originem simul cum similitudine naturę, q. d. quod moriebantur absque proprio peccato, demonstrat quod in eis erat diffusa similitudo peccati Adæ per originem. Et hoc est quod Apostolus manifestare intendit, scilicet quod per Adam peccatum originale in mundum intrauit. Deinde cum dicit: [Qui est forma futuri &c.] Exponit similitudinem, quæ intelligebatur in aduerbio, [Sicut.] Vnde dicit, qui scilicet Adam est forma, idest figura quædam futuri idest Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adam peccatum & mors in mūdum intrauit, ita per Christum intrauit iustitia & uita 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Sunt autem & aliæ similitudines inter Christum & Adam, quod scilicet sicut corpus Adę formatum fuit sine coitu, ita & corpus Christi de uirgine. Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce, fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Io. 19. quæ significant sacramenta, quibus est formata ecclesia.

xposi- e huius loci.

5.c.8.

LECTIO V.

POstquam Apostolus posuit ingressum peccati in hunc mundum, hic agit de progressu gratiæ abolentis peccatum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo per Christi gratiam remotum est peccatum, quod per unum hominem in mundum intrauit. Secundo ostendit, quomodo per gratiam Christi peccatum est remotum, quod lege adueniente superabundauerat, ibi: [Lex autem subintrauit & cæt.] Ostendit autem quòd per gratiā Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mun-

A dum, comparando gratiam Christi peccato Adæ, quia. s. plus pōt gratia Christi in bono, quam peccatum Adę in malo. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipsas causas. s. gratiam Christi peccato Adæ. Secundo ponit comparationem earum quantum ad effectus, ibi: [Et non sicut per vnum &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit comparationem. Secundo manifestat eam, ibi: [Si enim vnius &c.] Dicit ergo primo, dictū est, quod Adam est forma futuri: Sed non sicut delictum: &c. quasi dicat, non est æstimandum, quòd tantæ efficaciæ sit delictum Adæ, quantæ est efficaciæ donum Christi. Cuius ratio est ista, quia, peccatum procedit ex infirmitate volūtatis humanæ: gratiæ autem procedit ex immensitate bonitatis diuinæ; quam manifestum est uoluntati humanæ, præsertim infirmę, præ-

B ferri. Et ideo virtus gratiæ excedit omne peccatum. Et id circo dicebat Dauid. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Psal. 50. Et propter hoc iure reprobatur verbum Cain Gene. 4. dicentis, Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear:

LECTIO V.

SED non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius

Deinde cum dicit; [Si enim vnius &c.] Manifestat quod dixerat, scilicet quod donum gratiæ excedit delictum Adæ, dicens: [Si enim delicto unius,] scilicet Adæ: [Multi mortui sunt] id est si ex delicto Adæ, peccatum & mors transiuit in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt; [Multo magis gratia Dei & donum.] idest gratuitum Dei donum. ut ly, &, expositiue teneatur: uel gratia Dei refertur ad remissionem peccati. supra eodem: Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. Donum autem refertur ad bona superaddita ultra remissionem peccatorum, ut dicit Psalm. 67. secundum aliam literam. Dedit Dominus dona hominibus. multo (inquam) magis huiusmodi gratia & donum; [Abundauit in plures] idest multos. Quanto enim aliquid est potentius, tanto

C magis se potest ad multa extendere. Peccatum autem Adæ ad multos se extendit, quod probatur per mortem. Vnde signanter dicit, quod unius delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentū est peccati originalis nā, ut supra dictum est, Adæ dixit Deus: Quacunque die comederis &c. Gratia Dei quæ est fortior, multo amplius ad multos extenditur. Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxit. Notandum est autem quod dicit; [Abundauit,] quia non solum gratia Dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda. 2. Corinth. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in nobis. Sicut enim peccatum ex uno homine abundauit in multos ex prima suggestione diaboli, ita & gratia Dei per unum hominem processit ad multos. Vnde signanter addit: [In gratia,] idest per gratiam unius hominis Iesu Christi. Sic enim a Deo gratia in multos effunditur, ut eam per Christum accipiant, in quo omnis plenitudo gratiarum inuenitur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius

D omnes accipimus: gratiam pro gratia. Sic autem legenda est litera secundum expositionem August. ut hoc quod dicitur: [Plures,] non accipiatur comparatiue, sed absolute: & ita vult, quod attendatur comparatio quantum ad hoc, quod si delictum unius Adæ processit in multos, multo magis gratia unius Christi in multos. Sed secundum Ambrosium ly: [Plures,] accipitur comparatiue, ut sit sensus, quòd [Delicto] idest peccato actuali: [Vnius] scilicet Adæ: [Multi, non omnes: [Mortui sunt] scilicet morte peccat, imitando. s. peccatum ipsius Adæ per idololatriā vt supra expositum est, Sap. 13. dicitur de idololatris Infęlices autem sunt, & inter mortuos spes eorum. Et multo magis: [Gratia Dei abundauit in plures] scilicet quam in idololatris, qui peccauerunt in similitudinem Adæ: quia non solum eorum peccata tolluntur per gratiam Christi, sed etiam peccata eorum, qui in fide unius Dei permanserunt. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras & projciet omnia peccata nostra. Deinde cum dicit: [Et non sicut &c,] Comparat Christi gratiam peccato Adæ, quantum ad ef-

E fectum: quia non solum utrumque in multos redundat, sed etiam maiorem effectum habet gratia Christi, quam peccatum Adę. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi: [Nam iudicium &c.] Tertio probat, ibi: [Si enim unius &c.] Dicit ergo primo: non solum dictum est scilicet, q; Christi gratia magis abundat in multos, q̄ peccatum Adæ: sed etiā in eis maiorem effectum facit. Et hoc est quod dicit: [Et non sicut per unum peccatum, ita & donū,] quasi dicat. Non tantus effectus sequitur per unū peccatū Adæ in multis, quantus consequitur in multis per donum gratiæ Christi. Potentioris enim causæ potentior est effectus. Vnde cum dictum sit, gratiam esse potentiorem quam peccatum Adę, cōsequens est q; maiorē effectum efficiat. Deinde cum dicit: [Nam iudicium, &c.] Manifestat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dixerat, dicens; [Nam iudicium]. i. diuina punitio procedit; [Quidem ex vno]. s. peccato primi parentis; [In condemnationem]. s. omnium hominum, quia in illo peccante, peccauerunt secundum illud, quod supra dictum est, ꝙ mors in omnes pertransijt, in quo oēs peccauerunt; [Gratia autem Dei,] quæ datur per Christum procedit; [Ex multis delictis.] i. non solum ex illo vno originali, sed & ex multis actualibus; [In iustificationem]. i. perfectam emundationem. 1. Corint. 6. Et hoc quidem fuistis aliquando, sed abluti estis sed sanctificati estis, sed iustificati estis.

Deinde cū dicit [Si. n. vnius, &c.] Probat quod dixerat, s. ꝙ gratia Christi procedit ex multis delictis in iustificationē. Et primo quidem hoc probat ex posteriori. Secūdo ex priori, ibi; [Si. n. &c.] Circa primū considerandum est, ꝙ Apostolus in præmissa cōparatione, non ponit sibi respondentia. s. res eiusdem generis. Nam ex parte peccati ponit condemnationem, q̄ pertinet ad penā: ex parte autē gratiæ, ponit iustificationem, q̄ non pertinet ad præmium, sed magis ad itatum meriti. Sic igit̄ Apostolus intendit per hoc quod dicit, quod peccatū inducit cōdemnationē, ostendere, ꝙ gratia inducat iustificationē. Et vtitur tali rōne: Sicut condemnatio mortis, ꝙ cedit ex peccato primi parentis, ita regnum vitæ procedit ex gratia Christi. Hæc. n. duo vniformiter sibi correspondent, sed ad regnum vitæ nullus poteſt pemenire, nisi per iustitiā, ergo per gratiam Christi hoīes iustificantur. Primo ergo ponit præmissas. Secundo infert conclusionē intentā, ibi; [Igitur sicut per vnius, &c.] Primā autem propositionem proponit, dicens; [Si. n. ex delicto vnius hominis, mors regnauit per unum hominē,] quia sicut supra eodem dictum est, per unum hominē peccatū intrauit, & per peccatū mors: [Multo magis,] hoīes regnabunt. [In uita,]. s. æterna; [Per unum Iesum Christum,] qui dicit Io. 10. Ego uenī ut uitam habeant, & abundantius habeāt, participando, s. æternitatē uitę, q̄ quidem abundantia hic per regnū designatur. Vnde dī Apoc. 20. Quod regnabunt cū Christo annis mille, i. æterno tpe. Minorem aūt designat interponendo abundantiā gratiæ Christi & donationis, & iustitiæ accipientes, quasi diceret: ad regnum uitæ homines peruenire non possunt, nisi hoc accipiendo, ita ꝙ gratia Christi referatur ad dimissionem peccati, q̄ nulla merita poedere possunt: & ideo omnino gratiæ deputatur: si enim ex operibus, iam non ex gratia, ut dicitur infra. 11. Quod autem dicitur: [Donationis,] referendum est ad dona gratiarum, quibus homines promouentur in bona. Hester. 2. Largitus est dona iuxta magnificentiam principalem, &c. Quod autem dicitur [iustitiæ,] referendum est ad rectitudinem operum 1. Cor. 1. Qui factus est nobis a Deo iustitia. Deinde cum dicit: [Igitur sicut, &c.] infert conclusionem intentam, quæ idem continet cum eo, quod supra præmissum est, ui delicet ꝙ sicut per unius delictum Adæ, diuinum iudicium processit in omnes homines qui carnaliter ex eo nascuntur in condemnationem mortis; [Sic & per unius,] scilicet iustitiam Christi, diuina gratia processit in omnes homines: [In iustificationem uitæ,] ideſt, quæ ducit ad uitam. Sed uidetur hoc esse falsum: non enim omnes homines iustificantur per Christum, sicut omnes homines moriuntur per Adam. Sed dicendum, quod intelligēdum est, quod sicut omnes homines qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationem per eius peccatum, ita omnes qui renascuntur spiritualiter per Christum: adipiscuntur iustificationem uitæ, quia ut dicitur Ioān. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei, &cæt. quamuis possit dici, quod iustificatio Christi transit in iustificationem omnium hominum, quantum ad sufficientiam, licet quantum ad efficientiam procedat in solos fideles. Vnde dicitur. 1. Tim. 4. Qui est saluator omnium hominum, maxime autem fidelium. Ex hoc autem quod hic dicitur, accipere debemus, quod sicut nullus moritur, nisi per peccatum Adæ, ita nullus iustificatur, nisi per iustitiam Christi, quæ quidem est per fidem ipsius, secundum illud quod supra 3. dictum est, Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, qui credunt in eum. In eum autem crediderunt homines, non solum qui sunt post eius incarnationem, sed etiam

F qui eius incarnationem præcesserunt. Sicut. n. nos credimus eum natum & passum, ita ipsi crediderunt nascituram & passurum. Vnde eadē est fides nostra & eorum. 2. Cor. 4. Habentes eundē spiritum, &c. Sic igitur probatum est, ꝙ gratia Christi procedit ad multorum iustificationem ex posteriori, s. ex regno uitæ.

delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hoīs Iesu Christi, in plures abundabit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donū. Nam iudicium quidē ex uno in cōdemnationem, gratia aūt ex multis delictis in iustificationem. Si. n. unius delicto mors regnauit per unū, multo magis abundantiā gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in uita, regnabūt per unū Iesum Christū. Igitur sicut per unius

G

LECTIO VI.

delictum in omnes homines in cōdemnationē, sic & per unius iustitiam in oēs homines in iustificationem uitę. Sicut. n. per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obeditionem iusti constituentur multi.

Lex aūt subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictū, superabūdauit gratia: ut sicut regnauit peccatū in mortem, & ita gratia regnet ꝑ iustitiā in uitā æternā ꝑ Iesū Christū Dñm nostrum.

Consequenter cum dicit; [Sicut. n. &c.] Probat idem ex priori. Cum sæ. n. similes sunt suis effectibus. Inobedientia aūt primi parentis quæ habet rationē iniustitiæ, constituit peccatores & iniustos. Igitur obedientia Christi, quę habet rationē iustitiæ, cōstituit iustos. Et hoc est ꝙ supra dictum est, quod gratia procedit in omnes homines; [In iustificationem.] Sed videtur esse dubiū quod dicitur, quòd; [Per inobedientiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi.] i. oēs qui ab eo nascūtur s̄m rationem seminalem. Primum. n. eius peccatum ut fuisse superbia, magis q̄ inobedictia, s̄m illud Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. Sed dicendum est, quòd sicut ibi dem dī, initium superbiæ facit homines apostatare a Deo, quia. s. prima pars superbiæ consistit in hoc, quòd homo non vult subijci præceptis diuinis, quod ad inobedientiam pertinet. Vnde primū hominis peccatum fuisse vī inobedientia, non s̄m actum exteriorem, sed s̄m interiorem motum superbiæ, quo voluit diuino præcepto contraire. Vnde eius inobedientiā dominus arguit. Gen. 3. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præcepetam tibi ne comederes, &c. Obedientia autem Christi hic dī, s̄m quam præcepto patris obediens, mortem sustinuit pro salute nostra, s̄m illud Phil. 2. Factus est obediens usq; ad mortem, &c. Nec est contrarium quod alibi dicitur, Christus ex charitate mortuus est, ut patet Ephe. 5. Quia hoc ipsum ꝙ obediuit, processit ex dilectione quam habuit ad patrem & ad nos. Et est attendendum, quòd per obedientiam & inobedientiam, probat nos per unū peccatores effici, & per unum iustificari, quia iustitia legalis, quæ est omnis uirtus, attēditur in obseruatione præceptorum legis, quod pertinet ad rationem obedientiæ. Iniustitia autem illegalis, quæ est omnis malitia, ut dicitur 5. Ethi. attenditur in transgressione mandatorum legis, quæ pertinet ad rationem inobedientiæ. Sic ergo conuenienter dicitur, quod per obedientiam constituuntur homines iusti, & per inobedientiam peccatores.

H

I

LECTIO VI.

POstquam Apostolus ostendit, quòd per donum gratiæ subtrahitur peccatum, quod per Adam in hunc mundum intrauerat, hic ostendit ꝙ per gratiā Christi tollitur peccatum, quod lege superueniente abundauerat. Circa hoc duo facit. Primo ponit abundantiā peccati, q̄ fuit per legem. Secundo absolutionem peccati, q̄ est per gratiam Christi, ibi: [Vbi abundauit, &c.] Dicit ergo primo, dictum est, quod per obedientiam unius hominis, iusti cōstituuntur multi, non autem lex hoc facere potuit, sed potius [Lex subintrauit, ut superabundaret delictum.] Circa quod Apostoli dictum, duplex occurrit dubitatio. Primo quidem de hoc, ꝙ dicit legem subintrasse, ideſt latenter intrasse post culpam originalem & actualē, uel post naturalē legem, ut Glo. dicit. Non. n. lex occulte intrauit, sed manifeste data fuit, s̄m illud Io. 8. Non in abscondito locutus sum. Dicendum est ergo, ꝙ licet ipsa legislatio fuerit data in manifesto, tamen mysteria legis erant in occulto, & præcipue quo ad intentionem Dei circa legem ferendā, quæ peccatum ostenderet, non sanaret, secundum illud infra 11. Quis cognouit sensum domini, &c. Potest etiā dici ꝙ lex subintrauit, i. quasi media intrauit inter peccatum hoīs & donum gratiæ Christi, quorum utrumque supra dixerat, per unum ad plures transisse. Secunda autem dubitatio est de hoc, quod dicit legem subintrasse: [Vt abundaret delictum.] Sic enim uidetur ꝙ abundantia delicti sit finis legis, & ita sequitur quòd lex sit mala: quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est; & hoc est contra illud 1. Tim. 1. Scimus quidem ꝙ lex bona est, &cæt. Ad hoc autem rndetur in Glo. tripliciter. Primo quidem ut dicamus quòd ly, Vt, non ponitur causaliter, sed consecutiue.

Non

J

Non enim ad hoc fuit data lex, vt peccatum abundaret, quin potius lex quantum in se fuit, peccatum prohibuit, s̄m illud Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Sed lege data consecuta est abundantia delictorum dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad peccatorum multitudinem. Lex enim licet peccatū demōstraret, peccati tñ concupiscentiam non auferebat. Cum aūt alicui prohiberur id quod concupiscit, vehementius in concupiscentiam illius exardescit: & sicut fluuius appositio obiee fortius fluit & obicem frangit. Cuius ratio potest esse triplex. Vna quidem, quia illud quod subiacet hominis potestati, non reputat aliquis pro magno: sed illud quod est extra hominis potestatem, apprehenditur ab hoīe quasi magnum. Prohibitio autem eius quod concupiscitur, ponit illud quod prohibetur, quasi extra hominis potestatem, & iō concupiscentia magis exardescit in rem concupitam dum prohibetur. Secūda ratio est, quia interiores affectiones q̄s interius retinentur, ita ꝙ exterius non deriuentur, ex hoc ipso magis interius incenduntur, sicut patet in dolore & ira, quæ dum interius clausa tenentur, magis augentur, si aūt exterius quoquo mō procedant, eorum uirtus diminuitur. Prohibitio autem pp timorem pœnę, cogit hoīem ut concupiscentiam suam ad exteriora nō perducat, & iō ipsa concupiscentia interius retēta, magis inflammatur. Tertia rō est, quia illud quod non est nobis prohibitum, apprehendimus quasi possibile fieri, quandocunq; nobis placuerit, & iō multotiens opportunitate existente illud vitamus: sed q̄n aliquid est prohibitum, apprehenditur a nobis, ut non sp a nobis haberi possit: & ideo q̄n opportunitas datur sine timore pœnæ illud conse-
quendi, promptiores ad hoc sumus. Et inde est ꝙ data lege, quæ cōcupiscentiæ vsum prohibebat, & tñ ipsam concupiscentiam nō mitigabat, concupiscentia ipsa magis feruenter hoīes ad peccata ducebat. Vnde dī Ezech. 5. ista est Hierusalem, in medio gentiū posui eam, & in circuitu eius terras, & contemptit iudicia mea, ut plus esset impia, q̄ gentes. Sed s̄m hoc, vī quod omnis lex humana, q̄ gratiam non confert diminuentem concupiscentiam, faciat abundare peccata, quod est contra intentiones legislatorum, qa ad hoc tendit, ut eines faciant bonos, ut patet per Philosophū 2. Ethic. Sed dicendum est ꝙ alia est intentio legis humanæ, & alia legis diuinæ. Lex. n. humana refertur ad humanum iudicium, qd est de exterioribus actibus: sed lex diuina refertur ad diuinum iudicium, qd est de interioribus motibus cordis, s̄m illud 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ patent, sed Deus intuetur cor. Sic igitur lex humana suam intentionem consequitur, dum per prohibitionem, & pœnæ comminationem impedit, ne multiplicentur exteriores actus peccati, licet concupiscentia interior magis augeat: sed quantum ad legem diuinam etiam interiores concupiscentiæ malæ imputantur ad peccatum, quæ abundant lege prohibente, & non auferente concupiscentiam. Sciendum tamen, ꝙ sicut Philosophus dicit in 10. Ethic. Prohibitio legis, licet illos qui sunt male dispositi, cohibeat ab exterioribus peccatis solo pœnæ timore: quoldam tñ bene dispositos inducit per amorem uirtutis: sed ista bona dispositio quantum ad aliquid pōt esse a natura, sed eius perfectio non est nisi per gratiam, ex qua contingit, quod etiā lege ueteri data, non in oībus peccatū abūdat, sed in pluribus. Quidā uero lege prohibente, & gra ulterius adiuūte, ad perfectionē uirtutū tandē puenerūt, s̄m illud Eccl. 44. Laudemus uiros gloriosos &c. Et infra. Hoīes magnos uirtute. Sed ꝙ superabundauit delictū lege superueniēte, quātū ad grauitatē reatus. Grauius. n. fuit peccatū, ubi accessit prætiaricatio, non tñ legis naturæ, sed etiam legis scriptæ. Vñ supra 4. dictum est, quod ubi non est lex, nec prętuaricatio. Secundo autem potest rnderi, ut dicatur quod ly, Vt, teneatur causaliter: ita tamen quod loquatur Apostolus de abundantia delicti, scdm quod est in nostra cognitione, ut sit sensus; [Lex subintrauit ut abundaret delictum]. i. vt abundantius delictum cognosceretur, secundum modum loquendi, quo dī aliqd fieri, cum innotescit. Vnde supra dictum est, quod per legem est cognitio peccati. Tertio modo potest exponi ita, ꝙ ly, Vt, tenetur causaliter: ita tamen, quod abundantia delicti non intelligatur finis legis subintrantis, sed id quod ex abundantia delicti sequitur. s. humiliatio hominis. Lege. n. subintrante abundauit delictum, ut dictum est in prima expositione: ex qua quidem delicti abundantia consecutum est, quod homo infirmitatem suam recognoscens, humilietur. Dicebat. n. homo superbus, de uiribus suis præsumens, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat, secūdum illud Exod. 24. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & ei obediemus. Sed q̄si lege data consecuta est multitudo delictorū, homo suā infirmitatem cognouit ad obseruantiā legis. Et illud Sap. 9. Iufirmus homo, & exigui tpis, &c. Intentum

A gem dantis non terminatur ad abundantiam peccatorum, sed ad humilitatem hominis, propter quam permisit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultum, signanter quantum adhoc dicit, ꝙ [Lex subintrauit.] Quia vero hic agitur de lege & fine legis, duo consideranda occurrunt. Primo quidem quot modis lex dicatur. Secundo quis sit finis legis. Circa primum sciēdum est, ꝙ lex vno modo dicit tota scriptura veteris testamenti, secundum illud Ioan. 15. Vt impleatur sermo eorum, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis, cū tamen hoc scriptum sit in Ps. Quandoq; vero dicitur lex, scriptura quinq; librorum Moysis, secundum illud Deut. 33. Legem præcepit nobis Moyses. Tertio dr Decalogus præceptorum, s̄m illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legē ac mādata quæ scripsi, vt doceas. Quarto dicitur lex tota continentia cęrimonialium, secūdum illud Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Quinto dr lex, aliquod speciale præceptum cęrimoniale, s̄m illud Leu. 7. Hæc est lex hostiæ pacificorum. Sumitur aūt hic lex cōiter ab Apostolo, quantum ad totam doctrinam legis Moysi, ideſt quantū ad moralia & cærimonialia præcepta, quia scilicet per cęrimonias legis non dabatur gratia, per quam homo adiuuaretur ad implenda præcepta moralia, concupiscentia diminuta. Circa finem autem legis sciendum est, quod in populo Iudęorum tria fuerunt hominum genera, sicut & in quolibet alio populo, s. duri, ideſt peccatores & rebelles, proficientes, & perfecti. Quantum igitur ad duros, lex fuit data in flagellum & quātum ad præcepta moralia, ad quorum obseruantiam cogebantur per pœnæ comminationem, ut patet Leuit. 2. & quantum ad cęrimonialia, quæ ideo sunt multiplicata, ne liceret eis dijs alienis alium cultum superaddere. Ezec. 20. In manu ualida & brachio extento, & in furore effuso regnabo super uos. Sed proficientibus, qui dicuntur mediocres, lex fuit pędagogus, secundum illud Gal. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo. Et hoc quantum ad cærimonialia, quibus continebantur in diuino cultu: & quantū ad moralia, quibus ad iustitiā promouebantur. Perfectis autem, fuit quantum ad cęrimonialia quidem in signum, s̄m illud Ezec. 20. Sabbatha mea dedi eis, vt essent signum inter me &c. Quantū ad moralia uero, in solatium, secundum illud infra 7. Condelector lęgi Dei secundum interiorem hominem. Deinde cum dicit; [Vbi abundauit &c.] Ostendit quomodo per gratiam tollitur abundantia delictorū. Et primo ponit gratiæ abundantiam. Secundo ostendit abundantis gratiæ effectum, ibi; [Vt sicut regnauit, &c.] Dicit ergo primo, dictum est ꝙ lege subintrante; [Abundauit delictū;] nec tñ propter hoc impeditur diuinum propositum de salute Iudæorum, & totius humani generis: quia ubi [Abundauit delictū,] scilicet in humano genere, & specialiter in Iudæis; [Superabundauit & gratia,]. s. Christi condonantis peccata. 2. Cor. 9. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Eius autem quod hic dr, duplex ratio assignari potest. Vna quidem ex effectu gratiæ. Sicut. n. magnitudinem morbi non sanat, nisi fortis & efficax medicina: ita requirebatur abundans gratia ad hoc, ut sanaret abundantiam delictorum. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum &c. Alia ratio sumi potest ex dispositione peccantis, qui dum magnitudinem peccatorum suorum recognoscit, quandoque quidem desperat & contemnit, secundum illud Prou. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorū, contemnit &c. Quandoq; uero per auxilium diuinum, ex consideratione suorum peccatorum magis humiliatur, & maiorem consequitur gratiam, secundum illud Ps. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelauerunt. Deinde cum dicit; [Vt sicut regnauit peccatum in mortem &c.] Ostendit effectum gratiæ abundantis, qui quidem est per oppositum respondens effectui peccati: ut. s. sicut peccatum introduxit per primum hominem, & abundans per legem, regnauit. i. plenum dominium in homines obtinuit, & hoc quousque duceret eos in mortem temporalem & æternam infra 6. Stipendia peccati mors; [Ita & gratia Dei regnet, ideſt, plene dominetur in nobis, [Per iustitiam,] quā scilicet in nobis facit. Supra eodem, Iustificati gratis per gratiam ipsius: & hoc quousq; nos ducat; [In uitam æternam, [secundum illud infra. 6. Gratia Dei uita æterna. Et hoc totum est; [Per Iesum Christum dominum nostrum,] qui est dator gratiæ, secundum illud Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et etiam iustitia. 1. Corinth. 1. Qui factus est nobis iustitia a Deo: & dator vitæ æternę. Io. 10. Ego uitam æternam do eis

S. Tho. super Epist. Pau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quod per gratiam Christi liberemur a peccato præterito, tam introducto per primũ hominem, quam etiam abundanti per legem, hic ostendit q̃ per gratiam Christi datur nobis facultas ad resistendum peccati futuris: & circa hoc duo facit. Primo ponit quæstionem ex præmissis ortam. Secundo soluit eam ibi; [Absit, si. n. &c.] Dixerat aũt sup. quod vbi abũdauit delictum, superabundauit & gratia, q̃ quidẽ aliquis posset male intelligere, quasi abũdantia delicti esset causa superabũdantię gratiæ: & ideo inducit q̃stionẽ dicens, [Quid ergo dicemus? Nunquid permanebimus in peccato, vt gratia abũdet?] Quod quidem oporteret dicere, si abundãtia delicti esset causa gratiæ abundantis, & non sola occasio, vt supra dictum est. Vnde & supra 3. Apostolus dicit, Sicut blasphemamur: & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt eueniant bona. Hierem. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt. Deinde cum dicit; [Absit & c.] soluit inductam quæstionem. Et primo assignat rationem, quare non est nobis permanendum sub peccato. Secundo concludit ex hortationem intentam, ibi; [Non ergo regnet, &c.] Circa primum duo facit. Primo assignat rationem, quare non sit in peccato permanendum. Secundo ostendit nobis inesse facultatem, ad hoc quod non sub peccato maneamus, ibi; [Hoc scientes, &c.] Circa primum ponit talem rationem. Si sumus mortui peccato, non debemus viuere in illo: sed mortui sumus peccato. ergo non debemus viuere in peccato. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat antecedens, ibi; [An ignoratis, &c] Tertio concludit consequens, ibi; [Vt quomodo Christus &c.] Quarto probat necessitatem consequentiæ, ibi; [Si enim complantati, &c.] Dicit ergo primo, [Absit,] scilicet quod hac intentione permanẽdum sit in peccato, [Vt gratia abunder,] quia vt dicitur Eccl. 15. Nemini mandauit Deus impię agere, & huius ratio est; [Si enim mortui sumus peccato,] per hoc scilicet quod peccatum est mortificatum in nobis, [Quomodo adhuc in illo viuemus?] Non. n. naturalis ordo rerũ hẽt, ut a morte redeatur ad vitã. Esa. 26. Morientes non viuant &c. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Deinde cũ dicit: [An ignoratis, &c.] Probat ante cedẽs. s. q̃ fideles sunt mortui peccato. Et primo proponit medium ad propositum ostẽdendum. Secundo manifestat mediũ inductum, ibi; [Cõsepulti. n. sumus, &c.] Dicit ergo primo, [An ignoratis,] quasi dicat, quod vobis proponendũ est, est adeo manifestum, q̃ illud vobis ignorare non licet. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur, quia; [Quicunque baptizati sumus ĩ Christo Iesu;] q̃ intelligitur tripliciter. Vno modo ſm institutionẽ Iesu Christi Mat. vlt. Docete oẽs gentes baptizãtes, ergo &c. Secũdo per inuocationem Iesu Christi. Act. 8. In nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. Tertio in Christo Iesu, id est in quadam conformitate ad Christum Iesum. Galat. 3. Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis; [In morte ipsius baptizati sumus,] idest in similitudinem mortis eius, quasi ipsam mortem Christi in nobis repræsentantes. 2. Corinth. quarto. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes. Galat. ultim. Stigmata Iesu in corpore meo porto; [Vel in morte ipsius,]idest per virtutem mortis eius. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris. Vnde de latere Christi pendentis in cruce, post mortem fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Io. 19. Sicut igitur eius morti configuramur, inquantum peccato morimur, sic ipse mortuus est uita mortali, in qua erat similitudo peccati, licet nõ esset tibi peccatum. Ergo omnes qui baptizati sumus, mortui sumus peccato. Deinde cum dicit; [Consepulti. n. &c.] Probat propositũ mediũm, s. quod omnes baptizemur in conformitate ad mortem Christi dicens, [Consepulti. n. sumus cum illo per baptismũ in morte,] quasi dicat, Sepultura non nisi mortuis debet. Mat. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Per baptismum autẽ homines sepeliuntur Christi. i. conformantur sepulturæ ipsius. Sicut. n. ille qui sepelitur, ponitur sub terra, ita ille qui baptizat, in mergitur sub aqua. Vnde & in baptismo fit trina immersio, nõ solum pp fidem Trinitatis, sed ẽt ad repræsentandũ triduum sepulturæ Christi. Et sicut tridum sepulturæ non facit nisi vnam sepulturam, ita trina immersio non facit nisi vnum baptisma. Et inde etiã est, quod in sabbatho sancto solemnis baptismus in Ecclesia celebratur, quando cõmemoratur sepultura Christi: sicut & in vigilia pẽtecostes, quando solemnizatur de Spiritu sancto, ex cuius virtute aqua baptismi accipit uim purgandi, ut dicitur Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c. Est tamen considerandum, q̃ corporaliter aliqs prius moritur, & postea sepelitur: sed spiritualiter sepultura baptismi causat mortẽ peccati; quia sacramentũ nouæ legis efficit q̃ significat. Vnde cũ sepultura, quæ fit per baptismũ, sit signum mortis peccati, mortem efficit ĩ baptizatis. Et hoc est quod dicit, quòd sumus sepulti in mortem, & per hoc ipsum signum sepulturæ Christi qd in nobis accipimus, cõsequimur mortẽ peccati. Deinde cũ dicit; [Vt quomodo Christus,] infert consequens, scilicet quòd nõ debeamus viuere in peccato: ad hoc quidem inducit similitudinẽ ex resurrectione Christi, dicẽs, [Vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris] idest per virtutem patrisex qua ipse pater glorificatur, ſm illud Ps. 56. Exurge gloria mea; [Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus] idest per bona opera uitæ procedamus. Vita enim peccati vetustatem habet, quia in corruptionem nos ducit. Heb. 8. Quod antiquatur & senescit, prope interitũ est. Vnde & dicitur Bar. 3. Quid est q̃ in terra inimicorum es? inuetrasti in terra aliena &c. Vnde & nouitas vitę dicitur, p quã aliquis redit ad integritatẽ, vt. s. sit sine peccato. Psa. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ephe. 4. Renouamini in spiritu mẽtis vestrę. Deinde cum dicit; [Si. n.] probat necessitatem cõsequentiæ. Christus. n. postquam fuit mortuus, resurrexit, vnde conueniens est, vt illi qui conformantur Christo quantum ad mortem in baptismo, conformentur etiam resurrectioni eius per innocentiam vitæ. Et hoc est quod dicit; Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,] idest, si in nobis assumamus similitudinem mortis eius, vt ei incorporemur, sicut ramus qui inseritur plantæ, ut quasi nos in ipsa passione Christi inseramur; [Simul & resurrectionis erimus,] scilicet similitudini eius complantati, vt scilicet in præsenti innocenter viuamus, & in futuro ad similem gloriam perueniamus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ 2. Tim. 2. Si commortui sumus, & cõuiuemus. Hic igitur sicut Apostolus per similitudinem mortis Christi probauit, quod sumus mortui peccato, quod præmiserat quasi antecedens: sic per similitudinem resurrectionis eius probauit, quod non debemus uiuere in peccato: quod quasi consequens superius introduxit.

CAP. VI. LEC. I.

QVID ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

LECTIO II.

HOC scientes, quòd vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui. n. mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul & uiuemus cum illo, scientes, q̃ Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra nõ dominabitur: quòd. n. mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd aũt uiuit, uiuit Deo. Ita & uos, existimate uos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu.

POSTQVAM Apostolus ostendit, q̃ non est nobis in peccato permanendum, ex eo q̃ per baptismũ mortui sumus peccato, hic vlterius ostendit adesse nobis facultatẽ ad hoc obseruandũ. Et circa hoc duo facit. Primo proponit q̃ intendit. Secũ manifestat propositũ, ibi; [Qui. n. mortuus &c.] Circa primũ duo facit. Primo ,proponit beneficiũ, q̃ consecuti sumus. Secũ huius beneficij effectũ, ibi; [Vt destruatur &c.]Dicit ergo primo, Dicũ est q̃ debemus in nouitate ambulare, s. desistendo a peccato. Et ne hoc aliquis forte impossibile diceret, dicit q̃ sumus hoc scientes, quia; [Vetus homo noster,] idest vetustas hominis p peccatũ inducta, simul, s. cũ Christo; [Crucifixus est,] idest per crucem Christi est mortificatus: sicut enim supradictum est, uetustas hominis per peccatum inducta est, inquantum per peccatum, bonum naturæ corrumpitur. Quæ quidem vetustas in homine principatur, quandiu homo peccato subiacet. Et quia id quod est principale in homine dicitur esse ipse homo: inde est quod in eo qui peccato subijcitur, ipsa uetustas peccati dicitur esse vetus homo. Vetustas autem peccati potest intelligi, uel ipse reatus, seu macula actualium peccatorum, vel etiam consuetudo peccandi, quæ quandam necessitatem ingerit ad peccandum: uel etiam ipse fomes peccati prouenies ex peccato primi parẽtis. Sic igitur uetus homo noster dicitur esse simul crucifixus cum Christo, inquãtum prædicta uetustas virtute

ce Christi subiata est. Vel quia totaliter est amota, sicut totaliter amouetur in baptismo reatus & macula peccati. Vel quia diminuitur virtus eius sicut virtus fomitis, vel etiã consuetudinis peccandi. Col. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrariũ nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde cũ dicit [Vt destruatur &c.] Ponit effectum prædicti beneficij duplicem, quorũ primus est, remotio præcedentium delictorum. Et hoc est q̃d dicit [Vt destruatur corpus peccati.] Dicitur. n. corpus peccati, ipsa cõgeries malorum operum, sicut ipsa congeries mẽbrorum facit vnũ corpus naturale. Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia, &c. Secundus autem effectus est, vt caueamus a peccatis in futurum: & hoc est quod subdit dicens, [Vt vltra non seruiamus peccato.] Tũc. n. homo peccato seruit, quando concupiscentiæ peccati obedit, per consensum & corporis executionem. Io. 8. Qui facit peccatũ seruus est peccati. Deinde cum dicit [Qui. n. mortuus est, &c.] Manifestat quod dixerat. Et primo quantum ad primum effectum. Secundo quantum ad ſm, ibi [Si autem mortui, &c.] Circa primum considerandum est, q̃ congeries peccatorum destruitur q̃n peccata homini remittuntur. Sic igitur destructionem corporis peccati manifestat dicens [Qui enim mortuus est,] s. per baptismum, quo Christo cõmoritur [Iustificatus est a peccato,] i. remissis peccatis trãslatus est in statum iustitiæ. 1. Cor. 6. Et hæc quidem fuistis aliquãdo, sed ablati estis, &c. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, cõsequens est, quod a peccato iustificetur, & ita quòd corpus peccati destruatur. Deinde cum dicit [Si autem mortui, &c.] [Manifestat ſm effectum per conformitatem ad vitam Christi tali ratione. Ille qui Christo morienti commoritur, simul commit & resurgenti: Christus autem sic resurrexit a mortuis tã quam nunquam de cætero moriturus: ergo ille qui. mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti commit: quòd habet facultatẽ nunquam de cætero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit cõformitatem hominis fidelis ad uitã Christi resurgentis. Secundo ponit conditionem vitæ resurgentis, ibi [Scientes quod Christus, &c.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi [Ita & vos, &c.] Dicit ergo primo, Si. n. mortui sumus cũ Christo, id est si virtute mortis Christi sumus mortui peccato [Credimus,] quia [Etiam simul, viuemus cum illo,] id est ad similitudinem vitæ eius. Viuemus inquãm hic vita gtiæ, & in futuro vita gloriæ. Ephe. 2. Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos, &c. Deinde cum dicit [Scientes, ponit conditionem vitæ Christi resurgentis. Et primo ponit eam. Secundo probat, ibi [Quod enim mortuus est, &c.] Dicit ergo primo. Hoc inquam quod dictum est credimus, scientes quod [Christus resurgens ex mortuis iam non moritur,] sed viuit vita perpetua. Apoc. 1. Fui mortuus, & ſum viuens in sæcula sæculorum. Et quod plus est [Mors illi vltra non dominabitur,] quæ scilicet in homine dominatur, non solum dum moritur per separationem animæ a corpore, sed etiam ante mortem, dum patitur ægritudinem, famem & sitim, & alia huiusmodi; per quæ perueniunt ad mortem: sed ab his libera est vita Christi resurgentis. Et ideo non subijcitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem. Apoc. 1. Habet clauem mortis & inferni. Deinde cum dicit [Quod enim mortuus est, &c.] Probat propositum, s. quod Christus resurgens vltra non moritur: & hoc dupliciter. Primo quidem ratione accepta ex parte mortis, quam sustinuit, dicens [Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.] Non autem intelligitur, q̃ ipse mortuus est peccato quod ipse commisit vel contraxit, quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. 1. Pet. 2. Qui peccatũ non fecit, &c. Sed dicitur mortuus esse peccato dupliciter. Vno modo, quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, i. hostiã pro peccato. Alio modo, quia mortuus est similitudini carnis peccati, i. vitæ passibili & mortali. Infr. 8. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Vtroque autem modo concludi potest quòd Christus mortuus sit semel, ex hoc quòd mortuus est peccato. Quantum enim ad primum manifestum est quòd per vnam mortem omnia peccata deleuit secundum illud Hebr. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificationis.

Ideo non restat vt adhuc pro peccato moreretur, 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Quantum ad secundum autem, idem post cõcludit. Si enim Christus mortem sustinuit, vt deficeret in eo similitudo carnis peccati, debuit eius mors conformari alijs gerentibus carnem peccati, qui semel moriuntur. Vnde dicitur Hebr. 9. Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est, &c. Secundo ostendit idem ex cõditione vitæ, quam resurgẽdo assumpsit, dicens [Quod autem viuit, viuit Deo,] s. ad conformitatem Dei. Dicitur enim 2. Cor. vlt. Quod si crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute Dei. Effectus autem cõformatur causæ. Vnde & vita q̃ Christus resurgẽs acquisiuit, est dei formis: sicut ergo vita Dei est sempiterna & absq; corruptione, ſm illud 2. Tim. vlt. Qui solus habet immortalitatem, ita & vita Christi est immortalis. Deinde cum dicit [Ita & vos, &c.]Infert conclusionem intentam vt conformemur uitæ Christi resurgentis, & quantum ad hoc q̃ mortuus est peccato, i. mortali vitę, quę habet similitudinẽ peccati, nunquã ad eã rediturus, & quantũ ad hoc q̃ viuit ad conformitatẽ Dei. Et quantum ad primũ dicit [Ita & vos existimate vos quidẽ mortuos esse peccato,]s. tanquam ad peccatum nunquã sitis rediturí. Esa. 26. Morientes non uiuãt. Et quantũ ad ſm dicit [Viuentes Deo] i. ad honorẽ vel similitudinẽ Dei, vt. s. nunquam per peccatum moriamur. Gal. 2. Quòd autẽ nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei. Et ideo subdit [In Christo Iesu domino nostro,]idest per Iesum Christum, per quem & peccatis morimur, & Deo uiuimus: uel in Christo Iesu, id est tanquam incorporati Christo Iesu, vt per eius mortem moriamur peccato, & per eius resurrectionem uiuamus Deo. Eph. 2. Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis per Christum.

LECTIO III.

NOn ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete uos Deo, tanquã ex mortuis uiuẽtes, & membra vestra, arma iustitiæ Deo.

LECTIO III.

POstquam Apostolus ostẽdit q̃ non est nobis permanendum in peccato, & quòd huius rei facultatem habemus, hic concludit moralem exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit admonitionem. Secundo rationem assignat, ibi [Peccatum enim &c.] Tertio mouet quæstionem & soluit, ibi [Quid ergo?] Peccabimus &c. Circa primum duo facit. Primo proponit admonitionem. Secundo exponit eam, ibi [Vt obediatis &c.] Dicit ergo primo, dictum est q̃ vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, per quod datur intelligi, quòd uirtus peccati intantũ diminuta est, ut nobis dñari nõ possit. Ergo peccatũ de cætero, [Non regnet in uestro mortali corpore.] Non aũt dicit, Non fit peccatum in uestro mortali corpore, quia quandiu corpus nostrũ est mortale, id est necessitati mortis addictũ, non põt esse, quin in corpore nostro sit peccatũ, i. fomes peccati. Sed ex quo a Deo liberati sumus a regno peccati, debemus conari, quòd peccatum in corpore nostro dominium iam amissum in nobis non recuperet: & hoc est quod dicit, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et hoc quidem necessarium est cauere, dum corpus mortale gerimus, quia dicitur Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam &c. Deinde cum dicit [Vt obediatis, &c.]Exponit admonitionem, præmissam. Circa quod considerandum est, quòd dupliciter peccatũ regnat in homine. Vno modo per interiorem cõsensum mentis. Et hoc remouendo, dicit [Vt obediatis concupiscentijs eius.]Obedire enim per consensum mentis concupiscentijs peccati, est peccatum regnare in nobis Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Secundo modo regnat in nobis peccatũ per operis executionem. Et ad hoc excludẽdũ, subdit [Sed neq; exhibeatis membra uestra pec cato,]id est fomiti peccati [Arma iniquitatis,]. i. instrumenta ad iniquitatem exequendam. Homo. n. cum per membra sua peccatum exequitur, ad iniquitatem exequitur: & hoc ipso impugnare uidetur ad restituendum dñium peccati, quod per consuetudinem peccati in nobis conualescit. Ezech. 32. Cum armis suis ad inferos descenderunt. Deinde cum dicit [Sed exhibete uos Deo,]&c.]Exhortatur ad contrarium, ut scilicet exhibeamus nos Deo. Et primo quantum ad interiorem affectum, cum dicit, Sed exhibeatis uos Deo, ut scilicet mens uestra ei subdatur. Deut. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius? Et hoc facere debetis tanquam ex mortuis viuentes, i. tanquam reducti ad vitam gratiæ, de morte culpæ. Nam & ideo iustum est, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. 2. Cor. 5. Secundo quantum ad exteriorem actum: vnde dicit, [Exhibete mẽbra vestra Deo,] i. ad eius obsequium arma iustitiæ, i. instrumenta quædã ad iustitiã exequendã, quibus. s. pugnetis cõtra inimicos Dei. Ephes. vlt. Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Deinde cũ dicit, [Peccatũ. n. &c.] assignat rõnem admonitionis prædictæ. Posset. n. aliquis seipsum excusare, allegans peccati dominium per quod assereret se ab obseruatione admonitionis prædictæ impediri. Hoc ergo Apostolo primo excludit, dicens; [Peccatum. n. vobis non dominabitur,] s. si cepertis peccato resistere & vos Deo exhibere, sm illud Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quasi dicat, Ideo potestis ꝓdicta obseruare, quia non inuenitis peccatũ in uos dominari, per qđ retrahi possitis: sumus. n. liberati a Christo, sm illud Io. 8. Si filius uos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo manifestat quod dixerat, dicens; [Non. n. estis sub lege, sed sub gratia. [Vbi considerandum est, ꝙ non loquitur hic de lege solum, quantum ad cerimonialia, sed ẽt quantum ad moralia, sub qua quidem aliquis dr esse dupliciter. Vno modo quasi legis obseruantię voluntarie subiectus. Et hoc modo ẽt Christus fuit sub lege, sm illud Gal. 4. Factum sub lege: quia. s. legem obseruauit, non solum quantũ ad moralia, sed ẽt quantũ ad cerimonialia. Fideles autem Christi sunt quidẽ hoc modo sub lege, quantum ad moralia, non aũt quantum ad cerimonialia. Alio modo dr aliquis esse sub lege, quasi a lege coactus, & sic dr esse sub lege, qui non voluntarie ex amore, sed timore cogit legem obseruare. Talis aũt caret gratia, quæ si adesset, inclinaret voluntatem ad obseruantiam legis, vt ex amore moralia eius præcepta impleret. Sic igitur quãdiu aliquis sic est sub lege, vt non impleat voluntarie legẽ, peccatum in eo dominat, ex quo voluntas hoĩs inclinatur, vt velit id qđ est cõtra iustí legi, sed per gratiã tale dominium tollitur: vt. s. homo seruet legẽ, non quasi sub lege existens, sed sicut liber, Gala. 4. Non sumus ancillæ filij, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. Hãc aũt gratiã facientẽ homines libere legẽ implere, non cõferebant legalia sacra, sed conferunt eam sacra Christi. Et ideo illi, qui se cerimonijs legis subijciebant, quantum pertinet ad virtutem ipsorũ sacramentorum legalium, non erant sub gratia, sed sub lege, nisi forte per fidem Christi gratiam adipiscerentur. Illi vero qui se Sacramentis Christi subijciunt, ex eorum virtute gratiam cõsequuntur, vt non sint sub lege, sed sub gratia, nisi forte per suam culpam se subijciant seruituti peccati. Deinde cum dicit, [Quid ergo &c.] Mouet qõnem contra id quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo proponit qõnem. Secundo soluit eam ducendo ad inconueniens, ibi; [Absit. An nescitis, &c.] Tertio ostendit esse inconueniens id, ad quod duxerat, ibi; [Gratias ago Deo, &c.] Circa primum considerandũ est, ꝙ uerbum præmissum poterat male intelligi ab aliquibus, vt. s. fideles Christi nou sint sub lege, quantum ad debitũ obseruandi præcepta moralia, ex quo sequeretur ꝙ fidelibus Christi licitum esse peccare, s. contra præcepta moralia faciendo. Et ideo sub hoc sensu qõnem mouet, dicens; [Quid ergo dicemus?] Numquid peccabimus, s. contra præcepta moralia legis faciendo, quoniam dictum est quod non sumus sub lege, sed sub gratia? Et hunc sensum Apostolus improbat ad Gal. 5. dicẽs. Vos in libertatem vocati estis fratres mei, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Et ideo hic ẽt respondens, subdit; [Absit,] scilicet, vt peccemus, quia sumus a lege liberati: quia si peccaremus, sequeretur hoc inconueniens, ꝙ iterum redigeremur in seruitutem peccati. Et hoc est, quod dicit; [An nescitis, quoniam cui vos exhibetis propria voluntate seruos ad obediendum, sp̃tanee serui estis, cui obedistis. Obedire enim debitum est, quod seruidomini debent. Ephe. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Vnde cum aliquis obedit alicui, se seruum profitetur eius, obediendo. Diuersio tamen itipẽdio, diuersis dominis obeditur. Qui. n. obedit peccato, per seruitutem peccati ducitur in mortem. Et hoc est qđ dicit; [Siue peccati,] scilicet serui estis ei obediendo. Et hoc est in mortem, idest æternam damnationem præcipitandi: de qua dicitur Apoc. 2. In his mors secunda non habet locum. Qui vero obedit Deo, efficitur huius obedientiæ seruus: quia per assuetudinem obediendi, mens eius magis ac magis ad obediendum inclinat, & ex hoc iustitiã perficit. Et hoc est quod dicit; [Siue obeditionis,] scilicet diuinorum præceptorum, serui estis ad iustitiam implendam, secundum illud supra 2. Factores legis iustificabuntur. Et satis conuenienter obeditionem peccato opponit, eo quòd sicut Ambr. dicit, Peccatum est trãsgressio legis diuinæ, & ex lestium inobedientia mandatorũ.

Peccatum .n. vobis nõ dominabitur. Non. n. sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus qm nõ sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis qm cui exhibetis vos seruos ad obediẽdum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiã? Gratias autẽ Deo, quòd fuistis serui peccati; obedistis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

LECTIO IIII.

HVmanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut. n. exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cũ enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nũc erubescitis?

Deinde cum dicit; [Gratias autem Deo] ostendit hoc esse inconueniens, scilicet quòd obediendo peccato, iterum reducamur in seruitutem peccati. Primo quidem ratione accepta ex beneficio, qđ consecuti sumus. Si enim aliquis per gratiam alicuius, a seruitute liberatur, inconueniens est ꝙ se sponte seruituti subijciat seruituti: vnde cum nos per gratiam Dei simus liberati a peccato, inconueniens est, quòd iterum nos sponte retrudamus in seruitutem peccati. Secundo ex conditione in quam ducti sumus post libertatẽ peccati, vt scilicet simus serui iustitiæ. Non licet autem seruo alicuius, se contrarij domini seruituti subijcere: vnde nobis nõ licet ex quo sumus facti serui iustitiæ, iterum redire ad seruitutem peccati. Vtranque rationem Apostolus simul tangit, dicens; [Gratias ago Deo:] sic & vos gratias agere debetis, quod [Cum essetis serui peccati:] quia Qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Obedistis, s. credendo supra 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Et hoc non coacti, sed ex corde. infra 10. [Corde creditur ad iustitiam, [In eam formam doctrinæ,] idest in doctrinam catholicæ fidei. 2. Timo. 1. Formam habens sanorum verborum quæ a me audisti; [In quam traditi estis,] idest cui nos totaliter subdidistis 2. Cor. 8. Semetipsos dederunt primum Deo, deinde nobis per voluntatem Dei. Et per hoc liberati estis a peccato, & ita non conuenit quod in seruitutem peccati redeatis. Et serui facti estis iustitiæ, & ita non conuenit quod iustitiam deseratis 2. Corinth. 7. Pretio empti estis, & non estis uestri.

LECTIO IIII.

POstquam Apostolus ostendit ratione accepta ex beneficio diuino, quòd non est nobis in peccato permanendum, sed Deo seruiendum, hic ostendit idem, rõne accepta ex prioris vitæ consuetudine. Et circa hoc tria facit. Primo proponit suppositi documenti conditionem, quod subdit. Secundo ponit documenti expressionem, ibi; [Sicut. n. exhibuistis, &c.] Tertio documenti rationem assignat, ibi; [Cum. n. serui, &c.] Dicit primo, Monui, ꝙ exhibeatis vos Deo. Adhuc dico vobis quoddã humanum, i. congruens imbecillitati humanę. Sic. n. qñque homo accipitur in scriptura, prout. s. significat conditionẽ infirmitatis humanæ. Sap. 9. Homo infirmus & exigui temporis & minor ad intellectum iudicij & legum. 1. Corinth. 3. Cũ sit inter nos zelus & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Causam autem assignat, subdens, Propter infirmitatem, Perfectis. n. sunt perfectiora præcepta tradenda. 1. Corint. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Hebr. 5. Perfectorum est solidus cibus. Infirmioribus sunt danda leuiora præcepta. 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Hebr. 5. Facti estis quib. lac opus est. Hæc autem infirmitas non ex spiritu, sed ex carne venit, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, vt dr Sap. 9. Et ideo subditur [Carnis vestrę.] Mat. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Deinde cũ dicit; [Sicut. n. exhibuistis, &c.] ponit documentum quod dicit esse humanum, in quo docet corpus, esse æqualiter exhibendum ad seruiendum iustitiæ, secundum ꝙ nos exhibuimus ipsum ad seruiendum peccato. Et hoc est quòd dicit, Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire, scilicet per executionem mali operis, immunditiæ & iniquitati corde conceptæ, ut immunditia referatur ad peccata carnalia. Ephes. 5. Omnis fornicatio aut immunditia

munditia nec nominetur in vobis, &c. Iniquitas autem refertur ad peccata spiritualia, & præcipue quibus lædituꝛ proximus. Psa. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quibus in corde conceptis, membra seruiunt ad iniquitatem, scilicet opere exequẽdam. Et ponit iniquitatem hic pro immunditia & iniquitate, secũdum quod, omne peccatũ est iniquitas, infra 15. Et hoc inquantum discordat ab æquitate legis diuinæ [Ita nunc,] scilicet liberati a peccato [Exhibete mẽbra vestra,] scilicet ꝑ executionem bonorũ operatum [Seruire iustitię,] in lege diuina nobis propositæ: & hoc [In sanctificationem,] idest in executionem & augmentum sanctitatis. Apoc. vlt. Sanctus sanctificetur adhuc. Dicit autem hoc esse humanum, quia ſm rectũ iudicium exigeretur: vt homo multo plus seruiret iustitiæ, quam ante seruierit peccato. Bar. 4. Sicut fuit sensus vester, vt erraretis a Deo decies tantum, iterum conuertentes requiretis eum. Huius documẽti rationem consequenter assignat, dicens [Cum enim serui &c.] Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationem prædictorum. Secundo probat quod supposuerat, ibi [Stipendia peccati mors &c.] Ostendit autem rationem præmissorum, præferendo statum gratiæ statui culpæ. Si. n. plura nobis bona ex iustitia proueniunt quàm ex culpa, magis debemus insistere ad seruiendum iustitiæ, quam studuerimus ad seruiẽdum peccato. Primo ergo ponit conditionem, status peccati. Secundo conditionem status iustitiæ, ibi] Nunc vero liberati &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit conditionẽ peccati. Secundo effectum peccati, ibi [Quem ergo fructum &c.] Tertio finem, ibi [Nam finis illorum &c.] Circa primum considerandum est, quòd homo naturaliter est liberi arbitrij, propter rationem & voluntatem, quę cogi non potest, inclinari tñ ab aliquibus potest. Semper ergo homo, quantum ad arbitrium rationis, remanet liber a coactione, non tñ est liber ab inclinatione. Quãdoque. n. liberum arbitrium inclinatur ad bonum per habitũ gratię vel iustitiæ: & tunc habet seruitutẽ iustitiæ, & est libet a peccato. Quãdoque aũt arbitrium inclinatur ad malum per habitum peccati: & tunc habet seruitutem peccati, & libertatem iustitiæ. Seruitute quidem peccati, qua trahitur ad consentiendum peccato, cõtra iudicium rationis. Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et quantum ad hoc, dicit [Cum. n. serui essetis peccati.] Libertatem vero a iustitia, quantum ad hoc, quòd homo absque freno in stitiæ præcipitat se in peccatum. Et quantum ad hoc, dicit [Liberi fuistis iustitiæ.] Quod præcipue contingit his qui ex certo proposito peccant. Nam illi qui ex infirmitate vel passione peccant, aliquo freno iustitiæ retinentur, ut non videantur a iustitia omnino liberi. Hierem. 2. A sęculo fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti non seruiam. Iob. 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri, liberum se putat. Sciendum est tamẽ, ꝙ iste status habet veram seruitutem, libertatem autem non veram, sed apparentem. Cum enim homo sit, id quod est secundum rationem, tunc homo vere est seruus, quando ab aliquo extraneo abducitur ab eo quod est rationis. Sed quòd aliquis freno rationis non cohibeatur a sequela concupiscentię, est libertas quantum ad opinionem illius, qui summum bonum putat concupita sequi. Deinde cum dicit [Quem ergo fructum, &c.] Ostendit effectum peccati. Et vnum quidem effectum excludit, scilicet effectum fructuosum, cum dicit [Quem ergo fructum,] scilicet cum peccabatis in illis, scilicet peccatis. Sunt. n. infructuosa peccati opera, quia non adiuuãt hominẽ ad beatitudinem consequendã. Isa. 59. Opera eorum, opera inutilia. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Astruit autẽ effectum confusibilẽ, dicens [In quibus,] scilicet peccatis, id est de quibus [Nunc,] scilicet in statu pœnitentiæ [Erubescitis,] propter eorum turpitudinem. Hierem. 31. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum confusione, & erubui. Isa. 1. Erubescitis super hortis, scilicet uoluptaris, quos elegeratis. Deinde cum dicit [Nam finis &c.] Ponit finem peccati, dicens, Nam finis illorum, scilicet peccatorum mors est. Quę quidem & si non sit finis operantis peccatum, quia peccando non intendit mortem incurrere, est tamen finis ipsorum peccatorum, quia de se nata sunt, mortem inducere & tempoꝛalem: quia cum anima a se Deũ separat, dignum est, vt ab ea corpus suum separetur: & æternam, quia cũ aliquis ad tẽpus vult separari a Deo, propter concupiscentiam peccati, dignum est vt ab eo æternaliter separetur, quod est mors æterna: supra. 1. Qui

talia agunt, digni sunt morte. Deinde cum dicit; [Nunc vero, &c.] Ostendit qualitatem status iustitiæ. Et primo ponit conditionem status iustitiæ. Secundo effectum, ibi, [Habetis fructum uestrum, &c.] Tertio ponit finem, ibi, [Finem vero, &cæt.] Circa primum considerandum est, quòd sicut quandiu aliquis a peccato inclinatur ad malum, est liber a iustitia: ita cum aliquis ex habitu iustitiæ & gratiæ inclinatur ad bonum, est liber a peccato, vt scilicet ab eo non superetur vsque ad consensum. Vnde dicit. Nũc vero scilicet in statu iustitiæ, liberati a peccato. 10. 8. Si filius vos liberauerit, tunc uere liberi eritis. Similiter

CAPVT VII.

LECTIO I.

AN ignoratis fratres, sciẽtibus enim legẽ loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente uiro alligata est legi.

econtra, sicut in statu peccati est aliquis seruus peccati, cui obeditur: ita in statu iustitiæ est aliquis seruus Dei voluntate obediens, secundum illud Psal. 99. Seruite domino in lætitia. Et hoc est, quod subdit,] Serui autem facti Deo.] Psal. 115. O domine, quia ego seruus tuus, &c. Hæc autem vera est libertas & optima seruitus: quia per iustitiam homo inclinatur ad id, quod conuenit ipsi, quod est proprium hominis: & auertitur ab eo, quod conuenit concupiscẽtiæ, quod est maxime bestiale. Deinde cum dicit; [Habetis fructũ, &c.] Ponit effectum iustitiæ, dicens, Habetis fructum uestrum in sanctificatione, idest ipsa sanctificatio, hoc est, executio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, inquantum scilicet hoc, spiritualiter & sanete uos delectat. Eccl. 9. Flores mei fructus honoris & honestatis, &c. Galat. 5. Fructus spiritus est gaudium, pax, &cæt. Consequenter ponit finem, dicens, [Finem uero habetis, uitam æternam.] Quæ quidem est finis ipsorum iustorum, qui propter vitam æternam habendam, omnia operantur. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, &c. Et etiam ipsorum operum quæ cum ex obedientia Dei fiant, & ad Dei imitationem, vitam æternam merentur. Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & uitam æternam do eis. Deinde cum dicit. [Stipendia. n. peccati, &c. [Manifestat quod dixerat de finibus malorum & bonorum. Et primo quantum ad mala, dicit, Dictum est quòd finis peccatorum est mors: Stipendia enim peccati, mors. Dicuntur autem stipendia, mercedes militum, a stipe pendenda, i. ponderãda: quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccato res peccato militant, membra sua exhibentes arma peccato, ut supra dictum est, mors dicitur esse stipendium peccati, idest retributio quam retribuit sibi seruientibus. Et ex hoc manifestum est, quod mors sit finis peccatorum, non quem peccantes quærũt, sed eis retribuitur. Psal. 10. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quantum vero ad bona, dicit; [Gratia Dei uita æterna.] Quia enim dixerat iustos homines habere uitam æternam, quam certum est non posse haberi, nisi per gratiam: ideo hoc ipsum quod bona operamur, & quod opus nostrum est dignum uita æterna, est a gratia Dei. Vnde & in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit dominus. Sic igitur opera nostra, si considerentur in sui natura, & secundum quòd procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno uitam æternam, sed solum secundum, quòd procedunt ex gratia spiritus sancti. Vnde dicitur Ioan. quarto. Quod fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et hoc fit in Christo Iesu domino nostro, idest per Christum, uel inquantum in ipso sumus per fidem & charitatem. Io. sexto. Omnis qui videt filium, & credit in eum, habet vitam æternam.

LECTIO I.

POstquam Apostolus ostendit quod per gratiam Christi liberamur a peccato, hic ostendit, quòd per eandem gratiã Christi liberamur a seruitute legis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit propositum. Secundo excludit obiectionẽ, ibi; [Quid ergo dicemus? &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd per gratiam Christi liberamur a seruitute legis. Secundo ostendit utilitatem huius liberationis, ibi, [Vt fructificemus Deo, &c.] Circa primum tria facit. Primo proponit documentum, ex quo arguitur ad propositum ostendendum. Secundo manifestat ipsum, ibi; [Nam quæ sub uiro est, &c.] Tertio concludit, ibi;] Itaque fratres mei, &c.] Documentum autem proponit eis quasi notũ. Vnde dicit, An ignoratis fratres, quasi diceret, Hoc ignorare non debetis. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Et causam quare nõ debẽt ignorare, ostendit, subdens;] scientib. n. legẽ loquor.] Sed cum Romani,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mani, Gentiles essent, & legem Moysi ignotarent, videtur eis non competere quod hic dicitur. Et ideo quidam exposuerunt hoc de lege naturali, quæ Gentibus non erat incognita, secundum illud supra 2. Cum Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, &c. Vnde & subditur, [Quia lex in homine dominatur,]. s. naturalis.] Quanto tempore [scilicet uiuit lex in homine. Quæ quidem uiuit, quandiu ratio naturaliter efficaciter in homine viget. Moritur autem lex naturalis in homine, quãdiu ratio naturalis passionibus succumbit. Esa. 24. Dissipauerunt fœdus sempiternum, scilicet, legis naturalis. Sed hoc non uidetur esse secundum intentionem Apostoli, qui absolute & indeterminate de lege loqueus, semper loquitur de lege Moysi. Et ideo dicendum est, qd Romani fideles non erant solum Gentes, sed inter eos erant mulieres Iudææ. Vnde habetur Act. 18. Paulus Corinthi inuenit quendã Iudæum, nomine Aquilam, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma. Lex ergo hoc modo dominatur in homine, quãto tempore uiuit, .s. homo. Data est. n. lex ad dirigendum homines in uia huius uitæ, ſm Psal. 24. Legem statuit ei in uia quam elegit. Ideo legis obligatio morte soluitur. Deinde cum dicit; [Nam quæ sub uiro, &c.] Manifestat quod dixerat per exemplũ in lege matrimonij. Et primo ponit exemplum. Secundo manifestat per signum, ibi; [Ergo uiuente, &c.] Circa primum duo facit. Primo in exemplo ponit quomodo obligatio legis durat, uita durante dicens; [Nam mulier, quæ sub uiro, .i. sub uiri potestate est, ex lege diuina, quã dictum est Gen. 3. Sub uiri potestate eris; [Alligata est legi,]. s. qua tenetur conuiuere uiro, secundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et hæc quidem inseparabilitas matrimonij, præcipue causatur, inquantum est sacramentum coniunctionis indissolubilis Christi & ecclesiæ, uel uerbi & humanæ naturæ in persona Christi. Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, in Christo & Ecclesia, &c. Secundo ibi; [Si aũt mortuus, &c.] Manifestat in exemplo, qtiomodo obligatio legis soluitur post mortem, dicens; [Si autem uir,]scilicet mulieris, [Fuerit mortuus,] mulier post mortem uiri; [Soluta est a lege]mariti, .i. a lege matrimonij, qua obligabatur uiro. Cum. n. ut Aug. ait lib. de nuptijs & concupiscentia. lib. 1. c. 18. nuptiæ sint bona mortalium, non se extendit obligatio nuptiarum post uitam mortalem. Et pp hoc in resurrectione, qñ erit uita immortalis, neque nubent neque nubentur, ut dr Matt. 22. Ex quo patet, qꝺ si aliquis moriatur, & resurgat, sicut in Lazaro accidit, nõ erit uxor, quę fuerat, nisi de nouo cum ipso contrahat. Sed contra hoc inducitur quod habetur Heb. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Sed sciendum est, qꝺ mulieres non receperũt maritos suos, sed filios suos: sicut mulier quædam per Heliam, ut habetur 3. Reg. 17. Et alia per Helisæum, ut habetur 4. Reg. 4. Aliter aũt se hẽt in sacramentis quæ imprimunt characterem, qui est quædam consecratio animæ immortalis. Omnis autem consecratio manet, quandiu manet res consecrata: sicut patet in consecratione ecclesiæ uel altaris. Et ideo si baptizatus, uel confirmatus, uel ordinatus moriatur & resurgat, non debet iterum eadem sacramenta accipere. Deinde cum dicit, [Ergo uiuente, &c.]Manifestat quod dixerat, per signum. Et primo quantum ad obligationẽ matrimonij, quæ durat in muliere, uiuente uiro, cuius signũ est, qꝺ uocatur adultera si fuerit cum alio uiro, .s. ei carnaliter commista, uiuente uiro. Hier. 3. Si dimiserit uir uxorẽ suam, & recedens ab eo, duxerit uiũ alterum, nunquid non polluta & contaminata est mulier illa? Secundo, ibi; [Si aũt mortuus, &c.] Inducit signũ quantũ ad hoc, qꝺ obligatio legis matrimonij soluitur per mortẽ, dicens, qꝺ si uir eius, scilicet mulieris mortuus fuerit, liberata est mulier a lege uiri, qua obligatur uiro, ut non sit adultera si fuerit cum alio carnaliter ei commista, præsertim si ei matrimonialiter coniungatur. 1. Cor. 7. Si dormierit uir eius, scilicet mulieris liberata est: cui uult, nubat. Ex quo patet, quòd secundæ nuptiæ, uel tertiæ, uel quartæ, sunt secundum se licitæ, & non solum per dispensationem, vt uultetur dicere Chryso. qui super Matth. dicit, quod sicut Moyses permisit libellum repudij, ita Apostolus permisit secundas nuptias. Nulla est. n. ratio, si lex matrimonialis soluitur per mortem, quare non liceat coniugi remanenti ad secũda uota transire. Quod autem Apostolus dicit 1. Timot. 3. Quod oportet Episcopum esse unius uxoris uirum, nõ hoc dicitur, quia secundæ nuptiæ sint illicitæ: sed propter defectũ sacramenti, quia non esset unus unius, sicut Christus est sponsus unius ecclesiæ.

Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro. Itaque frattres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literę.

LECTIO II.

QVID ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum nõ cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscẽtiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccãs peccatum per mandatum.

Deinde cum dicit: [ita que frattres mei &c.] Concludit principale propositũ, dicens, [Itaque, &c.] ideſt ꝓ hoc, quod estis facti membra corporis Christi, simul cum eo mortui & sepulti, ut supra est habitum, mortificati estis legi, ideſt quantũ ad hoc ꝙ cessat in uobis obligatio legis, ita scilicet; [Vt iam sitis alterius,] scilicet Christi, cuius legi subiecti; [Qui ex mortuis resurrexit,]in quo & uos resurgentes nouam uitam assumpsistis. Et ita non lege prioris uitæ, sed lege nouæ uitæ tenemini obligari. Videtur autem esse dissimilitudo, quantũ ad hoc, quod in præcedenti exemplo uir moriebatur, & remanebat mulier absque obligatione legis. Hic autem ille qui soluitur ab obligatione, dicitur mori: sed si recte consideremus utrunque, est eiusdem rationis, quia cum matrimonium sit inter duos, sicut quædam relatio, non refert qui eorum moriatur ad hoc, quod tollatur lex matrimonij: vtrumlibet enim contingat, manifestum est, quod per mortem, qua commorimur Christo, cessat obligatio ueteris legis. Deinde cum dicit; [Vt fructificemus,] ostendit utilitatem prædictæ liberationis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit utilitatem, dicens, Vt fructificemus Deo. Per hoc enim, quod sumus facti membra Christi, in Christo manentes, possumus fructum boni operis facere ad bonorem Dei. Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum, &c. Secũdo ibi; [Cũ enim essemus,]ostendit ꝙ iste fructus impediabatur, quando eramus, sub seruitute legis, dicens, Cum essemus in carne, ideſt subditi concupiscentijs carnis. infra 8. Vos autem non estis in carne, sed in spũ. Passiones autem & affectiones peccatorum, quæ quidem erãt per legem uel augmentatæ occasionaliter, ut supra patuit; [Operabantur in membris nostris,] ideſt mouebant membra nostra. Iac. 4. Vnde bella & lites, nonne ex concupiscentijs? Et hinc, [Vt fructificarent morti,] .i. vt fructum facerent mortis. Iacob. 1. Peccatum cum consumatum fuerit, generat mortem. Tertio ibi; [Nunc autem soluti,]ostẽdit, quod prædicta utilitas acquiritur ab his qui sunt liberati a seruitute legis, dicens; Nunc autem soluti sumus per gratiam Christi, a lege mortis, .i. a seruitute legis Moysi, quæ dicitur lex mortis. Vel quia corporaliter occidebat absque misericordia. Heb. 10. Irritũ quis faciens legẽ Moysi, &c. Vel potius dicitur lex mortis, quia spiritualiter occidebat per occasionem, ſm illud 2. Cor. 3. Litera occidit, & c. In qua legenos tenebamur, quasi serui sub lege. Gal. 3. Prius aũt quã ueniret fides, sub lege custodiebamur. Ita scilicet sumus soluti; [Vt seruiamus in nouitate spũs,]in spiritu renouati per gratiam Christi. Ezech. 36. Dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri; [Non in uetustate literę, ideſt, non secundũ uetus legẽ. Vel non in uetustate peccati, quam litera legis auferre nõ potuit. Psal. 6. Inueterauit inter omnes inimicos meos.

LECTIO II.

POstquam Apostolus ostendit, qꝺ per gratiã Christi liberamur a seruitute legis, & qꝺ ista liberatio est utilis, hic ridet cuidã obiectioni, q̃ ex præmissis occasionẽ habet, per quã ꝙ lex uetus nõ sit bona. Et circa hoc duo facit. Primo soluit obiectionẽ, p quã uidetur legem, nõ esse bonã. Secũdo ostendit legem esse bonã, ibi, [Scimus. n. &c.] Circa primũ duo facit. Primo ponit obiectionẽ quantum ad ipsam legẽ. Secũdo soluit, ibi, [itaq; lex quidem sancta, &c.] Dicit ergo primo, dictum est, qꝺ passiones peccatorum erat per legem, & quod est lex mortis, quid ergo dicemus ex his sequi? Nunquid dicemus, quod lex est peccatum? Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo quod lex peccatum doceat, sicut dicitur Hier. 10. Leges populorum vanæ sunt: quia. s. vanitatem docent. Alio modo, vt lex dicatur peccatum, quia ille qui legem dedit, peccauerit, talem legem ferendo: & hæc duo inuicem sequuntur: quia si lex peccatum docet, legis lator legem ferendo peccat. Esa. 10. Væ qui condunt leges iniquas. Videtur autem quòd lex peccatum doceat, si passiones peccatorum sunt p legem, & si lex dicit ad mortem. Deinde cũ dicit; [Absit.]Soluit prædictam obiectionem. Circa quod sciendum est, qꝺ si lex per se & directe causaret passiones peccatorũ, vel mortem, sequeretur quòd lex esset peccatum altero modorũ dictorum, non autem si lex est occasio passionum peccati & mortis. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostendit quid lex per se facit. Secundo ostendit quid ex ea occasionaliter sequatur, ibi, [Occasione autem accepta, &c.] Circa primũ tria facit. Primo respõdet ad quæstionem, dicens; [Absit,]. s. quòd lex sit peccatum. Neque enim ipsa docet peccatum, secundum illud Psal. 18. Lex Domini immaculata, neque legislator peccauit, quasi iniustam legem ferens, secundum illud Prouerb. 8. Per me reges regnant &c. Secundo, ibi; [Sed peccatum, &c.] Ponit id quod per se pertinet ad legem. .s. notificare peccatum, & non auferre. Et hoc est, quod dicit: [Sed peccatum non cognoui, nisi per legem,]supra 3. Per legem enim Dei cognitio peccati. Et si quidem hoc intelligitur de lege naturali, manifestum est quod dicitur, quia per legem naturalem homo diiudicat inter bonum & malum. Eccles. 17. Sensu impleuit corda illorum, & bona & mala ostendit. Sed Apost. hic videtur loqui de lege ueteri, quam significauit supra, dicens; [Non in uetustate literæ.] Dicendũ est ergo, qꝺ sine lege poterat quidem peccatum cognosci, secundum qꝺ habet rationem inhonesti. .i. contra rationem existens: non autem secundum qꝺ importat offensam diuinam, quia per legem diuinitus datam manifestatur homini, qꝺ Deo displicent peccata humana in hoc, qꝺ ea prohibet, & mandat puniri. Tertio ibi; [Nam concupiscentiam &c.]Probat quod dixerat, dicens, Nam concupiscentiam nesciebam;]nisi lex diceret, Non cõcupisces.] Circa quod considerandum est qꝺ hoc quod dixerat, Peccatũ nõ cognosci, nisi per legem: posset aliquis referre ad ipsum actũ peccati, quem lex in notitiam hominis ducit dum prohibet, & hoc quidem est verum est quantum ad aliqua peccata. Dicitur enim Leui. 18. Mulier non succũbet iumento. Sed qꝺ hic non sit intellectus Apostoli, patet ex his quæ hic dicuntur. Nullus. n. est qui ipsum actum cõcupiscẽtiæ ignoret, cum oẽs ipsum experiãtur. Est ergo intelligẽdum, sicut supra diximus, quòd peccatũ nõ cognoscitur, nisi per legem, quãtum ad reatum pœnæ, & offensã Dei. Ideo autem hoc probat per concupiscentiam: quia concupiscentia prauæ communiter se hẽt ad oĩa peccata. Vnde Glossa dicit, & Aug. Hic elegit Apost. quod est generale peccatum, .s. concupiscentiam. Bona est ergo lex, quæ dum concupiscentias prohibet, oĩa mala prohibet. Põt autem intelligi, qꝺ concupiscentia sit generale peccatum, secundum quod sumitur pro concupiscẽtia rei illicitę, quæ est de essentia cuiuslibet peccati. Non aũt sic appellauit Aug. concupiscentiã, generale peccatum, sed quia est radix & causa oĩs peccati aliqua cõcupiscentia spãlis. Vnde & glossa dicit, qꝺ cõcupiscentia est generale peccatum, vnde omnia mala ueniunt. Inducit enim Apostolus præceptum legis, quod habetur Exo. 20. Vbi spãliter prohibetur, Non concupisces rem proximi tui, quæ est cõcupiscentia auaritię, de qua loquitur 1. Tim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Et hoc ideo, quia pecuniæ obediunt omnia, ut dicitur Eccl. 10. Et ideo concupiscentia, de qua hic loquitur, est generale malum, non communitate generis vel speciei, sed communitate causalitatis. Nec est cõtrariũ quod habetur Eccl. 10. Initium omnis peccati, superbia. Nam superbia est initium peccati ex parte auersionis. Cupiditas autem est principiũ peccatorũ ex parte cõuersionis ad bonũ cõmutabile. Põt aũt dici qꝺ Apost. spãliter assumit cõcupiscẽtiã ad propositi manifestationem: quia vult ostẽdere, qꝺ sine lege peccatũ nõ cognoscebat, inquãtum. .s. pertinet ad offensam Dei: & hoc maxime patet in hoc, qꝺ lex Dei prohibet cõcupiscentiã, q̃ ab hoĩe nõ prohibet. Nam solus Deus hoĩem reum reputat pp concupiscentiam condis, secundum illud 1. Reg. 16. Homines uident quę patent, Deus autem intuetur cor. Ideo autem lex Dei potius prohibuit cõcupiscẽtiam rei alienæ, q̃ furto auferatur, & uxoris alienæ, quæ per adulterium uiolatur, quàm concupiscentiam aliorum peccatorum, quia ista peccata etiam in ipsa concupiscentia habent quandam delectationem, quod non cõtingit de alijs peccatis. Deinde cum dicit [Occasione autem &c.]Ostendit quid ex lege occasionaliter consequatur. Et primo proponit, quod intendit. Secũdo manifestat propositum, ibi; [Sine lege &cæt.] Dicit ergo primo, quòd peccatum occasione accepta per mandatum, scilicet legis prohibentis peccatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Per peccatum autem potest hic intelligi diabolus secundum emphaticã locutionem, quia ipse est peccati initiũ. Et secundum hoc in homine operatur omnem concupiscentiam peccati. 1. Ioan. 3. Qui facit peccatũ, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Sed quia Apost. hic de diabolo mentionem non fecerat, potest dici, quòd peccatum actuale quodcũque, prout est cogitatione appetẽsum, operatę in hoĩe siu cõcupiscẽtiam: secũm illud Iac. 1. Vnusquisque tẽtatur a concupiscentia sua: deinde concupiscentia parit peccatum. Sed melius est, qꝺ hoc referamus ad peccatũ, quod sup. dixerat c. 5. p unum hoĩem in hũc mũdum ingressum. .s. ad peccatum originale, quod. s. ante gratiam Christi est in hoĩe secundum culpam & pœnam: sed ueniente gratia transit reatu, & remanet actu quantum ad fomitem peccati, uel concupiscentiã habitualem, q̃ operatę in hoĩe oẽm concupiscẽtiam actualẽ. Siue hoc referat ad concupiscentias diuersorũ peccatorum: talia. n. est cõcupiscentia furti, alia adulterij, & sic de alijs. Siue referatur ad diuersos concupiscentiæ gradus, prout consistit in cogitatione, delectatione, consensu, & opere. Sed ad hunc effectum in homine operandum, peccatum accipit occasionem ex lege. Et hoc est quod dicit. Occasione accepta. Vel qua adueniente mandato ad ditur ratio præuaricationis: quia vbi non est lex, nec præuaricatio, ut sup. 4. dictum est, vel quia creseit desiderium peccati prohibiti, rationibus supra positis. Et est notandum, quod nõ dicit, qꝺ lex dederit occasionem peccãdi, sed quia ipsum peccatũ occasionem acceperit ex lege. Ille. n. qui dat occasionem, scãdalizat, & per consequẽs peccat: quod quidem fit, qñ aliquis facit aliquod opus minus rectum, vnde proximus offendit̃ aut scãdalizat: puta si quis loca inhonesta frequẽtaret, licet non mala intentione. Vnde dr inf. 14. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratribus, uel scãdalum. Sed si quis rectũ opus faciat, puta si det elemosynam, & alius inde scãdalizatur, ipse nõ dat occasionẽ scãdalizandi, unde nec scãdalizat, nec peccat, sed alius accipit occasionẽ qui scãdalizat, & ille peccat. Sic igitur lex rectũ aliquid facit, quia peccatum prohibuit, unde occasionem non dedit peccandi, sed homo occasionem ex lege accepit, & pp hoc sequitur, qꝺ lex non sit peccatum, sed magis qꝺ peccatum sit ex parte hoĩs. Sic igitur intelligendum est, quod passiones peccatorũ q̃ pertinent ad cõcupiscentiam peccati, nõ sunt p legẽ, quasi lex illa operetur, sed peccatũ illas operatur, accepta occasione ex lege. Et eadem rõne dr lex mortis, non quia lex mortem operetur, sed quia peccatum mortem operat̃ occasione accepta ex lege. Põt autem eodẽ sensu litera aliter ordinari, vt dicatur quod peccatũ operatum est per mandatum legis oẽm concupiscentiam, & hoc occasione accepta ab ipso mandato. Sed prima expositio simplicior & melior est. Deinde cum dicit [Sine lege enim,]manifestat quod dixerat, & hoc per experiẽtiam effectus. Et primo proponit effectum. Secundo resumit causam, ibi: [Nã peccatum &c.]Circa primũ tria facit. Primo describit statum ante legẽ. Secũdo statum sub lege, ibi. [Sed cũ uenisset, &c. Tertio ex cõparatione utriusque status cõcludit eũdem legis, ibi.]Et inuẽtum est mihi &c. [Dicit ergo primo quod]Peccatũ occasione accepta per mãdatũ, operatũ est in me oẽm concupiscentiã, [quod ex hoc apparet. Sine lege. n. peccatũ erat mortuũ, non quidem sic qꝺ peccatũ nõ esset, qa per unum hominem peccatum in hanc mundum intrauit sine legem: ut sup. 5. dictum est. Sed intelligitur quod erat mortuũ uel quantum ad cognitionem hominis, qui quædam lege prohibita nesciebat esse peccata, puta cõcupiscẽtiã: vel quia erat mortuum quantũ ad efficaciam moriẽdi, per comparationẽ ad id, quod postea fuit: non. n. habebat tantam uirtutem inducendi hominẽ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortem, quantam postea habuit occasione accepta sub lege. Haberur enim quasi mortuum, quod est debilitatum virtute. Col. 3. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram. Talis ergo erat status ante legem, quantum ad peccatum. Sed qualis esset quantum ad hominem ostendit, subdens [Ego autem uiuebam sine lege aliquando.] Quod etiam dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad id, quod homini uidebatur ex seipso, q̃ uiueret, dum ignoraret peccatum esse id, per quod mortuus erat. Apoc. 3. Nomen habes quòd uiuas, Sed mortuus es. Vel hoc dicitur per comparationem ad mortem, quæ consecuta est occasione legis. Dicuntur, minus peccãtes uiuere, in comparatione ad eos q̃ magis peccãt.

Deinde cum dicit [Sed cum uenisset &c.] Describit status sub lege. Et primo quantum ad peccatũ, cum dicit [Sed cum uenisset mandatum.] Data. s. lege [Reuixit peccatũ.] Quod põt dupliciter intelligi. Vno modo, quantum ad cognitionem hoĩs, qui incepit cognoscere peccatum in se esse, q̃ prius non cognouerat. Hier. 31. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meũ, confusus sum, & erubui. Et signanter dixit [Reuixit, quia in paradiso plenã notitiam hõ habuerat de peccato, licet non habuerit per experientiam. Vel [Reuixit,] quãtum ad virtutẽ, quia data lege, occasionaliter augmentata est virtus peccati. 1. Cor. 15. Virtus peccati, lex. Sedo, quantum ad ipsum hoĩem, cum dicit [Ego aũt mortuus sum.] Quod ẽt dupliciter põt intelligi. Vno modo ẽm cognitionẽ, vt sit sensus [Mortuus sum]. i. cognoui me mortuũ. Alio modo per cõparationem ad statũ priorẽ, vt sit sensus [Mortuus fuum]. i. magis morti obligatus sum, quã ante. Vnde aliqualiter uerũ est, qđ dictũ est Moysi & Aaron. Nu. 16. Vos interfecistis populũ dñi. Deinde cũ dicit [Et inuentum &c.] Concludit ex cõparatione vtriusq; status eũdem legis, dicẽs [Et inuentus est,] ẽm p̃dicta, [Mandatũ quod erat ad vitã.] Primo quidem, ẽm intentionẽ datris legem. Sedo, quantum ad ipsam mandati honestatem, & deuotionem obedientis. Ezec. 20. Dedi eis præcepta bona & iudicia, quæ faciens hõ, viuet in eis; [Hoc est mihi ad mortẽ,] occasionaliter. s. per peccatum quod in hoĩe erat. Iob. 20. Panis eius in utero eius ueretur in fel aspidum intrinsecus &c. Deinde cum dicit. [Nã pctm &c.] Resumit cãm, quasi manifestans per euentum præmissum, dicens, hoc hõ contingit. s. q̃ peccatum præmissum quod erat ad vitam, inueniretur ad mortem esse. Nã [peccatum occasione accepta per mandatũ, seduxit me]. s. per eõ cupiscentiam, quã in me operatũ est, vt dictum est Dan. 13. Species decepit te, & cõcupiscentia subuertit cor tuũ: & per illud. s. mandatum, occasionaliter peccatum me occidit. 2. Cor. 3. Litera occidit. Dein de cũ dicit [Itaque &c.] Cõcludit cõclusionẽ intẽtã. s. q̃ lex nõ solum nũ sit peccatum, sed viterius quòd sit bona, tanquã faciens cognoscere peccatum, & prohibens ipsum. Et primo cõcludit quantum ad totam legem, dicens. Sicut ex præmissis patet; [Lex quidem est sancta.] Ps. 18. Lex domini immaculata. 1. Tim. 1. Scimus quia bona est lex. Secundo, quantum ad particulare legis mandatum, dicens [Et mandatum legis] est sanctum, quantum ad præcepta cærimonialia, quibus hoĩes ordinantur ad Dei cultũ. Leu. 20. Sãcti estote, quia ego sanctus sum; [Et iustũ,] quantum ad præcepta iudicialia, quibus homo debito modo ordinatur ad proximum. Ps. 18. Iudicia dñi vera, iustificata &c. [Et bonum]. i. honestum, quantum ad præcepta moralia. Ps. 118. Bonum est mihi lex oris tui super millia &c. Quia tñ ista præcepta ordinant nos in Deum, hõ totam legem sanctã nominauit. Deinde cum dicit [Quod ergo bonum est &c.] Mouet qõnẽ quãtum ad legis effectum. Et primo qõnem, dicens; [Quod ergo bonũ est]. s. m se [Factum est mihi mors]. i. per se cã mortis. Quod quidem aliquis posset falsò intelligere ex eo, quod supra dictũ est: Inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitã, hoc esse ad mortem. Sedo soluit per interẽptionẽ, dicens [Absit.] Nõ põt id, quod est ẽm se bonũ & viuificũ, esse cã mali & mortis, ẽm illud Matt. 7. Nõ põt arbor bona fructus malos facere. Tertio ibi [Sed peccatũ &c.] Concordat id quod nunc dr̃, cũ eo quod supra dictũ est. Nõ. n. mandatum fic inuentũr esse ad mortẽ, q̃ ipsum mortẽ operetur, sed quia occasione accepta ab ipso peccato mortẽ operatur. Et hoc est quod dicit [Sed peccatum, vt appareat pctm] .i. ex hoc apparet esse pctm per legis bonũ. i. per mãdatũ legis: quia ex hoc ipso bonum est, quod facit cognitionem peccati. Et hoc occasionaliter, inquantum manifestat peccatum. Non autem sic intelligitur peccatum per legẽ operatum esse mortem, quasi sine lege mors non fuisset [dictum est eñ supra, q̃ regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysem, s. cum lex non esset] sed intelligitur, q̃ peccatum per legem operatur mortem, quia damnatio mortis

LECTIO III.

SCIMVS enim quòd lex spiritualis est. Ego autem carnalis sũ, venũdatus sub peccato. Quod. n. operor, nõ intelligo. Nõ. n. quod volo bonũ, hoc ago, sed quod odi malum, illud

LECTIO II.

POstquam Apostolus exclusit illa, ex quibus lex videbatur esse mala & mali effectus, hic probat legem esse bonam. Et circa hoc duo facit. Primo probat bonitatem legis ex ipsa repugnãtia, quæ in homine inuenitur ad bonum, quam lex tollere non põt. Secundo, ostendit per quod huiusmodi legis repugnantia tolli põt, ibi; [Infelix, &c.] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi, [Quod enim operor, &c.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi; [Inuenio igitur, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit legis bonitatem. Sedo hominis conditionem, ibi; [Ego aũt, &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, quòd lex est sancta. Et hoc dixit [Scimus, n.] nos q̃ sumus in diuinis sapientes; [Quod lex.]. s. vetus. [Spiritualis est.] .s. spiritu hominis concordans. Psal. . Lex dñi immaculata. Vel spiritualis est, i. a Spiritusancto data, qui digitus Dei dr̃ in scripturis. Lucæ 11. Si in digito Dei eicio dæmonia. vnde dr̃ Exo. 31. Dedit dñs Moysi duas tabulas lapideas, scriptas digito Dei. Lex tñ noua, non fuit dr̃ lex spiritualis, sed lex spiritus, vt patet infra 8. Quia nõ solum a Spiritusancto est, sed Spiritusanctus eam imprimit cordi quod inhabitat. Deinde cum dicit; [Ego autem carnalis sum, &c.] Ostendit conditionem hominis, & põt hoc verbum dupliciter exponi. Vno qđẽ modo. vt Apost. loquat in persona hominis in peccato existentis. Et ita hoc Aug. exponit in lib. 83. Quæstionum. Postea vero in lib. contra Iulianum exponit hoc, vt Apost. intelligatur loqui in pſona ſua; i. hoĩs sub gratia constituti. Prosequamur ergo declarãdo qualiter hæc verba, & sequentia, diuersimode possunt vtroque modo exponi, quãtus scũa expositio melior sit. Qã ergo dr̃ primo: [Ego aũt, &c.] Sic intelligendum est, vt ly Ego pro tõne hoĩs intelligatur, quæ est principale in hoĩe: vnde vt vnusquisque hõ esse sua ratio, vel finis intellectus, sicut ciuitas vt esse rector ciuitatis, ita ut quod ille facit, ciuitas facere videatur. Dr̃ aũt homo carnalis, qa eius hõ carnalis est, quæ dicitur carnalis dupliciter. Vno modo ex eo q̃ subditur carni, cõsentiens his, ad quæ caro insligat, ẽm illud. 1. Cor. 3. Cũ sit inter uos zelus & cõtẽtio, nõne carnales estis? &c. Et hoc modo intelligitur de homine nondum p gratiã reparato. Alio modo dr̃ hõ esse carnalis, ex eo quòd a carne impugnatur, ẽm illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et hoc mõ intelligit esse carnalis rõ, et hoĩs sub gra cõstituti: vtraq; .n. carnalitas prouenit ex peccato. vnde subdit; [Venundatus sub pctõ.]

Sed tñ notandum, quòd carnalitas, quæ importat rebellionẽ carnis ad spiritum, prouenit ex peccato primi parentis: qa hoc pertinet ad fomitem, cuius corruptio ex illo peccato deriuatur. Carnalitas autem quæ importat subiectionem ad carnem prouenit non solum ex peccato originali, sed etiam actuali, per quod homo obediendo concupiscentijs carnis, seruum se carnis constituit: vnde subdit. Venundatus sub peccato. s. vel primi parentis, vel proprio. Et dicit. Venundatus, quia peccator seipsum vendit in seruum peccati, pretio propriæ voluntatis implendæ. Esa. 50. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Deinde cum dicit; [Quod enim operor, &c.] Ostendit quod proposuerat. Et primo, q̃ lex sit spiritualis. Secundo, q̃ homo sit carnalis, venundatus sub peccato, ibi; [Nunc aũt iam non ego, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit probationẽ. Secundo inducit conclusionem, ibi; [Si autẽ quod nolo, &c.] Sumitur autem probatio ex hominis infirmitate, quam primo proponit. Secundo adducit probationem, ibi; [Non autem &cet.] Infirmitas autem hominis est manifesta, & ex hoc q̃ operatur id, quod intelligit non esse operandum, vnde dicitur, [Quod enim operor, non intelligo,] .s. esse operandum. Quod quidẽ põt intelligi dupliciter. Vno modo de eo, qui est subiectus peccato, q̃ qdem in uniuersali intelligit non esse operãdum peccatum; tamen victus suggestione dæmonis, vel passione, vel inclinatione peruersi habitus, operatur illud. Et ideo dicitur operari quod intelligit non esse operandum, contra conscientiam faciens: sicut Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, digne plagis vapulabit multis. Alio modo potest intelligi de eo, qui est in gratia constitutus, qui quidem operatur malum, non quidem exequendo in opere, vel consentiendo

sentiente

sentiente mente, sed solum concupiscendo ẽm passionem sensibilis appetitus, & illa concupiscentia est præter rationem & intellectum, quia præuenit eius iudicium, quo adueniente, talis operatio impeditur. Et ideo signanter non dicit. Intelligo non esse faciendum, sed non intelligo: quia. s. intellectu nondũ deliberato, aut ꝑcipiente, talis operatio concupiscentiæ insurgit. Gal. 5. Caro cõ cupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Deinde cum dicit; [Non. n. quod volo &c.] Probat quod dixerat, & p diuisionem, & per effectum. Per diuisionem eius, q̃ dixit; [Quod. n. operor &c.] Sub quo duo continentur, .s. non agere bonum & agere malum: quia ẽt ille qui non agit bonum, dr̃ operari peccatum, peccato omissionis. Ex parte autẽ eius q̃ dixit; [Non intelligo,] probat per effectum, quia. n. intellectus mouet voluntatem, velle est effectus eius quod est intelligere. Dicit ergo primo quantum ad omissionem boni; [Non. n. ago hoc quod,] qđ volo agere. Quod quidem vno modo põt intelligi de homine sub peccato constituto: & sic hoc q̃ dicit; [Ago,] est accipiendum ẽm actionem completam, quæ exterius opere exercetur per rõnis consensum. Quòd aũt dicit; [Volo,] est intelligendum, non quidem de voluntate completa, quæ est operis præceptiua, sed de voluntate quadam incompleta, qua homines in vniuersali bonũ volunt, sicut in uniuersali habent rectum iudicium de bono, tñ per habitum vel passionem peruersam peruertitur hoc iudicium, & depranatur talis voluntas in particulari, ut non agat qđ in vniuersali intelligit agendum, & agere vellet. Secundum aũt q̃ intelligitur de homine per gratiam reparato, econuerso oportet intelligere per hoc q̃ dicit; [Volo,] voluntate completa perdurante in electione particularis operationis, ut per hoc q̃ dicit; [Ago,] intelligatur actio incompleta, quæ consistit tñ in appetitu sensitiuo, nõ peruenies usq; ad rõnis cõsensum. Homo. n. sub gratia constitutus, vult quidem mentem suam a prauis concupiscentijs conseruare, sed hoc bonũ non agit pp motus inordinatos concupiscentiæ, insurgentes in appetitu sensitiuo. Et simile est qđ dicit Gal. 5. Vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Secundo quantum ad perpetrationem mali, subdit; [Sed quod odi malum, illud facio:] qđ quidem si intelligatur de hoĩe peccatore, p hoc q̃ dicit, [Odi,] intelligatur quoddam odium imperfectũ, ẽm q̃ oĩs homo naturaliter odit malũ. Per hoc aũt q̃ dicit; [Facio,] intelligatur actio perfecta per operis executionem ẽm rõnis consensum. Nam illud odium mali in uniuersali, tollitur in particulari eligibili per inclinationem habitus, uel passionis. Si uero intelligitur de hoĩe sub gratia constituto, per hoc q̃ dicit; [Facio,] intelligitur econuerso actio imperfecta, quæ consistit in sola concupiscentia appetitus sensitiui. Per hoc q̃ dicit, [Odio,] intelligitur odium perfectum quo quis perseuerat in detestationem mali, vsq; ad finalem reprobationem ipsius, de quo dicitur in Psal. 138. Perfecto odio oderam illos, s. malos inquantum sunt peccatores. 2. Machab. 3. Cum leges adhuc optimæ custodirentur propter Oniæ pontificis pietatem, & alios odio habentes malum.

Deinde cum dicit; [Si aũt quod nolo, &c.] Concludit ex præmissa dispositione hoĩs, q̃ lex sit bona, dicens: [Si aũt quod nolo. illud facio:] quocunq; dictorum modorum intelligatur hoc ipso, q̃ nolo malum; [Consentio legi, qm̃ bona est,] in hoc q̃ prohibet malũ, quod ego naturaliter nolo. Manifestum est. n. q̃ inclinatio hoĩs ẽm rõnem ad uolendũ bonum & fugiendũ malũ, est ẽm naturã uel gratiã, & utraq; est bona. Vnde & lex, quæ huic inclinationi consentit præcipiendo bonum & prohibendo malũ eadẽ rõne est bona. Prou. 4. Donum bonũ tribuã uobis, legẽ meam ne derelinquatis, &c. Deinde cum dicit; [Nunc aũt ego, &c.] Probat quod dixerat de conditione hoĩs, .s. q̃ sit carnalis uenundatus sub peccato. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; [Scio. n. &c.] Tertio concludit intentum, ibi; [Si aũt quod nolo, &c.] Quòd aũt homo carnalis uenundatus sub peccato, quasi aliqualiter sit seruus peccati, ex hoc apparet, q̃ ipse non agit, sed agitur a peccato. Ille. n. qui est liber, ipse per seipsum agit, & non ab alio agitur. Et ideo dicit. Dictum est quod per intellectum & uoluntatem; [Consentio legi:] nunc aũt dum cõtra legem facio; [Ego iã non operor,] illud quod facio contra legem, sed peccatum, [Quod in me habitat,] & sic paret me esse seruum peccati, inquantum peccatum in me, quasi dominium habens, operatur. Et hoc quidẽ recte ac faciliter põt intelligi de homine sub gratia constitito: q̃ enim concupiscit malum ẽm appetitum sensitiuum ad carnem pertinentem, non procedit ex opere rationis, sed ex inclinatione fomitis. Illud autem homo dicitur operari quod ratio operatur, quia homo est id, qđ est ẽm rationem: unde motus concupiscentiæ qui non sunt a ratione, sed a fomite, non operatur homo: sed fomes peccati, qui hic peccatũ nominatur. Iacob. 4. Vnde bella & lites in uobis? Nonne ex concupiscẽtijs uestris, quæ militant in membris uestris? Sed de homine sub peccato constituto, hoc ꝑprie intelligi non põt, quia eius ratio peccato consentit. Et ideo, ipsemet operatur: unde dicit Auguſt. & habetur in gl. Multum fallitur homo, qui consentiens est concupiscentiæ carnis suæ: & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, non ego operor illud. Potest tñ, licet extorte, exponi ẽt de homine peccatore. Actio. n. maxime attribuitur principali agenti, quod ẽm proprietatem suam mouet: non aũt agenti, quod mouet, vel agit ẽm proprietatem alterius a quo mouetur. Manifestũ est autem, q̃ ratio hominis, secundum illud quod est proprium sibi, non inclinatur ad malum, sed secundum q̃ mouetur a concupiscentia. Et ideo operatio mali quà ratio facit, prout est à concupiscentia uicta, nõ attribuitur principaliter rõni, quæ hic per hominem intelligitur, sed potius ipsi concupiscentiæ, uel habitui, ex quo ratio inclinatur ad malum. Dicitur autem peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed designatur permanẽtia huiusmodi defectus in homine. Deinde cum dicit [Scio enim,] probat, quod peccatum habitans in homine, operatur malum quod homo facit. Et primo ponit medium ad probandum propositum. Secundo illud medium manifestat, ibi; [Nam uelle &c.] Probat ergo primo, quod peccatũ habitans in homine, operetur malum quod homo facit, quæ quidẽ probatio manifesta est ẽm quod uerba referuntur ad hominem sub gratia constitutum, qui est liberatus a peccato per gratiã Christi, ut supra 6. habitum est. Quantum ergo ad eum in quo Christi gratia non habitat, nondum est liberatus a peccato. In carne autem, gratia Christi non habitat, sed habitat in mente: vnde infra 8. dicitur, quòd si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uiuit propter iustificationẽ. Igitur adhuc in carne dominatur peccatum, quod operatur concupiscentia carnis. Carnem. n. hic accipit simul cum uiribus sensitiuis. Sic enim caro distinguitur contra spiritum, & ei repugnat inquantum appetitus sensitiuus tendit in contrarium eius, quod ratio appetit, secundum illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Dicit ergo, Dictum est, [Quod in me,] etiam per gratiã reparato; [Peccatum operatur,] sed intelligendum est in me secundum carnem simul cum appetitu sensitiuo. Scio enim per rationẽ & experimentum, quod [Bonum]. s. gratiæ, quo reformatus sum; [Non habitat in me. Sed ne intelligatur secundum rationem, secundum modum superius positum exponit; [Hoc est in carne mea.] Nam in me. i. in corde meo, hoc bonum habitat, secundum illud Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Et per hoc patet quod hoc uerbum non patrocinatur Manicheis qui volunt carnem non esse bonam secundum naturam, & ita non esse creaturam Dei bonam, cum scriptum sit. 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est. Non enim hic Apostolus agit de bono naturæ, sed de bono gratiæ, quo a peccato liberamur. Si uero hoc referatur ad hominem sub peccato existentem, superflue additur quod dicit [Hoc est in carne mea,] quia in homine peccatore, bonũ gratiæ non habitat, nec quantum ad carnem, nec quantum ad mentem, nisi forte quis extorte uelit exponere hoc esse dictum, quia peccatum quod est priuatio gratiæ, quodammodo a carne derivatur ad mentem. Deinde cum dicit [Nam uelle &c. Manifestat qđ dixerat. Et primo ex hominis facultate. Secundo ex hominis actione, quæ facultatẽ demonstrat, ibi; [Non enim quod uolo &c.] Facultas autem hominis primo describitur quantum ad uoluntatem, quę uidetur in homnis esse potestate: unde dicit [Nam uelle adiacet mihi]. i. propinquũ est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil. n. est tam in hominis uoluntate constitutum, quã hominis uoluntas, ut Aug. dicit. Secundo ponit facultatem hominis; uel potius difficultatem, quantum ad consummationem effectus, cum subdit; [Perficere autem bonum non inuenio]. s. in mea potestate existens. ẽm illud Prou. 16. Hominis est præparare animum. Et iterũ, Cor hoĩs disponit uitam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hoc autem uerbum patrocinari uidetur Pelagianis, qui dicebant, q̃ initium boni operis, est ex nobis, inquantum bonum volumus. Et hoc est quod uidetur Apostolus dicere. Perficere

Dc lib. arb. lib. 3. c. 3.

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem bonum non inuenio. Sed hunc sensum excludit Apostolus Philip. 2. dicens, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Quod ergo dicit [Velle adiacet mihi], s. per gratiã iã reparato, est ex operatione diuinæ gratiæ, per quam quidẽ gratiam non solũ volo bonum, sed & aliquid boni facio, quia repugno concupiscentiæ, & contra eam agoductus spũ: sed non inuenio in mea potestate quo illud bonum perficiam, ut. s. totaliter concupiscentiã excludã. Et per hoc manifestatur, q̃ bonum gratiæ non habitat in carne: quia si in carne habitaret, sicut habeo facultatem volẽdi bonum per gratiam habitantem in mente, ita haberem facultatẽ perficiendi bonum per gratiã habitantem in carne. Si uero referatur ad hoiem sub peccato constitutum, sic exponi poterit, vt velle, accipiatur pro uoluntate incompleta, quæ ex instinctu naturæ in quibuscunq; peccantibus est ad bonum, sed illud velle adiacet homini. Non tñ hoiem iacet, quasi infirmũ, nisi gratia uoluntati tribuat efficaciam ad perficiendum. Deinde cum dicit [Non. n. quod volo &c.] Manifestat, qd dixerat ex actione hominis, quæ est signum & effectus facultatis humanæ. Ex hoc. n. apparet, q̃ homo non inuenit perficere bonum, quia non agit bonum qd vult, sed facit malum quod non vult, & hoc quidem supra expositum est. Deinde cum dicit [Si aũt quod nolo &c.] Concludit illud qd supra proposuerat, dicens. Si aũt qd nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. & hoc ut supra expositum est. Sed notandũ est, q̃ ex uno & eodẽ medio. s. qd nolo illud facio, Apostolus duo cõcludit quæ supra posuerat, i. legis bonitatem cum dicit. [Si autem qd nolo, illud facio, consentio legi Dei, q̃n bona est.] Et iterum dnium peccati in homine cũ dicit hic, [Si aũt qd nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ, quarũ duarum conclusionum, prima pertinet ad hoc q̃ dixerat, Lex spũalis est: secunda ad hoc q̃ dixerat. Ego aũt carnalis sum, venundatus sub peccato. Sed primam conclusionem, quæ est de bonitate legis, elicit ex illo medio rõne eius qd dicit, Nolo, quia eius ratio nõ vult illud quod lex prohibet, & ex hoc patet legem esse bonã: sed ex parte eius quod dicit, illud facio, concludit in homine dominari peccatum, quod contra uoluntatem rationis cogatur.

LECTIO IIII.

POstquam Apostolus ostendit legẽ esse bonã ex eo, q̃ rõni cõcordat, hic infert duas cõclusiones ẽm duo quæ posuerat secunda ponit, ibi [Video aũt legem &c. Circa primũ duo facit. Primo infert conclusionẽ ex dictis. Secũdo ponit signum ad maiorẽ manifestationẽ, ibi [Cõdelector &c.] Duo aũt supra posuerat. Primũ quidẽ, q̃ lex spũalis est, quo iam probato. concludit sic [Innemo igit.] .i. per experimentum, legẽ Moysi consonã esse [Mihi uolenti facere bonum] .i. rõni meæ, p quã bonũ approbo, & malum detestor, dũ & ipsa lex bonũ mandat, & malum prohiber. Deute. 30. Iuxta te est uerbũ valde in ore tuo, & in corde tuo, vt fa cias illud. Et hoc mõ necessariũ fuit, q̃. i. [quia malũ]. i. pctm uel fomes peccati mihi adiacet. i. iuxta rõnẽ meã iacet, quasi carnẽ meã inhabitãs. Mich. 7. Ab ea q̃ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. idest a carne. Deinde cũ dicit [Condelector. n. &c.] Ponit signũ, p qd ostenditur, q̃ lex rõni consentiat. Nullus. n. delectatur, nisi in eo qd est sibi conueniens. Hõ aũt ẽm rõnem delectat in lege Dei, ergo lex Dei est cõueniens rõni: & hoc est q̃ dicit [Condelector legi Dei ẽm interiorẽ hoiem]. i. ẽm rõnem & mentẽ, quæ interior hõ dr, non q̃ aĩa si effigiata ẽm formã hois, vt Tertullianus posuit, vel q̃ ipsa sola sit hõ, vt Plato posuit, q̃ hõ est anima mens corpore: sed quia id quod est principalis in homine, dr homo, ut supra dictum est. Est autem in homine principalis secundum apparentia quidem, id quod est exterius. s. corpus, sic effigiatum, quod dicitur homo exterior; secundum ueritatem autem id, quod est intrinsecum. s. mens vel ratio, quæ hic dicitur homo interior, Psal. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. 1. Mach. 12. Habẽtes solatio libros sanctos, qui in manibus nostris sunt.

Deinde cum dicit [Video aũt &c.] Ponit aliã conclusionem q̃ rñdet ei, quod supra secundo posuerat, dicens [Ego autem carnalis sum &c.] Dicens [Video aliã legem in mẽbris meis,] q̃ est fomes peccati, quæ quidem potest dici lex duplici rõne. Vno modo pp similes effectus, quia sicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes inducit ad peccandum: alio modo per comparationem ad causam. Cum autem fomes sit quædam pœna peccati, duplicẽ causam hẽt. Vnam quidem ipsum peccatum, quod in peccante F dñium accepit, & ei legẽ imposuit, quæ est fomes, sicut dñs seruo victo legẽ imposuit. Alia cũ fomitis est Deus, qui hanc pœnã homini peccanti indidit, ut rõni eius inferiores uires non obedirent. Et ẽm hoc, ipsa inobedientia inferiorum virium, quæ dr fomes, lex dr inquantum est per legẽ diuinæ institiæ introducta, sicut iusti iudicis ĩnia quæ legem hẽr, ẽm illud 1. Reg. 30. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & pfinitum, & quasi lex in Israel vsq; ad diem hanc. Hæc aũt lex, ori ginaliter quidem constitit in appetitu sensitiuo, sed diffusiue inuenitur in omnib. mẽbris, quæ deseruiunt

G

concupiscentiæ ad peccãdum. supra 6. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, &c. Et ideo dicit, In mẽbris meis. Hæc aũt lex duos effectus in hoie hẽt. Primo namque resistit rõni, & quantum ad hoc dicit, [Repugnantem legi mentis meæ,] .i. legi Moysi, quæ dicitur lex mentis, inquantum consonat menti, uel legi naturali, quæ dicitur lex mentis, quia naturaliter menti indita est. supra secundo. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et de hac repugnantia dicitur Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Secundus effectus est, q̃ hominem in seruitutem redigit. Et quantum ad hoc subdit; [Et captiuantem me,] [vel captiuũ me dicentẽ, ẽm aliam literam; [In lege peccati, quæ est in membris meis.]. i. in meipso, more Hebraicæ locutionis, ẽm quã ponuntur nomĩa loco pronominum. Lex aũt peccati captiuat hoiem dupliciter. Vno mõ hoiem peccatorẽ per consensũ & operationẽ. Alio modo hoiem sub gratia cõstitutum, quãtum ad concupiscentiæ motum. De hac captiuitate dr in Ps. 125. In cõuertẽdo dñs captiuitatẽ Sion. Deinde cũ dicit; [Infelix ego homo, &c.] Agit de liberatione a lege peccati, & tria circa hoc facit. Primo quidem ponit q̃nem. Secundo ponit responsionẽ, ibi, Gratia Dei, &c. Tertio infert conclusionẽ, ibi: [Igitur ego ipse, &c.] Circa primum duo facit. Vnum quidem confitetur, s. suam miseriã, cum dicit: [Infelix ego hõ,] q̃d quidem est per peccatum quod in hoie habitat, sine quantũ ad carnẽ tñ, sicut in iusto: sine ẽt quantũ ad mẽtem, sicut in peccatore. Prou. 14. Miseros facit populos peccatum. Ps. 37. Miser factus sum, & curuatus sum usq; in finẽ. Aliud aũt quærit dicens: [Quis me liberabit de corpore mortis huius?] Quæ quidẽ vẽ q̃ esse desiderantis, ẽm illud Psal. 141. Educ de carcere aĩam meam. Sciendum est tñ, q̃ in corpore hois considerari põt natura ipsa corporis, q̃ est conueniens aĩæ, unde ab ea non vult separari. 2. Cor. 5. Nolumus exspoliari, sed supervestiri. Et iterũ corruptio corporis, quæ aggrauat aĩam, ẽm illud Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat aĩam, &c. Et ideo signanter dicit: [De corpore mortis huius.] Deinde cum dicit: [Gratia Dei, &c.] Rñder q̃ni. Non. n. hõ proprijs uiribus põt liberari a corporis corruptione, nec ẽt aĩæ, quamuis consentiat rõni contra peccatum, sed solum per gratiam Christi, ẽm illud Io. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Et ideo sequitur: Gratia Dei.] s. me liberauit; quæ datur: [Per Iesum Christũ] Io. 1. Gratia & veritas p Iesum Christũ facta est. Hæc aũt liberat a corpore mortis huius dupliciter. Vno modo, ut corruptio corporis menti non dominetur, trahens eam ad peccandum. Alio modo, ut corruptio corporis totaliter tollatur. Quantum ergo ad primũ, conuenit dicere peccatori, Gratia liberauit me: [De corpore mortis huius.] .i. liberauit me a peccato, in quo est aĩa inducta ex corporis corruptione, sed ad hoc iam iustus liberatus est, unde ei cõpetit dicere quantum ad ẽm; Gratia Dei liberauit me de corpore mortis huius, ut scilicet in corpore meo nõ sit corruptio peccati, aut mortis, quod erit in resurrectione. Deinde cum dicit; [Igitur ego ipse, &c.] Infert conclusionẽ, quę ẽm duas præmissas expositiones, diuersimode ex præmissis infertur: ẽm. n. quod præmissa uerba intelligantur ex persona iusti, sic est inferendum: [Gratia Dei per Iesum Christum,] liberauit me: [De corpore mortis huius:] ita. s. ut in me non sit corruptio peccati & mortis. Igitur: [Ego ipse] vnus & idem antequã liberer: [Mente seruio legi Dei,] ei consentiens: [Carne autem seruio legi peccati,] inquantum caro mea secundum legem carnis mouetur ad concupiscendum.

LECTIO

LECTIÓ PRIMA.

POstquam Apostolus ostendit, q̃ per gratiam Christi liberamur a peccato & lege, hic ostendit, q̃ per eandem gratiam liberamur a damnatione. Et primo ostendit, q̃ per gratiam Christi liberamur a damnatione culpæ. Secundo, q̃ per eandem gratiã liberamur a damnatione pœnæ, ibi; [Si autem Christus, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo probat propositum, ibi: [Lex enim spiritus vitæ, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit beneficiũ, quod gratia confert, concludens ex præmissis, ita. Gratia Dei per Iesum Christum liberauit me de corpore mortis huius, in qua existit nostra redemptio: ergo nunc, ex quo sumus per gratiam liberati, nihil damnationis est residuum: quia & tollitur damnatio quantũ ad culpam, & quantum ad pœnam. Iob. 34. Ipso concedente pacem, quis est qui condemnet? Secundo ostendit quib. hoc beneficium cõcedatur, & ponit duas conditiones, quæ ad hoc requiruntur; quarũ primam ponit, dicens, [His qui sunt in Christo Iesu,] .i. qui sunt ei incorporati per fidẽ & dilectionẽ, & fidei sacramentum. Gal. 3. Omnes, quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Io. 15. Sicut palmes nõ potest ferre fructum, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Illis vero qui nõ sunt in Christo Iesu, damnatio debetur. Vnde ibidem subditur: Si quis in me uon manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardebit. Secundã conditionẽ ponit, dicens; [Qui non ẽm carnẽ ambulant,] .i. concupiscentiã carnis non sequuntur. 2. Cor. 10. In carne ambulantes, nõ ẽm carnẽ militamus. Ex his aũt verbis aliqui volunt accipere, q̃ infidelib. qui non sunt in Christo Iesu, etiã primi motus sint peccata mortalia, quãtis eis non cõsentiant, q̃ est ẽm carnẽ ambulare. Si. n. illi qui nõ ẽm carnem ambulant, ex hoc non eis damnabile est, q̃ carne seruiũt legi peccati ẽm primos concupiscentię motus, quia sunt in Christo Iesu, sequi. a cõtrario sensu, q̃ illis q̃ nõ sunt in Christo Iesu, hoc sit damnabile. Ad hoc ẽt rationem inducunt Dicunt. n. q̃ necesse est actum damnabilẽ esse qui procedit ex habitu damnabilis peccati. Peccatum autẽ originale est damnabile, quia priuat hominẽ æterna vita, cuius habitus manet in infideli, cui non est originalis culpa dimissa. Quilibet ergo motus concupiscentiæ ex originali peccato proueniens, est in eis peccatũ damnabile. Primo aũt ostẽdendum est hãc positionẽ esse falsam. Primus. n. motus habet, q̃ non sit peccatum mortale, ex eo, q̃ rationẽ non attingit, in qua cõsistit ratio peccati. Ista autẽ causa ẽt in infidelibus manet: vnde in infidelibus primi motus non pñt esse peccata mortalia. Præterea in eadẽ specie peccati, grauius peccat fidelis, quã infidelis ẽm illud Heb. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, &c. Si ergo primi motus in infidelib. essent peccata mortalia, multomagis in fidelib. Secundo, respondendum est ad eorũ rationes. Nam primo quidem ex litera Apostoli, hoc habere non possunt. Non. n. dicit Apostolus, q̃ hoc solũ nõ sit damnabile his qui sunt in Christo Iesu, q̃ carnẽ seruiunt legi peccati secundum concupiscentiæ motus, sed quòd omnino nihil est eis damnationis. Illis autem qui non sunt in Christo Iesu, est hoc ipsum damnabile. Præterea, si hoc ad primos motus referat, his qui nõ sunt in Christo Iesu, sunt damnabiles huiusmodi motus, secundum damnationem originalis peccati, quæ adhuc in eis manet, a qua sunt liberati hi, qui sunt in Christo Iesu. Non autem sic, quod per huiusmodi motus noua addatur eis damnatio. Quod etiam secundo obijciunt, non ex necessitate concludit quod intendunt. Non enim verum est, q̃ actus quilibet procedens ex habitu peccati damnabilis, sit etiam & ipse damnabilis, sed solum quando est actus perfectus per consensum rationis. Si. n, in aliquo sit habitus adulteri, motus concupiscentiæ adulterij, qui est actus imperfectus, nõ est in eo peccatum mortale, sed solum motus perfectus qui est per consensum rationis. Et præterea, actus ex tali habitu procedens, non habet aliã rationem damnationis ab ea, quæ est ẽm rationem habitus. Et secundum hoc primi motus in infidelibus ex eo, quod procedunt a peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, sed solũ originalis. Deinde cum dicit; [Lex &c.] probat quod dixerat. Et primo quantum ad primam conditionẽ, qua dixerat, nihil esse damnationis his qui sunt in Christo Iesu. Secundo quantum ad secundam conditionem, qua dixerat; Qui non secundum carnem ambulant, ibi; Qui non secundum carnem ambulantes &c. Circa primum duo facit. Primo ponit probationem. Secundo manifestat quod suppositum per causam, ibi [Nam q̃ impossibile erat legi &c.] Circa primũ ponit talem rationem. Lex spiritus liberat hominẽ a peccato & morte, sed lex spiritus est in Iesu Christo, ergo per hoc q̃ aliquis est in Christo Iesu liberatur a peccato & morte. quòd autẽ lex spiritus liberet a peccato, & morte, sic probat. Lex spiritus est causa vitæ, sed per vitã excluditur peccatum, & mors, quæ est effectus peccati. Nã & ipsum peccatum est spiritualis mors animæ. ergo lex spiritus liberat hominẽ a peccato & morte. Damnatio autem nõ est nisi peccatum & mortem: ergo his qui sunt in Christo Iesu, nihil damnationis existit. hoc est ergo q̃ dicit [Lex. n. spiritus &c.] Quæ quidem lex potest dici vno modo spiritus sanctus, vt sit sensus. Lex spiritus, i. lex quę est spiritus. lex. n. ad hoc datur vt per eam homines inducantur ad bonum, vnde & Philosoph. in 2. Ethic. dicit, q̃ intentio legislatoris est ciues facere bonos, q̃ qui dem lex humana facit, solum notificãdo quid fieri debeat: sed spiritus sanctus mẽtem inhabitans, non solum docet quid oporteat fieri intellectum illuminando de agẽdis, sed ẽt affectum inclinat ad recte agendum. Io. 14. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quantum ad primum: & suggeret vobis omnia, quantum ad secundum: quęcũque dixero vobis. Alio modo lex spiritus potest dici proprius effectus spiritus sancti, s. fides per dilectionẽ operans, quæ quidem & docet interius de agendis, secundum illud inf. 1. Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus: & inclinat affectum ad agendum, secundũ illud 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Et hæc quidem lex spiritus, dicitur lex noua, quæ vel est ipse spiritus sanctus, uel eam in cordibus nostris spiritus sanctus facit. Hier. 31. Dabo legem meã in visceribus eorum, & in corde eorum superscribam eam. De lege autem veteri supra dixit solum, quod erat spiritualis, i. a spiritu sancto data. Et sic prædicta considerantes, inuenimus quatuor leges ab Apostolo esse inductas. Primo legem Moysi, de qua dicit; Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Secũdo legem fomitis, de qua dicit: Video aliam legem in membris meis. Tertio legem naturalem ẽm vnum sensum, de qua subdit; Repugnantem legi mentis meæ. Quarto tradit legem nouam, cum dicit [Lex spiritus.] & addit [Vitæ,] quia sicut spiritus naturalis facit vitam naturæ, sic spiritus diuinus facit vitam gratiæ. Io. 6. Spiritus est qui viuificat. Ezec. 1. Spiritus vitæ erat in rotis. Addit autem [In Christo Iesu, quia, quamuis ante spiritus non datur, nisi his qui sunt in Christo Iesu. Sicut. n. spiritus naturalis non peruenit ad membrum, quod non habet connexionem ad caput, ita spiritus sanctus non peruenit ad hominem; qui non est capiti Christo iunctus. 1. Io. 3. In hoc scimus, q̃ ipse manet in nobis, q̃ a de spiritu suo ipse dedit nobis. Act. 5. Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnib. obedictib. sibi. Hæc inquã lex, ex eo q̃ est in Christo Iesu; [Liberauit me.] Io. 8. Si filius uos liberauerit, vere liberi eritis. Et hoc [A lege peccati] .i. a lege fomitis, q̃ inclinat ad peccatũ, vel [A lege peccati] .i. a cõsensu & operatione peccati, q̃ hoiem tenet ligatum p̃ modũ legis. Per spiritum. n. sanctũ remittitur peccatum. Io. 20. Accipite spiritũ sanctum, quorũ remiseritis peccata remittuntur eis, [Et mortis,] nõ solum spiritualis, sed ẽt corporalis, vt in fra ꝓbabitur. Et hoc ideo, quia est spiritus vitæ. Ezec. 37. A quatuor uentis ueni spiritus, & insufla super interfectos istos, & reuiuiscãt. Deinde cum dicit [Nam q̃ impossibile &c.] Manifestat q̃ dixerat, s. q̃ lex vitæ quæ est in Christo Iesu, liberat a peccato. Nam quod liberet a morte, infra probabit. Et hoc probat per causam, quæ sumitur ex incarnatione Christi. Circa quam tria ponit. Primo necessitatem incarnationis. Secundo modum incarnationis, ibi [Deus filium suum &c. Tertio incarnationis fructũ, ibi. [Et de peccato &c.] Et ut planior fiat expositio, accipiemus primo secundum, secundo tertium, tertio primum, hoc modo. Recte dico quod [Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberat a peccato.] Nam Deus, pater [Filium suum] .i. proprium substantialem sibi & coæternum. Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. [Mittens, non de nouo creans vel faciens, sed quasi præexistentem misit. Matth. 21. Nouissime misit ad eos filium suum, nõ qui dem vt esset vbi non erat, quia ut dicitur Io. 1. In mundo erat, sed ut esset modo quo non erat in mundo, idest uisibiliter per carnem assumptam, vnde ibidem sequitur, Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius. Bar. 3. Post hoc in terris visus est. Et ideo hic subditur In similitudinẽ carnis peccati: [quod nõ est sic intelligẽdũ. quasi ueram carnem non habuerit, sed solũ carnis similitudi-

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem quasi phantasticam, sicut Manichei dicunt, cū ipse dominus dicat Luc. vlt. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vnde non subdit solum [in similitudinē carnis,] sed [In similitudinem carnis peccati.] Non. n. habuit carnē peccati, i. cum peccato conceptam, quia caro eius fuit concepta p spiritū sanctū, qui tollit peccatum, Matt. 1. Quod. n. in ea natū est, de spiritu sancto est. Vnde Ps. 25. dicit Ego in innocentia mea ingressus sum. s. mundū: habuit similitudinem carnis peccati. i. similem carni peccatrici in hoc, q erat passibilis. nā caro hominis ante peccatum, passioni subiecta non erat. Hebr. 2. Debuit, per omnia fratrib. assimilari, vt misericors fieret. Subdit autem duplicem effectum incarnationis, quorū primus est remotio peccati, quam ponit, dicens, [De peccato damnauit peccatum in carne.] Quod quidē potest legi de peccato. i. pro peccato commisso in carne Christi, diabolo instigante ab occisoribus eius. [Damnauit] idest destruxit peccatum: quia cū diabolus innocentem, in quo nihil iuris habebat, attēctauit morti tradere, iustum fuit vt potestatem amitteret. Et ideo per suam passionem & mortem dicitur peccatum destruxisse. Col. 2. Expoliās, s. in cruce, principatus & potestates. Sed melius est vt dicat, Damnauit peccatum in carne, [idest debilitauit fomitem peccati in carne nostra. [De peccato,]idest ex virtute passionis suæ & mortis, quæ dicitur peccatum propter similitudinem peccati, vt dictum est: vel quia p hoc factus est hostia pro peccato, quæ in sacra Scriptura dicitur peccatum, Osee 4. Peccata populi mei comedēt. vnde dicit 2. Cor. 6. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis Deus fecit peccatū, id est hostiam pro peccato. Et ita satisfaciendo pro nostro peccato, abstulit peccatum mundi. Io. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Secundum effectum ponit cōsequenter, dicens, [Vt iustificatio legis:] idest iustitia quam lex promittebat, & quam ex lege aliqui sperabant: [Impleretur,] idest perficeretur, [In nobis,] existentibus, scilicet in Christo Iesu, inf. nono. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam quæ est ex fide. Et 2. Corinth. 5. cum dixisset, Eum qui non nouerat peccatum, Deus pro nobis fecit peccatum subdit [Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.] Hoc aliter fieri non poterat, quàm per Christum, & ideo præmisit, quod scilicet damnare potest peccatum in carne, & implere iustificationem, quod erat impossibile legi Moysi. Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et hoc quidem erat legi impossibile, non propter defectum legis, [Sed in quo,] idest inquantum; [Infirmabatur per carnem,] idest propter infirmitatem carnis, quæ erat in homine ex corruptione fomitis, ex qua proueniebat, quòd etiam lege data, homo a concupiscentia vincebatur. Matthei 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et supra 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Et ex hoc patet, quod necesse fuit Christum incarnari. vnde & Galat. secundo dicitur, Si per legem est iustitia, Christus gratis mortuus est, ideſt sine causa. Ideo ergo necessarium fuit Christum incarnari. quia lex iustificare non poterat. Deinde cum dicit [Qui non secundum carnem &c.] Probat propositum quantum ad secundam conditionem ostendens quòd ad hoc, quòd aliqui damnationem euadant, requiritur, quod non secundum carnem ambulent. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; [Qui enim secundū carnem &c.] Tertio manifestat quoddam, quod in probatione supposuerat, ibi. [Quoniā sapientia &c.] Dicit ergo primo: dictum est, quòd iustificatio legis impletur in nobis, qui scilicet nō solum sumus in Christo Iesu sed etiam non ambulamus ſm carnem, sed secundum spiritum, ideſt qui non sequimur cōcupiscentias carnis, sed instinctum spiritus sancti. Galat. quinto. Spiritu ambulate. Deinde cum dicit [Qui enim secundum carnem, &c.] Probat quod dixerat, & inducit duos syllogismo, vnum quidem ex parte carnis, qui est talis. Quicunque sequuntur prudentiam carnis, ducuntur ad mortem: sed quicunque sunt secundum carnem, sequūtur prudentiam carnis. ergo quicunque sunt secundum carnem, ducuntur ad mortem. Alium syllogismum ponit ex parte spiritus, qui est talis. Quicunque sequuntur prudentiam spiritus, consequuntur vitam & pacem: sed quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur prudentiam spiritus. ergo quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur vitam & pacem. Et sic patet, quod illi qui non ambulant secundum carnem, sed secūndum spiritum, liberantur a legē peccati & mortis. Primo ergo ponit minorem primi syllogismi, dicens; [Qui enim secundum carnem,] id est qui carni subduntur quasi ei subiecti Rom. 16. Huiusmodi domino non seruiunt, sed suo ventri; [Sapiunt ea quæ sunt carnis,] ac si dicat, habent sapientiā carnis. Sapere. n. q̄ sunt carnis, est approbare, & iudicare bona esse, quę sunt ſm carnem. Matt. 16. Non sapis quę Dei sunt, sed quæ hominis Hier. 4. Sapientes sunt vt faciāt mala. Sed o, ponit minorem secundi syllogismi, dicens: [Qui vero sunt ſm spiritū, id est qui Spiritum sanctum sequūtur, & ſm eum ducuntur, ſm illud Galat. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege; [Sentiunt ea quæ sunt spiritus,] ideſt qui habent rectum sensum in rebus spiritualibus, secundum illud Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Et horū ratio est, quia sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. Qualis est vnusquisque, talis finis videtur ei. Vnde ille, cuius est animus informatus per habitum bonum vel malum, existimat de fide ſm exigentiam illius habitus. Tertio ponit maiorem primi syllogismi, dicens; [Nam prudentia carnis &c.] Ad cuius intellectum oportet scire, q prudētia est recta ratio agibilium, ut dicit Philosophus. 6. Ethic. Recta aūt ratio agendorum, vnū præsupponit, & tria facit. Præsupponit. n. finē qui est sicut principium in agendis: sicut & ratio speculativa præsupponit principia, ex quibus demonstrat. Facit autem recta ratio agibilium tria. Nam primo recte cōsiliatur. Secūdo, recte iudicat de cōsiliatis. Tertio, recte, & constanter præcipit quod consiliatū est. Sic ergo ad prudentiam carnis requiritur, q aliquis præsupponat pro fine delectabile carnis, & quòd consilietur, & iudicet, & præcipiat ea, quæ conueniunt ad hunc finem. vnde talis prudentia; [Est mors.] id est causa mortis æternæ. Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Quarto, ponit maiorē secundi syllogismi, dicens, [Prudentia aūt spiritus vita & pax.] Dicitur autē ſm prædicta, prudentia spiritus, q̄ſ aliquis præsupposito fine spirituali boni, consiliatur & iudicat, & præcipit, quæ ordinantur conuenienter ad hunc finem. Vnde talis prudentia est; [Vita,] id est causa vitæ gratiæ, & gloriæ Gal. vlt. Qui seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam. & est [Pax.] s. causa pacis. nam pax causatur a Spiritu sancto. Psal. 118. Pax multa diligētibus legem tuam domine. Galat. 5. Fructus spiritus charitas, gaudium, & pax.

cato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis implerē tur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui vero secūdum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autē spiritus, vita & pax.

LECTIO II.

QVoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuū est propter peccatum, spiritus vero uiuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus, non carni vt secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

SVpposuerat Apostolus in precedentib. q prudētia carnis mors est: & hoc quidē nunc probare intendit. Et primo probat ꝓpositum. Secūdo, ondit fideles quib. scribit, a tali prudentia esse alienos, ibi: [Vos aūt, &c.] Circa primū duo facit. Primo propositū ꝓbat de prudentia carnis in abstracto. Secundo id q̄ de prudentia carnis dixerat, adaptat eis, q prudentiā carnis sequūtur, ibi; [Qui autē in carnē, &c.] Circa primū ponit tria media quorū posterius ꝓbat prius. Per primū aūt probat id q̄ supra positū est, s. q̄ prudētia carnis sit mors, hoc modo: Qui inimicatur Deo, incurrit mortē. Luc. 19. Veruntamē inimicos illos, q noluerunt me regnare sibi pra ſe, adducite hue & interficite ante me. Et hoc quia Deus vita nostra est. Deut. 3. Ipse est. n. vita tua. Et ideo ille qui inimicatur Deo, incurrit mortem: sed [Prudentia carnis inimica est Deo:] ergo prudentia carnis est causa mortis. Vbi notandū est, q̄ id q̄ supra dixerat prudentiam carnis, nunc nominat carnis sapientiam, non q̄ idem sit sapientia simpliciter & prudentia, sed quia in rebus humanis est prudentia. Prouerb. 10. Sapientia est viro prudentia. Ad cuius intellectum sciendum, quod sapiens simpliciter dicitur, qui cognoscit causam altissimam, ex qua omnia dependent. Causa autem suprema simpliciter omnium Deus est. Vnde sapientia simpliciter est cognitio diuinarum rerum, ut Aug. dicit in lib. de trinitate. 1. Cor. 3. sapientiam loquimur inter perfectos. Dicitur autem sapiens in unoquoque genere, qui cognoscit altissimam causam illius generis: sicut in arte ædificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna & lapides, sed & ille qui concipit & disponit cōuenientē formā domus: ex hoc. n. totum artificiū dependet, vñ & Apostolus dicit. 1. Cor. 3. Vt sapiēs architectus fundamentum posui. Sic igitur sapiens in rebus humanis dicitur, qui bonam æstimationem habens de fine humanæ uitæ, secundum hoc ordinat totam humanam vitam, quod pertinet ad prudentiam. Et ita sapientia carnis est idem, quòd carnis prudentia. De hac sapientia dicitur Iac. 3. Non est de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Dicitur autem hæc sapientia, Deo inimica, quia contra legē Dei hominē inclinat. Iob. 15. Currit aduersus Deū collo erecto, & pingui ceruice. Et ideo ad hoc probandū inducit aliud medium, subdēs [Legi enim Dei non est subiecta. Nō. n. potest aliquis Deum odire, secundum quod in se est, cum Deus sit ipsa essentia bonitatis: sed secundum hoc aliquis peccator Deum odit, quod præceptum diuinæ legis est contrarium suæ voluntati. sicut adulter odit Deum, inquantum odit hoc præceptum, Non mœchaberis. Et sic omnes peccatores, inquantum nolunt subijci legi Dei, sunt inimici Dei. 2. Paralip. 19. His qui oderunt Deum, amicitia iungeris.

Vnde conuenienter probat, quòd prudentia, vel sapientia carnis sit inimica Deo, quia non est subiecta legi Dei. Probat autem hoc per tertium medium, dicens [Nec. n. potest.] Prudentia. n. carnis vitium est quoddam, vt ex prædictis patet: quanquam autem ille qui subiectus est uitio, possit liberari a vitio, & subijci Deo, secundum illud supra. 6. Liberati a peccato serui facti Deo: tamen ipsum uitium Deo subijci non potest, cum ipsum uitium sit auersio a Deo, uel a lege Dei: sicut ille qui est niger, potest fieri albus, sed ipsa nigredo nunquam potest fieri alba. Et secundum hoc dicitur Matt. 7. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Ex quo patet, q̄ non recte Manichæi ad confirmationem sui erroris hæc uerba assumunt, uolentes per hęc uerba ostendere naturam carnis non esse a Deo, cum sit inimica Deo, nec possit Deo subijci. Non enim agit Apostolus hic de carne ista, quæ est creatura Dei, sed de prudentia carnis, quę est uitiū hominis, ut dictum est.

Deinde cum dicit [Qui autem in carne &c.] adaptat, quod dixerat de prudentia carnis, ad homines, quibus prudentia carnis dominatur, dicens [Qui autem in carne sunt] id est, qui concupiscentias carnis sequuntur per prudentiam carnis, quandiu tales sunt [Deo placere non possunt,] quia ut in Psalm. 146. dicitur: Bene placitum est Deo super timentes eum. Vnde illi qui ei nō subijciuntur, non possunt ei placere, quandiu tales sunt. Possunt autē desinere esse in carne secundum modum prædictum, & tunc Deo placebunt.

Deinde cum dicit [Vos autem &c.] ostendit eos, quibus loquitur, esse immunes a prudētia carnis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit fidelium statum, dicens [Vos autem non estis in carne,] & sic patet, non esse intelligendum de carnis natura. Romani. n. quibus loquebatur, mortales erant carne induti. Sed carnem accipit pro uitijs carnis, ſm illud 1. Corin. 6. Caro & sanguis regnū Dei non possidebunt. Vnde dicit [Vos non estis in carne,] i. non estis in uitijs carnis, quasi secundum carnem uiuentes. 2. Corin. 10. In carne uiuentes, nō secundum carnem militamus [Sed in spiritu,] id est, spiritum sequimini. Apoc. 1. Fui in spiritu dominica die. Secundo apponit conditionem, dicens [Si tamen spiritus Dei habitat in uobis,] scilicet per charitatem. 1. Cor. 3. Templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis. Apponit autem hanc conditionē, quia quamuis in baptismo spiritum sanctum receperint, potuisset tamen contingere, quòd per peccatum superueniens spiritū sanctum amisissent. de quo dicitur Sap. 1. quod corripitur a superueniente iniquitate. Tertio ostendit conditionem hanc oportere in eis extare, dicens [Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.] sicut non est membrum corporis, quod per spiritum corporis non uiuificatur: ita non est membrum Christi, qui spiritum Christi nou habet. 1. Ioan. 4. In hoc scimus, quoniam manet in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Est autem notandum, quòd idem est spiritus Christi, & Dei patris, sed dicitur Dei patris, inquantum a patre procedit: dicitur spiritus Christi, inquantum procedit a filio. Vnde etiam dominus vbique attribuit eum simul sibi & patri, sicut Ioan. 14. Paraclitus Spiritus sanctus, quē mittet Pater in nomine meo. Item cum uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis a patre, &c.

Deinde cum dicit [Si autem Christus, &cæt.] ostendit, quòd per gratiam Christi, siue per Spiritum sanctum, liberamur a pœna. Et primo ostendit, quòd liberamur per Spiritum sanctum in futuro a morte corporali. Secundo, quod interim in hac uita adiuamur a Spiritu sancto, contra infirmitates præsentis vitę, ibi; [Similiter autem &c.] Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ex hoc infert quoddam corrollarium, ibi; [Ergo fratres, &c.] Tertio probat propositum, ibi; [Quæcunque enim &c.] Circa primum considerandum est, quòd supra mentionem fecerat de spiritu Dei, & de spiritu Christi, quamuis sit unus & idem spiritus. Primo ergo ostendit quid consequamur ex spiritu ex hoc, quòd est Christi. Secundo, ostendit quid consequamur ex eo, in quantum est spiritus Dei patris, ibi; [Quod si spiritus eius, &c.] Dicit ergo, Dictum est, quòd si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: vnde cum vos sitis Christi, spiritum Christi habetis, & ipsum Christum in vobis habitantē per fidem, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in corpibus vestris. Si autem Christus sic in vobis est, oportet uos Christo esse conformes. Christus autem sic uenit in mundum, vt quantum ad spiritum esset plenus gratia & ueritate: & tamen quantum ad corpus, habet similitudinem carnis peccati, ut supra dictum est. Vnde & hoc oportet esse in vobis, quòd [Corpus quidem] vestrum; [Propter peccatum,] quod adhuc manet in carne vestra; [Mortuum est,] ideſt, necessitati mortis addictum, sicut Genes. 2. dicitur, Quacunq; die comederitis, morte moriemini, ideſt, necessitati mortis addicti eritis; [Spiritus vero viuit,] qui iam reuocatus est a peccato, secundum illud Ephe. 4. ¡Renouamini spiritu mentis vestræ: uiuit vita gratiæ; [Propter iustificationem,] per quam iustificatur a Deo. Gala. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. supra 1. Iustus ex fide viuit.

Deinde cum dicit; [Quod si spiritus &c.] ostendit quid consequamur in Spiritu sancto, inquantum est spiritus patris, dicens; [Quod si habitat in uobis spiritus eius, scilicet Dei patris, qui suscitauit Iesum Christū a mortuis in Psalmo, Tu autem domine miſere mei, & resuscita me. Act. 3. Hunc Deus suscitauit, &c. Et tamen ipse Christus propria uirtute resurrexit, quia eadem est virtus patris & filij, consequens est, quòd id, quod Deus pater fecit in Christo, faciat etiam in nobis. Et hoc est quod subdit, [Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra.] Non dicit, mortua, sed mortalia: quia in resurrectione non solum a corporibus uestris auferetur, quòd sint mortua, id est, necessitatem mortis habentia, sed etiam quòd sint mortalia, ideſt potentia mori, quale fuit corpus Adam ante peccatum. Nam post resurrectionem, corpora nostra erunt penitus immortalia. Isa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent, &c. Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies. Et hoc [Propter inhabitantem spiritum eius in nobis,] ideſt, in uirtute Spiritus sancti in nobis habitantis. Ezechiel 37. Hæc dicit dominus Deus ossibus his. Ecce ego intromittam in uobis spiritum, & uiuetis. Et hoc; [Propter inhabitantem spiritum,] ideſt, propter dignitatem, quam corpora nostra habent, eo quòd fuerunt receptacula Spiritus sancti. 1. Corinth. 6. Nescitis, quòd membra uestra templum sunt Spiritus sancti? Illi uero quorum membra non fuerunt templum spiritus, resurgent, sed habebunt corpora passibilia.

Deinde cum dicit; [Ergo debitores, &c.] cōcludit corrollarium ex dictis. Et primo ponit conclusionem. Secundo rationem assignat, ibi; [Si enim &c.] Dicit ergo primo, Dictum est, quòd per Spiritum sanctum multa bona nobis proueniunt, & quòd ex prudentia carnis sequitur mors. ergo debitores sumus Spiritui sancto propter beneficia ab eo recepta, ut uiuamus secundum spiritum, & non secundum carnem. Gal. 5. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.

Deinde cum dicit; [Si enim secundum carnem,] assignat rationem conclusionis præmissæ. Et primo quantum ad carnem, dicens; [Si enim secundum carnem uixeritis,] scilicet sequendo concupiscentias carnis; [Moriemini,] scilicet morte culpæ in præsenti, & morte damnationis in futuro. 1. Timoth. 5. [Quæ in delitijs uiuens, mortua est. Secundo assignat rationem quantum ad spiritum, dicens; [Si autem spiritu,] ideſt, per spiritum, scilicet [Mortificaueritis facta carnis] ideſt, opera quæ ex concupiscentia carnis proueniunt; [Viuetis,] uita gratiæ in præsenti, & uita gloriæ in futuro. Colo. 3. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO TERTIA.

LECTIO III.

Qvicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus, abba pater. Ipse.n. spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q sumus filij Dei. Si autē filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes aũt Christi. Si tñ cōpatimur, ut & glorificemur.

Postquam Apostolus proposuit, quòd per spiritum sanctum dabitur nobis vita gloriosa, quę omnem mortalitatem a corporibus nostris excludet, hic probationem inducit. Et primo ostē dit, quòd per spiritum sanctũ huiusmodi gloriosa vita datur. Secundo ostendit causam, quare differtur, ibi[Si tamē cōpatimur &c.] Circa primum ponit talem rationem. Quicunque sunt filij Dei, consequuntur æternitatem gloriosæ vitæ: sed quicunque reguntur spiritu sancto, sunt filij Dei. ergo quicũque reguntur spiritu sancto, consequuntur hæreditatem gloriosæ vitę. Primo ergo ponit minorem prædictæ rationis. Secundo maiorem, ibi[Si autem &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi [Non enim accepistis, & cæt.] Circa primum duo consideranda sunt. Primo quidem, quomodo aliqui aguntur a spiritu Dei, & potest sic intelligi[Quicunque spiritu Dei aguntur,] id est, reguntur sicut a quodam ductore, & directore, quod quidem in nobis facit spiritus, scilicet inquantum illuminat nos interius, quid facere debeamus. Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me &c. Sed quia ille, qui ducitur ex seipso, non operatur. Homo autem spiritualis non tantum instruitur a spiritu sancto, quid agere debeat, sed etiã cor eius a spiritu sancto mouetur. Ideo plus intelligẽdũ est in hoc, quod dicitur [Quicunque spiritu Dei aguntur.] Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu mouentur. Vnde de brutis dicimus, quòd non agunt, sed aguntur: quia a natura mouentur, & non ex proprio motu ad suas actiones agendas. Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propriæ uoluntatis principaliter, sed ex instinctu spiritus sancti, inclinatur ad aliquid agendum, secundum illud Esa. 56. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Dei cogit. Et Luc. 4. Quòd Christus agebatur a spiritu in deserto. Non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales, per voluntatem & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis & liberi arbitrij spiritus sanctus, in eis causat, secundum illud Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.

Secundo considerandum est, quomodo illi qui spiritu Dei agũtur, sunt filij Dei. Et hoc est manifestum ex similitudine filiorum carnalium, qui per semen carnale a patre procedentes generantur. Semen autem spirituale a patre procedēs, est spiritus sanctus. Et ideo per hoc semen, aliqui homines in filios Dei generantur. 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen Dei manet in eo. Deinde cum dicit [Non enim accepistis &c.] probat propositum scilicet quòd spiritum sanctum accipientes, sint homines filij Dei, & hoc tripliciter. Primo quidem ex distinctione donorum spiritus sancti. Secundo ex confessione nostra, ibi[In quo clamamus &c.] Tertio, ex testimonio spiritus ibi[Ipse enim spiritus.] Circa primum considerandum est, quod spiritus sanctus duos effectus facit in nobis. vnum quidem timoris. Isa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. Alium amoris supra. 5. Charitas Dei diffusa est per spiritum sanctum in cordibus nostris, qui datus est nobis. Timor autem facit seruos, non autem amor. Ad cuius euidentiam considerare oportet, quod timor habet duo obiecta, scilicet malum, quod quis timendo refugit, & illud a quo sibi hoc malum imminere uidet. Dicitur enim homo timere, & occisionem, & regem, qui potest occidere. Contingit autem quandoque, quòd malum quod quis refugit, est contrarium bono corporali, uel temporali, quod quis interdum inordinate amat, & refugit pati ab aliquo homine temporali. Et hic est timor humanus, vel mundanus: & hic non est a spiritu sancto. Et hunc prohibet dominus. Matth. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Alius autem est timor, qui refugit malum, quod contrariatur naturæ creatæ, scilicet malum pœnæ, sed tamen refugit hoc pati a causa spirituali, scilicet a Deo, & hic timor est laudabilis quantum ad hoc saltem, quod Deum timet, Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem, ut timeant me? Et secundum hoc a spiritu sancto est. Sed inquantum talis timor nō refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum, sed solum pœnam, non est laudabilis. Et istum defectum nō habet a spiritu sancto, sed ex culpa hominis, sicut & fides informis, quantum ad id quod est fidei, est a spiritu sancto, non autem eius informitas. Vnde etsi per huiusmodi timorem, aliquis bonum faciat, non tamen benefacit, quia non facit sponte, sed

F coactus metu pœnę, quod propriè est seruorũ. Et ideo timor iste, propriè dicitur seruilis, quia seruiliter facit hominem operari. Est autem tertius timor qui refugit malum, quod opponitur bono spirituali, s. peccata vel separationem a Deo, & hoc quidem timet incurrere ex iusta Dei vindicta. Et sic quantum ad vtrumque obiectum, respicit rem spiritualem, sed tñ cum hoc habet oculũ ad pęnam. Et iste timor dicitur esse initialis, quia solet esse in hominibus, in initio suæ conuersionis. Timent enim pęnam propter peccata præterita, & timent separari a Deo per peccatum, p per gratiam charitati infusam. Et de hoc dicitur in Ps. 110. Initium
G sapientię timor domini. Est aũt quartus timor, qui ex vtraq; parte oculum habet solũ ad rem spiritualē: quia nihil timet nisi a Deo separari. Et iste timor est sanctus, qui permanet in sæculum sæculi, vt in Ps. dicitur. Sicut autem timor initialis causat ex charitate imperfecta, ita hic timor causatur ex charitate perfecta. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorē. Et ideo timor initialis, & timor castus, nō distinguuntur contra amorē charitatis, qui est cã vtriusque, sed solum timor pœnæ: quia sicut hic timor facit seruitutem, ita amor charitatis facit libertatem filiorum. Facit n. hominem voluntarie ad honorē Dei operari, quod est propriè filiorũ. Lex igitur vetus data est in timore, quod significabāt tonitrua & alia huiusmodi, quæ facta sunt in datione veteris legis, ut dicitur Exod. 19. Et ideo dicitur Heb. 12. Et ita terribile erat, quod uidebatur. Et ideo lex uetus per inflictionem pœnarũ, inducens ad mandata Dei seruanda, data est in spiritu seruitutis. Vnde dicitur Gal. 4. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans. Et ideo qd hic dicit, rectè dictũ est, q [Qui spiritu Dei
H aguntur &c.] Non. n. iterum in noua lege, sicut in veteri lege fuit [Accepistis spiritum seruitutis in timore,] s. pęnarum, quem timorem spiritus sanctus faciebat[Sed accepistis spiritum,] s. charitatis qui est[Adoptionis filiorum,] id est per quem adoptamur in filios Dei. Gal. 4. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Nō autem hoc dicitur, quasi sit alius, & alius spiritus, sed quia idem est spiritus. s. qui in quibusdam facit timorem seruilem quasi imperfectum, in alijs facit amorem, quasi quoddam perfectum.

Deinde cum dicit[In quo clamamus &c.] manifestat idem per nostram confessionem. Profitemur enim nos patrem habere Deum instructi a domino cum dicimus orantes: Pater noster qui es in celis, vt habetur Matt. 6. Hoc autem conuenit dicere non solum Iudæis, sed etiam Gentibus. Et ideo ponit idem significãtia. s. [Abba,] quod est Hebreum, & [Pater,] quod est Latinum uel Græcum, ut ostendat hoc ad utrumque populum pertinere. Vnde & dominus Mar. 14. Abba pater, omnia possibilia sunt tibi. Hier. 3. Patrem uocabis me. Hoc autem dicimus non tantum sono uocis,
I quantum intentione cordis, quæ quidem propter sui magnitudinem clamor dicitur, sicut & ad Moysem tacentem dicitur Exo. 19. Quid clamas ad me. s. intentione cordis? Sed ista magnitudo intentionis, ex affectu filialis amoris procedit quem in nobis. s. facit. Et ideo dicit, In quo. s. spiritu sancto clamamus abba pater. Vnde Isa. 6. dicitur, quod Seraphim qui interpretantur ardentes: quasi igne spiritus sancti clamabant alter ad alterum.

Deinde cum dicit[Ipse enim spiritus &c.] ostendit idē ex testimonio spiritus sancti, ne forte aliquis dicat, q in nostra confessione decipimur, unde dicit, Ideo dico, q in spiritu sancto[Clamamus abba pater.] Ipse. n. spiritus testimonium reddit, q sumus filij Dei, hic aũt testimonium reddit, non quidē exteriori uoce ad aures hominum, sicut pater protestatus est de filio suo, Matth. 3. sed reddit testimonium per affectum amoris filialis, quem in nobis facit. Et ideo dicit, q [testimonium reddit,] non auribus[Sed spiritui nostro &c.] Act. 5. Nos testes sumus horum uerborum.

Deinde cum dicit[Si autem filij &c.] ponit maiorem & primo
K ostendit, q filijs debetur hereditas, dicens. Si autem aliqui filij per spiritum san. sequitur ēt q sint hæredes, quia non solũ filio naturali, sed etiam adoptiuo debetur hæreditas. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem uiuam in hæreditatem &c. Psal. 15. Hæreditas mea præclara est mihi. Secundo, ostendit quæ sit ista hęreditas. Et primo describit eam quantum ad Deum patrem, dicens [Hæredes quidem Dei.] Dicitur autem aliquis heres alicuius existere, qui principalia eius bona percipit seu adipiscitur, non autem qui aliqua munuscula recipit, sicut legitur Genes. 25. Quòd Abraham dedit cuncta, quæ possedit Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera. Bonum autem principale quo Deus diues est, est ipsemet. Est enim diues per seipsum, & non per aliquid aliud, quia extrinsecorum bonorum non indiget, vt dicitur in Psalm. 15. Vnde ipsum Deum adipiscuntur filij Dei pro hæreditate, vnde Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ. Tren. 3. Pars mea dominus dicit anima mea. Sed cum filius hæreditatem non adipiscatur, nisi patre defuncto, videtur quòd homo non possit esse hæres Dei, qui nunquam decedit. Dicendum est autem, quòd illud habet locum in bonis temporalibus, quæ simul a multis possideri non possunt, & ideo necesse est vnum decedere, vt alius succedat: sed bona spiritualia simul a multis haberi possunt, & ideo non oportet patrem decedere, vt filij sint hæredes. Potest tamen dici, quòd Deus decedit nobis, inquantum est in nobis per fidem: erit autem nostra hæreditas, inquantum videbimus eum per speciem. Secundo describit hanc hæreditatem ex parte Christi, dicens [Cohæredes autem Christi,] quia ipse cum sit principalis filius, a quo nos filiationem participamus, ita est principalis hæres; cũ in hæreditate coniungimur Matth. 22. Hic est hæres & cæt. Mich. 1. Adhuc hæredem adducam tibi. Deinde cum dicit[Si tamen compatimur &c.] ostendit causam dilationis huius vitæ gloriosæ. Et primo ponit causam, ex parte passionum. Secundo proponit præeminentiam gloriæ ad passiones, ibi[Existimo enim &c.]

Circa primum considerandum est, quod Christus qui est principalis hæres, ad hæreditatem gloriæ peruenit per passiones. Luc. vltim. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Non autem nos faciliori modo, debemus hęreditatem adipisci. Et ideo nos etiam oportet per passiones, ad illam hæreditatem peruenire. Act. 14. Per multas tribulationes, oportet nos introire in regnum Dei. Non enim statim immortale, & impassibile corpus accipimus, ut simul cum Christo pati possimus. Vnde dicit[Si tamen compatimur,] id est, simul cum Christo, patienter sustinemus tribulationes huius mundi, vt & cum Christo[glorificemur.] 2. Tim. 2. Si commortui sumus, & conregnabimus.

LECTIO IIII.

Existimo enim, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationē filiorum Dei expectat. Vanitati.n. creatura subiecta est non uolens, sed propter eũ qui

LECTIO IIII.

Postquam Apostolus demonstrauit & dixit, quòd per gratiam Christi liberamur, nunc assignat causam dilationis immortalis vitæ, quæ est hæreditas filiorum Dei, ex eo quod oportet nos Christo compati, vt ad eius gloriæ societatem perueniamus. Et quia posset aliquis dicere, onerosam esse hæreditatem huiusmodi, ad quam non potest, nisi per tolerantiam passionum perueniri, ideo hic ostendit excellentiam futuræ gloriæ ad passiones præsentis temporis. Et primo ponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi [Nam expectatio & cæt.] Dicit ergo primo. Dictum est, quòd oportet nos pati, vt & glorificemur, nec debemus refugere passiones, ut gloriam habeamus. Existimo enim ego, qui vtrumque expertus sum. Eccles. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa. Ipse abundantet passiones sustinuit; secundum illud. 2. Corinth. 11. In laboribus & carceribus abundantius. Ipse etiam futuræ gloriæ contemplator fuit, secundum illud. 2. Corinth. 13. Raptus in paradisum, & audiuit arcana uerba & cæt. Hoc inquam existimo, quod [Passiones huius temporis,] non sunt passiones [Condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.] Vbi quatuor ponit ad ostendendum excellentiam illius gloriæ. Primo quidem designat eius æternitatem, cum dicit [Ad futuram,] scilicet post hoc tempus, nihil autem est post hoc tempus, nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit passiones huius temporis, sicut æternum temporale. 2. Corinth. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Secundo designat eius dignitatem, cum dicit [Gloriam,] quæ claritatem quandam dignitatis insinuat. Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Tertio designat manifestationem, cum dicit [Quæ reuelabitur,] Nunc enim gloriam quidem habent sancti, sed occultatam in conscientia. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur, & bonorum & malorum, de quibus dicitur Sapient. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Quarto designat eius ueritatem, cum dicit [In nobis,] Gloria enim huius mundi uana est: quia est in his, quæ sunt extra hominem, puta in apparatu diuitiarum, & in opinione hominum.

A Psalm. 48. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed illa gloria erit de eo, quod est intra hominem secundum illud Luc. 17. Regnum dei intra uos est. Sic igitur passiones huius temporis, si secundum se considerentur, multum deficiunt a quantitate huius gloriæ. Isa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones, inquantum eas aliquis voluntarie sustinet propter Deum ex charitate, quam in nobis spiritus facit, sic ex condigno per huiusmodi passiones homo meretur vitam æternam. Nam Spiritussanctus est fons, cuius aquæ, idest, effectus, saliunt in vitã æternam, vt dicitur Ioan. 4.

B Deinde cum dicit[Nam expectatio creaturæ, &c.] ostēdit propositum, per excellentiam illius gloriæ. Et primo ex expectatione creaturæ. Secundo ex expectatione apostolorum, ibi[Non solum autem &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit expectationem creaturæ. Secundo manifestat eam, ibi, [Vanitati enim &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, quod etiam futura gloria, excedit passiones præsentes: Et tamen hoc manifestum est. Nã expectatio creaturæ, id est, ipsa creatura, expectans[Expectat reuelationem filiorum Dei,] quia ut dicitur. 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis, propter exteriores passiones, sed postmodum reuelabitur illa dignitas, quando immortalem & gloriosam uitam suscipient, ita q ex persona impiorum dicitur Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Dicit autem, expectatio expectat, ut talis geminatio intensionem expectationis designet, secundum illud Psal. 39. Expectans expectaui dominum. Sciendum est autem quod creatura hic tripliciter accipi potest. Vno modo ho-
C mines iusti, qui specialiter, creatura Dei dicuntur. Vel quia permanent in bono, in quo creati sunt. Vel propter excellentiam, quia omnis creatura quodammodo eis deseruit. Iaco. 1. Voluntarie genuit nos uerbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Hæc autem creatura, id est homo iustus, expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, tanquam premium sibi repromissum. Tit. 2. Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. Secundo potest dici creatura, ipsa humana natura, quę subijcitur bonis gratiæ, quæ quidem in hominibus iniustis, nondum iustificatą est, sed est sicut informis. In hominibus autem iam iustificatis, est quidem partim formata per gratiam, sed tamen est adhuc informis respectu illius formæ, quam est acceptura per gloriã. Sic igitur ipsa creatura, id est, nosipsi, secundum quod consideramur in bonis naturæ[Expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei,] Quod etiam nobis competit per gratiam, sicut si dicamus quod materia expectat formam, vel colores expectant completionem imaginis, sicut dicit gloss. Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc mi-
D lito, expecto, donec ueniat immutatio mea. Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili, sicut sunt elementa huius mundi secundum illud Sapien. 13. A magnitudine speciei & creaturę, cognoscibiliter poterit eorum creator videri. Huiusmodi autem creatura, dupliciter aliquid expectat: nam expectatio creaturæ sensibilis, secũdum quòd est a Deo, ordinatur ad aliquem finem, quod quidem contingit, dupliciter. Vno modo, secundum, quòd Deus imprimit aliquam formam, & virtutem naturalem huiusmodi creaturæ, ex qua inclinatur ad aliquem finem naturalem, puta si dicamus, quod arbor expectat fructificationem, & ignis expectat locum sursum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur a Deo, ad aliquem finem, qui superexcedit formam naturalem ipsius. Sicut enim humanum corpus induetur quadam forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis in illa gloria filiorum Dei, quandam nouitatem gloriæ consequetur, secundum illud Apocal. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Et per
E hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei.

Deinde cum dicit [Vanitati enim &c.] manifestat prædictam expectationem. Et primo, ponit necessitatem expectandi. Secundo, expectationis terminum, ibi[Quia & ipsa creatura &c.] Tertio, expectationis signum, ibi[Scimus enim, quod omnis creatura &c.] Necessitas autem expectandi est, ex defectu, cui subiacet creatura. Cui enim nihil deficit, non habet necesse aliquid expectare. Defectum autem creaturæ ostendit, dicens [Vanitati enim creatura subiecta est.] Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, sic intelligitur subijci uanitati, id est, istis rebus corporalibus, quæ sunt mutabilia, & caduca. Vnde dicitur vana, secundum illud Ecclesiastic. 1. Vanitas vanitatum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia uanitas. Subijciuntur autem eis propter necessitatem præsentis uitæ, circa ea occupationem habens, non tñ uolens, quia huiusmodi temporalia non amat, sicut illi contra quos dicitur in Psal. 4. Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Sed tamẽ huiusmodi uanitati subijcitur talis creatura propter eum, i. propter ordinationẽ Dei, qui [subiecit eam,] id est, hominem iustũ huiusmodi sensibilib. creaturis, & tamen [In spe,] ut scilicet quandoque a tali occupatione homo liberetur; [In resurrectione, [scilicet quãdo neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo. Matth. 22. Si vero intelligatur creatura ipsa humana natura, sic; [Est subiecta uanitati,] id est, passibilitati, secundum illud Psalm. 38. Veruntamen universa uanitas, omnis homo viuens. Non tamen; [Volens,] quia talis uanitas est humanæ naturæ in pœnam inflicta. Pœna autem est inuoluntaria, sicut & culpa uoluntaria, sed tamen huiusmodi passionibus humana natura subijcitur; [Propter eum,] id est, propter sententiam Dei; [Qui subiecit eam,] scilicet humanam naturam defectibus: sed tamen, [In spe.] quandoque euadendi huiusmodi passiones. Isa. 28. Non in perpetuum triturans triturabit. Si autem intelligatur de creatura sensibili, sic talis creatura; [Subiecta est uanitati,] id est, mutabilitati; [Non volens.] Huiusmodi enim defectus, qui consequuntur mutabilitatem, sicut corruptio, & senium, & alia huiusmodi, sunt contra naturam particularem huius, uel illius rei, cuius appetitus est ad conseruationem, licet sint secundum naturam universalem. Sed nihilominus huiusmodi uanitati creatura sensibilis subijcitur, [Propter eum,] id est, propter ordinationem Dei; [Qui subiecit eam in spe,] id est, in expectatione gloriosæ mutationis, vt supra dictum est. Deinde cum dicit; [Quia & ipsa creatura. &c.] ostendit terminum prædictæ expectationis.] Non enim est vana eius expectatio, uel spes; [Quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.] Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, per seruitutem corruptionis intelligitur cura quærendi victum & vestitum, & alia, quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quædam seruitus, a qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum Dei. Qui, quamuis nunc habeant libertatem iustitiæ, quæ est a seruitute peccati, nondum tamen habent libertatem gloriæ, quæ est a seruitute miseriæ. Iob 39. Quis dimisit onagrum liberum? Si uero per creaturam intelligatur humana natura, ipsa; [Liberabitur a seruitute corruptionis,] id est, (ad literam) a passibilitate & corruptione, & hoc tendens in libertatem gloriæ filiorum Dei, quæ est non solum a culpa, sed etiam a morte, secundum illud 1. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria. Si uero intelligatur de creatura sensibili, sic ipsa creatura [Liberabitur a seruitute corruptionis,] id est, mutabilitatis: Quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio, ut Augustin. dicit, & etiam Philosophus in 8. Physic. tex. cap. 13. & hoc in libertatem gloriæ filiorum Dei, quia hoc etiam libertati gloriæ filiorum Dei congruit, vt sicut ipsi sunt innouati, ita etiam eorum habitatio innouetur. Esa. 65. Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, id est, prior mutabilitas creaturæ. Dicit autem, [quia & ipsa, &cæt.] Secundum primum sensum, ac si dicat: Non solum nos Apostoli, sed etiam alij iusti. In sensu autem secundo, non solum iusti, sed etiam ipsa humana natura, quæ in quibusdam nondum est renouata per gratiam. In tertio autem sensu, intelligendum est, ac si dicatur. Non solum homines, sed alia creatura. Deinde cum dicit: [Scimus enim &c.] Ponit signum expectationis, dicens. Scimus enim nos Apostoli per Spiritum sanctum instructi, & etiam per experimentum, [Quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.] Quod quidem si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatem. Primo quidem quantum ad hoc, quòd dicit; [Ingemiscit, & parturit,] hoc enim conuenire uidetur non nisi creaturæ rationali, sed potest sic exponi, ut hoc quod dicit. [Ingemiscit,] idem sit ei, quod dixit: [Non volens.] In illis enim ingemiscimus, quæ nostræ voluntati repugnant. Sic ergo inquantum defectus creaturæ sensibilis sunt contra naturalem appetitum particularis naturæ, dicitur ipsa creatura sensibilis ingemiscere. Quod autem dicit: [Parturit,] idem est ei, quod supra dixerat. [Expectat.] nam parturitio est via ad prolem producendam. Secundum autem dubium est in hoc, quod dicit: [Omnis creatura.] quia sic etiam includerentur corpora cœlestia. Vnde & glosa dicit, quod Sol, & Luna, non sine labore statuta sibi implent spacia, sed exponendum est, ut labor accipiatur pro motu, sicut & requies quandoque accipitur pro cessatione ab opere, sicut Deus die septima requieuisse dicitur, Genes. 1. Et secundum hoc, per gemitum intelligitur corruptio, quæ amnitescetur motui loci, prout scilicet desunt esse in hoc ubi, & incipit esse in alio. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio celestium corporum, ad eorum innouationem. Si vero exponatur de hominibus, sic dicitur humana natura [Omnis creatura,] quia participat eum omni creatura: cum spirituali quidem quantum ad intellectum, cum animali quantum ad corporis animationem, cum corporali quantum ad corpus. Hæc ergo creatura, id est, homo: [Ingemiscit,] partim propter mala, quæ patitur, partim propter bona sperata, quæ differuntur. Tren. 1. Multi gemitus mei: [Parturit] autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ expectatæ. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam Ioã. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. Psalm. 41. Ibi dolores, vt parturientis. Dicit autem: [Vsque adhuc,] quia iste gemitus non est ablatus per nostram iustificationem, sed manet, [Vsque adhuc,] id est, usque ad mortem, vel: [Vsque adhuc,] quia & si ali qui iam sint liberati, qui sunt in gloria, adhuc tamen nos sumus residui. Vel [Vsque adhuc,] quia non solum antiqui patres, qui fuerunt ante Christum, sed etiam adhuc tempore gratiæ eadem patimur. 2. Petr. 3. dicitur ex persona impiorum. Vbi est nunc promissio aut aduentus eius? Ex quo patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Est autem sciendum, quòd quia creatura Dei potest dici omne illud, quod sub Deo est, aliqui uoluerunt prædicta uerba exponere de qualibet creatura, etiam de angelis sanctis: sed valde inconuenienis est, ut ipsi dicantur uanitati subiecti, aut ingemiscere, & parturire, cum ipsi iam habeant gloriam eius, cuius similitudinem expectamus, secundum illud Matt. 22. Erunt sicut angeli Dei in cœlis: & ideo conuenientius secundum prædicta exponitur.

LECTIO V.

NOn solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei, expectantes redẽptionem corporis nostri. Spe. n. salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patiẽtiã expectamus. Similiter autem, & spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.

Sunt electi Apostoli, et. s. immediate ab ipso Christo accipientes, alijs traderent ea, quæ pertinent ad salutem: & sic in eis ecclesia quodammodo fundaretur, secundum illud Apocal. 21. Murus habebat fundamenta duodecim, & nomina apostolorum erant in eis scripta: & ideo dicitur 1. Corin. 12. Deus posuit in ecclesia, primum quidem apostolos. Et ideo, Deus eis abundantiorem gratiã præ cæteris tribuit. Secundo, ponit anxietatem expectationis, cũ dicit, [Et ipsi intra nos gemimus.] Quia quidẽ gemitus designat afflictionem ex dilatione rei, cum magno desiderio expectatæ, secundum illud Prouer. 12. Spes quæ differtur, affligit animam. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo. Iste autem gemitus, non est tam extrinsecus, quam intrinsecus, tum quia ex interiori cordis affectu procedit, tum quia est propter interiora bona, unde signanter dicit: [Intra nos.] Three. primo. Multi gemitus mei. Tertio ponit rem expectatam, dicens: [Adoptionem filiorum Dei expectantes,] id est, cõplectionem huius adoptionis. Inchoata. n. est huiusmodi adoptio per spiritum sanctum iustificationem autem animæ. Supra eodem, Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Consummabitur autem per ipsius corporis glorificationẽ vnde supra 5. Gloriamur, in spe gloriæ filiorum Dei. Et hoc est quod subdit, [Redemptionem corporis nostri,] vt. s. sicut spiritus noster redemptus est a peccato, ita corpus nostrum redimatur a corruptione & morte. Osee 13. De morte redimam eos, Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ. Deinde cũ dicit; [Spe. n. &c.] probat quod dixerat tali ratione. Spes est de his quæ non præsentialiter videntur, sed in futuro expectantur. Sed nos sumus salui facti per spem, ergo expectamus in futurum complementum salutis.

Primo ergo ponit minorem dicens: [Nos enim Apostoli & cæteri fideles. Spe salui facti sumus, [quia, scilicet spem nostræ salutis habemus. 1. Pet. 2. Regeneravit nos in spem viuam. Psalm. 61. Sperate in eum omnis congregatio populi. Secundo ponit maiorem, dicens; [Spes autem,] i. res sperata, quæ uidetur quasi præsentialiter habita, non est spes, id est, non est res sperata, sed habita. Spes enim est expectatio futuri. Soph. 8. Expecta me in die resurrectionis meę in futurum. Tertio, ponit probationem maioris, dicens: [Nam quod videt quis, quid? id est, cur sperat. quasi dicat. Spes importat motum animæ in aliquid non habitum tendẽtem, cum autem aliquid tam habetur, non est necessarium vt in ad aliquis moueatur.

Et est notandum, quod quia spes ex fide quodammodo oritur, attribuit spei opus illud quod est fidei, scilicet de non uisis, secundũ illud Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium. Quarto, ponit conclusionem, dicens; [Si autem quod non uidemus speramus,] sequitur quod [per patientiam expectamus.] Vnde notandum est, quod proprie patientia importat tolerantiam tribulationum cum quadam æquanimitate. Infra 12. In tribulatione patientes: quia uero dilatio boni habet quãdam rationem mali, inde est, quod etiam diuina expectatio bonorum absentium, cum trãquillitate animi attribuitur patientiæ, sed hæc maxime ad longanimitatem pertinent, secundum illud Iac. Patiẽtes estote fratres. vsque ad aduentum domini, Vtroque autem modo patiẽtia hic accipitur, quia apostoli expectabant æquanimiter gloriam, & cũ dilatione & tribulatione.

Deinde cum dicit, similiter autem &c.] ostendit quomodo per spiritum sanctum adiuuamur in defectib. vitæ præsentis. Et primo quantum ad completionẽ desideriorum. Secundo quãtum ad directionem exteriorum euentuũ ibi; [Scimus autẽ &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi [Nam quid oremus &c.] Dicit ergo primo. Dictũ est, quod per spiritum sanctum viuificabitur nostra mortalis corpora, quãdo auferetur a nobis nostra infirmitas. Similiter autem & in statu huius vitæ, in quo adhuc infirmitati subijcimur [Spiritus adiuuat infirmitatem nostram], & si non totaliter eam tollat. Ezec. 3. Spiritus quoque eleuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione spiritus mei: quasi infirmitate nondum totaliter cessante. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et in hoc spiritus me assumpsit. Mat. 26. Spiritus quidem promptus est, caro aũt infirma. Deinde cum dicit, [Nam quid oremus &c.] manifestat quod dixerat. Et primo ostendit necessitatem auxilij spiritus, quod pertinet ad infirmitatem præsentis vitæ. Secundo ostendit modum auxilij, ibi [Sed ipse spiritus &c.] Tertio, ostendit efficaciam auxilij, ibi, [Qui aũt scrutatur &c.] Dicit ergo

primo. Recte dico q, [spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram.] Nã in hoc patimur infirmitatem, quod nescimus quid oremus, sicut oportet. Iob. 5. Vir cuius abscondita est uia, & circumdedit eum Deus tenebris. Et est considerandum, quod duo dicit nos Apostolus nescire, scilicet quid orãdo petamus, & modũ quo petere oporteat; sed vtrumque uidetur esse falsum. Nã primum scimus quid oremus; quia hoc nos dominus docuit Matt. 6. Sanctificetur nomẽ tuũ, &c. Sed dicẽdum, q in generali quidem possumus scire, qd cõuenienter oremus, sed in speciali hoc nõ possumus scire. Primo quidem, quia si desideramus aliquod opus virtutis facere, quod est implere voluntatem Dei, sicut in cœlo & in terra, potest contingere quod illud opus virtutis, non est huic vel illi congruum; sicut alicui, qui utiliter posset in actione proficere, non expedit contemplationis quies, & econuerso, vt Gregorius dicit in moralibus, super illud Iob. 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum. Vnde dicitur Prouerb. decimoquarto. Est uia quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Secundo, aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ, quod est petere panem quotidianum, quod tamen sibi vertitur in periculum mortis. Lib. 6. mor. cap. 28.

Multi enim propter diuitias perierunt. Eccles. 5. quinto. Diuitię conseruatę in malum domini sui. Tertio, aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis, quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis, sicut Paulus petijt amoueri a se stimulum, qui tamen erat ei datus, ne eum magnitudo reuelationum extolleret vt dicitur 2. Corin. duodecimo. Similiter etiam videtur, q sciamus sicut nos oportet orare, secundum illud Iac. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Et ad hoc dicendum, q in generali hoc scire possumus, sed speciali motu cordis nostri vsque quaque discernere non possumus, vt puta, vtrum petamus aliquid ex ira, vel ex zelo iustitiæ. Vnde & Matt. decimo. Reprobata est petitio filiorum Zebedei, quia licet viderentur participationem diuinæ gloriæ postulare, tamen ex quadam vanagloria, seu elatione procedebat eorum petitio.

Deinde cum dicit. [Sed ipse &c.] Ponit modum auxilij spiritus sancti dicens, quod [ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib.] Quod quidem videtur suffragari errori Arrij, & Macedonij, qui posuerunt spiritum sanctum esse creaturam, & minorem patre & filio: postulare enim est minoris; sed si ex eo, quod dicit eum postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam & patre minorem, consequens est etiam, q ex eo, q dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam beatitudine carentem, quod nullus vnquam hæreticus dixit. Nam gemitus ex dolore est, qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendum est. [Postulat,] id est postulantes nos facit. sicut & Gen. 22. Nunc cognoui, quod timeas dominum, id est, cognoscere feci. Facit autem spiritus sanctus nos postulare, inquantum in nobis, recta desideria causat. Nam postulatio, est quedam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis prouenitũt, quam in nobis, i. facit. Supra quinto. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum; qui datus est nobis. Spiritu autem sancto dirigente, & instigante cor nostrum, & nostra desideria non possunt esse nisi nobis vtilia Esaiæ quadragesimooctauo. Ego dominus docens te vtilia, & ideo subdit. [Pro nobis.] Eius autem quod multum desideramus, & desideranter petimus, dilationem cum dolore, & gemitibus patimur. & ideo subdit. [Gemitibus, quos scilicet in corde nostro causat, inquantum. i. nos facit ecclesiã desiderare, quæ differuntur animę. Iste est gemitus columbę quẽ spiritus sanctus in nobis facit. Nahũ 2. Minabatur gemẽtes vt columbæ. Dicit aũt. [Inenarrabilib.] aut quia sunt ppter rem inenarrabilem, scilicet cœlestem gloriam, secundũ 1. Corinth. duodecimo, Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari non possunt, secundum quod a spiritu sancto procedunt. Iob. 38. Quis enarrabit cœlorum rationes? Deinde cum dicit. [Qui autem scrutatur &c.] ostendit efficaciam auxilij, quo spiritus sanctus nos adiuuat dicens. Qui autem scrutatur corda, id est, Deus cui proprium est corda scrutari. Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus. Dicitur autem Deus scrutari corda, non q inquirendo occulta cordis cognoscat, sed quia manifeste scit ea, quæ in corde latent. Sopho. 1. Scrutabor Ierusalẽ in lucernis. Deus inquã scrutans corda, scit, id est approbat, secundum illud 2. Tim. 2. Nouit dominus, qui sunt eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. [Quid desideret ſpūs].i. quid desiderare nos faciat. pſ. 37. Domine ante te omne desiderium meum. Ideo autem desideria ſpūs, quæ in ſanctis facit ſpūs ſanctus, ſunt Deo accepta: quia [Poſtulat pro ſanctis,] ideſt poſtulare eos facit. [Secundum Deum].i. quod conuenit diuino beneplacito. Prouerb. 10. Desiderium iuſtorum omne bonum: in cuius exemplū dominus patri dicebat. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis Matth. 26.

LECT. VI.

OStendit ſupra Apoſtolus, q ſpūs ſanctus adiuuat nos in infirmitatibus præſentis vitæ, quantum ad impletionem noſtrorum deſideriorum; hic oſtendit, qualiter nos iuuat quantum ad exteriores euentus, dirigendo in bonum noſtrum. Et primo, proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum ibi. [Nam quos præſciuit, &c.] Tertio infert quandam concluſionem ex dictis, ibi. [Quis ergo ſeparabit nos, &c.] Circa primum duo conſideranda occurrunt. Primo quidem magnitudo beneficij, quæ nobis a ſpiritu ſancto cōfertur, ut ſ. omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, qd quicquid fit in mundo, etiam ſi malum ſit, cedit in bonum vniuerſi: quia ut Auguſtinus dicit in Enchi. Deus eſt adeo bonus, quod nihil mali eſſe permitteret, niſi eſſet adeo potens, quod ex quolibet malo, poſſet elicere aliquod bonum. Nō autem ſemper cedit malum in bonum eius in quo eſt, quod ſicut corruptio unius animalis, cedit quidem in bonum vniuerſi, inquantum per corruptionem unius generatur aliud, non tamen in bonum eius, quod corrumpitur: quia bonum vniuerſi a Deo volitum ſecundum ſe, & ad ipſum ordinantur omnes partes vniuerſi. Et eadem ratio eſt ſe uidetur circa ordinem nobiliſſimarum partium ad alias partes quia malum aliarum partium, ordinatur in bonum nobiliſſimarum. Sed quicquid ſit circa nobiliſſimas partes, nō ordinatur niſi in bonum ipſarum; quia de eis propter ſe cura habetur, de alijs autem propter ipſas; ſicut medicus infirmitatem pedis ſuſtinet, ut euret caput.

Cap. 11.

Inter omnes autem partes vniuerſi excellunt ſancti Dei, ad quorum quemlibet, pertinet quod dicitur Mat. 25. Super omnia bona ſua conſtituet eum. Et ideo quicquid accidit, uel circa ipſos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit; ita quod verificatur quod dicitur Prou. 11. Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti: quia ſ. etiā mala peccatorum, in bonum iuſtorum cedunt: vnde & Deus ſpecialem curā de iuſtis hēre dicitur, ſecūdum illud pſ. 33. Oculi domini ſuper iuſtos, in quantum. ſ. ſic de eis curat, quod nihil mali circa eos eſſe permittit, quod non in eorum bonum conuertat. Et hoc quidem manifeſtum eſt quantum ad mala pœnalia, quæ patiuntur: unde in gloſa dicitur, quod ipſorum infirmitate exercetur humilitas afflictione, patientia, contradictione, ſapiētia, odio, benevolentia: vnde 1. Pe. 3. Si quid patimini pp iuſtitiam, beati. Sed numquid etiam eis peccata cooperantur in bonum? Quidam dicunt, qd peccata non cōtinentur ſub hoc, qd dicit oīa; qa ſecundum Auguſtinum, peccatum nihil eſt, & nihil fiunt hoīes, cū peccant. Sed contra hoc eſt, quod in gloſa ſequitur. Vſque adeo talibus Deus oīa cooperatur in bonum, ut ſi qui horum deuiant & exorbitant, et hoc ipſum eis faciat proficere in bonum, unde & in pſal. 36. dicitur. Cum ceciderit iuſtus non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Sed ſecūdum hoc uidetur, quod ſemper tales in maiori charitate reſurgant, quia bonum hoīs in charitate conſiſtit, quam ſi non habeat, Apoſtolus ſe nihil eſſe recognoſcit. 1. Corin. 13. Sed dicendum eſt, quod bonum hominis non ſolum conſiſtit in quantitate charitatis, ſed præcipue in ipſius perſeuerantia uſque ad mortem, ſecundum illud Matth. 24. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Ex hoc autem, quod iuſtus cadit, reſurgit cautior & humilior. unde in glo. ſubditur: poſt quā dixerat, quod hoc ipſum faciat eis in bonum proficere; quia ſibi humiliores redeunt, atque doctiores. Diſcunt enim cum tremore ſe exultare debere, non quaſi arrogando ſibi, tanquā de ſua virtute fiduciam permanendi.

In pſa. 65. & in lib 7. conf. c. 16.

Secundo oportet conſiderare, quibus hoc beneficium competat. Circa quod, primo attenditur aliquid ex parte hominis, cum dicit. [Diligentibus Deum,] Dei enim dilectio eſt in nobis per inhabitantem ſpiritum, ut habitum eſt ſupra ſecundo. Ipſe autem ſ. ſpiritus ſanctus eſt, qui nos dirigit in viam rectam, ut dicitur in Pſalm. 26. Vnde dicitur 1. Pet. 3. Quis eſt qui uobis noceat, ſi boni æmulatores faceritis? Et Pſalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Et hoc rationabiliter, quia ut dicitur Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Diligere eſt bonum velle dilecto: Dei autem velle eſt operari. Omnia enim quæcunque voluit, fecit, ut in pſa. 134. dicitur. Et ideo Deus omnia conuertit in bonū his, qui eum diligunt. Secundo attenditur id quod eſt ex parte Dei, qui primo fideles ab æterno prædeſtinauit. Secundo ex tempore uocat. Tertio ſanctificat, & hæc tria tangit cum dicit; [His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.] ideſt prædeſtinatis, uocatis & ſanctificatis, ut propoſitum referatur ad prædeſtinationem, quæ ſecundum † Auguſtinum, eſt propoſitum miſerendi. Ephe. 1. Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius. Quod dicit: [Vocati,] ad uocationem pertinet. Eſa. 41. Vocauit eum ut ſequeretur ſe. Quod dicit: [Sancti,] ad ſanctificationem: ſecundum illud Leu. 21. Ego dominus, qui ſanctifico. Hoc autem Apoſtolus ſe ſcire dicit ex perſona ſanctorum, dicens; [Scimus,] Sap. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorum. Procedit autem hæc ſcientia, tum ex experimento, tum etiam ex conſideratione efficaciæ charitatis. Cant. 8. Fortis eſt ut mors dilectio. Et etiam prædeſtinationis æternæ. Eſa. 46. Omnis uoluntas mea implebitur, & omne conſilium meum fiet.

Deinde cum dicit: [Nam quos præſciuit, &c.] probat quod dixerat tali ratione. Nullus poteſt nocere his, quos Deus promouet, ſed prædeſtinatos diligentes Deum Deus promouet. ergo nihil ſ̄t eis nocere. ſed oīa cedunt eis in bonum. Primo ergo probat minorem, ſ. quod eos Deus promoueat. Secundo maiorem, ſ. q promotis a Deo nihil p̄t eſſe nociuū, ibi; [Quid ergo dicemus? &c.] Circa primū duo facit. Primo proponit ea, quæ ſunt ad promotionem ſanctorum ab æterno. Secundo ea, q̄ ſunt ex tempore, ibi. [Quos autē prdeſtinauit, &c.] Ponit autē duo, circa primum, ſ. ſcientia & pdeſtinationem, cum dicit; [Nam quos pſciuit & pdeſtinauit.] Dicunt autē quidam, quod pdeſtinatio hic accipitur pro preparatione, q̄ eſt in tempore, qua. ſ. Deus pparat ſanctos ad gratiam. & hoc dicunt ad diſtinguendum pſciennam a pdeſtinatione. Sed ſi recte conſideretur, vtrumque eſt æternum, & differūt ratione. Nam ſicut dictum eſt ſupra primo ſuper illud, Qui pdeſtinatus eſt, pdeſtinatio importat pordinationem quandam in ão eorum, quę quis eſt facturus. Ab æterno autem Deus pdeſtinauit beneficia, q̄ ſanctis ſuis erat daturus. Vnde pdeſtinatio eſt eterna. Differt autem a præſcientia ſecundum rōnem; quia præſcientia importat ſolam notitiam futurorum: ſed prædeſtinatio importat cauſalitatem quandam reſpectu eorum. Et ideo Deus habet præſcientiam etiam de peccatis, ſed prædeſtinatio eſt de bonis ſalutaribus. Vnde Apoſtolus ad Eph. 1. dicit, Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, ut ſimus in laudem &c. Circa ordinem autem pſciētiæ, & pdeſtinationis dicunt quidam, quod præſcientia meritorū bonorum, & malorum, eſt ratio prædeſtinationis, & reprobationis, ut. ſ. intelligatur, quod Deus prædeſtinet aliquos, quia pſcit eos bene operaturos, & in Chriſtum creditūros. Et ſecundū hoc, littera ſic legitur; [Quos pſciuit cōformes fieri imaginis filij eius, hos prædeſtinauit.] Et hoc quidem rōnabiliter diceretur, ſi prædeſtinatio reſpiceret tantum uitam æternam, quæ datur meritis, ſed ſub prædeſtinatione cadit omne beneficium ſalutare, quod eſt hominī ab æterno diuinitus præparatum, unde eadem ratione omnia beneficia, quæ nobis confert ex tempore, præparauit nobis ab æterno. Vnde ponere, q aliquod meritum ex parte noſtra præſupponatur, cuius præſcientia ſit rō prædeſtinationis, nihil eſt aliud, quam gratiam ponere dari ex meritis noſtris, & quod principalia bonorum operum eſt ex nobis, & conſummatio eſt ex Deo: minus conuenientius ſit ordinatur littera. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit fieri conformes imaginis filij ſui, Vt iſta conformitas non ſit ratio prædeſtinationis, ſed terminus uel effectus. Dicit enim Apoſtolus Ephe. primo. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei. Nihil enim aliud eſt adoptio filiorum, quam illa conformitas. Ille enim, qui adoptatur in filium Dei, conformatur uero filio eius. Primo quidem in iure participandæ hæreditatis, ſicut ſupra eodem dictum eſt. Si filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Secundo in participatione ſplendoris ipſius. Ipſe ei. im eſt genitus a patre tanquam ſplendor gloriæ eius. Heb. 1. Vnde per hoc, quod ſanctos illuminat de lumine ſapientiæ, & gratiæ, facit eos fieri conformes ſibi. vnde in pſal. 119. dicitur, In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te, id eſt, Profundētem omnem ſplendorem ſanctorum. Quod autem dicit; [Imaginis filij eius;] poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt ſit conſtructio appoſitiua, vt ſit ſenſus, conformes imaginis filij eius, qui eſt imago. Col. 1. Eſt imago inuiſibilis Dei. Alio modo poteſt intelligi, vt ſit conſtructio tranſitiua, ut ſit ſenſus, Prædeſtinauit nos fieri conformes filio ſuo in hoc, quod portemus eius imaginem. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, ſic portemus imaginem cęleſtis. Dicit autem; [Quos præſciuit, & prædeſtinauit,] non quia omnes præſcitos prædeſtinet, ſed quia eos prædeſtinare nō poterat, niſi præſciret. Hier. 1. Priuſquam te formarem in vtero noui te. Quid autem ex hac prædeſtinatione ſequatur, ſubiungit; [Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.] Sicut enim Deus ſuam naturalem bonitatem voluit aliis cōmunicare, participando eis ſimilitudinem ſuæ bonitatis, vt non ſolum ſit bonus, ſed etiam auctor bonorum: ita filius Dei voluit cōformitatem ſuæ filiationis aliis communicare, vt non ſolum ſit ipſe filius, ſed etiam primogenitus filiorum.

Et ſic, qui per generationem æternam eſt vnigenitus, ſecundū illud Io. 1. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ſecundum collationem gratiæ: [Sit primogenitus in multis fratribus.] Apoc. 1. Qui eſt primogenitus mortuorum, q̄ princeps regum terræ. Habet igitur Chriſtus nos fratres, cum quia nobis ſimilitudinem filiationis communicauit, ſicut hic dicitur, tum quia ſimilitudinem noſtræ naturæ aſſumpſit, ſecundum illud Hebr. 2. Debuit per omnia fratribus aſſimilari.

Deinde cum dicit: [Quos autem prædeſtinauit &c.] ponit ea quæ ex parte ſancti diuinitus conſequuntur. Et primo ponit vocationem eum dicit: [Quos prædeſtinauit, hos & vocauit.] Prædeſtinatio, autem eius irrita eſſe non poteſt, ſecundum illud Eſa. 14. Iurauit dominus exercituum, dicens. Si non vt putaui ita erit: & quomodo mente tractaui, ſic eueniet, Primum autem in quo incipit prædeſtinatio impleri, eſt vocatio hominis, quę quidem eſt duplex, vna exterior, quæ fit ore prædicatoris. Prouer. 9. Miſit ancillas ſuas vt uocarent ad arcem. Hoc modo Deus vocauit Petrum & Andream, vt dicitur Matthæi quarto. Alia vero vocatio eſt interior, quæ nihil aliud eſt, quam quidam mentis inſtinctus, quo cor hominis mouetur a Deo ad aſſentiendum his, quæ ſunt fidei vel virtutis. Eſa. 41. Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum & vocauit eum vt ſequeretur ſe? Et hæc vocatio neceſſaria eſt, quia cor noſtrum non ſe ad Deum converteret, niſi ipſe Deus nos ad ſe traheret Io. 6. Nemo p̄t venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eū. Threnorum 5. Converte nos dñe ad te, & converteмur. Et ēt hæc vocatio eſt efficax in prædeſtinatis, quia huiuſmodi vocationi aſſentiunt. Io. 6. Omnis qui audiuit a patre meo & didicit, venit ad me. Vnde ſcdo ponit iuſtificationem, cū dicit. [Quos vocauit, hos & iuſtificauit,] ſ. gratiam infundendo. ſupra tertio. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Hæc autem iuſtificatio, & ſi in aliquibus fruſtretur, quia non perſeuerant uſque ad finem, in prædeſtinatis tamen nunquam fruſtratur, unde tertio ponit magnificationem cum ſubdit; [Hos & magnificauit.] Et hoc dupliciter ſcilicet uno quidem modo per profectum uirtutis & gratiæ.

Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Sapien. ult. In omnibus domine magnificaſti populum tuum & honoraſti. Ponit autem præteritum pro futuro ſi intelligatur de magnificatione gloriæ, vel propter certitudinem futuri: uel quod in quibuſdam eſt futurum, in alijs eſt completum.

Deinde cū dicit; [Quid ergo dicemus &c.] manifeſtat maiorē, ſ. qd promotis a Deo nullus p̄t nocere. Et primo oſtēdit q̄ nō poſſunt patri detrimentū per malum pœnæ, ſecundo qd nec per malum culpæ, ibi; [Quis accuſabit &c.] Malū pœnæ eſt duplex. Vnū quidē conſiſtit in illatione malorū, aliud in ſubtractione bonorū.

Primo oſtendit quod illi, qui promouentur a Deo, non patiuntur detrimentū per conatum alicuius perſequentis, dicens: [Quid ergo dicemus?] quaſi dicat.

Cum tot bona Deus ſuis electis præſtet, quid poteſt dici contra hęc, ut ſcilicet prædicta Dei beneficia annullentur? quaſi diceret, nihil. Prouerb. 21. Non eſt ſapientia, & non eſt prudentia, & non eſt conſilium contra dominum. Vel quid dicemus ad hæc?

LECTIO V.

QVis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt. imo qui & reſurexit, q eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chri? Tribulatio, an anguſtia, fames, an nuditas, an periculū, ſcilicet aſpicientes: oportet nos obſtupeſcere. Abach. 3. ſecundum aliam literam. Conſideraui opera tua, & expoui: [Vel quid dicemus ad hęc? ideſt, quid poterimus Deo rentribuere tot beneficijs dignum? Pſalm. 115. Quid rettribuam domino pro omnibus, que rettribuit mihi?

Et ſubiungit: [Si Deus pro nobis eſt] ſcilicet prædeſtinando, vocando, iuſtificando, & magnificando: [Quis contra nos?] ſ. eſſe poterit efficaciter? Eſa. 5. Stemus ſimul, quis eſt aduerſarius meus? Iob 17. Pone me iuxta te, & cui iuſuis manus pugnet contra me. Secundo oſtendit, quod ſancti Dei non poſſunt pati detrimentum ex ſubtractione bonorum dicens; [Qui etiam proprio filio non pepercit. Cum autem ſupra de multis filijs mentionem feciſſet, dicens, Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, ab omnib. illis hunc filium ſeparat, dicens: [Proprio filio ſuo,] ideſt non adoptato, vt hæretici mentiuntur, ſed naturali & coæterno 1. Io. vlt. Vt ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto, de quo pater dicit Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus. Quod autem dicit [Non pepercit, intelligendum eſt, quod eum a pœna non exemit. Nam culpa in eo non fuit, cui pareꝫ potuiſſet. Prouerb. 13. Qui parcit uirgæ, odit filium ſuum. Non tamen Deus pater filio ſuo non pepercit, ut ei aliquid acereſceret, qui eſt per omnia Deus perfectus, ſed propter noſtram utilitatem eum paſſioni ſubiecit.

Et hoc eſt quod ſubdit: [Sed pro nobis omnibus tradidit illū] ideſt expoſuit eum paſſioni pro expiatione peccatorum noſtrorū. ſupra 4. Traditus eſt propter delicta noſtra. Eſai. 53. Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrorum. Tradidit eum Deus pater in mortem, cum incarnati, & pati ſtatuendo, & humanæ eius uoluntati inſpirando charitatis affectum, qua paſſionem ſpōtaneus ſubiret. Vnde ipſe ſeipſum tradidiſſe dicitur. Eph. 5. Tradidit ſemetipſum pro nobis. Tradidit etiam eum Iudas. & Iudæi exterius aliquid operando, ut ſupra 5. habitum eſt.

Eſt autem notandum quod dicit: [Qui etiam proprio &c.] Quaſi dicat. Non ſolum alios ſanctos pro ſalute hominum tribulationi expoſuit, ſecundum illud Oſeæ. 6. Propter hoc dolaui in prophetis. 2. Cor. 1. Cum tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute: ſed etiam proprium filium ſuum. In ipſo autem filio Dei omnia exiſtunt, ſicut in primordiali & præoperatiua cauſa. Colo. 1. Ipſe eſt ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis omnia ſunt data nobis, unde ſubdit: [Quomodo non etiam cum illo,] ſcilicet dato nobis, [Omnia donauit nobis: ut ſcilicet omnia cedant in bonum noſtrum, ſup. exiora quidem ſcilicet diuinæ perſonæ ad fruendum, rationales ſpiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad utendum, non ſolum proſpera, ſed etiam aduerſa. 1. Corinth. 3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei, unde patet quod ſicut in pſalm. dicitur, Nihil deeſt timentibus eum.

LECTIO VII.

POSTQVAM Apoſtolus oſtendit, quōd ſancti, quos Deus promouet, nullum detrimentum pati poſſunt, quaſi a malo pœnæ, hic oſtendit, quōd nullum detrimentum pati poſſunt, quaſi a malo culpæ. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo excludit quandam obiectionem; ibi, [Chriſtus Ieſus &c. [Circa primum conſiderandum eſt, quod aliquis propter culpam læditur a duobus. Primo quidem ab accuſatione, ſecundo a iudice condemnante. Primo ergo oſtendit, quōd nulla accuſatio poſſit eſſe ſanctis Dei nocua; & hoc ratione diuinæ electionis. Qui enim aliquem elegit ex hoc ipſo eum approbare uidetur. Sancti autem ſunt electi a Deo. Epheſi. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti? Qui autem accuſat, improbat eum quem accuſat. Non autem nocet alicuius accuſatio contra Dei approbationem. Et ideo dicit. [Quis accuſabit ſcilicet efficaciter, aduerſus electos, ideſt, aduerſus quos Deus elegit, ut ſint ſancti. unde dicitur Apoc. 12. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Secundo oſtendit, quod nullius accuſatio poteſt eſſe ſanctis nocua. Et hoc etiam oſtendit ex alio Dei beneficio, quo ſcilicet Deus nos iuſtificat, quod quidem beneficium præmittit, dicens: [Deus,] ſcilicet eſt qui iuſtificat. ſecundū illud quod ſupra dictum eſt, Quos vocauit hos & iuſtificauit. 1. Corinth. ſexto. Sed iuſtificati eſtis. Condemnatio autem contra iniuſtos locum habet, [Quis eſt ergo qui condemnet,] iuſtificatos a Deo. Iob 14. Ipſe concedente pacem, quis eſt qui

Universidad de Deusto Biblioteca

condemnet? Deinde cum dicit;[Christus Iesus,] excludit obuiationem. Posset aliquis timere, ne a Christo Iesu aliquis accusaretur, & condemnaretur tanquam transgressor mādati ipsius Christi, sicut & de Moyse dominus dicit Ioan. quinto. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Et quod ēt ab ipso cōdemnaretur, eo quod ipse est constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum, vt dicitur Act. decimo. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. Corinthiorum secundo. Qui peccatum non fecit: & ideo idoneus videtur ad accusandum, & condemnandum, secundum illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et ideo dicit;[Christus Iesus,] quasi diceret. Nunquid Christus Iesus accusabit aduersus electos Dei, uel etiam eos condemnabit? Et ostendit quod non: quia etiam ipse secundum humanitatem suā magna beneficia sanctis confert; sicut & secundum suam diuinitatem. Et ponit quatuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidē mortem, cum dicit:[Qui mortuus est,] s. pro nostra salute. 1. Petri tertio. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo, resurrectionem per quam scilicet nos viuificat, & nunc vita spirituali, & tandem uita corporali. Vnde subdit,[Qui & resurrexit.] ut supra quarto. Resurrexit propter iustificationem nostrā. Addit autem;[Immo,] quia potius est nunc commemorandus ex uirtute resurrectionis, quam ex infirmitate passionis. 2. Corinth. ultimo. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra, uiuit ex uirtute Dei. Tertio, ipsam patris cōfessionem cum dicit;[Qui est a dextris Dei,] idest, in æqualitate Dei patris secundum naturam diuinam, & in potioribus bonis, eius secundum naturam humanā. Et hoc etiam est ad gloriam nostram, quia ut dicitur Eph. 2. Consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Inquantum enim nos membra eius sumus, nos in ipso Deo patri consedemus. Apoc. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere me cum in throno meo, sicut ego uici & sedi cum patre meo in throno eius. Quarto, interpellationem eius cum dicit,[Qui etiam interpellat pro nobis,] quasi aduocatus noster existens. 1. Ioannis 2. Aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum. Ad officium aduocati pertinet, non quod accuset uel condemnet, sed magis accusatorem repellat, & condemnationem impediat. Dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter. Vno modo pro nobis orando, secundum illud Ioannis decimo septimo. Non pro his rogo tantum scilicet Apostolis, sed pro his qui credituri sunt per uerbum eorum in me. Nunc autem eius interpellatio pro nobis est uolūtas ipsius de nostra salute. Ioan. 17. Volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Alio modo interpellat ꝓ nobis, humanitatem pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata conspectui paterno repræsentando. Hebr. 6. Introiuit in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Deinde cum dicit;[Quis ergo nos separabit, &c.] infert conclusionem ex dictis. Et quia hæc conclusio quasi incredibilis uidetur inexpertis, proponit eam per modum quæstionis. vnde tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo, ostendit necessitatem quæstionis propositæ, ibi;[Sicut scriptum est &c.] Tertio ponit solutionem, ibi;[In his omnibus &c.] Potest autem hæc quæstio ex præmissis duplici ratione concludi. Primo quidem sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata, & tam efficacia, vt nullus contra ea possit. Omnia autem prædicta beneficia ad hoc tendunt, ut nos simus in charitate radicati & fundati. vt dicitur Ephes. 3. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? qua scilicet Christum diligimus & proximum, secundum quod ipse præcepit. Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis &c. Alio modo sic. Dictum est, quòd magna beneficia Deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione adeo charitas Christi in cordibus nostris feruet, quod nihil eam extinguere potest. Cantico. vltimo. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autem mala, per quorum passionem aliquis cogi posset, ut charitatem Christi desereret. Et primo ponit ea, quæ pertinent ad vitam. Secundo, id quod pertinet ad mortem. Circa uero ea, quæ in uita imminent sustinenda, primo ponit mala præsentia, secundo futura. Circa præsentia uero primo ponit ea, quæ pertinent ad tolerantiā malorum. Secundo ea, quæ pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa considerari possunt dupliciter. Vno modo, secundum quod sunt in patiente, qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundū corpus. Et ad hoc pertinet tribulatio. Dicit enim a tribulis, quæ sunt herbæ pungitiuæ. Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur, cum

an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

F exterius pungitur. Nec tamen propter hoc iusti vincuntur. Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos dñs. Affligitur etiam homo ab eis per interiorem anxietatem cordis, dum s. aliquis non uidet quo diuertat, vel quomodo euadat. Et quantum ad hoc subdit;[An angustia:] Danie. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Alio modo huiusmodi mala cōsiderari possunt, secundum quòd sunt in agente. Et quantū ad hoc subdit:[An persecutio:] Quamuis enim pſecutio ad hoc proprie ptinere uideatur, quòd aliquis alium persequitur effugādo,

G ſm illud Matthæi 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, tamen communiter persecutio accipi potest pro inflictione cuiuslibet nocumenti. Psal. 118. Multi qui persequuntur me, tribulāt me. Deinde ponit mala, quæ pertinent ad subtractionem bonorum, quæ sunt necessaria vitæ, s. cibus & uestimēta, ſm illud 1. Timot. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ad subtractionem autem cibi pertinet fames. vnde subdit;[An fames:] Ad subtractionem autem uestitus pertinet nuditas. Vnde subdit;[An nuditas?] 1. Cor. 4. usque in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, Quātum ad mala futura subdit;[An periculum?] scilicet imminens in futurum. 2. Corin. 12. Periculis fluminum, periculis latronum. Quantum autem ad mortem, subdit;[An gladius?] Hebræorum vndecimo, In occasione gladij mortui sunt. Deinde cum dicit;[Sicut scriptum est, &c.] ostendit huius quæstionis necessitatem per hoc, quòd dicit, quod sanctis omnia ista imminebant patienda, propter Christi charitatem. Et inducit verba Psalmistæ, quasi in persona martyrum pro

H posita. In quibus, primo ponit causam passionis. Martyrem enim non facit pœna, sed causa, ut dicit August. Vnde dicit [propter te] Mat. 10. Qui perdiderit animam suam, id est, uitam propter me, inueniet eam, 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur vt fur, aut homicida. Si autem vt Christianus, non erubescat. Patitur etiam propter Christum, non solum, qui patitur propter fidem Christi, sed etiam qui patitur pro quocunque iustitiæ opere pro amore Christi. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secundo, ponit grauitatem passionis, cum dicit;[Mortificamur,] id est, morti tradimur. Hester. 7. Traditi sumus ego, & populus meus vt conteramur, & iugulemur; & pereamus. Tertio, continuitatem persecutionis, cum dicit;[Tota die,] id est, per totum tempus uitæ 2. Corinth. 4. Semper nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum. Quarto promptitudinem persequentium ad occidendum cum dicit;[Aestimati sumus ut oues occisionis,] id est, deputatæ ut occidantur in ma-

I cello, quæ cum studio occiduntur, Ita & sancti ex proposito & cum studio occidebantur. Ioan. 16. Venit hora vt omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Zach. 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant, occidebantur, Deinde cum dicit;[Sed in his omnibus,] soluit quæstionem. Et primo proponit solutionem, dicens:[Sed in his omnibus,] scilicet malis, quæ supra posui:[Superamus,] dum scilicet circa omnia illibatam charitatem seruamus. Sapien. 10. Certamen forte dedit illi ut uinceret. Et hoc non nostra uirtute, sed per auxilium Christi; vnde subdit;[Propter eum qui dilexit nos,] id est, propter eius auxilium, vel propter affectum, quem ad eum habemus, non quasi nos primo dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ut dicitur. 1. Ioan. 4. & 1. Corinth. 15. Gratias Deo, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. Secundo ibi;[Certus sum.] manifestat solutionem; ostendens

K inseparabilem esse sanctorum charitatem. Et primo ostendit, quòd non potest separari a creaturis, quæ sunt. Secundo, quòd nec etiam a creaturis, quæ non sunt; sed esse possent, ibi;[Neque creatura alia.] Circa primum duo facit. Primo ponit ea, quæ sunt in homine, dicens;[Certus sum enim, quia neque mors, quæ est præcipuum inter terribilia;[Neque uita, quæ est præcipuum inter appetibilia, scilicet[Poterit nos separare a charitate Dei.] Infra 14. Siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. In his autem duobus includuntur omnia, quæ supra posuit. Nam sex præcedentia pertinent ad uitam. Vnum autem, scilicet gladius, pertinet ad mortem, ut supra dictum est. Deinde ponit ea quæ sunt exterius, inter quæ primo ponit spirituales creaturas, dicens;[Neque Angeli,] qui scilicet sunt minores deputati ad custodiam hominum singulorum. Psalm. 90. Angelis suis mandauit de

te.

te:[Neque principatus,] scilicet qui sunt deputati ad custodiam [Gentium.] Danie. 10. Nunc reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum. Cum enim egrederer apparuit princeps Græcorū veniens, & nemo est adiutor meus, nisi Michael noster princeps. Addit autem.[Neque virtutes,] qui est supremus ordo ministrantium. Luc. 21. Virtutes cœlorum mouebūtur. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis, qui cōtra sanctos decertant. Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. Alio modo pōt intelligi de bonis. Et ſm hoc, vt Chrysostomus dicit in lib. de compunctione cordis, hoc dicebat, non quod angeli affectare possent aliqn eum a Christo separare, sed etiam ea quę sunt impossibilia, uerbi gratia, fieri posse dixit magis quam se ab amore Christi seiungi: ut per hoc quanta in eo vis esset diuinæ charitatis ostenderet, atque omnibus ante oculos poneret, hic. n. amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant; sed necessarijs suis & charis afferunt, & prodūt, & flammas suas infra pectus cohibere non pñt. Enarrant ea frequentius ut ipsa assiduitate narrandi, amoris sui solatium capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic eximius amator Christi, omnia quæ sunt & quæ erūt, quæque accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul uno sermone complectitur. Et simile est quod dr Gal. 1. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterquam quod euangelizaui uobis, anathema sit. Deinde posuit ēt creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatem ponit. Primo quidem ſm tempus, quo diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit.[Neque instantia.] i. præsentia siue dolorem, siue delectationem inferant 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis ea quæ videntur. Addit autem.[Neque futura;] quorum nec timor, nec desiderium potest nos separare a Christo. Vnde dicebat Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen dñi Iesu. Deinde ponit diuersitatem sensibilium creaturarum ex parte magnitudinis; & primo tangit magnitudinem uirtutis cum dicit:[Neque fortitudo,] id est neque quæcunque creatura fortis, pōt me separare a Christo, puta fortis ignis, aut fortis aqua, quia vt Cant. 8. dicitur, Fortis est ut mors dilectio. Deinde ponit magnitudinem dilectionis describens eam secundum ea, quæ proprie cōueniūt corporibus. s. altum & profundum. Vnde dicit.[Neque altitudo.] ex qua. s. aliquis mihi minaretur præcipitium, sicut dicitur Luc. 4. Quod duxerunt Iesum usque ad supercilium montis ut præcipitarent eū. [Neque profundum.] in quo aliquis submersionem minaretur. psal. 68. Infixus sum in limo profundi. Possunt ēt hæc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim aliquis homo posset a Deo aliquem auertere. Vno modo cogendo per fortitudinem. Sed sicut dicitur 1. Regum 2. Non est fortis sicut Deus noster, Secundo stupefaciendo per altitudinem authoritatis: sed de eo dicitur in psal. 62. Tu solus altissimus super omnem terram. Tertio seducendo per profundum sapientiæ, sed de eo dicitur Iob 11. Profundior inferno: & vnde cognosces? Possunt etiam hæc duo, altitudo, & profundum, ad prospera & aduersa referri, secundum illud 2. Corin. 6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, vel secundum Chryso. in libro de compunctione cordis, qui ait. Altitudo & profundum non mihi aliud indicare videntur, quam regnum cœlorum & gehennam. Quasi dicat. Nec si a regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trahi pro Christo, nec hoc mihi quidem metuendum est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, sed possunt esse, subdit.[Neque creatura alia:] quod vtique secundum Chryso. de his dicitur, quæ non sunt, quasi illi non sufficiant omnia quæ sunt, sed illa quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certamen. Nihil, inquit, istorum.[Poterit nos separare a charitate Dei 1. Corint. decimotertio. Charitas nunquam excidit.[Quæ quidem charitas Dei,] est in Christo Iesu domino nostro,] quia scilicet per eum data est nobis inquantum spiritum sanctum nobis dedit. Lucæ duodecimo. Ignem veni mittere in terram, & quid uolo nisi vt accendatur? Sed cum scriptum sit Ecclesiast. nono. Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: quid est hoc: quod dicit se esse certum, quod nihil possit eum a charitate separare? Ad quod dici potest, quod Apostolus non loquitur singulariter de seipso, sed loquitur in persona omnium prædestinatorum, de quibus propter certitudinem prædestinationis annuntiat, quod nihil eos a charitate pos-

cōp. li. 1.

A sit separare. Potest etiam ista certitudo causari ex virtute charitatis quæ quantum in se est, ab aliquibus non potest separari, cum Deum super omnia diligant. Quod autem aliquis interdum a charitate recedat, non est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbitrij. Si autem Paulus hoc dicit de seipso, de hoc certus esse non poterat, nisi forte per reuelationem: quia dictum est ei. Sufficit tibi gratia mea. secundo. Corin. 12. Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrij, ipse alibi dicit primæ ad Corinthios. nono. Ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAPVT IX.

LECTIO I.

Veritatem dico in Christo, non mentior: testimonium perhibēte conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & glo-

B ria, & testamentum, & legisla-

LECTIO PRIMA.

Apostolus supra necessitatem, & virtutem gratiæ demōstrauit, hic incipit agere de origine gratiæ, utrum ex sola Dei electione detur, aut detur ex meritis præcedentium operum, occasione accepta ex eo, quod Iudæi, qui videbantur diuinis obsequijs mancipati, exciderant a gratia. Gentiles aūt ad eam erant admissi, qui prius fuerant a Deo alieni. Primo igitur agit de electione Gentium. Secundo de casu Iudæorum, c. 10.[Fratres uoluntas quidem cordis mei, &c.] Circa primum duo facit. Primo, cōmemorat dignitatem Iudæorum. Secundo, ostendit, qūo Gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti, ibi.[Non autem, quod exciderit.] Circa primum duo facit. Primo Apostolus ostendit affe-

C ctum suum ad gentem Iudæorum, ne ea, quæ contra eos dixit vel dicturus est, ex odio dicere uideatur. Secundo, eorum dignitatem ostendit, ibi.[Qui sunt Israelitæ &c.] Circa primum duo facit. Primo confirmat ea, quæ dicturus est, secundo demonstrat suum affectum, ibi.[Quoniam mihi tristitia.] Circa primum duo facit.

Primo confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens:[Veritatem dico,] quod maxime conuenit prædicatori, qui est testis ueritatis. Prouer. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. Zacha. 8. Pacem & ueritatem diligite. Et quia quandoque aliquis ueritati, quam loquitur, aliquod mendacium interserit, ad hoc excludendum subdit.[Non mentior.] Eph. 4. Deponentes mendacium loquimini veritatem. Secundo, confirmat quæ dicenda sunt per iuramentum, quæ est quædam confirmatio per testimonium infallibilis ueritatis. Tales autem sunt testes sanctorum. Primo quidem Deus, secundum Iob 16. Ecce in cœlo testis meus. Et ideo di-

D cit.[In Christo Iesu,] id est, per Christum Iesum, qui est ueritas absque mendacio 2. Corinth. 1. Dei enim filius, qui prædicatus est in uobis, non fuit in illo, est, & non. Secundo testis infallibilis sanctorum est eorum conscientia. unde subdit.[Testimonium perhibente mihi cōscientia mea,] 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, Et quia interdum conscientia errat, nisi per spiritum sanctum rectificetur, subdit.[In spiritu sancto,] supra octauo. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro.

Deinde cum dicit.[Quoniam tristitia, &c.] ostendit suum affectum ad Iudæos per dolorem, quem de eorum casu patiebatur, quem quidem primo exponit. Secundo eius signum ponit cum dicit.[Optabam, &c.] Exaggerat autem suum dolorem tripliciter. Primo quidem ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristitia est magna, quia. s. est de magno malo idest de excidio tantæ gentis. Treno. 2. Magna est uelut mare contritio tua.

Sed contra hoc uidetur esse, quod dicitur Eccl. 30. Tristitiam

E non des animæ tuæ, quod uidetur sententiæ Stoicorum consonare, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebāt. Cum. n. tristitia sit de malo præsenti: non potest sapienti competere, cui nullum malum est præsens. Non. n. æstimabant aliquid esse bonū nisi honestum, & malum nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur, dupliciter. Primo quidem quia corporales defectus, licet non sint simpliciter mala, quibus. s. homines fiant mali, sunt tñ quædam mala, quæ natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus legitur, Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem.

Secundo, cum ex charitate homo dēt suum diligere proximū, sicut seipsum, imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi, sicut de peccato sui ipsius, unde Aposto. dicit secundo. Corin. 12. Et lugeam multos ex eis, qui peccauerunt. Sic igitur reprobatur sæculi tristitia, quæ mortem operatur, procedens ex amore sæculi: sed tristitia, quæ est secundum Deum utpote ex diuina charitate procedens, salutem operatur, ut dicitur secundæ Corinth. septimo. Et talis fuit ista tristitia. Secundo, exaggerat

eam

eam ex continuitate, vnde subdit; [Et continuus dolor.] Non q; continuo actu doleret, sed secundum habitum. Hier. 9. vt plorem die, ac nocte interfectos populi mei. Tertio exaggerat eam ex sui veritate, & dicit; [Cordi meo.] non enim erat superficialis, sed in corde radicata. Thren. 1. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Deinde cum dicit; [Optabam.n. &c.] ponit signum doloris, dicens; [Optabam enim ego ipse,] qui tam feruens sum in charitate Christi, ut supra ostensum est; [Anathema eē a Christo pro fratribus meis.]

tio, et obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Vbi primo sciendum est, quod anathema est Grecum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis, quod est positio, vt dicatur anathema quasi sursum positum: quia scilicet cum capiebatur aliquid in præda, quod nolebant esse in vsu hominum, suspendebant illud in templo. Et inoleuit vsq; adhuc, vt ea quæ sunt separata ab hominum communi vsu, anathemata vocarentur. Vnde Iosue 6. dicitur; Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt, domino. Dicit ergo, Optabam ego ipse anathema esse a Christo, id est, separatus ab eo quod quidem fit dupliciter. Vno modo per culpam, per quam aliquis a charitate Christi separatur, eius præceptum non seruans. Io. 14. Si diligitis me, mandata mea seruate. Sic autem Apostolus non poterat optare esse anathema a Christo pro quacunque causa, ut ex supradictis in 8. c. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis, quo quis tenetur Deum super omnia diligere, & salutem suā plusquam salutem aliorum. Et ideo non dicit; [Opto,] sed [optabam,] scilicet, tempore infidelitatis, sed secundum hoc, nihil magnum dicit Apostolus, quia tunc etiam propter se volebat esse separatus a Christo. Vnde & quædam glossa exponit, quod dicit; Tristitia magna est mihi: de tristitia qua dolebat de præterito statu peccati, in quo a Christo uoluerat esse separatus. Alio modo potest aliquis esse separatus a Christo, id est a fruitione Christi, q̃ habetur in gloria. Sic autem separari a Christo uolebat Apostolus pro salute gentilium, nedum pro conuersione Iudæorum, secundum illud Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse multo melius: permanere in carne necessarium propter vos. Et hoc modo dicebat; [Optabam,] scilicet si fieri posset, [Anathema esse,] id est, separatus a gloria, uel simpliciter, uel ad tempus propter honorem Christi, qui est ex conuersione Iudeorum, secundum illud Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chrysosto. in libro de compunctione cordis, Ita totam eius mentem deuicit amor, ut etiam eo, quod præ cæteris omnibus amabilius erat esse cum Christo rursum idipsum, quia ita placeret Christo, contemneret, sed & cœlorum regna, quod videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur.

De comp. cor. lib. 1.

Et causam tanti effectus ostendit, subdens; [Pro fratribus meis.] Vnde Eccle. 25. dicitur, quòd tria sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum &cæt. Et ne hoc intelligeretur de his, qui erant spiritualiter in Christo fratres, secundum illud Matth. 23. Omnes vos fratres estis, subiungit: [Qui sunt cognati mei secundum carnem.] 2. Corinth. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Deinde cum dicit; [Qui sunt Israelitę.] ostendit dignitatem Iudæorum, ut eius tristitia uideretur esse rationabilis propter pristinam dignitatem populi pereuntis. Propensius enim est malum, dignitatem perdidisse, quàm numquam habuisse, ut dicit glosa, & non solum ex affectu carnali procedens. Ostendit autem eorum dignitatem tripliciter. Primo quidem quantum ad suam gentem, cum dicit; [Qui sunt Israelitæ,] id est, a genere Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32. & 2. Corinth. 11. Israelitæ sunt & ego. Et hoc ad dignitatem pertinet. Dicitur enim Deut. 4. Non est alia natio tā grandis &cæt. Secundo ostendit dignitatem illius gentis ex Dei beneficijs, inter quæ primo ponit spiritualia beneficia, quorum vnum respicit præsens. Et quantum ad hoc dicit; [Quorum est adoptio filiorum Dei.] vnde dicitur Exod. 4. Primogenitus meus Israel. Et hoc quidem dicitur quantum ad spirituales uiros, qui fuerunt in illo populo. Quantum ad carnales uero supra 8. innuit, quòd acceperunt spiritum seruitutis in timore. Aliud vero beneficium ponit, quod respicit futurum, cum dicit; [Et gloria,] scilicet filiorum Dei eis repromissa. In cuius signum legitur Exod. ultimo. Quòd gloria Domini impleuit tabernaculum.

Deinde ponit alia beneficia figuralia, quorum tria sunt figura præsentis spiritualis beneficij. Et horum primum est testamentum, id est pactum circumcisionis Abrahæ datum, ut dicitur Gene. 17. Quamuis hoc possit referri ad testamentum nouum, quod primo Iudæis est prædicatum. Vnde & dominus dicebat, Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et Hierem. 21. dicitur, Feriam domui Israel fœdus nouum. Secundum est lex data Moysi. Vnde & subdit. Legislatio. Eccles. 24. Legem mandauit nobis Moyses. Tertium est cultus diuinus, cum dicit. [Et obsequium,] quo scilicet Deo seruiebāt, omnibus alijs gentibus seruientibus idolis. Esa. 44. Et nunc audi serue meus Iacob, & Israel, quem elegi. Deinde ponit id, quod pertinet ad futuram gloriam, cum dicit. [Et promissa.] Promissiones enim factæ in ueteri testamento impletæ per Christum Iudæis præcipue factæ uidentur. Vnde dicitur infra decimoquinto. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum &c. Fuerunt autem eis multæ promissiones factæ de bonis terrenis, ut patet Leui. vigesimosexto, & Deute. 18. Sed per illa temporalia bona, spiritualia figurabantur. Tertio autem describit dignitatem Iudæorum ex origine, cum dicit. [Quorum patres.] quia scilicet secundum carnem sunt progeniti ab illis patribus, qui fuerunt maxime Deo accepti. Deute. quarto. Dilexi patres tuos; & elegi semen eorum. Oseæ 9. Quasi prima poma ficulneæ eius uidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatem eorum ex prole, cum dicit. [Ex quibus est Christus secundum carnem.] sicut ipse dicit Ioan. quarto. Salus ex Iudæis est. Et ne hoc parum videatur, ostendit Christi dignitatem, dicens. [Qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen] 1. Ioan. vltimo. Hic est uerus Deus, & uita æterna. In quibus uerbis quatuor hæreses destruuntur. Primo quidem Manichæi, qui dicebat Christum habuisse corpus phantasticum, & verum, quod remouet per hoc, quod dicit, secundum carnem. Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. vlt. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Secundo hæresis Valentini, qui dicit Christum non de massa humani generis, sed de cœlo corpus attulisse. Quod quidem excludit in hoc, quod dicit Christum ex Iudæis secundum carnem esse, secundum illud Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Tertio hæresis Nestorij, qui posuit alium esse filium hominis, alium Dei, contra quē Apostolus hic dicit, quod ille est ex patribus secundum carnem, qui est Deus super omnia. Quarto excluditur hæresis Arri, qui dicebat Christum esse minorem patre, & quod est creatus ex nihilo. Contra quorum primum dicit, quod est super omnia. Contra secundum, quod est benedictus per omnia secula. Hoc enim de solo Deo dicendum est, quod eius bonitas duret in sæcula.

LECTIO II.

NON autem quod exciderit uerbum Dei. Non enim omnes, qui ex circuncisiones sunt Israel sūt Israelitæ, neq; q semen sunt Abrahæ oēs filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, i. non qui filij carnis hi filij Dei; sed q filij sūt pmissionis, estimant in semine: promissionis.n. verbum hoc est. Secūdum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solū aūt illa, sed & Rebecca ex vno cōcubitu hñs Isaac patris nri. Cū.n. nondum nati fuissent, aut aliqd boni egissent, aut mali (vt secūdum electionem propositum

LECTIO II.

POSTQVAM Apostolus posuit dignitatem Iudæorum, nunc ostendit, quod ista dignitas non pertineat ad eos, qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus, sed ad spirituale semen, quod est a Deo electum. Et primo ostendit, quod huiusmodi dignitas proueniat ex electione diuina. Secundo ostendit, quod hæc electio communiter pertinet ad Iudæos, & ad gentiles, ibi; [Quos etiam uocauit non solum &cęt.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualem dignitatem consequuntur. Secundo mouet quæstionē de iustitia diuinæ electionis, ibi. [Quid ergo dicemus?] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ostendit propositum, ibi [Sed in Isaac, &cæt.] Circa primum duo facit. Primo ponit firmitatem diuinæ electionis. Secundo ostendit in quibus impleatur. ibi. [Non enim omnes &cæt.] Dicit ergo primo. Ita dictum est, quod eorum sunt promissa, & adoptio filiorum, & gloria, pro quorum casu est mihi magna tristitia, & continuus dolor. Non autem est hoc sic intelligendum, quod [Verbum Dei exciderit,] id est, frustratum sit, quia & si non habet locum in quibusdam, qui exciderunt, habet tamen locum in alijs. Esa. 55. Verbum quod egreditur ex ore meo, non reuertetur ad me uacuum &cæt. psal. 118. In æternum domine permanet verbum tuum. Deinde cum dicit; [Non enim &cæt.] ostendit quomodo, & in quibus uerbum Dei exciderit. Circa quod considerandum est, quod Iudæi de duobus præcipue gloriabantur, uidelicet de Abraham, qui primo accepit pactum circumcisionis a domino, ut dicitur Gene. 17. Et de Iacob, siue Israel, cuius tota posteritas in populo Dei connumerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. nam posteritas filij eius Esau, ad populum Dei non pertinebat: unde Apostolus ostendit propositum. Primo quidem per comparationem ad Iacob dicens, [Non.n. omnes qui sunt ex Israel] .i. ex Iacob ſm carnē progeniti, [Hi sunt veri Israelitę.] ad quos pertinēt Dei promissa, sed illi qui sunt recti & videntes Deū per fidē. Esa. 44. Rectissime quem elegi. Vnde & dñs dicit Nathanaeli, Io. 1. Ecce verus Israelita, in quo dolus nō est. Hoc autē nomē Israel impositum fuit Iacob ab angelo. vt patet Gen. 32. Scdo ōndit idē, pp comparationē ad abraā dicens, [Neque oēs qui sunt carnale semen Abrahæ,] sunt spirituales Abrahæ filij, qb. Deus benedictionē repromisit, sed solū illi q eius fidē & opa imitant. Io. 8. Si filij Abrahę estis: opa Abrahę facite.

Deinde cum dicit, [Sed in Isaac, &c.] manifestat propositū Et primo quantū ad Abraham. Secundo quantum ad Iacob, ibi [Nō solum aūt illa, &c.] Circa primū tria facit. Primo proponit authoritatē scripturæ, dicē. [Sed in Isaac vocabitur tibi semē,] Hoc dominus dixit Abrahæ, vt habetur Gen. 25. Vbi agebatur de expulsione Hysmaelis. Quasi dicat. Non omnes qui nati sunt carnaliter ab Abraam, pertinent ad illud semē, cui facta est repromissio secundum illud Gal. 3. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius, sed illi qui similes sunt Isaac. Deinde cum dicit, [Idest, non qui filij, &c.] exponit authoritatem inductam secundum quod facit ad propositum Ad cuius euidentiam accipiendum est, quod Apostolus dicit Galat. 4. Abraam duos filios habuit. vnum de ancilla, & vnum de libera; sed qui de ancilla. s. Hysmael, secundum carnem natus est, quia. s. secundum legem & consuetudinem carnis ex iuuencula natus est, qui aūt ex libera. s. Isaac, per repromissionem & non secundum carnem. i. non ſm carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, ut habetur Gen. 18. Quamuis sit natus secundum carnem, i. secundum substantiam carnis quam accepit a parentibus. Ex quo Apostolus hic accipit, quod illi non adoptantur in filios Dei; [Qui sunt filij carnis]. i. ex hoc ipso, q; secundum carnem progeniti sunt ab Abraam, [Sed illi æstimantur in semine,] quibus facta est repromissio; qui sunt filij promissionis, idest illi qui ex gratia promissionis diuinæ facti sunt filij Abrahæ secundum imitationem fidei, secundum illud Matth. 3. Potens est Deus, de lapidib. his, suscitare filios Abrahæ. Sicut etiam Hysmael secundum carnem natus, non est computatus in semine, sed Isaac per repromissionē natus. Tertio ibi, [Promissionis enim &c.] probat conuenientem fuisse suam expositionem, quam per Isaac significari dixit eos, qui sunt filij repromissionis, quia. s. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, [Promissionis enim,] Hoc uerbum est, quod angelus immo dominus in Angelo dixit ad Abraam, Gen. 8. Secundum hoc tempus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4. Cum uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum; [Et erit Saræ filius] scilicet per gratiam repromissionis. Vnde & Gal. 4. dicitur. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Deinde cum dicit, [Non solum aūt illa &c.] manifestat propositum quantum ad Iacob. Et Primo ponit quod intendit. Secūdo, manifestat propositum, ibi, [Cū enim nondum nati, &c.] Dicit ergo primo non solum illa. s. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed Rebecca habens in vtero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem solum, & hoc ex vno concubitu Isaac patris nostri. Dicitur.n. Gen. 25. Quod Isaac rogauit pro vxore sua, eo q; sterilis esset, & dedit dominus conceptum Rebeccæ & collidebātur in ventre eius paruuli. Et est notandum, q; hoc Apostolus inducit contra Iudęos, qui reputabant se Dei iustitiā adepturos, propter merita patrū, contra quos dicit de uiris iustis, Ezec. 14. Quod filium & si iam non liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabuntur. Vnde & Ioannes Iudæis dicebat Matth. 3. Nec cœperitis dicere; Patrem habemus Abraam, &c. Contra horum opinionem ergo, Primo induxerat quod de filijs Abrahæ vnus erat electus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere uel diuersitati matrum, quia Hysmael natus est de ancilla, & Isaac de libera, uel diuersitati meritorum patris, quia Hysmaelem genuit incircuncisus, Isaac autem circuncisus. Vt igitur omne subterfugium excludatur inducit exempla, ubi vnus eligitur & alius reprobatur eorū qui nō solū ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu. Deinde cum dicit, [Cum nondum, &c.] ostendit propositū, & primo per authoritatē Gen. 28. secundo per authoritatē prophetæ, ibi, [Sicut scriptū est &c.] Circa primum tria facit. Primo, designat tempus promissionis & dicit, q; per repromissionem est vnus filiorum Rebeccæ alij prælatus, cum [Nondum nati fuissent,] Et sicut per superiora exclusit opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita ēt per hoc excludit errorem Manicheorum, qui diuersitatē eorum, quæ hominib. accidunt, natiuitati ascribunt, vt. s. vniuscuiusque vita, & mors disponatur ſm constellationē, sub qua natus est, cōtra q; dr̄ Hiere. 10. A signis cęli nolite metuere, quæ gentes timēt. Subdit autem, [Aut aliqd egissent boni, aut mali.] Vbi excluditur error Pelagianorū, q dicūt ſm merita præcedētia gratiā dari, cum tū scriptum sit Tit. 3. Nō ex operib. iustitiæ quæ fecimus nos, sed ſm suā misericordiā saluos nos fecit. Vtrūque autem horum ostenditur falsum, per hoc, quod ante natiuitatem, & ante opera, vnus filiorum Rebeccæ alteri est prælatus. Excluditur per hoc etiam error Origenis, qui posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas, & quod pro meritis eorum, quæ ibi egerunt bene uel male, diuersitatem vitæ sortiuntur: secundum quem, non posset esse verum quod hic dicitur. [Cum nō dum aliquid mali vel boni egissent.] Contra hoc autem est quod dicitur Iob. trigesimooctauo. Vbi eras, cū me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Posset enim secundum Origenis errorem responderi. Eram inter ipsos Dei filios iubilantes. Secundo, ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in vtero existentium alteri est prælatus, dicens; [Vt propositum Dei]. s. volentis unum pre alio magnificare, [Maneret]. i. firmum esset: & hoc non secundum merita, sed secundum electionem, idest inquantum ipse Deus spontanea uoluntate unū alteri prælegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti. Hoc autem est propositum prædestinationis, de quo ibidem dicitur. Prædestinati secundum propositum voluntatis eius. Tertio ponit promissionem, dicens, [Non ex operibus.] quæ nulla præcesserunt, vt dictum est. [Sed ex vocante] idest ex ipsa gratia uocantis, de quo supra dictum est. Quos prædestinauit hos & vocauit, [Dictum est ei]. s. Rebeccæ, [Quia maior] scilicet Esau [Seruiet minori,] Scilicet Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum personas, & sic intelligitur Esau seruisse Iacob, non directe, sed occasionaliter inquantum persecutio quam ei intulit, in eius bonum cessit. Secundum illud Prou. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. Secundo potest referri ad populos ex vtroque progenitos: quia Idumæi aliquando fuerunt subiecti Israelitis, secundum illud Ps. 59. in Idumęam extendam calciamentū meū. Et hoc videtur cōpetere his, quæ præmittuntur in Gen. 25, Pręmittuntur.n. Duo populi ex uētre tuo diuidentur: populus populum superabit, & maior minori seruiet. Tertio, potest intelligi figuraliter dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudęorum, qui primo adoptionē filiationis accepit, secundum illud Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Per minorem autem figuratur populus gentilium, qui posterius est ad fidem uocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Luc. 15. Maior ergo populus seruiet minori, inquantum Iudęi sunt nostri capsarij, custodientes libros ex quibus nostræ fidei testimonium perhibetur. Io. 5. Scrutamini scripturas. Deinde cum dicit, [Sicut scriptum est, &c.] Probat propositum ex authoritate Prophetę, dicens, [sicut scriptū est]. s. i. Malac. prophetę ex persona Dei dicētis, [Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] Dicit aūt hic quædam glo. Quod id quod supra dictum est, maior seruiet minori, dictū est secundum pręscientiā. Quod aūt hic dicit, est intelligendum secundum iudicium, quia. s. Deus pp bona opera dilexit Iacob, sicut & oēs sanctos diligit. Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Esau vero odio habui, propter peccata. sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed quia dilectio hominis præuenitur a dilectione Dei, ſm illud 1. Io. 4. Nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere quod ante Iacob dilectus sit a Deo, quam ipse Deum dilexerit. Nec potest dici quod Deus ex tempore eum diligere inceperit, alioquin eius affectus esset mutabilis, & ideo oportet dicere, quod Deus ab æterno Iacob dilexit, vt dicitur. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Est autem in his verbis Apostoli considerandum, quod tria ponit in Deo pertinentia ad sanctos, videlicet electionem, per quam intelligitur prædestinatio & electio Dei, quæ quidem realiter sunt idem in Deo, sed differunt ratione. Nam ipsa Dei dilectio dicitur secundum quod vult bonum alicui absolute. Electio autem dicitur secundum quod per bonum quod alicui vult eum alteri præfert. Prædestinatio autem est secūdum quod hominem dirigit in id bonum, quod ei vult, diligendo & eligendo: & ideo

secundum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

secundum rationem prædestinatio sequitur dilectionem, sicut & voluntas de fine, naturaliter præcedit directionem aliquorum in finem. Electio autem & dilectio, aliter ordinãtur in Deo, & in homine. In homine.n. electio præcedit dilectionem: voluntas.n. hominis mouetur ad amandum ex bono, quod in re amata considerat, ratione cuius, ipsam prælegit alteri, & prælecte suũ amorem impendit. Sed voluntas Dei est causa omnis boni, quod est in creatura, & ideo bonũ, per quod vna creatura prefertur alteri p modũ electionis, consequitur voluntatem Dei, quæ est de bono illius quæ pertinet ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonum, quod in homine eligat, Deus eum diligit, sed potius eo quòd ipsum diligit, præfert eum alijs eligendo. Sicut autem dilectio de qua hic loquitur, pertinet ad æternam Dei prædestinationem, ita etiam odium de quo hic loquitur, pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores. Nec est dicẽdum, quod ista reprobatio sit temporalis, quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed est ab æterno, quæ quidem quantum ad aliquid conuenit cum dilectione vel prædestinatione: quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidem quantum ad hoc, quod sicut prædestinatio est præparatio gloriæ, ita reprobatio est præparatio pœnæ. Esa. 30. Præparata est ab heri Thophet a rege præparata. Differt autem quantum ad hoc, quòd prædestinatio importat præparationem meritorum, quibus peruenitur ad gloriam: sed reprobatio importat præparationem peccatorum quibus peruenitur ad pœnam. Et ideo præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio prædestinationis, quia merita præscita, cadunt sub prædestinatione: sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis: inquantum scilicet, Deus proponit se puniturum malos propter peccata, quæ a seipsis habent, non a Deo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ a seipsis non habent, Oseę 13. Perditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum.

Dei maneret,) non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

LECTIO III.

POstquam præmisit Apostolus, quod secundum Dei electionem vnius alteri præfertur, non ex operibus, sed ex gratia vocantis: hic inquirit de iustitia huius electionis. Et primo proponit dubitationem. Secundo soluit, ibi; [Absit. Moysi, &c.] Tertio obijcit contra solutionem, ibi; [Dicis itaque mihi, quid adhuc, &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, quod Deus sine merito præcedente vnum eligit, & alterum reprobat. Quid ergo dicemus? [Nunquid,] per hoc probari potest, quòd sit; [Iniquitas apud Deum?] uidetur quod sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibus, vt æqualiter æqualibus distribuatur: homines autem remota differentia meritorum, sunt æquales. Si ergo absque consideratione meritorum Deus inæqualiter distribuit, vnum eligens & alium reprobans, uidetur quòd sit in eo iniquitas: quod est contra illud, quod dicitur Deute. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Psalm. 118. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Est autem sciendum, quod Origenes hanc obiectionem soluere volens, incidit in errorem. Ponit enim in suo Periarchon, Deum ab initio solũ creaturas spirituales fecisse, & omnes æquales, ne ex eorum inæqualitate posset secundum rationẽ prædictam, iniquitas Deo ascribi: sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium, quædam per amorem conuersæ sunt ad Deum plus vel minus, & secundum hoc distincti sunt diuersi ordines angelorum: quædam vero aduersæ sunt a Deo plus vel minus, & secundum hoc, alligatæ sunt corporibus vel nobilibus vel ignobilibus: quædam quidem cœlestibus corporibus, quædam autem corporibus demonum, quædam autem corporibus hominum: & secundum hoc, ratio condendi & distinguendi creaturas corporeas est peccatum spiritualis creaturæ: quod est contra id quod Gene. 1. dicitur. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. per quod datur intelligi, quòd causa producendi creaturas
21.& 22. corporales, est bonitas, ut dicit August. 11. de ciuitate Dei. Et ideo hac opinione reiecta, videndum est, qualiter Apostolus dubitationem soluat, cum dicit; [Absit. Moysi enim dicit &c.] Et circa hoc duo facit. Primo, soluit obiectionem prædictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundo, quantum ad odium seu reprobationem malorum, ibi; [Dicit enim scriptura, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit authoritatem scri-

F ptura, ex qua procedit solutio. Secundo, ex ea conclusionem inducit ibi; [Igitur non volentis &c.] Inducit autem authoritatẽ, quæ habetur Exod. 33. ubi dixit dominus Moysi, secũdum literam nostram. Miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuero. Sed Apostolus inducit eam secundum literam 70. dicens:

LECTIO III.

QVID ergo dicemus; Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit;

[Moysi enim dicit,] dominus; [Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cui miserebor.] Vbi ẽm superficiẽ literæ, omnia bona nostra Dei misericordię ascribuntur, secundũ illud Esa. sexagesimotertio. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnib. quę reddidit nobis. Et Thren. tertio. Misericordiæ domini, ꝙ non sumus consumpti: multę.n. sunt miserationes
G eius. Exponitur autẽ hæc authoritas in glo. dupliciter. & ẽm hoc, ex authoritate hac dupliciter soluitur quæstio, & obiectio. Vno modo sic: [Miserebor cui misereor,] idest, illi qui est dignus misericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicẽs, [Misericordiã præstabo cui misereor,] idest, cui dignum iudico misereri: sicut & in Psal. centesimosecundo, dicitur. Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc, licet misericorditer sua impendat, tamẽ ab iniustitia excusatur, quia dat quib. dandum est, & quia non dat cui dandum non est, secundum rectitudinem sui iudicij. Sed misereri cui dignum est, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur aliquis dignus misericordia, propter opera præexistentia in hac vita, licet non in alia, vt posuit Origines: quod pertinet ad hæresim Pelagianorum, qui posuerunt gratiam Dei hominib. secundum merita dari. Sed hoc stare non potest, quia sicut dictum est, ipsa etiam bona merita sunt homini a Deo, & sunt prædestinationis effectus.

H Alio modo potest intelligi, vt aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita præcedentia gratiam, sed propter merita subsequentia, puta vt dicamus, quod Deus dat alicui gratiam, & proposuit eam ab æterno illi se daturum, quem præsciuit ea bene fore vsurum, & secundum hoc intelligit glo. quod miseretur cui miserendum est. Vnde dicit, Miserebor cui misertus ero, idest illi miserebor vocãdo, & gratiã apponendo, cui præsciuero quod misericordiam daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permansurum. Sed videtur, quod nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est.n. quod nihil potest poni, vt ratio prædestinationis quod est prædestinationis effectus, etiam si accipiatur prout est in Dei præscientia, quia ratio prædestinationis præintelligitur prędestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem quod omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est diuinę prædestinationis effectus. Diuinum autem beneficium non solum extendit se ad infusionem gratiæ qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ vsum: sicut etiã in rebus naturalibus non solum Deus causat ipsas formas in reb.
I sed etiam ipsos motus & operationes formarum; eo quod Deus est principium omnis motus, cuius operatione cessante a mouendo, ex formis nullus motus uel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiæ vel uirtutis in anima ad usum ipsius, sic se habet forma naturalis ad suam operationem. Et ideo dicitur Esa. vigesimosexto. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc speciali ratione Aristoteles de operib. voluntatis humanæ, Cum enim homo habeat potentiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per consilium, ex quo vnum oppositorum prælegit alteri. Sed cum iterum homo habeat potentiam consiliandi, vel non consiliandi, oportebit esse aliquid, per quod reducatur in actum consilij. Et cum in hoc non sit procedere in infinitum,
K oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine, quod ipsum moueat ad consiliandum: & hoc non est aliud quam Deus. Sic igitur ipse vsus gratiæ est a Deo, nec propter hoc superfluunt habitus gratiæ, sicut nec superfluunt formæ naturales quamuis Deus in omnibus operetur: quia sicut dicitur Sapien. 8. Ipse disponit omnia suauiter, quia scilicet per suas formas omnia inclinantur quasi sponte in id, ad quod ordinantur a Deo. Sic igitur non potest esse quod merita consequentia gratiam, sint ratio miserendi, aut prædestinandi, sed sola Dei voluntas, secundũ quã misericorditer aliquos liberat. Manifestum est enim, quod iustitia distributiua locum habet in his, quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem vt plus laborantibus maior merces donetur, non autem habet locum in his, quæ sponte, & misericorditer aliquis dat, puta si aliquis duos pauperes in via inueniẽs, det vni quod potest, vel disponit in eleemosynam dare, non est

iniquus

iniquus, sed misericors. Similiter si aliquis duobus æque ipsum offendentibus uni dimittat offensam & non alteri, est misericors vni, & iustus ad alterum, neutri vero iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxij, quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat: & sic quibusdã est misericors, quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat: neutris autem iniquus. Et ideo Apostolus, quæstionẽ soluit per authoritatem, quæ omnia diuinę misericordiæ ascribit.

Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor, Igitur non uolentis neque currentis, Sed miserẽtis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Sciendum est tamen, quòd Dei misericordia secundum tria attenditur. Primo quidem secundum prædestinationem, qua ab æterno proposuit aliquos liberare. Psal. 102. Misericordia eius ab æterno & vsque in æternum. Secundo ẽm vocationem & iustificationem, quibus homines saluat ex tempore. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio magnificando per gloriam, qua liberat ab omni miseria. Psal. 106. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo dicit; [Miserebor,] scilicet vocando & iustificando, cum misereor prædestinando & misericordiam præstando, finaliter glorificando eum cui misereor, vocando & iustificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra litera quæ dicit. Miserebor cui uoluero, & clemens ero cui mihi placet. Vbi manifeste non meritis, sed soli diuinæ voluntati ascribitur diuina misericordia. Deinde cum dicit; [Igitur non volentis, &c.] concludit propositum ex præmissa authoritate. Et potest hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic. Igitur ipsa salus hominis [Non est volentis neque currẽtis,] idest, non debetur alicui per aliquam eius voluntatem, vel exteriorem operationẽ, quæ dicitur cursus, secundum illud 1. Cor. 9. Sic currite ut cõprehendatis. [Sed est miserentis Dei,] idest, procedit ex sola Dei misericordia, & maxime sequitur ex authoritate inducta. Deuter. 9. Nec dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem. Potest autem aliter intelligi, vt sit sensus. Omnia procedunt ex Dei misericordia, igitur. [Non est uolentis,] scilicet velle, [Neque currentis,] scilicet currere, sed vtrunque; [Est miserentis Dei,] secundum illud 1. Corint. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset Apostolus, cum etiam gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat, potuisset econuerso dicere, non est miserentis Dei, sed volentis & currentis, quod aures pie non ferunt. Vnde plus aliquid est ex his uerbis intelligendum, ut scilicet principalitas gratiæ Dei attribuatur. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti, quam secundario, puta, si dicamus quòd securis non facit arcam, sed artifex per securim: voluntas autem hominis mouetur a Deo ad bonum. Vnde sup. 8. dictum est. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Et ideo hominis operatio interior non est homini principaliter, sed Deo attribuenda. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis uelle & perficere pro bona uoluntate. Sed si non est volentis velle, neque currentis currere, sed Dei mouentis ad hoc hominem, videtur quod homo non sit dominus sui actus, quod pertinet ad libertatem arbitrij. Et ideo dicendum est, quòd Deus omnia mouet, sed diuersimode, inquantum scilicet vnumquodque mouetur ab eo secundum modum naturæ suæ. Et sic homo mouetur a Deo ad volendum & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic ergo velle, & currere est hominis, ut libere agentis: nõ aũt est hoĩs, vt principaliter mouentis, sed Dei.

Deinde cum dicit: [Dicit.n. Scriptura, &c.] soluit quæstionem præmissam, quantum ad reprobationem malorum. Et primo inducit authoritatem. Secundo infert conclusionem, ibi, [Ergo cui vult miseretur, &c.] Dicit ergo. Ita ostensum est, ꝙ non est iniquitas apud Deum, quantum ad hoc, ꝙ ab æterno diligit iustos. Sed etiam nec quantum ad hoc, quod ab æterno reprobat malos. Dicit.n. Scriptura ex ore Dei. Exod. 9.] Quia in hoc ipsum excitaui te, [vel seruaui te, ẽm aliam literam;] Vt ostendam in te uirtute meam, ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Nostra autem litera sic habet. Et idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, ut enarretur nomen meum in omni terra. Vbi primo considerandum est, quid Deus circa reprobos faciat. quod ostendit, dicens, In hoc ipsum seruaui te, idest, dignus eras mori propter mala, quæ feceras. supra primo. Qui talia agunt, digni sunt morte. Sed tñ non statim tibi mortem induxi, sed seruaui te in uita eo fine qui sequitur, vt scilicet ostendam, &c. Et in hoc etiam sensu potest legi, quod dicitur; [Excitaui te,] idest, cum apud me pro tuis meritis mortuus esses, concessi tibi uitam quasi te exci-

A tarem. In quo apparet, quòd Deus iniquitatem reprobis non facit, cum ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi, sed hoc ipsum, quod eos seruat in uita, procedit ex nimia sua bonitate. Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi: [Excitaui te.] in peccatum, ut deterior fias. Quod quidẽ non est intelligendum hoc modo, quod Deus in homine causet malitiam, sed est intelligendum permissiue, quia, .s. ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates, sicut
B super supra primo dictum est. Tradidit eos Deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius uidetur mihi in hoc esse intelligẽdum: quia uidelicet instinctu quodam interiori mouentur homines a Deo ad bonum, & ad malum. Vnde Aug. dicit in lib. de gratia & libero arbitrio. c. 20. quod Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum uoluntates, quocunque uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Vnde & Deus dicitur sæpius suscitare aliquos ad bonum, ẽm illud Dan. 13. Suscitauit Deus spiritum pueri iunioris. Dicitur etiam suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum illud Esa. 13. Suscitabo Medos, qui sagittis paruulos interficiant: aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominum uolũtates directe, & per se, tanquam actor bonorum; ad malum autem dicitur inclinare, uel suscitare homines occasionaliter, inquantum. s. Deus homini aliquid proponit vel interius, uel exterius: quod quantum est de se, est inductiuum ad bonum: sed homo propter
C suam malitiam peruerse vtitur ad malum. sup. 2. Ignoras quoniã benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ. Et Iob 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia. Et similiter Deus quantum est de se, interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendẽdum iura regni sui, uel ad puniendum rebelles. Sed hoc instinctu bono, malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui, Et hoc patet Esa. 10. Vbi dicitur de Assur, Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, &c. Et post. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum a Deo excitaretur ad regni sui tutelã, abusus est hac excitatione in crudelitatem. Secundo oportet considerare, quo fine Deus ista partim faciat & partim permittat. Est enim cõ
D siderandum, quòd Deus operatur in creaturis ad suam manifestationem, secundum illud supra 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. Vnde & huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur, & quantum ad præsentes; [Vt ostendam in te uirtutem meam.] Exod. 14. Viderunt filij Israel manum magnam, quam exercuerat dominus contra AEgyptios. Et quantũ ad absentes; [Vt annuncietur nomen meum in uniuersa terra.] Psalm. 95. Annunciate inter gentes gloriam eius. Sic igitur patet, quod quantum ad hoc non est iniquitas apud Deum, quia utitur creatura sua secundum eius merita ad gloriã suam. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur; [Posui te,] idest, ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam, Deus enim malitiam ordinat, sed non causat.

Deinde cum dicit; [Ergo cuius vult miseretur, &c.] infert cõclusionem quandam, ex utraque authoritate supra inducta. Nam ex eo quòd dictũ est, [miserebor cui miserebor,] cõcludit: [Ergo cui
E vult miseretur,] Psal. 102. Misertus est dominus timentibus se. Ex eo uero, ꝙ dictum est. [In hoc ipsum excitaui te,] concludit; [Et quem vult indurat.] Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit. Et quidem quod dicitur de Dei misericordia, dubitationem non habet, suppositis his, quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem uidetur esse duplex dubitatio. Primo quidem, quia duritia cordis ad culpam pertinere uidetur, secundum illud Ecclesiast. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Si ergo Deus indurat, sequitur, quod sit actor culpæ. Contra quod dicitur Iacob. 1. Deus intentator malorum est. Ad quod dicendum, quòd Deus non dicitur indurare aliquos directe, quasi in eis causet malitiam, sed indirecte, inquantum scilicet ex his, quæ facit in homine intus uel extra, homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse Deus permittit. Vnde non dicitur indurare, quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam. Secunda dubitatio est, quia ipsa obduratio, non uidetur diuinæ uoluntati pos-

se

Universidad de Deusto Biblioteca

se ascribi, cum scriptum sit. 1. Thess. 2. Haec est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Et primo Timot. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Ad quod dicendum est, quòd tam misericordia, quam iustitia dispositionem voluntatis important. Vnde sicut miseratio attribuitur diuinae voluntati, ita & id quod est iustitiae. Sic ergo intelligendũ est; [Cui vult miseretur,] scilicet per suam misericordiam: [Et quem vult indurat,] per suam iustitiam: quia illi quos indurat, hoc merentur, vt indurentur ab ipso, ut supra primo, capitulo dictũ est.

LECTIO IIII.

Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quid me fecisti sic: An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorẽ, aliud uero in contumeliam? Quod si Deus uolens ostendere irã, & notã facere potentiã suã, sustinuit in multa patiẽtia uasa irae, apta in interitũ, ut ostenderet diuitias gloriae suae, in vasa misericordię, quae praeparauit in gloriam.

LECTIO IIII.

Posita solutione praemissae quaestionis, hic Apostolus contra ipsam solutionem obijcit, & praecipue contra vltimam conclusionem, quã dictum est. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Primo ergo ponit obiectionem. Secundo solutionem, ibi; [O homo, tu quis es, &c. Dicit ergo primo, dictum est, q̃ Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat: [dicis itaque mihi. Quid adhuc quaeritur,] .i. quid oportet vlterius quaerere de causa bonorum, & malorum quae hic aguntur, cum omnia uoluntati diuinae attribuantur, quae est causa sufficiens, eo q̃ nullus pōt ei resistere? Vnde sequitur; [Voluntati eius quis resistit?] Eccl. 1. Proposui in animo meo quęrere, & inuestigare sapienter de omnibus, quę fiũt sub sole. Vel aliter; [Quid adhuc queritur?] .i. conqueritur Deus de hominibus, quando peccant, sicut Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me, & caet. Ideo aũt vr̃ iustam querimoniam non habere, quia ex voluntate eius totum procedit, cui nullus potest resistere. Vnde subdit; [Voluntati eius quis resistit?] Vel aliter; [Quid adhuc quaeritur,] .s. ab homine ut faciat bonum, uel uitet malum. Mich. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum & quid Deus requirat a te, &c. Frustra autem requiritur ab aliquo, quod non est in eius potestate. Nihil autem in hominis potestate, esse uidetur secundum praedicta, quibus omnia diuinae uoluntati uidentur ascribi, cui resisti non potest. Sequitur [Voluntati enim eius quis resistit?] Quasi diceret. Nullus. Hester 13. Non est qui tuae possit resistere uoluntati. Et haec videtur esse intentio Apostoli. Deinde cum dicit; [O homo, tu quis es, & caet.] respondet praemissae quaestioni. Ad cuius responsionis intellectum considerandum est, quòd circa electionem bonorum, & reprobationem malorum, duplex quaestio potest moueri. Vna quidem in generali, quare Deus velit quosdam indurare, & quorundam misereri. Alia uero in speciali, quare uelit huius misereri, & hunc, vel illum indurare. Et potest quidem ratio huius quaestionis assignari: secundae autem quaestionis non potest assignari ratio, nisi simplex Dei uoluntas, cuius exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis aedificare volens, haberet multos lapides similes, & ęquales congregatos, posset ratio assignari quare quosdam ponat in summo, & quosdam in imo ex parte finis, quia ad perfectionem domus, quam facere intendit, requiritur & fundamentum, quod habet lapides in imo, & cacumen parietis, quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo, & hos in imo, non habet aliquam rationem, nisi quia artifex uoluit. Primo igitur Apostolus respondet dubitationi, quantum ad quaestionem secundam, quare, s. huius hominis misereatur, & illum induret. Secundo quantum ad quaestionem primam, quare. s. quibusdam misereatur, & quosdam induret, ibi, [Quod si volens Deus, & caet.

Circa primũ tria facit. Primo arguit praesumptionem quaerentis. Secũdo inducit authoritatem, quae quęstionem soluit, ibi; [Nũquid dicit figmentum, &c.] Tertio exponit authoritatem, ibi, [An non habet potestatem, &c. [Dicit ergo primo, [O homo,] qui es fragilis, & ignorans; [Tu quis es, qui respondes Deo?] vnde sufficis ad respõdendum ei, si uoluerit tecum iudicio contendere? Iob 9. Si uoluerit contendere iudicio cum illo, non poterit ei respondere unum pro mille. Et sicut dr̃ Iob 39. Qui arguit Deum, debet ei respondere. In quo datur intelligi, q̃ homo non debet scrutari rationem diuinorum iudiciorum cum intentione cõprehendẽdi, eo q̃ excedant rõnem humanam. Eccl. 3. Altiora te ne quęsieris. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Deinde cũ dicit; [Nunquid dicit figmentum, &c.] inducit authoritatẽ, quę habetur Esa. 45. Nunquid dicit lutum figulo suo, Quid facis? & opus tuum sine manibus est. Vbi considerandum est, quòd si

F aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum, & nobilibus actibus accommodatum, totum ascribitur bonitati artificis: puta, si ex luto faciat scutellas, & vrceos ad nobilem mensam decentes. Si vero ex vili materia: puta ex luto faciat vas accommodatum vilibus vsibus, puta coquinae, vel huiusmodi officijs, non posset uas conqueri, si rationem haberet. Posset enim conqueri, si ex materia pretiosa, quae praetacet artificis operationi, puta ex auro, & lapidibus pretiosis, faceret vas ad uilia officia deputatum. Humana autem natura vilitatem habet ex sua materia, quia ut dicitur

G Genes. 2. Fecit Deus hominem de limo terrae: sed maiorem vilitatem habet ex corruptione peccati, quae per unum hominẽ in hunc mundum intrauit. Et ideo homo luto merito comparatur. Iob 30. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillae, & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinae, quasi principali agẽti ascribere, Esa. 64. Nunc dñe, pater es tu: nos uero lutum, & fictor noster tu, & opus manuum tuarum omnes nos. Si uero Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittens, deputat eum ad infimum vsum, nullam ei facit iniuriam, ut possit iuste de Deo conqueri.

Deinde cum dicit; [An non habet potestatem &c.] exponit Apostolus verba Prophetae, quasi dicat. Hoc est dictum; [Figmentum,] idest, vas fictile non posset dicere fictori; [Quid me fecisti sic?] quia figulus liberam potestatem habet ex materia luti opus facere, quodcunque sibi placuerit. Vnde dicit; [An non habet potestatem,] s. liberam: [Figulus luti,] qui scilicet operatur in uili materia; [Ex eadem massa,] scilicet uilis materię; [Facere,] absque

H alicuius iniuria; [Aliud quidem vas in honorem,] idest, in honorabiles usus; [Aliud uero in contumeliam,] idest, in usus uiliores. 2. Timot. 2. In magna enim domo non solum sunt uasa aurea, & argentea, sed etiam lignea & fictilia: & quaedam quidem in honorem; quaedam autem in contumeliam. Et similiter Deus liberam potestatem habet facere ex eadem corrupta materia humani generis, sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam, quosdam homines praeparatos in gloriam, quosdam autem in miseria derelictos. Hiere. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea uos, domus Israel. Deinde cum dicit; [Quod si uolens Deus, &c.] soluit primam quaestionem, scilicet quare Deus uelit quibusdam misereri, & quosdam in miseria derelinquere: siue quosdam eligere, & quosdam reprobare. Circa quod considerandum est, quòd finis omnium diuinorum operum, est manifestatio diuinae bonitatis. Prouerbiorum 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Vnde supra primo. dictum est, quòd inuisibilia

I Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Tanta est autem diuinae bonitatis excellentia, quòd non potest uno modo, nec in una creatura sufficienter manifestari. Et ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur: praecipue autem in creaturis rationalibus, in quibus eius iustitia manifestatur, quãtum ad illos, quos pro eorum meritis punit: misericordia vero in illis, quos ex sua gratia liberat. Et ideo ut utrunque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer liberauit, sed omnes. Primo ergo ponit rationem reprobationis malorum. Secundo ponit rationem electionis bonorum, ibi; [Vt ostenderet diuitias &c.] Est autem in utrisque triplex differentia attendenda, Prima quidem, secundum finem. Secunda, secundum vsum. Tertia, secundum diuinum actum. Finis autem reprobationis, uel obdurationis malorum, est manifestatio diuinae iustitiae & uirtutis. Et quantum ad hoc dicit, [Quod,] idest, sed, [si Deus uo-

K lens ostendere iram suam,] idest, iustitiam uindicatiuam. Non.n. dicitur ira in Deo secundum affectus commotionem, sed secundum effectus uindictae. supra 1. Reuelatur ira Dei, &c. Addit autem; [Et notam facere potentiam suam,] quia Deus contra malos non solum utitur ira, idest, uindicta puniendo eos sibi subiectos, sed etiam sua potentia subijciendo sibi. Philipp. 3. Secundum operationem, quia potest etiam sibi subijcere omnia. Exod. 14. Viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & manũ magnam, quam exercuerat dominus contra eos. Vsus autem malorum, ad quẽ utitur eis Deus, est ira, idest, poena. Et ideo uocat eos vasa irae, idest, iustitiae instrumenta, quibus Deus utitur ad ostendendam iram, idest, iustitiam uindicatiuam. Ephes. 2. Eramus natura filij irae. Actus vero quem Deus erga eos exercet, non est quòd disponat eos ad malum, quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione primi peccati. Vnde dicit;] Vasa apta

apta in tertium,] idest, in se habentia aptitudinem ad aeternam damnationem, Gen. 6. Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solum Deus circa eos agit, quod eos permittit agere, quae concupiscunt. Vnde signanter dicit, [Sustinuit.] Et hoc eius patientiam demõstrat, quòd non statim vindictam infert. Vnde addit; [In multa patientia.] Eccle. 5. Altissimus est patiens redditor. Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo quidem finem, cum dicit; [Vt ostenderet diuitias gloriae suae. Finis enim electionis, & miserationis bonorũ est, ut manifestaret in eis abundantiam bonitatis suae, reuocando eos a malo, & ad iustitiam eos trahendo, & finaliter eos perducendo in gloriam. Et hoc est, quod dicit; [Vt ostenderet diuitias gloriae suae] de quibus diuitijs supra 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia. Signanter autem dicit; [Vt ostenderet diuitias gloriae suae,] quia ipsa condemnatio, & reprobatio malorum, quae est secundum Dei iustitiam: manifestat & commendat sanctorum gloriam, qui ab ipsa tali miseria liberantur. Secundo describit vsum eorum, cum dicit; [In vasa misericordiae.] Nominat autem bonos vasa misericordiae, quia utitur eis Deus quasi instrumentis, ad suam misericordiam manifestandam. Eccl. 44. Isti sunt viri misericordiae. Tertio ponit actum, quẽ circa eos Deus exercet. Non.n. Deus eos solum sustinet, quasi de se aptos existentes ad bonum, sed eos praeparat & disponit uocando ad gloriã. Vnde dicit; [Quae praeparauit in gloriam.] Psal. 64. Praeparans montes in uirtute sua. Est autem constructio defectiua, & suspensiua vsque huc, vt sit sensus. Si uolens Deus hoc facere, quibusdam miseretur & quosdam indurat, quid contra hoc iuste poterit dici? Quasi dicat. Nihil. Non enim sic quos vult indurat, vt eos peccare compellat, sed sustinet eos, vt secundum suam inclinationem tendant in malum.

LECTIO V.

Qvos & uocauit, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Oseae dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos, ibi vocabuntur filij Dei uiui. Esaias autem clamat, pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tãquam arena maris, reliquię saluae fient. Verbum enim consummans, & abbre-
B uians in ęquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut praedixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut So-

LECTIO V.

POSTQVAM Apostolus ostendit, q̃ Dei gratia datur hominib. ex diuina electione, per quam homines ad gratiam uocantur, hic ostendit, quòd praedicta electio siue uocatio non solum pertinet ad Iudaeos [vt ipsi poterant gloriari, propter hoc q̃d dicitur Deute. 4. Dilexi patres tuos] sed etiam ad Gentes. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositum ibi, [Sicut in Osea dicit, &c.] Tertio ex dictis infert conclusionem, ibi, [Quid ergo dicemus, &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, q̃ sanctos praeparauit in gloriam, quos & uocauit. s. per gratiam suam, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus. sup. 3. An Iudęorum Deus tm̃? Nonne & gentium? Soph. 2. Adorabunt eum uiri de loco suo, oẽs insulae gentium. Deinde cum dicit, [Sicut in Oseae dicit, &c.] probat propositum. Et primo quantum ad gentiles. Secũdo quantum ad Iudaeos, ibi, [Esaias autem clamat, &c.] Circa primum ponit duas authoritates Oseae loquentis pro gentibus, quarum prima promittit eis dona Dei. Secunda ipsam diuinam filiationem, ibi, [Et erit in loco ubi dictum, &c.] Dicit ergo primo. Sicut dominus dicit in Osea, quia ipse erat, qui loquebatur in prophetis 3. Regum 23. Spiritus dñi locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Vnde & Oseae 1. dr̃. Principiũ loquendi dño in Oseae. Est autem considerandum, q̃ a tribus bonis, quae in Iudaeis eminebant, gentiles erant alieni, quorum primum erat diuinus cultus, ratione cuius dicebantur populus Dei, quasi ei seruientes, & eius praeceptis obedientes. Vnde in Psal. 94. dicitur. Nos autem populus eius, & oues pascuae eius. Sed ab huius populi societate, gentiles erant alieni, secundum illud Ephes. 2. Alienati a conuersatione Israel & hospites testamentorum. Sed per Christum facti sunt populus Dei. Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, ut emundaret sibi populum acceptabilem. Et hoc est quod dicit, [Vocabo non plebem meam,] idest, gentilitatem, quae non erat plebs mea; [Plebem meam,] idest, ad hoc ut sit plebs mea. Secundum est priuilegium dilectionis. Oseae 3. Diligit dominus filios Israel in eo, scilicet quòd eis multa beneficia inducentia, ad specialem

A gratiam praestabat, a qua quidem dilectione gentiles olim erant exclusi. Ephes. 4. Alienati a veritate Dei propter ignorantiam, quae est in illis. Et ideo dicit; [Et non dilectam meam,] scilicet gentilitatem, vocabo, [Dilectam meam.] Ephes. 2. Vos, qui aliquãdo eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. sup. 5. Cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortem filij eius. Tertium est libertas a peccato originali, quae Iudaeis in circumcisione, conferebatur. Esa. 14. Miserebitur dñs Iacob. Sed huius miserationis gentiles non erant participes. Ezech. 16. Quando nata es, in die ortus tui non est persus vmbilicus tuus. Et infra, Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi vnum de his, misertus tui. Sed postea per Christum sũt misericordiam consecuti. Ideo sequitur; [Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.] Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit, &c. Haec autem authoritas habetur Oseae 2. scđm 70. loco cuius litera nostra habet. Miserebor eius, quae fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu.

Deinde cum dicit; [Et erit in loco, &c.] inducit aliam authoritatem quae hr̃ Oseae 1. In qua eis repromittitur dignitas filiorum Dei, de qua Iudaei gloriabantur pp̃ id quod dr̃ Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi aũt spreuerunt me. Et Deute. 33. Nonne ipse

C est pater tuus? Gẽtiles ẽt non solum non dicebantur filij, quod ptinet ad eos, qui ex amore Deo seruiunt & spiritu Dei aguntur, ut supra 8. dictum est. sed nec etiam digni erãt ut populi Dei dicerẽtur, quod pertinere poterat etiam ad eos, qui spiritum seruitutis acceperant in timore. Vnde dicit; [Et erit in loco,] .i. in Iudaea; [Vbi dictum est eis,] .s. Gentilibus a Iudęis quasi ex persona Dei loquentibus, [Non plebs mea uos,] quia non reputabant eos populum Dei, [Ibi,] .i. ẽt apud Iudaeos credentes uocabuntur filij Dei; [Vel in loco,] .i. toto mundo in quo conuertentur ad fidem, ut detur intelligi, quod non hoc modo conuertentur, sicut proseliti, quos Iudaei faciebant, qui suis locis derelictis in Iudaeam pergebant: hoc aũt non ita futurum esse in his qui ad Christum conuertendi erant ostenditur; Sopho. 2. Adorabunt eum uiri de loco suo. Vnicuique ergo in loco suo habitanti; [Vbi dictum est eis,] olim ex diuina iustitia. [Non plebs mea uos,] ibi uocabũtur filij Dei per diuinam adoptionem. Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Deinde cum dicit; [Esa. autem

D clamat, &c.] probat propositum quantum ad Iudęos per authoritatem Esa. Et ponit duas authoritates, quarum prima vr̃ pertinere ad omnes credentes ex iudęis. secunda specialiter ad Apostolos, ibi, [Et sicut praedixit, &c.] Dicit ergo primo, dictum est per Oseę pro Gentibus; [Esaias autem clamat,] .i. aperte loquitur pro conuersione Israel 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam. In hac autem prima authoritate primo ponit paucitatem conuersorum Israel, dicens; [Si fuerit numerus filiorũ Israel quasi arena maris,] idest innumerabiles prę multitudine Gentium. Gen. 22. Multiplicabo semen tuum velut arenam maris, & cęt. 3. Reg. 4. Iuda & Israel innumerabiles quasi arena maris, [Reliquię salue fient,] idest non omnes nec maior pars, sed aliqui pauci qui relinquentur ex excidio aliorum. Mich. 7. Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemię. Infra 11. Reliquię secundum electionem gratię salue factae sunt. secundo, ibi, [Verbum enim consumans, & cęt. Assignat causam salutis, & primo ponit

E efficaciam euangelici uerbi, dicens; [Verbum enim consumans & abbreuians in ęquitate. Vbi notatur duplex efficacia euangelici uerbi, prima est, quia [Consumans,] idest, perficiens, ut enim dicitur Hebr. septimo, Nihil ad perfectum adduxit lex. Dominus autem dicit Matth. quinto. Non ueni soluere legem, sed adimplere: tum quia figuris legis ueritatem adhibuit, tum quia pręcepta legis moralia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & etiam eis consilia perfectionis adiunxit. Vnde & iuueni diuiti Matth. 19. quia omnia mandata legis seruauerat, dixit. Vnum tibi deest, si uis perfectus esse, vade & uende omnia quę habes, &c. Et propter hoc discipulis suis dicebat, Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater uester coelestis perfectus est. Secunda, efficacia est abbreuiandi, & haec conuenienter primae adiun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiungitur, quia quanto aliquod verbum est magis perfectum, tã eo est altius, & per consequens magis simplex & breue. Est autem verbum Euangelij abbreuians uerba legis, quia omnia sacrificia figuralia legis in uno vero sacrificio comprehendit, quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiã, ut dicitur Ephe. 3. Omnia uero præcepta legis moralia, in duobus præceptis charitatis concludit. Matth. 22. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & prophetæ. Vnde dicit, [Abbreuians in æquitate.] Vel quia nihil est prætermissum de multitudine figuratum, & præceptorũ legis, quin sub breuitate Euãgelij cõprehender etur. Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum,

doma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.

quod est æquum f̃m dictamen rationis naturalis. Psal. 118. Omnia mandata tua æquitas. subaudiendum est aũt, Erit, ut sit sensus. Verbũ euangelij erit abbreuians, & consummans in æquitate. Secundo cum dicit, [Quod verbum, &c.] assignat rõnem prædictæ efficacię, dicens, [Quia dominus super terram,]existens, i. in terris tanquam homo inhabitans, f̃m illud Bar. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. [Faciet uerbum breuiatum,] Perfectius. n. debet esse verbum & maioris uirtutis, qd ipse dñs Deus carnem induitus, locutus est per semetipsum, quam uerba quæ locutus est per prophetas. f̃m illud Heb. 1. Multipharie multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, &c. [Vel aliter, quia dñs]: s. Deus pater; [Faciet super terram verbum breuiatum, ideſt, incarnatum, quia filius Dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Dicitur aũt exinanitum, uel breuiatum, non quia aliquid subtractum sit plenitudini, uel magnitudini diuinitatis ipsius: sed quia nostram exilitatẽ. & parnitatem suscepit. Habetur autem hęc authoritas Esa. 10. ubi secundum literam nostram sic dicitur. Si fuerit populus tuus Israel quan arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem dñs Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Deinde cum dicit, [Et sicut prædixit Esa. &cæt.] inducit authoritatem pertinẽtem specialiter ad Apostolos, dicens; [Et sicut prædixit Esa. 1. Nisi dominus sabaoth,] ideſt, exercituum, vel uirtutum; [Reliquisset nobis,]scilicet ex sua misericordia [Semen] ideſt, uerbum euangelij. Matth. 12. Semen est uerbum Dei, vel [Semen,]ideſt, Christum. Galath. 3. Et semini tuo, qui est Christus, vel [Semen,] ideſt, Apostolos. Esa. 6. Semen sanctum erit id, quod steterit in ea, [Sicuti Sodoma facti essemus: & sicut Gomorrha similes fuissemus.] Grauius enim fuit peccatum Iudæorum, quam Sodomorum. Tren. 4. Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Et Ezech. 16. Non fecit Sodoma ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Et ideo quod Iudæi non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitæ, est diuinæ misericordiæ imputandum. Tren. 3. Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti. Deinde cum dicit; [Quid ergo dicemus? infert conclusionem ex dictis. Et primo quantum ad Gentes. Secundo, quantũ ad Iudæos, [Israel uero, &c. Circa primum duo facit. Primo concludit quod intendit: dicens; [Quid ergo dicemus]ex consideratione prædictorum? Hoc inquam, quod [Gentes apprehenderunt,] ideſt, consecutæ sunt, iustitiam scilicet, quæ uocantur filij. 1. Cor. 6. Et hoc quidem fuistis, sed iustificati estis. Et hoc quidem ex uocatione diuinæ electionis, non ex meritis: quod patet per hoc quòd dicit, [Quæ non sectabantur iustitiam,] secundum illud Ephe. secundo. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. Secundo exponit quod dixerat: [Iustitiam autem quæ ex fide est,] non eam quæ in operibus consistit. Non enim adhoc Gentes conuersæ sunt, ut iustitiam legalem obseruent, sed ut iusti ficentur per Christi fidem. supra secundo. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Deinde cum dicit; [Israel uero, &cæt.] inducit conclusionem quantum ad Iudæos. Et primo concludit quod intendit, dicens; [Israel uero,] id est, populus Iudæorum; [Sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.] Dicitur iustitiæ lex spiritus uitę, per quam homines iustificantur, ad quam Iudæorum populus non peruenit: quam tamen sectabatur obseruando umbram huius spiritualis legis, quæ consistit in obseruationibus legalibus, Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. [Vel, sectando legem iustitiæ,] ideſt, legem Moysi, quæ est lex iustitię, si sit bene intellecta: quia docet iustitiam. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos non uere, sed exterius, dum peccata vitantur non ex amore, sed timore pœnę, quam lex infligebat. Esa. 51. Audite me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Et in eodem. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in cordibus eorum. Secundo assignat causam, dicens; [Quare,] scilicet dum sectarentur legem, ad legem iustitiæ non peruenerunt; quia. s. nõ per debitam uiam sectabantur. Et hoc est, quod subdit; [Quia non ex fide,]. s. Christi, quærẽbãt iustificari, sed quasi ex operibus legis.

Ecce pono in Siõ lapidem offensionis, & petrã scãdali, & oĩs qui credit in eum, non cõfundetur.

CAPVT X.

LECTIO I.

FRatres; uoluntas quidem cordis mei, & obtestratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Sequebantur enim figuram, & repudiauerunt ueritatem. supra 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Tertio manifestat causam propositam, & primo proponit manifestationem, dicens; [Offenderunt. n. in lapidẽ offensionis,]id est. ad Christum, qui assimilatur lapidi offensionis in hoc, quod sicut lapis in quem homo offendit, non cauetur propter suam paruitatem: ita Iudæi videntes Christum infirmitate nostra contentum, non cauerũt in eum offendere. Esa. 53. Quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde non reputauimus eum. Hier. 13. Antequam offendant pedes uestri ad montes caliginosos, ideſt, ad Christum, & eius apostolos, qui dicuntur montes caliginosi propter hoc, quod eorum dignitas, & magnitudo latebat. Secũdo ad hoc inducit authoritatem, dicens, [Sicut scriptum est.] In Esa. scilicet, Componit autem Apostolus uerba Esa. in diuersis locis scripturæ. Nam Esa. 28. dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet. Et hinc sumitur principium authoritatis; [Ecce ponam in Sion, lapidem,] scilicet quasi fundamentum, in quo designatur, q̃ Christus diuina ordinatione constitutus erat Ecclesiæ fundamentum. 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa. 8. In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel. Et hinc sumitur medium authoritatis, quo dicit; [Lapidem offensionis, & petram scandali,] ut offensio referatur ad ignorantiam, quia ut dicitur 1. Corint. 2. Si cognouissent. nunquã dominum gloriæ crucifixissent. Scandalum autem referendum est ad impactionem, & casum, quo per infidelitatem ceciderunt, Christum & eius apostolos persequentes. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam, &c. Finis autem authoritatis sumitur Exod. 28. Qui crediderit, non festinet, loco cuius hic dicitur. Omnis qui credit in eum, non confundetur, quia, .s. consequetur mercedem ab eo. Eccles. 2. Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Ponit autem Apostolus hęc uerba secundum literam 70. Et ad hunc sensum pertinet, quod in litera nostra dicitur. Qui crediderit, non festinet. Ille enim festinare videtur, qui delusum se reputat, quia cito non adipiscitur, quod sperabat.

LECTIO I.

POstquam Apostolus ostendit, quomodo per electionem gratiæ Dei, Gentiles sunt ad fidem uocati, & etiam aliqui ex Iudeis de maiori parte populi Iudaici offendentibus, & scandalizatis, hic agit specialiter de casu Iudæorum. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat causam casus eorum, quem supra tetigerat: ex qua ostenditur casus eorum esse miserandus. Secundo, ostendit casum eorum non esse uniuersalem. 11. c. ibi, [Dico ergo, Nunquid &c.] Tertio, ostendit casum eorum non esse inutilem, neq; irreparabilem, ibi; [Dico ergo, nunquid, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit casum eorum esse miserandum ex sua causa. Secundo, ostendit quod non est totaliter excusabilis, ibi; [Sed dico, nunquid nõ audierunt? &c.] Circa primum duo facit. Primo ostẽdit se ad Iudæos habere miserationis affectũ. Secundo, ostẽdit causã miserationis, ibi, [Testimonium. n. illis perhibeo, &c.] Dicit ergo primo, dicĩ est, q̃ Iudei in legẽ iustitię nõ puenerũt, pp hoc quòd offenderunt in lapidem offensionis: nec tamen contra eos indignor, sed eorum misereor. Et ideo dico uobis, [O Fratres quicunque conuersi estis tam ex Gentibus, quàm ex Iudæis. Matth. 23. Omnes vos fratres estis; [Voluntas quidem cordis mei,] id est, ex intimo cordis affectu procedens, est ad salutem eorum, ut scilicet ipsi saluentur, sicut, & ego saluatus sum. 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, Act. 26. Opto apud Deum omnes qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum. Et in hoc Deo conformabatur, qui ut dicitur primæ Timot. 2. vult omnes homines saluos fieri, Nec sola voluntas est in salutem eorum, sed etiam uoluntatis effectus, unde subdit, [Et obsecratio,] scilicet mea [Fit ad Deum pro illis in salutem.] 1. Regum 12. Absit a me hoc peccatum in domino, ut cessem orare pro vobis. Iacob. vlt. Orate pro inuicem ut saluemini. Et ex hoc patet, quod orandum est pro infidelibus ut saluentur, quia & ipsa fides est donum Dei. Ephes. 2. Gratis saluati estis per fidem, & nõ ex uobis. Dei enim donum est. Deinde cum dicit [Testimonium enim &c.] assignat causam suæ miserationis, quia. s. non ex certa malitia, sed ex ignorantia peccabant. Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit eorum ignorantiam. Secundo, ostendit quid ignorabant, ibi; [Ignorantes enim Dei &c.] Tertio ostendit ueritatem eorum, quæ ignorabant, ibi. [Moyses enim dicit &c.] Dicit ergo primo. Ideo salutem eorum volo, & propter hoc oro, misertus eorum, quia testimonium perhibeo de illis, q̃ [Æmulationẽ quidem Dei habent,] scilicet quia zelo Dei, Christum, & eius membra persequuntur. Io. 16. Venit in hora, in qua omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Et huius rei testis esse poterat, quia & ipse aliquando fuerat in simili causa. Philip. 3. Secundum æmulationem persecutus sum ecclesiam Dei; [Sed non secundum scientiam,] quia scilicet eorum zelus per rectam scientiam non ordinatur dum ignorant ueritatem. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam. 1. Corinth. 4. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Deinde cum dicit [Ignorantes. n. &c.] ostendit cuius rei scientiam non haberent. Et primo proponit, q̃ intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi. [Finis. n. legis Christus &c.] Dicit ergo primo. Recte dico, q̃ non secundũ scientiam. [Ignorantes. n. Dei iustitiam] scilicet qua Deus per fidem iustificat. supra 3. Iustitia autem Dei per fidẽ Iesu Christi; [Et quærentes statuere,]. s. firmare [suam,]. s. iustitiam, quæ consistit in operibus legis, quæ secundum eorum opinionem nõ expectabat aliquid a Deo, sed solum ex arbitrio operantium erat. Et ideo dicit eorum esse iustitiam, quasi humanam, & non diuinam, secundum illud supra 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, scilicet apud homines, sed non apud Deum. [Iustitiæ enim Dei non sunt subiecti,] ideſt nolunt subijci Christo, per cuius fidem iustificantur homines a Deo. Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? supra 3. Vt sub. ditus fiat omnis mundus Deo. Exod. 10. Vsquequo non vis subijci mihi? Deinde cum dicit [Finis legis Christus &c.] manifestat, quod dixerat, scilicet eos Dei iustitiam ignorare, & quod ei subijci nolunt, cum tamen iustitiã legalem statuere velint. Circa quod considerandum est, quod sicut etiam Philosophi dicunt, intentio cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos: unde multo magis lex vetus hominibus diuinitus data, ordinabatur ad faciendum homines iustos. Hanc tamen iustitiã lex p semetipsam facere non poterat, quia neminẽ ad perfectum adduxit lex, ut dicitur Hebr. 7. Sed ordinat homines in Christum, quem promittebat, & præfigurabat. Gal. 4. Lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur, & hoc est quod dicit: Christus enim est finis, ad quem, scilicet tota lex ordinatur. Psal. 118. Omnis consummationis vidi finem; [Finis inquam, ad iustitiam ut.] scilicet homines per Christum iusti fiant consequantur, quam lex intendebat. supra 8. Quod impossibile erat legi mittens Deus filium suum, damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc dico omnipotenti, quia per fidem suos iustificat. Io. 1. Dedit eos potestatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Deinde cum dicit [Moyses. n. &c. probat ueritatem eorum, quę Iudæi ignorabant, scilicet, q̃ iustitia Dei sit perfectior, quam iustitia legalis. Et hoc authoritate ipsius Moysi uetteris legislatoris. Primo ergo, per eius verba ostendit conditionem iustitiæ legalis. Secundo condi-

tionem iustitiæ fidei, ibi; [Quæ autem ex fide est, &c.] Dicit ergo primo, Recte distinxi iustitiam humanam a iustitia Dei; [Moyses enim scripsit,] Leuit. 18. [Quoniam homo qui fecerit iustitiam, quæ ex lege est,] uiuet in ea. ubi sic littera nostra habet: Custoslite leges meas, atque iudicia quæ faciens homo viuet in eis. Et Ezech. 20. Iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo, uiuet in eis, quia scilicet hoc commoditatis consequebatur homo per legis obseruantiam, ne occideretur tanquam legis transgressor. Hebræ. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, absque ulla misericordia morit̃ur. Leuit. 20: Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur, & sic de alijs. Possumus vlterius dicere, quod per legis obseruationẽ homo ordinatur in uita præsenti: promittebat enim lex temporalia bona, & quędam mandabat, quæ ad ordinationem carnalis vitæ pertinebant. Hebræ. 9. Iustitijs carnis usque ad tempus correctionis impositis. Sed contra videtur esse quod Dominus dicit Matth. 19. Quærẽti quid boni faciam, ut habeam vitam æternã? Respondit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vnde & supra 5. super illud Lex autem subintrauit dicit quædam glo. Iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona temporalia, sed & uitam conferebat æternam: sed hæc intelligenda sunt secundum spiritualem sensum legis, qui pertinet ad fidem Christi. Sed quod hic dicitur, refertur ad interiorem legis sensum, secundum quem lex de uita æterna mentionem non faciebat. Deinde cum dicit; [Quæ autem ex fide est iustitia, &c.] inducit authoritatem Moysi de iustitia fidei. Et primo Moyses ostendit certitudinem fidei, quæ debet esse in corde hominis. Secundo, fidei effectum, ibi; [Sed quid dicit scriptura, &c.] Dicit ergo primo: non solum loquitur Moyses de iustitia legis, sed etiam ipse sic dicit de iustitia quæ est ex fide; [Quæ autem est ex fide iustitia,] sic dicit, id est, sic loquitur in corde hominis; [Ne dixeris in corde tuo,]. s. dubitando; [Quis ascendit in cęlũ?] quasi hoc impossibile reputans, sicut & Prouerb. 30. quæritur. Quis ascendit in cœlum atque descendit, quia scilicet hoc tenere quasi impossibile est deducere Christum a cœlo, ideſt, asserere quòd Christus nõ sit in cœlo, contra id quod dicitur Io. 3. Nemo ascendit in cęlum nisi qui descendit de cęlo filius hominis qui est in cęlo. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cęlos. Aut ẽt ne dixeris; [Quis descendit in abyssum,]id est in infernum, quasi reputans hoc esse impossibile. hoc. n. negare. [Est reuocare Christum ex mortuis,] scilicet negare eum non esse mortuum. Ipse enim moriens in abyssum descendit. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. Et secũdum hoc prohiber dubitari de duob. articulis fidei Christi, .s. de eius ascensione, & de eius morte, & descensu ad inferos, quotumprimum pertinet ad maximam Christi exaltationem: secundum ad maximam eius humiliationem. Potest autem & aliter exponi, ut dicatur nobis certitudo duorum articulorum. Primo quidem incarnationis, qua de cęlis ad terram descendit, ut sit sensus; [Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cęlum,] & exponitur supplendo, id est, [Christum deducere,] quasi dicat. Quis ascendit in cęlum addu cendum Christum ad nos? q̃ quidem non fuit necessarium, quia ipse propria virtute descendit. Secundo autem resurrectionis, cum subdit; [Aut etiã]ne dixeris; [quis descendit in abyssum, & suppslendo additur. Hoc est, [Christum ex mortuis reuocare:] quasi dicat. Illuc de fecẽdi, ut inde posset Christum reuocare, sicut ex persona insipientiũ dicitur Sap. 2. Non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et hic sensus congruit uerbis Moysi dicitur. n. Deuteron. 30. secundum literã nostram. Madatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, neque in cęlo situm, vt possitis dicere. Quis nostrum ualet ad cœlum conscendere, vt deferat illud ad nos? Nec est inconueniens, si quod Moyses dixit de mãdato legis hoc Apostolus attribuit Christo: quia Christus est uerbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata. Sic ergo intelligẽdum est quod dixit. [Quis ascendit in cęlum.]i. Christum deducere. ac si dicat. Quis potest in cœlum conscendere, ut uerbum Dei inde deferat ad nos? Et idem est dicendum in alio, quod sequitur. Deinde cum dicit; [Sed quid dicit scriptura? &c.] ondit fructũ fidei p eiusdem authoritatem. Et primo proponit authoritatem. Secundo expo

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto Biblioteca

nit enim, ibi; [Hoc est uerbum fidei, &c.] Tertio probat expositionem esse conuenientem, ibi; [Corde enim creditur, &c.] Dicit ergo primo; [Sed quid dicit scriptura?] Hoc, inquam, [Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo.] Sic enim post præmissa verba Deut. sequitur, Iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo. Quasi dicat: non solicitus, quod tibi desit verbum fidei iustificans, propter hoc quod Christus est in cœlo secundum naturam diuinã, aut quod descẽdit in infernum propter mortem humanitatis, quia ipse de-

LECTIO II.

Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit. n. scriptura. Omnis qui credit in illũ, non confundetur. Non. n. est distinctio Iudæi & Græci. Nã idẽ dñs omnium, diues in omnes qui inuocant illũ. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Quõ ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prędicãte? Quomodo vero prædicabũt nisi mittantur? Sicut scriptũ est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed nõ omnes obediũt euangelio. Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi.

scendens de cœlo, & resurgens ab inferis, impressit verbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vnde quod dicit; [Prope est:] potest referri ad hoc, quod uerbum Dei sumus adepti per Christum incarnatum, & resurgentem. Hebr. 2. Quæ cũ initium accepisset enarrari per Dominum, Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Vel secundum glo. quod dicit, [Prope,] referendum est ad utilitatem secundum quod dicimus, prope apud nos esse, quod nobis est commodum & utile. Verbo enim Dei, cor nostrum mundatur. Io. 15. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Vel potest referri ad hoc, quod verba fidei, & si sint supra rationem, Ecclesiast. 3. Plurima supra sensum hominis monstrata sunt tibi, non tamen sunt contra rationem, quia veritas non potest esse veritati contraria. Psalm. 118. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit: [Hoc est verbum, &c.] exponit authoritatem prædictam. Et primo, ostendit quod sit illud uerbum, de quo Moyses loquitur, dicens; [Hoc est verbum fidei, quod prædicamus.] 2. Timot. 4. Prædica uerbum. Hiere. 23. Qui habet sermonem meum loquatur sermonem vere. Secundo, exponit quomodo hoc verbum est in ore per confessionem, & in corde per fidem. Et hoc est quod subdit, [Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum,] scilicet recognoscens eum dominum subijciendo sibi tuum affectum, secundum quod dicitur 1. Corinth. 12. Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritusancto. Et iterum; [Si credideris in corde tuo,] scilicet fide formata, quę per dilectionem operatur, vt dicitur Galat. quinto [Quod Deus illum suscitauit a mortuis.] Psalm. 40. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me [quia ut dicitur 2. Corinth. ulti. Resurrexit ex virtute Dei, quæ est communis sibi & patri; [Saluus eris,] scilicet salute æterna: de qua dicitur Esa. 45. Saluatus est Israel in Domino salute æterna. Quod autem dicit: [Dominum Iesum;] ad mysterium incarnationis refertur. Quod autem sequitur; [Christum,] manifeste ad resurrectionem refertur. De quibus duobus articulis supra fecerat mentionem.

LECTIO II.

Postquam præmiserat Apostolus exponendo verbum Moysi, quod confessio oris, & fides cordis operantur salutem, proponens hoc causa exempli in duobus articulis, de quibus videbatur Moyses fecisse mentionem: hic probat quod dixerat in uniuersali. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod per fidem, & confessionem homo consequitur salutem. Secundo, ponit salutis ordinem, ibi; [Quomodo ergo inuocabunt, &c.] Tertio infert quandam conclusionem ex dictis, ibi, [Ergo fides ex auditu, &c.] Circa primum tria facit. Primo, proponit quod intendit, dicens. Recte dico, quod si confitearis ore, & credas corde, saluus eris; [Corde enim creditur,] ab homine; [Ad iustitiã,] idest, ad hoc, ut iustitiam per fidem consequatur. Supra 5. Iustificati igitur ex fide. Signanter autem dicit; [Corde creditur,] id est, uoluntate. Nam cætera, quæ ad exteriorem Dei cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens. Intellectus enim credentis non determinatur ad assentiẽdum ueritati ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex uoluntate: & ideo scire non pertinet ad iustitiam hominis, quæ est in uoluntate, sed credere. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Postquam autem homo est iustificatus per fidem, oportet quod eius fides per dilectionem operetur ad consequendam salutem. Vnde subdit, [Ore autem confessio ad salutem,] scilicet æternam consequendam. Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Est autem triplex confessio necessaria ad salutem. Primo quidem confessio propriæ iniquitatis, secundũ illud Psa. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, quæ est confessio pœnitentis. Se-

F cunda confessio est, per quam homo confitetur Dei bonitatem misericorditer beneficia præstantis. Psal. 117. Confitemini domino quoniam bonus, & hæc est confessio gratias agentis. Tertia est confessio diuinæ ueritatis. Matth. 10. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo, & hæc confessio est credentis, de qua nũc Apostolus loquitur: hæc autem est necessaria ad salutem pro loco, & tẽpore, quando, scilicet exposcit fides alicuius, scilicet a persecutore fidei, ut quando periclitatur fides aliena: sicut præcipue prælati debent prædicare fidem subditis suis. Et ideo baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis,

G ut ipsum crucifixum confiteri non erubescant. supra 1. Nõ enim erubesco euangelium. Ita est autem, & de omnibus uirtutum actibus, qui pro loco, & tempore sunt necessarij ad salutem. Nã præcepta affirmatiua, quæ de his dantur, obligant semper, sed nõ ad semper. Secundo, ibi; [Dicit enim scriptura &c.] probat per authoritatem, dicẽs. Dicit enim scriptura, scilicet Esaiæ 28. [Omnis qui credit in illum,] fide, scilicet formata; [Non cõfundetur,] scilicet quasi deficiens a salute. Eccles. 2. Qui timetis dominum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Litera vero nostra habet. Qui crediderit non festinet, vt supra dictum est. Tertio, ibi. [Non enim est distinctio &c.] probat hoc esse vniuersaliter intelligendum, cum Esaias indefinite hoc proponat. Et primo, proponit quod intendit, dicens, Ideo dictum est; [Omnis qui credit, &c. Non enim est distinctio,] quantum ad hoc, [Iudæi & Grę ci.] Colos. 3. Vbi non est Gentilis, & Iudeus, circumcisio, & præputium &c. Secundo, probat per rationem quæ duplici modo inmittitur, quorum primum tangit. dicens; [Nam idẽ dominus omnium,]

H supra tertio An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Psalm. Rex omnis terræ Deus. Et ideo ad ipsum pertinet prouidere omnium saluti. Secundum medium tangit, dicens; [Deus est in omnes qui inuocant illum.] Si enim non esset tantę bonitatis, quod sufficere, ad satisfactionem utriusque, posset putari, quod non omnibus credentibus prouideret: sed diuitiæ bonitatis eius, & misericordiæ indeficientes sunt. Supra secundo. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. secundo. Deus autẽ qui diues est in misericordia &c. Tertio probat idem per authoritatem, quæ habetur Ioel secundo. [Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.] Est autem inuocare, in se vocare per affectum & deuotum cultum. Psalm. 90. Inuocabit me & ego exaudiam eum. Deinde cum dicit [Quomodo ergo inuocabũt &c.] Ponit ordinem, quo quis vocatur in salutem, quę est ex fide. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod ea quæ sunt posteriora

I in hoc ordine, sine prioribus esse non possunt. Secundo ostẽdit, quod positis prioribus, non est necessarium posteriora poni, ibi. [Sed non omnes obediunt euangelio.] Circa primum duo facit. Primo ponit ordinem eorum, quæ requiruntur ad salutem. Secundo, confirmat quod supposuerat per authoritatem, ibi. [Sicut scriptum est.] Ponit autem primo quinque per ordinem, incipiens ab inuocatione ad quam secundum authoritatem prophetæ, sequitur salus. Dicit ergo; Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? quasi dicat Sine dubio inuocatio salutem facere non potest, nisi fide præcedente. Pertinet autem inuocatio ad confessionem oris, quæ ex fide cordis procedit. Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum. secunda. Corinth. 4. Nos credimus propter quod & loquimur. Secundo, a fide ascendit vel procedit ad auditum, dicens; [Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?] Ille enim homo credere dicitur, quæ sibi ab alijs dicuntur, quæ

K ipse non uidit. Ioann. 4. Iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est uere Saluator mundi &c. Est autem duplex auditus. Vnus quidem interior, quo quis audit a Deo reuelante. Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exterius loquente. Act. decimo Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Primus autem auditus non communiter pertinet ad omnes, sed proprie pertinet ad gratiam prophetię, quę est gratia gratis data distincte aliquibus, sed non omnibus, secundum illud 1. Corinthior. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Sed quia nunc loquitur de eo, quod indistincte ad omnes pertinere potest, secundum illud quod supra dixit, Non enim est distinctio, ideo relinquitur, quod hoc sit intelligendum de secundo auditu. Et ideo subdit; [Quomodo ergo audient sine præ-

præ-

prædicante?] Auditus enim exterior est passio quædam audientis, quæ absque actione loquentis esse non potest. Vnde & dominus mandauit discipulis: Matth. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Et vero quæ fidei sunt, prædicatores a semetipsis non habent, sed a Deo. Esa. 21. Quę audiui a dño Deo exercituum, annunciaui uobis. 1. Cor. 11. Ego. n. accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Et ideo apostolus quarto subdit. [Quomodo vero prędicabũt nisi mittantur?] quasi dicat, non digne. Hier. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Mittuntur autem aliqui a domino dupliciter. Vno modo immediate ab ipso Deo per inspirationem internam. Esa. 48. Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius. Huius autem missionis signum quandoq; quidem est sacræ Scripturæ authoritas. Vnde Ioannes Baptista, cum quæreretur ab eo quis esset, authoritatem prophetæ induxit, dicens. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta, vt legitur Io. 1. Quandoque autem signum huius missionis est ueritas eorum quę annuntiantur. Vnde per contrarium dicitur Deut. 18. quod hoc habebit signum: Quod in nomine domini propheta prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est loquutus. Quandoque uero signum huius missionis est operatio miraculi. Vnde dicitur Exod. 4. quod cum dixisset Moyses domino, Non credent mihi, nec audient vocem, scilicet illi ad quos mittor, dominus dedit ei potestatem signa faciendi. Nec tamen ista duo vltima sufficienter demonstrant Dei missionem, præsertim cum aliquis annuntiat aliquid contra fidem. Dicitur enim Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, non audies verba illius. Alio modo mittuntur aliqui a Deo mediante authoritate prælatorum, qui gerunt vicẽ Dei: 2. Cor. 8. Misimus cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Deinde cum dicit: [Sicut scriptũ est,] inducit authoritatem ad probandũ hoc vltimum, quod dixerat de missione prædicatorum, dicens, Sicut scriptum est &c. Esa. 52. [Quã speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiũ bona.] Vbi litera nostra sic habet. Quã pulchri supra montes pedes prædicantis & annuntiantis pacem, annuntiantis bonũ. Et similiter habetur Naum. 1. Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem. In his aũt verbis primo cõmendatur processus prædicatorũ, cũ dicit. [Quã speciosi pedes;] quod dupliciter põt intelligi. Vno modo vt per pedes intelligantur eorum processus, quia scilicet ordinate procedunt, nõ vsurpantes sibi prædicationis officium. Cant. 7. Quã pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Alio modo possunt intelligi per pedes, affectus, qui rectitudinẽ habent, dum non intentione laudis, aut lucri uerbũ Dei annunciant, sed propter hominũ salutẽ & Dei gloriam. Ezech. 1. Pedes eorũ, pedes recti. Secundo, tangit prędicationis materiam, quę quidẽ est duplex. Prædicãt. n. ea quæ sunt utilia ad vitã præsentem, quod designat cum dicit, [Euangelizantiũ pacem,] s. triplicem. Primo quidẽ annuntiãt pacem, quã Christus fecit inter homines & Deum. 2. Corin. 5. Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi: & posuit in nobis verbũ reconciliationis. supra. 5. Pacẽ habeamus per Iesũ Christum ad dominum. Secundo, annuntiat pacem habendam cũ omnibus hominibus. infra 12. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Tertio, annuntiant ea per quæ homo potest habere pacem in semetipso. ps. 118. Pax multa diligentib. legem tuam domine. Et sub his tribus continentur omnia, quæ in hac uita sunt utilia ad salutem, uel quantũ ad Deum, uel quantũ ad proximũ, uel quantum ad semetipsum. Prędicãt & ea quę sperantus habere in alia uita. Et quantum ad hoc dicit [Euangelizãtium bona.] Lucæ. 12. Super omnia bona sua constituet eum. Deinde cum dicit: [Sed non omnes obediunt euangelio &c.] ostendit ex prioribus non semper sequi posteriora. Licet. n. nõ possit esse quod quis credat, nisi audiat a prædicante, non tñ quicunque audit a prædicante, credit: & hoc est quod subdit, [Sed non oẽs obediunt euangelio.] 2. Thes. 3. Non. n. omnium est fides. Hoc autẽ dicit ideo, ut ostendatur quod uerbum exterius loquentis, nõ est causa sufficiẽs fidei, nisi cor hominis attrahatur interius uirtute Dei loquentis. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre meo, & didicit,

A venit ad me: & sic quod homines credant, non est attribuendum prædicatoris industriæ. Per hoc etiam ostenditur, quod omnes increduli non excusantur a peccato, sed illi qui non audiunt, & non credunt. Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et hoc etiam magis consonat his, quæ Apostolus posterius dicet. Secundo, ad hoc inducit authoritatem, cum subdit; [Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro?] quasi diceret, Rarus. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Michæ. 7. Factus sum sicut, qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Quod quidem Esaias dixit præuidens Iudæorum infidelitatem futuram. Eccles. 48. Spiritu magno vidit vltima &c. Dicit autem, Auditui nostro, vel propter id quod a Deo audierunt, sicut dicitur in Abdia: Auditum audiuimus a Domino, & legatos ad Gentes misit. Vel propter id, quod homines ab Apostolis audiebant. Ezech. 33. Audiunt verba tua, & non faciunt ea. Deinde cum dicit; [Ergo fides ex auditu, &cæt.] infert conclusionem ex dictis, dicens. Ergo ex quo aliqui non credunt, nisi audierint, fides est ex auditu. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Sed contra videtur esse, quod fides est virtus infusa diuinitus. Phil. 1. Vobis datum est vt in ipsum credatis. Dicendum est ergo, quod ad fidem duo requiruntur: quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum & hoc nõ est ex auditu, sed ex dono gratiæ; Aliud autem est determinatio

C de credibili. & istud est ex auditu. Et ideo Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret quid esset credendum. Ex eo vero quod dixerat; [Quomodo audient sine prædicante? & quomodo prædicabunt nisi mittantur?] concludit: [Auditus autem,] scilicet credentium, est per verbum prædicatorum, quod est; [Verbum Christi,] vel quia est de Christo. 1. Corint. 1. Nos prędicamus Christum Iesum: vel quia a Christo habent, quod mittatur. 1. Corint. 11. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi uobis. Act. 10.

LECTIO III.

B Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem, In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico, Nunquid

LECTIO III.

Postquam Apostolus ostendit casum Iudæorum esse miserandum, quia ex ignorantia peccauerunt, hic ostendit, quod eorum talis casus non est excusabilis ex toto: quia eorum ignorantia non fuit inuincibilis, uel ex necessitate existens, sed quodam-

D modo uoluntaria. Et hoc quidem ostendit dupliciter. Primo quidem per hoc, quod audierunt ex doctrina Apostolorum. Secundo per hoc, quod cognouerunt ex doctrina legis & prophetarum, ibi, [Sed dico, Nunquid Israel non cognouit?] Circa primũ duo facit. Primo, proponit quæstionem, dicens. Dictum est, quod fides est ex auditu, & non possunt homines credere ei, quem non audierunt. Dico ergo: [Nunquid non audierunt?] ut scilicet per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate, secũdum illud Io. 15. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Secundo, ad quæstionem respondet interuemendo, per authoritatem psalm. dicentis, [In omnem terram exiuit sonus eorum,] scilicet apostolorum. i. Fama eorum exiuit in omnem terram, non solum Iudæorum, sed etiam omnium Gentium. Iob 28. perditio, & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famã eius, scilicet sapientiam per Apostolos prædicatam. Et dominus eis præceperat Matth. ult. Euntes in uniuersum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ, [Et uerba eorum,] scilicet distincta eorum doctrina, exierunt: [In fines orbis terræ.] Ad literam, usque ad fines mundi. Esa. 24. A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et 49. Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Et est notandum, quod secundum August. † hæc uerba nondum erant completa, quando Apostolus talia loquebatur, sed præuidebat ea esse complenda. Et ideo utitur præterito pro futuro, propter certitudinem diuinæ præordinationis: sicut etiam Dauid, cuius uerba assumit Apostolus, manifeste utebatur præterito pro futuro. Et ideo hoc dicit † August. quia adhuc tempore suo dicit fuisse quasdam gentes in Aphricæ partibus, quibus non erat fides Christi prędicata. Chrys. † autem super Matth. econtrario dicit, hoc quod hic dicitur, completum fuisse tpe apostolorum, exponens sic quod habetur Matth. 24. Et

Epist. 80.

Ibidem.

Hom. 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oporter hoc euangelium prædicari in uniuerso orbe, & tunc F
veniet consummatio, id est, destructio Hierusalem: verumque autem est aliqualiter verum. Tempore enim apostolorum, ad omnes gentes, etiam vsque ad fines mundi, peruenit aliqua fama de predicatione apostolorum per ipsos apostolos, uel discipulos eorum. Matthæus enim prædicauit in Aethiopia, Thomas in India, Petrus & Paulus in Occidente. Et hoc est quod Chrysostomus dicere intendit. Non tamen sic fuit impletum tempore apostolorum, quod in omnibus gentibus Ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendum ante finem mundi, vt dicit Augustinus in epistola ad Hesitium. Magis tamen præsenti intentioni Apostoli congruit expositio Chrysostomi, quam Augustini. Nulla.n.ratio esset auferendi excusationē infidelibus per hoc, q̄ in futurum erant audituri. per hoc tamen non habetur, q̄ ad singulos homines fama prædicationis apostolicæ peruenerit, licet peruenerit ad omnes gentes. Nunquid ergo illi ad quos non peruenit, utpote si fuerunt nutriti in syluis, excusationē habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicendum est, quod secundum sententiam domini, quæ hr̄ Ioan. 17. Illi qui loquentem dñm per se, vel per eius discipulos non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei consequentur, ut scilicet instificentur ab aliis peccatis, uel quę nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt: & pro his merito damnātur. Si qui tamen eorum fecissent quod in se est, dominus eis secundū suam misericordiam prouidisset, mittēdo eis prędicatorem fidei, sicut Petrum Cornelio. Act. 10. Et Paulus Macedonibus, vt habetur Act. 16. Sed tamen hoc ipsum, q̄ aliqui faciunt quod in se est, conuertendo se. s. ad Deum, ex Deo est mouente corda ipsorum H
ad bonum. Threno. 5. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Deinde cum dicit: [Sed dico, Nunquid Israel, &c.] ostendit eos esse inexcusabiles propter notitiam, quam habuerunt ex lege, & prophetis. Et primo mouet quæstionem, dicens. Sed dico adhuc inquirendo: [Nunquid Israel,] id est, populus Iudęorum, [non cognouit] ea, quę pertinent ad mysterium Christi, & ad vocationem Gentium, & casum Iudęorum? Plane cognouit. infra 2. Instructus per legem. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Bar. 4. Beati sumus, o Israel, quoniam quę placita sunt Deo, manifesta sunt nobis. Secundo, cum dicit ibi: [Primus Moyses,] soluit quæstionem, & ostendit eos cognouisse, primo quidem per doctrinam legis, dicens: [Primum Moyses,] qui est legislator, quòd non est sic intelligendum per hoc, quod inducit; Primus; quasi fuerint duo Moyses, quorum primus hoc dixit: sed quia Moyses fuit primus, id est, præcipuus inter doctores Iudęorum, Deuteron. vltim. Non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses. Vel primus fuit in ordine talia dicendi, quia ipse primus inter alios hoc dixit. Deuteron. 32. [Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram uos mittam.] Vbi litera nostra sic habet. Ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos. Vbi duplex est distinctio attendenda. Prima quidem ex parte gentilitatis, quam uocat non gentem, quasi non dignam uocari gentem, eo quòd non erat adunata in cultu vnius Dei. Ecclesiast. 50. Secunda non est gens, quam odetim. Eandem autem gentem, uocat gentem insipientem: & si aliqualiter gens dici posset, secundum quòd adunatur, & gubernatur lege humana, dicitur tamen insipiens, quasi priuata vera sapientia, quæ in cognitione, & cultu Dei consistit. Ephes. quarto. Sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, K
alienati a uita Dei. Et sic refertur ad gentilitatem secundum statum ante conuersionem. Possunt hæc etiam duo attribui gentilitati post conuersionem, quæ dicitur non Gens, id est, non gentiliter uiuens, sicut Apostolus dicit ibidem. Iam non amplius ambuletis sicut & gentes. Dicitur etiam gentilitas conuersa, Gens insipiens, secundum opinionem infidelium, primo Corinth. tertio. Si quis inter vos sapiens videtur esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Secunda differentia attenditur, quantum ad hoc, quòd primo ponit æmulationem, scilicet inuidiæ, qua Iudæi inuidebant Gentilibus conuersis. Gal. 4. Aemulantur uos non bene. Secundo, ponit iram, quia contra eos irascuntur. Psal. 36. Obseruabit peccator iustum, & stridebit &c. Et hęc duo congrue coniunguntur, quia ex inuidia causatur ira. Vnde Iob. 5. dicitur. Virum stultum interficit iracū-

> Israel non cognouit? Primus Moyses dicit. Ego ad æmulationē vos adducā in nō gentem: in gentem insipientem, in irā vos mittam. Esaias autem audet, & dicit. Inuentus sum a non quærentibus me; palam apparui his, qui me non interrogabāt. Ad Israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

dia, & paruulum occidit inuidia. Dicitur autem Deus in æmulationem inducere, & in iram mittere, non quidem in eis causando malitiam, sed subtrahendo gratiam, vel potius faciendo conuersionem gentium. vnde Iudæi occasionem iræ & inuidię sumunt. Secundo, ostendit eos cognouisse per doctrinam prophetarum, & inducit Esaiam, primo quidem prænuntiantem conuersionem Gentium, dicens, [Esaias autem audet, & dicit,] id est, audacter Iudæis annuntiat veritatem, quāmuis ei periculum mortis immineret. Iob 39. Audacter in occursum pergit armatis. & dicit Esa. 64. [Inuentus sum] a gentibus [non quærentibus me; Palam apparui his qui me non interrogabant.] Vbi litera nostra sic habet. Quæsierunt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt, qui non in quisierunt me. In his autem uerbis primo designat conuersionem gentium, dicens, [Inuentus sum a gentibus non quærentibus me.] Et ideo præter merita, & intentionem gentilium ostenditur fuisse eorum conuersio. infra 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum. De hac autem inuentione dicitur Matth. 15. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit &cæt. Secundo, ostendit causam, & modum conuersionis eorum. Causam quidem, quia non casu factum est ut inuenirent quod non quærebant, sed ex gratia eius qui eis noluit apparere: quod designatur in hoc, quod dicit: [Apparui.] Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus. Modum autem, quia non apparuit Christus gentilibus in æenigmatibus, & figuris legis, sed in manifesta ueritate. Vnde dicit [Palam.] Ioan. 16. Ecce palam loqueris, & prouerbium nullum dicis; [Palam, inquit; [Apparui eis,] scilicet gentilibus; [Qui me non interrogabant,] idest, qui meam doctrinam non quærebant. Esaiæ 45. Rogant Deum non saluantem. Secundo, ostendit, quòd Esaias prænuntiauit incredulitatem Iudæorum, dicens; [Ad Israel autem.] ideſt, contra Israel dicit Esa. 65. [Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.] Vbi nostra litera sic habet: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me. Quod autem dicit [Expandi manus meas,] potest vno modo intelligi de expansione manuum Christi in cruce, quæ quidem dicitur fuisse in cruce tota die, ideſt, principali parte totius diei, scilicet ab hora sexta vsque ad vesperas. Matth. 27. Et quamuis eo expandente manus in cruce, Sol sit obscuratus, petræ scissæ, monumenta aperta, Iudæi tamen in sua incredulitate permanserunt, cum blasphemantes, vt dicitur Matth. 27. Vnde subdit; [Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.] Hebr. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Alio modo, potest referri ad extensionem manus Dei in miraculis faciendis. Act. 4. In eo, quod manum tuam extendis ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sanctum filij tui Iesu. ut sit sensus; [Tota die,] id est toto tempore prædicationis meæ; [Expandi manus meas,] miracula faciendo; [Ad populum non credentem, etiam miraculis visis. Ioan. 15. Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, [Sed contradicentem mihi] ideſt, meis miraculis detrahentem, secundum illud Matth. 12. In Berlzebub principe dęmoniorum ejcit dæmonia. Oseæ quarto. Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. Tertio, potest intelligi de extensione manus Dei ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud Prouer. 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. vt sit sensus; [Tota die,] ideſt toto tempore legis, & prophetarum, [manus Expandi meas, ad dandum beneficia; [Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Deuter. 31. Semper contentiose egistis contra dominum.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus ostendit Iudæorum casum esse miseranda, non tamen totaliter excusabilem, hic ostendit casum Iudæorum non esse uniuersalem. Et primo mouet quæstionem. Secūdo soluit, ibi: [Absit &c.] Tertio infert conclusionē, ibi: [Quid ergo &c.] Dicit ergo primo, Dico ad hæc inquirendo, [Nunquid Deus repulit,] totaliter: [Populum suum?] scilicet Iudęorum, quia uocat, eum non credentem, sed contradicentem. Et hoc Psalmista etiam inquirit, dicens, Vt quid Deus repulisti in finē? Thren. 2. Repulit dominus altare suum. Deinde cum dicit [Absit &c.] soluit q̄stionem, ostendens q̄ Deus non totaliter repulit populum Iudæorum. Et hoc est quod dicit [Absit,] vt. s. populus Iudæorum sit totaliter repulsus. Et hoc quidē primo probat quātum ad personam suam, dicens: [Nā & ego,] s. in fide Christi existens:] Israelita sum,] s. gēte C
2. Cor. 11. Israelitæ sunt, & ego. Et quia in populo Israel erāt aliqui proselyti, qui non descenderunt secūdum carnem ex patriarchis, secundo hoc de se excludit, subdens [Ex semine Abrahæ.] 2. Cor. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Erant in populo Iudæorum Tribus distinctæ secundum filios Iacob, quorum quidam fuerūt filij ancillarum, quidam vxorum. Ioseph autem & Beniamin filij Rachel prædilectæ vxoris. Vnde tertio suam excellentiam in populo Iudęorum ostendens dicit [Ex tribu Beniamin.] Philip. 3. Ex genere Israel de tribu Beniamin. Vnde & de eo exponitur à quibusdam, quod legitur Gen. penult. Beniamin lupus rapax, mane comedet predam, & uespere dimidet spolia. Secundo, ibi: [Non repulit &c.] ostendit populum illum non esse repulsum a Deo, ēt quantum ad multos electos suos. Et primo proponit quod intendit. Secundo, inducit similitudinem, dicens. An nescitis: Tertio adaptat eam, ibi, [Sic ergo & in hoc tempore &c.] Dicit ergo primo, Non solum ego non sum repulsus, sed Deus [Nō repulit plebem suam,] totam, [quam præscivit] ideſt prædestinauit. Sup. 8. Quos præscivit, hos & prædestinauit. Psa. 94. Non repellet dominus plebem suam. Quod Apostolus hic exponit, quantum ad prædestinatos. Deinde cum dicit, [An nescitis &c.] inducit similitudinem de his, quæ contigerunt tempore Eliæ, quando etiam totus populus videbatur a cultu vnius Dei aberrasse. Vbi primo ponit interpellationem Eliæ. Secundo, responsionē domini, ibi. [Sed quid dicit scriptura diuina, &c. [Dicit ergo primo; [An nescitis quid scriptura,] sacra;] Dicat in Helia.] ideſt de Helia. 3. Reg. 19. Vel in Helia, id est in libro de Elia scripto. Totus enim liber Regnum est principaliter scriptus ad notificandum dicta, & facta prophetarū. Vnde & inter libros propheticos cōputatur, vt Hieronymus dicit in prolog. libri Regū, quemadmodū, s. ipse Elias interpellat Deum aduersus Israel. Contra quod videtur esse verbum Samuelis dicentis. 1. Regum duodecimo. Absit hoc peccatū a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Multo ergo minus est cōtra populum interpellandum. Sed intelligendū est, q̄ prophetæ contra populum aliquem interpellant tripliciter. Vno modo, conformādo voluntatem suā voluntati diuinæ eis reuelatæ, sicut & in Psal. 57. dicitur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Alio modo interpellando contra regnum peccati, ut. s. non homines, sed peccata hominum destruantur. Tertio modo ut interpellatio, uel oratio est interpretanda per modum denuntiationis, secundum illud Hier. 17. Confundantur, qui me persequuntur. i. confundentur. Deo autem in hac sua interpellatione contra eos allegat. Primo quidem impietatem, quam commiserant cōtra cultum Dei. Vno quidem modo persequendo ministros eius, quod tangit dicens; [Domine prophetas tuos occiderunt,] 3. Reg. 19. Nunquid non indicatū est tibi dño meo quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini? Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Alio modo, quantum ad loca Deo sanctificata,

CAPVT. XI. LEC. I.

DICO ergo, Nunquid repulit dominus Deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita ex semine Abraham, de tribu Beniamin, Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis B
in Elia quid dicit scriptura, quemadmodū interpellat Deū aduersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderūt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ, secūdū electionē gratiæ Dei, saluæ factæ sunt. Si aūt gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, cęteri uero excæcati sunt, sicut scriptū est. Dedit illis Deus spiritum cōpunctionis, oculos ut nō uideant, & aures vt non audiant vsq; in hodiernū diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum corā ipsis in laqueū, & in captionem, & in scandalū, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorū semper incurua.

> Baal. Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ, secūdū electionē gratiæ Dei, saluæ factæ sunt. Si aūt gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, cęteri uero excæcati sunt, sicut scriptū est. Dedit illis Deus spiritum cōpunctionis, oculos ut nō uideant, & aures vt non audiant vsq; in hodiernū diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum corā ipsis in laqueū, & in captionem, & in scandalū, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorū semper incurua.

secundum illud Psal. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum. Et quantum ad hoc dicit: [Altaria tua suffoderunt.] Vnde notādum est, quod Deuter. 12. Dominus mandauit, dicens. Ad locum quem elegerit Dominus Deus uester de cunctis tribubus uestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, uenietis, & offeretis in illo loco holocausta & victimas uestras. Tñ ante ædificationem rēpli permittebatur populo, ut diuersis locis altaria constrúeret ad cultum diuinū. qđ quia erat cōtra legem, ædificato iā tēplo, Ezechias rex pijssimus oīa huiusmodi altaria destrui fecit. Et hoc est qđ dr̄ 4. Regum 18. Nonne ille est Ezechias, qui abstulit excelsa, & altaria, & precepit Iudæ, & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalē. Quod ergo Ezechias fecit ex pietate, hoc fecit Achab, & Iezabel ex impietate, uolentes cultum Dei totaliter extirpare. Tertio allegat cōtra eos impietatem, quam facere intendebat, dicens; [Et relictus sum ego solus, scilicet in cultu unius Dei. Quod quidem dixit Elias, eo q̄ alij nō ita aperte manifestabant se esse Dei cultores. Dicitur.n. de eo Ecclesiast. 48. Surrexit Elias propheta quasi ignis, & uerbum illius quasi facula ardebat, [Et quærunt animam meam,] sut auferant eam. Miserat enim Iezabel ad Heliam. 3. Regum 19. dicens. Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, nisi hac hora eras posuero animā tuam, sicut animam unius ex illis, scilicet prophetis Baal, quos occiderat Elias. Deinde cum dicit, [Sed quid dicit, &cæt.] ponit diuinum responsum, dicens; [Sed quid dicit scriptura,] ibidem scilicet dixisse illi, scilicet Eliæ, [responsum diuinum.] Hoc, inquam, quod sequitur, [Reliqui mihi,] id est, in cultu meo, non permittendo eos cadere in peccatum; [Septem millia uirorum.] Ponitur certum pro incerto, propter perfectionem septenarij, & milliarij; [Qui non curuauerunt genua ante Baal.] id est, qui cultum Dei non deseruerunt. Esa 43. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui &c. Deinde cum dicit; [Sic ergo &c.] adaptat qđ dixerat, ad propositum. Et primo ponit adaptationem, dicens: [Sic ergo & in hoc tpe,] in quo uidetur multitudo populi defuisse, [Reliquiæ,] id est, multi qui sunt relicti ab illo excidio; [Salvæ fient,] uel saluæ factæ sunt, [secundum electionē gratię Dei,] ideſt secundum gratuitam electionem Dei. Ioan. 14. Non me elegistis, sed ego elegi uos. Secundo ex hoc infert conclusionem, dicens; [Si autem gratia,] salui facti sunt: [Iam non ex operibus,] eorum. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio ostendit sequi conclusionem ex præmissis, dicens: [Alioquin.] Si gratia est ex operibus, [iam non est gratia,] quæ dr̄ ex eo, quod gratis datur. Supra 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Deinde cum dicit: Quid ergo, &c.] infert conclusionem intentam. Et primo ponit eam, dicens: [Quid ergo] secundū præmissa dicemus? Hoc. s. quòd Israel quantum ad maiorem multitudinem, populi non est consecutus, [quod quærebat.] Iustitiam. Et hoc modo intelligendum est, quod supra 9. dictum est, Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Io. 7. Quæretis me, & non inuenietis. ita tñ, q̄: [electio.] i. electi ex Iudæis: [Consecuta est.] Iustitiam. Ephes. 1. Elegit nos in ipso, ut essemus sancti, [Cæteri uero,] id est, alia pars populi: [Excæcati sunt,] pp suam malitiā. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Secundo, ibi: [Sicut scriptū est. &cæt.] Manifestat conclusionem quantum ad ultimam partē. Et primo p authoritatē Esa. secundo per authoritatē Dauid, ibi: [Et Dauid dicit.] Circa primum notandum, q̄ Apostolus componit authoritatem ex duabus. Legitur enim Esa. 29. Miscui uobis spiritum sopotis. Et quantum ad hoc dicit: [Dedit Deus illis spiritum compunctionis,] quod pertinet ad peruersitatem affectus. Compunctio.n. importat quandam cordis punctionem, siue dolorem. Est ergo quædam bona compunctio, qua quis dolet de propriis peccatis, ſm illud Ps. 59. Potasti nos uino compunctionis. Est autem & mala compunctio. s. inuidiæ, qua quis dolet de bonis alionum.

Hunc ergo compũctionis,id est,inuidię spiritum eis dedit Deus, non quidem immittendo malitiam,sed subtrahendo gratiam, sicut supra dictum est. 12. Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem, Item legitur Esaiæ 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis,& auribus suis audiat. Et quantum ad hoc,designans defectũ cognitiuæ virtutis subdit; [Oculos vt non videant;] scilicet per seipsos quantum ad miracula, quæ Christus eis videntibus fecit;[Et aures vt non audiant,] scilicet fructuose doctrinam Christi,& Apostolorum. Esa. 42. Qui uides multa,nonne custodies? Qui apertas aures habes,nonne audies? Addit autem Apostolus de suo;[Vsque in hodiernum diem,] quia in fine mundi videbunt,& audient,quando conuertentur corda filiorum ad patres eorum,ut dicitur Malach. vlt. Deinde cum dicit;[Et Dauid dicit,& cæt.] ponit ad idem authoritatem Dauid. In qua primo tangit occasionem defectus Iudæorum, dicens;[Fiat mensa eorum,] id est,malitia,qua peccatores reficiuntur. Iob 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum,abscondet illud sub lingua sua. Quæ quidem mensa est coram ipsis, quando ex certa malitia peccant. Hoc quidem fit in laqueum,quãdo ex ea paratur tentatio ad peccandum. Esa. 24. Qui explicauerit se de fouea, tenebitur laqueo; [Et in captionem,] quando delectationi succumbit per consensum. Esa. 8. Capientur & interientur;[Et in scandalum,] id est, in pactionem casus, quando ruunt de peccato in peccatum. Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum;[Et in retributionem illis,] quando scilicet puniuntur pro suis peccatis. Vel quia hoc ipsum est retributio delictorum, quia Deus eos permittit sic cadere Psalm. 93. Redde retributionem superbis. Vel mensa,est sacra scriptura Iudæis apposita. Prouerb. 9. Proposuit mensam suam. Quæ quidem fit in laqueum, quando occurit aliquod ambiguum. In captionem, quando male intelligitur. In scandalum, quando ruit in pertinaciam erroris. Et retributionem, ut supra. Secundo ponit ipsum defectum, quantum ad cognitiuam virtutem, cum dicit; [Obscurentur oculi eorum ne uideant,] quod magis prænuntiando, quam optando dicitur. Ephes. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum, cum dicit, [Et dorsum eorum,] id est,liberum arbitrium, quod portat ad bona, & ad mala;[Semper incurua,] id est,incuruari permitte ab æternis ad temporalia,a rectitudine iustitiæ ad iniquitatem. Esaiæ 51. Incuruare ut transeamus.

LECTIO II.

Dico ergo, nunquid sic offenderunt: vt caderent? Absit. Sed illorũ delicto salus est Gentib. ut illos æmulentur. Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorũ diuitiæ Gentiũ, quãto magis plenitudo eorũ? Vobis.n.dico Gentib. quandiu quidẽ ego sum Gẽtiũ Apostolus, ministeriũ meum honorificabo, si quo modo ad æmulandũ prouocẽ carnem meam,& saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorũ recõciliatio est mũdi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sãcta,& rami.

LECTIO II.

Postquam Apostolus ostendit, quòd casus Iudæorum non est vniuersalis,hic incipit ostendere, quòd casus eorum non est inutilis,neque irreparabilis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit casum Iudæorum esse vtilem, & reparabilem. Secundo excludit gloriam Gentilium Iudæis insultantium, ibi;[Quod si aliqui ex ramis, &cæt.] Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem. Secundo soluit,ibi;[Absit &c.] Dicit ergo primo. Dictum est & probatum, quòd cæteri Iudæi preter electos sunt excæcati. Dicit ergo quæstionem mouens,[Nunquid sic offenderunt vt caderent?] Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo sic: Nunquid Deus permisit eos offendere solum;[Vt caderent,]id est,propter nullam aliam vtilitatem inde consequentem, sed solum uolens eos cadere? Quod quidem esset contra bonitatem diuinam, quæ tanta est, vt Augustinus dicit in Enchi. quòd nũquam permitteret aliquid mali fieri,nisi propter bonum, quod ex malo elicit. Vnde & Iob 34. dicitur. Conteret multos & innumerabiles,& stare faciet alios pro eis. Et Apoc. 3. dicitur. Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam: quia. s. Deus aliques sic permittit cadere,ut quorundam casus sit aliorum salutis occasio. Alio modo potest intelligi sic;[Nunquid sic offenderunt vt caderent?]id est,perpetuo in casu remanerent? Psalm. 40. Nunquid qui dormit,non adijciet,vt resurgat? Deinde cum dicit;[Absit &c.] soluit quæstionem. Et primo, sm primũ intellectum ostẽdens casum Iudæorum fuisse vtilem. Secundo,soluit quæstionem quantum ad sm intellectũ,ostẽdens casum Iudęorum esse reparabilẽ,ibi;[Quod si delictum illorum,&c.] Dicit ergo primo;[Absit.] vt.s.inutiliter caderent;[Sed magis illorum.] s. Iudęorũ [Delicto,] salus Gentibus facta est occasionaliter, Vnde & dñs dicit Io. 4. Salus ex iudęis est. Quod quidem potest intelligi tripli-

F

citer. Primo modo; quia per delictum, quòd in occisione Christi commiserunt, est subsecuta salus Gentium per redemptionem sanguinis Christi. 1. Petr. 1. Non enim corruptibilibus, auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis,sed pretioso sanguine agni immaculati. Secundo modo, potest intelligi de delicto quo doctrinã apostolorum repulerunt, ex quo cõsecutum est, vt Apostoli gentibus prędicarent,secundum illud Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, ecce conuertimur ad Gentes &c. Tertio modo,potest intelligi de hoc,quòd propter

G

suam impænitentiam sunt in omnes Gentes dispersi. & sic Christus & Ecclesia vbiq; a libris iudęorum testimonium habuit fidei Christianæ ad conuertendos Gentiles,qui suspicari potuissent prophetias de Christo,quas prædicatores fidei inducebant, esse confictas,nisi probarentur testimonio iudæorum,vnde in Psal. 58. dicitur,Ostendisti mihi super inimicos meos scilicet iudęos,ne occidas eos,ne quando obliuiscantur populi mei disperge illos in virtute tua. Sequitur[Vt illos æmulentur,]Et quia non dicit qui vel quos,cum etiam sit duplex ęmulatio scilicet indignationis,& imitationis,potest hoc quatuor modis exponi. Primo modo vt intelligatur sic;vt gentiles illos scilicet iudæos[Aemulentur] idest imitentur in cultu vnius Dei. Ephe. 2. Eratis in illo tẽpore sine Christo,alienati a conuersatione Israel. & postea subdit. Nunc autem uos,qui aliquando eratis longe,facti estis prope in sanguine Christi. 1. Tim. 2. Vos imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in iudæa;vel ut gentiles æmulentur Iudæos,id est,indignentur contra eos propter incredulitatem eorum. Psal. 119. Vidi prę-

H

uaricantes & tabescebam,quia eloquia tua non custodierũt. Tertio modo potest intelligi sic,vt iudæi æmulentur,id est, imitentur Gentiles,quando vbique,& nunc aliqui eorum particulariter conuertuntur ad fidem,imitantes fidem Gentium. & finaliter omnis Israel saluus fiet cum plenitudo Gentium intrauerit,vt sic impleatur, quod dicitur Deuter. 28. Ille erit in caput, & tu eris in caudam. Quarto modo potest exponi sic, Vt iudæi æmulentur Gentiles id est,contra eos ex inuidia turbentur, dum uident ad eos eorum gloriam translatam. Deut. 32. Ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus. Deinde cum dicit [Quod si delictum eorum &c.] soluit quæstionem quantum ad secundum intellectum, ostendẽs casum iudæorum esse reparabilem. quod quidem ostendit tripliciter. Primo ex vtilitate. Secundo ex Apostoli intentione, ibi[Vobis enim dico &c.] Tertio, ex conditione illius populi, ibi [Quod si delibatio sãcta &c.] Circa primum ponit talem rationem. Bonum est potentius ad vtilitatem inferendam, quam malum: sed malum iudæorum magnam vtilitatem gentibus contulit. ergo

I

multo maiorem confert mũdo eorum bonum: hoc est ergo quod dicit. Dictum est, quod eorum delicto salus gentibus facta est [quod, pro, Sed,] illorum scilicet iudæorum [Delictum diuitiæ sunt mundi,]id est, Gentilium, quia scilicet delictum iudæorum redundauit in spirituales diuitias Gentiliũ, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia,quod quidem refert ad eorum culpam[Et diminutio eorum,]qua.s.decreuerunt ab illa celsitudine gloriæ,quam habebant,quod pertinet ad pęnam. Dan. 3. Imminuti sumus plusquam omnes gentes,sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Sunt autem diuitiæ gentium per occasionem,vt dictum est, vel [Diminutio eorum.] idest,aliqui minimi,& abiecti ex iudęis,gentes spiritualiter ditauerunt.s. Apostoli de quibus dicitur 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus,vt cõfundat fortia. [Quanto magis plenitudo eorum?]i. abundantia eorum spiritualis,vel multitudo eorum ad Deũ conuersa,in diuitias gentium redundabit. Eccl. 24. In plenitudine sanctorũ detentio mea. Et sic,si Deus pp vtilitatem totius mundi per

K

misit iudæos delinquere & diminui,multo magis implebit ruinas eorum propter totius mundi utilitatem. Deinde cum dicit [Vobis.n.dico Gentib. &c.]ostendit idem ex sua intentione,quam primo proponit. Secundo eius rationẽ assignat ibi;[Si.n.amissio &c.] Circa primum considerandum est, quòd cum in superioribus huius epistolæ partibus locutus fuerit omnibus fidelibus existentib. Romæ,siue fuerint ex Gentibus, siue ex iudæis, nunc specialiter sermonem suum dirigit ad gentiles conuersos. Dicit ergo. Dixi q plenitudo eorum diuitiæ mundi essent. In huius enim signũ dico [Vobis Gentibus.]i. Gentibus ad fidem conuersis, Esa. 65. Dixi, ecce ego ad Gentes &c.] Hoc inquam uobis dico [Quandiu ego sum Gentium Apostolus,] quarum cura specialiter mihi incumbit ex iniuncto officio. Galat. 2. Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem. 1. Tim. 2. In quo positus sum ego prædicator,& apostolus. Veritatem.n.dico in Christo Iesu, non mentior doctor gentium in fide & veritate;[Ministerium meum honorificabo,]non quidem his, quæ ad secularem honorem pertinent, sed primo quidem ornando ipsum bonis moribus. 2. Corin. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. Secũdo,per supererogationem operũ, ad quæ non tenebatur. 1. Cor. 9. Quæ est ergo merces mea vt euangelium Christi prædicans sine sumptu &c. Tertio ampliando solicitudinem ad omnium salutem. 1. Corin. 11. Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Vnde & hic subdit[Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam,]idest,Iudæos,qui sunt mihi cognati secundum carnem, vt supra nono dictum est. Esa. 58. Carnem tuam ne despexeris. & hoc ad æmulandum bona æmulatione, secundũ illud primæ Cor. 12. Aemulamini charismata meliora. & per hunc modum: [Vt saluos faciam aliquos ex illis, scilicet ex Iudæis. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est,sed quod multis.ut salui fiant. Sed contra est,quod ipse dicit secundæ Cor. 10. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ,qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsq; ad vos. Non autem acceperat mensuram sui ministerii,nisi super gẽtes. non ergo debebat se intromittere de Iudæis. Dicunt autem quidam,quod Iudæi in Iudæa habitantes non pertinebant ad eius apostolatum,sed Petri,Iacobi,& Ioannis, vt dicitur Galat. 2. sed Iudæi inter gentes habitantes, ad eius apostolatum pertinebant, & eorum saluti insistebat. Sed hoc uidetur contra intentionem literæ,si enim illi Iudæi, ad eius apostolatum pertinebant in hoc, quod eorum conuersioni intendebat, non honorificasset suum ministerium. Et ideo dicendum est, quod sic erat sibi commissa prædicatio Gentilium,ut ad eam ex necessitate teneretur, sicut ipse dicit primæ Corinth. 9. Si non euangelizauero,uæ mihi. Necessitas enim mihi incumbit. nec tamen erat ei prohibitum Iudæis prædicare,quãmuis ad hoc non teneretur. & secundum hoc eorũ saluti insistẽdo ministerium suum honorificabat. quod quidem non faceret,si casum eorum irreparabilem reputaret. unde ipsum Apostoli studium,quod adhibebat ad conuersionem Iudæorum, inducit pro signo quod casus Iudæorum sit reparabilis. Deinde cum dicit [Si enim, &cæt.] assignat rationem suæ intentionis, quia scilicet uidebat, quod conuersio Iudæorum proueniebat in salutem Gentium, vnde dicit[Si enim amissio eorum]idest,incredulitas & inobedientia eorum,sicut dicitur seruus amissus, quando sub cura & obedientia domini refugit esse. Hier. 50. Grex perditus factus est populus meus. Si(inquam)ista Iudæorum amissio est occasionaliter. [Reconciliatio mundi.] inquantum per mortem Christi sumus reconciliati Deo: [Quæ assumptio nisi uita ex mortuis] id est, quod Iudæi reassumantur a Deo, secundum illud Zachariæ undecimo. Sumpsi mihi duas uirgas. quid (inquam) faciet talis assumptio,nisi quod Gentiles resurgere faciat ad uitam? Gentiles enim sunt fideles qui tepescent. Matth. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. uel etiam qui totaliter cadent decepti ab antichristo, Iudæis conuersis in pristinum feruorem, restituentur. & etiam sicut Iudæis cadentibus Gentiles post inimicitias sunt reconciliati, ita post conuersionem Iudæorũ,imminẽte iam fine mundi erit resurrectio generalis,per quam homines ex mortuis ad uitam immortalem redibunt. Deinde cum dicit,[Quod si delibatio,&c.]ostendit idem ex conditione ipsius gentis iudæorum. & hoc quidem dupliciter. Primo ex parte Apostolorum,cum dicit;[Quod si delibatio sancta est & massa.] Dicitur autem delibatio, id quod ex massa pastæ sumitur, quasi ad probandum. sunt autem Apostoli ex gente iudæorum assumpti a Deo,sicut delibatio ex massa. & ideo si Apostoli sunt sancti,consequens est quod gens iudæorum sit sancta. 1. Petr. secundo. Gens sancta, populus acquisitionis, &cæt. Secundo probat idem ex parte patriarcharum,qui comparantur ad iudæos,sicut radix ad ramos,unde & Esa. undecimo dicitur,Egredietur uirga de radice Iesse. si ergo patriarchæ. qui sunt radix sunt sancti,& iudæi qui ex eis processerunt sicut rami, sunt sancti. Oseæ quarto decimo. Erumpet radix eis,ut libani ibunt rami,&c. Sed contra est quod dicitur Ezechielis decimo octauo. Vir si fuerit iustus,uita uiuet. Sic ergo non sequitur quod si radix est sancta,& rami. Ibidem et subditur, quod si filius uidens peccata

A

patris sui timuerit & non fecerit simile, non morietur, sed vita viuet: vnde etiam videtur non sequi, quòd si delibatio sancta est, & massa. Sed dicendum, quod Apostolus hic non loquitur de actuali sanctitate. Non enim intendit ostendere iudæos incredulos esse sanctos; sed de sanctitate potentiali, Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate, quorum patres, & quorum filij sunt sancti. Vel potest dici, quòd illi sunt specialiter rami patriarcharũ, qui eos imitantur, secundum illud Ioãnis octauo. Si filij estis Abrahæ, opera Abrahæ facite.

LECTIO III.

Qvod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis,& socius radicis, & pin-

B

LECTIO III.

Postquam Apostolus ostendit causam iudæorum fuisse vtilẽ & reparabilem,hic excludit gloriationem gentilium contra iudæos. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit Gentilibus conuersis,non esse gloriandum contra Iudæos. Secundo respondet obiectioni Gentilium,ibi[Dicis ergo, fracti sunt &c.] Circa primum duo facit. Primo prohibet Gentiles contra iudæos gloriari. Secundo rationem prohibitionis assignat,ibi [Quod si gloriaris &cæt.] Videbatur autem ex duabus partibus imminere Gentilibus gloriandi occasio contra iudæos. Primo quidem ex defectu iudæorum,dicens,Dictum est quod si radix est sancta,& rami[Sed si aliqui ex ramis].i. ex iudæis,non omnes tamen[Sunt fracti,id est, diuisi a fide patrum,qui comparantur radici,noli.s.gloriari. Iob. 15. Ramos eius arefacit flamma. Sap. 4. Confringentur rami inconsumpti. Secundo videtur eis imminere materia gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tanto magis cõ-

C

sueuit eum extollere in uanam gloriam, quãto ex viliori statu eleuatur,secũdum illud Prou. 30. Propter tria mouetur terra,& quartum non poterit sustinere. Per seruum cum regnauerit &c. Et ideo præmittit abiectũ statum,de quo assumpti erant,dicens[Tu autem gentilis,]cum in statu gentilitatis oleaster esses, id est, arbor infructuosa. Hiere. 17. Erunt quasi miricæ in deserto. Matt. 3. Omnis arbor,quæ non facit fructum bonum excidetur &c.

Deinde ponit eorum promotionem. Et primo quidem quantum ad hoc,quod sunt assumpti in dignitatem illius gentis, unde dicit[Insertus es in illis,id est,loco illorum. Iob. 4. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Secũdo per hoc quod sunt consociati patriarchis, quos supra radici comparauerat,unde dicit [Et socius radicis factus es.i. consociatus es patriarchis & prophetis. Matth. 8. Multi venient ab Oriente, & Occidente,& recumbent cum Abraham,Isaac & Iacob in regno cœlorum. Tertio per comparationem ad gloriam apostolorum,cum

D

dicit [Et socius pinguedinis oliuæ factus es.] Oliua quidem dicitur ipsa gens iudęorũ propter uberes fructus spirituales, quos attulit. Hie. 11. Oliuam vberem,pulchram,fructiferam, speciosam vocauit Deus nomen tuum. Psal. 51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. sicut autem huius oliuæ radix sunt patriarchæ, & prophetæ,ita etiam pinguedo huius oliuæ, est abundantia gratiæ spiritus sancti,quam prę omnibus apostoli habuerunt.ut glo. dicit. Vnde iudi. 9. Oliua dixisse inducitur, Nunquid possum deserere pinguedinem meam? Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sic ergo promoti sunt Gentiles ad societatem illius populi. s. patriarcharum & prophetarum. Ephes. 2. Estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum,& prophetarum,& licet has occasiones gloriãdi habere uidearis Gentilis, noli tamen gloriari aduersus ramos idest aduersus iudæos. 1. Corint. 5. Non est bona gloriatio uestra. Deinde cum dicit. [Quod si gloriaris &c.] assignat rationem suæ admonitionis,dicens,quod si non obstante hac admonitione, glo-

E

riaris insultando iudæis stantibus,uel excisis,hoc considere ad repressionem gloriæ tuæ, quod tu [Radicem non portas,sed radix te, id est, iudæa non accepit a Gentilitate salutem, sed potius econuerso. Ioan. 4. Salus ex iudæis est. unde & Abrahæ promissum est Genes. 22. quod in ipso benedicerentur omnes cognationes terrę. Deinde cum dicit [Dicis ergo &cęt. excludit obiectionem Gentilium. Et primo proponit obiectionem. Secundo excludit eam ex consideratione diuini iudicij,ibi[Bene &cęt.] Tertio inducit eos in diligentem consideratiõnẽ diuinorum iudiciorum,ibi[Vide ergo bonitatem &c.]Dicit ergo primo, Ergo tu Gẽtilis,qui gloriaris cõtra iudęos forte dicis,[Fracti sunt rami,ut ego inserar,id est,ad hoc Deus permisit Iudęos a fide excidere, ut ego ad fidem intrarem. Nullus autem sustinet detrimentũ unius

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei, nisi propter rem pretiosiorem, & magis dilectam, sicut medicus permittit infirmitatem esse in pede, ut sanet oculũ. Sic igitur ex hoc ipso videtur Gentilitas esse pretiosior, & magis Deo accepta, quàm Iudæa. Vnde Malac. 1. dicitur, Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus Deus. & munus non accipiã de manu vestra. Ab ortu autẽ Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. Et Esa. 49. Parũ est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob. Dedite in lucem Gentium. Deindeclũ dicit: [Bene &c.] excludit obiectionẽ. Et primo assignat causã defectus Iudæorũ, & promotionis Gẽtilium, dicens; [Bene] in hoc dicis, ꝙ Deus p̃misit frangi ramos, vt tu inseraris: sed considera causam fractionis ramorum, propter incredulitatem, inquã facti sũt, quia scilicet in Christum credere noluerunt. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? [Tu autem,] scilicet Gentilis; [Stas in fide,] id est, credendo in Christũ, in quo gratiam consecutus es. 2. Cor. 1. Nam fide statis. 1. Corint. 15. Notum facio vobis euãgelium, in quo statis, per quod & saluamini. Secundo inducit admonitionem, dicens; [Noli altum sapere,] id est, noli de te vltra te ipsum præsumere. Infra 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Psal. 129. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, [Sed time,] ne scilicet & tu frangaris per incredulitatem, ꝙ pertinet ad timorem casum. Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus: qui vero mẽtis est duræ, corruet in malum. Eccles. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundo assignat rationem suæ admonitionis, dicens; [Si enim naturalibus ramis, id est, Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt, [Non pepercit Deus,] quin eos frangi permitteret; [Time ne forte, nec tibi parcat,] quin. s. te permittat per incredulitatem excidere. Prouer. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ. Hier. 13. Nõ parcam, neque miserebor, ut non dispergam eos. In hoc ergo consistit solutio Apostoli, quòd cum aliquis videt se gratiam adeptum, alio cadente. non debet extolli contra cadẽtem, sed magis timere sibi ipsi, quia ipsa superbia est causa præcipiti, & timor est causa custodiæ, & cautelæ. Deinde cum dicit; [Vide ergo bonitatem, & seueritatem &c.] inducit eos in hanc gentem cõsiderationem diuinorum iudiciorum. Et primo inducit eos ad considerandum. Secundo instruit eos quasi per se considerare non valẽtes, ibi; [Nolo. n. nos ignorare fratres, &c.] Tertio, quasi nec ipse perfecte sufficeret ad istorum inuestigationem, exclamat admirando diuinam sapientiam, ibi; [O altitudo diuitiarum, &c.] Circa primum tria facit. Primo ostendit quid cõsiderari oporteat, dicens; [Vide ergo,] id est, diligenter considera; [Bonitatem Dei,] misericordis. Psal. 92. Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Supra 2. An diuitias bonitatis eius contemnis, & seueritatem ipsius punientis; Psalm. 93. Deus vltionum Dominus. Num 1. Deus æmulator, & vleiscens Dominus. Prima enim consideratio tribuit spem. Secunda timorem, vt vitetur desperatio, & præsumptio. Secundo, ostendit in quibus vtrumque dictorum sit considerandum quantum ad prædicta, dicens; [In eos quidem,] scilicet Iudæos, qui ceciderunt, [Seueritatem] Thren. 2. Præcipitauit dominus nec pepercit; omnia speciosa Iacob destruxit; [In te autem,] scilicet Gentilem qui in fidem es; [Bonitatem.] Psal. 218. Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine. Tertio, ostendit, quo tenore possint in prædictis hęc cõsiderari, quia non immobiliter, sicut quod potest mutari in futurum. Et primo ostendit, quantum ad Gentiles, dicens; [In te] dico, vide [Bonitatem Dei,] operantem, eo tamen tenore si permanseris in bonitate. Ioann. 15. Manete in dilectione mea; [Alioquin,] si tu non dederis operam ad permanendum per timorem, & humilitatem; [Et tu exciderís.] Matth. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Secundo ostendit idem quantũ ad Iudæos, & primo proponit quod intendit, dicens; [Sed & illi,] scilicet Iudæi, [Si non permanserint in incredulitate,

A Inserentur,] id est, in suum statum restituentur. Hier. 3. Fornicam es cum amatoribus multis, tamẽ reuertere ad me, dicit dominus. Secundo probat, quod dixerat. & primo ex diuina potentia, dicens, [Potens est enim dominus Deus iterum inserere illos,] & ideo nõ est de eorum salute desperandum; Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini, vt saluare non possit. Secundo probat idẽ per locũ a minori, dicens; [Nam si tu Gentilis excisus es ex naturali oleastro,] id est, ex gẽtilitate, quæ naturaliter erat infructuosa, non quidem prout dominus fecit naturam, sed secundum, quòd corrupta est per peccatum. Sap. 12. Iniqua est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum. Ephes. 2. Eramus natura filij iræ, [Et insertus in bonam oliuam,] id est, in fide Iudeorum; [Contra naturam,] id est, contra communẽ cursum naturæ. Non enim cõsueuit, ramus arboris malæ inseri in bonam arborem, sed potius econuerso. Id autem quod Deus facit, non est contra naturam, sed simpliciter est naturale. Dicimus. n. esse naturale, quod fit ab agente cui naturaliter subditur patiens, quamuis ẽt nõ sit fm propriam naturam patientis, sicut. n. fluxus, & refluxus maris est naturalis, propter hoc, quod causatur ex motu lunæ, cui naturaliter subditur aqua, quamuis non sit naturalis, fm formam aquæ: ita etiam cum omnis creatura sit naturaliter Deo subiecta: quicquid Deus facit in creatura, est simpliciter naturale, licet forte non sit naturale fm propriam, & particularem naturam rei in qua fit, puta, cum cæcus illuminatur, & mortuus resuscitatur: si inquam hoc factum est contra naturam, [Quanto magis hi qui sunt secundum naturam,] id est, qui naturali origine pertinent ad gentem Iudæorum; [Inserentur suæ oliuę,] id est reducentur ad dignitatem gentis suæ. Malach. vlti. Conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

LECTIO IIII.

Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi, qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ?

LECTIO IIII.

NOLO enim vos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum euangeliũ quidem, inimici propter vos, secundum electionem autem, carissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. Sicut. n. aliquando & uos non credidistis Deo, nũc autẽ misericordiã consecuti estis, propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiã consequãtur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

LECTIO V.

POstquam Apostolus induxit Gentiles in cognitionem diuinorum iudiciorum, in quibus diuina bonitas, & seueritas manifestatur, hic quasi eis adhuc non sufficientibus cõsiderate prædicta, exponit quid sibi circa hæc videatur. Et primo proponit factum. Secundo probat, ibi [Sicut scriptum est &c.] Tertio rationem assignat, ibi. [Si enim &c.] Circa primum tria facit. Primo proponit suam intentionem, dicens, Ideo induxi vos ad considerandum bonitatem, & seueritatem Dei; [Nolo enim, o fratres ignorare vos mysterium hoc,] non enim omnia mysteria capere potestis, hoc est enim perfectorum, quib. dominus dicit Lucę 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Sap. 6. Non abscondam a uobis sacramenta Dei. Sed ignorantia huius mysterij esset nobis damnosa. 1. Corin. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Secundo assignat suæ intentionis rationem; [Vt non sitis vobismetipsis sapientes] id est non de sensu vestro præsumatis, & ex vestro sensu alios condemnãtes, uos eis præferatis. infra 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Tertio proponit quod intendit. Primo quidem quãtum ad casum particularium Iudęorum, cum dicit [Quia cæcitas contingit in Israel,] non vniuersaliter, sed ex aliqua parte, ut supra ostensum est. Esa. 6. Excęca cor populi huius. Secundo ponit terminum huius cęcitatis, dicens [Donec intraret,] ad fidem [Plenitudo gentium,] id est, non solum aliqui particulariter ex gentibus, sicut tunc conuertebantur, sed vel pro toto vel pro maiori parte in omnibus Gentibus ecclesia fundaretur. Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Dicuntur autem Gentiles ad fidem conuersi intrare, quasi ex exterioribus, & visibilibus rebus, quæ venerabantur in spirituali, & voluntate diuina. Psalm. 99. Introite in conspectu eius in exultatione. Et est notandum, ꝙ hoc aduerbium [Donec] potest designare causam excęcationis Iudęorum. Propter hoc. n. permisit Deus eos excęcari, ut plenitudo

A plenitudo Gentium intraret, sicut patet ex supradictis. Potest etiã designare terminum, quia videlicet vsque tunc excęcitas Iudæorum durabit, quousque plenitudo Gentium ad fidem intrabit. Et hinc concordat, quod infra subdit de futuro remedio Iudæorum, cum dicit; [Et tunc,] scilicet cum plenitudo Gentium intrauerit, [Omnis Israel saluus fiet,] nõ particulariter sicut modo, sed vniuersaliter oẽs. Osęę. 1. Saluabo eos in Dño Deo suo. Mich. vlt. Reuertetur, & miserebitur nostri. Deinde cum dicit; [Sicut scriptũ est, &c. probat, quod dixerat de futura salute Iudæorum. Et primo, probat hoc per auctoritatem. Secundo per rationem, ibi; [Secundum euangelium meum &c.] Dicit ergo primo, Dico, quod omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est Esa. 56. vbi nostra litera sic habet, Veniet ex Sion redemptor, & eis qui redeunt ad Iacob, hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Sed Apostolus hoc inducit, secundum literam 70. & tangit tria verba hic posita. Primo saluatoris aduentum, cum dicit, [Veniet Deus] scilicet humanatus ad saluandum nos, [Ex Sion,] id est, ex populo Iudæorum, qui significatur per Sion, quæ erat arx Ierusalem, quę est metropolis Iudææ. Vnde dicitur Zac. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi &c. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Vel dicit; [Ex Sion ieun uenire, nõ quia sit ibi natus, sed quia inde doctrina eius exiit in universum mundum, per hoc, ꝙ apostoli in ceruiculo Sion spiritum sanctum receperũt. Esa. 2. De Sion exibit lex. Secundo ponit salutem per Christum Iudęis obtam dicens; [Qui eripiat & auertat impietatem a Iacob,] Et potest ereptio referri ad liberationem a pœna. psalm. 24. Eripiet animam meam de morte. Quod vero dicit; [Auertet impietatem a Iacob,] Potest referri ad liberationem a culpa. psal. 50. Auertet Dominus captiuitatem plebi suæ. Vel vtrunque refertur ad liberationem a culpa, sed dicit; [Qui eripiat,] propter paucos, qui nunc difficulter quasi cum quadam violentia conuertuntur. Amos, 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel. Dicit autem, [Auertet impietatem a Iacob.] ad ostendendum facilitatem conuersionis Iudæorum in fine mũdi. Mic. vlt. Quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Tertio ostendit modum salutis cum dicit. Et hoc testamentum scilicet bonum erit illis a me cum abstulero peccata eorum. Vetus enim testamentum peccata non auferebat, quia vt dicitur Hebr. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Et ideo propter imperfectionem veteris testamenti promittit eis nouum testamentum. Hier. 31. Feriam domui israel & domui Iuda fœdus nouum. Quod quidem habebit efficaciam ad remissionem peccati per sanguinem Christi. Matth. 26. Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Deinde cum dicit; [Secundum euangelium meum, &c.] probat propositum per rationem. & primo inducit probationem. Secundo remouet obiectionem, ibi; [Sine pœnitentia enim,] Dicit ergo primo, quod eorum peccata auferantur, & quod postquam peccata habent, manifestum est quod sunt inimici Christi. [Secundum euangelium qui dem; [Inimici,] id est quantum ad doctrinam euangelij pertinet, quam impugnat [propter vos,] id est ad utilitatem vestri cedit, vt supra dictum est. Vnde dicitur Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui nolue runt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Ioann. 15. Nunc autem & viderunt & oderunt me, & patrem meum. Vel secundum euangelium dicit, quod eorum inimicitia ad utilitatem euangelij pertinet, cuius prædicatio occasione talis inimicitiæ vbique diffunditur, Col. 1. In verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad uos, sicut & in vniuerso mundo est, fructificat, & crescit. Sed sunt charissimi Deo propter patres, & hoc secundum electionem, cuia scilicet ob gratiam patrum, eorum semen elegit. Deut. 4. Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Quod non est sic intelligendum, quasi merita pręfata a patribus fuerit causa æternæ electionis filiorum, sed quia Deus ab æterno elegit gratis & patres & filios, hoc tamen ordine, vt filij propter patres consequerentur salutem, non quasi merita patrum significarent ad filiorum salutem, sed per quãdam abundantiam diuinę gratię, & misericordię hoc dicit, quæ tantum patribus est exhibita, vt propter promissiones eis factas, etiam filij sal

B

C

D

E

narentur. Vel intelligendum est secundum electionem, id est, quãtum ad electos ex illo populo, sicut supra dictum est, electio cõsecuta est. Si autem sunt domino charissimi rationabile est, quòd a Deo saluentur, secundum illud Esa. 64. Oculus nõ vidit Deus absque te quæ præparasti &c. Deinde cum dicit; [Sine pœnitentia enim &c.] excludit obiationẽ. Posset. n. aliquis obuiando dicere, quòd Iudæi, & si olim fuerint charissimi propter patres, tamen inimicitia, quã cõtra euãgelium exercẽt, prohibet, ne in futurum saluẽtur. sed hoc Apostolus falsum esse asserit, dicens; [Sine pœnitentia enim sunt, [scilicet [dona & vocatio dei,] quasi dicat, quòd Deus aliquid aliquibus donet, vel aliquos vocet hoc est; [Sine pœnitentia,] quia de hoc Deum non pœnitet, secundum illud 1. Reg. 15. Triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. Psalm. 109. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Sed videtur falsum. Dicit enim dominus Gen. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Et Hier. 18. Loquar de gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiam agam super bonum, quod locutus sum vt faccrem ei. Sed dicendum est, quòd sicut dominus iratci dicitur, non propter hoc, quòd in eo sit commotio iræ, sed quia ad modum irati se habet quantum ad punitionis effectum: ita quandoque pœnitere dicitur, non quasi in eo sit pœnitentiæ commutatio, sed quia ad modum pœnitentis se habet dum mutat, quod fecerat. Sed adhuc uideretur secundum hoc, quod dona & vocatio nõ sint sine pœnitentia, quia dona diuinitus concessa, frequenter amittuntur, secundum illud Matt. 25. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Vocatio enim Dei, etiam quandoque mutari uidetur, cũ scriptum sit Matth. 22. Multi sunt uocati, pauci vero electi. Sed dicẽdum est, quod donum hic accipitur pro promissione, quæ fit fm Dei præscientiam vel prædestinationem. Vocatio autem hic accipitur pro electione, quia propter certitudinem utriusque, quòd Deus promittit iam quodammodo dat: & quos elegit iam quodammodo vocat. Et tamen ipsum temporale Dei donum, & temporalis vocatio non irritatur per mutationem Dei quasi pœnitentis, sed per mutationem hominis, qui gratiam Dei abijcit, secundum illud Hebr. 12. Contemplantes nequis desit gratiæ Dei. Potest etiam quod hic dicitur aliter intelligi, vt dicamus quod dona Dei, quæ dantur in baptismo, & vocatio qua baptizatus vocatur ad gratiam, sunt sine pœnitentia hominis baptizati, quod quidem hic inducitur, ne aliquis desperet de futura Iudæorum salute, propter hoc quod non videntur de peccato suo pœnitere. Sed contra hoc quod dicitur, est quod Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Sed dicendum est, quòd duplex est pœnitentia, interior & exterior. Interior quidem consistit in contritione cordis, qua quis dolet de peccatis præteritis, & talis pœnitentia requiritur a baptizato, quia ut Aug. in lib. de Pœnitentia, Nemo suæ uoluntatis arbiter constitutus, potest nouam uitam inchoare, nisi pœniteat eum veteris uitæ, alioquin fictas ad baptismum accedit. Exterior vero pœnitentia consistit in exteriori satisfactione, quæ a baptizato non requiritur, quia per gratiam baptismalem liberatur homo, non solum a culpa, sed etiam a tota pœna per virtutem passionis Christi, qui pro peccatis omnium satisfecit, sicut supra 6. dictum est, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vnde dicitur Tit. 1. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quę effudit in nos abunde. Sed cum claues ecclesiæ, & omnia alia sacramenta in virtute passionis Christi operentur, uidetur quod pari ratione omnia alia sacramenta liberent hominem a culpa & a tota pœna. Sed dicendum est, quod passio Christi operatur in baptismo per modum cuiusdam generationis, quæ requirit, vt homo totaliter priori uitæ moriatur, ad hoc ut nouam uitam accipiat. Et ideo tollitur in baptismo totus reatus pœnæ, qui pertinet ad veritatem prioris vitę. Sed in aliis sacramentis operatur virtus passionis Christi per modum sanationis, vt in pœnitentia. Sanatio autẽ nõ requirit, vt statim omnis infirmitatis, reliquiæ auferantur. Et eadẽ ratio est in aliis sacramentis. Sed cũ confessio peccatorum pertineat ad exteriorem pœnitẽtiam, quæri potest, vtrum a baptizato confessio peccatorum requiratur. & uidetur, quod sic. Dicitur enim Matth. 3. quod baptizabantur homines a Ioanne, confitentes peccata sua. Sed dicendum est, quod

Cap. 2

bapti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, quia scilicet accipiendo illum baptismum quodammodo se profitebantur pœnitentiam accepturos de peccato suo, & ideo conueniens erat ut confiterentur, vt secundum modum peccati, eis pœnitentia statueretur sed baptismus Christi, est baptismus remissionis omnium peccatorum, ita quòd non restat baptizato aliqua satisfactio, p̃ peccatis præteritis, propter quod nulla est eō sessionis uocalis necessitas. Ad hoc enim necessaria est confessio in sacramento pœnitentiæ, vt sacerdos per potestatem clauis conueniente pœnitẽtem soluat uel liget. Deinde cum dicit; [Sicut enim aliquando &c.] assignat rationem futuræ salutis Iudæorum post eorum incredulitatem. Et primo ponit similitudinem inter vtriusque populi salutem. Secundo, huius similitudinis causam ostendit, ibi; [Conclusit enim Deus &c. Dicit ergo primo, Ita dico quòd omnis Israel saluus fiet, quãmuis nunc sint inimici. Sicut enim & vos Gentiles, aliquando non credidistis Deo. Ephes. 2. Eratis illo tempore sine Deo in hoc mundo: nunc autem misericordiam consecuti estis. Infra 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum. Osee 2. Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. Et hoc propter eorum incredulitatem, quæ scilicet fuit occasio vestræ salutis, vt supra dictum est. Ira & isti scilicet Iudæi, nunc scilicet tempore gratiæ; [Non crediderunt,] scilicet Christo. Ioann. 8. Quare non creditis mihi? Et hoc est, quòd subdit, [In vestram misericordiam,] idest, in gratiam Christi, per quam misericordiam consecuti estis. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Vel [Non crediderũt,] vt per hoc pertenirent in vestram misericordiam. Vel non crediderunt, quod in vestram misericordiam occasionaliter ceciderit vt & ipsi quãdoque misericordiam consequerẽtur. Esa. 14. Miserebitur dominus Iacob. Deinde cum dicit, [Cõclusit enim &c.] assignat rationem huius similitudinis, quia. s. Deus voluit vt sua misericordia in omnibus locũ haberet. Et hoc est quod subdit; [Conclusit enim Deus,] idest concludi permisit; [Omnia,] idest, omne hominum genus, tam Iudæos, quàm Gentiles; [In incredulitate,] sicut in quadã catena erroris. Sap. 17. Vna catena tenebrarum omnes erant colligati; [Vt omnium misereatur,] idest, vt in omni genere hominum sua misericordia locum habeat. Sap. 11. Misereris omnium domine, quod quidem, nõ est extendendũ ad Dæmones, secundum errorem Origenis, nec etia m quantum ad omnes homines singillatim, sed ad omnia genera hominum. Fit enim hic distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Ideo autem Deus uult omnes per suam misericordiam saluari, vt ex hoc humilientur, & suam salutem non sibi, sed Deo asscribant. Osee 13. Perditio tua in te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Supra 3. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.

LECTIO V.

SVPRA Apostolus conatus fuit assignare rationem diuinorum iudiciorum, quibus tam Gentes, quàm Iudæi post incredulitatem misericordiam consequuntur, nunc quasi ad hæc inuestiganda se insufficientem recognoscens, exclamando, diuinã excellentiam admiratur. Et primo admiratur diuinam excellẽtiam. Secundo probat, quod dixerat, ibi; [Quis enim cognouit &c.] Circa primum duo facit. Primo admiratur excellentiam diuinæ sapientiæ, secundum se consideratæ. Secundo per comparationem ad nos, ibi; [Quam incomprehensibilia &c.] Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur. Primo quantum ad altitudinẽ, dicens; [O altitudo.] Eccles. 7. Alta profunditas, quis inuenit eam? Hierem. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio. Hæc autem altitudo attenditur quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad rem cognitam, in quantum, scilicet Deus seipsum perfecte cognoscit. Eccles. 24. Ego in altissimis habito. Alio modo quantum ad modum cognoscendi, inquantum scilicet per seipsum omnia cognoscit. Psal. 193. Prosperit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit. Tertio quantum ad certitudinem cognitionis. Eccles. 23. Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem. Secundo admiratur excellentiam diuinæ cognitionis, quantum ad eius plenitudinem, cum dicit; [Diuitiarum.] Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorum, quia scilicet omnia no-

F uit. Io. vlt. Domine tu omnia scis; Colo. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi. Alio modo quantum ad facilitatem cognoscendi, quia statim omnia intuetur sine inquisitione & difficultate. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Tertio quantũ ad copiam cognitionis, quia eam omnibus communicat affluenter. Iaco. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. Tertio admiratur diuinã excellentiam, quãtum ad perfectionem, cum dicit; [Sapientiæ & scientiæ Dei.] Habet enim sapientiam de diuinis. Iob. 12. Apud

G ipsum est fortitudo, & sapientia. & scientiam de rebus creatis. Baruch. 4. Qui scit uniuersa, nouit eam. Deinde cum dicit: [Quam incomprehensibilia, &c. Ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ per comparationem ad nostrum intellectum. Et primo quantum ad sapientiam, ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit: [Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius,] quia scilicet homo non potest comprehendere rationem diuinorum iudiciorũ, quia in sapientia Dei latent. Psalm. 35. Iudicia tua abyssus multa. Iob. 11. Forsitan uestigia Dei comprehendes, & omnipotentem usque ad perfectum reperies? Secundo quantum ad scientiam, per quam in rebus operatur. Vnde subdit: [Et inuestigabiles,] idest, non perfecte ab homine uestigabiles: [Viæ eius,] idest, processus eius, quibus in creaturis operatur. & si ipsæ creaturæ sint homini notæ, tamen modi quibus Deus in creaturis operatur, ab homine comprehendi non possunt. Psalm. 76. In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur. Iob 38. Per quam uiam spargitur lux &cæt. Deinde cum dicit: [Quis

H enim, &cæt.] probat quod dixerat, ad quod inducit duas authoritates, quarum una habetur Esa. 40. Vbi secundum literam nostram sic legitur. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Loco cuius hic dicitur, [Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit:] Alia authoritas habetur Iob. 41. Quis autẽ dedit mihi ut reddam ei? ex loco cuius hic dicitur, [Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?] In his autem uerbis & sequentibus Apostolus tria facit. Primo ostendit excellentiã diuinæ sapientiæ per comparationem ad intellectũ nostrum, dicens, Dictum est, quod incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. [Quis enim cognouit sensum Domini,] per quem scilicet iudicat & operando procedit? quasi dicat, nullus, nisi eo reuelante. Sap. 9. Sensum tuum quis scire poterit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et 1. Corin. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Se-

I cundo ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ secundum quod in se habet altitudinem, quæ quidem est altitudo quæ est supremi principij, ad quod duo pertinent. Primo quod non sit ab alio. Secundo quod alia sint ab eo. Et hæc ostendit ibi, [Quoniam ex ipso.] Quod autem sapientia Dei non dependeat ab altiori principio, ostendit dupliciter, primo quidem per hoc, quòd non est instructa alieno consilio. Vnde dicit, [Aut quis consiliarius eius fuit?] quasi diceret, nullus. Ille enim consilio indiget, qui non plene cognoscit qualiter sit agendum, quod Deo non competit. Iob. 26. Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam? Hier. 23. Quis affuit in consilio domini? Secundo per hoc quod non est adiuta alieno dono. Vnde subdit, [Aut quis prior dedit illi,] & per hoc retribuit ei quasi prius dãti? Quasi dicat, nullus, non. n. potest homo dare Deo, nisi quę a Deo accepit. 1. Paral. ult. Tua sunt omnia, & quę de manu tua accepimus

K dedimus tibi. Iob. 35. Porro si iniste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Deinde cum dicit, [Quoniam ex ipso, &c.] ostendit altitudinem Dei, quantum ad hoc quod in ipso sunt omnia. Et primo ostendit eius causalitatem. Secundo eius dignitatem, ibi, [Ipsi honor & gloria.] Tertio eius perpetuitatem, ibi; [In secula seculorum, amen.] Dicit ergo primo, Recte dixi q̃ nullus prior dedit illi, [Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia,] & ita nihil potest esse nisi a Deo acceptum. Ad designandum autem Dei causalitatẽ, utitur tribus prepositionib. quę sunt, ex, per, & in. Hęc autem prepositio, [Ex, denotat principium motus. & hoc tripliciter. Primo quidem ipsum materiam. tertio modo ipsum contrarium oppositorum, quod est terminus a quo incipit motus. dicimus. n. cultellum fieri ex fabro, & ferro & ex infigurato. Vniuersitas aũt creaturarum non est facta ex præexistenti materia, quia

& ipsa

A bonitas. Et ideo appropriando dicere possumus ex ipso scilicet ex patre, per ipsum, scilicet per filium, in ipso, scilicet in spiritu sancto omnia sunt. Deinde cum dicit, [Ipsi honor & gloria,] ostẽdit Dei dignitatem, quæ consistit in duobus, quæ præmissa sunt. Nam ex eo quòd ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, debetur ei honor, & reuerentia, & subiectio a tota creatura. Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Ex eo uero quòd ab alio non accepit nec consilium nec donum, debetur ei gloria: sicut econtrario dicitur homini 1. Cor. 4. Si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et quia hoc est proprium Dei, dicitur Esa. 42. Gloriam meã alteri non dabo. Vltimo ponit eius æternitatem, cum dicit; [In sæcula sæculorum,] quia eius gloria non est transitoria, sicut gloria hominis de qua dicitur Esa. 40. Omnis gloria eius quasi flos agri: sed durat; [In sæcula sæculorum,]. i. per omnia sæcula succedentia sæculis, prout sæculum dicitur duratio vniuscuiusque rei. Vel sæcula sæculorum dicuntur sæcula, idest, durationes rerum incorruptibilium, quæ continent sæcula corruptibilium rerum, & præcipue ipsa Dei æternitas, quæ tamen pluraliter dici põt, licet in se sit una & simplex, propter multitudinem & diuersitatem eō tentorum, vt sit sensus, In sęcula contentiua sęculorum. Psal. 144. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum. Addit autem ad cõfirmationem; [Amen,] Quasi dicat, vere ita est. Et sic accipitur in euangelijs, vbi dicitur, Amen dico uobis. Quandoque tamen accipitur pro, Fiat. Vnde in Psalterio Hieronymi dicitur, Dicet omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit necessitatem virtutũ, & originam gratiæ, hic docet gratiæ vsum, quod pertinet ad institutionem moralem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit doctrinam moralem in generali. Secundo, specialiter descendit ad quædam particularia pertinentia ad eos, quibus scribit, circa medium 15. cap. ibi; [Certus sum autem &c.] Circa primũ duo facit. Primo, docet vsum gratiæ, quantum ad hoc, quod sit homo perfectus. Secundo, quantum ad hoc, quod perfectus imperfectum sustineat 14. c. ibi; [Infirmum autem &c.] Circa primum tria facit. Primo inducit ad perfectionem vitæ, quantum ad sanctitatem, quam homo seruat Deo. Secundo, quantum ad iustitiam, quam quis exhibet proximo. 13. c. ibi; [Omnis anima &c.] Tertio. quantum ad putitatem quam homo conseruat in seipso, circa finem. 15. cap. ibi;] Et hoc scientes &c.] Circa primum duo facit. Primo, monet vt homo se exhibeat Deo sanctum. Secundo, docet qualiter aliquis uti debeat donis gratię Dei, quibus sanctificeatur, ibi; [Dico enim per gratiam &c.] Circa primum duo facit. Primo, docet qualiter aliquis se debeat exhibere Deo, quantum ad corpus. Secundo, quantum ad animam ibi; [Et nolite conformari &c.] Circa primum duo facit. Primo inducit obseruantiam eorum, quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidem modo ex parte suipsius, cum dicit; [Obsecro itaque vos fratres.] Quasi dicat, dictum est incomprehensibilia esse iudicia Dei, & inuestigabiles vias eius. Itaque,] Obsecro vos fratres,] vt scilicet obseruetis ea quæ dicentur. Vtitur autem obsecratione, propter tria. Primo quidem ad demonstrandum suam humilitatem. Prouerb. 18. Cum obsecrationib. loquitur pauper, qui scilicet de sua abundãtia non confidit: & ideo non ex eo quod suum est, sed ex eo quod Dei est, homines conatur inducere ad bonum. Nam obsecrari, est ob sacra contestari. Secundo, vt magis ex amore moueat rogando, quàm ex timore authoritatiue imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Gala. ulti. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instituite in spiritu lenitatis. Tertio, propter reuerentiam Romanorum, quibus scribebat. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Alio modo inducit eos ex parte Dei, cum dicit; [per misericordiam Dei,] per quam scilicet saluati estis. Tit. 2. Secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ex consideratione diuinæ misericordiæ debemus facere quod monemur. Matth. 18. Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Vel potest dici; [Per misericordiam Dei,] idest, authoritate Apostolatus mihi misericorditer commissi. 1. Corin. 7. Misericordiam consecutus sum a domino, ut sim fidelis. Secundo,

placẽtem, rationabile obsequiũ uestrum. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiã quæ data est mihi: omnib. qui sunt inter uos,

B peris? Et quia hoc est proprium Dei, dicitur Esa. 42. Gloriam meã alteri non dabo. Vltimo ponit eius æternitatem, cum dicit; [In sæcula sæculorum,] quia eius gloria non est transitoria, sicut gloria hominis de qua dicitur Esa. 40. Omnis gloria eius quasi flos agri: sed durat; [In sæcula sæculorum,]. i. per omnia sæcula succedentia sæculis, prout sæculum dicitur duratio vniuscuiusque rei. Vel sæcula sæculorum dicuntur sæcula, idest, durationes rerum incorruptibilium, quæ continent sæcula corruptibilium rerum, & præcipue ipsa Dei æternitas, quæ tamen pluraliter dici põt, licet in se sit una & simplex, propter multitudinem & diuersitatem eō tentorum, vt sit sensus, In sęcula contentiua sęculorum. Psal. 144. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum. Addit autem ad cõfirmationem; [Amen,] Quasi dicat, vere ita est. Et sic accipitur in euangelijs, vbi dicitur, Amen dico uobis. Quandoque tamen accipitur pro, Fiat. Vnde in Psalterio Hieronymi dicitur, Dicet omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

C

LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit necessitatem virtutũ, & originam gratiæ, hic docet gratiæ vsum, quod pertinet ad institutionem moralem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit doctrinam moralem in generali. Secundo, specialiter descendit ad quædam particularia pertinentia ad eos, quibus scribit, circa medium 15. cap. ibi; [Certus sum autem &c.] Circa primũ duo facit. Primo, docet vsum gratiæ, quantum ad hoc, quod sit homo perfectus. Secundo, quantum ad hoc, quod perfectus imperfectum sustineat 14. c. ibi; [Infirmum autem &c.] Circa primum tria facit. Primo inducit ad perfectionem vitæ, quantum ad sanctitatem, quam homo seruat Deo. Secundo, quantum ad iustitiam, quam quis exhibet proximo. 13. c. ibi; [Omnis anima &c.] Tertio. quantum ad putitatem quam homo conseruat in seipso, circa finem. 15. cap. ibi;] Et hoc scientes &c.] Circa primum duo facit. Primo, monet vt homo se exhibeat Deo sanctum. Secundo, docet qualiter aliquis uti debeat donis gratię Dei, quibus sanctificeatur, ibi; [Dico enim per gratiam &c.] Circa primum duo facit. Primo, docet qualiter aliquis se debeat exhibere Deo, quantum ad corpus. Secundo, quantum ad animam ibi; [Et nolite conformari &c.] Circa primum duo facit. Primo inducit obseruantiam eorum, quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidem modo ex parte suipsius, cum dicit; [Obsecro itaque vos fratres.] Quasi dicat, dictum est incomprehensibilia esse iudicia Dei, & inuestigabiles vias eius. Itaque,] Obsecro vos fratres,] vt scilicet obseruetis ea quæ dicentur. Vtitur autem obsecratione, propter tria. Primo quidem ad demonstrandum suam humilitatem. Prouerb. 18. Cum obsecrationib. loquitur pauper, qui scilicet de sua abundãtia non confidit: & ideo non ex eo quod suum est, sed ex eo quod Dei est, homines conatur inducere ad bonum. Nam obsecrari, est ob sacra contestari. Secundo, vt magis ex amore moueat rogando, quàm ex timore authoritatiue imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Gala. ulti. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instituite in spiritu lenitatis. Tertio, propter reuerentiam Romanorum, quibus scribebat. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Alio modo inducit eos ex parte Dei, cum dicit; [per misericordiam Dei,] per quam scilicet saluati estis. Tit. 2. Secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ex consideratione diuinæ misericordiæ debemus facere quod monemur. Matth. 18. Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Vel potest dici; [Per misericordiam Dei,] idest, authoritate Apostolatus mihi misericorditer commissi. 1. Corin. 7. Misericordiam consecutus sum a domino, ut sim fidelis. Secundo,

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XII.

cundo, ponit admonitionem cum dicit, [Vt exhibeatis corpora vestra &cæt.] Circa quod sciendum est, quod sicut † August. dicit 10. de Ciui. Dei, Visibile sacrificium, quod exterius Deo offertur, signum est inuisibilis sacrificij, quo quis se, & sua in Dei obsequium exhibet. Habet autem homo triplex bonum. Primo quidem, bonum animę, quod exhibet Deo per deuotionis, & contritionis humilitatem, secundum illud Psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secundo, habet homo exteriora bona, quæ exhibet per eleemosynarum largitionē. Vnde dicitur Heb. vltim. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Tertio, habet homo bonum propri corporis: & quantum ad hoc dicit ibi; [Vt exhibeatis,] scilicet Deo [corpora vestra,] [sicut quandam spiritualē hostiam. Dicebatur autem animal Deo immolatum hostia, uel quia pro victoria hostium offerebatur, seu pro securitate ab hostibus: vel quia ad hostium tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo Deo corpus suum vt hostiam, tripliciter. Vno quidem modo, quando aliquis corpus suum exponit passioni, & morti, propter Deum, sicut dicitur de Christo Ephes. 5. Tradidit semetipsū oblationem & hostiam Deo. Et Apostolus dicit de se Phil. 2. Si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo. Secundo, per hoc quòd homo corpus suum ieiunijs & vigilijs macerat ad seruiendum Deo, secundum illud 1. Corinth. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Tertio, per hoc quòd homo corpus suum exhibet ad opera iustitiæ, & diuini cultus exequenda. Supra 6. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et autem considerandum, quòd hostia, quæ Deo immolabatur, quatuor habebat. Primo namque, ipsa oblatio debebat esse integra, & incorrupta. Vnde dicitur Malach. 1. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votū faciens, immolat debile. Et propter hoc dicit, [Viuentem.] vt scilicet hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit viuens per fidē formatam charitate. Gal. secundo. Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Est autem attendendum, quòd naturalis hostia, quæ prius viua erat, occidebatur ut immolaretur, ad ostendendū quòd adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, ut supra 5. dictum est. Sed hæc hostia spiritualis semper uiuit & in uita proficit, secundum illud Ioan. 10. Ego veni ut uitam habeant, & abundantius habeant, quia iam peccatum ablatum est per Christum: nisi dicamus, quod hostia corporis nostri uiuit quidem Deo per iustitiam fidei, sed mortificatur concupiscentijs carnis. Col. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Secundo uero, hostia Deo oblata, in ipsa immolatione sanctificabatur. Vnde dicitur Leu. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerūt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Et ideo subdit, [Sanctā,] scilicet per deuotionem, quia corpus nostrum Dei seruitio mancipatur. Leu. 20. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus dominus Deus vester. Proprie autem sanctitas dicitur per respectum ad Deum, inquantum scilicet homo seruat ea, quæ sunt iusta quo ad Deum. Tertio, quantum ad ipsam sacrificij consumptionem dicebatur sacrificium suaue & acceptum domino, secundum illud Leu. quinto. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & in odorem suauissimum domino. Vnde hic dicit, [Deo placentem,] scilicet per rectitudinem intentionis. Psal. Vt placeam coram De in lumine viuentium. Quarto, in ipsa sacrificij præparatione apponebatur sal. Vnde Leuit. 2. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies. Et Mar. 9. dicitur, Omnis victima sale salietur. Sal autem diferetionem sapientiæ significat. Vnde dicitur Col. vlt. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Sermo uester semper in gratia sit sale conditus. Vnde & hic sequitur: [Rationabile obsequium uestrum,] scilicet cum discretione corpora uestra Deo exhibeatis hostiam, uel per martyrium, uel per abstinentiam, uel per quodcunque opus iustitiæ 1. Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem in uobis. Et in Ps. Honor regis iudicium diligit. Aliter se habet homo iustus ad interiores actus, quibus Deo obsequitur, & ad exteriores. Nam bonum hominis & institia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus scilicet homo credit, sperat, & diligit. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra uos est. Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infra 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Vnde interiores actus se habent per modum finis, qui secundum se queritur: exteriores uero actus, ad quos Deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quæ sunt ad finem, in eo autem quòd quæritur tanquam finis, nulla mensura adhibetur, sed quanto maius fuerit, tanto melius se habet. In eo autem quod quæritur propter finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem: sicut medicus sanitatem facit tantùm, quantum potest, medicinam autem non tantum dat, quantum potest, sed quantum uidet expedire ad sanitatem consequendam. Et similiter homo in fide, & spe, & in charitate nullam mensuram debet adhibere, sed quanto plus credit, sperat & diligit, tanto melius est, propter quod dicitur Deuter. 6. Diliges dominum Deum tuum &c. Sed in exterioribus actibus est adhibenda diferetionis mensura, per comparationem ad charitatem. Vnde dicit † Hieron. Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium vel vigilias præfert sensus integritati, vt propter Psalmorum, atque officiorum decantationem amentiæ uel tristitię quis notam incurrat? Deinde eum dicit, [Et nolite conformari &c.] ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo quantū ad animam. Et primo prohibet sæculi conformitatem, cum dicit, [Et nolite conformari huic sęculo, scilicet, rebus quæ temporaliter transeunt. Nam sæculum præsens, est quædam mensura eorum, quæ temporaliter labuntur. Rebus autem temporalibus homo conformatur per affectum, eis amore inhærendo. Oseæ 19. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Conformatur etiam huic sæculo, qui uitam sæculariter uiuentium imitatur. Ephes. 4. Testificor in domino, vt iam non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant. Secundo, mādat interiorem mentis reformationem, cum dicit, [Sed reformamini in nouitate sensus uestri.] Sensus autē hominis hic dicitur ratio, secundum quòd per eam homo iudicat de agendis. Hunc autem sensum homo in sua creatione habuit integrum, & vigentem. Vnde dicitur Eccles. 17. Sensu impleuit corda illorū: & bona, & mala ostendit illis. Sed per peccatum hic sensus est cor ruptus, & quasi inueteratus. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena. Et per consequens pulchritudinem, & decorem suum amisit. Thre. 1. Egressus est a filia Sion omnis decor eius. Moner ergo Apostolus, ut reformemur, ideſt, iterato formam & decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit: quod quidem fit per gratiam spiritus sancti, ad quam participando homo studium habere debet, ita scilicet ut qui eam nondum perceperunt, eam percipiant: & qui illam percepemnt, in ea proficiant. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Psalm. 102. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Vel aliter, Renouamini scilicet in exterioribus actibus, In nouitate sensus uestri, ideſt, secundum nouitatem gratiæ, quam mente perceepistis. Tertio assignat rationem admonitionis prædictæ, cum dicit; [Vt probetis quæ sit uoluntas.] Circa qđ cōsiderandum est, quod sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium de saporibus, sed ea quæ sunt suauia, interdum abominatur, ea uero quæ sunt abominabilia appetit: qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium de saporibus habet: ita homo qui habet corruptum affectum, quasi conformatum rebus sæcularibus, non habet rectum iudicium de bono, sed ille qui habet rectum & sanū affectum sensu eius innouato per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo ergo dixit, Nolite conformari huic sæculo, sed renouamini in nouitate sensus uestri,, [ut probetis, ideſt, experimento cognoscatis. psalm. 33. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus; [Quæ sit uoluntas Dei,] qua scilicet vult nos esse saluos. 1. Thess. 4. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra; [Bona,] ideſt, vult bonum honestum nos uelle, & ad hoc suis præceptis nos inducit. Mich. 6. Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te; [Et beneplacens] inquantum scilicet bene dispositio est delectabile, id quod Deus vult nos uelle. Psal. 18. Iustitiæ domini rectæ, lętificantes corda. Et non tantum utilis ad finem consequendum, sed etiam [Perfecta,] quasi contingens nos fini. Matth. 5. Estote perfecti, sicut & patet uester cælestis perfectus est. Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Talem ergo experiūtur Dei uoluntatem illi, qui non conformantur huic sæculo, sed reformantur in nouitate sensus sui. Illi autem qui in uetustate permanent sęculo conformati, iudicant Dei uoluntatem non esse bonam, sed grauem & inutilem. Eccle. 6. Quam aspera est sapientia indoctis hominibus. Deinde cum dicit, [Dico enim per gratā &cæt. docet qualiter donis Dei homo debeat vti. Et primo docet hoc quantum ad dona, quæ non sunt omnibus communia, sicut sunt gratię gratis datę. Secundo, quantum ad donum charitatis, quod est omnibus commune, ibi; [Dilectio sine simulatione &cæt.] Circa primum duo facit. Primo docet in generali quomodo debeat homo uti gratijs gratis datis. Secundo exequitur hoc per partes, ibi; [Habentes autem donationes.] Circa primū duo facit. Primo proponit documentum, secundo rationem assignat, ibi; [Sicut enim in uno corpore, &c.] Circa primum tria facit. Primo ex-

non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, & unicuique sicut Deus, diuisit mensuram fidei.

mo excludit superfluum, dicens. Monui quod reformemini inno uitate sensus vestri, quod quidem moderate facere debetis. [Dico enim, ideſt, mando [per gratiam] apostolatus & authoritate apostolica, quæ data est mihi. Gal. 2. Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi inter Gentes. Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hęc &c. [Omnibus qui sunt inter vos] quia omnibus est hoc utile. 1. Corin. 7. Volo omnes homines esse sicut me ipsum. Hoc, inquam, mādo; [Non plus sapere quā oportet sapere,] ideſt, nullus præsumat de sensu, aut sapiētia sua confidens supra suam mensuram. Eccl. 7. Non plus sapias quā necesse est. Psal. 130. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Secundo, hortatur ad id quod est medium dicens; [Sed sapere ad sobrietatem,] scilicet mando uobis, vt mensurate sapiatis, secūdum gratiam vobis datam. Sobrietas. n. mensuram importat. Et quamuis proprie dicatur circa potum uini, potest tamen accipi circa quamlibet materiam, in qua homo debitam mēsuram obseruat. Tito. 2. Sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc sæculo. Tertio docet secundum quid accipienda sit mensura medij, dicens, [Et hoc,] inquam, [Sicut Deus vnicuique diuisit, ideſt, distribuit, [Mensurā fidei,] ideſt, mensuram donorum suorum, quæ ordinatur ad fidei ædificationem. 1. Corin. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Dat. n. Deus huiusmodi dona, non eadem omnibus, sed diuersa diuersis distribuit, secūdum illud 1. Cori. 12. Divisiones gratiarum sunt. Nec omnibus æqualiter dat, sed vnicuique ſm certam mensuram. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia ſm mēsuram donationis Christi. Et ideo Apostolus sobrie sapiens, ſm hanc mensuram dicebat. 2. Cor. 12. Non autē in immensum gloriamur, sed ſm mensuram regulę, qua mensus est nobis Deus. Soli autem Christo datus est spiritus non ad mensuram, vt dicitur Io. 3. Non solum autem alias gratias gratis datas dat Deus mensurate, sed etiam ipsam fidem, quæ per dilectionem operatur. Vnde Luc. 17. discipuli Christo dixerunt. Domine ad auge nobis fidem.

LECTIO II.

PRAEMISSA admonitione, hic Apostolus rationem assignat sumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidem corporis vnitatem, cum dicit, [Sicut enim in vno corpore.] Secundo membrorum pluralitatem, cum dicit; [Multa membra habemus.] est enim corpus humanum organicum ex diuersitate membrorum constitutum. Tertio officiorum diuersitatem, cum dicit; [Omnia autem membra non eundem actum habent. [Frustra enim esset membrorum diuersitas, nisi ad diuersos actus ordinarentur. Deinde aptat hæc tria ad corpus Christi mysticum quod est Eccles. Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quę est corpus eius. Circa quod etiam tria tangit. Primo quidem, fidelium quasi membrorum multitudinem, cum dicit; [Ita multi.] Luc. 14. Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos. Esa. 54. Multi filij desertæ. Quamuis enim sint pauci per comparationem ad in fructuosam multitudinem damnatorum, secundum illud Matth. 7. Arcta est via, quæ ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam, tamen absolute loquendo sunt multi. Apoc. 7. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo potest. Secundo tangit corporis mystici vnitatem, cum dicit; [Vnum corpus sumus.] Ephes. 2. Vt reconciliet ambos in uno corpore &c. Huius autem corporis mystici est vnitas spiritualis, per quam fide, & affectu charitatis inuicem vniuntur deo, secundum illud Ephes. 4. Vnum corpus, & unus spiritus. Et quia spiritus vnitatis a Christo in nos deriuatur, supra 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic nō est eius: ideo subdit, [In Christo,] qui per spiritum suum, quem dat nobis, nos inuicem vnit & Deo. Ioann. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos unum sumus. Tertio, tangit officiorum diuersitatem ad utilitatem communem reductam, dicens; [Singuli autem alter alterius mębra] Membrum enim quodliber, proprium actum habet, & uirtutem, inquantum ergo unum membrum sua uirtute, & actualiter proficit, dicitur membrum alterius: sicut pes dicitur mębrum oculi, inquātum oculum defert & oculus dicitur membrū pedis, inquātum dirigit pedem. 1. Cor. 12. Non potest dicere oculus manui,

A opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico, ille qui accepit gratiam prophetiæ, indiget illo, qui accepit gratiam sanitatum: & ita est omnibus alijs. Vnde dum vnusquisque fidelis, secūdum gratiam sibi datam alteri seruit, efficitur alterius membrū. Galat. vltim. Alter alterius onera portate. 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam, administrantes. Deinde cum dicit, [Habentes autē donationes,] exequitur per partes monitionem, quam supra posuerat de sobrio & moderato gratiæ, vsu. Et primo ponit gratiarum diuersitatē, dicens; [Sumus,] inquam, [Alter alterius

B mębra,] non secundum eandem gratiam, sed habentes diuersas donationes differentes, non ex diuersitate meritorum, sed secundū gratiam, quæ data est nobis. 1. Corin. 7. Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus quidē sic, alius vero sic. Matt. 25. Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Secundo, docet diuersarum gratiarum vsum: & primo in rebus diuinis quātum ad cognitionem quidem, dicens; [Siue prophetia,] quam habentes, vtamur ea secundum rationem fidei. Dicitur autem prophetia, quædam apparitio ex reuelatione diuina eorum, quæ sunt procul. Vnde 1. Reg. 9. dicitur: Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns. Sunt autem procul a cognitione nostra, secundum se quidem, futura contingentia, quæ propter defectum sui esse, cognoscibilia non sunt: sed res diuinæ sunt procul a nostra cognitione, non secundum se, cum sint maxime cognoscibiles, quia ut dicitur 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vlle: sed propter defectum intellectus nostri, qui se habet ad ea, quę sunt in se

C ipsis manifestissima, sicut oculus noctuæ ad lucem Solis. Et quia vnumquodque magis proprie dicitur tale, quod est secundum se tale, quàm quod est tale secūdum aliud: inde est, quod magis proprie dicuntur esse procul a cognitione nostra futura contingētia. Et propter hoc horum proprie est prophetia. Amos 4. Nō faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum. Dicitur tamen prophetia communiter etiam reuelatio quorumcunque occultorum. hoc autem donum prophetiæ non solum fuit in ueteri testamento, sed etiam in nouo. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabūt filij uestri. Dicuntur etiam prophetæ in nouo testamento, qui prophetica dicta exponuntiquia sacra scriptura eodē spiritu interpretatur, quo est condita. Eccl. 24. Adhuc doctrinam quasi prophetiā effundam. Ordinatur aūt prophetię donū, sicut & aliæ gratię gratis datę, ad fidei ędificationem. 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Hebr. 2. Confirmata est. s. doctrina fidei, contestante Deo signis, & prodigijs, & varijs virtutib. & Spiritus sancti distributionib. Et ideo prophetia est utendū; [Secundum rationem fidei, ideſt non in uanū, sed ut per hoc fides confirmetur, non aūt contra fidē. Vnde dicitur Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos: nō audiet uerba prophetæ illius, quia. s. prophetizat contra rationem fidei. Quantum ad sacramenta ministranda subdit; [Siue ministerium in ministrando, ideſt si quis accepit gratiam, vel officium ministerij, puta ut sit episcopus, uel sacerdos, qui dicuntur ministri Dei. Esa. 61. Vos sacerdotes domini uocabimini, ministri Dei nostri dicetur uobis: exequatur illud, diligenter exequendo in ministrando. 2. Timot. 4. Ministerium tuum imple. Secūdo tangit ea, quæ pertinent ad res humanas, in quibus potest aliquis alteri subuenire. Primo quidem quantum ad cognitionem, uel speculatiuam, uel practicam. Quantum ergo ad speculatiuam primo dicit; [Siue qui docet,] ideſt qui habet officium, uel gratiem docendi, utatur doctrina, ideſt vt studiosę, & fideliter do-

E ceat. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes. Quantum autem ad cognitionem practicam, subdit; [Qui exhortatur, ideſt qui habet officiū, vel gratiam exhortandi homines ad bonum, utatur illo; [In exhortando.] 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Tit. 2. Hæc loquere, & exhortare. Deinde ponit ea, quæ pertinent ad exteriora opera, in quibus quandoque aliquis subuenit alicui aliquod donum dando: & quantum ad hoc dicit; [Qui tribuit, [ideſt qui habet facultatē tribuendi, & gratiam, exequatur hoc; [In simplicitate, ut. s. nihil mali ex illo intendat, quasi donis homines ad malum allicions. Vel etiam cum aliquis ex modico dato intendit multa maiora acquirere. Eccles. 20.

Datus

Universidad de Deusto Biblioteca

Datum insipientis non erit tibi vtile: oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit. Et Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos. Quandoque autem aliquis sub uenit alteri eius curam habendo. & quantum ad hoc dicit [Qui praeest,] id est, qui est in praelationis officio constitutus, utatur illo officio [In solicitudine.] Hebr. vlt. Obedite praepositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. 2. Corinth. 11. Solicitudo omnium ecclesiarum. Quandoque autem subuenit aliquis alicui releuando eius miseriam, & quantum ad hoc dicit [Qui miseretur,] id est, qui habet facultatem & affectum miserendi, exequatur hoc [In hilaritate,] quasi libenter hoc faciens. 2. Corint. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem n. datorem diligit Deus. Ecclesia. 7. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Deinde cum dicit [Dilectio sine simulatione &c.] Docet vsum doni gratuiti, quod est omnibus commune, s. charitatis. Et primo ponit ea, quae pertinent ad charitatem in generali. Secundo ponit quaedam specialiter pertinentia ad dilectionem quorundam, ibi [Necessitatibus sanctorum &c.] Circa primum tria facit. Primo, ostendit qualis debeat esse dilectio charitatis ex parte diligentis. Secundo, qualiter se debeat habere ad proximum, ibi [Charitatem fraternitatis &c.] Tertio, qualiter se debeat habere ad Deum, ibi [Solicitudine non pigri. Circa qualitatem autem charitatis tria docet. Primo quidem, quod dilectio debet esse uera. Vnde dicit [Dilectio sine simulatione,] vt scilicet non tantum in uerbo, aut exteriori apparentia, sed sit in uero cordis affectu, & efficacia operis. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua: sed opere, & veritate. Eccl. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Secundo, docet quod dilectio debet esse pura, cum dicit [Odientes malum.] Tunc enim est pura dilectio, quando homo non consentit amico suo in malum, sed ita diligit hominem, ut eius uitium odiat. Vnde dicitur. 1. Corinth. 13. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Psal. 128. Iniquos odio habui. Tertio docet, quod dilectio debet esse honesta, cum dicit [Adhaerentes bono] ut scilicet aliquis adhaereat alteri propter bonum virtutis, Galat. 4. Bonum autem aemulamini in bono semper. Haec est pulchra dilectio, de qua dicitur Eccl. 24. Ego mater pulchrae dilectionis. Deinde cum dicit [Charitatem fraternitatis,] ostendit qualiter charitas se debet habere ad proximum. Et primo, quantum ad interiorem affectum, cum dicit, [Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.] Vt scilicet non solum fratres diligamus per charitatem, sed etiam diligamus ipsam charitatem, qua eos diligimus, & ab eis diligimur. Sic enim si charum habeamus charitatem, non de facili eam dissolui faciemus. Hebr. ulti. Charitas fraternitatis maneat in uobis. Cantic. ulti. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, tanquam nihil despiciet illam. Secundo, quantum ad exteriorem effectum, cum dicit: [Honore inuicem praeuenientes.] In quo tria designantur. Primo quidem, quod homo proximum in reuerentia debet habere, quod pertinet ad rationem honoris. Nullus enim potest vere diligere, quem despicit. Phil. secundo. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. Quod quidem fit, dum aliquis suum defectum considerat, & bonum proximi. In honore autem non solum reuerentia intelligitur, sed etiam necessariorum subuentio, sicut cum dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, praecipitur necessariorum subuentio: sicut patet per hoc, quod dominus Matth. quinto. arguit Pharisaeos contra hoc praeceptum impedientes filios a subuentione parentum. Secundo, designatur quod effectus dilectionis debat mutuo exhiberi, ut scilicet homo non solum velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. Ecclesiast. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Et 14. In diuisione sortis dat, & accipe. Et hoc designat cum dicit; [Inuicem.] Tertio, designatur quod effectus dilectionis debet esse promptus, & velox, quod designatur, cum dicit; [Praeuenientes.] vt scilicet aliquis praeueniat amicum in beneficijs. Eccles. 37. Omnis amicus dicit. Et ego amicitiam copulaui. Deinde cum dicit: [Solicitudine, &c.] ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad Deum. Et primo incipit ab ipsa rationis attentione, cum dicit; [Solicitudine] sitis [Non pigri,] scilicet

tando. Qui tribuit, in simplicitate. Qui praeest, in solicitudine. Qui miseretur, in charitate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhaerentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem praeuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.

LECTIO III.

BENEDICITE persequentibus uos. Benedicite, G & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum

F ad seruiendum Deo. Mich. 6. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te. Postea subdit; Solicite ambulare cum Deo tuo. 2. Timo. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Secundo, quantum ad effectum, cum dicit; [Spiritu, sitis, feruentes,] scilicet in Dei dilectione. Procedit autem feruor ex abundantia caloris. Vnde feruor spiritus dicitur, quia propter abundantiam diuinae dilectionis totus homo fertur in Deum. Act. 18. dicitur, quod Apollo feruens spiritu loquebatur. primo. Thess. vlt. Spiritum nolite extinguere. Tertio, quantum ad exterius obsequium, cum dicit; [Domino seruientes,] scilicet seruitute latriae, quae soli Deo debetur. Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ps. 2. Seruite domino in timore. Vel secundum aliam literam; Tempori seruientes vt scilicet Dei seruitium congruo tempore faciamus. Eccl. 8. Omni negocio tempus est, & opportunitas. Quarto, quantum ad mercedem seruitutis, cum dicit; [Spe gaudentes,] scilicet mercedis, quae est Dei fruitio. Gen. 15. Ego dominus merces tua magna nimis. supra 5. Gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Facit autem spes hominem gaudentem ratione certitudinis, sed tamen affligit ratione dilationis. Prouerb. 13. Spes quae differtur, affligit animam. Quinto, quantum ad difficultatem, quam homo patitur in Dei seruitio. Vnde subdit; [In tribulatione,] scilicet quam propter Deum sustinetis, sitis; [Patientes,] supra 5. Tribulatio patientiam operatur. Sexto, H quantum ad omnia praedicta dicit; [Orationi instantes,] in quo orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Oportet semper orare, & numquam deficere. 2. Tim. 5. Sine intermissione orare. Per orationem enim in nobis solicitudo excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitamur, gaudium spei in nobis augetur, & auxilium in tribulatione promeremur. Ps. 119. Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Deinde cum dicit, [Necessitatibus sanctorum &c.] determinat de charitate, quantum ad speciales quasdam personas. Et primo quidem quantum ad indigentes. Secundo, quantum ad inimicos, ibi; [Benedicite persequentibus uos.] Circa primum duo facit. Primo, inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in uniuersali, cum dicit; [Necessitatibus sanctorum communicantes.] Vbi tria sunt notanda. Primo quidem, quod eleemosynae ex charitate sunt impendendae indigentibus, siue necessitatem patientibus. Ephes. 4. Laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Secundo, quod potius est subueniendum I iustis & sanctis, quam alijs. Vnde dicit: [Necessitatibus sanctorum.] Eccles. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem. Quod quidem non sic est intelligendum, quin etiam in necessitatibus sit peccatoribus subueniendum, sed quia non est eis subueniendum ad fomentum peccati: utilius tamen est subuenire iustis, quia talis eleemosyna fructuosa est, non solum ex parte dantis, sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula, scilicet suis suffragijs. Secundo, in speciali admonet ad hospitalitatem, dicens; [Hospitalitatem sectantes,] quia scilicet in hoc misericordiae opere alia misericordiae opera includuntur. Nam hospes non solum domum exhibet ad manendum, sed etiam alia necessaria subministrat. Hebr. ulti. Hospitalitatem nolite obliuisci. 1. Pet. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

K

LECTIO IIII.

SVPRA Apostolus ostendit, qualiter charitas sit exhibenda indigentibus, nunc ostendit qualiter sit exhibenda etiam inimicis. Et primo ponit admonitionem. Secundo, probat quod dixit, ibi: [Scriptum est enim &c.] Circa primum considerandum est, quod ad charitatem tria pertinent. Primo quidem, beneuolentia, quae consistit in hoc, quod aliquis uelit bonum alteri, & malum eius nolit. Secundo, concordia, quae consistit in hoc, quod amicorum sit idem nolle, & uelle. Tertio, beneficentia, quae consistit in hoc, quod aliquis benefaciat ei quem amat, & eum non laedat. Primo ergo ponit ea quae pertinent ad beneuolentiam. Secundo, ea quae pertinent ad concordiam, ibi;

Gaudere

[Gaudere cum gaudentibus.] Tertio, ea quae pertinent ad beneficentiam, ibi; [Nulli malum, &c.] Circa primum duo facit. Primo monet vt beneuolentia sit ampla, quae se extendat etiam ad inimicos, cum dicit; [Benedicite persequentibus vos.] Circa quod notandum est, quod Benedicere, est bonum dicere. Contingit autem bonum dicere tripliciter. Vno modo enuntiando, puta cum quis bonum alterius laudat, Eccles. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium ueritatis illius fidele. Alio modo imperando, & sic benedicere per authoritatem, est proprium Dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur: ministerium autem pertinet ad ministros Dei, qui nomen Domini super populum inuocant Nume. 6. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis. Benedicat tibi dominus, & custodiat te, Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Et post, Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Tertio, benedicit aliquis optando, Psalm. 128. Et non dixerunt qui praeteribant, benedictio Domini super uos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle, & quasi bonum pro aliquo precari. Et hoc modo accipitur hic. Vnde in hoc quod dicitur; [Benedicite persequentibus uos.] Datur intelligi, quod etiam ad inimicos, & persecutores debemus esse beneuoli eis bona optando, & pro eis orando. Mat. 5. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentib. & calumniantib. uos. Quod autem hic dicitur, quodam quidem modo est in praecepto, quodam autem modo est in consilio: quod enim aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos a communi dilectione proximorum, & a communi oratione, quam quis pro fidelib. facit, pertinet ad necessitatem praecepti. Similiter etiam quod aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat, pertinet ad necessitatem praecepti. Vnde dicitur Exo. 23. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Sed quod aliquis in speciali dilectionis affectum, & orationis suffragium, aut qualecumque subuentionis beneficium exhibeat inimico, interdum etiam extra articulum manifestae necessitatis, pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur tam perfecta charitas hominis ad Deum, quod omne humanum odium superet. Ille autem qui penitet & misericordiam petit, iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Vnde et absque omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda. Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Secundo, docet, quod beneuolentia siue benedictio sit pura, idest absque permistione contrarij. Vnde dicit; [Benedicite & nolite maledicere,] idest, ita benedicatis, quod nullo modo maledicatis. Quod est contra quosdam, qui ore benedicunt, & corde maledicunt, secundum illud psalm. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et etiam contra illos, qui quandoque benedicunt, quandoque maledicunt, vel quibusdam benedicunt, quibusdam maledicunt. Iac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei haec ita fieri. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictum pro maledicto. Sed contra hoc videtur esse, quod in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim Deut. 27. Maledictus, qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Ad quod dicendum est, quod maledicere est malum dicere, quod quidem tripliciter contingit, sicut & benedicere, scilicet enuntiando, imperando, & optando, & secundum quodlibet horum modorum potest bene, & male fieri. Si enim id quod est materialiter malum, dicatur malum, quolibet praedictorum modorum, sub ratione boni, non est illicitum, quia hoc est magis benedicere, quam maledicere: unumquodque enim magis iudicatur, secundum suam formam, quam secundum suam materiam. Si uero aliquis dicat malum sub ratione mali, formaliter maledicit: vnde est omnino illicitum. Vtrumque autem horum contingit in hoc, quod aliquis enuntiando malum profert. Quandoque enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandum necessariam ueritatem, & sic dicit malum sub ratione veri necessarij, quod est bonum, vnde est licitum. Et hoc modo Iob tertio dicitur, quod Iob maledixit diei suae, enuntians malitiam praesentis vitae, sicut Apostolus dicit Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Quandoque autem aliquis enuntiat malum alterius sub ratio-

flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim. Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba il- B lum, si sitit, potum da illi. Hoc

A ne mali, scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. Dicitur enim 1. Corin. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Similiter etiam in eo, quod quis dicit malum imperando, contingit autem quandoque, quod aliquis dicit id quod est materialiter malum sub ratione boni, puta cum ex imperio alicuius, prouenit alicui malum poenae propter iustitiam, quod quidem est licitum. Et hoc modo transgressores legis maledicuntur, idest poenae secundum iustitiam deputantur. Quandoque vero aliquis imperando dicit malum alteri iniuste, puta propter odium & uindictam. Et talis maledictio est illicita. Exod. 21. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Et id est etiam circa id, quod aliquis dicit, malum optando. Si enim hoc optet sub ratione boni, puta ut per aduersitatem alicuius perueniat ad spiritualem profectum, hoc licitum est. Iob. 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Si uero hoc homo faciat propter odium uel uindictam, est omnino illicitum 1. Regum. 17. Maledixit Philisteus Dauid in dijs suis. Deinde cum dicit; [Gaudere cum gaudentibus &c.] Ponit ea quae pertinent ad concordiam. Et primo, ponit concordiae documenta. Secundo, remouet impedimenta ibi; [Non alta sapientes &c.] Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantum ad effectum in bonis, & in malis. In bonis quidem, vt aliquis, bonis aliorum congaudeat. Vnde dicit; [Gaudere,] scilicet debetis; [Cum gau- C dentibus.] ad Philippenses. 2. Gaudeo congratulor omnibus uobis. Sed hoc est intelligendum: quando quis gaudet de bono. Sunt autem quidam qui gaudent de malo, secundum illud Prouerb. 2. Laetantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Et in istis non est congaudendum, 1. Cor. 13. dicitur de charitate, quod non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, In malis autem vt aliquis tristetur de malis alterius. Vnde subdit; [Flere,] scilicet debetis; [Cum flentibus.] Iob 30. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Eccle. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Ipsa enim compassio amici condolentis consolationem in tristitijs affert dupliciter. Primo quidem, quia ex hoc colligitur efficax amicitiae argumentum. Eccl. 12. In malitia illius, idest, in infortunio amicus cognitus est, Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse uerum amicum. Alio modo, quia ex hoc ipso, quod amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam cau- D sat. Et quidem leuius portatur, quod portatur a plurib. quam ab vno solo. Secundo, concordia consistit in vnitate sententiae, & quantum ad hoc dicit; [Idipsum] id est, idem sitis; [Inuicem sentientes,] vt scilicet in eadem sententia conueniatis 1. Corint. 1. Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Phil. 2. Eandem charitatem habentes vnanimes, idipsum sentientes. Sciendum est tamen, quod duplex est sententia. Vna quidem quae pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, puta circa considerationes geometricas uel naturales, dissentire autem in talibus, non repugnat amicitiae vel charitati, quia charitas in uoluntate est. Huiusmodi autem iudicia, non proueniunt ex uoluntate, sed ex necessitate rationis. Alia uero sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda, & in talibus dissensio amicitiae contrariatur: quia talis dissensio habet contrarietatem uoluntatis, & quia fides non solum est speculatiua, sed etiam practica, inquantum per di- E lectionem operatur, ut dicitur Gal. 5. Ideo etiam dissentire a recta fide, est contrarium charitati. Deinde cum dicit; [Non alta sapientes &c. excludit impedimenta concordiae, quae quidem sunt duo. primum est superbia ex qua contingit, quod dum aliquis inordinate suam excellentiam quaerit & subiectionem refugit, vult alium subijci; Et eius excellentiam impedire. Et ex hoc sequitur discordia. Prouerb. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit; [Non sitis; Alta sapientes,] ut scilicet inordinate uestram excellentiam appetatis, supra 11. Noli altum sapere, sed time. Eccle. 3. Altiora te ne quaesieris; [Sed] sitis [Consentientes humilibus,] i. his, quae sunt humilia idest quae abiecta videntur non recuseris cum oportuerit, Psalm. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. 1. Pet. ult. Humiliamini sub potenti manu Dei, &caet. Secundum impedimentum concordiae est praesumptio sapientiae, uel etiam prudentiae, ex qua contingit, quod aliquis aliorum sententiae non credit. Ad quod remouendum dicit; [Nolite esse prudentes apud vosmetipsos,] ut scilicet

iudice-

iudicetis solum id esse prudentia quod vobis videtur. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudē tes, supra 11. Vt non sitis vobismetipsis sapientes. Deinde cum dicit [Nulli malum pro malo &c.] Docet illa quæ pertinent ad beneficientiam excludendo contrarium. Et primo docet, quòd non sit alicui malefaciendum ratione vindictę. Secundo docet, quòd non sit alicui malefaciēdum ratione defensionis, ibi [Non vosmetipsos defendētes.] Circa primum tria facit, Primo prohibet vindictam dicens, [Nulli malum pro malo reddentes. s. sitis. Psalm. 7. Si reddidi retribuentib. mihi mala. 1. Pet. 3. Non reddentes malū pro malo. Sed hoc est intelligendum formaliter, sicut supra dictū est de maledicto: prohibemur. n. affectu odij uel inuidię reddere malum pro malo, ita q in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpę q quis facit, reddat iudex malū pęnæ ſm iustitiā ad compensandam malitiam, materialiter quidem infert malum sed formaliter & per se infert bonū. Vnde cum iudex suspēdit latronem pro homicidio, non reddit malum pro malo, sed magis bonum pro malo. Et hoc modo Apostolus quendā pro peccato incestus tradidit sathanæ in interitū carnis, ut spiritu saluus fieret, vt hr 1. Cor. 5. Secundo docet, q ēt bona sint proximis exhibenda, dicens, [Prouidentes,] s. sitis, [Bona non tm coram Deo,] ut scilicet cunctis satisfacere conscientiæ vestræ corā Deo, [Sed etiā coram omnib. hominib.] Vt. s. ea faciatis, quæ hominib. placeāt, 1. Cor. 10. Sine offensione estote iudæis & gentibus & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnib. placeo 1. Cor. 13. Prouidētes bona non solum coram Deo, sed ēt coram omnib. hominib. Hoc tn contingit & bene, & male fieri: si. n. hoc fiat pp fauorem humanum, non bene agitur Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestrā faciatis coram hominib. ut uideamini ab eis. Si autem hoc fiat ad gloriam Dei, bene agitur, ſm illud Matt. 5. Sic luceat lux uestra curam hominib. vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrum qui in cęlis est. Tertio assignat rationē vtriusq; dictorū. Ad hoc. n. debemus abstinere a retributione malorum, & coram hominib. bona prouidere, vt cum hominib. pacē habeamus. & ideo subdit, [Cum omnib. hominib. pacem habētes.] Heb. vlt. Pacem sequimini cum omnib. Sed hic addit duo, quorū primū est q dicit, [Si fieri potest.] Quandoque. n. malitia aliorum impedit ne cum eis pacē habere possimus, quia. s. cum eis pax haberi non potest, nisi eorum malitiæ consentiatur, quam quidem pacem cōstat esse illicitam. Vnde dominus dicit Matth. 10. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Aliud autem addit, dicens, [Quod ex uobis est,] scilicet & si ipsi contra pacem agant, tamen q in vobis est, facere nos debemus, vt eorum pacem quæramus. Psa. 119. Cum his qui oderunt pacē eram pacificus. Et alibi. Inquire pacē, & persequere eam. Deinde cum dici, [Non vosmetipsos defendētes &c.] ostendit q non sunt mala proximis inferenda per modū defensionis. Et primo ponit documentum, dicens, Non sitis vosmetipsos defendentes o charissimi, sicut de Christo dicitur Esa. 50. Dedi corpus meum percutientib. & genas meas vellentib. Et Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutuit &c. Vnde & ipse dominus mandauit Matth. 15. Si quis te percusserit in una maxilla, præbe ei etiam alteram. Sed sicut August. † dicit in lib.
Cap. 15. contra mendacium. Ea quæ in nouo testamento a sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligendarum scripturarum, quæ in præceptis data sunt. Ipse autem dominus cum alapa percussus esset, non ait, Ecce altera maxilla: Sed si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Vbi ostendit præparationem alterius maxillæ in corde esse faciendum. Paratus. n. fuit dominus non solū in altera cædi pro salute hominis
Epist. 5. sed in toto corpore crucifigi. Et sicut August. † dicit ad Marcellinum, Tunc quidem hoc mandatum rectè fit cum ei creditur pro futurum esse, propter quem fit ad operandā in eo correctionem atque concordiam, ēt si alius exitus consequatur. Sunt igitur ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda: & ipsa beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in uoluntate complenda est. Agenda sunt autem & multa etiam cum inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Secundo assignat rationem, cum dicit, [Sed date locum iræ,] idest, diuino iudicio.

enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed uince in bono malum.

CAP. XIII. LEC. I.

Omnis Anima potestatib. sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirūt. Nam principes, non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in irā ei qui malū agit. Ideoq; necessitati subditi estote, non solum propter irā, sed etiā propter cōscientiam. Ideo. n. & tributa præstatis. Ministri. n. Dei sūt, in hoc ipsū seruiētes. Red-

F Quasi diceret, committatis vos Deo, qui suo iudicio potest vos defendere & uindicare, secundum illud. 1. Pet. vlt. Omnem solicitudinem uestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Sed hæc intelligenda sunt in casu, in quo nobis non adest facultas aliter faciendi, secundū iustitiam. Sed quia, vt dicitur Deutero 1. Domini est iudicium, cum aliquis authoritate iudicis, vel vindictam quærit ad comprimendum malitiam, & non propter odium; vel etiam cum authoritate alicuius superioris suam defensionem procurat, intelligitur locum dare iræ
G idest, diuino iudicio, cuius ministri sūt principes, vt dicitur infra 13. Vnde etiā Paulus procurauit se p armatos defendi contra insidias Iudæorum, vt patet Act. 23. Deinde cum dicit; [Sicut scriptum est &c.] probat q dixerat. Et primo per authoritatem. Secundo per rationem, ibi [Noli uinci a malo, &c.] Circa primum duo facit. Primo probat quod dictum est de prohibitione uindictæ, dicens, Dictū est [Date locum iræ;] idest, diuino iudicio; [Scriptum est enim.] Deut. 32. [Mihi uindictam,] scilicet seruate; [Et ego retribuam dicit dominus.] Nostra litera sic habet, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Psal. 93. Deus vltionum dominus. Naum 1. Deus ęmulator & ulciscens dominus. Secundo, probat per authoritatem quod dictum est de beneuolentia exhibenda inimicis. In qua quidem authoritate primo ponit documētum, vt sub-
H ueniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate præcepti, ut supra dictum est. Et hoc est quod dicit. [Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.] Matt. 5. Benefacite his, qui oderunt nos. Secundo rationem assignat, dicens; [Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.] Quod quidem uno modo potest intelligi in malum, vt sit sensus, Si tu ei beneficias, bonum tuū vertetur ei in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitudinem. Sed iste sensus repugnat charitati, contra quam ageret, q alicui subueniret, ut ei proueniat in malum. Et ideo est exponendum in bonū, vt sit sensus; [Hoc enim faciens,] idest, in necessitate ei subueniens; [Carbones ignis,] idest, amorem, charitatis, de qua dr Cant. 8. Lampades eius vt lampades ignis, atq; flammarū. [Congeres,] idest, congregabis, [Super caput,] idest, super mentē eius, quia ut Aug. † dicit in lib. de cathechizādis rudib. Nulla est
I maior prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando. Nimis. n. durus aīus qui dilectionem & si nolebat impendere, nolit rependere. Deinde cum dicit; [Noli uinci a malo, &c.] probat q dixit per rationem. Naturale est. n. homini, vt uelit aduersarium uincere, & non uinci ab eo. Illud aūt ab aliquo uincitur, q ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo propter malum, q sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc q ei malefaciat, bonus a malo uincitur. Si autem econtrario propter beneficium, q bonus persecutori exhibet, eum ad suum amorem trahat, bonus malum uincit. Dicit ergo; [Noli uinci a malo,] s. eius q te persequitur, vt tu eum persequaris; [Sed in bono tuo uince malum] illius, vt. s. ei beneficiendo, cum a malo trahas. 1. Io. vlt. Hæc est uictoria quę vincit mundum, fides nostra. Hier. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

K

LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo, utendo donis gratiæ eius: hic ostendit quomodo debeat se exhibere proximo & primo quantum ad superiores. Secundo, quantum ad omnes, ibi; [Nemini quicquam debeatis &c.] Circa primum duo facit. Primo inducit homines ad subiectionem, quam debent superioribus. Secundo, ad exhibendum subiectionis signum, ibi; [Ideo & tributa præstatis &c.] Circa primum tria facit. Primo, proponit documentum. Secundo, rationem assignat, ibi; [Non enim est potestas &c.] Tertio. infert conclusionem intentam, ibi; [Ideoque &c.] Circa primum considerandum est, quod quidam fideles in primitiua ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subijci non debere propter libertatem quam consecuti erant a Christo, secundum illud

Ioan.

Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Sed libertas per Christum concessa, & libertas spiritus qua liberamur a peccato & morte, sicut supra octauo, dictum est, Lex spiritus in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia, sicut supra 7. dictum est. Et ideo tunc nulli subiectioni homo per Christū liberatus, erit obnoxius, nec spirituali, scilicet nec carnali. Vnde dicitur 1. Corint. decimoquinto. Cū tradiderit Christus regnum Deo patri, & euacuauerit omnē principatum & potestatem. Interim autem dum corruptibilem carnem gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere, Vnde dicitur Ephe. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Et hoc est etiam quod hic Apostolus dicit. [Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.] Potestates autem sublimiores hic dicuntur, homines in potestatibus constituti, quibus secundum iustitiæ ordinem subijci debemus. 1. Pet. 2. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis &c. Dicit autem indefinite, [Potestatibus sublimioribus,] vt ratione sublimitatis officij eis subijciamur, etiam si sint mali. Vnde 1. Pet. 2. subditur; Subiecti estote, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quod autem dicitur, [Omnis anima,] per sinecdochen intelligitur, omnis homo, sicut & Gen. 17. Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquendi, quia subiectionem superioribus debemus ex animo, idest ex pura voluntate, secundum illud Ephe. 6. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ex animo cum bona voluntate. Deinde cum dicit: [Non est enim potestas &c.] ponit rationem admonitionis præmissæ. Primo quidem ex parte honesti. Secundo ex parte necessarij, ibi: [Qui autem resistunt &c.] Circa primum duo facit, Primo præmittit duo principia. Secundo ex eis concludit, ibi: [Itaque qui resistit &c.] Primo enim præmittit originem potestatis, dicens. [Non est enim potestas nisi a Deo.] Quicquid enim communiter de Deo & creaturis dicitur, a Deo in creaturas deriuatur, sicut patet de sapientia. Eccl. 1. Omnis sapientia a domino Deo est. Potestas autem de Deo & de hominibus dicitur Iob 36. Deus potestates non abijcit, cum ipse sit potens. Vnde consequens est quod omnis humana potestas sit a Deo. Dan. 4. Dominabitur excelsus in regno hominum, & cuicūque voluerit, dabit illud Ioan. 19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Sed contra hoc esse videtur, quod dicitur Oseæ 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Ad hoc dicendum est, quod regia potestas vel cuiuscunque alterius dignitatis, potest considerari quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad ipsam potestatem & sic est a Deo, per quem reges regnant, vt dicitur Prouerb. 8. Alio modo potest considerari quantum ad modum adipiscendi potestatem, & sic quandoque potestas est a Deo; quādo. s. aliquis ordinate potestatem adipiscitur, secundum illud Heb. 5. Nemo sibi honorem assumit, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Quandoque uero non est a Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionem vel quocunque alio illicito modo potestatem adipiscitur. Amos sexto. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Tertio modo potest considerari quantum ad vsum ipsius, & sic quandoque est a Deo, puta cum aliquis secundum præcepta diuinę iustitiæ vtitur concessa sibi potestate, secundum illud Prouer. 8. Per me reges regnant, &c. Quādoque autem non est a Deo, puta cum aliqui potestate sibi data vtuntur contra diuinam iustitiam, secundum illud Psal. 2. Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum &c. Dubitatur etiam de potestate peccandi, vtrum sit a Deo. Ad quod dicendum est, quod ipsa potentia qua peccatur, a Deo est. Eadem. n. potentia est qua peccatur & qua recte agitur, sed quod in bonum ordinetur, a Deo est: quod autem ordinetur ad peccandum, est ex defectu creaturæ, inquantum est ex nihilo. Secundo ponit, quod: Ea quæ sunt, a Deo ordinata sunt. cuius ratio est, quia Deus omnia per suam sapientiam fecit, secundum illud Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti. Est autem proprium sapientiæ, ordinate omnia disponere. Sap. 7. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse. Iob 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Duplicem autem ordinē Deus in suis effectibus instituit. Vnum quidem quo omnia ordinantur in ipsum. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Alium uero quo effectus diuini ordinantur adinuicem, sicut dicitur Deu. 4. de sole & luna & stellis, quod fecit ea in ministerium cunctis Gentibus. Deinde cum dicit: [Itaque qui resistit &cæt.] ex duabus præmissis concludit propositum. Si

A enim potestas principum inquantum talis est, a Deo est, & nihil est a Deo sine ordine, consequens est, quòd etiam ordo, quo inferiores potestatibus superioribus subijciuntur, sit a Deo. Itaque, qui contra hunc ordinem; [Resistit potestati, Dei ordinationi resistit.] 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Resistere autem diuinæ ordinationi cōtrariatur honestati virtutis. Vnde contra virtutem agit, quicunque potestati resistit in eo quod pertinet ad ordinem suæ potestatis. Deinde cum dicit; [Qui autem resistunt &c.] ostendit huiusmodi subiectionem non solum esse honestam, sed necessariam. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum, ibi; [Nam principes &cæt.] Dicit ergo primo, Dictum est quòd; [Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit,] quod qui-
B dem secundum se est vitandum, tanquam contrarium virtuti, Multi tamen sunt, qui amorem virtutis non habētes, ea quæ sunt contraria virtuti, non detestantur. Vnde tales cogendi sunt ad vitationem malorum per pœnas, & quantum ad hoc, subdit: [Qui autem resistunt,] scilicet diuinæ ordinationi; [Sibi damnationem acquirunt,] contra potestatis ordinem agendo. Quod quidem potest intelligi vno modo de damnatione æterna, quam merentur, qui potestatibus subijci nolunt in eo, quod debent. In cuius exemplum Dathan & Abyron, qui Moysi, & Aaron restiterunt, sunt a terra absorpti, vt habetur Nume. 16. Alio modo potest intelligi de damnatione pœnæ, quæ per ipsos principes infertur, Prouerb. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocant eum, peccant in animam suam. Sed contra hoc videtur esse, quod Apostoli, & martyres, principibus & potestatibus restiterunt: & ex hoc non damnationem a Deo, sed præmium acquisierunt. Sed dicendum est, quod Apostolus hic loquitur de eo, qui resistit potestati inferiori, secundum quod est a Deo ordinata. Habet autem
C hoc diuina ordinatio, vt potestati inferiori non obediatur contra superiorem, sicut etiam in rebus humanis, ut Proconsuli, non obediatur contra Imperatorem, nec Baylino contra Regem. Et omnis potestas humana sub potestate Dei ordinatur, & nulli potestati humanę est contra Deum obediendum, secundum illud Act. 4. Oportet obedire magis Deo, quam hominibus. Deinde cum dicit; [Nam principes &c.] assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo ponit rationem. Secundo, ex ratione posita quoddam vtile documentum trahit, ibi; [Vis autem non timere potestatem &c.] Tertio huius documenti necessitatem assignat ibi; [Si autem malefeceris &cæt.] Dicit ergo primo, Dictum est, quòd, [Qui resistunt potestati, sibi damnationem acquirunt. Nam principes,] qui hic potestates dicuntur, [Non sunt timori,] idest, in timorem; [Boni operis,] idest, propter bonum opus: [Sed mali,] idest, propter malum. Quod quidem uidetur esse intelligendum, secundum causam instituendi principes. Ad hoc enim sunt instituendi
D principes, vt illi qui amore uirtutis non prouocantur ad uitandū malum, & faciendum bonum, cogantur ad hoc timore pœnæ. Prouerb. 2. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Et secundum hoc dicitur, quod principes non sunt timori boni operis, sed mali, quantum ad id quod principi ex officio competit, sicut & Esa. 32. dicitur, Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit. Potest autem hoc referri etiam ad malos principes, qui non sunt timori boni operis, sed mali: quia & si interdum iniuste persequitur bene operantes, non tamen illi, qui bene operantur, causam habent timendi, quia hoc ipsum, si patienter sustinent, in eorum bonum cedit, secundum illud 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati: timorē autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Ex hoc autem quod hic dicitur assignari potest ratio, quare qui potestati resistunt, sibi damnationem acquirant: siue intelligatur de damnatione punitionis, qua principes rebelles puniunt, siue de damnatione qua homines puniuntur a Deo. Si. n. principes sunt timori mali operis, consequēs
E est, q si aliquis potestati resistat, male operetur: & ita ipse homo male agendo, est sibi causa punitionis temporalis & æternæ. Deinde cum dicit: [Vis autem non timere &c.] ex eo quòd dixerat quoddam vtile documentum tradit. s. vitandi timorem principū. Et primo insinuat sua interrogatione, hoc esse desiderabile, dicēs [Vis non timere potestatem.] Quasi dicat, hoc debet homini esse placitum. Prou. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. Scdo docet mediū ad hoc perueniendi, dicens: [Bonum fac:] quia ut dicitur Prou. 16. Voluntas regum, labia iusta. Et in Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Tertio ostendit huius effectum dicens, & si benefeceris non solū timorem vitabis, sed ēt: [Habebis laudem ex illa]. s. potestate: quod planū est, si accipiatur ſm finem, ad quem institutæ sunt potestates. Ad hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

enim institutæ sunt, vt non solum a malis timore pœnarum retrahant, sed etiam vt ad bonum per præmia alliciant, secundum illud 1. Pet. 2. Siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Verificatur hoc etiã de malis principibus, quorum iniustam persecutionem dum boni patienter sustinent, laudant.

dite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Iaco. 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Quarto, rationẽ assignat dicens: [Dei enim minister est tibi in bonum.] Quod quidem manifeste patet, quantum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine Dei, quasi supremi principis, tanquam ministri ordinati. Sap. 6. Cum essetis ministri regis illius &c. Ad idem autem tendit minister & dominus. Ecclesiast. decimo. Secũdum iudicem populi, sic & ministri eius. Et ideo sicut Deus operatur in bonum his, qui bonum agunt: ita & principes, si recte ministerium suum impleant. Sed & mali principes, ministri Dei sunt secundum ordinationem Dei ad inferendas pœnas, licet hoc sit præter intentum eorum: secundum illud Esa. 10. Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu mea est. Ipse autem non sic arbitrabitur. Et Hier. 25. Assumam vniuersam cognationem Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius &c. Et quia tales mali principes interdum Deo permittente, bonos affligunt, quod in bonum eorum cedit: secundum illud supra 8. Diligentibus Deum &c. Deinde cum dicit. [Si autem male &c.] ostendit necessitatem præmissi documenti. Dictum est enim, quod benefaciendo non timebis potestatem, [Si autẽ malefeceris, time:] quia causam timoris habes. Prou. 10. Pauor his qui operãtur malum. Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Secundo assignat rationem, dicens: [Non enim sine causa gladium portat.] Loquitur autem secundum consuetudinẽ principum, qui quasi insignia suæ potestatis, deferebant instrumẽta puniendi, puta fasces virgarum ad verberandum, & secures, vel gladios ad occidendum. Iob 19. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatũ est gladius. Tertio, rationem exponit, dicens: [portat,]inquam, [gladium, Quia est minister Dei vindex,]idest, vindictam exercens, [In iram,]idest, ad exequendam iram Dei, idest, iustum iudicium eius. [Ei qui malum agit,]idest, contra malefactorem. Ezech. 16. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, & iudicabo te in iudicijs adulterorum, & dabo te in manus eorum &c. Prouerb. 16. Abominabiles regi qui impie agunt, quĩ iustitia firmatur soliũ. Ex quo patet, quod non solum est licitum, sed & meritorium principibus, qui zelo iustitiæ uindictã exercẽt in malos. Vnde dicitur Ezec. 29. Erit merces exercitui illius, & operi quo seruiuit mihi aduersus eam. Deinde cum dicit; [Ideoque necessitate &c.] Infert conclusionẽ principaliter intentã, dicens; [Ideoque,]propter prædictas rationes, [Subditi estote,] Principibus, [Ex necessitate,]quia. s. hoc est ex necessitate salutis, vel, Subditi estote uoluntarie necessitati, quæ uobis imminet potẽtia principum, ut faciatis de necessitate virtutem, non solum [Propter iram,]idest, uindictam vitandam, quod pertinet ad secundam rationem; [Sed etiam propter conscientiam,] bonam considerandam, quod pertinet ad primam rationem; quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Tit. 3. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse. Deinde cum dicit: [Ideo enim & tributa præstatis &c.] Inducit homines ad exhibendum suis superioribus signum subiectionis. Et primo ponit signum subiectionis. Secundo inducit ad eius exhibitionem, ibi; [Reddite ergo &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit subiectionis signum, dicens, [Ideo enim]. s. quia debetis esse subiecti; [Et tributa præstatis,] idest, præstare debetis, in signum. s. subiectionis. Et ideo conquerendo dicitur Thre. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Dicuntur autem tributa, eo quod subditi dominis ea tribuunt. Secundo assignat rationem, dicens; [Ministri enim Dei sunt: In hoc ipsum,]idest, pro ipso scilicet tributa recipiendo; [Seruientes,] scilicet Deo, & populo. Quasi dicat, Vnusquisque de suo ministerio uiuere debet, secundum illud 1. Corint. 9. Quis pascit gregem, & de lacte eius non edit? Et ideo cum principes nostri suo regimine Deo ministrent, a populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerij, non autem ita, quod hoc debeant sibi computare pro præmio. Proprium enim præmium principis, est laus & honor, ut Philosophus dicit in 5. Ethico. Et cum hoc non sufficit, tyrannus fit. Cap. 11. Sed hoc, non est intelligendum de laude humana solum, vel honore, quia tale præmium esset vanum: sed de laude & honore diuino, qui principibus bene gubernantibus exhibetur. Sapien. 6. O reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Huiusmodi autem tributa recipiunt ad

F sustentationem: laborant autem principes ad omnium pacem. Vnde dicitur. 1. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam ac tranquillam vitam agamus. Baruc. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, vt viuamus sub vmbra eius. Ab hoc tamen debito liberi sunt clerici ex priuilegio principum, quod quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erant a tributis illi, qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gen. 47. quod Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Aegypti, præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur.

LECTIO II.

Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicem diligatis,

Et infra dicitur, quod in uniuersa terra Aegypti quinta pars G soluitur absque terra sacerdotali, quæ libera erat ab hac conditione. Hoc autem ideo æquum est, quia sicut reges solicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus, ita ministri Dei in spiritualibus: & sic per hoc, quod Deo in spiritualibus ministrãt, recompensant regi, quod pro eorum pace laborat. Sed attendendum est, cum tributa dicat regibus esse debita, quasi laboris stipendium, dupliciter peccare possunt principes accipiendo tributa. Primo quidem, si vtilitatem populi non procurent, sed solum ad diripiendum eorum bona intendant. Vnde dicitur Ezech. 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. Alio modo ex eo, quod uiolenter diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter regem, & populum, & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel. Et postea subdit, Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum. Deinde cum dicit; Reddite ergo &c.] monet ad reddendum prædictum subiectionis H signum. Et primo quidem in generali, dicens, [Ex quo tributum debetur principibus, tanquam Dei ministris: [Reddite ergo omnibus debita.] Ex quo patet, quod ex necessitate iustitiæ tenentur subditi sua iura principibus exhibere. Matth. 18. Oblatus est regi vnus, qui debebat decem millia talenta. & Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari &c. Secundo, specificat; & primo ea quæ sunt exteriora, dicens; [Cui tributum,] scilicet debetis, reddite: [Tributum,]quia scilicet principi tribuitur pro generali regimine, quo patriam in pace, & quiete gubernat. Gen. 49. Vidit requiem, quod esset bona, factusque est tributis seruiens; [Cui uectigal,]scilicet debetis, reddite; [Vectigal,] quod scilicet redditur principi in aliquibus certis locis de mercimonijs, quæ deferuntur pro reparatione viarum, & custodia. Vel uectigal dicitur, quod datur principi, quando per patriam deuehitur, sicut sunt procurationes, & alia huiusmodi. Secundo, ponit ea, quæ sunt interius exhibenda. Est autem considerandum, quod principi debetur & timor, & honor; timor quidem, inquantum est dominus sua potestate I malos coercens a malis. Malac. 1. Si ego dominus, vbi est timor meus? Et ideo dicit: [Cui timorem] scilicet debetis, reddite: [Timorem.] Prouer. 24. Deum time fili mi. Inquantum autem quasi pater prouidet bonis, quæ sunt in laudem eorum, debetur illi honor. Malac. 1. Si ego pater, ubi honor meus? Et ideo subdit: [Cui honorem,]debetis, reddite; [Honorem]. 1. Pet. 2. Regem honorificate. Sed contra est, quod dicitur Leu. 19. Non honores vultum potentis. Sed hoc est intelligendum, quantum ad hoc, ut pro eo a iustitia non declines. Vnde subditur, Iuste iudica proximo tuo.

LECTIO II.

Supra Apostolus ostendit, qualiter debeant fideles ad superiores iustitiam obseruare: hic ostendit, quid debeant omnibus communiter exhibere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit K quod intendit. Secundo, reddit rationem, ibi: [Qui enim diligit &c.] Dicit ergo primo, Dictum est: Reddite omnibus debita, non quidem particulariter, sed integraliter. Et hoc est quod subdit: [Nemini quicquam debeatis;] Quasi dicat, Ita plene omnibus omnia debita persoluatis, ut nihil remaneat, quod soluere debeatis. Et hoc quidem propter duo. Primo, quia in ipsa mora reddendi peccatum committitur, dum homo iniuste detinet rem alienam. Vnde dicitur Leu. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane.

Et eadem est ratio de alijs debitis. Secundo, quia quamdiu aliquis debet, est quodammodo seruus: & cui debet, obligatus. Prouerb. 22. Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Sunt tamen quædam debita, a quibus homo nunquam potest se absoluere. Et hoc contingit dupliciter. Vno quidẽ modo propter excellentiam beneficij, cui æquiualens recompensari non potest, sicut Philosophus dicit de honore qui exhibetur Deo, vel parentib. secundum illud Psal. 115. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Alio modo propter causam debendi, quæ semper manet; vel etiam propter hoc quod illud quod redditur, nunquam exhauritur, sed semper in reddendo crescit. Et propter has causas debitũ dilectionis fraternæ ita soluitur, quod semper debetur.

Qui.n.diligit proximũ, legẽ impleuit. Nam, Nõ adulterabis, nõ occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, non cõcupisces, & si quod est aliud mãdatũ, in hoc uerbo instauratur; Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum. Dilectio proximi, malũ nõ

Primo quidem, quia dilectionem proximo debemus propter Deum, cui sufficienter recompensare non possumus. Dicitur.n. 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deũ, diligat & fratrem suum. Secundo, quia causa dilectionis semper manet, quæ est similitudo naturæ & gratiæ. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximũ sibi. Tertio quia charitas in diligendo non deficit, sed proficit. Phil. 1. Hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abũdet. Ideo dicit; [Nisi ut inuicẽ diligatis,]quia. s. dilectionis debitũ ita semel redditur, vt tamen semper maneat sub debito præcepti. Io. 15. Hoc est præceptum meũ, ut diligatis inuicem. Deinde cum dicit, [Qui.n. diligit &c.] assignat causam eius quod dixerat, debito dilectionis nos manere absolui, quia. s. in dilectione, tota legis impletio consistit. Vnde circa hoc tria facit. Primo proponit q intendit. Secũdo manifestat propositum, ibi; [Nam nõ adulterabis &c.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi: [Plenitudo ergo legis &c. Dicit ergo primo. Ideo dictum est, q non intendamus nos expedire a debito dilectionis, sicut ab alijs debitis. [Qui.n. diligit proximũ, legem impleuit,]idest, tota impletio legis ex proximi dilectione dependet. Sed hoc non uidetur verũ. Dicitur.n. 1. Timot. 1. q finis præcepti charitas est. Vnumquodq; n perficitur, cũ ad finem peruenit: & ideo tota legis perfectio i charitate cõsistit. Sed charitas duos habet actus, s. dilectionem Dei, & dilectionem proximi. Vnde & dominus dixit Matth. 22. q tota lex & prophetæ, pendet in duobus mandatis charitatis; quorum unum est de dilectione Dei aliud de dilectione proximi. Non ergo uidetur q qui proximum diligit, impleat totam legẽ. Sed dicendum est, q illa dilectio proximi ad charitatem pertinet, & legem implet, qua proximus diligitur propter Deum, & ita in dilectione proximi includitur dilectio Dei, sicut causa includitur in effectu. Dicitur.n. 1. Io. Et hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrẽ suum. Et econuerso, dilectio proximi includitur in dilectione Dei, sicut effectus in causa; vñ ibidẽ dr. Si quis dixerit quoniam diligo Deum; & fratrem suum odit, mendax est. Et inde est, quod in sacra scriptura quandoque fit mentio solum de dilectione Dei, quasi sufficiat ad salutem, secundũ illud Deut. 10. Et nunc Israel audi, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in uijs eius, & diligas eum? Quandoque autem fit mentio solum de dilectione proximi. Io. 13. Hæc vobis mando, ut diligatis inuicem. Deinde cum dicit; [Nam non adulterabis &c.] probat propositum. Primo quidẽ per inductionem. Secundo vero per modum syllogismi, ibi; [Dilectio proximi &cæt.] Circa primum, more inducentium enumerat quędam præcepta, quæ dilectionem proximi implẽt. Et quia pręcepta tria primę tabulę immediatius ordinantur ad dilectionẽ Dei, non facit mentionem hic de eis, quamuis & ipsa impleantur in dilectione proximi, prout dilectio Dei includitur in dilectione proximi. Enumerat autem mandata secundę tabulæ, prætermittit tñ præceptum affirmatiuum tantum: quod est de honore parentum, in quo etiam intelligitur, vt omnibus reddamus quę debemus. Enumerat autem pręcepta negatiua, per quæ aliquis prohibetur malum proximis inferre, & hoc duplici ratione. Primo quidẽ, quia præcepta negatiua sunt magis vniuersalia, & quantum ad tempora & quantum ad personas. Quantum ad tempora quidem, quia præcepta negatiua obligant semper, & ad semper. Nullo enim tempore est furandum, & adulterandum. Pręcepta aũt affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tempore. Non.n. tenetur homo, ut omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quantum ad personas aũt quia nulli hominum est nocendum, non autem sufficientes sumus, vt vnus homo possit omnibus hominibus seruire. Secundo, quia magis manifestum est, q per dilectionem proximi implentur præcepta negatiua, quam affirmatiua. Qui enim diligit aliquem magis abstinet a nocumento illius, quam ei beneficia impendat, a quo quandoque homo impeditur per impotentiam. Tripliciter autem aliquis nocumentum proximo inferre potest. Vno modo fa-

A cto. Alio modo, verbo. Tertio desiderio. Facto quidem tripliciter. Vno modo, quantum ad personam ipsius proximi: & hoc prohibetur, cum dicitur [Non occides.] In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniuria in personam proximi illata. 1. Io. 3. Omnis homicida, non habet uitam æternam in seipso. Secundo, quantũ ad personam coniunctam, s. vxorem, & hoc prohibetur, cum dr. [Non adulterabis. In quo etiam intelligitur prohiberi fornicatio, & omnis illicitus vsus genitaliũ mẽbrorum. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Tertio, quantum ad res exteriores, q prohibetur, cum dr; [Non furaberis.] In quo etiam prohibetur omnis iniusta subtractio rei alienę B siue per uim, siue per dolum. Zach. 5. Omnis fur, sicut ibi scriptũ est, iudicabitur. Nocumentum autem q quis proximo infert, verbo prohibetur, cum dr; [Non falsum testimonium dices.] Quod non solum prohibetur in iudicio, sed etiam extra iudiciũ, siue per modum detractionis, siue per modum contumeliæ. Prouerb. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Nocumentum autem quod quis infert proximo solo desiderio prohibetur, cum dicitur; Non concupisces rem proximi tui. Vbi etiam intelligitur prohiberi concupiscentia vxoris. supra 7. Nam concupiscentiam nesciebam, s. esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Ponuntur autem hæc mandata Exod. 20. Enumeratis autem plurib. præceptis, colligit omnia alia in cõmuni, dicens; [Et si quod est aliud mandatum, affirmatiuum vel negatiuum, vel ad Deum, vel ad proximum pertinens, per modũ supra dictum, [Instauratur,]idest, perficitur & impletur [In hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Quod quidẽ po- C nitur Leui. 19. vbi nos habemus: Diliges amicum tuum, sicut te ipsum. Quod autẽ dicit, proximum tuum, referendum est ad omnem hominem, & etiam ad sanctos Angelos, vt Aug. †probat in 1. de doctrina Christiana. Cap. 30. Nomine.n. proximi, intelligitur quicũque facit alicui misericordiam, secundum illud Luc. 10. Quis tibi uidetur illi proximus fuisse, q incidit in latrones? Et ille dixit, Qui fecit misericordiam &c. Et quia proximus, est proximo proximus, consequens est, quod etiam ille, qui ab aliquo misericordiam recipit, proximus ei dicatur. Sancti autem Angeli nobis misericordiam impendunt, & nos omnibus hominibus misericordiam debemus impendere, & ab eis, cum necesse fuerit, recipere. Vnde patet, quod sancti Angeli, & omnes homines proximi nobis dicuntur, quia beatitudinem ad quam nos tendimus, vel iam habent, vel ad eam nobiscum tendunt. Ex quo patet, q dęmones non sunt secundum hanc rationem proximi nobis, nec sub hoc præcepto, eorum dilectio nobis iniungitur, quia sunt totaliter a D dilectione Dei exclusi, & non sunt computandi in numero proximorum, sed in numero hostium. Quod autem dicit; [Sicut teipsum,]non est referendum ad æqualitatem dilectionis, vt. s. aliquis teneatur diligere proximum ęqualiter sibi: hoc enim esset contra ordinem charitatis, quo quilibet plus tenetur suam, quàm aliorum salutem curare. Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem: sed est referendum ad similitudinem dilectionis, ut scilicet similiter diligamus proximum, sicut nos ipsos. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quantum ad finem dilectionis, ut scilicet nos & proximum diligamus propter Deum. Secundo, quantum ad formam dilectionis, ut scilicet sicut aliquis seipsum diligit, quasi volens bonum, ita aliquis proximum diligat, quasi ei bona volens. Qui autem diligit proximum ad hoc solum, Vt eius vtilitate, uel delectatione potiatur, non uult bonum proximo, sed ex proximo uult sibi bonum. Quo quidem modo, homo E amare dicitur res irrationales, puta uinum, uel equum, vt scilicet eis utatur. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, ut scilicet aliquis necessitati proximi subueniat, sicut sibi: & quod nihil illicitum propter amorem proximi committat, sicut nec propter suum amorem. Deinde cum dicit: [Dilectio proximi &cæt.] manifestat propositum medio syllogismi per hunc modum: Qui diligit proximum, nullum malum operatur, ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis præceptum, vt abstineatur a malo. qui ergo diligit proximum, legem impleuit. Quod autem dilectio proximi malum non operetur, habetur primo Corinthiorum 13. Charitas non agit perperam &cæt. Quocunque autem modo accipiatur hic malum, uel pro malo transgressionis, uel etiam omissionis, poterit hoc referri non solum ad præcepta negatiua, sed etiam ad affirmatiua. Inquantum vero dilectio proximi includit dilectionem Dei, intelligitur, quod dilectio proximi excludit malum, non solum quod est contra proximum, sed etiam quod est contra Deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic includentur etiam præcepta tabulæ primę. Vltimo autem infert conclusionem principaliter intentam, dicens; [Plenitudo ergo legis est dilectio, idest, per dilectionem lex impletur, & per hoc fit ur. Eccles. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Coloss. 3. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

LECT. III.

operatur. plenitudo ergo legis est dilectio.

LECTIO III.

POstquam Apostolus, ostendit, quomodo homo debet se Deo exhibere pium, conuenienter eius donis utendo, & proximo iuste ei debita reddendo, hic ostendit quomodo in seipso debeat honestatem conseruare. Et circa hoc duo facit. Primo proponit temporis cõgruitatem. Secundo, exhortatur ad honestatem operum, ibi; [Abijciamus ergo &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit temporis congruitatem. Secundo, assignat rationem, ibi; [Nunc enim propior &c.] Tertio adhibet similitudinem, ibi; [Nox præcessit &c.] Dicit ergo primo, Dictum est, quæ debetis obseruare, & hoc non solum propter ea, quæ dicta sunt, sed etiam, [scientes hoc tempus,]idest, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem, quia ut dicitur Eccle. 8. Omni negotio, tempus est & opportunitas. Hier. 8. Miluus in cælo cognouit tẽpus suum, turtur & hyrundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus &c. Ad quid autem congruũ sit hoc tempus ostendit, subdens? [Quia hora est iam nos de somno surgere.] Quod quidem intelligendum est, non de somno naturæ, q quandoque dr̃ mors, ſm illud. Thessa. 4. Nolumus uos ignorare de dormientib. Quandoque autem est quies animalium virtutum, ſm illud Io. 11. Si dormit saluus erit. Nec etiam intelligendum est de somno gratiæ, qui quandoque dr̃ quies æternæ gloriæ, ſm illud Psal. 4. In pace in idipsum &c. Quandoque autẽ est quies contemplationis etiam in hac uita. Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat sed intelligitur de somno culpę, ſm illud Eph. 5. Exurge, qui dormis, & exurge a mortuis &c. Vel ẽt negligẽtię, ſm illud Prou. 6. Vsquequo piger dormies? tempus ergo est surgendi e somno culpæ per pœnitentiam Psalm. 126. Surgite postquam sederitis &c. A somno uero negligentiæ per solicitudinem bene operandi. Esa. 21. Surgite principes, accipite clipeum. Eccle. 32. Hora surgẽdi non te tristet. Deinde cum dicit; [Nunc. n. &c.] assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; [Nũc enim propior est salus nostra, quam cum credidimus.] Quod quidem secũdum intentionem Apostoli intelligitur de salute uitæ æternæ, de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Ad hanc autem salutem homo ordinatur. Primo, quidem per fidem. Marc. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed semper magis, ac magis homo accedit ad eam, per bona opera, & charitatis augmentum. Vnde dicitur Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Hoc est ergo, quod Apostolus dicit, Ideo; [Hora est iam nos de somno surgere.] Nunc enim, quando, scilicet per opera bona, & per charitatis augmẽtum proficimus; [Propior,]idest, propinquior est, scilicet nobis; [Nostra salus,]scilicet uitæ æternæ: de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit; [Quam cum credidimus,] idest, quam cum a principio fidem accepimus. Et potest hic intelligi duplex propinquitas. Vna quidem secundum tempus, qua uiri sancti in operibus iustitiæ proficientes, magis appropinquant ad terminum vitæ huius, in quo mercedem accipiunt. Alia uero est propinquitas dispositionis vel præparationis, quia per augmentũ charitatis, & operationem iustitię, homo præparatur ad illã salutem. Matt. 25. Quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias. Sed ſm q ecclesia hæc uerba aduentus tempore legit, videntur hæc verba esse referenda ad salutem, quam Christus fecit in suo primo aduentu, ut intelligamus Apostolum loquentem, quasi ex persona omnium fidelium, qui fuerint ab initio mundi. Appropinquante enim iam tempore incarnationis Christi, quo uaticinia prophetarum crebrescebant, quod tempus repræsentat ecclesia, potest dici, [Nunc propior est nostra salus,] scilicet Christus, [quam cum credidimus,] idest, cum homines a principio credere cœperunt Christi aduẽtum futurũ. Esa. 56. Iuxta est salus mea, ut ueniat, & iustitia mea, ut reueletur. Posset etiam assumi ad tempus misericordiæ, quo quis incipit velle a præteritis peccatis discedere. Tũc. n. magis appropinquat suæ saluti, quãm a principio, dũ habuit fidẽ informẽ. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis, appropinquate Deo, & appropinquabit uobis &c. Deinde cum dicit; [Nox præcessit, dies aũt appropinquauit &c.] ponit ad propositum similitudinem. Quod quidem secundum intentionem Apostoli sic uidetur esse intelligendum, vt totum tempus vitæ præsentis, nocti comparetur propter ignorantiæ tenebras, quibus præsens vita grauatur. Iob. 36. Omnes quippe inuoluntur tenebris &cæt. Et de hac nocte dicitur Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte Dici autem comparatur status futuræ beatitudinis propter charitatem Dei, qua sancti illustrantur. Esa. 62. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splẽdor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Ad quem diem refertur, q dr̃, n psal. 117. Hæc dies, quã fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Alio modo potest intelligi, q status culpę nocti comparetur propter tenebras culpæ, de quib. dr̃ in ps. 81. Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. Et de hac nocte dr̃ Sap. 17. Solis aũt illis superposita erat grauis nox imago tenebrarum, quæ superuenturæ erant illis. Dies autem dr̃ status gratiæ propter lumen spirituałis intelligentię, q iusti habent, sed impijs deest. Psal. 96. Lux orta est iusto. Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Tertio modo potest intelligi, q comparetur nocti tempus præcedens Christi incarnationem, quia nondum erat manifestata, sed sub quadam caligine. 2. Pet. 1. Habetis propheticũ sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Et de hac nocte dr̃ Esa. 21. Custos qui de nocte. Vnde sicut in nocte apparent umbræ, ita etiam illo tpe eminebãt legalia, quæ sunt vmbra futurorum: vt dr̃ Coloss. 2. Tempus aũt ab incarnatione Christi comparatur diei pp potentiam spiritualis solis in mundo; de quo dr̃ Malac. vlt. Vobis timentib. nomen meum, orietur sol iustitię. Vnde & ipse dñs dicit Io. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Et postea subdit, Quãdiu in mundo sum lux sum mundi. Quod ergo dr̃ [Nox præcessit,]indifferenter accipi potest, pro quolibet prædictarum trium noctium. Iam. n. præcesserat eos quib. scribebat, & magna pars temporis huius uitæ, & q verius est, præcesserat nox culpæ, præcesserat ẽt tempus legis, q fuit ante Christum. Quod autem subdit, [Dies autem appropinquauit,] vt ſm intẽtionem Apostoli referendum esse ad diem futuræ gloriæ, qui licet nõdum aduenisset fidelib. Christi, quib. scribebat, tamẽ in propinquo erat eis. Secundum prædicta, posset etiam intelligi tempus gratię Christi q & si iam aduenerit, ſm temporum cursum, appropinquare tamen nobis dicitur per fidem, & deuotionem, & sicut Philip. quarto dr̃, Dominus prope est. Et in psal. 144. Prope est dominus omnib. inuocantibus eum Potest etiam hoc cõgruere his, qui de peccatis pœnitere incipiunt, quib. dies gratiæ appropinquat. Deinde cum dicit [Abijciamus &c.] concludit exhortationem de honestate uitæ.

Et primo ponit exhortationem, Secũdo exponit eam, ibi: [Nõ in comessationib. &c.] Circa honestatem uitę tria tangit. Primo, quidem remotionem viciorum concludens ex præmissis, si nox præcessit, ut dictum est; [Abijciamus opera tenebrarũ,]quia vt dr̃ Eccl. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Vnde recedẽte nocte, cessare debent opera noctis. Dicuntur aũt opera tenebrarum, opera peccatorũ. Primo quidem, quia in seipsis priuata sunt lumine rationis, quo illustrari debent humana opera. Ecc. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Secundo in tenebris agũtur. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Tertio, quia per ea homo ad tenebras ducitur, ſm illud Mat. 22. Mittite eũ in tenebras exteriores. Secundo, inducit ad assimẽdas virtutes. Quasi dicat, Ex quo dies appropinquauit, assumentes ea quæ congruunt dicit: [Induamur arma lucis,]idest, uirtutes, quæ & arma dicuntur, inquantum nos muniunt, Ephes. vlti. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et dicuntur lucis arma, tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur: vnde dr̃ Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, tum quia lucis examen requirunt. Io. 3. Qui facit veritatem, uenit ad lucem: tũ quia per opera virtutum alij illuminantur. Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram hominib. &c. Tertio exhortatur ad usum virtutum & profectum, cũ dicit; [Sicut in die honeste ambulemus.] Hæc. n. duo uidentur diei congruere. Primo quidem honestas.

Nam in die unusquisque seipsum studet componere, ut coram alijs, honestus appareat. In nocte autem non sic, Vnde dicitur. 1. Thess. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus. Vnde 1. Cor. 14. dr̃. Omnia honeste, & ẽm ordinem fiant in vobis. Secundo, homo in die ambulat, non in nocte. Vnde dr̃ Io. 11. Qui ambulat in nocte, offendit. Et ideo quia dies est, oportet q ambulemus, i. de bono in melius proceda-mus. Vnde dicitur Io. 12. Ambulate dum lucem habetis.

Deinde cum dicit. [Non in comessationibus &c.] exponit quod dixerat. Et primo exponit quio sunt abijcieda opera tenebrarũ, quæ sunt opera peccatorũ, de quibus quedam enumerat. Primo ponens ea quæ pertinẽt ad corruptionem concupiscibilis, cuius corruptio est intemperantia, quæ est circa delectationes tactus, & circa cibos. Vnde primo excludit intemperantiam ciborum, cum dicit; [Non in comessationibus:] Dicuntur comessationes, superfluæ, & nimis accuratæ comestiones, Prou. 23. Noli esse in conuiuijs peccatorum, nec in comessationibus eorũ qui carnes ad uescendum conferunt. Quod quidẽ potest esse peccatum mortale ex hoc, q secundum legem pro hac culpa aliquis damnatur ad mortem. Dicitur. n. de filio proteruo. Deu. 21. Comessationibus uacat, & luxuriæ atque conuiuijs, lapidibus eum obruet populus &c. Dicitur aliquis vacare comessationibus atque conuiuijs, non quidem si comedat magnifice secundum statum suæ dignitatis, sicut dr̃ Hester. 2. Quod assuerus iussit præparari conuiuium magnificum pp coniunctionem Hester, iuxta magnificentiam principalem: sed qñ aliquis hoc facit præter decentiã sui status, & præcipue si ad hoc principalis eius cura existat: sicut illi de quibus dr̃ infra vlt. Huiusmodi Christo dño non seruiũt, sed suo uentri. Ex Phil. 3. Quorũ Deus uenter est. Secundo excludit intemperantiam circa potum, cum subdit, [Et ebrietatibus,] quæ pertinent ad superfluitatem potus extra mẽsuram rationis hominem ponentis. Eccl. 31. Vinum in iocunditate creatum, & non in ebrietate. Et est considerandum, q ebrietas ex suo genere est peccatũ mortale, cum. s. homo ex proposito inebriatur, quia uũ præferre delectationẽ uini, integritati rõnis. Vnde dr̃ Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendũ uinum, & uiri fortes ad miscẽdam ebrietatẽ. Si uero aliquis inebretur præter intentionẽ, non ex proposito, puta quia ignorat uirtutẽ uini, uel quia non æstimat se tanto potu inebriandũ, non est peccatũ mortale, quia non per se inebriatur, sed per accidens. i. præter intentionem; qđ quidem non põt contingere in his, qui frequenter inebriantur. Et ideo dicit † Aug. in sermone de Purgatorio, quod ebrietas est peccatum mortale, si affidua fuerit. Vnde signanter hic Apostolus in plurari numero, dicit, [Non in comessationibus & ebrietatibus.] Tertio excludit intemperantiam circa corporalem quietem, cum dicit, [Non in cubilibus,] idest, non in superflua dormitione. quã cõuenienter post comessationem & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis; & potest esse in hoc peccatum mortale, qñ propter quietem corporalem & somnum, omittit quæ facere debet, & inclinatur ad aliqua mala facienda. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus uestris. Potest etiam quod dicit, Non in cubilibus uestris, referri ad apparatum luxuriæ. Vnde dicitur in persona meretricis Prou. 7. Aspersi cubile meum myrrha &c. Gen. 49. Ascendisti cubile patris tui. Et ideo conuenienter quarto excludit intemperãtia circa uenerea, cum subdit, [Et impudicitijs,] idest, quibuscunque uenereis actibus, qui dicuntur impudici, quia non cauent id, quod est maxime pudore uel confusione dignum, tũ quia oẽs delectationes tactus, gulæ, & luxurię sunt cões nobis & brutis, unde qui eis inordinate insistit, brutalis efficitur. Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus &c. Tum ẽt quia specialiter in actibus uenereis tõ hoïs totaliter absorbetur a delectatione, ut non possit hõ tunc aliquid intelligere, sicut Aristoteles dicit in li. Ethic. Vnde & Osee. 4. dicitur. Fornicatio, & ebrietas, & uinum auferunt cor. Apocal. 9. Non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Deinde excludit ea quæ pertinent ad corruptionem irascibilis, cum dicit, [Non in contentione.] Quæ quidem ut Ambr. † dicit, est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Potest autem intelligi, q per hoc prohibetur omnis ira non solum verborum, sed & factorum, quę vt plurimum a verbis incipit. Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Solet autem contentio ex inuidia generari. Et ideo subdit. [Et æmulatione.] Vnde Iac. 3. dicitur, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo exponit quomodo debeamus induere arma lucis, dicẽs. [Sed induimini dominũ Iesum Christũ.] In quo scilicet abũdantissime fuerunt omnes virtutes, secundũ illud Esa. quarto. Apprehendent septem mulieres virũ vnum. Induimus autẽ Iesum Christum, primo quidem per sacramenti susceptionẽ. Galat. tertio. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Secundo per imitationẽ. Col. tertio. Expoliãtes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum &c. Et Ephe. quarto. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia &c. Dicitur autem induere Christum, qui Christum imitatur: qa sicut homo continetur uestimento, & sub eius colore uidetur, ita in eo qui Christum imitatur, opera Christi apparent. Per hoc ergo induimur arma lucis, quando induimur Christum. Tertio exponit quod dixerat, [Sicut in die honeste ambulemus.] per hoc quod subdit. [Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.] In hoc enim pulchritudo honestatis consistit, ut homo non carnem spiritui, sed spiritum præferat carni, supra octauo. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Sed notandum quod non dicit simpliciter. [Carnis curam ne feceritis.] quia quilibet tenetur, vt carnis curam gerat ad sustentandam naturam, secundũ illud Ephe. 2. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet &c. Sed addit, [In desiderijs, ut. s. inordinata carnis desideria, idest concupiscentias non sequamur. Vnde dicitur Gal. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

cõtentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAPVT XIIII.

LECTIO PRIMA.

INfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantẽ non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus. n. illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Dño suo stat, aut cadit. Stabit autẽ: potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat oẽm diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui mãducat, domino manducat. Gratias. n.

LECT. PRIMA.

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus ostendit quomodo aliquis debeat perfectus fieri, hic ostendit quomodo perfecti debeant se habere ad imperfectos. Et primo ostendit quod non debent eos scandalizare, vel iudicare. Secundo ostendit qño debent eos sustẽtare. 15. c. ibi [Debemus aũt nos fortiores &c.] Circa primũ duo facit. Primo prohibet inordinata iudicia. Secdo prohibet infirmorũ scandala, ibi [Sed hoc iudicate magis &c.] Circa primũ tria facit. Primo proponit admonitionẽ. Secũdo exponit eã, ibi [Alius. n. &c.] Tertio rationem assignat, ibi [Deus. n. illũ &c.] Circa primum considerandum est, qđ in primitiua ecclesia aliqui ex Iudæis conuersi ad Christum, credebant legalia cũ euangelio esse seruanda, ut patet Actu. 15. Et hos Apostolus uocat infirmos in fide Christi, qua si nondũ perfectẽ credentes, qđ fides Christi sufficiat ad salutem; perfectos autem vel firmos in fide uocat eos, qui fidem Christi sine legalib. credebant esse seruandam. De utrisq; tamen erant aliqui Romæ inter fideles Christi. Alloquitur ergo Apostolus perfectos in fide, dicens, Dictum est quod sic debetis induere dominũ Iesum Christum, [Assumite autem,]idest, affectu charitatis uobis coniungite ad supportandum, [Infirmum in fide,] sicut expositũ est, de quo potest intelligi illud Sap. 9. Infirmus homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Infra 15. Suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos. Eccle. 29. Propter mandatum assume pauperem. Et hoc [non in disceptationibus cogitationum,] idest, non disceptando propter hoc quod unus contra alium cogitat, dum scilicet illi qui legalia seruabant, iudicabant ranquam transgressores eos qui non seruabant. Et illi qui non seruabant, contemnebant tanquam errantes & ignorantes qui seruabant, supra 2. Cogitationum inuicem accusantium, aut defendentium &c. Deinde cum dicit, [Alius enim &c.] Exponit quod dixerat. Et primo ostendit qui sunt infirmi in fide. Secundo ostendit qualiter sint disceptationes cogitationum uitandæ, ibi, [Is qui manducat &c.] Circa primum cõsiderandum est, quod inter cæteras legales obseruantias, una erat discretio ciborum, propter aliquos cibos in lege prohibitos, ut patet Leui. undecimo. & hac quidem obseruantia quotidie erat utendũ, uel non utendum. Et ideo de hoc mentionem fecit specialiter Apostolus, dicens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Alius enim] inter vos qui scilicet est perfectus in fide[Credit se posse licite manducare omnia, eo q̄ non reputat se astrictum ad legales obseruantias. Matt. 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione accipitur &c. In ueteri autem lege prohibebantur aliqui cibi, nō quia naturaliter esset immūdi. Sicut enim in uerbis hoc nomen stultus significat aliquod malū, quamuis hoc nomē sit bonum, ita in reb. quodam animal bonum est secundum naturā, sed significatione est malum, sicut porcus qui significat immunditiam. Et ideo prohibitus est antiquis esus illorum carnium, vt significaretur in earum vitatione, vitatio immūditiæ. Tota enim illius veteris populi vita figuralis erat, vt† Aug. dicit in libro contra Faustum. Veniente autem Christo qui est veritas, cessauerunt figuræ. Subdit autem quantum ad infirmum. [Qui autem infirmus est, solus manducet,] quasi dicat. Illis cibis vtatur, quibus non occurrit aliquid immundum in lege prohibitum. In singulis. n. generibus animalium, puta terrestribus, volatilibus, & aquaticis. quædam genera erant concessa, & quędam prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitum, vt patet Leuit. 11. Et huius potest esse ratio duplex. Vna est, quia terræ nascentia fuerunt a principio concessa homini ad edendum, secundum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrā, & vniuersa ligna quę habent in semetipsis semē tem generis sui, vt sint uobis in escam. Sed post diluuium primo legitur homini concessus carnium esus. Vnde dī Gen, 9. Quasi olera virentia tradidi uobis omnia, & animalium genera. Alia ratio est, quia primā prohibitionem de abstinendo a quibusdam terræ nascentib. homo in paradiso transgressus fuerat, vt patet Gen. 3. & propter hoc non erat ei similis prohibitio iteranda. Sed cū legalia cessauerint in Christi passione, vī quod incōuenienter Apostolus infirmis in fide permittat, quod a cibis prohibitis in lege abstineant, qđ nunc in Christianis non sustinetur ab ecclesia. Sed distinguendū est triplex tps, ſm† Aug. quantum ad legalia, Quorū primum est tps ante passionē Christi, in quo legalia suum robur obtinebant quasi adhuc uiuentia. Secundum autem tempus est, post passionē Christi ante diuulgationē euangelij: in quo quidem tempore legalia mortua erant: quia nullus ad ea tenebatur, nec obseruata aliquid conferebant alicui, nondum tñ erant mortifera, quia sine peccato poterant Iudæi ad Christum conuersi legalia obseruare, & pro illo tpe loquitur hic Apostolus. Tertium autem tps est post diuulgationem euangelij, in quo legalia non solū sunt mortua, sed mortifera, vt quisquis ea obseruet, peccet mortaliter. Exponitur autem & aliter in glosa, ut dicatur. [Infirmus,] qui est ad lapsum uitiorū carnalium pronus, & huic consulendū est q̄d comedat. [Olos,] i. tenues & aridos cibos, qui non sunt fomentum vitiorū, & abstineat ab illis quibus excitatur libido. Sed alius qui est fortior credit se absq; periculo posse omnia manducare. & hæc differentia apparet Matt. 9. Inter discipulos Christi q̄ non ieiunabant tanquam confortati præsentia Christi, & discipulos Ioannis Baptistæ, qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiam agentes a quibusdam cibis abstinent, non propter eorum immunditiam, sed ad libidinem refrenandā. Deinde cum dicit, [Is qui manducat &c.] exponit quomodo sunt uitandæ disceptationes cogitationum. Et primo quantum ad perfectos, dicens, [Is qui manducat,] scilicet cum secura conscientia omnia, uel etiam sine periculo libidinis, [Non spernat non manducantem,] scilicet indifferenter omnia tanquam infirmum in fide, uel quasi pronum ad vitia. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse spernis? Lucæ 10. Qui uos spernit me spernit. Secundo loquitur quantum ad infirmos, dicens. [Et qui non manducat,] scilicet indifferenter omnia, uel qa est infirmus in fide, de quo loquitur Apostolus, uel etiam quia pronus est ad libidinem [Non iudicet manducantem,] scilicet indifferenter omnia, quasi transgressorem legis, uel quasi in libidinem precipitem Matt. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. supra 2. Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. Deinde cum dicit, [Deus. n. illum assumpsit &c.] assignat tres rōnes pp quas debemus a falso iudicio abstinere. Secūda ponitur, ibi, [Suo dño &c.] Tertia ibi, [Tu autem qui iudicas &c.] Prima tō sumitur ex authoritate iudicantis. Vnde primo ondit hanc authoritatem Deo competere. Sedo cōcludit q̄ iudicium ad homines non pertinet, ibi, [Tu quis es &c.] Dicit ergo primo. Recte dictum est, quōd qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim assumpsit illum, scilicet in seruum a se iudicandum. Zach. 11. Assumpsi mihi duas virgas, idest duos populo. Psalm. 17. Assumpsit me de aquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari, & ideo concludit, [Tu quis es, iid est cuius authoritatis vel virtutis es, [Qui iudicas alienū seruū?] idest, proximum tuū, qui est seruus Dei? Requiritur enim in iudicante authoritas, secūdum illud Exod. 2. Quis cōstituit te principem, & iudicem super nos? Et Luc. 12. Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Sed ex hac ratione sequi uidetur

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt uiuorum, & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est

hominis iudicium de alio homine esse illicitum. Sed dicendum est, quod intantum hominis iudicium licitum est, inquantum agitur authoritate concessa diuinitus. Vnde dicitur Deu. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et postea sequitur. Quia Dei est iudicium, id est, authoritatē diuina agitur. Si quis vero velit sibi vsurpare iudicium super ea, quæ non sunt ei diuinitus concessa ad iudicandum, est iudicium temerarium, sicut si quis iudex delegatus a Papa, velle in iudicando transgredi mandati fines. Deus autem soli sibi reseruauit iudicare occulta, quæ præcipue sunt cogitationes cordium, & futura.

Et ideo si quis de his iudicare præsumpserit, est temerarium iudicium. Vnde Aug.† dicit in libro de sermone domini in monte. In his duobus temerarium est iudicium, cum videlicet incertum sit quo animo quid factum sit: uel incertum qualis futurus sit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet.

Deinde cum dicit; [Suo domino stat, aut cadit &c.] ponit secundam rationem, quæ quidem sumitur ex fine meriti vel demeriti. Posset aliquis dicere, quod licet homo non habeat iudiciariā authoritatem, tamen intromittere se debet iudicio alterius propter damnum vel fructum, qui inde prouenit, sed Apostolus ostendit hoc ad Deum magis, quam ad homines pertinere. Et sic ēt propter hoc debemus Deo proximorum iudicia relinquere, nisi inquantum vice ipsius fungimur in iudicando, per authoritatē nobis cōmissam. Circa hoc tria facit, Primo proponit quod intēdit. Secundo, exemplificat, ibi; [Nā alius iudicat &c.] Tertio probat propositū, ibi; [Qui sapit diem &c.] Circa primum duo proponit. Primo ēd quicquid circa hominem accidit ad Deum pertinet, cū dicit; [Suo domino stat.] i. recte agendo psal. 147. Stantes erāt pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem; [Aut cadit, i. peccādo. Amos. 5. Domus Israel cecidit & non adijciet ut resurgat. Ponit aūt sub dictiunctione, stat aut cadit, propter incertitudinem, quia multi uidētur cadere qui stant, & econuerso, ſm illud Eccl. 8. Vidi impios sepultos, qui cum adhuc uiuerent, in loco sancto erant & laudabantur in ciuitate, qua si iustorum operum. Loquitur autem hic Apostolus secundum similitudinem hominis serui, ad cuius dominū pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligendum est quod Deo aliquid proficiat, uel noceat si homo stet aut cadat. Dicitur enim Iob. 35. Si peccaueris, qd ei nocebis? porro si iuste egeris, quid ei donabis? Sed quantum ad homines, id quod iuste agimus, ad gloriam Dei spectat Matt. 5. Vt uideant opera uestra bona & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Quod aūt cadimus peccando, est hominib. occasio blasphemādi Deum; supra 2. Nomen Dei propter uos blasphematur inter gentes. Vel quod dicit, [Suo dño stat, aut cadit,] exponendum est in iudicio domini sui 1. Cor. 4. Qui iudicat me, dominus est. Secūdo ostendit quod hominis statum iudicare ad Deum pertinet, dicens. [Stabit autem,] q. d. Et si aliquis nunc cadat per peccatum, tamen potest esse quod iterum stabit. Et hoc omnino implebitur, si est prædestinatus. Ps. 40. Nunquid qui dormit non adijciet ut resurgat? Mich. 7. Ne lēteris inimica mea quia cecidi, resurgam.

Et propter hoc si uidemus aliquem manifeste cadentem, non debemus eum despicere temerarie iudicando de eo, quod nunquam resurget, sed magis debemus præsumere q̄ iterum stabit, non ex consideratione conditionis humanæ, sed cōsiderando uirtutem diuinam. Vnde eum dicit; [Potens est Deus statuere illū;] propter eius bonitatē præsumere debemus, q̄ iterum statuet eum Eze. 3. Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos sicut & supra dictum est. Si non permanserint in incredulitate, inserentur, potens. n. est Deus iterum inserere illos. Deinde cum dicit: [Nam alius iudicat &c.] Exemplificat quod dictum est. Et primo proponit diuersitatem humanæ sententiæ, dicens, Ideo deo quod; [Suo domino stat, aut cadit. Nam alius iudicat inter diē & diem, i. iudicat inter unum diem & alium, ut scilicet, uno die abstineat, & non alio. Quod quidem uidetur pertinere ad infirmum in fide, qui reputat adhuc legalia esse obseruanda. Dicitur enim Leui. 23. Decimo die mensis septimi, dies expiationum erit, afflictiesque animas uestras in eo. Et Iudith. 8. dicitur q̄ Iudith ieiunabat omnib. diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel.

Alius autē iudicat omnem diem indifferenter esse obseruandum, quantum ad ceremonialia legis, quę iā cessauerunt. Vnde hoc uidetur pertinere ad eum qui est perfectus in fide. Ps. 144. Per singulos dies benedicam tibi. Potest hoc etiā referri ad abstinentias quæ fiunt causa cohibendæ libidinis, quibus omni die aliqui uacant, puta qui perpetuo a carnibus uel uino abstinent uel ieiunant. quidam autem interpositis diebus abstinēt, & ab abstinentia cessant, secundum illud Eccl. 3. Omnia tempus habent. Secundo ostendit hæc omnia, posse ad Dei gloriam pertinere, dicens, [Vnusquisque in sensu suo abundet,] i. suo sensui dimittatur. Abundare enim in sensu suo, est sensum suum sequi. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Vel [In sensu suo,] idest secundum sensum suum studeat abundare ad gloriam Dei, secundum illud 1. Cor. 14. Ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis. Sed hoc uidetur locum habere in his quæ non sunt secundum se mala. In his autem quæ sunt secundum se mala, non est homo suo sensui relinquendus. Quod autem aliquis iudicet diem inter diem, uidetur esse secundum se malum, secundum primam expositionem. Dicitur. n. Gal. 4. Dies obseruatis & menses & tempora & annos, timeo ne sine causa laborauerim in uobis. Et loquitur ibi ad literā de his, qui dixerunt dies obseruandos secundum ceremonias legis. Sed dicendum, quōd Apostolus hic loquitur secundū tps illud in quo Iudæis ad fidem cōuersis, licitum erat legalia obseruare, ut dictū est. sed quantum ad secundam expositionem ut esse illicitum qđ dicit, [Alius iudicat omnem diem.] Sūt. n. quidam dies in quibus non est licitum ieiunare. Dicit. n. Augustin. in Epist. ad Casulanū,† Quisquis diem dominicum ieiunio decernendum esse putarit, nō paruo scandalo esset ecclesiæ. Nec immerito. Illis enim diebus, quibus nihil certi statuit ecclesia uel scriptura diuina, mos populi Dei & institutа maiorum, pro lege tenenda sunt. Et in Decretis dicitur dist. 30. Si quis presbiter propter publicā pœnitentiam a sacerdote acceptam, absque alia necessitate die dominica pro quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, Anathema sit. Sed intelligendum est quōd hic Apostolus loquitur quantum ad illas abstinentias, quæ quolibet die licite fieri possunt absq; dissonantia cōis consuetudinis, uel eorum quæ sunt a maioribus instituta. Deinde cū dicit, [Qui sapit diem &c.] probat propositū, quod. s. unusquisq; suo dño stet, aut cadat: & hoc triplicitet. Primo per actum fidelium. Secundo per intentionem eorum, ibi. [Nemo. nuestrum &c.] Tertio per eorum conditionem, ibi. [Siue ergo uiuimus siue morimur &c.] Probat ergo primo, quōd unusquisque fidelium suo domino stat, aut cadit, per hoc quōd de omnibus quę fecit secundum suam conscientiam, gratias agit Deo. Vnde dicit. [Qui sapit diem, ut. s. uno die abstineat & alio die ab abstinentia cesset, [Domino sapit,] idest ad reuerentiam Dei cibos discernit, sicut etiam nos discernimus uigilias festorum in quibus ieiunamus, a diebus festis quibus ieiunium soluimus propter reuerentiam Dei. Eccl. 33. Quare dies diem superat, & iterum lux luce. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicant omnem diē, quo rum quidam omnī die a ieiunio cessabant, sicut dicitur Matt. 9. quōd discipuli Christi non ieiunabant. Vnde dicit. [Et qui manducat, scilicet omni die. [Domino manducat.] idest ad gloriam domini, quod per hoc patet, [Gratias enim agit Deo]. s. de cibo assumpto. 1. Timo. 4. Abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Psalm. 21. Edent pauperes & saturabuntur, &c. Vlterius quantum ad eum qui sic iudicat omnem diem, ut. s. omni die abstineat, subdit. Et qui non manducat idest abstinet omni die, domino, idest ad honorem domini non manducat. Et hoc patet per hoc quod gratias agit Deo, qui sibi dedit uoluntatem & uirtutem abstinendi. 1. Thess. ultimo. In omnibus gratias agite. Sed quod hic dicit Apost. de his qui in omni die, uel abstinebant uel ab abstinentia cessabant, debet intelligi quantum ad illud tempus, in quo hoc non erat contrariū statutis maiorum, nec communi consuetudini populi Dei. Deinde cum dicit, [Nemo enim uestrum sibi uiuit &c.] probat idem ex intentione fidelium. Et primo excludit inordinatam intentionem, dicens. Recte dico q̄ unusquisque domino suo stat aut cadit. Nemo nostrum sibi uiuit uel naturali uita uel spirituali, qua dicitur Abac. 2. Iustus autem meus ex fide uiuit, [sibi,] i. propter seipsum, quia hoc esset frui seipso. 1. Cor. 10. Non quærens quod

enim, uiuo ego, dicit dominus, quoniā mihi flectetur oē genu, & omnis lingua confitebitur

mihi utile est. Psalm. 113. Non nobis domine, non nobis &c. Vel sibi, idest secundum suam regulam, sicut qui dicunt Sap. secundo. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ: vel sibi, idest suo iudicio. 1. Corinth. quarto. Sed neque meipsum iudico; [Et nemo moritur,] s. morte corporali, vel morte spirituali peccando, vel etiam morte spirituali, qua quis mortitur vitijs, puta in baptismo, secundum illud supra 6. Qui mortuus est, iustificatus est a peccato. Vel sibi, id-

Deo. Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rōnē reddet Deo. Nō ergo amplius inuicē iudicemus.

est, suo iudicio, vel propter seipsum aut suo exemplo, sed exemplo Christi moritur aliquis a vitijs. Rom. sexto. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, & infra, Ita & vos existimate vos mortuos esse peccato. Secundo, ostendit qualis sit recta intentio fidelium, dicens; [Siue enim uiuimus,] vita corporali: [Domino uiuimus, idest ad gloriam domini; [Siue morimur] morte corporali; [Domino morimur,] idest, ad honorem domini. Philip. primo. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortē, siue per vitam. Vel sic exponatur, quod dicit viuimus & morimur de vita, & morte spirituali exponendum est, quod dicit domino. i. iudicio domini, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum, vt dicitur Act. 10. Deinde cum dicit: [Siue ergo viuimus &c.] ostendit propositum ex conditione fidelium. Et primo concludit ex præmissis, conditionem fidelium. s. quod non sunt sui, sed alterius. Illi enim qui sui sunt, sicut liberi homines sibi viuūt, & sibi moriuntur. Quia ergo dictum est, q̄ fideles non sibi viuūt aut moriuntur, sed domino, concludit sic; [Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus,] quasi serui eius qui habet potestatem vitæ, & mortis. 1. Corinth. 7. Precio empti estis, nolite fieri serui. Empti enim estis precio magno. primo Paralip. duodecimo. Tu sumus o Dauid, & tecum fili Y ſai. Secundo, assignat causam huius cōditionis, dicens; [In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit,] idest, hoc adeptus est sua morte, & resurrectione, vt viuorum dominaretur, quia resurrexit, vitam nouam & perpetuam inchoando. Et mortuorum, quia mortem nostram moriendo destruxit. 2. Corin. 5. Pro quibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Sic igitur per omnia prædicta Apostolus probauit, quōd vnusquisque domino suo stat, aut cadit, per hoc, s. quod fideles gratias agunt Deo, & quod domino viuūt, & moriuntur, & quod domini sunt, & in morte, & in vita. Deinde cum dicit; [Tu autem quid iudicas? &c.] ponit tertiam rationem, quæ sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primo proponit superfluitatem præsentis iudicij, dicens: [Tu autem quid iudicas?] i. qua vtilitate vel necessitate iudicas; [Fratrem tuum] temere de occultis, quæ tuo iudicio non sunt commissa? Aut tu alius, qui iudicaris, quare spernis fratrem tuum pro nullo reputās, ab eo iudicari? Malach. secundo. Quare despicit vnusquisque fratrem suum.

Secundo, prænuntiat futurum Christi iudicium, quasi dicat. Recte dico cur iudicas, quia non debes timere, quod absque iudicio remaneas: [Omnes. n. stabimus ante tribunal Christi.] Dicitur enim tribunal Christi eius iudiciaria potestas, sicut & Matth. 25. dicitur, Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Dicit autem; [Omnes stabimus,] quasi iudicandi, tam boni, quam mali, quantum ad remunerationem, uel punitionem. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed quantum ad discussionem, non omnes stabunt, ut iudicandi, sed quidam consedebunt, ut iudices. Matt. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Tertio ibi; [Scriptum est enim &c.] probat quod dixerat. Et primo inducit authoritatem. Secūdo infert conclusionem, ibi; [Itaque unusquisque &c.] Dicit ergo primo, dictum est quod omnes stabimus ante tribunal Christi, & hoc patet per authoritatem sacræ scripturæ. Scriptum est enim, Esa. 45. Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Litera nostra sic habet. In memetipso iurauī, quia mihi exuabitur omne genu & iurabit omnis lingua. Tria autem in his uerbis ponuntur. Primo quidem iuramentum, quod interdum in uerbis Dei ponitur ad ostendendum id, quod dicitur firmum, esse immutabilitatem diuini consilij, non autem esse mutabile sicut ea, quæ prænunciantur secundum causas inferiores, ut prophetia comminationis. Vnde dicitur in Psal. 109. Iurauit dominus & non pœnitebit eum. Homines autem ut Apostolus dicit Hebr. 6. Per maiorem sui iurant. Quia uero Deus non habet maiorem, in quo maior firmitas consistat ueritatis, per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa uita & fons uitę, secundum illud Deu. 30. Ipsa est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum &c. Psalm. 35. Apud te est fons uitę &c. & ideo forma iuramēti domini est.

Universidad de Deusto Biblioteca

[Viuo ego, quasi dicat. Iuro per vitam, qua ego singulariter viuo. Secundo, prænuntiatur subiectio communis creaturæ ad Christum, cum dicitur; [Quoniam mihi]. s. Christo, [Flectetur omne genu.] In quo designatur perfecta subiectio rationalis creaturæ ad Christum. Solent. n. homines in signum subiectionis, maioribus flectere genua. Vnde Philip. 3. dr. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ. Tertio, prænunciat fidei confessionem, qua omnes gloriam Christi confitebuntur. Vnde sequitur: [Et omnis lingua confitebitur Deo]. i. confitebitur Christum esse dominum, secundum illud Philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Omnis. n. lingua intelligi potest expressio cognitionis siue hominum, siue angelorũ: secundum illud 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. hoc autem impletur nunc in hac vita, non quantum ad singulos hoĩes, sed quantum ad genera singulorum. De quolibet enim genere hominum, nunc aliqui Christo subijciuntur, & ei cõfitentur per fidem, sed in futuro iudicio omnes, & singuli ei subijcientur, boni quidem voluntarie, mali aũt inuiti. Vnde dr Heb. 2. in eo, ꝙ ei oĩa subiecit, nihil dimisit, non subiectum ei: nunc autẽ, nec dum uidemus omnia subiecta ei. Deinde cum dicit; [Itaque vnusquisque &c.] infert conclusionem ex dictis. Et primo cõclusionem intentam ex eo, qđ immediate dixerat, dicens; [Itaque] ex quo Christo; [Flectitur omne genu,] vnusquisq; nostrum per se reddet rationem Deo. s. ante tribunal Christi. Matt. 12. De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddent Deo rationẽ in die iudicij. Et 18. Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Sed uidetur quod non quilibet per se rationẽ reddet, sed vnus pro alio. Heb. vlt. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis. Ipsi. n. peruigilãt, quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Sed dicendum, qđ in hoc ipso, quod prælati pro alijs rationem reddent, reddent rationem pro suis actibus, quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerunt, quod competebat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur autem eis si negligerent facere, quod eorum officium requirebat. Vnde dr Ezech. 2. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animã tuã liberasti. Secundo, infert conclusionem principaliter intentam in tota præcedenti parte, dicens, [Non ergo amplius inuicem iudicemus]. s. temerario iudicio, quod includitur rationib. supradictis. 1. Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare &c.

LECTIO II.

SED hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalũ. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cõe per ipsũ nisi ei, qui existimat, quid cõe esse, illi cõe est. Si. n. propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

LECTIO II.

Postquam Apostolus prohibuit humana iudicia, hic prohibet scandalum proximorum, & circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi; [Si enim propter cibum &c.] Circa primum proponit tria. Primo. n. docet scandala esse uitanda, dicens, Dixi, quòd non iudicetis inuicem, sed unusquisque de suis actibus iudicare debet, ne sint in scãdalum aliorum, & hoc est quod dicit: [Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculum, uel scandalum.] Scandalum autem sicut dicit Hieron. super Matth. notat offendiculum,]uel ruinam, quam impactionem pedis possumus dicere. (Lib. 2. c. 25.) Vnde scandalum est factum, uel dictum minus rectum, præbens alicui occasionem ruinæ, ad similitudinem lapidis, ad quem in uia positum homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid uidetur esse scandalum, quàm offendiculum. Nam offendiculum potest esse quicqđ retinet, seu retardat motum procedentis; scandalum autem idest, impactio uidetur esse, cum aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculum, vt aliquid faciamus, unde impediatur proximus a uia iustitiæ. Esa. 57. Auferte offendiculum de uia populi mei. Neq; ẽt debemus fratri ponere scandalũ aliquid faciendo, unde ipse inclinetur ad peccatum. Matt. 18. Væ hoĩ illi, per quem scandalũ uenit. Secundo docet id, ex quo scandalum putabatur esse, sm suam naturam, siue secundũ se licitũ. Circa qđ sciendum est, ꝙ sicut supra dictum est, apud Romanos erant quidam ex Iudæis ad fidem Christi cõuersi, qui ciboꝝ sm legem discernebant: alij uero habentes fidẽ perfectam, indifferẽter omnib. cibis utebantur, quod quidem sm se licitum erat. Vnde dicit; [Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est cõe per ipsum.] Circa quod notandum est, ꝙ sicut dicit Hieron. super Matth. ꝙ populus Iudæorum partem Dei se esse iactans communes

F cibos vocat quibus omnes vtuntur homines, verbi gratia suillam carnem, lepores & huiusmodi: & cæteræ gentes, quæ talibus vtebantur cibis, non erant de parte Dei, ideo talis cibus immũdus appellatur. Quod ergo dicit; [Nihil commune est,] idem est ac si diceret nihil immundum est. Et hoc quidem Apostolus primum dicit se scire, quia ita est secundum rerum naturam, secũdum illud 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Secundo dicit se confidere in Christo Iesu, quia per seipsum nihil est commune, quia. s. cibi secundum suam naturam numquam fuerunt immundi, vitabantur tamẽ aliquo tempore, vt immundi

G secũdum legis præceptum propter figuram: sed hoc Christus remouit implendo omnes figuras. Et ideo Apostolus per fiduciam, quam habet in domino Iesu, asserit [nihil esse commune] vel immundum [per ipsum] id est, ipso hoc faciẽte. Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Tertio ostendit, quomodo hoc posset esse per accidens illicitum, inquantum scilicet, est contra conscientiam manducantis. Vnde dicit. Dictum est, quod [nihil est commune. Sed hoc intelligendum est, nisi ei qui erronea conscientia æstimat quid idest, aliquid ciborum commune esse. i. immundum; illi commune est. i. ita est illicitum sibi, ac si esset, secundum se immundum. Tit. 1. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelib. nihil mundum est, sed inquinata est eorum mens, & conscientia: & sic apparet, ꝙ aliquid, quod est secundum se licitum, efficitur illicitum ei, qui id contra suam cõscientiam agit, licet conscientia sua sit erronea, quod rationabiliter accidit. Nam actus iudicantur, secundum uoluntatem agentium. uoluntas autem mouetur a re apprehensa. Vnde in id uolun-

H tas tendit, ꝙ ei uis apprehensiua repræsentat, & secũdum hoc qualificatur, uel specificatur actio. Si igitur ratio alicuius iudicet aliquid esse peccatum, & uoluntas feratur, in id faciendum, manifestum est, ꝙ homo habet uoluntatem faciendi peccatum, & ita actio eius exterior, quæ informatur ex uoluntate, est peccatum. Et eadem ratione si aliquis æstimet, id quod est ueniale peccatum, esse mortale peccatum, si hac conscientia durante illud faciat, manifestum est, ꝙ elegit peccare mortaliter, & ita actio eius propter suam electionem est peccatum mortale. Si tamen aliquis post factum habeat conscientiam erroneam per quam credat, id quod est licitum a se factum fuisse peccatum, uel quod est ueniale fuisse mortale, non propter hoc efficitur id quod est prius, uel peccatum, uel mortale, quia uoluntas, & actio non informantur ex apprehensione sequenti, sed ex præcedenti. Hæc autem, quæ dicta sunt, dubitationem non habent: sed dubium potest esse, utrum si aliquis habeat erroneam conscientiam ut credat esse necessariũ

I ad salutem, ꝙ est peccatum mortale, puta si aliquis æstimet se peccare mortaliter nisi furetur uel fornicetur, utrum talis conscientia eum liget, ita scilicet ꝙ si contra conscientiam agat, mortaliter peccet. Et uidetur ꝙ nõ. Primo quidem quia lex Dei, quæ prohibet fornicationem & furtum fortius ligat, q̃ conscientia. Secundo quia hoc posito esset perplexus: peccaret. n. & fornicando, & non fornicando. Sed dicendum est, ꝙ etiam in per se malis conscientia erronea ligat. In tantum. n. conscientia ligat, ut dictũ est, inquantum ex hoc ꝙ aliquis contra conscientiã agit, sequitur ꝙ habeat uoluntatem peccandi: & ita si aliquis credat non fornicari esse peccatum mortale, dum eligit non fornicari, eligit peccare mortaliter, & ita mortaliter peccat. Et ad hoc etiam facit, qđ hic dicit Apostolus. Manifestum est enim ꝙ discernere cibos, quasi necessarium ad salutem erat illicitum, quia nec Iudæis conuersis etiam ante diuulgationem euangelij licebat seruare legalia spem

K ponendo in eis, quasi essent necessaria ad salutem, ut August. dicit. Et tamen Apostolus hic dicit, ꝙ si quis habens conscientiam cogentem discernere cibos, quod est æstimaret, aliquid esse commune, & [Non discernit eos,] scilicet abstinendo ab eis, peccat ac si manducaret immundum. Et ita etiam in per se illicitis, conscientia erronea ligat. Nec obstat, quod primo obijcitur de lege Dei, quia idem est ligamen conscientiæ etiã erroneæ, & legi Dei. Nõ enim conscientia dictat, aliquid esse faciendum uel uitandum, nisi quia credit, hoc esse contra uel secundum legem Dei. Non. n. lex nostris actibus applicatur, nisi mediante conscientia nostra. Similiter etiam nec obstat, quod secundo obijcitur. Nihil. n. prohibet aliquem esse perplexum, aliquo supposito, licet nullus sit perplexus simpliciter: sicut sacerdos fornicarius, siue celebret missam, siue non celebret, quãdo debet ex officio, peccat mortaliter, nõ tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatum dimit-

tere & celebrare. Et similiter potest aliquis conscientiam erroneam dimittere, & a peccato abstinere. Est autem adhuc alia dubitatio. Non enim dicitur scandalizare, qui facit opus rectum, licet etiam ex eo aliquis sumat materiam scandali. Legitur enim Matt. 15. quod Pharisęi audito uerbo Christi, scandalizati sunt, sed non discernere cibos est opus rectum: ergo non est dimittendum propter scandalũ eius qui peruersam cõscientiam habet errãs in fide. Nam secundũ hoc, catholici deberẽt abstinere a carnibus & matrimonio, ne inde hæretici scandalizarentur secundum erroneam conscientiam. Sed dicendum est, ꝙ aliquis scandalizare alium potest, non solũ faciendo aliquod malum, sed ẽt aliquid faciendo quod habet speciem mali, secundum illud 1. Thess. ult. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autem aliquid habere speciem mali dupliciter. Primo videlicet sm opinionem eorum, qui sunt ab ecclesia præcisi. Secundo sm opinionem eorum, qui adhuc ab ecclesia tolerantur. Infirmi aũt in fide existimantes legalia esse obseruãda, adhuc tolerabantur ab ecclesia ante euangelij diuulgationem. Et ideo non erat comedendum cum eorum scandalo, de cibis in lege prohibitis. Hæretici autem non tolerantur ab ecclesia: & ideo de eis non est similis ratio. Deinde cum dicit. [Si. n. propter cibũ &c.] manifestat quod dixerat. Et primo primum,. s. quod non sit ponendum scandalum fratribus. Secundo sm & tertium, quomodo. s. sit aliquid commune, ibi. [Omnia quidem mũda sunt &c.] Circa primum ponit quatuor rationes, quarum prima sumitur ex parte charitatis, dicens. [Si. n. frater tuus contristatur] de hoc quod reputat te peccare pp cibum quem tu comedis, quem ipse putat immundum, [iam non secundum charitatem ambulas,] secundum quam aliquis proximum suum diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius contristationem, & non præfert cibum quieti fratris, quia vt dr 1. Cor. 13. Charitas nõ quærit quæ sua sunt. Secundam rõnem ponit, ibi. [Noli cibo tuo &c.] Quę sumitur ex parte mortis Christi. videtur. n. parum appreciare mortem Christi qui pro cibo fructũ eius euacuare non recusat. Vnde dicit. [Noli cibo tuo,] quem tu. s. indifferenter comedis non discernẽdo cibos. [Illum perdere,]. i. scandalizare [pro quo,]. i. pro cuius salute [Christus mortuus est 1. Pet, 3. Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, iustus pro iniustis. Dicit autem illũ perdi, qui scandalizatur, quia scandalum passiuum sine peccato scandalizati esse non potest. Ille. n. scandalizatur, qui occasionẽ sumit ruinæ 1. Cor. 8. Peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiam rationem ponit, ibi. [Nõ ergo blasphemetur &c.] quæ sumitur ex donis spiritualis gratię. Et primo ostendit inconueniens quod sequitur contra huiusmodi dona ex eo, quod alios scandalizamus. Secundo manifestat qđ dixerat, ibi. [Non. n. &c.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi, [Itaque quæ pacis sunt sectemur &c.] Circa primum considerandum est, quod ex hoc quod aliqui indifferenter cibis utebãtur in primitiua ecclesia cum scandalo infirmorum, hoc inconueniens sequebatur, ꝙ infirmi fidẽ Christi blasphemabant, dicentes eam uoracitatem ciborum inducere contra legis mandatum. Et ideo Apostolus dicit. Ex quo per dñm Iesum factum est, quod nihil est cõe, [non ergo bonum nostrum,]. i. fides uel gratia Christi, per quam libertatem a cæremonijs consecuti estis, [blasphemetur] ab infirmis dicentib. eam gulæ hominum indulgere. Iac. 2. Ipsi blasphemant nomen bonum, quod inuocatum est super uos. De hoc bono dicitur in psal. 72. Mihi adhærere Deo, bonum est. Deinde cum dicit. [Non. n. &c.] Manifestat quod dixerat,. s. in quo bonum nostrum consistat. Et primo ostendit in quo non consistat, dicens. [Non. n. est regnum Dei esca & potus.] Regnũ aũt Dei dr hic id, per quod Deus regnat in nobis, & per quod ad regnum ipsius peruenimus: de quo dr Matth. 6. Adueniat regnũ tuum. & Mich. 4. Regnabit dñs super oẽs in monte Sion. Deo aũt coniungimur, & subdimur per interiorem intellectum, & affectum, vt dr Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Et inde est quod regnũ Dei principaliter consideratur sm interiora hominis, non sm exteriora. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra uos est. Ea uero quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia, in tantum ad regnum Dei pertinent, inquantum per ea ordinatur, uel deordinatur interior affectus, sm ea in quibus principaliter consistit regnũ Dei. Et ideo cum esca, & potus ad corpus pertineant, ipsa secundum se non pertinent ad regnum Dei, nisi secũdum quod eis utimur, vel ab eis abstinemus. Vnde dicitur 1. Corin. 8. Esca autem nos non commendat Deo. Neque. n. si non manducauerimus, deficiemus; neque si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen vsus, vel abstinentia escæ, & potus ad regnum Dei, inquantum affectus hominis circa hoc ordinatur, uel deordinatur. Vnde August. dicit in lib. de quæstionibus euangelij, & habetur hic in Gl. Iustificatur sapientia a filijs suis, qui intelligũt non in abstinẽdo, nec in mãducando esse iustitiã, sed in ęquanimitate tolerãdi inopiam, & in temperantia non se corrumpendi per abundantiam, atque importunitatẽ sumendi. Non. n. interest quõ (vt in Glo. dr) quid alimentorum,

B vel quantum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate, sed quanta facilitate, & seueritate animi careat his vel cum oportet, vel cum necesse est his carere. Secundo, ostẽdit in quo consistat bonum nostrum quod regnum Dei uocat, dicens; [Sed regnum Dei est iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.] Vt iustitia referatur ad exteriora opera, quib. homo vnicuique reddit quod suum est ad voluntatem huiusmodi opera faciendi, ut dr Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Pax aũt referatur ad effectũ iustitię. Per hoc. n. pax maxime perturbatur, quod vnus homo nõ exhibet alteri, qđ ei debet. Vnde dr Esa. 32. Opus iustitiæ pax. Gaudium aũt referendum est ad modum, quo sunt iustitiæ opera perficienda, ut. n. dicit Philosophus in 1. Eth. Non est iustus, qui non gaudet iusta operatione. Vnde & in psal. 99. dr, Seruite dño in lætitia. Causam autẽ huius gaudij exprimit dicens, In spiritu sancto. Est. n. spiritus sanctus, quo charitas Dei diffunditur in nobis, ut dr supra 5. Illud. n. est;

C [Gaudium in spiritu sancto,] quod charitas parit, puta cum aliquis gaudet de bonis Dei, & proximorum. Vnde 1. Corin. 13. dr, quod charitas non gaudet super iniquitate, congaudet aũt ueritati. Et Gal. 5. dr, Fructus aũt spiritus est charitas, gaudium, pax. Hæc autem tria, quæ hic tanguntur, imperfecte quidem in hac uita habentur: perfecte aũt qñ sancti possidebunt regnum Dei, sibi paratum, vt dr Matth. 2. ibi erit perfecta iustitia absque omni peccato. Esa. 6. Populus tuus oẽs iusti. Ibi erit pax absque omni perturbatione timoris Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię. Ibi erit gaudiũ. Esa. 35. Gaudium & lætitiam obtinebũt, & fugiet dolor & gemitus. Tertio probat quod dixerat, s. quod in his regnum Dei consistit. Ille enim homo vr ad regnum Dei pertinere, qui placet Deo, & a sanctis hominib. approbatur; sed hoc illi contingit, in quo inuenitur iustitia, pax & gaudium, ergo in his est regnum Dei. Dicit ergo, dictum est; quod; [Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. Qui ergo in hoc seruit Christo, qui est rex hu-

D ius regni, sm illud Col. 1. transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ, ut. s. viuat in iustitia, pace, & spirituali gaudio, [placet Deo,] qui est huius regni auctor Sap. 4. Placens Deo factus dilectus. [Et probatus est hominibus,]. i. ab eis approbatur, qui sunt huius regni participes. Eccles. 31. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Deinde cum dicit; [Itaque &c.] infert admonitionem intentam, dicens, Ex quo regnum Dei consistit in iustitia, pace, & spirituali gaudio, itaq; ut ad regnum Dei peruenire possimus, [sectemur ea quæ pacis sunt,]. i. ea studeamus adimplere per quæ Christianorum pacem conseruemus. Heb. 12. Pacem sequimini & sanctimoniam &c. [Custodiamus inuicem ea, quæ sunt ædificationis,]. i. ea, per quæ inuicem nos ædificemus,. i. bonum conseruemus, & in melius prouocemur 1. Cor. 4 Ad ædificationem ecclesiæ quærite, vt abundetis. Quod quidem fiet, si in iustitia, & spirituali gaudio vixerimus. Quartam rationem ponit ibi; [Noli propter escam &c.] Quæ sumitur ex reuerentia diuinorum operum, quibus hoc reuerentiæ debemus, ut ea quæ

E Deus operatur, non debeamus destruere propter aliquod commodum corporale.

Et hoc est quod dicit; [Noli propter escam, quæ ad corporis utilitatem pertinet [destruere opus Dei.] Quod quidem non intelligitur de quocumque Dei opere.

Nam omnia, quæ in cibum hominis ueniunt, Dei opera sunt sicut terræ nascentia, & animalium carnes, quæ sunt hominib. in cibum a Deo concessa, ut patet Gene. 1. & 9. Sed intelligitur de opere gratię, quod in nobisipsis specialiter operat̃. Phil. 2. Deus enim est, qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona uoluntate. Hoc igitur opus Dei, non debemus in proximo destruere propter escam nostram, sicut facere uidebantur illi, qui turbatione & scandalo proximorum, indifferentibus utebantur.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO III.

Omnia quidem munda sunt sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offen-
G ditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe corā Deo. Beatus qui nō iudicat semetipsū in eo, quod probat: qui autem discernit, si māducauerit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

LECTIO III.

Postquam Apostolus posuit rōnem ad ostendendum, ꝙ non debemus cum scandalo proximorum indifferenter sumere omnia, hic ostendit qualiter aliqui sibi possunt esse mundi, & immundi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quæ sunt munda ex sua natura dicens; [Omnia quidē,] quæ .s. ad escam hominis pertinere possunt, [Munda sunt,] scilicet ex sui natura, quia ex sui natura nō habēt, quod animam hominis inquinent, secundum illud Matt. 15. Non enim omne quod intrat in os, inquinat hominem 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona. Dicebantur autem in lege quædam immunda non natura, sed significatione, vt patet Leu. 11. Sed & hanc immunditiam Christus remouit implendo veteris legis figuras.

Vnde dictum est Petro Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris, idest, immundum. Secundo ibi; [Sed malum est homini &c.] ostendit qualiter aliquis cibus homini possit fieri immundus. vt .s. ex eius esu, secundum animam inquinetur, quod quidem ostendit fieri dupliciter. Primo ex eo, quod aliquis cibum quemcunque cum scandalo proximorum manducat. Secundo ex eo, quod contra conscientiam manducat, ibi; [Beatus qui non iudicat &c.] Circa primū tria facit. Primo, ostēdit quid circa esum ciborum sit malum, dicens, Licet omnia ex sui natura sint munda, sed tamen [Malum est homini, qui] māducat quēcumque cibum; [Per offendiculum,] i. cū confusione, & scandalo proximorū Matt. 19. Væ homini illi, per quē scandalum venit.

Secundo ostendit quid circa huiusmodi vsum ciborum sit bonum, dicens; [Bonum est non manducare carnē, & non bibere vinum:] quorum primum præcipuum esse videtur inter cibos, secūdum inter potus. Et ab his quidem abstinere ponit bonū esse, vel propter carnis concupiscentiam edomandā, secundū illud Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vel etiā vt homo reddatur habilior ad spiritualia contemplanda, secundū illud Eccle. 2. Cogitaui a vino abstrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. Sed hoc non intendit hic Apostolus dicere, sed quod bonum est his non vti cum scandalo proximorum, quod quidem apparet ex hoc, qđ subditur; [Neque in quo frater tuus offenditur &c.] q.d. Non solum dico de vino, & carnibus, quod bonum est eis non vti, sed quocumque alio cibo; [Frater tuus offenditur,] id est, turbatur contra te, quasi illicite agentē, per quod pax eius perturbatur; [Aut scandalizatur,] idest, ad casum peccati prouocatur, propter qđ læditur eius iustitia; [Aut infirmatur,] idest, saltē in dubitationē venit: vtrum hoc quod agitur sit licitum per quod eius spirituale gaudium diminuitur. Vnde & ipse Apostolus dicit 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meū scādalizem. Sed cum licitum sit his cibis vti, si est ab his abstinendū propter hoc, quod vitetur scandalum proximorum, videtur pari ratione, quod ab omnibus licitis, quæ non sunt necessaria ad salutem, sicut sunt necessaria iustitia, pax, & spirituale gaudium, sit propter proximorum scandalum abstinendum. Et ita videtur, qđ homini non liceat sua repetere cum scandalo proximi.

Sed dicendū est, quod si scandalum ex infirmitate vel ex ignorantia proueniat eorum, qui propter hoc scandalizantur, ad vitādum hoc scandalū, debet homo a licitis abstinere, si non sunt necessaria ad salutem. Hoc enim est scandalum pusillorū, quod dominus vitari iubet. Matt. decimooctauo. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Si vero huiusmodi scandalū ex malitia proueniat eorū, q scandalizantur, tale scandalum est quasi pharisæorum, quod dominus Mat. decimoquinto docuit esse cōtemnēdū. Vñ ad vitādū huiusmodi scādalū, non oportet a licitis abstinere.

Sed tamen circa scandalum pusillorum attendendum est, ꝙ propter illud vitandum tenetur homo vsum licitorum differre quousque reddita ratione, hoc scandalum amoueri possit. Si vero ratione reddita adhuc scandalum maneat, iam non videtur ex ignorantia vel ex infirmitate procedere, sed ex malitia, & sic iam pertinebit ad scandalum pharisæorum, Tertio, excludit quandam excusationem. Posset enim aliquis dicere, Licet proximus scandalizetur de hoc, ꝙ indifferenter ego cibis vtor, tamen ad ostensionem meæ fidei, per quam certum est hoc mihi licere volo indifferenter cibis vti. Sed hanc rationem excludens Apo-
F stolus dicit; Tu,] qui .s. indifferenter cibis vteris, [Fidem habes,] rectam apud temetipsum, per quam constat licitum esse his cibis vti. Bona quidem & laudabilis est fides ista, sed habe eam in occulto; [Coram Deo,] cui talis fides placet. Eccles. 1. Beneplacitum est Deo, fides & mansuetudo, q.d. Nō oportet, quod fidem istam manifestes per operis executionem, vbi hoc fit cum scandalo proximorum.

Sed contra videtur esse, quod dicitur supra 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Non ergo videtur, quod sufficiat corde solum coram Deo fidem habere, sed oportet huiusmodi fidem proximo manifestare, confitendo. Dicēdū est autem, quod eorum quæ sunt fidei, quædam sunt, quæ non sunt perfecte per Ecclesiam manifestata, sicut in primitiua Ecclesia, nondum erat perfecte declaratum apud homines, quod illi qui erant ex Iudæis conuersi, non tenerentur legalia obseruare, & sicut tēpore Augustini nondum erat per Ecclesiam declaratum, quod anima nō esset ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini, quod fidem habeat coram Deo: nec oportet, quod fidem suam propalet cum scandalo proximorum, nisi forte apud eos, qui habent de fide determinare. Quædam vero sunt ad fidem pertinentia iam per Ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram Deo, sed oportet, quod coram proximo fidem quis confiteatur, quantumcumque ex hoc aliquis scandalizetur, quia veritas doctrinæ non est dimittenda propter scandalum, sicut nec Christus veritatem suæ doctrinæ propter scandalum pharisæorū dimisit, vt ha-
H betur Mat. 15. Sciēdum etiam ꝙ licet circa talia oporteat, quod homo fidem suam manifestet confessione verborum, non tamē oportet, ꝙ eam manifestet executione operis, sicut si aliquis tenet fide uti matrimonio esse licitum, non requiritur ab eo, quod matrimonio vtatur, ad fidei suæ manifestationem.

Et sic etiam non requirebatur ab eis, qui rectam fidem habebant, quod fidem suam vsu ciborum manifestarēt. Poterāt enim manifestare verbotenus confitendo. Deinde cum dicit; [Beatus qui non iudicat &c.] ostendit qūo ciborū vsus efficitur aliquibus immundus, ex eo ꝙ est contra conscientiā. Et circa hoc tria facit.

Primo ostendit, quid circa hoc sit bonum ut .s. de eo quod homo facit, non habeat conscientiam remordentem. Vnde dicit [Beatus qui non iudicat semetipsum,] id est, cuius conscientia eum non reprehendit vel cōdemnat. [In eo quod probat,] idest, approbat esse faciendum. Sed hoc est intelligendum, si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, puta si arbitratur obsequium se præ-
I stare Deo, de eo quod discipulos Christi interficit, vt dicitur Io. 16. non excusatur ex eo, quod circa hoc nō iudicat semetipsum, imo beatior esset, si circa hoc cum conscientia reprehenderet, inquantum per hoc a peccato magis prohiberetur. Sed in his quæ sunt licita, est intelligendum, quod hic Apostolus dicit. Hoc .n. ad gloriam hominis pertinet, quod cum sua conscientia non reprehendat 2. Corint. 1. Gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. Iob. 27. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Secundo ostendit quid circa hoc sit malum, vt scilicet contra conscientiam agat. Vnde dicit; [Qui autem discernit,] idest, qui habet opinionem falsam, quod oportuit cibos discernere. [Si manducauerit,] scilicet, cibos quos reputat esse illicitos] Damnatus est,] ex hoc, quod quantum in ipso est, habet voluntatem faciendi, quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio condemnatus, ut dicitur Tit. 3. Tertio assignat causam eius, quod dixerat, dicens [Quia non ex fide.] Ideo
K scilicet condemnatus est. Potest autem hic fides dupliciter accipi. Vno modo de fide, quæ est virtus. Alio modo, secundum quod fides dicitur conscientia. Et hæ duæ acceptiones non differunt, nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis. Id enim quod vniuersaliter fide tenemus, puta vsum ciborum esse licitum vel illicitum, conscientia applicat ad opus quod est factum vel faciendum. Dicitur ergo, ideo eum qui manducat & discernit esse condemnatum, quia hoc non est ex fide, imo est contra fidem, idest contra veritatem fidei, & contra conscientiam facientis. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et quod hæc sit sufficiens causa condemnationis; ostendit subdens; [Omne aūt quod nō est ex fide, peccatum est.] Ex quo videtur, ꝙ sicut dicitur in Gloss. omnis vita infidelium

peccatum

peccatum sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, inquantum ad Dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriā Dei facite. Sed dicendum est, quod aliter se habet fidelis ad bonum, & infidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatam nihil est damnationis, vt supra 8. dictum est. Sed in homine infideli, cum infidelitate est bonum naturæ. Et ideo cum aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, nō referendo ad malum finem, non peccat. Non tamen opus eius est meritorium, quia non est gratia informatum. Et hoc est quod in glo. dicitur, Nihil bonum est sine summo bono, idest, nullum bonum meritorium est, sine gratia Dei, & ubi deest agnitio uitæ æternæ, & incommutabilis veritatis, quæ scilicet est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantum, scilicet non refertur ad finem beatitudinis æternæ. Cum vero homo infidelis aliquid agit ex eo, quod infidelis est, manifestum est, quod peccat. Vnde in gloss. cum dicitur, Opus omne, quod non est ex fide, peccatum est; sic est intelligendum, Omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est, & si ex genere suo bonum esse videatur, puta, si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, uel eleemosynam det, hoc ipso peccat. Tit. 1. Coinquinatis & infidelibus nihil mundum est, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

CAPVT XV.

LECTIO I.

Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationē. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me: Quæcūque .n. scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt per patientiā & consolationē scripturarū spē habeamus. Deus aūt patientiæ, & solatij, det uobis idipsum sapere in alterutrū secundum Iesum Christum, ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem domini
B nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem; sicut & Christus suscepit uos in honorē Dei. Dico .n. Christum Iesum

LECTIO I.

Supra Apostolus docuit, ꝙ maiores debent scandala infirmorum uitare: hic docet quod maiores debent etiam infirmitates minorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit admonitionem. Secundo, manifestat eam, ibi; [Vnusquisq; vestrum &c.] Ista admonitio duo continet, quorum primum pertinet ad exteriorem exhibitionem. Vnde dicit, Non solum debemus scandala infirmorum vitare, sed etiam nos, qui sumus; [Firmiores,] in fide, debemus sustinere Imbecillitates infirmorum. Sicut enim in materiali ædificio eliguntur aliqua firmiora ad sustinendum totum ædificij pondus, quod ex fragiliori materia super ponitur, sicut sunt fundamenta, & columnæ: ita etiam in spirituali ecclesiæ ædificio non solum eliguntur, sed efficiuntur aliqui firmiores, ut sustineant pondus aliorum. Vnde in psal. 74. dicitur: Ego confirmaui columnas eius. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate. Sustinent autem firmiores imbecillitates infirmorum, dum eorum defectus patienter ferunt, & pro posse subleuare nituntur.

Secundum autem pertinet ad interiorem intentionem. Vnde dicitur [Et non] debemus;] Nobis placere,] ita .s. ut semper illud velimus impleri, quod nobis placet; sed debemus condescendere voluntatibus aliorum; vt faciamus ea, quæ alijs placent, & quæ eis sunt utilia. 1. Cor. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Deinde cum dicit; Vnusquisque uestrum &c. [manifestat propositam admonitionem, & primo quantum ad secundam partem. Secundo, quantum ad primam, ibi; [Propter ꝙ suscipite inuicem &c.] Circa primum duo facit. Primo, exponit, ꝙ dixerat. Secundo rationē inducit, ibi; [Et .n. Christus non sibi &c.] Dicit ergo primo, Ita dictum est, ꝙ nos non debemus nobis placere: & hoc quidem est, quia unusquisq; nostrum, qui sumus firmiores, debet placere proximo suo infirmo, i. cōdescendere ei in his quæ ei placent, non tamen in his quæ mala sunt, sicut Esa. 2. quidā requirunt, Loquimini nobis placentia &c. Et ideo subdit: [In bonum.] Similiter ēt non debemus intendere ut hominibus placeamus propter humanum fauorem, uel gloriam, cum in ps. 52. dicatur. Deus dissipauit ossa eorum, qui hominib. placent, sed ad honorem Dei, & utilitatem proximorū. Vnde subdit, [Ad ædificationē] .i. propter hoc, ꝙ aliorum uolūtati condescendētes, ipsi ædificentur in fide, & dilectione Christi. Supra 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.

Deinde cum dicit. [Etenim Christus &c.] assignat rationem eius, quod dixerat exemplo Christi. Et primo proponit exemplum Christi. Secundo, ostendit eius exemplum esse a
A nobis imitandum, ibi; [Quæcumque scripta sunt &c.] Tertio subiungit rationem, vt id implere possimus, ibi; [Deus autem pacis &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit exemplum dicens; Dictum est, quod non debemus nobis placere, .s. secundum nostram priuatam voluntatem; [Etenim Christus,] qui est caput nostrum; [Non sibi placuit,] dum elegit pati pro nostra salute, & ea quæ suæ propriē voluntati erant contraria, .s. naturali uoluntati humanę, ut impleret diuinam, quæ sibi, & patri erat communis, secundum illud Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat. Secundo, ad hoc authoritatem inducit, dicens: [Sed sicut scriptum est] in psal. ex psona Christi, dicentis ad patrē. O pater; [Improperia] Iudæorum; [Improperantium tibi, idest, te blasphemātium per sua mala opera, & per hoc quod veritati tuę doctrinæ contradicunt; [Ceciderunt super me,] quia videlicet opprimere me uoluerunt, quia voluntatem tuam eis proponebam, & eorum mala opera redarguebam. Io. 15. Sed oderunt me & patrem meū. Potest & hoc referri ad peccata totius humani generis, quia omnia peccata quodammodo sunt improperia Dei, inquantum per ea lex Dei contemnitur. Esa. 1. Deliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel. Sic ergo improperia improperantium Deo, ceciderunt super Christum, inquantum ipse pro peccatis omnium mortuus est. Esa. 53. Deus posuit in eo iniquitates om-
C nium nostrum. 1. Petr. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.

Deinde cum dicit; [Quæcumque .n. scripta sunt &c.] ostēdit, ꝙ hoc exemplum Christi sit nobis imitandum, dicens: [Quæcūque .n. scripta sunt,] in sacra Scriptura, vel de Christo, vel de mēbris eius, [Scripta sunt ad nostram doctrinam. Nulla .n. necessitas fuit hæc scribere, nisi pp nos, ut ex his instruamur. 2. Tim. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, & erudiendum &c. Quid autem in scripturis ad nostram doctrinā contineatur, ostendit subdens, [Vt per patientiam, & consolationem scripturarum,] .i. quas scripturæ continent. Continetur .n. in sacra Scriptura patientia sanctorum in malis sustinendis. Iac. vlt. Patientiam Iob audistis. Continetur etiam in eis consolatio, quam Deus ei exhibuit, secundum illud psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lętificauerunt animam meam. Vnde & 1. Pet. 1. dicitur, Prænuntians eas, quę in Christo sunt, passiones, quod pertinet ad patientiam: & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationē. Quē autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostendit subdens, [Spē habeamus.] Per hoc .n. quod ex sacra scriptura instruimur eos qui patienter propter Deum tribulationes sustinuerunt diuinitus consolatos fuisse, spem accipimus, ut & ipsi consolemur, si in ipsis fuerimus patientes. Iob 13. Et si occiderit me, in ipso sperabo.

Deinde cum dicit: [Deus autem patientiæ &c.] Quia videbatur nimis arduum, ut purus homo possit exemplum Christi imitari, secundum illud Eccl. 2. Quid est homo, ut sequi possit regē factorem suum? ideo adhibet orationis suffragium, dicēs; [Deus aūt patientiæ &c.] .s. dator. Psal. 70. Tu es patientia mea: [Et solatij,] .i. qui spiritualem consolationem largitur. 2. Corint. 1. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; [Det nobis,] a quo est omne datum optimum, ut dr Iac. 1. [Idipsum sapere in
E alterutrum,] .i. ut inuicem idem sapiatis &c. 2. Cor. ult. Idem sapite, pacem habere. Non quidem secundum consensum in peccatum, sed [Secundum Iesum Christum,] de quo dicitur Eph. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Vt per hoc, ꝙ idem sapitis unanimes existentes per fidei, & charitatis consensum, s̄m illud psal. secundum aliam literam, Qui habitare facit vnanimes in domo. [Vno ore] .i. una oris confessione, quæ ex unitate fidei procedit. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis oēs, ut pro conformitate cordis & oris honorificetis Deum omniū creatorem, idipsum ēt existentem patrem domini nostri Iesu Christi, per quem nos sibi in filios adoptauit, 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, honorificabo eū. Malach. 1. Si ego pater, ubi est honor meus? Deinde cū dicit? [Propter quod suscipite inuicem,] manifestat primā partē admonitionis, in qua dixerat, quod firmiores debent imbecillitatem in

firmorum

firmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, resumit admonitionem. Secundo, inducit rationem exemplo Christi, ibi; [Sicut & Christus &c.] Tertio subiungit orationem ibi; [Deus aūt spei &c.] Dicit ergo primo: [Propter quod,] i. quia ea quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam ordinātur, s. exempla Christi, & aliorum sanctorum. Consequenter; [Suscipite inuicem,] secundum charitatis affectum, vt scilicet unus sustineat ea, quæ sunt alterius, sicut, & vult se sustineri quantum charitas permittit, & vnus aliū ēt suscipiat ad adiuuādum & promouendū. Supra 14. Infirmum in fide suscipite.

Deinde cum dicit; [Sicut & Christus suscepit vos & cæt.] assignat rationem exemplo Christi. Et primo ponit eius exemplum, dicens; [Sicut & Christus suscepit vos,] s. in sua protectione, & cura. Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. Luc. 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et hoc; [In honorem Dei, in quem omnia referebat. Ioan. 8. Honorifico patrē meum, & vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi quod nos inuicem debemus suscipere in his, quæ pertinent ad honorē Dei. Secundo, ibi. [Dico.n. Christum &c.] manifestat quod dixerat.

Et primo, quidem quantum ad Iudæos. Secundo, quantum ad Gentiles, ibi; [Gentes autem &c.] Dicit ergo primo, Dictum est, quod Christus uos suscepit, qui estis congregati in unitate fidei ex Iudæis, & Gentibus. Et hoc patet, quantum ad vtrosque. Dico ergo; [Christum ministrum fuisse circuncisionis.] Est.n. ipse author fidei, quantum ad oēs, ſm illud Heb. 12. Aspicientes in authorem fidei &c. Sed in propria persona non exhibuit seipsum, nisi Iudęis, ſm illud Matt. 15. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Esa. 65. Non audietur uox eius foris. Et hoc quidem [pp veritatem Dei,] vt. s. veritas Dei promittentis cōprobaretur. Supra 3. Est autem Deus verax. Vnde subdit: [Ad confirmandas promissiones patrum,] i. vt per hoc implerentur promissiones patribus factę. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sāctorum. 2. Cor. 1. Quotquot sunt promissiones Dei in illo est. Deinde cum dicit; [Gentes aūt &c.] ostendit ēt Gentes susceptas a Christo, Et primo proponit quod intendit. Secundo confirmat per authoritatem, ibi; [Sicut scriptum est &cæt.] Dicit ergo, ita dictum est, ꝙ Christus suscepit Iudæos propter ueritatem Dei, vt promissiones patrum implerētur, Gentibus autem non erant promissiones factæ. Vnde hoc non habet locum quātum ad Gentiles, sed sunt propter misericordiam suscepti.

Et hoc est qđ dicit; [Gentes aūt] debent; [Honorare Deum,] super misericordia eis exhibita per Christum, quia licet eis personaliter non prædicauerit, ad eos tñ discipulos suos misit, qui in Gentibus ministerium exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudęis, ſm illud Mat. vlt. Euntes docete oēs Gentes. Et de hac misericordia dr̄ in psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1. Misericordia eius a progenie in progenies timētibus eum &c. Sic ergo Apostolus conuersionem Iudæorum attribuit ueritati diuinæ, conuersionem Gentilium diuinæ misericordiæ. Contra quod videtur esse quod dr̄ in psa. 24. Vniuersę uię dñi misericordia & ueritas. Sed dicendum est, ꝙ per hoc ꝙ ascribit uocationem Iudæorum diuinæ ueritati, non excludit misericordiā, quia & Apostolus ex Iudæis natus, dicit 1. Tim. 1. Misericordiā consecutus sum. Et hoc ipsum misericordiæ fuit, ꝙ Deus patrib. promissiones facit de posterorum salute. Similiter ēt per hoc ꝙ uocationem Gentium ascribit diuinæ misericordiæ, non excludit totaliter diuinā ueritatē, quia hoc ipsum ad diuinam ueritatē pertinebat, ꝙ propositum suum de saluatione Gētium impleuit, quod ad Eph. 3. dicit Apostolus, esse sacramentum absconditum a seculis in Deo. Sed aliquis modus ueritatis. s. pro impletione ꝓmissorū consideratur in uocatione Iudæorum, qui non consideratur in uocatione Gentiū, quib. promissiones non sunt factæ. Deinde cum dicit: [Sicut scriptū est &c.] confirmat qđ dixerat de cōuersione Gentium, per authoritatem. Licet.n. Gentibus non fuerit repromissa uocatio ad fidem Christi, non tñ ex improuiso accidit, sed fuit prænuntiata vaticinijs prophetarū. Inducit autē quatuor authoritates, quarum prima continet gratiarum actionem Christi ad patrem, pro conuersione Gētium per ipsum facta. Vnde dicit; [Sicut scriptum est:] in Psal. 17. ex persona Christi. Cōstitues me in caput Gentiū, & ab insurgentib. in me, Iudæis, exaltabis me. O Deus pater, ego Christus: [Confitebor tibi,] confessione gratiarū actionis; [In Gentibus] i. pro Gentium conuersione per me facta, & [Cātabo] noua quadam mētis exultatione: [Nomini tuo,] qđ eis manifestū est, ſm illud Io. 17. Manifestaui nomen tuum hominib. quos dedisti mihi. Vel aliter, [Confitebor tibi in Gentib.] i. faciā ꝙ tibi Gentes confiteātur confessione fidei. Psal. 66. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: [Et nomini tuo cātabo] i. faciam ꝙ Gentes cantent tibi canticum, quod consistit in exultatione spiritus renouati. Psal. 95. Cantate dño canticum nouū, cantate dño oīs terra. Secunda authoritas continet adunationem Gentium, & Iudæorum. Vnde subdit. [Et iterum dicit,] Scriptura. Ita. ult. O Gentes, quæ eratis alienæ, a conuersatione Israel, ut dr̄ Eph. 2. [Lętamini Gentes cum plebe eius] i. simul cōmunem exultationem assumatis cū Iudæis, qui olim erāt plebs eius Esa. 9. Lętabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. Io. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Nostra autē litera habet. Lætamini cū Ierusalem, & exultate in ea oēs qui diligitis eā. Tertia aūt authoritas continet deuotionē Gentium ad Deum. Vnde subdit. [Et iterum scripsi est in Psal. [Laudate oēs Gentes dñm] i. eius bonitatem confitentes. Psal. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen dñi: [Et oēs populi,] non solum populus Iudæorum [magnificate eum] i. credite esse magnum. i. ꝙ sua magnitudine oēm laudem excedat. Eccl. 43. Benedicentes dñm, exaltate illum quantū potestis: maior.n. est omni laude. Mala. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnū est nomen meū in Gentib. Quarta authoritas continet reuerentiā Gentiū ad Christū. Vnde subdit. [Et rursus] Esaias ait 11. [Erit radix Iesse.] In quo ꝓnuntiat Christi originē ex Dauid semine nasciturū. Iesse namq; fuit pr̄ Dauid. Dicit ergo. [Erit radix Iesse,] ex cuius semine Christus nascetur. Esa. 11. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos &c. Vel Xp̄s est radix Iesse, qa licet ex Iesse processerit ſm carnis originē, tñ sua uirtute Iesse sustentauit, & gratiā ei influxit. Supra 11. Nō tu radicē portas, sed radix te. Deinde tāgit Christi officiū, subdēs: [Et q exurget,] in tantā grā excellentiā, ut possit: [Regere Gentes,] eos diuino cultui subiugādo, qđ nullus ante eū facere potuit. Ps. 2. Dabo tibi Gētes hr̄ditatem tuā. Reges eos in uirga ferrea. Vltimo ponit deuotionē Gentiū ad Christū, dicens: [In eū Gentes sperabunt,] ut. s. per eum hæreditatem cœlestis gloriæ consequantur. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuus. Deinde cum dicit; [Deus aūt spei &c. subiungit orationē, dicēs, Dictū est ꝙ in Christum Gentes sperabūt. [Deus aūt spei] i. qui nobis hāc spē infundit ſm illud Psal. 70. Spes mea dñe. Vel Deus spei. i. in quo sperandum est: [Repleat uos omni gaudio] s. spūali, qđ est de Deo. Nehe. 8. Gaudium dñi est fortitudo uestra, per quā hō in seipso, & ad Deū, & proximū est pacatus. Ps. 118. Pax multa diligentibus legem tuā dñe. [In credendo] q.d. Vt cū hoc ꝙ credetis, ēt pacē & gaudium habeatis, quæ quidem sunt charitatis effectus, ſm illud Gal. 5. Fructus autem spiritus sunt, charitas, gaudium, pax. Vnde patet, ꝙ a Deo, qui est dator spei, optat eis ut cum fide habeant charitatem, per quam fides operatur, vt hr̄ Gal. 5. Ne fides eorū sit informis & mortua, qa fides sine operib. mortua est, ut dr̄ Iac. 2. Et ut sic per plenitudinem harum uirtutum: [Abundetis,] proficiendo de bono in melius, non solum; [In spe,] sed ēt in [Virtute spiritus sancti] i. in charitate, quæ in cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, ut supra 5. dictum est. 2. Cor. 3. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis.

ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrū; Gentes autem super omnia honorare Deum, sicut scriptū est. Propterea confitebor tibi in Gētibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes Gentes dominum, & magnificate eum omnes populi, Et rursus Esai. ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio, & pace in credendo, ut abundetis in spe, & virtute spiritus sancti.

LECTIO II.

CErtus sum aūt fratres mei, & ego ipse de uobis, quoniā & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte, tanquam in memoriam uos reducens, propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu, in Gentibus sanctificans euangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam Gentium in uerbo & factis in uirtute signorum, & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti, ita ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illiricum repleuerim euangelium, Christi. Sic autem prædicaui euangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum

LECTIO II.

POSTQVAM Apostolus generalibus admonitionib. Romanos instruxerat, hic incipit eis quædam familiaria scribere. Et primo quædam pertinentia ad seipsum. Secundo quædam pertinentia ad alios. 16. c. ibi. [Commendo autem uobis Phębem &c.] Circa primum tria facit. Primo excusat presumptionem de hoc quod eos instruxerat & reprehenderat. Secundo excusat suā tarditatem circa uisitationem eorum, ibi [Propter quod plurimū impediar.] Tertio petit suffragia orationū ipsorum ibi. [Obsecro aūt vos fratres &c.] Et circa primum duo facit. Primo excludit oppositam causam instruendi & arguendi eos. Secundo assignat vera causam ibi. [Audacius.n. scripsi vobis fratres ex parte &c.] Circa primum considerandū est, ꝙ aliquis posset credere Apostolum ideo scripsisse Romanis, quia æstimaret illum esse apud Romanos qui posset instruere & corrigere. Sed hoc ipse excludit, dicens. [Certus sum.n. fratres mei] per ea quæ de uobis audiui, quoniam idonei estis ad admonendum eos, qui inter uos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis recte admoneat, duo requiruntur, quorum primum est, vt non ex odio uel ira, sed ex dilectione moneat, secundū illud ps. 140. Corripiet me iustus in misericordia. Et Gal. 6. Vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit. [Quoniam & ipsi pleni estis dilectione.] Ezech. 10. Imple manū tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubin, qui est ignis charitatis. Secundo requiritur scientia ueritatis, eo ꝙ quidam habent zelum Dei in corrigendo, sed non secundum sciētiam, vt supra 10. dictum est. Et ideo subdit. [Repleti omni scientia,] s. humana & diuina & ueteris & noue legis 1. Corin. 1. In omnib. diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia. Et ex hoc concludit sic. [Ita vt possitis] conuenienter propter dilectionem & sciētiam, [Alterutrum monere.] Quia.n. in multis offendimus oēs, vt dr̄ Iac. 3. Oportet inuicem monemus, quia vt dr̄ Eccl. 17. Vnicuique mādauit Deus de proximo suo. Deinde cum dicit. [Audacius &c.] assignat verā causam quare eos admonuerat & correxerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quod hoc pertinebat ad authoritatē apostolatus sibi commissam. Scđo ostēdit qualiter hac potestate vsus fuerit ibi. [Habeo igitur gloriam &c.] Dicit ergo. [Audacius autem,] i. securius. [Scripsi vobis] errores & defectus vestros arguēdo, ꝙ quidē ad audaciæ præsumptionē posset ascribi pp hoc, ꝙ offensionem vestram nō timui. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. Sed hæc præsumptio excusatur ex trib. Primo quidem ex conditione eorum quib. scribebat, quia & si inter Romanos essent aliqui respectu quorum talis reprehensio audax & præsumptio videretur, erant tñ aliqui, qui indigebāt dura reprehensionē pp contentionum insolentiā. Tit. 1. Increpa illos dure. Et hoc est ꝙ dicit. [Ex parte,] q.d. Non vī mea scriptura esse audax quantum ad oēs uos, sed quantum ad partem aliquā uestrum. Vel potest intelligi. [Ex parte] epistolæ in qua eos reprehēdit. Potest intelligi ēt ex parte ecclesiæ, quæ. s. mecum est. Secundo excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli. Nō enim scripsit eis tanquam reputans eos ignorantes, sed in memoriam eos reducens cognitorum. Et hoc est ꝙ subdit. [Tanquam in memoriam vos reducens,] quasi oblitos eorum quæ sciebatis, sicut & Phil. 4. dicitur. Occupati autem Eratis. Hebr. 10. Rememoramini pristinos dies in quib. illuminati, magnum certamē sustinuistis passionum. Tertio excusatur ex authoritate Apostoli q̄ hoc requirebat. Vnde subdit. [Per gratiam, s. Apostolatus mihi commissi 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id ꝙ sum. Huius aūt gratiæ, primo describit authoritatē, cū dicit. [Quæ data est mihi a Deo] q. diceret. Nō ab hominib. ad Galatas Primo, Paulus Apostolus nō ab hominib. neque per hominē. Secūdo specificat istā gratiā, cū dicitur [Vt sim minister Christi Iesu in Gentib.] idest ut seruiam Christo in Gentium conuersione 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi. Supra 1. Quandiu sum Gentiū Apostolus, ministerium meum honorificabo. Tertio ostendit huius gratiæ actum, cum dicit, [Sanctificans euangelium Dei,] i. sanctum esse ostendens, & verbo ueritatis & opere bonę conuersationis & miraculorum. Col. 1. In verbo veritatis euangelij ꝙ peruenit ad vos, sicut & in uniuerso mundo est & fructificat & crescit. Prouerb. 8. Recti sunt sermones mei. Quarto ponit finem huius gratiæ, cum dicit. [Vt fiat oblatio gentium,] idest Gentes per meum ministerium cōuersæ. In quo quasi quoddā sacrificium & oblationem Deo obtuli, ſm illud Philip. 2. Et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestrę, gaudeo & congratulor omnibus vobis. [Fiat accepta,] s. Deo per rectitudinem intentionis. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. [Et sanctificata in spiritu sancto,] id est, per charitatē, & alia spiritus sancti dona. 1. Cor. 6, Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Deinde cum dicit; [Habeo igitur gloriā &c.] ostendit, quomodo authoritate apostolica fuerat vsus. Et primo ponit fructū, quē fecit. Secundo, ostēdit huius fructus magnitudinem, ibi; [Ita vt &c.] Tertio, ostendit difficultatem, ibi; [Sic autem predicaui &c.] Circa primum tria facit. Primo, dat gloriā Deo de fructu, quē fecit, dicēs. Igitur quia talem gratiam accepi, & diligēter executus sum id, ad ꝙ mihi hæc gratia data est; [Habeo gloriā,] i. meritū dignū gloriæ, sicut fidelis minister 1. Cor. 9. Melius est mihi mori, quam ut gloriā meā quis euacuet. Sed hanc gloriam non mihi principaliter attribuo, sed eam habeo; [In Christo Iesu,] i. per Iesum Christū, cuius virtute fructificare potui Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et quia ipsi oīa tradita sunt a patre, vt dr̄ Mat. 11. Et pater in eo manens, ipse facit opera. Io. 14. Ideo vlterius hanc gloriā refert ad patrē, dicens; [Ad Deum,] s. patrem. Ps. 113. Nō nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Assignat autem rōnem eius, ꝙ dixerat subdens; [Non.n. audeo loqui aliquid eorum, quæ per me nō effecit Christus,] q.d. Nihil referā de fructu per me facto, ꝙ per me factum non sit, Alioquin gloriam nō haberem apud Deū, & si apud homines. Quæ quidē refero, nō tāquam per me principaliter facta, sed sicut, quæ per me Christus fecit. Et ideo hanc gloriā dixi me hr̄e in Christo Iesu Esa. 26. Omnia opera nostra operatus eis in nobis Secundo, ponit ipsum fructum, dicens; [In obedientiam Gētium,] q.d. Gloria mea hæc est, pro eo ꝙ feci gentes fidei obedire. Supra 1. Ad obediendū fidei in omnib. Gentib. Psalm. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, ostendit quomodo Gentes, ad hanc obedientiā adduxerit. Quia autem supra 10. dictum est, Fides ex auditu, auditus autē per uerbum Christi. Ideo dicit; [in uerbo,] i. per uerbum prædicationis fidei. Argumenta autē fidei prædicatæ, sunt bona conuersatio prædicantis, & quantum ad hoc subdit; [Et factis,] quasi. s. per recta opera vos ad fidem allexi. Mat. 5. Videāt opera vestra &c. Et opera miraculorū, qb. Deus dat testimoniū doctrinæ prædicatę, ſm illud Mar. vlt. Domino cooperante, & sermonem cōfirmante sequentib. signis. Vnde subdit, [In virtute signorum,] i. miraculorū minorū, puta sanationes ægritudinum, [Et prodigiorū.] i. maiorum miraculorum, quę ex sua magnitudine aliquid magni portendunt, i. ostendunt. Sed hoc totum non sufficeret, nisi spiritus sanctus, intus corda audientium ad fidē cōmoueret. Vnde dicitur Act. 10. Quod loquente Petro verba fidei cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebāt uerbum. Et ideo subdit; [In virtute spiritus sancti.] Heb. 2. Contestante Deo signis, & prodigijs, & uarijs spiritus sancti distributionibus.

Deinde cum dicit; [Ita ut ab Ierusalem,] ostendit magnitudinem fructus ex multitudine locorum, in quib. prædicauit, dicēs: [Ita vt incipiens ab Ierusalem,] vbi in principio suæ conuersionis prædicauit in synagogis Iudæorū, ut dicitur Act. 9. Vt sic impleret, ꝙ dicitur Esa. 2. De Sion exibit lex & verbū domini de Ierusalem; [Vsque ad illiricum,] quod est mare Adriaticum ex parte opposita Italiæ. [Repleuerim euangelium Christi,] idest, omnia illa loca repleui prædicatione euangelij. Et ne aliquis intelligat, ꝙ solum vadens per rectam uiam a Ierusalem in Illiricum prædicauerit euangelium, addit; [Per circuitum, quia. s. Gētibus circumquaque prædicauit, & eas ad fidem conuertit. Vnde sibi potest competere, quod dicitur Iob 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum?

Deinde cum dicit; [Sic autem prædicaui &c.] ostendit difficultatem hunc fructum faciendi. Difficile enim est omnino ignaros ad fidem conuertere. Primo, igitur difficultatem se passum ostendit, dicens; [Sic autem prædicaui euangelium,] non quidem; [Vbi nominatus est Christus,] idest non apud illos, qui nomen Christi audierant. Psalm. 17. Populus, quem non cognoui seruiuit mihi Esa. 55. Ecce gentes, quas nesciebas vocabis, & gentes, quæ te non cognouerunt ad te current. Subdit autem rationem, dicens; [Ne super alienum fundamētum ædificarem.] Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina hæretica, quæ est aliena a veræ fidei fundamento.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

to. Et sic hoc, quod dicit. [Ne,] ponitur causaliter. Ea enim intentione Apostolus voluit prędicare illis, qui nomen Christi non audierant, ne si præuenti essent a doctrina pseudo apostolorum, difficilius esset eos ad ueritatem reducere. Vnde Matt. septimo dicitur, Stultus est, qui ædificat domum suam super arenam, cui comparatur falsa doctrina Alio modo, per alienum fundamentum, potest intelligi doctrina veræ fidei ab alijs prædicata, & sic potest sumi ly. [Ne] consecutiue. Non enim uitauit Apostolus prædicare illis, quibus ante fuerat ab alijs prædicatum, sicut ipsis Romanis specialiter prædicauit, quos prius Petrus instruxerat. Sed eo prædicante illis, qui nihil de Christo audierant, cōsecutum est, vt nō ædificaret super alienum fundamentum, sed ipse iaceret prima fidei fundamenta, secundum illud primo Cor. tertio. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Secundo ad hoc quod dixerat, authoritatem inducit, dicens. [Sicut scriptum est.] Esa. 2. [Quoniam quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, & qui non audierunt, cōtemplati sunt.] In quib. uerbis propheta videtur prædicere, quoniam Gentiles excellentiori modo ad cognitionem Dei essent peruenturi, quam Iudæi, qui ante cognouerant. Ostendit ergo primo excellentiam, quantum ad causam cognitionis, quæ scilicet duplex est, s. uerba audita, & res visæ. Hi. n. duo sensus sunt disciplinabiles. Iudæi ergo in notitiam mysteriorum Christi peruenerūt per verba annuntiata eis a prophetis 1. Pet. 1. Prophetę, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, uel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prenūtians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias. Sed Gentiles huiusmodi Christi mysteria iā realiter impleta uident ideo dicitur. [Quoniā] Gentes, [quib. non est annūciatum,] per prophetas. [De eo,] i. de Christo, sicut fuit annuntiatum Iudæis. [Videbunt,] res iam impletas. Luc. 10. Multi reges, & prophetæ, voluerūt videre quæ uos uidetis, & non uiderunt. Secundo ostendit excellentiam quātum ad modū cognoscendi, quia Iudęi ex annuntiatione prophetarum solum auditū habebant. Abdiæ 1. Auditum audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Sed Gentiles ex uisione intellectum perceperunt. Vnde dicitur. [Et Gentiles,] scilicet, qui ante non audierunt prænuntiari Christum per prophetas, intelligent, scilicet fidei veritatem. psal. 2. Et nunc reges intelligite, &c.

ædificarem, sed sicut scriptum est. Quoniam quibus non est annuntiatum de eo, videbunt & qui non audierunt de eo, intelligent.

LECTIO III.

PRopter quod, & impediebar plurimū venire ad vos & prohibitus sum usque adhuc Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniēdi ad uos ex multis iam pręcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam uos, & a nobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquā facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit. n. eis & debitores sunt eorum. Nā si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructū hunc, per uos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis Christi ueniam. Obsecro ergo uos fratres, per dominum nostrum Iesum Christum, & charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequij oblatio accepta fiat in Ierusalē sanctis, ut ueniam ad uos in gaudio per voluntatem Dei, ut refrigerer uobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen.

LECTIO III.

POstquam Apostolus se excusauit de præsumptione, quę ei potuisset ascribi ex hoc, quod Romanos instruxerat, & correxerat: hic se excusat de eo, quod eos visitare distulerat. Et circa hoc tria facit. Primo ponit impedimentum visitationis præteritū. Secundo ponit visitandi propositum, ibi. [Nunc uero vlterius &c.] Tertio promittit visitationis fructum, ibi. [Scio autē &c.] Dicit ergo primo dictū est, Prædicaui euangeliū per multa loca, in quibus Christus non fuerat nominatus, [Propter q] hactenus. [Impediebar plurimū,] ex huiusmodi occupatione. [Venire ad vos.] Et istud impedimentum visque nūc durauit. Vnde subdit. [Et prohibitus sum visque adhuc.] Quod quidem potest referri ad multitudinem occupationum, quas in alijs locis habuerat; uel etiam ad diuinam prouidentiam per quam apostoli impediebantur, ne peruenirent ad quosdam, & diregebantur ad salutem aliorum, secundum illud act. 16. Transeuntes Phrigiam, & Galatiæ regionem, uetati sumus a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vnde & supra 1. dictum est. Sępe proposui venire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc. Et hoc est, quod dicitur Iob. 37. de nubibus, per quas prædicatores intelliguntur, Lustrant cuncta per circuitum, quocūque eos voluntas gubernantis duxerit. Deinde cū dicit. [Nunc vero vlterius &c.] manifestat propositum suum de eorum visitatione.

Et primo promittit eis suam uisitationem. Secundo, assi- F giat causam, quare oporteat eam differre, ibi: [Nunc igitur proficiscar &c.] Tertio, assignat eis visitationis terminum, ibi: [Hoc igitur cum consummauero &c.] Dicit ergo primo ita, Visque modo sum prohibitus; [Nunc uero,] iam peragratis omnibus his locis; [Vlterius non habens locum,] idest, necessitatem permanendi: [In his regionibus,] in quibus iam per me fundata est fides: [Cupiditatem habens ueniendi ad uos ex multis iam pręcedentibus annis,] secundum illud supra 1. Desidero enim videre vos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis: [Cum in Hispaniam proficisci cœpero,] quo. s. ire intendebat, vt etiam extremis terræ fundamenta fidei collocaret, secundum illud. 49. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terræ. [Spero quod præteriens videbo vos.] Per quod dat intelligere, q non intēdebat ad eos principaliter ire, quia reputabat eis sufficere doctrinam Petri, q primus inter Apostolos Romanis fidē prædicauit.

G Et quia tunc Romani dominabantur in toto Occidente, cum auxilio & ducatu se sperabat in Hispaniam proficisci. unde subdit: [Et a nobis deducar illuc.] Intendebat tamen aliquam moram H apud eos contrahere. Vnde subdit: [Si uobis fruitus fuero,] i. consolatus, secundum illud quod supra. 1. dictum est, Simul consolari in vobis; & hoc; [Ex parte,] s. temporis, quia per aliquod tempus intendebat, cum eis consolari. Sed contra est quod Aug. † dicit in lib. de doctrina Christiana, Quod illis solis rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt, s. patre, filio & spiritu sancto. Inconuenienter, ergo dicit se fruiturum esse Romanis. Sed dicendū est, quod sicut Aug. dicit ibidem, homine in se non esse fruendum, sed in Deo, secundum illud ad Phil. Ita frater, ego te fruar in domino quod est delectari in homine propter Deum. Et sic intelligendum est quod dicit: Si fuero fruitus uobis, s. in Deo. Vel quod dicit, ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in Deo. Nam alia parte, s. malis, non poterat frui, sed magis de eis dolere, sicut dicitur 2. Corinth. 8. Ne cum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt. Deinde cum dicit; [Nunc igitur proficiscar,] assignat rationem quare distulerat uisitationem.

I Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam, dicens: [Nunc igitur proficiscar,] i. ideo non statim uenio ad uos, quia proficiscor: [In Ierusalem ministrare sanctis.] Circa qd sciendum est, qd legit Act. 4. Illi qui ex Iudæis a principio conuertebant ad fidem, uendites possessionib. suis, de pretio cōiter uiuebant, quod cum defecisset maxime quadā magna fame imminente, vt legitur Actu. 11. discipuli, s. Christiani, ex diuersis partib. mundi prout quisq; habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitatib. in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli. Ministerium igitur sanctorum hic dicit eleemosynam, quam fidelibus Christi attulit in Ierusalem, secūdum illud. 1. Cor. vlt. Quos probaueritis, hos mittam perferre gratiam uestram in Ierusalem: quod si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt. Secundo, exponit quod dixerat de ministerio sanctorum, K dicens: [Probauerunt enim,] idest, approbauerunt; [Macedonia & Achaia,] idest, fideles utriusque regionis per eum conuersi, [Collectionem aliquam facere,] idest, aliquam collectam: [In paupe- res] Christi, idest, ad usum pauperum, qui sunt de numero sanctorum, secundum illud Eccle. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem: [Qui sunt in Ierusalem,] in paupertate uiuentes 2. Corinth. 9. De ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptum animum uestrum, pro quo de uobis glorior apud Macedones. Tertio, assignat rationes dictorum, quorum prima est beneplacitum, unde dicit: [Placuit enim illis.] 2. Corinth. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate. Secunda causa est debitum. unde subdit: [Et debitores sunt eorum.] Supra decimotertio. Reddite omnibus debita: Rationem autem debiti assignat, dicens: [Nā si Gentiles facti sunt participes bonorum spiritualium] quæ erant

erant specialiter. [Eorum,] i. Iudæorum, scilicet notitiæ diuinæ, & promissionum, & gratiæ, secundum illud supra 9. Quorū adoptio est filiorum, & gloria &c. Et supr. 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Sunt etiam facti participes spiritualiū eorum per hoc, quod illi prædicatores eis miserunt. [Debent & in carnalib. ministrare illis,] secundum illud Eccl. 14. In diuisione sortis da, & accipe. Et psal. Sumite psalmum, id est, spiritualia: & date tympanū, idest, temporalia. Et ex hoc sumitur argumentum, quod debentur sumptus non solū illis, qui prædicāt, sed etiam qui prædicatores mittunt.

Deinde cum dicit. [Hoc igitur cū &c.] præfigit terminū, quo ad eos sit uenturus dicens. [Hoc igitur cum consummauero,] s. ministerium sanctorum. [Et assignauero eis fructum hunc,] i. eleemosynam Gentilium, quæ est quidam fructus conuersionis eorum. Oseæ 10. Vitis frondosa Israel, fructus est ei adæquatus. [Proficiscar per uos in Hispaniā.] Sed vr̄ hic Apostolus falsum dicere: nunquam. n. in Hispania fuisse legitur. In Ierusalem. n. captus fuit, & exinde Romā perlatus est in vinculis, ut hr̄ Act. ult. ubi est occisus simul cū Petro. Dicunt ergo quidā, quod sicut dr̄ Act. ult. Cum uenisset Romam Paulus, permissum est ei manere sibimet cū custodiente se milite; & postea dr̄, quod mansit biennio toto in suo cō ducto, & in illo spacio dicunt eū iñ Hispaniā iuisse. Sed quia hoc certū non est, pōt melius dici, quod Apostolus falsum non dixit, quia proponebat se facturū, quod dicebat, & sic uerba eius erant intelligenda, quasi insinuantia eius propositū, nō aūt futurū euētum, qui erat incertus. vnde non poterat hoc pdicere, nisi forte sub cōditione, quā Iacobus dicit apponendā, Iac. 4. Pro eo ut dicatis. Si dn̄s uoluerit; &, Si uixerimus, faciemus hoc, aut illud.

Et sic ēt Apostolus se excusat 2. Cor. 1. de hoc, quod ad eos nō uenerat, sicut promiserat, dicens. Cum ergo volui, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, s̄m carnem cogito, ut sit apud me Est, &, Non? Et sic ex hoc, quod ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat, se immunem dicit a leuitate, carnalitate, & falsitate. Et sic ēt soluit hoc Gelasius Papa, & hr̄ in decretis 22. q. 2. Beatus, inquit, Paulus Apostolus non ideo, quod absit, fefellisse credendum est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum ad Hispaniam se promisisset iturum, dispositione diuina maioribus occupatus causis, implere non potuit quod promisit. Quantum. n. ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod re uera uoluisset efficere. Quantum uero ad diuini secreta consilij, quæ ut homo non potuit, licet spiritu Dei plenus, agnoscere, superna prætermisit dispositione preuentus. Licet. n. propheticum spiritum habuerit, tamen prophetis non omnia reuelātur, ut patet 4. Reg. 4. ubi Eliseus dixit. Anima eius in amaritudine est, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi.

Deinde cum dicit. [Scio aūt &c. prænuntiat eis fructum suæ visitationis, dicens. [Scio aūt,] scilicet ex fiducia diuinæ gratiæ. [Quoniam ueniens ad uos, in abundantia benedictionis Christi ueniam,] idest, Christus abundantius suam benedictionem dabit vobis in meo aduentu, de qua dicitur in psal. octuagesimotertio. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem. Et sic Laban dixit ad Iacob. Gen. tertio. Experimento didici quod benedixerit mihi Deus propter te. Deinde cum dicit [Obsecro ergo &c.] petit ab eis orationis suffragia, & primo petit eorū orationes. Secundo ipse pro eis rogat, ibi. [Deus pacis &c.] Circa primum tria facit. Primo inducit eos ad orandum pro se ex tribus. Primo quidem, ex superna charitate, cum dicit. [Obsecro uos ergo fratres.] Ad Philem. Propter charitatem autē magis obsecro. Secundo ex reuerentia Christi, cuius ipse erat minister, dicens. [Per dominum nostrum Iesum Christum.] In quo omnes unum sumus, ut supra duodecimo dictum est. Tertio ex dono spiritus sancti, quod eius ministerio tradebatur. Vnde subdit. [Per charitatem spiritus sancti,] quam spiritus sanctus in cordibus nostris diffundit, ut supra 5. dictum est. Secundo petit auxilium orationis eorum, dicens. [Vt adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum,] i. s. pro me fusis. Prouerb. 18. Frater, qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Hoc autem ut glo. dicit, nō ideo dicit Apostolus, quia ipse minus mereatur, quam alij

A minores, sed ordinem sequitur. Primo, quidem vt ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio, s̄m illud 1. Tim. 2. Obsecro igitur primū omnium, fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui sunt in sublimitate cōstituti &c. Secundo, quia multi minimi dū congregantur vnanimes, magis merentur. Et ideo impossibile ē vt multorum preces non impetrent. Matt. 18. Si duo ex uobis cō senserint super terrā, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo qui est in cœlis. Tertio, ut dum multi orant, multi ēt gratias agant exauditi, secundum illud 2. Cor. 1. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt per multos gratiæ agantur Deo.

CAPVT XVI.

LECTIO I.

B COmmendo autem uobis Phœben sororem nostrā, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est in Cenchris, ut eam suscipiatis in domino digne

Tertio, ponit ea quæ vult sibi impetrari, quorum primum pertinet ad hostes, quos habebat in Iudæa. Vnde dicit; [Vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa,] qui præcipue Paulum impugnabant, & odiebant: quia fiducialiter prædicabat cessationem legalium. Act. 21. Audierunt de te, quod discessionem doces a Moyse &c. Secundum pertinebat ad eos, in quorum ministeriū ibat. Et hoc est quod subdit; [Et oblatio. obsequij mei,] i. ecclesia in qua eis ministro; [Fiat accepta sanctis, qui sunt in Ierusalem,] s. vt ex hac prouocentur ad gratias agendum Deo, & ad adorandum pro ipsis gentibus, a quibus recipiunt. Eccl. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Tertium pertinet ad ip- C sos, quibus scribebat. vnde subdit: [Vt ueniam ad uos in gaudio,] & hoc; per [voluntatem Dei,] contra quam nihil agere uolebat. Supra 1. Obsecrans si quomodo prosperum iter habeam in uolūtate Dei ueniendi ad uos; [Et refrigerer vobiscum,] i. ut ex uestra præsentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. Deinde cum dicit; [Deus aūt pacis &c.] ostēdit quod pro eis orat, dicēs; [Deus aūt,] dator; [Pacis, sit cum omnibus uobis,] per hoc. s. quod vos ad inuicē pacem habeatis. 2. Cor. ult. Idipsum sapite, & Deus pacis, & dilectionis erit uobiscum. Subdit: [Amen.] i. fiat. Psalmista, Et dicet omnis populus, Fiat, fiat.

LECTIO I.

POstquam Apostolus proposuit fidelibus Romanis, quibus scribebat, quasdam familiaria pertinentia ad suam personā, hic ponit quædam familiaria pertinentia ad alios. Et circa hoc tria facit. Primo, monet quid ad alios debeant facere. Secundo, ostendit quid alij ad eos agant, ibi; [Salutat vos &c.] Tertio, epistolam finit in gratiarum actione, ibi; [Ei autem qui potens &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit quos debeant salutare. Secundo, ostendit quos debeant vitare, ibi; [Rogo autem uos fratres.] Circa primum, mandat quasdam personas salutari in speciali. Secundo, ponit in generali modum salutationis, ibi; [Saluta te inuicem &c.] Tertio, salutat eos in communi ex parte fideliū, ibi: [Salutant uos &c.] Circa primum loquitur de quadam muliere Corinthia, quæ Romam ibat, quā eis recommendat, describens eam primo ex nomine, dicens; [Commendo autem uobis Phœben,] quę licet esset Deo deuota, non tamen erat tantę authoritatis, vt commendatitijs literis non egeret. sicut ipse de se dicit 2. Cor. 3. Aut nunquid egemus sicut quidam, commendatitijs literis? Secundo, describit eam ex fidei religione. dicens: [Sororem nostram.] Omnes. n. mulieres fideles, sorores uocantur. sicut & E omnes uiri fratres Matth. 23. Omnes uos fratres estis. Tertio ex officio pietatis, cum dicit; [Quæ est in ministerio ecclesię, quę est in Cenchris,] portu Corinthiorum, ubi aliqui Christiani erāt cōgregati, quibus dicta mulier seruiebat: sicut & de ipso Christo Luc. 8. dicitur, quod quædam mulieres ministrabant ei de facultatibus suis. Et de uidua eligenda dicitur. 1. Tim. 5. Si hospitio recepit, si pedes sanctorum lauit.

Deinde dicit duo, in quibus vult eam commendatam haberi, quorum primum est, ut honeste recipiatur. Et hoc est quod dicit; [Vt suscipiatis eam in dn̄o,] i. propter amorem Dei,] Digne sanctis,] i. secundum quod dignum est recipi sanctos, secundum illud Matth. 10. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti recipiet. Quidam libri habent, Digne satis, idest, conuenienter: tamen litera non concordat cum Græco. Secundum

dum est, vt eam sollicite adiuuent. Vnde subdit; [Vt assistatis ei,] scilicet consilium, & auxilium ferendo in quocumque negotio vestri indiguerit. Habebat enim forte aliquid expedire in curia Cæsaris. Sed contra hoc videtur esse, quod dicitur 1. Thessal. 4. Vestrum negotium agatis, quasi dicat, Non intromittatis uos de negotijs alienis.

sanctis, & assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit. Etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam, & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solum gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium, & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ, in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum, & Iuliam, cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem no-

Sed dicendũ est, quod assistere negotijs alienis, contingit dupliciter. Vno modo secularitér, idest, propter fauorem hominum, vel lucra, & hoc non conuenit seruis Dei. secundæ Timoth. secundo. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. Alio modo, assistit aliquis negotijs alienis ex pietate, puta in auxilium indigentium, & miserorum, & hoc est religiosum, secundum illud Iacob. 1. Religio munda, & immaculata, apud Deum, & patrem hæc est: uisitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ. Et hoc modo Apostolus hic loquitur. Vltimo autẽ ostendit Apostolus meritum eius, quare hoc sibi debeat, dicens; [Etenim ipsa quoque multis astitit, & mihi ipsi.] Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene. Retributio enim manuum eius fiet ei. Matth. 5. Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Deinde mandat salutari quasdam alias personas sibi coniunctas, dicens; [Salutate Priscam, & Aquilam,] qui erat vir Priscæ sed mulierẽ præponit, forte pp. maiorẽ fidei deuotionem; [Adiutores meos in Christo Iesu,] i. in fide Christi prædicanda. Apud enim eos Corinthi hospitabatur, ut hr̃ Act. 18. [Qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt,] i. seipsos mortis periculo exposuerunt, pro uita mea conseruanda, quod est indicium, maxime charitatis Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut aĩam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc aũt vr̃ factum fuisse Corinthi, ubi Paulus persecutionem est passus, sicut hr̃ Act. 18. Vel forte melius dicendum est, quod alij se periculo pro Apostolo exposuerunt: Nam illud, quod legitur Actu. decimooctauo Factum fuit, quando Prisca, & Aquila de Roma recedentes Corinthũ uenerunt, ut ibidem dr̃. Sed hoc scribebat Apostolus, qñ adhuc æstimabat eos esse Romæ: uita aũt Apostoli non tam sibi, quam alijs necessaria erat, s̃m illud Phil. 1. Permanere aũt in carne necessarium pp. uos. Et ideo subdit. [Quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium;] quarum sum Apostolus, & doctor 1. Tim. 2. Doctor Gẽtium in fide, & veritatẽ. Et ẽt salutate [Domesticam ecclesiam eorum.] Habebant. n. in domo sua multos fideles congregatos. Deinde vult alium salutari, sibi dilectione coniunctum, dicens. [Salutate Ephenetum dilectũ mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo.] Primus. n. in tota Asia fuit ad fidem Christi conuersus; quod erat ei ad magnam dignitatẽ. Heb. 12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis. Tunc aũt erat Romæ. Deinde dicit. [Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis,] ad hoc ut eos ad concordiam reuocaret, quæ cum hoc facere non posset, significauit Apostolo. Sap. 3. Bonorũ laborum gloriosus est fructus. Deinde dicit. [Salutate Andronicum, & Iuliam,] quos primo describit ex genere, cum dicit. [Cognatos meos.] In quo ostendit eos fuisse Iudæos, de quibus supra 9. Qui sunt cognati mei, s̃m carnem. Secundo ex passione pro Christo suscepta. dicens. [Et concaptiuos meos.] Fuerant. n. aliquando, cum Apostolo Christi incarcerati. 2. Cor. 11. In carceribus abundantius, tertio ex authoritate, cum dicit. [Qui sunt nobiles in apostolis,] i. nobiles inter prædicatores, s̃m illud Prouerb. vlt. Nobilis in portis uir eius. Quarto ex tempore, cum dicit. [Et ante me fuerunt in Christo Iesu.] Prius enim fuerunt conuersi, quam ipse Apostolus, & ex hoc eis maior reuerentia debebatur 1. Tim. 5. Seniorem te ne increpaueris, sed

obsecra, vt patrem. Deinde dicit, [Salutate Ampliatum dilectum meum in domino,] s. dilectione charitatis, quæ est in Christo Phil. 1. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes uos esse in visceribus Christi. Deinde dicit, [Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo,] s. in prædicatione fidei. Prouerb. 18. Frater, qui adiuuatur a fratre &c.

strum in Christo Iesu, & Stachin dilectum meum. Salutate Appellen probum in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Salutate Triphenã & Triphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimã, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meã. Salutate Asineretum, & Phlegontem, Hermem, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum, et Iuliam, Nereum & sororẽ eius, & Olimpiadem, & omnes, qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos oẽs ecclesiæ Christi.

[Et Stachin dilectum meũ,] quos coniungit: quia forte simul habitabãt vel aliqua alia necessitudine erant coniuncti. Deinde dicit; [Salutate Appellen probũ in Christo,] idest approbatum in Christo, forte per aliquas tribulationes. Iob 23. Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. Deinde cum dicit; [Salutate omnes, qui sunt ex domo,] idest, ex familia Aristoboli, in cuius domo multi fideles erãt congregati, quem non salutat; quia forte ex aliqua causa erat absens. Deinde dicit; [Salutate Herodionẽ cognatum meum,] quia ex hoc ipso dicit eum se Iudæus. Deinde dicit; [Salutate omnes qui sũt ex domo Narcissi,] qui dr̃ fuisse presbyter, & peregrinabatur per deserta loca, ut fideles Christi confortaret. Vnde quia eum absentem nouerat esse Apostolus, non mandat eũ salutari, sed familiam eius. Erãt tñ in eius familia, aliqui infideles, & ideo ad discretionem subdit. Qui sunt in dño, quia solos fideles salutari mandat 2. Io. 1. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue dixeritis ei.

Deinde dicit; [Salutate Triphenam, & Triphosam, quæ laborauerunt in dño,] i. in ministerio sanctorum, quod dñs sibi reputat fieri, s̃m illud Matth. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde dicit. [Salutate Persidam charissimã meã,] quam. s. Apostolus pp eius deuotionem specialiter diligebat. Vnde subdit; [Quia multum laborauit in dño,] s. exhortando alios, & ministrando sanctis & ẽt in paupertate, & alijs spiritualibus laboribus 2. Cor. 11. In laboribus, in vigilijs &c. Deinde dicit. [Salutate Rufum in dño,] i. in gratia Christi. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et matrem eius, s. carne, & meam, quia fuit eius mater beneficio. Aliquãdo. n. seruierat Apostolo, licet tunc Romæ non esset. 1. Tim. 5. Anus vt matres, iuuenculas ut sorores in omni castitate. Deinde dicit. [Salutate Asineretum, Hermen, Patrobam, Herman, & qui cũ eis sunt fratres,] quos simul salutat; quia simul concorditer habitabãt. Ps. 65. Qui habitare facit unius moris in domo. Deinde dicit; [Salutate Philologum, & Iuliã, Nereum, & sororem eius Olimpiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos] i. in fide Christi sanctificatos. 1. Cor. 6. Abluti estis, & sanctificati estis. Deinde ostendit modum, quo illi generaliter salutẽt, dicens; [Salutate inuicem in osculo sancto,] quod dr̃ ad differentiam osculi libidinosi, de quo dr̃ Prouer. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem. Et etiam dolosi, de quo dr̃ Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulẽta oscula inimici. Osculum autem sanctum est, quod in signum sanctæ trinitatis datur. Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Exinde autem mos in ecclesia inoleuit, ut fideles inter missarum solemnia, inuicem dent oscula pacis.

Deinde salutat eos ex parte aliarum ecclesiarum, dicens. [Salutant uos omnes ecclesiæ Christi,] i. in nomine, & fide Christi cõgregatæ, quia omnes vestram salutẽ optant, & pro uobis orant. Iaco. vlt. Orate pro inuicem, ut saluemini.

LE-

LECTIO II.

POstquam Apostolus mandauit, quos salutarent, hic ostendit eis, quos debeant vitare. Et circa hoc tria facit. Primo, docet quos debeant vitare. Secundo, rationem assignat, ibi [Huiusmodi enim &c.] Tertio, promittit eis diuinum auxilium, ad hoc implendum, ibi: [Deus autem pacis &c.] Et quia illi, quos vitari volebat, fraudulenter incedebant, decipientes sub specie pietatis, secundum illud Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ideo primo inducit eos ad cautelam habendam dicens, [Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt.] Vbi primo considerandum est, quod obseruare, nihil aliud est, quam diligenter considerare, quod quidem, quandoque in bono

LECTIO II.

ROgo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam uos didicistis, faciunt & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo vẽtri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed uolo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis, conterat Satanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat uos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutat uos Erastus Archarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi, cũ omnib. vobis, Amen. Ei autem qui potens est uos confirmare iuxta euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, s̃m reuelationem mysterij temporib. æternis taciti, quod nunc patefactum est, per scripturas prophetarum secũdum præceptũ æterni Dei, ad obeditionem fidei, in

sumitur, quandoque in malo: in malo quidem sumitur, quando aliquis diligenter considerat conditionem, & processum alicuius ad nocendum, secundum illud psalm. trigesimiquarti. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Et Luc. 14. dicitur, Et ipsi obseruabant eum. In bono autem accipitur. vno modo, quando quis considerat præcepta Dei ad faciendum. Exod. 23. Obserua igitur, & audi vocem eius. Alio modo, quando diligenter considerat bonos ad imitandum, secundum illud Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Tertio, obseruantur mali ad cauendum, & ita accipitur hic. Erant enim quidam ad fidem conuersi ex Iudæis, qui prædicabant legalia esse obseruanda, & ex hoc, primo quidem in ecclesia sequebantur dissensiones, & sectę, dum quidam eorum errori adhærerent, alij vero, in vera fide persisterent. Galat. 5. Dissensiones, sectæ &c. Secundo, sequebantur offendicula, & scandala, de quibus supra. 4. actum est, dum quidam alios iudicarent, & alij alios spernerent qui dissensiones, & offendicula faciunt. Esa. 57. Auferte offendicula de medio populi mei. Dicit autem præter doctrinam quam vos didicistis a veris Christi apostolis, vt ostendat, quod huiusmodi dissensiones, & scandala, ex falsitate doctrinæ proueniebant. Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.

Secundo, monet vt cogniti vitentur, dicens; [Et declinate ab illis,] idest. eorum doctrinam, & consortia fugiatis. Psal. 118. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Deinde cum dicit; [Huiuscemodi enim &c.] assignat eius quod dixerat, duas rationes, quarum prima sumitur ex parte eorum, quos vult vitari. Et primo, describit eorum intentionem, dicens; [Huiusmodi] enim homines; [Non seruiunt Christo domino,] sed suo ventri. Non enim prædicabant propter gloriam Christi, sed propter questum, ut suum uentrem implerent. Phil. 3. Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autẽ & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. Secundo, describit eorum deceptionem, dicens. [Et per dulces sermones seducunt corda innocentium,] idest, simplicium, & imperitorum. Prouerb. decimoquarto. Innocens credit omni uerbo. Per dulces sermones, in quibus sanctitatem prætendunt, secundum illud Psal. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum; [Et benedictiones,] quibus. s. benedicunt, & adulantur illis, qui eos sequuntur. Esa. 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Malac. 2. Maledicam benedictionibus uestris. Secundam rationem assignat ex conditione Romanorum, qui faciles se exhibebant ad sequendum bonum & malum. Vnde primo, commendat eos de facilitate ad bonum, dicens; [Vestra enim obedientia,] qua de facili fidei obedistis; [In omni loco diuulgata est,] propter dominium, quod tunc Romani obtinebant super alias nationes. Vnde quod a Romanis fiebat de facili diuulgabat ad alios. supr. 1. Fides vestra in vniuerso mundo annuntiatur; [Gaudeo igitur in vobis,] quia scilicet fidei obedistis, & hoc in charitate, de qua dicitur 1. Corint. 13. Quod non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Secundo reddit eos cautos contra malum, dicens. [Sed volo vos esse sapientes in bono,] vt scilicet ei, quod bonum est inhæreatis 1. Thess. vlt. Quod bonum est tenete: [Et simplices in malo,] ne scilicet per aliquam simplicitatẽ declinetis ad malum. Vt talis sit vobis simplicitas, quod nullum decipiatis in malum. Matth. decimo. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. E conuerso, de quibusdam dicitur Hierem. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. Deinde cum dicit; [Deus autem pacis &c.] promittit eis diuinum auxilium contra huiusmodi deceptores. Et primo ponitur promissio, cum dicit: [Deus autem pacis,] scilicet author, qui dissensiones odit, quas isti faciunt: [Conteret Sathanam,] idest, diabolum, qui per istos pseudo apostolos vos decipere conatur. [Sub pedibus vestris,] quia. s. per vestram sapientiam eum vincetis. Et hoc fiet. [Velociter,] s. in aduentu meo. Luc. 10. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & oẽm virtutem inimici. Malac. vlt. Calcabitis impios, cum fuerint sicut cinis sub planta pedum vestrorũ. Secundo ponitur oratio ad hoc obtinendum cum dicit. [Gratia domini nostri Iesu Christi, sit vobiscum,] quæ scilicet sufficit ad uos tuendos secundæ Corinth. duodecimo. Sufficit tibi gratia mea.

Deinde cum dicit. [Salutat uos &c.] Salutat eos ex parte aliorum, dicens. [Salutat uos Timotheus, adiutor meus,] s. in prædicatione euangelij 1. Cor. 4. Misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis &c. Addit autem. [Et Lucius, Iason, & Sosipater, & cognati mei,] qui Iudæi erant, s. vos salutãt. Erat autem quidam notarius Pauli nomine Tertius, cui Paulus concessit vt ex sua persona Romanos salutaret. Vnde subditur. [Ego Tertius, qui scripsi hanc epistolam, saluto uos in domino,] Deinde dicit, [Salutat vos Caius hospes,] cui scribitur Ioannis tertia canonica, in qua commendatur de charitate, quam exhibebat sanctis. [Et uniuersa ecclesia,] s. quę erat in domo eius cõgregata, vel quę erat in illa prouincia. Deinde dicit. [Salutat vos Erastus, Archarius ciuitatis,] qui. s. custodiebat arcam communem. i. cões reditus ciuitatis, & quidã frater. i. fidelis, nomine. [Quartus.] Deinde salutat eos ex parte sua, dicens [Gratia dñi nostri Iesu Christi, sit cum omnib. uobis, Amen,] Et finit epistolam, cum gratiarũ actione, dicens. [Ei autem,] s. Deo qui est trinitas. [Qui potens est uos confirmare 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitque. Et hoc in fide, quæ est. [Iuxta euangelium,] idest, secundum euangelium, quod ego prædico 1. Cor. 15. Siue ego, siue illi sic prædicauimus, & sic credidistis. Et etiam secundum. [Prædicationem Iesu Christi,] qui primo euangelium prædicauit, s̃m illud Hebr. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominũ. Vnde Matt. 4. dicitur, quod circuibat Iesus prædicans euangeliũ regni, Subditur autem: [In reuelatione mysterij,] idest, secreti, qđ quidem potest referri ad id, quod dixerat, iuxta euangelium meum. Vel quia in ipso euangelio reuelatur secretum incarnationis diuinæ, secundum illud supra 1. Iustitia Dei reuelatur in eo. Vel quia ipsi Apostolo est euangelium reuelatum 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. De hoc autem secreto dicitur Esa. 24. Secretum meum mihi. Vel potest melius hoc referri ad hoc quod dixerat. [Confirmare,] quasi dicat, Deus potest uos confirmare in euangelio meo, & prædicatione, & hoc [Secundum reuelationem mysterij,] idest, secreti, scilicet de conuersione Gentium, sicut habetur Ephes. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus, illuminare oẽs, quæ sit dispensatio sacramenti &c. Vnde & ipse subdit. [Temporibus æternis,] quia uidelicet occultum erat apud homines, quod Gentes essent conuertendæ ad fidem. Vocat autem hæc tempora

æterna, quasi diu durantia, quia a principio mundi hoc fuit occultum, sicut & in psal. 75. dicitur, Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Et potest dici, quod tempora æterna dicuntur ipsa æternitas, de qua dicitur Esa. 57. Excelsus & sublimis, habitans æternitatem. vt sicut simplex Dei essentia, per quandam similitudinem dimensionib. corporalibus describitur secundum illud Iob 11. Longior terra mensura eius, & latior mari: ita & simplex eius æternitas per tempora æterna designatur, inquantum omnia tempora continet. Subdit autem, quòd. s. mysterium nunc. [Patefactum est,] de conuersione Gentium; [Per scripturas prophetarum,] idest, secundum quod prophetæ prædixerunt, ut patuit supra. 15. vnde ad Eph. 3. dicitur, Alijs generationibus nō est agnitum filijs hominum, sicut nunc manifestum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes &c. Est autem patefactum per operis impletionem ex præcepto Dei. Vnde; [Secundum præceptum æterni Dei,] qui scilicet æterno proposito ea quæ vult, temporaliter facit, quod quidem præceptum Dei; [Ad obeditionem fidei est in cunctis gentibus,] idest, ut omnes gentes obediant fidei. supra 1. Ad obedientiam fidei in omnibus gentibus. Si autem loquamur de mysterio incarnationis, sic construenda est litera. Mysterij, inquam, temporibus æternis taciti, quia antea non erat ita manifestum. Quod, inquam, mysterium, nunc patefactum est per scripturas prophetarum, qui hoc prædixerunt, s̃m pceptum æterni Dei, q voluit mysterium incarnationis patefieri, & hoc ad obedientiā fidei in cunctis gētib. Mysterij, inquā, licet taciti apud ho-

cunctis gentibus, cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

F mines, tñ cogniti; [Soli Deo sapienti,] quia ipse solus hoc cognouit, & quibus hoc uoluit reuelare, quia ut dicitur 1. Cor. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. Vel potest intelligi de eo, qui solus est sapiens, scilicet per essentiam, sicut dicitur Matt. 19. & Mar. 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Nec excluditur per hoc Filius, quia eadem est perfectio totius Trinitatis, sicut econuerso dicitur, Nemo nouit patrem nisi filius. Mat. 11. Non excluditur pater a notitia suiipsius. Subdit autem: [Per Iesum Christum.] Quod non sic est intelligendum, quòd Deus pater sit sapiens per Iesum Christum: quia cum Deo sit idem sapere, quod esse, sequeretur quòd pater esset per filium, quod est inconueniens; sed hoc referendum est ad hoc, quod supra dixerat, Nunc patefactum est, scilicet per Iesum Christum, cui Iesu Christo; [Et honor & gloria,] per reuerentiam totius creaturæ, secun-
G dum illud Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Et gloria, scilicet, quantum ad plenam diuinitatem, sicut ibi subditur. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et hoc non ad tempus, sed in sæcula sæculorum. Heb. vl. Iesus Christus heri, & hodie, ipse in sæcula. Addit autem ad confirmationem veritatis: Amen.] Vel potest sic construi. Cogniti soli sapienti Deo, cui per Iesum Christum est gloria, qui Deum glorificauit, secundum illud. Io. 17. Ego clarificaui te super terram. Est autem aduertendum, quod hæc constructio est defectiua, & est sic supplenda. Ei qui po. &c. Sit honor & gloria per Iesum Christum, cui est honor & gloria. Si autem non sit ibi: Ipsi, erit constructio plana.

Explicit epistola ad Romanos secundum expositionem Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO, SVPER PRIMAM EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS. PROLOGVS.

NOn abscōdā a vobis sacra Dei &c. Sap. 6. Sacri nomen dupliciter accipi cōsueuit. Nā qñq; Sacrm dr quodcūq; secretū, & pcipuæ de reb. sacris. Qñq; Sacrm dr sacre rei signū, ita q & ei⁹ imaginē gerat, & cā existat s̃m q nos dicimus septē Sacra eccliæ. s. Baptism⁹. Confirmatio, Eucharistia, Pœnitētia, Extrema vnctio, Ordo, & matrimoniū In qua quidē significatione Sacri prima significatio cōtinet. Nā ī his ecclesię Sacris, diuina virt⁹ secreti⁹ operat salutem. vt † Aug. dicit, Hæc igit Sacra Dei pfat⁹, seu doctor ecclīæ fidelib. Xpi nō dēt abscōdere, sed manifestare pp tria. Primo qdē qa hoc pertinet ad honorem Dei, s̃m illud Thob. 12. Sacrm regis abscōdere bonū est, opa aūt Dei reuelare, & confiteri, honorificū est. Scdo, qa hoc ptinet ad salutē hoīum q. p horū ignorātiā ī deperdōnē labi possent; sicut de qbusdā dr Sap. 2. q nescierūt Sacra Dei, nec sperauerunt mercedē iustitiæ, qa per sacra hoīes purificant, vt sint pparati ad recipiendum mercedē iustitiæ. Tertio, qa hoc ptinet ad debitum officiū plati, vel doctoris, s̃m illud Eph. 3. Mihi oīum sanctorū minimo data est gr̃a hæc, illuminare oēs q
C sit dispēsatio Sacri abscōditi a sæculis in Deo. Sic ergo pdicta uerba demōstrāt nobis materiā huius epistolæ, ī qua Apostolus agit de Sacris ecclesiæ. Cū. n. in epistola ad Ro. gratiā Dei cōmendasset, quæ in Sacramentis ecclesiæ operatur: hic. s. in 1. epist. ad Corinthios, de ipsis ecclesiæ sacramentis agit. In secunda uero de ministris sacramentorum. Videamus ergo primo textum.

CAP. I. LEC. I.

PAulus uocatus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomē domini nr̃i Iesu Xpi in omni loco ipsorū, & nr̃o: Gr̃a uobis & pax a Deo patre nr̃o, & domino Iesu Xpo. Gratias ago Deo meo semp pro uobis in gr̃a Dei q̃ data est uobis ī Xpo Iesu: quia in oīb. diuites facti estis in illo in oī uerbo, & in oī sciā, sicut testimonium Xpi cōfirmatū est in uobis, ita ut nihil uobis
B desit in ulla gr̃a, expectātib. reuelationē dn̄i nr̃i Iesu Xpi, qui & cōfirmabit uos usq; in finē sine crimine in die aduentus dn̄i nr̃i Iesu Christi. Fidelis Deus p quem uocati estis in societatem filij eius domini nr̃i Iesu Chr̃i.

LECTIO PRIMA.

DIuiditur ergo hæc epistola in partes duas. In prima parte ponit epistolarē salutationē. In scda, psequitur suā intentionē, ibi: [Gratias ago Deo meo,] Circa primū tria facit. Primo, ponit psonas salutātes. Scdo personas salutatas. [Eccliæ Dei &c.] Tertio, bona salutifera optat, ibi. [Gratia uobis & pax.] Circa primū duo facit. Primo ponit personā principalē, q̃ describit ex noīe, dicēs, [Paulus,] de quo quidē noīe satis dictū est in epistola ad Ro. Hic aūt sufficiat dicere, q hoc nomē pmittit signum humilitatis. Nā Paulus, idē est q modicus, q ad humilitatē ptinet. 1. Re. 15. Cū esses paruulus in oculis tuis, caput in tribub. Israel factus es.
D Matt. 11. Abscōdisti hæc a sapientib. & prudentib. & reuelasti ea paruulis. Cōsequēter describit eū a dignitate. Et primo ponit modū adipiscēdæ dignitatis, cū dicit; [Vocatus,] s̃m illud Heb. 5. Nemo sumit sibi honorē, sed q vocat a Deo tanquā Aarō. Scdo ponit ipsā dignitatē, dicēs [Apostolus Iesu Xpi,] q̃ quidē est prima dignitās in ecclia, & interpretat Missus: qa fuerūt missi a Deo, vt vice eius fungerent in terris. Vñ dicit Mat. 12. Quod elegit duodecim, quos, & apostolos noīauit. & inf. 12. Deus posuit in ecclia quosdā, primū qdē apostolos &c. Tertio, ponit originē, siue cām huius dignitatis, cū dicit. [Per voluntatē Dei] Qd est intelligēdū de uolūtate beneplaciti, ex qua pficiunt illi, q multipliciter psunt ecclesijs. Eccl. 10. In manib. Dei ptās terræ, vtilē rectorē ī tpe suscitabit super illam. Et de prædicta uoluntate sub figura nobis dr Iob 37. Quod lustrāt cūcta p circuitū quocumq; voluntas guber-
E nantis pduxerit. Dimittit aūt Deus aliquos pfici pp subditorum peccata, s̃m illud Iob. 34. Regnare facit hoīem hypocritā pp peccata populi Talis aūt rector nō dr esse s̃m voluntatē Dei, sed s̃m eius indignationem, s̃m illud Osee. 13. Dabo tibi regē in furore meo, & auferā in indignatione mea. Scdo ponit psonā adiunctā, cum dicit. [Et Sosthenes frater.] Quē sibi salutado adiungit quia ad Apostolum detulerat cōtentiones, & alios Corinthiorū defectus, ne hoc uideret ex odio fecisse: & iō noīat eū fratrē, vt ostendat q ex zelo charitatis hoc fecerat, Prou. 9. Argue sapient[em] & diliget te. Deinde ponit psonas salutatas, cū di[cit]. [Ecclię Dei q̃

A est Corinthi.] Et primo, ponit principales psonas, quas describit tripliciter. Primo quidē ex loco, cū dicit, [Ecclesiæ Dei, q̃ est Corinthi.] i. fidelib. Xpi Corinthi cōgregatis. Ps. 34. Cōfitebor tibi in ecclesia magna. Scdo ex munere gr̃æ, cū dicit. [Sanctificatis in Xpo Iesu.] i. in fide, passione, & sacro Xpi Iesu inf. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Heb. ult. Iesus, vt sanctificaret p suū sanguinem populū, extra portā passus est. Tertio, ponit originē gr̃æ, cū dicit. [Vocatis sanctis.] Quia. s. ad sāctitatem p gr̃am uocationis peruenerūt. Rom. 8. Quos pdestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris uos uocauit ī admirabile lumē suū. Scdo ponit psonas secundarias, fideles. s. q nō erāt ī ipsa ciuitate, sed habitabāt in diœcesi ciuitatis, vel dīt rictu. Vnde subdit. [Vobis,] inquā, qui estis Corinthi scribo. [Cū omnib. q inuocant nomen dn̄i nostri Iesu Christi.] s. per verā fidei cōfessionē. Ioel. 2. Oīs qui inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit. Et hoc. [In oī loco ipsorum.] i. eorū iurisdictioni subiecto. [Et nr̃o,] quia per hoc, q subijciebantur epo ciuitatis, non eximebantur a ptāte Apostoli,
C quinimmo magis erāt ipsi Apostolo subiecti q̃ his, quib. ipse eos subiecerat. ps. 102. In oī loco dominationis eius, benedic aīa mea dn̄o. Vltimo aūt, in salutatione ponit bona salutifera, quę eis optat, quorū primū est. [Gratia,] p quā iustificamur a peccatis. Ro. 3. Iustificati gratis p gr̃am ipsius. Vltimū aūt est [Pax,] q̃ perficit in felicitate æterna. ps. 147. Qui posuit fines tuos pacē. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Per hæc aūt duo, oīa alia includit. Vnde dicit. [Gr̃a & pax.] Cām eorū oñdit, subdens [A Deo patre nostro,] s̃m illud Iac. 1. Omne datū optimū, & oē donum perfectū desursum est, descendēs a p̄re luminū. Addit aūt [Et dn̄o Iesu Xpo,] per quē, vt dr 2. Pet. 1. Maxima & ptiosa promissa donauit nobis Deus Io. 1. Gr̃a & veritas p Iesum Xpm facta est. Qd aūt dicit. [A Deo p̄re nr̃o,] potest intelligi de tota Trinitate, a qua creati sumus, & in filios adoptati. Addit aūt [Et dn̄o Iesu Christo,] nō quia sit psona alia, vel hypostasis pter tres psonas, sed pp aliā naturā. Vel q dr. [Deo patre nostro,] per quandā appropriationē accipitur pro psona p̄ris, sicut Io. 20. Ascendo ad
D patrē meum, Deū meum, & Deū vr̃um. In hoc autem q subdit. [Et dn̄o Iesu Christo,] manifestatur persona filij, tacetur autem de spiritu sācto, quia est nexus patris & filij, & intellectus ex ambobus, uel qa est donū vtriusq; intelligitur in donis, de quib. dicit Gratia, & pax, q̃ per spiritum sanctum dantur. inf. 12. Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus. Deinde cum dicit. [Gratias ago Deo meo.] Incipit epistolarem tractatum. Et primo, gratias agit de bonis eorum, vt correctionem suorum defectuum tolerabilius ferant. Secundo ponit eorum instructionem, ibi. [Obsecro vos autem fratres.] Circa primū duo facit. Primo gratias agit de bonis, quæ iam acceperant. Secūdo de bonis, quæ in futurum expectabant, ibi. [Expectantib. reuelationem.] Circa primū duo facit. Primo, ponit gratiarum actionem, cum dicit. [Gratias ago Deo meo,] qui. s. & si sit Deus omnium per creationem & guber-
E nationem; tamen est eius, & cuiuslibet iusti per fidem, & deuotionem. Psal. 117. Deus meus es tu, & confitebor tibi. Ostendit etiā qñ gratias agit, cum dicit. [Semper,] quia hæc gratiarum actio ex charitatis affectu procedit, qui in eius corde assiduus erat. Prouerb. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Et quamuis omni tempore eos diligeret, & pro eorum bonis gratias agere actualiter, tñ etiam pro eis gratias agebat omnib. horis, quas hēbat orationi deputatas. Ostēdit ēt pro quibus gratias agit, cū dicit. [Pro vobis,] de quorum. s. bonis pp charitatis unionē gaudebat, sicut de suis. 3. Io. 3. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Secundo, ostendit ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

teriā gratiarum actionis,& primo in gñali, cum dicit.[In grā Dei] .idest per grām Dei.] Quæ data est uobis in Christo Iesu,]i.per Xp̄m Iesum. Io.1.De plenitudine eius oēs non accepimus grām pro grā. Scđo, in spāli, ubi primo oñdit grę abundantiā,cum dicit.[Quia in oīb.].s.q̄ pertinent ad salutē.] Diuites,].i.abundantes. [Facti estis ī illo.]

LECTIO II.

Obsecro autem uos fratres per nomen dñi nostri Iesu Xp̄i: ut idipsum dicatis oēs, & nō sint in uobis schismata. Sitis aūt perfecti in eodem sensu, & in eadem sciētia. Significatū est.n.mihi de uobis fratres mei, ab his qui sunt Cloes,quia contentiones sunt inter uos.Hoc āt dico,q̄ unusquisq; uestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego aūt

.i.p Xp̄m,ſm illud.1.Co.8.Propter uos egenus factus est,ut illius inopia diuites essetis. Et exponit,ī quib.sint diuites facti, cum dicit,[In oī uerbo,] uel qa oīb. gñeribus linguarum loquebātur. Vel quia in uerbo doctrinæ abundabāt. Verbum autem non proferretur ordinate nisi ex scīa procederet,& ideo subdit;[In oī scīa].i. intelligētia oīum scripturarum,& vīr oīum,q̄ pertinēt ad salutē. Sap.10.Dedit illi sciam sanctorum. Hoc autē qđ dicit Apostolus, referendum est ad eos,qui erant in ecclesia perfectiores, in quibus ēt alij minores has diuitias possidebant, sicut Aug.dicit super Io. Si amas unitatē cui hæres habes qcqd in illa alter hēt,tolle inuidiā, & tuū est qđ alius hēt:quos.n.cupiditas & inuidia separat,charitas iungit. Scđo oñdit rectitudinem, dicens. [Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis,] non esset rectum uerbum doctrinæ,neque recta scīa,si a testimonio Xp̄i discordaret, uel si ēt Christi testimonium non firmiter per fidem cordibus inhæreret, quia ut dr̄ Iac.1.Qui hæsitat,similis est fluctui maris, qui a uento mouetur,& circunfertur. Testimonium āt Xp̄i dicit,uel quia de ipso prophetæ prænunciauerunt, ſm illud Act. 10.Huic oēs
Tract.32. pphetę testimonium perhibent; uel quia ipse Xp̄s testimonium perhibuit,ſm illud Io.8.Si ego testimonium phibeo de meipso, uerum est testimonium meum. Vel ēt quia Apostolus in sua pdicatione Xp̄o testimonium dedit Act. 22. Non recipient testimonium tuum de me. Tertio tangit gratiæ perfectionē, cum dicit, [Ita ut nihil uobis desit in ulla gratia,] quia,.s.in diuersis personis oēs gratias gratis datas habebāt. Ad diuinā.n. puidentiā pertinet, vt absq; defectu necessaria largiat̄. Ps.33.Nihil deest timētib. eum,& iterum,Inquirētes autē dn̄m nō minuentur omni bono. Deinde ponit bona in futurum expectāda. Et circa hoc tria facit. Primo,ponit futuri boni expectationē,dicens, Vobis [inquā] non solum habentib. gratiam in pn̄ti, sed ēt; [Expectantib.] in futurum; [Reuelationem dn̄i nostri Iesu Christi, qua.s.sanctis suis reuelabitur, non solum per gloriam humanitatis, ſm illud Esa.33.Regem in decore suo uidebunt, sed ēt per gloriā diuinitatis, ſm illud Esa.4. Reuelabitur gloria dn̄i, quæ quidē reuelatio hoīes beatos facit. 1.Io.3.Cum āt apparuerit, similes ei erimus; & videbimus eum sicuti est. Et in hoc vita æterna cōsistit, ſm illud Io.17.Hęc est vita æterna, vt cognoscāt te solum verū Deū, & quē misisti Iesum Christum. Sicut āt illi quib. Xp̄s reuelatur, sunt beati in re,ita illi qui hoc expectant, sunt beati in spe. Esa.3. Beati oēs,qui expectāt eū. Et iō de ipsa expectatione gratias agit. Scđo ostendit q̄ hæc expectatio non est uana ex auxilio diuinæ gratiæ. Vñ subdit. Qui.s.Xp̄s,qui spē dedit vobis hmōi reuelationis,ēt; [Confirmabit vos,] in gratia accepta. 1.Pet.vlt. Modicum passos ipse perficiet,confirmabit,solidabitq; & hoc [usque in finē].s.uitæ nr̄æ: Matt.10.Qui perseuerauerit usq; ī finē, hic salu' erit. Nō autē ut sitis sine peccato, qa si dixerimus, qm̄ peccatū nō habemus, ipsi nosmetipsos seducimus & veritas in nobis non est, vt dr̄ 1.Io.1. Sed ut sitis, [Sine crimine] .i.sine peccato mortali. 1.Tim.3.Ministrēt nullum crimen habentes,& hoc,inquā,erit: [In die aduentus dn̄i nostri Iesu Christi,]quia.s.qui sine crimine inuenitur in die mortis,sine crimine perueniet ad diē iudicij, ſm illud Eccle.11.Si ceciderit lignum ad austrum, siue ad aquilonē, in quocumq; loco ceciderit,ibi erit. nisi āt sine crimine nūc inueniatur,frustra illā reuelationē expectaret. Tertio, rōnem suæ promissionis assignat,dicens, q̄ Deus vos cōfirmabit,q̄ debetis sperare,qa Deus est fidelis. Deu.32. Deus fidelis,& absq; vlla iniquitate. Per quē vocati estis in societatē filij eius Iesu Christi dn̄i nr̄i, vt.s.habeatis societatē ad Christū, & in pn̄ti per similitudinē gratiæ,ſm illud. 1.Io.1.Si ī luce ambulamus, sicut & ipse ī luce est, societatē habemus cum eo adinuicem,& in futuro p participationē gloriæ. Ro.8.Si cōpatimur vt & simul glorificemur. Nō autē videret̄ esse fidelis Deus,si nos vocaret ad societatē filij, & nobis denegaret quantum in ipso est,ea per quæ puenire ad eum possemus. Vnde Iosue. 1,dicit,Non te deseram,neque derelinquam.

F LECTIO II.

Præmissa salutatione,& gratiarū actione, hic incipit eos instruere. Et primo, ponit instructio de his,q̄ ad oēs cōmuniter ptinent.s.de his q̄ ptinent ad ecclesiastica sacra. Scđo instruit eos de his,quæ ad quosdam pertinebant.16.c.[De collectis aūt quæ fiunt in sanctos &c.]

Apollo, ego uero Cephæ, ego aūt Xp̄i. Diuisus est Xp̄s? Nunqd Paulus crucifixus est pro uobis,aut in nomine Pauli baptizatis estis? Gratias ago Deo meo, q̄ neminē uestrū baptizaui nisi Crispū & Caiū,neq; dicat, q̄ in nomine meo baptizati estis: Baptizaui aūt & Stephanæ domū:
G cæterū nescio si quē aliū uestrū baptizauerim. Non.n. misit me Xp̄s baptizare,sed euāgelizare.

In sacris aūt tria sūt cōsideranda. Primo qdem ipsū sacrum, sicut baptismus. Scđo id q̄ est res significata,& cōtēta.s.grā Tertio, id qđ est res significata, & nō cōtēta. s. gloria resurrectionis. Primo ergo agit de ipsis sacris. Scđo, de ipsis gratijs. 11.c.[De spūalib.aūt nolo uos &c.] Tertio de gloria resurrectionis. inf.13. Notū aūt vobis facio. Circa primum tria facit. Primo determinat ea,q̄ pertinēt ad sacrm baptismi. Scđo,ea q̄ pertinēt ad sacrm matrimonij, 5.c.ibi. [Oīno auditur inter vos &c.] Tertio,ea q̄ pertinent ad sacrm eucharistię. 8.c.ibi.[De his autem quæ idolis sacrificantur.] Dn̄s aūt Mat. vlt. discipulis pceptum dedit de doctrina simul & baptismo, dicens, Euntes docete oēs gentes,baptizātes &c.iō Apostolus in prima parte simul cū baptismo agit de doctrina. Est aūt sciēdum, q̄ inter Corinthios fideles erat qdā dissensio pp baptistas,& doctores Illi.n. qui erāt instructi, contemnebant alios quasi qui meliorē doctrinam acceperint,& meliorē baptismum. Vñ circa primum duo facit. Primo,remouet contentionē. Scđo contentionis cām, q̄ erat in hoc,q̄ gloriabantur de quibusdā,& alios Christi ministros con-
H temnebāt.inf.3.c.[Et ego fratres nō potui uobis loqui. Circa primum tria facit. Primo, pponit admonitionē. Scđo admonitionis necessitatē oñdit,ibi.[Significatum est.n.mihi &c.] Tertio, rōnē admonitionis assignat,ibi.[Diuisus est Xp̄s &c.] Circa primum duo consideranda sunt. Primum quidē q̄ eos inducit ad admonitionē seruandā. Vno mō per propriā humilitatē, cum dicit [Obsecro autē uos &c.] Prou.18.Cum obsecrationib. loquit̄ pauper. Alio mō p fraternam charitatē,cum dicit.[Fratres,]qa.s.ex affectu fraternæ charitatis hoc dicebat. Eccl.12. Frater q iuuat̄ a fratre,quasi ciuitas firma. Tertio, per reuerētiā Xp̄i,cum dicit:[Per nomē dn̄i nr̄i Iesu Xp̄i,]q̄ est ab omnib.honorādum,& cui oportet oēs esse subiectos,phi.2.In noīe Iesu oē genu flectat̄. Scđo considerādum est,q̄ inducit eos ad tria. Primo qdē ad concordiā, cum dicit.[Vt id ipsum dicatis oēs].i.omnes eadem cōfiteamini,& eandē sniam proferatis,de his q̄ sunt cōiter agēda. Ro.15. Vt unanimes
I mes uno ore honorificetis Deum. Scđo, prohibet uitium contrarium vnitati, cum dicit,[Et nō sint in uobis schismata,]quia vnitas ecclesiastica diuidi non debet,in cuius signum milites de tunica inconsutili. Io.19.dixerunt,Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Sunt autem proprie schismata,quando uel ppter diuersam fidei confessionem, vel pp diuersas sententias de agēdis,homines vnius collegij in diuersas separātur partes. Esa. 22.Scissuras ciuitatis Dauid uidebitis,quia multiplicatæ sūt. Tertio,inducit eos ad id,per q̄ possunt schismata vitare.s.ad pfectionem. Est.n.diuisionis causa dum vnusquisq; partiale bonum quærit,prætermisso perfecto bono,q̄ est bonum totius. Et ideo dicit [Sitis autem perfecti in eodem sensu] .s. quo iudicatur de agendis.[Et in eadem scientia,]qua iudicatur de cognoscendis, q.d. per hæc perfecti esse poteritis,si in unitate persistatis. Col. Super omnia charitatē habete,quod est uinculum perfectionis. Mat.5. Estote pfecti sicut pater vr̄ cęlestis perfectus est. Deinde cum di-
K cit.[Significatum est mihi.]oñdit necessitatem prædictę admonitionis,qa.s.cōtentionis uitio laborabant.q.d.ideo necesse est uos ad hoc inducere,qa significatum est mihi fratres mei. [Ab his qui sunt Cloes].i.in quadam villa Corinthiorum iurisdictioni subiecta:vel Cloes potest esse nomen matronæ, in cuius domo erant multi fideles congregati. [Quia contentiones sunt inter uos,] contra id quod dicitur Prouer.20.Honor est homini,qui separat se a contentionib.& modum contentionis exponit,subdēs.[Hoc autem dico,]idest contentionem nomino. [Quod unusquisque vestrum]nominat se ab eo, a quo est baptizatus & instructus,& dicit.[Ego quidem sum Pauli,] quia erat a Paulo baptizatus & instructus. Alius:[Ego autem Apollo,]qui.s.Corinthijs prædicauerat,vt habetur Act.19. Alius.[Ego uero Cephę.1. Petri cui dictum est Io.1.Tu uocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus. Quod quidē ideo dicebant,q̄ putabant a meliori baptista,meliorem baptismum dari, quasi uirtus baptistæ in baptizatis operaretur.

Et de hoc pseudo apostoli gloriabant̄,ſm illud ps.48. Vocauerūt noīa sua in terris suis. Alius aūt dicit[Ego aūt sū Xp̄i,]q̄ solus būdixit,qa solius Xp̄i virtus operat̄ in baptismo Xp̄i,Io.1.Super quē videris spūm descēdere & manere,ipse est q baptizat. Et iō baptizati,a solo Xp̄o denominant̄ Xp̄iani, nō aūt a Paulo Paulini. Esa.4. Tātūmodo

LECTIO III.

Non in sapiētia verbi, vt nō euacuetur crux Xp̄i. Verbum.n.crucis,pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiūt.n.nobis, Dei uirt' est. Scriptum est. i. Perdam sapientiam sapientium, & prudētiam

inuocet̄ nomen tuū super nos. Ad huius aūt erroris vitationem,dn̄r Græci hac forma in baptizādo vti, baptizetur seruus Xp̄i Nicolaus in noīe pr̄is,& filij,& spūsancti,videtur intelligi, q̄ hō nō baptizat interius,sed baptizatur a Xp̄o. Quia tn̄ ēt hō baptizat ministerio,vt ministrum & minister Xp̄i, iō ecclesia vtitur hac forma ī baptizādo. Ego te baptizo,in noīe pr̄is,& filij,& spūsancti qđ quidē est expressius ſm formā a Xp̄o traditā,qui dixit discipulis, Docete oēs gētes baptizātes eos. In noīe patris, & filij, & spūsancti &c. Vbi ipsos apostolos dicit baptizātes,ſm quē modū, sacri minister dicit,ego te baptizo. Deinde cū dicit:[Diuisus est Christus &c.]ponit rōnē prædictæ admonitionis,quare inter eos scissuræ, & cōtētiones esse nō debebāt.& primo,ex parte baptismi. Scđo, ex parte doctrinę,ibi:[Nō in sapīa verbi &c.]Circa primū tria facit. Primo ponit incōueniēs,qđ ex pdicta cōtētione sequit̄. Scđo manifestat,quare illud incōueniens sequat̄, ibi;[Nunqd Paulus crucifixus est &c.]Tertio excludit quandā falsā suspicionē, ibi;[Grās ago Deo meo &c.]Dicit ergo primo. Dixi q̄ vnusquisque vestrū dicit,ego sū Pauli,ego Apollo. Et ex hoc sequit̄, q̄ Xp̄s est diuisus. Nec refert vtrū interrogatiue,uel remissiue legat̄. Hoc āt pōt intelligi vno mō,quasi diceret,per hoc q̄ inter uos cōtendit̄, Xp̄s est diuisus a vobis,q non nisi in pace habitat,ſm illud Psal. 75.In pace factus est locus eius. Es.56. Iniquitates vestræ diuiserūt inter uos,& Deū vestrū. Sed melius aliter hoc pōt intelligi, vt sit sensus: p hoc,q̄ creditis baptismū esse meliorē,q a meliori Baptista dat̄,sequit̄,q̄ Xp̄s,q principaliter,& interius baptizat,sit diuisus.i.differēs in sua virtute,& effectu,ſm dn̄iam ministrorū:qđ patet esse falsum,p id qđ dr̄ Eph.4. Vnus dn̄s,vna fides,unū baptisma. Sed adhuc melius hoc intelligit̄, q̄ Apostolus dicit ex hoc, q̄ ea,q̄ sunt propria Xp̄i,alijs attribuitis,quodāmodo Xp̄m diuiditis plures Xp̄os faciētes,cōtra id qđ dr̄ Mat.23. Magister uester vnus est Xp̄s. Esa.45,Cōuertimini ad me, & salui eritis oēs fines terræ,qa ego dn̄s & nō est alius. Est aūt sciēdum, q̄ Xp̄s in sacro baptismi,duplicē hēt uirtutē sibi propriā. Vnā quidē diuinā,qua simul cum patre,& spūsancto, interius mundat a peccato, & hoc nulli naturā,q̄ est ptās excellētiæ in sacris,& cōsistit in quatuor. Quorū unum est,q̄ ipse sacra instituit. Secundum est,q̄ potuit effectū sacrorum sine sacro cōferre. Tertiū est,q̄ meritū passionis eius operat̄ ī baptismo,& alijs sacris. Quartū est,q̄ ad inuocationē nois eius sacra cōferunt̄. Hāc aūt ptātē excellētiæ, & maxime quantum ad ultimū,cōferre potuit ministris baptismi,vt.s.eorū noībus cōsecraret̄ baptismus,sed noluit,ne schisma,ex hoc in ecclesia fieret,dū tot reputarent̄ baptismi,quot essent baptistæ. Et hoc est,q̄ ſm expositionē† Aug. Io.Bap.de Xp̄o nescisse fatet̄. Io. 3. Vtrū.s.hāc pōtatē sibi retineret. Deinde cū dicit:[Nunqd Paulus &c.]Oñdit pdictū incōueniēs sequi ex eorū errore, q̄ diuersum baptisma esse estimabāt,ſm differentiā baptistarū,hoc.n.esset, si a baptistis baptismus efficaciā haberet,qđ quidē solius est Xp̄i. Hoc āt oñdit dupliciter. Primo,qdē ex parte passionis Xp̄i,in cuius uirtute baptismus operat̄,ſm illud Ro.6.Quicunq; baptizati sum' in Xp̄o Iesu,ī morte ipsius baptizati sum'. Et iō dicit. [Nūquid Paulus crucifixus est p uobis?]q.d. Nunqd passio Pauli cā est nr̄æ salutis,ut ſm ipsum baptismus hēat uirtutē saluādi? q.d. nō. Hoc.n. pprium est Xp̄o,ut sua passione & morte,nr̄am salutē operatus fuerit. Io.11.Expedit ut unus hō moriat̄ p populo, & nō tota gēs pereat. 2.Co.5. Vnus p oīb.mortuus est. Sed cōtra vr̄ esse,qđ Apostolus dicit. Col.1. Gaudeo ī passionib.meis p vobis, & adimpleo ea,q̄ desunt passionum Xp̄i ī carne mea, p corpore eius,qđ est ecclesia. Sed dicēdum,q̄ passio Xp̄i fuit nobis salutifera,nō solum p modum exēpli,ſm illud.1.Pet.2.Xp̄s passus est, p nobis,uobis relinquēs exēplum,ut sequamini uestigia eius, sed ēt p modum meriti & p modum efficacię,inq̄tum eius sanguine redēpti,& iustificati sumus,ſm illud Heb.ult. Vt sāctificaret p suū sanguinē populum, ex portā passus est,sed passio aliorum nobis est salutifera,solum per modum exēpli,ſm illud 2.Corin.1. Siue tribulamur, p uestra exhortatione & salute. Scđo, ostendit idem ex virtute nois Christi,q in baptismo inuocat̄. Vnde subdit:[Aut in noīe Pauli baptizati estis?]q.d.non. Vt.n.dr̄ Act.4. Non est aliud nomen datum hominib. per quod oporteat nos saluos fieri. Vnde & Esa.26.dr̄,Nomē tuum & memoriale tuum in desiderio aīæ. Sed ut,q̄ in noīe Xp̄i homines non baptizentur. Dicit enim

A Mat.vl. Docete oēs gētes,baptizātes eos ī noīe pr̄is & filij & spiritus sancti. Dicēdū est aūt,q̄ in primitiua ecclesia, qa nomen Xp̄i multū erat odiosum,vt venerabile redderet̄,apostoli in noīe Xp̄i baptizabāt ex spāli ordinatione spūs sācti. Vñ dr̄ Act.7.q̄ in noīe Xp̄i baptizati sunt viri & mulieres. Et tn̄ vt Amb.dicit. In noīe Xp̄i tota trinitas intelligit̄. Xp̄s.n. interp̄tat̄ vnctus, in quo ītelligit̄ non solū ille,qui vngitur,q est filius Dei, sed ēt ipsa vnctio q̄ est spūs sanctus,& ipse vngens qui est pater, ſm ps.44. Vnxit te Deus,Deus tuus oleo lętitiæ,pręconsortib.tuis. Nūc aūt qa nomē Xp̄i iā est magnum in gentib. ab ortu solis vsque ad occasum, ecclesia vtit̄ forma prius instituta a Xp̄o baptizās in noīe pr̄is,& filij,& spiritus sancti. Et tn̄ qui
B cunq; in hac forma baptizant̄,in noīe eius, q est uere filius Dei baptizant̄. Baptizātur ēt oēs fideles in noīe Xp̄i.i.fide & cōfessione noīs Xp̄i, ſm illud Iohe.2.Oīs qcunq; inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit. Vnde baptizati a Xp̄o Xp̄iani nominant̄, quia ut dr̄ Gal.1.Quotquot in Xp̄o baptizati estis,Xp̄m induistis. Sic ergo, si solius Xp̄i passio,si solius Xp̄i nomē uirtutem cōfert baptismo ad saluādum,uerum est proprium esse Xp̄o, ut ex eo baptismus hēat sanctificādi uirtutē. Vnde q hoc alijs attribuit,diuidit Xp̄m in plures. Deinde cum dicit;[Gratias ago Deo meo.] excludit q̄dā suspitionē. Quia ibi dixerat,nunqd.n. Paulus crucifixus est p nobis,posset aliquis credere,q̄ & si nō authoritate, ministerio tn̄ plures baptizauerit, Et circa hoc tria facit. Primo, gratias agit de hoc,q̄ paucos baptizauit. Scđo quibusdā paucis noīatis, quosdā alios addit,ibi:[Baptizaui autem.]Tertio,assignat rationē,quare nō multos baptizauerit,ibi;[Nō.n.misit me Deus] Dicit ergo primo:[Gratias ago Deo meo,qđ neminem uestrum baptizaui nisi
C Crispū.]De quo Act.18. Crispus Archisynagogus credidit dn̄o, cum oī domo sua: [Et Caium]ad quem scribitur tertia Canonica Ioannis. Et quia gratiarum actio locum nō habet,nisi in beneficijs pceptis:cōsequenter Apostolus ostendit,qualiter de hoc gratias agat. cum subdit. Ne quis dicat, q̄ in nomine meo baptizati estis. Est.n.optabile sanctis uiris,ne ex bonis,quæ ipsi faciunt,alij sumant occasionem erroris sui,siue peccati. Et quia Corinthij in eum errorem deuenerant,ut se a suis baptistis nominarent, dicentes,Ego sum Pauli & Apollo, ac si in eorum nominib. essent baptizati,ideo gratias agit de hoc,q̄ de suo ministerio talis error cōsequutus non fuerit. Et iō signanter dicit se baptizasse illos, q ab hoc errore immunes erant. Deinde cum dicit: Baptizaui āt &c.] Ponit quosdā alios a se baptizatos,ne in eius uerbis aliquid ueritatis minus appareret. Vnđ dicit;[Baptizaui & domum].i. familiā; [Stephanæ].s.cuiusdam matronæ. Et quia circa particularia facta,memoria hominum labilis est,subdit,Cæterum, [Nescio]. i.
D in memoria non habeo;[Si quem alium baptizauerim,]in ppria persona. Deinde cum dicit:[Nō.n.misit &c.] Assignat rōnē quare paucos baptizauerit, dicēs: [Nō. n. misit me Deus baptizare, sed euāgelizare.]Cōtra qđ uī esse qđ dr̄ Mat.ult. Euntes docete oēs gentes,baptizātes eos in noīe patris,& filij & spiritus sancti. Sed dicendum est,q̄ Christus apostolos misit ad utrumq; ita tn̄ q̄ ipsi per seipsos prædicarent, ſm quod ipsi dicebant Act. 6. Nō est æquum relinquere nos uerbum Dei,& ministrare mensis. Baptizarēt autem per inferiores ministros, & hoc ideo, quia in baptismo nihil operatur industria uel uirtus baptizantis: nam indifferens est,utrum per maiorem uel minorem ministrum detur baptismus;sed in prædicatione euangelij, multum operatur sapientia & uirtus prædicantis,& ideo prædicationis officium per seipsos apostoli tanquam maiores ministri exercebant, sicut & de ipso Christo dicitur Io.4.q̄ ipse non baptizabat, sed discipuli
E eius,qui tamen de seipso dicit Luc.4.Quia & alijs ciuitatib.oportet me euangelizare regnum Dei,quia ideo missus sum. Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me.

LECTIO III.

Postquā Apostolus improbauit Corinthiorum cōtentionē,rōne sumpta ex parte baptismi,hic excludit eorum cōtentionē rōne sumpta,ex parte doctrinæ. Quidā.n. eorū gloriabant̄ de doctrina Pseudo apostolorum,qui ornatis uerbis & humanæ sapīæ rōnib. ueritatē fidei corrumpebāt. Et iō Apostolus primo, oñdit hunc modum cōuenietē nō esse doctrinæ fidei. Scđo, oñdit hoc mō docēdi,se usum apud eos nō fuisse.2.c.ibi:[Et ego cum uenissē ad &c.]Circa primum duo facit, primo proponit qđ intendit. secundo manifestat propositum,ibi:[Vt non euacuetur.]Dicit ergo primo.dixi q̄ misit me Christus euangelizare, non tamen ita q̄ ego:[In sapientia uerbi,]euangelizem. idest in sapientia mundana,quæ uerbosos facit,inquantum per eam multis uanis rationibus homines utuntur. Eccl.6. Vbi uerba sunt plurima, multam

Universidad de Deusto Biblioteca

in disputādo habentia vanitatē. Prou. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequēter egestas. Vel sapiētiā verbi noīat rhetoricā q̄ docet ornate loqui, ex quo alliciunt̃ interdū hoīes ad assentiēdū erroribus & falsitatibus. Vñ Ro. 16. Per dulces sermones seducūt corda innocentiū. Et de meretrice dr̃ Prou. 2. In figura hereticæ doctrinæ. Vt eruaris a muliere aliena, & extranea, q̄ mollit sermones suos. Sed cōtra dr̃ Esa. 33. Populū imprudētē nō videbis. s. in catholica ecclesia & populū alti sermonis, ita vt nō possis intelligere disertitudinē linguæ eius, in quo nulla est sapientia, sed quia in Græco ponitur logos, qd̄ rōnem & sermonē significat, posset cōuenientius intelligi sapīa uerbi. i. humanæ rōnis, quia illa quę sunt fidei humanā rōnē excedūt, ſm illud Eccl. 3. Plurima supra sensum hoīs ostēsa sunt tibi. Sed cōtra hoc uī esse, q multi doctores ecclesiæ in doctrina fidei sapīa, & rōnibus humanis, & ornatu uerborū sunt usi. Dicit. n. Hier. in epis. ad Magnū oratorē urbis Romæ, q oēs doctores fidei in ornatu philosophiæ doctrinis, atq; scientijs suos refarxerunt libros, ut nescias, quid in illis primo admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiā scripturarū. Et Aug. dicit in 4. de doctrina Xpiana. Sunt uiri ecclesiastici, q diuina eloquia, non solū sapiēter, sed & suauiter tractauerūt. Dicendū est ergo, q aliud est docere in sapīa uerbi quocumq; mō intelligat̃, & aliud uti sapīa uerbi in docendo. Ille in sapīa uerbi docet, qui sapientiā uerbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ, ita. s. q ea solū approbet, q̄ uerbi sapientiam cōtinent; reprobet aūt ea q̄ sapiētiā uerbi nō hn̄t, & hoc fidei est corruptiuū. Vtit̃ aūt sapīa uerbi, qui suppositis uere fidei fundamētis, si qua uero in doctrinis philosophorū īueniat, in obsequiū fidei assumit. Vñ Aug. dicit in 2. de doctrina Xpiana, q si qua philosophi dixerūt fidei nostræ accōmoda, nō solū formidanda non sunt, sed ab eis tanq̄ ab iniustis possessorib. in usum nostrū uendicāda. Et in quarto de doctrina Xpiana dicit. Cū posita sit in medio facultas eloquij, q̄ ad psuadēdū seu praua, seu recta ualēt pluribus, cur nō bonorū studio cōparet̃ ut militet ueritati, si eā mali in usum iniquitatis, & erroris usurpāt? Deinde cū dicit: [Vt non euacuet̃ crux Christi] Probat, qd̄ dixerat, & primo quidē ex parte materiæ, secundo ex parte ipsorū docentiū, ibi: [Videte. n. uocationē uestram &c.] Circa primū tria facit. Primo ostendit modū docēdi, qui est in sapīa uerbi, nō esse congruū fidei Xpianæ. Scd̄o probat qd̄ supposuerat, ibi; [Verbum. n. crucis.] Tertio probationē manifestat, ibi: [Qm̄ Iudei signa petunt.] Circa primū considerādū est, q ēt in philosophicis doctrinis, nō est idē modus conueniēs cuilibet doctrinæ. Vñ sermones, ſm materiā sunt accipiendi, ut dr̃ in 1. Eth. Tunc aūt maxime modus aliquis docendi est materiæ incōgruus: qn̄ per talē modū destruit̃, id qd̄ est principale in materia illa, puta si quis in reb. intellectualib. uelit metaphoricis demōstrationib. uti, q̄ nō trāscendūt res imaginatas, ad quas non oportet intelligētē adduci, ut Boetius oñdit in lib. de Trin. Principale aūt in doctrina fidei Xpianæ est salus p crucē Xpi facta. Vñ in scd̄o dicit, [Nō iudicaui me scire aliquid inter uos nisi Iesum Iesum Chrm̄ & hūc crucifixū. Qui aūt principaliter innitit̃ ī docēdo sapīa verbi q̄tū in se est, euacuat crucē Xpi. Ergo docere ī sapīa verbi, nō est mod᷑ cōueniēs fidei Xpianę, hoc est, ergo q dicit [Vt nō euacuet̃ crux Chri]. i. ne si in sapīa verbi p̄dicare voluero: tollat̃ fides de uirtute crucis Xpi. Gal. 5. Ergo euacuatū est scādalū crucis, ps. 136. Qui dīt exināite vsq; ad fundm̄ ī ea. Deinde, cū dicit: [Verbū crucis &c.], pbat, q p doctrinā, q̄ est in sapīa verbi crux Xpi euacuetur. Et circa hoc duo facit, primo īducit pbationē, secūdo, assignat cām dictorū, ibi. [Scriptū est. n. &c.] Dicit ergo primo, Iō dixi, q si per sapīam verbi doctrina fidei proponeretur, euacuaret̃ crux Xpi: [Verbū]. n. [Crucis]. i. annūtiatio crucis Xpi [Stultitia est] i. stultū aliqd vr̃: [Pereuntib. quidē]. i. infidelibus q se ſm mūdū existimāt sapiētes, eo q p̄dicatio crucis Xpi, aliquid continet, q ſm humanam sapīam impossibile vr̃, puta q Deus moriatur, q omnipotēs uiolētorū manib. subijciatur. Cōtinet ēt q̄dam, q̄ prudētiæ huius mūdi cōtraria vident̃, puta q aliqs nō refugiat cōfusiōes cū possit, & aliqua hmōi. Et iō Paulo hmōi annūtiāti dixit Festus, vt legit̃ Act. 26. Insanis Paule multę lrãe ad īsaniā te adducūt. Et ipse Pau. dicit inf. 4. Nos stulti pp Xpm, & ne credat̃ re vera verbū crucis stultitiā cōtinere, subdit: [His aūt q salui fiūt, i. nobis]. s. Xpi fidelibus q ab eo saluamur, ſm illud Mat. 2. Ipse. n. saluū faciet populū suū a peccatis eorū] Virt᷑ Dei est qa ipsi ī cruce Xpi mortē Dei cognoscūt, qua diabolū vicit, &

Tom. 2. cap. 5. cap. 40. Lect. 3.

prudentiam reprobabo? Vbi sapiens, vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit Deus sapientiā huius mūdi? Nā quia in Dei sapiētia n̄ cognouit mūdus p sapientiā Deū, placuit Deo p stultitiā p̄dicationis saluos facere credentes. Qm̄ & Iudæi signa petunt, & Greci sapiētiam quærunt. Nos aūt prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidē scandalū, Gentibus autē stultitiam, ipsis aut vocatis Iudęis, atq; Græcis Christū Dei uirtutem, & Dei sapientiā, quia quod stultum est Dei, sapiētius est hominibus, & quod infirmū est Dei, fortius est hominibus.

F mundū. Apo. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Itē virtutē quā in seipsis experiunt̃, dū simul cū Xpo vitijs, & cōcupiscētijs moriuntur, ſm illud Gal. 5. Qui Christi sunt, carnē suā crucifixerūt cū vitijs, & cōcupiscētijs. Vñ in Ps. 109. dr̃. Virgā virtutis tuę emittet dñs ex Sion. Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat oēs Deinde cū dicit; [Scriptū est. n.] ostēdit pdictorū cām, & ponit primo, quare verbū crucis sit hoīb. stultitia. Scd̄o oñdit, quare ista stultitia sit uirtus Dei his, q saluant̃, ibi: [Nā quia in Dei sapiā &c. Circa primum duo facit. Primo inducit auctoritatē pnuntiātē q̄ fuerit̃. Scd̄o ostendit, hoc esse impletū, ibi; [Vbi G sapiens.] Circa primū cōsiderādū, q id qd̄ est in se bonū, non pōt alicui stultū videri, nisi pp defectū sapīæ. Hæc est ergo cā, quare verbū crucis, qd̄ est salutiferū credētib. quibusdā vr̃ stultitia, quia sunt ipsi sapīa priuati, & hoc est qd̄ dicit: [Scriptū est. n. Perdā sapīam sapīum, & prudentiā prudentiū reprobabo.] Pōt aūt hoc sumi ex duob. locis. Nā in Abdia dr̃. Perdam sapīam de Idumea, & prudentiā de mōte Esau. Expressius aūt habet̃ Esa. 29. Peribit, sapīa a spientib. & intellectus prudentiū eius abscondet̃. Differunt aūt sapīa, & prudētia. Nā sapīa est cognitio diuinarū rerū. Vnde ptinet ad cōtemplationē Iob. 28. Timor Dei ipsa est sapīa. Prudētia vero, pprie est cognitio rerū humanarū. Vnde dr̃ Prou. 10. Sapiētia est viro prudētia, quia. s. scia humanarū rerū prudētia dr̃. Vnde & philosophus 6. Eth. dicit, q prudentia est recta rō agibiliū, & sic prudētia ad rōnē ptinet. Est aūt cōsiderādū, q hoīes quātūcumq; mali, nō totaliter donis Dei priuant̃, nec in eis dona Dei reprobant̃, sed in eis reprobat̃, & pdit̃, qd̄ ex eorū malitia proce- H dit. Et iō nō dicit simpliciter, [Perdā sapīam:] quia, Oīs sapīa a dño Deo est, vt dr̃ Esa. 29. Sed: [Perdā sapientiā sapientiū.] i. q̄ sapientes huius mūdi adinuenerūt sibi cōtra uerā sapīam Dei, q ut dr̃ Iob. 3. Nō est ista sapīa desursū descēdens, sed terrena, aīalis, diabolica. Similiter non dicit reprobabo prudētiā. Nā uerā prudētiā, sapīa Dei docet, sed dicit. [Prudentiā prudentiū.] i. quam illi, qui se prudentes æstimant in reb. mūdanis prudentiam reputant, vt. s. bonis huius mūdi inhæreāt. Vel qa ut dr̃ Ro. 8. prudētia carnis mors est. Et si pp defectū sapiētiæ reputāt impossibile Deum hoīem fieri, mortē pati ſm humanā naturā: pp defectū aūt prudentiæ, reputāt incōueniēs fuisse, q hō sustineret crucē cōfusione cōtēpta, vt dr̃ Heb. 12. Deinde cū dicit. [Vbi sapiēs &c.] oñdit esse impletū, q de reprobatione humanæ sapīæ, & prudētię fuerat pbatū. Et primo ponit mediū sub interrogatione. Scd̄o cōclusionē infert, ibi. [Nōne stultam Deus fecit sapīam huius mūdi & c.] Dicit ergo primo. [Vbi sapiēs.] q. d. nō inuenit̃ in cōgregatione fideliū, q saluat̃. Per sapientē intelligit illū, qui secretas naturę cāt I scrutat̃. Esa. 19. Qūo dicetis Pharaoni filius sapiētiū ego? Et hoc refert̃ ad Gentiles, q huius mūdi sapiētię studebāt, [Vbi scriba] idest peritus in lege, & hoc refert̃ ad Iudæos, quasi diceret. nō est in cœtu fidelium. Io. 7. Nunquid ex principib. aliquis credidit in eum. [Vbi inquisitor huius seculi?] qui. s. p prudentiā exquirit, q̄ sit cōueniētia uitę humanę in reb. huius sæculi. q. d. nō inuenitur inter fideles, & hoc refert̃ ad vtrosq;. s. Iudæos, & Gētiles, Baruc. 3. Filij Agar, q exquisierūt prudētiā, q̄ de terra est. Vr̃ aūt Apostolus hāc interrogationē sumere ab eo, q dr̃ Esa. 33. Vbi est literatus, p quo ponit sapiētē. Vbi est verba legis pōderās, p quo ponit, Scribā. Vbi est doctor paruulorū, p quo ponit, inquisitorē huius sæculi, qa paruuli maxime solēt instrui de his, q̄ pertinēt ad disciplinā moralis vitæ. Deinde cū dicit; [Nonne stultā fecit &c.] infert cōclusionē sub interrogatione. q. d. cū illi q sapientes mūdi reputantur a uia salutis defecerint; [Nonne Deus sapientiam huius mundi fecit stultam;] idest, demonstrauit esse stultā, dum illi; qui in hac sapientia pollebant, tam stulti inuenti sunt, ut uiam salutis K nō acciperent. Hie. 10. & 51. Stultus factus est omnis hō a sciētia sua. Esa. 47. Sapientia tua & sciētia tua hæc, decipit te. Pōt aūt, & aliter intelligi quod dictū est, ac si diceret. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudētium reprobabo. i. eligā eā in primis meis prædicatorib. ſm illud Prou. 30. Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus, & infra, Stultissimus, sum uirorū, & sapīa hoīum nō est mecū: [Vbi sapiens.] q. d. inter prædicatores fidei non inuenitur. Matt. 11. Abscōdisti hæc sapientib. & prudētib. & reuelasti ea paruulis; [Nōne Deus stultam fecit]. i. demonstrauit sapientiā huius mundi, faciēdo quod ipsis impossibile reputabat̃. s. dictū esse hoīem mortuū resurgere, & alia hmōi. Deinde cū dicit; Nā qa in Dei sapientia & c. assignat rōnē, quare p p̄dicationis stulti-

stultitiam saluētur fideles, & hoc est quod dictum est, q verbū crucis pereuntib. quidem stultitia est; virtus vero saluationis, credentib. [Nam placuit Deo per stultitiam prædicationis. i. per p̄dicationem, quam humana sapientia stultam reputat: [Saluos facere credentes,] & hoc ideo, quia mundus. i. mundani nō cognouerūt Deū per sapientiā ex rebus mundi acceptā, & hoc in Dei sapientia. Diuina. n. sapientia faciens mundum sua indicia in rebus mūdi instruit, ſm illud Eccl. 1. Effodit illam super oīa opera sua, ita q ipsæ creaturæ per sapientiā Dei factæ, se habēt ad Dei sapientiam cuius indicia gerūt, sicut verba hominis ad sapientiā eius quā significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum magistri sapientiam, vt per verba, q̄ ab ipso audit, ita homo poterat ad cognoscendum Dei sapientiam, per creaturas ab ipso factas inspiciēdo peruenire, ſm illud Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea, q̄ facta sunt, intellecta conspiciūtur. Sed homo, propter sui cordis vanitatem a rectitudine diuinæ cognitionis deuiauit. Vnde dr̃ Io. 1. In mūdo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Et ideo Deus, per q̄dā alia ad sui cognitionem salutiferam fideles adduxit, q̄ in ipsis rōnibus creaturarum non inueniuntur, pp quod a mūdanis hominibus, qui solas humanarum rerū considerant rōnes, reputantur stulta. Et huiusmodi sunt fidei documenta. Et est simile, sicut si aliquis magister considerans sensum suū, ad adiutorib. non accipi per uerba, quæ protulit, studet aliis verbis uti, per quæ possit manifestare, q̄ habet in corde. Deinde cum dicit; [Qm̄ & Iudæi &c.] Manifestat probationem præmissorum, & primo quantū ad id, quod dixerat. Verbum crucis pereuntib. stultitia est. Secundo, quantum ad id, quod dixerat; [His qui salui fiunt, virtus Dei est.] Ipsis aūt uocatis &c. Circa primum duo facit; primo ponit pereuntium differens studiū, & intentionem. Secundo, ex hoc rationem assignat eius, quod dixerat, ibi; [Nos autem prędicamus Christum.] Pereuntium aūt. i. infidelium, quidā erant Iudęi, quidam Gentiles. Dicit ergo, dictum est, q: [Verbum crucis pereuntib. est stultitia,] & hoc ideo, qm̄: [Iudæi signa petunt. Erāt. n. Iudæi consueti diuinitus instrui, ſm illud Deut. 32. Erudiuit eū, & docuit. Quæ quidem doctrina cū esset a Deo, per multa mirabilia manifestata, ſm illud Ps. 77. Fecit mirabilia ī terra Aegypti. Et ideo ab afferentib. quamcunq; doctrinam, signa q̄rebant, ſm illud Matt. 12. Magister, volumus a te signum aliquod uidere. Et in Ps. 73. dr̃, Signa nostra non uidimus. Sed [Greci sapientiam q̄runt, vtpote in studio sapientiæ exercitati, sapientiā dico, q̄ per rōnes rerū mundanarū accipitur, de qua dr̃ Hier. 9. Non gloriet̃ sapiens in sapientia. Per Græcos aūt, oēs Gentiles dat intelligere qui a Græcis mundanā sapientiam acceperūt. Quęrebant igitur sapientiā, uolentes oēm doctrinam eis propositam, ſm regulam humanæ sapientiæ iudicare. Deinde concludit, quare verbū crucis sit eis stultitia, dicens, [Nos aūt prædicamus Christū crucifixū,] ſm illud inf. c. 11. Mortem dñi annuntiabitis donec ueniat: [Iudæis scandalū,] quia. s. desiderabant uirtutē miracula faciētē, & uidebant infirmitatē crucem patientē: nā ut dr̃ 2. Cor. ult. crucifixus est ex infirmitate: [Gentib. aūt stultitiam,] quia cōtra rōnē humanæ sapientiæ vr̃, q Deus moriatur, & q homo iustus, & sapiens se uolūtarie turpissimæ morti exponat. Deinde cū dicit: [Ipsis aūt uocatis,] manifestat quod dixerat, His autē qui salui fiunt, uirtus Dei est. Et primo manifestat hoc. Secūdo, rōnem assignat, ibi; [Quia quod stultum &c.] Dicit ergo primo dictū est, q: [Prædicamus Christum crucifixū, Iudæis scandalū & Gentibus stultitiā,] sed p̄dicamus Christū Dei uirtutē & Dei sapientiā ipsis uocatis Iudæis & Græcis. i. his, qui ex Iudæis, & Gentib. ad fidem Christi vocati sunt, qui in cruce Christi recognoscūt Dei uirtutē per quā, & dæmones superantur, & peccata remittūtur, & homines saluantur. Ps. 56. Exaltare dñe in uirtute tua. Et hoc dicit contra scandalum Iudæorū, qui de infirmitate Christi scandalizabantur, & recognoscunt in cruce Dei sapientiam, inquātū per crucē cōuenientissimo modo humanū genus liberat. Sap. 9. Per sapientiā sanati sunt, quicumq; placuerunt tibi a principio. Dr̃ aūt Dei uirtus, & Dei sapientia per quandā appropriationē. Virtus quidem inquantum per eum pater oīa operatur. Ioan. 1. Oīa per ipsum facta sunt. Sapientia uero inquantum ipsum verbum quod est filius, nihil est aliud, quàm sapientia genita, uel cōcepta. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodi primogenita ante oēm

A creaturam. Non aūt sic est intelligendum, q Deus pater sit fortis & sapiens uirtute, aut sapientia genita, quia ut Aug. probat. 6. de Trin. sequeretur, q pater haberet esse a filio, quia hoc est Deo esse, q fortē & sapientem esse. Deinde cū dicit: [Quia quod stultū est Dei,] assignat rōnem eius; quod dixerat, dicens, qūo id, q est infirmū & stultū possit esse uirtus, vel sapiētia Dei, quia; [Qd̄ stultū est Dei, sapientius est hominib.] q. d. Iam aliquod diuinū vr̃ esse stultū, non quia deficiat a sapientia, sed quia superexcedit sapientiā humanā. Hoīes. n. quidā cōsueuerūt stultū reputare, q eorū sensū excedit. Eccl. 3. Plurima super sensum hoīs ostēsa sunt tibi. [Et quod infirmū est Dei, fortius est hoībus,] quia. s. non dr̃ aliquid infirmū in Deo p defectū virtutis, sed per excessum humanæ uirtutis, sicut ēt dr̃ inuisibilis inquantū excedit sensum humanū. Sap. 12. Virtutem ostēdis tu, qui non crederis esse in uirtute consummatus, quāuis hoc possit referri ad incarnationis mysteriū, quia id quod reputatur stultū & infirmum in Deo ex parte naturæ assumptæ, transcendit oēm sapientiam & uirtutem. Exod. 15. Quis similis tui in fortib. dñe.

LECTIO IIII.

Videte enim vocationē uestram fratres, quia nō multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mūdi elegit Deus, ut cōfundat sapientes, & infirma mūdi, ut cōfundat fortia, & ignobilia mundi, & cōtēptibilia elegit De᷑, & ea, q̄ non sunt, ut ea q̄ sunt destrueret, ut non glorietur oīs caro in cōspectu eius. Ex ipso aūt vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia, à Deo, & iustitia & sanctificatio, & redēptio. ut quemadmodū scriptum B est, Qui gloriat̃, in dño gloriet̃.

LECTIO IIII.

SVpra ostendit Apostolus, q modus docendi, qui est in sapientia uerbi, non conuenit doctrinæ Christianæ, rōne materiæ, quæ est ipsa crux Christi, hic ostendit, q prædictus docendi mo- C dus non cōuenit doctrinæ Christianæ, rōne doctorum, ſm illud Prou. 26. In derisum est in ore stulti parabola. Et Eccl. 21. Ex ore fatui reprobabitur parabola. Quia igitur primi doctores fidei nō fuerunt sapientes sapientia carnali, non erat eis cōueniens, ut in sapientia uerbi docerent. Circa hoc ergo duo facit. Primo, ostendit qūo primi doctores fidei non fuerunt sapientes sapientia carnali, & in rebus humanis defectū patiebantur. Secundo, ostendit qūo talis defectus est in eis per Christum suppletus, ibi: [Ex ipso aūt uos estis.] Circa primū tria facit. Primo, excludit a fidei primis doctorib. excellentiam secularem. Secundo, astruit eorū subiectionem quantū ad sæculū, ibi; [Sed quæ stulta sunt mundi.] Tertio, rōnem assignat, ibi; [Vt nō glorietur.] Dicit ergo primo, dictū est, q stultū est Dei, sapientius est hominib. & hoc considerare potestis in ipsa uestra conuersione: [Videte enim,] i. diligēter considerare: [Vocationem uestram, qūo. s. uocati estis, non. n. per vosipsos accessistis, sed ab eo uocati estis. Ro. 8. Quos p̄destinauit, hos & uocauit. 1. Pet. 2. De tenebris uos uocauit in admira- D bile lumen suum. Inducit aūt eos, ut considerent modum suæ uocationis, quantum ad eos, per quos uocati sunt, sicut Esa. 51. dr̃, Attendite ad Abrahā patrem vestrū, & ad Saram, q̄ genuit uos, à quib. vocationis ministris, primo, excludit sapientiā, cum dicit; [Quia non multi eorum,] per quos uocati estis: [Sapientes secūdum carnem. i. in carnali sapientia & terrena. Iac. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Baruch. 3. Filij Agar, exquisierunt sapientiam, quæ de terra est, Dicit: [Non multi,] quia aliqui pauci erant ēt in sapientia mundana instructi, sicut ipse & ut Barnabas, uel Moyses, in ueteri testamento, de quo dr̃ Act. 7. q eruditus erat Moyses in oī sapiētia Aegyptiorū. Secundo, excludit secularem potentiā, cū dicit: [Nō multi potentes]. s. ſm sæculū. Vnde & Io. 7. dr̃, Nunquid aliquis ex principib. credidit in eum? Et Baruch 3. dr̃, Vbi sunt principes gentiū? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Tertio, excludit excellentiā generis, cū dicit: [Non multi nobiles.] Et aliqui inter eos nobiles fuerūt, sicut ipse Paulus, qui in ciuitate Ro- E mana se natum dicit. Act. 22. & Ro. vlt. de quibusdam dicit. Qui sunt nobiles in Apostolis. Deinde cū dicit; [Sed quæ stulta sunt, &c. Ponit ecōuerso eorū abiectionem quantū ad mundū, & primo defectū contrarium sapientiæ, cū dicit: [Quæ stulta sunt mūdi] i. eos qui secundū mundū stulti uidebātur: [Elegit Deus ad p̄dicationis offiñ] s. piscatores illiteratos, secundū illud Act. 4. Cōperto, q homines essent sine literis & idiotæ, admirabātur. Esa. 33. Vbi est literatus, ubi uerba legis ponderans. Et hoc ut cōfundat sapientes. i. eos qui de sapientia mundi confidunt, dū ipsi nō cognouerunt. q̄ sunt simplicibus reuelata. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentib. & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Vbi sunt nunc sapientes tui? annuntient tibi. Secundo, ponit defectum contrarium potentiæ, dicens, [Et infirma mūdi,] idest,

Universidad de Deusto Biblioteca

homines impotentes, ſm mundū, puta rusticos & plebeios: [Elegit Deus,] ad pdicationis offiū. In cuius figura dr̃ 3. Reg. 20. Ego tradā eos in manu tua, per pedissequos principū prouinciarū. Et Prouer. 9. dr̃, ꝙ sapiētia misit ancillas vocare ad arcē. In vtrisq; aūt primorū pdicatorū infirmitas designatur. Et hoc ideo [vt cōfundat fortia] i. potētes huius mūdi. Esa. 2. Incuruabitur oīs sublimitas hoium, & humiliabit altitudo virorū. Tertio ponit defectū cōtrariū nobilitati, in quo pñt tria cōsiderari. Primo quidē, claritas generis, quā ipsum nomen nobilitatis designat. Et contra hoc dicit: [Et ignobilia mūdi] i. qui ſm mundū sunt ignobiles. infr. 4. Vos nobiles, nos aūt ignobiles. Secundo, circa nobilitatē considerātur honor & reuerētia, q̃ talib. exhibentur, & cōtra hoc dicit: [Et cōtemptibilia] i. hoīes cōtemptibiles in hoc mūdo elegit Deus, ad pdicationis offiū ſm illud Ps. 78. Facti sumus opprobriū uicinis nr̃is, & his, qui in circuitu nostro sunt. Tertio, in nobilitate considerat̃ magna opinio, quā hoīes de eis hñt. Et cōtra hoc dicit: [Et ea, q̃ nō sunt]. i. q̃ nō vñt esse in sæculo, elegit Deus ad pdicationis offiū. Iob 30. Quorum virtus manuū erat mihi pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni. Et hoc ideo: [Vt destrueret ea q̃ sunt] .i. eos qui in hoc mundo, aliquid esse vñt. Esa. 23. Dñs exercituū cogitauit hoc, vt detraheret superbiā oīs glorię, & ad ignominiā deduceret uniuersos inclytos terræ. Deinde assignat causam dictorū, dicens. Ideo non elegit in sæculo excellentes, sed abiectos ut nō glorietur oīs caro &c. i. vt nullus pro quacunq. carnis excellentia glorietur p cōparationē ad dñm. Hier. 9. Nō glorietur sapiens in sapia sua, & nō glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitiis suis. Ex hoc. n. ꝙ Deus mundū suæ fidei subiecit, nō per sublimes in mūdo siue in sæculo, sed per abiectos, nō pōt gloriari hō, ꝙ per aliquā carnalē excellentiā saluatus sit mūdus. Videretur aūt nō esse a Deo excellentia mundana, si Deus ea nō uteretur ad suū obsequiū. Et ideo in principio, quidē paucos, postremo uero plures seculariter excellētes Deus elegit ad pdicationis offiū. Vnde in Glo. dr̃ ꝙ nisi fideliter pcederet piscator, nō humiliter sequeretur orator, & ēt ad gloriā Dei pertinet, dum per abiectos sublimes in sæculo ad se trahit. Deinde cum dicit: [Ex ipso vos estis,] ne pdicatores fidei tanquā nō excellētes, sed abiecti in sæculo cōtēnerentur, oñdit qño Deus pdictum defectū in eis supplet. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit cui sit attribuenda salus mundi, q̃ prædicatorum ministerio facta est, dicens, Dictum est, ꝙ vocati estis non per excellentes, sed per abiectos in sęculo. Ex quo patet, ꝙ uestra conuersio non est homini attribuēda, sed Deo. Et hoc est, qđ dicit; [Ex ipso aūt]. i. ex uirtute Dei: [Vocati estis in Christo Iesu] .i. uniti, & incorporati per gratiā. Ephe. 2. Ipsius. n. factura sumus creati in Christo Iesu in operib. bonis Deinde ostendit, qño Deus prædictos defectus in pdicatoribus suis supplet per Chrm. Et primo, quantū ad defectū sapientię. cū dicit: [Qui]. s. Christus; [Factus est nobis,] pdicantib. fidem, & per nos oībus fidelib. [Sapientia] quiā ei inhærendo, qui est Dei sapientia & participando ipsum per gratiā, sapiētes facti sumus, & hoc a Deo, qui nobis Christum dedit, & nos ad ipsum traxit, ſm illud Io. 6. Nemo pōt venire ad me, nisi pater, qui me misit, traxerit eū. Deut. 4. Hæc est uestra sapientia, & intellectus corā populis. Secundo, quantū ad defectū potentiæ dicit: [Et iustitia,] q̃ pp sui fortitudinē thoraci cōparatur. Sap. 5. Induet pro thorace iustitiā. Dr̃ aūt Chr̃s nobis factus iustitia, inquantū per eius fidē iustificamur, ſm illud Ro. 3. Iustitia aūt Dei per fidē Christi Iesu. Tertio, quantū ad defectū nobilitatis subdit; [Et sanctificatio & redemptio.] Sanctificamur. n. per Christū, inquantum per eum Deo coniungimur, in quo consistit vera nobilitas, ſm illud 1. Reg. 2. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui aūt contēnunt me, erunt ignobiles. Vnde dr̃ Heb. ult. Iesus ut sanctificaret per suū sanguinē populū, extra portam passus est. Factus est aūt nobis redemptio, inquantum per ipsum redempti sumus de seruitute peccati, in quo vere ignobilitas consistit. Vnde Psal. 30, dicit, Redemisti me Deus ueritatis. Tertio, assignat dictorū causam, cum dicit: [Vt quemadmodum scriptum est.] Hier. 9. [Qui autē gloriatur, in domino glorietur.] vbi nostra litera habet, In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Dicit. n. si salus hominis non prouenit ex aliqua excellentia humana, sed ex sola uirtute diuina, non debetur homini gloria, sed Deo, secundum illud Psal. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Eccl. ult. Danti mihi sapientiam, dabo gloriā.

CAP. II. LECT. I.

ET ego cū uenissem ad uos fratres, non ueni in sublimitate sermonis, aut sapientię, annuntians uobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos, & sermo meus & pdicatio mea, non in persuasibilib. humanæ sapiētiæ uerbis, sed in ostensione spiritus, & uirtutis, ut fides vestra nō sit in sapiētia hominū, sed in uirtute Dei. Sapiētiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non huius sæculi, neque principum huius sæculi qui destruūtur, sed loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscōdita est, quam prædestinauit Deus ante sęcula, in gloriam nostram.

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus ostendit, quis sit conueniens modus doctrinæ Christianæ, hic ostendit se illū modū obseruasse. Et circa hoc tria facit, primo, ostendit se non fuisse vsum apud eos aliqua excellentia secularis: secundo, ostendit apud quos excellētia spirituali vtatur, ibi, [Sapientiā aūt loquimur inter perfectos &c.] Tertiā, rōnē assignat, ibi, [Quæ ēt loquimur &c.] Circa primū tria facit. Primo dicit, ꝙ non ostendit apud eos excellentiam secularis sapientiæ. Secundo, quòd nō prætendit excellētiam potentiæ secularis, ibi: [Et ego in infirmitate.] Tertio, non prætendit excellentiā eloquentiæ, ibi: [Et sermo meus.] Circa primū duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, rationem assignat, ibi: [Non enim iudicaui,] Dicit ergo primo, quia dictum est, ꝙ Christus misit me euangelizare, non in sapientia uerbi & quod non sunt multi sapientes: [Et ego fratres, quàmuis sapientiā sæcularem habeā, ſm illud 2. Cor. 11. Et si imperitus sermone, sed non scientia, [Cū uenissem ad uos,] conuertendos ad Christum, ut habetur Act. 18. Veni annuntians uobis testimonium Christi, ſm illud Act. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis dñi nostri Iesu Christi, & hoc; [Non in sublimitate sermonis aut sapientiæ.] Attenditur aūt sublimitas sapientiæ in consideratione aliquorum sublimium, & eleuatorū supra rationem, & sensum hominū. Eccle. 24. Ego in altissimis habitaui. Sublimitas aūt sermonis potest referri, uel ad uerba significantia sapientiæ conceptiones, ſm illud Eccle. vlt. Verba sapientum, quasi stimuli, & quasi claui in altū defixi. Vel ad modum ratiocinandi per aliquas subtiles vias. Nam in Græco habetur logos, quod est uerbum, & rationem significat, vt Hier. dicit, Hoc aūt dicit Apostolus quia fidē Christi per huiusmodi sublimitates sermonis, aut sapientiæ confirmare nolebat 1. Reg. 2. Nolite multiplicare sublimia. Deinde huius rationem assignat, dicens: [Non enim iudicaui me scire aliquid nisi Christum Iesum:] non enim ad hoc opus erat ut sapientiam ostentaret, sed ut demonstraret uirtutem, ſm illud 2. Cor. 4. Nō enim prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum. Et ideo solum utebatur his, quæ ad demonstrandam uirtutem Christi pertinebant, existimans se, ac si nihil sciret, quàm Iesum Christum. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. In Christo autem Iesu, ut dicitur Colos. 2. Sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ Dei absconditi. Et quantum ad plenitudinem deitatis, & quantū ad plenitudinem sapientiæ, & gratiæ, & ēt quantū ad profundas incarnationis rationes, quæ tamen Apostolus eis non annuntiauit, sed solū ea, quæ erant manifestiora & inferiora in Christo Iesu, Et ideo subdit: [Et hunc crucifixum.] q. d. sic uobis me exhibui, ac si nihil aliud scirem, quàm crucem Christi. Vnde Gala. ulti. dicit, Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Quia igitur per sapientiam uerbi euacuatur crux Christi, ut dictum est, ideo ipse Apostolus non uenerat in sublimitate sermonis aut sapientiæ. Deinde cum dicit; [Et ego in infirmitate &c.] Ostendit, ꝙ non prætenderit apud eos potentiam, sed potius contrarium, & foris, & intus. Vnde quantum ad id, quod foris est, dicit; [Et ego fui apud uos in infirmitate,] i. tribulationes apud vos patiens. Gal. 4. Scitis quia per infirmitatē carnis, euangelizaui uobis iampridem. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. Quantū vero, ad id quod intus est, dicit: [Et timore]. s. de malis imminentibus: [Et tremore,] inquantū. s. timor interior redundat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugnæ intus timores. Deinde cū dicit; [Et sermo meus.] Ostendit, ꝙ non prætenderit apud eos excellentiam eloquentiæ. Et circa hoc tria facit. Primo excludit indebitum modum pdicandi. dicens, [Et sermo meus, quo. s. priuatim & singulariter aliquos instruebā. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat, sed si quis bonus est ad ædificationē fidei: [Et prædicatio mea;] qua. s. publice docebam: [Non fuit in uerbis persuasibilibus humanæ sapiētiæ,] s. per rhetoricam, quæ componit ad persuadendū, ut. s. supra dixit, quod nō fuit intentionis, ꝙ sua prædicatio niteretur philosophicis rationibus, ita nunc dicit non fuisse suæ intentionis niti rhetoricis persuasionibus. Esa. 33. Populum imprudentem, nō uidebis populum alti sermonis, ita ut non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia. Secundo, ostendit debitum modum, quo usus fuit in prædicando, dicens; Sermo meus fuit: [In ostensione spiritus & uirtutis, quod quidem pōt intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad hoc, quod credentibus prædicationi eius, dabatur spiritus sanctus, ſm illud Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super oēs, qui audiebant verbum. Similiter ēt suam pdicationem confirmabat, faciendo virtutes, i. miracula, ſm illud Mar. vlt. Sermonem confirmante sequentib. signis. Vnde Gal. 3. Qui tribuit vobis spiritum, & operatur in vobis. Alio modo, pōt intelligi, quantū ad hoc, ꝙ ipse per spiritum loquebatur, ꝙ sublimitas, & affluentia doctrinę ostēdit 2. Reg. 23. Spirit⁹ dñi locutus est p me. Et 2. Cor. 4. Habētes eundem spiritū fidei credimus, propter qđ & loquimur. Confirmat ēt suam prædicationem ostendendo in sua conuersatione multa opera virtuosa 1. Thess. 2. Vos. n. testes estis, & Deus, quam sancte & iuste sine querela vobis qui credidistis, affuimus. Tertio assignat rōnem dictorū, dicens; [Vt fides uestra non sit in sapientia hominū,] i. non innitatur sapientiæ, humanæ, q̃ pleranque decipit homines, ſm illud Esa. 47. Sapientia tua hæc, decepit te. [Sed in virtute Dei,] ut. s. virtuti diuinæ fides innitatur, & sic non possit deficere. Ro. 1. Non erubesco euāgelium, virtus. n. Dei est in salute oī credēti. Deinde cū dicit. [Sapientiam loquimur &c.] Ostendit apud quos excellentia spiritualis sapientiæ vtatur. Et primo, proponit quod intendit. Secundo manifestat propositū, ibi: [Sapientiā vero.] Dicit ergo, apud vos solū Christum crucifixum prædicaui. Sapientiam aūt. i. profundam doctrinam. [Loquimur inter perfectos,] Dicuntur aūt aliqui perfecti dupliciter. Vno modo, ſm intellectum. Alio modo, ſm voluntatem, hæc. n. inter potentias animæ sunt propriæ hominis, & ideo ſm eas oportet hominis perfectionem considerari. Dicuntur aūt perfecti intellectu illi, quorum mens eleuata est super oīa carnalia, & sensibilia, qui spiritualia, & intelligibilia capere possunt, de quib. dr̃ Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus, eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem mali, & boni. Perfecti aūt ſm voluntatē sunt, quorum voluntas super omnia temporalia eleuata, soli Deo inheret, & eius præceptis. Vnde Matt. 5. præpositis dilectionis mandatis subditur. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. quia igitur doctrina fidei ad hoc ordinatur, vt fides per dilectionem operetur, vt habetur. Gal. 5. Necesse est eum, qui in doctrina fidei instruitur, non solum secundum intellectum bene disponi ad capiendum, & credendum, sed etiam secundum voluntatem & affectum bene disponi ad diligendum, & operandum.

Deinde cum dicit. [Sapientiam vero &c.] exponit qualis sit sapientia de qua mentionem fecit. Et primo ponit expositionē. Secundo rationē expositionis confirmat, ibi. [Quam nemo principum &c.] Circa primum duo facit. Primo exponit qualis sit ista sapientia per comparationem ad infideles.

Secūdo per comparationem ad fideles, ibi. [Sed loquitur Dei sapientiam &c.] Dicit ergo primo. dictum est, ꝙ sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero dico. [Non huius sæculi,] i. de rebus secularibus, vel quę per rationes humanas. [Neque] ēt [Principum huius sęculi,] & sic separat eam a sapientia mundana, & quantum ad modum, & materiam inquirendi, & quantum ad authores, qui sunt principes huius sæculi, quod pōt intelligi de triplici genere principum, ſm triplicem sapientiam humanā. Primo, possunt dici principes huius sæculi reges, & potentes seculares, ſm illud Psal. 2. Principes conuenerunt in vnū aduersus dominum, & aduersus Christum eius. A quibus principibus venit sapientia humanarum legum, per quas res huius mūdi in uita humana dispensantur. Secundo possunt dici principes, dæmones. Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam &c. Et ab his principibus venit sapientia culturæ dæmonum. s. negromantia, & magicæ artes & huiusmodi. Tertio possunt intelligi principes huius sæculi, philosophi, qui quasi principes se exhibuerunt hominibus in docendo, de quibus dr̃. Esa. 19. Stulti principes thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis. Et ab his principibus processit tota humana philosophia. Horū autem principum homines [Destruuntur] per mortē, & amissionem potestatis, & authoritatis: dæmones vero non per mortem, sed per amissionem potestatis, & authoritatis, ſm illud Ioā. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras; de hominib. dr̃ Bar. 3. Vbi sunt principes gentiū? Et postea subdit. Exterminati sunt,

& ad inferos descenderunt, sicut ipsi sunt stabiles, ita & eorū sapientia non potest esse, firma, & ideo non ei innitendum est.

Deinde cum dicit: [Sed loquimur &c.] Exponit qualis sit sapientia per comparationem ad fideles. Et primo, describit eam quātum ad materiam uel authoritatem, cū dicit: [Sed loquimur Dei sapientiam,] i. q̃ est Deus, & a Deo; quamuis. n. omnis sapientia a Deo sit, vt dr̃ Eccle. 1. Tamen speciali quodā modo hęc sapiētia, q̃ est à Deo, est ēt a Deo per reuelationē, ſm illud Sap. 9. Sensum aūt tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de altissimis? Secūdo, ostendit qualitatem eius dicens: [In misterio quæ abscondita est.] hæc. n. sapientia abscondita est ab hominib. inquantum hominis intellectū excedit, secundum illud Eccle. 3. Plurima supra sensum hominis ostēsa sunt tibi. Vnde dr̃ Iob 28. Abscondita est ab oculis oīum uiuentium. Et quia modus docendi, & doctrinæ debet esse conueniēs, ideo dr̃, quod loquitur eam in [Mysterio,] i. in aliquo occulto, vel uerbo, uel signo, infra 17. Spiritus loquitur mysteria. Tertio, ostendit fructum huius sapientiæ, dicens; [Quam Deus prædestinauit,] i. præparauit; [In gloriam nostram. i. prædicatorum fidei, quibus ex prædicatione tā altæ sapientiæ gloria magna debetur, & apud Deum, & apud homines. Prou. 3. Gloriam sapientes possidebunt, & quod dicit; [In gloriam nostram,] exponendum est, omnium fidelium, quorum gloria hæc est, ut in plena luce cognoscant ea, quæ nunc in mysterio prædicantur, secundū illud Io. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

LECTIO II.

QVam nemo principū huius sæculi cognouit. Si. n. cognouissent, nunquā dñm gloriæ crucifixissent. Sicut scriptū est, ꝙ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illū. Nobis aūt

LECTIO II.

POsita expositione de sapientia, quam Appstolus loquitur inter perfectos, hic rationem assignat expositionis pdictæ, & primo quantum ad hoc, ꝙ eam descripserat, per comparationē ad infideles. Secundo, quantum ad hoc, quod eā descripserat, per cōparationem ad fideles, ibi; [Nobis autem reuelauit Deus. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositū, ibi: [Si enim cognouissent.] Dicit ergo primo, dictum est, quod sapientia quam loquimur non est; [Principū huius sæculi,] hæc enim sapientia est; [Quam nemo principum huius sæculi cognouit] quod verum est, de quibuscunque principibus intelligātur; sæculares enim principes hanc sapientiam non cognouerūt, quia excedit rationem humani regiminis Iob 12. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per inuium. Philosophi etiā non cognouerunt, quia excedit rationem humanam. Vnde dicitur Bar. 3. Exquisitores prudentiæ, & scientiæ, uiam sapientiæ nescierunt.

Dæmones ēt eam non cognoscunt, quia excedit omnem creatam sapientiam. Vnde dr̃ Iob 28. Volucres cęli quoq; latent. Perditio, & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius. Deinde cum dicit; [Si enim cognouissent &c.] Probat quod dixerat, & primo quidem probat per signum, quod non cognouerunt principes Dei sapientiam, secundum quod est in se abscondita. Secundo, probat per authoritatem, ꝙ non cognouerunt eā, secundum ꝙ præparata est in gloriam nostram, ibi: [Sicut scriptum est.] Dicit ergo primo recte dico, quod principes huius sæculi Dei sapientiam non cognouerunt: [Si enim cognouissent,] sapientiam, cognouissent utique Christum esse Deū, qui in hac sapientia continetur, quo cognito: [Nunquā crucifixissent Deū gloriæ,] i. ipsum Christum dominum dantem gloriam suis, secūdum illud Psal. 23. Dñs uirtutum ipse est rex gloriæ. Et Heb. 12. Qui multos filios in gloriā adduxerat. Cū enim creaturæ rationali sit naturaliter appetibilis gloria, non potest in uoluntatē humanā cadere, quod authorem gloriæ interimat. Quod aūt principes crucifixerūt Iesum Christum, certum est si intelligatur de principibus, qui potestatem habent inter homines. Dr̃ enim in Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū aduersus dñm, & aduersus Christū eius, quod Act. 4. exponitur de Herode, & Pilato, & principib. Iudæorum, qui consenserūt in mortem Christi. Sed ēt dæmones operati sunt in mortē Christi persuadendo ſm illud Io. 13. Cū diabolus iā misisset in cor, ut eū traderet &c. Sed & pharisæi, & scribæ in lege periti, qui studiū

Universidad de Deusto Biblioteca

sapientiæ dabant, operāti sunt ad mortē Christi instigando, & approbando. Sed circa hoc duplex oritur dubitatio, quarum prima est, de hoc, quod dicit Dñm gloriæ crucifixū. Non enim diuinitas Christi, aliquid pati potuit, s̃m quam dr̃ Christus dñs gloriæ. Sed dicendum, φ Christus est vna persona, & hypostasis in vtraq; natura cōsistēs, diuina .s. & humana. Vñ pōt vtriusq; naturæ noīe designari, & quocūq; noīe significetur, pōt prædicari de eo id. q̄d est vtriusque naturæ, qa vtriq; non supponit nisi vna hypostasis. Et per hunc modū possumus dicere, φ homo creauit stellas, & φ dñs gloriæ est crucifixus, & tñ non creauit stellas s̃m φ hō, sed s̃m φ Deus, nec est crucifixus, s̃m φ est Deus, sed inquantū hō. Vñ ex hoc verbo destruit̃ error Nestorij q dixerat vnā naturā esse in Christo Dei, & hoīs, quia s̃m hoc, nullo mō posset verificari, φ dñs gloriæ sit crucifixus. Seda dubitatio est de hoc, φ vr̃ supponere, φ principes Iudeorū vel dæmones, nō cognouerunt Xp̃m esse Deum. Et quidē quantum ad principes Iudæorum, vr̃ hoc astrui, p hoc, qd̄ dicit Petrus Act. 3. Scio quia p ignorantiā hoc feceritis sicut & principes vestri: vr̃ aūt esse contrarium qd̄ dr̃. Mat. 21. Agricolæ uidētes filiū dixerunt intra se, hic est hæres, uenite occidamus eū, qd̄ exponēs Chryso. dicit. Manifeste dñs probat his verbis Iudæorum principes non p ignorantiā, sed p inuidiā Dei filium crucifixisse. Soluit̃ in Glo. φ sciebant principes Iudæorum eum esse, qui promissus erat in lege, non tñ mysterium eius, φ filius Dei erat, neq; sciebant sacrm̃ incarnationis & redēptionis. Sed contra hoc esse vr̃, qd̄ Chrys. dicit, Qd̄ cognouerunt eum esse filium Dei. Dicendū est ergo, φ principes Iudæorum pro certo sciebant eū esse Xp̃m promissum in lege, qd̄ populus ignorabat: Ipsum autem esse verum filium Dei, nō pro certo sciebāt, sed aliqualiter coniecturabāt, sed hæc cōiecturalis cognitio obscurabat̃ in eis ex inuidia, & ex cupiditate propriæ gloriæ, quā per excellentiā Christi minui uidebant. Similiter ēt ur̃ esse de dęmonibus dubitatio. Dr̃ enim Mar. 1. & Lu. 4. Qd̄ dæmonium clamauit, dicens. Scio φ sis sanctus Dei. Et ne hoc p̄sumptioni dæmonū ascribatur, q. se iactant scire, qd̄ nesciebant, eorum notitia, q̄ habebant de Christo, p ipsos euangelistas asserit̃. In Mat. quidē sic scribitur, Non sinebat ea loqui. s. dęmonia, qm̄ sciebant eum Christum esse. Et Luc. dicit, Increpans nō sinebat ea loqui qa sciebant eum esse Christū. Et ad hoc r̃ndetur in libro de q̄onibus noui & ueteris testamēti, φ dæmonia sciebant ipsum esse, qui p legē fuit repromissus, qa oīa signa videbant in eo, q̄ dixerunt prophetæ, mysterium autem diuinitatis eius ignorabāt. Sed contra hoc vr̃ esse, qd̄ Athanasius dicit, φ dæmonia dicebāt Xp̃m esse sanctū Dei, quasi singulariter sanctum, ipse.n. naturaliter est sanctus, cuius participatione oēs alij sancti uocantur. Dicendum est aūt, φ sicut Chrys. dicit, nō hēbant aduentus Dei firmā, & certā notitiā, sed quasdā cōiecturas. Vñ Aug. dicit in 9. de ciu. Dei, φ innotuit dæmonib. nō p id qd̄ est uita æterna, sed p quædā tpalia sua uirtute effecta. Deinde cū dicit. [Sed sicut scriptum est.] Probat p authoritatē, φ principes huius sęculi Dei sapiētiā nō cognouerunt, quātum ad hoc, φ p̄destinata est in gloriā fideliū, dicēs. [Sed sicut scriptum est.] Es. 64. Vbi lrã nr̃a hēt, Oculus nō uidit, Deus, absq; te, q̄ p̄parasti his, q diligunt te. Oñditur aūt illa gloria uisionis aperte ab hominib. ignorari dupliciter. Primo qdē, φ nō subiacet humanis sensibus à quib. oīs humana cognitio, initiū sumit. Et ponit duos sensus. Primo uisionis, q̄ deseruit inuētioni, cū dicit; [Qd̄ oculus nō uidit.] Iob 28. Semitā eius ignorauit auis, nec intuitus est eā oculus uulturis. Et hoc iō, qa nō est aliqd coloratū & uisibile. Scd̄o, ponit sensum auditus, q deseruit disciplinæ dicens: [Nec auris audiuit]. s. ipsam gloriā, qa nō est sonus aut uox sensibilis. Io. 5. Neq; spēm eius uidistis, neq; uocē eius audistis. Deinde excludit notitiā eius intellectualē, cum dicit: [Neq; in cor hoīs ascendit.] Qd̄ quidē pōt intelligi, Vno mō, ut ascendere in cor hoīs, dicatur qcqd quocunq; mō cognoscit̃ ab hoīe, s̃m illud Hie. 51. Ierusalē ascēdat super cor uestrū: & sic oporteat, φ cor hoīs accipiatur pro corde hoīs carnalis, s̃m illud, φ dr̃ inf. 3. Cum sint inter uos zelus, & cōtētio, nōne carnales estis, & s̃m hoīem ambulatis? Est ergo sensus, φ illa gloria nō solū sensū nō percipit̃, sed nec corde hoīs carnalis, s̃m illud Io. 14. Quē mundus nō pōt accipere, quia nō uidet eū, nec scit eum. Alio mō, pōt exponi, s̃m qd̄ proprie dr̃ in cor hoīs ascēdere, id φ ab inferiori peruenit ad hoīs intellectū puta à sensibilibus de qbus prius fecerat mentionē. Res.n. sunt in intellectu, s̃m modū eius, res igit̃ inferiores sunt in intellectu altiori modo, quàm in seipsis. Et ideo, quando ab intellectu capiuntur, quodammodo in cor ascendunt. Vnde dicitur Esa. 5. Nō

In 3. expos. q̄ attribuitur Chryso. ho. 40. ibid.

cap. 21.

F ceunt in memoria priora, nec ascendent super cor. Illa uero, quæ sunt in intellectu superiora, altiori modo sunt in seipsis, quàm in intellectu. Et ideo, quando ab intellectu capiuntur, quodammodo descendunt. Iac. 1. Omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum; quia igitur illius gloriæ notitia non accipitur à sensibilib. sed ex reuelatione diuina, ideo signanter dicit: [Nec in cor hominis ascendit,] sed descendit, id. s. [Quod p̄parauit Deus.] idest p̄destinauit; [Diligentibus se,] quia essentiale præmium æternæ gloriæ charitati debetur, secundū illud Io. 14. Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, in quo perfectio æternæ gloriæ consistit. Et Iob 36. Annuntiat de ea. i. de luce G gloriæ amico suo, φ possessio eius sit. Cæteræ autem uirtutes accipiunt efficaciam merendi uitam æternam, inquantum informantur charitate. Deinde cum dicit; [Nobis autem &c.] Probat prædictam expositionem de sapientia diuina, per comparationē ad fideles. Et primo, proponit, quod intendit. Secūdo, probat propositum, ibi; [Spiritus enim] Dicit ergo primo, dictum est, φ sapientiam Dei nemo principum huius sęculi cognouit; [Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum,] quem. s. nobis misit, secundum illud Io. 14. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Iob 31. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. Quia enim spiritus sanctus est spiritus ueritatis, utpote à filio procedens, qui est ueritas patris, his quibus mittitur, inspirat ueritatem, sicut & filius à patre missus notificat patrem, secundum illud Matt. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Deinde cum dicit; [Spiritus.n.] probat quod dixerat. s. φ per H spiritum sanctum sit sapientia fidelibus reuelata. Et primo, ostendit, φ spiritus sanctus ad hoc sit efficax. Secundo probat, φ hoc in discipulis Christi fecerat, ibi; [Nos autem.] Circa primū duo facit. Primo, proponit quod intendit. Scd̄o manifestat propositū, ibi; [Quis.n. scit hoīum &c.] Dicit ergo primo, dictum est φ per spiritum sanctū reuelauit nobis Deus suā sapientiā, & hoc fieri potuit. [Spiritus.n. sanctus oīa scrutatur:] quod non est sic intelligendum, quasi inquirendo q̄uo fiāt, sed quia perfecte, & etiam intima quarumlibet rerum nouit, sicut homo, quod aliqū diligenter scrutatur. Vnde dr̃ Sap. 7. Quod spiritus intelligentię sanctus est omnia prospiciens, & qui capiat oēs spiritus intelligibiles mundos subtiles, & non solum res creatas, sed etiā profunda Dei, perfecte cognoscit. Dicuntur autem profunda ea, quæ in ipso latent, & non ea, quæ de ipso per creaturas cognoscuntur, quę quasi superficietenus uidentur esse, secundum illud Sap. 13. A I magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator eorum uideri. Deinde cum dicit. [Quis.n. scit hoīum.] probat qd̄ dixerat de spiritu Dei per similitudinē humani spiritus, dicens. [Quis.n. scit hoīum ea quæ sunt hominis,] i. ea quæ latēt in corde. [Nisi spiritus hominis qui in eo est,] i. intellectus. Et ideo, q̄ interius latent, uideri non possunt. Signanter autem dicit. [Quis hominum] ne ab horum cognitione etiam Deus uideatur excludi, dr̃ enim Hiere. 17. Prauum est cor hominis, & quis cognoscet illud? Ego Deus probans corda, & scrutans renes, quia. s. secretorum cordis solus Deus est cognitor. Manifesta autem est rō quare homo ea, quæ in corde alterius latent, scire non potest, qa cognitio hominis à sensu accipitur, & ideo ea quæ sunt in corde alterius, homo cognoscere nō potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundum illud 1. Reg. 16. Homo uidet q̄ foris patent, Deus autem intuetur cor. Sed nec angelus bonus, nec malus ea, quæ in corde hominis latent, scire potest, nisi in K quantum per aliquos effectus manifestantur, cuius ratio accipi potest ex ipso uerbo Apostoli, qui dicit ea ratione spiritum hoīs cognoscere, quæ in corde hoīs latent, quia in ipso hoīe est. Angelus autem neq; bonus, neq; malus illabitur menti humanæ ut in ipso corde hominis sit & intrinsecus operetur, sed hoc solius Dei proprium est. Vnde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis, s̃m illud Iob 16. Ecce in celo testis meus, & in excelsis conscius meus. Secundo similitudinē adaptat ad spiritum Dei dicens. [Ita & quæ Dei sunt] i. quæ in ipso Deo latent. [Nemo cognoscit nisi spiritus Dei,] s̃m illud Iob 36. Ecce Deus magnus uincens scientiā nostram. Sed sicut ea, q̄ sunt in corde unius hoīs alteri manifestantur per sensibilia signa, ita ea q̄ sunt Dei possunt esse nota homini per sensibiles effectus, secundum illud Sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ &c. Sed spūs sanctus, q est in ipso Deo, utpote patri, & filio consubstantialis secreta diuinitatis per seipsum uidet, secundum illud Sap. 7. Est.n. in illa, scilicet

Dei

reuelauit Deus per spiritū suū. Spiritus .n. omnia scrutatur ēt profunda Dei. Quis.n. hominū scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & q̄ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accepimus, sed spūm, q ex Deo est, vt sciamus q̄ à Deo donata sūt nobis.

Dei sapientia, & spūs intelligentiæ sanctus oēm habens uirtutē, oīa prospiciens. Deinde cū dicit, [Nos aūt &c.] Oñdit q̄uo cognitio spūs sancti percipiat̃ dicens. Licet nullus hoīum per se possit scire, quæ sunt Dei. [Nos aūt spiritu sancto] .s. repleti. [Non accepimus spūm huius mundi, sed spūm qui a Deo est.] Noīe autē spūs, vis quædā uitalis, & cognitiua, & motiua intelligitur. Spūs ergo huius mundi pōt dici sapiētia huius mūdi, & amor mūdi, quo impellit̃ hō ad agendum ea, q̄ mūdi sunt, hunc aūt spūm, sancti apostoli nō receperūt mundū abijcientes & cōtemnentes, sed receperunt spūm sanctū, quo corda eorum illuminata sunt & inflāmata ad amorē Dei, s̃m illud Io. 14. Paraclitus aūt spūs sanctus, quē mittet pr̄ in noīe meo &c. Et Nu. 14. Seruū meum Caleph, qui plenus est alio spiritu, & secutus est me, introducā in terrā hāc. Spūs aūt huius mundi errare facit, s̃m illud Esa. 19. Dirumpet̃ spūs Aegypti in uiscerib. eius, & consiliū eius præcipitabo. Ex diuino aūt spū eius consequuti sumus. [Vt sciamus quæ a Deo data sunt nobis,] vt sciamus de rebus diuinis quantū unicuiq; Deus donauit, quia sicut dr̃ Eph. 4. Vnicuiq; data est gr̃a s̃m mensurā donationis Christi. Vel pōt intelligi spūm Dei donatum sanctis, vt dona spūalia cognoscant, quæ non habēt eundē spūm ignorant s̃m illud Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, qd̄ nemo scit, nisi qui accipit. Ex hoc aūt accipi pōt, φ sicut nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, vt dr̃ Matth. 11. Ita nemo nouit, quæ sunt Dei patris, & filij, nisi spūs sanctus, & qui ipsum acceperit, & hoc ideo, qa sicut filius consubstantialis est pr̄i, ita spiritus sanctus patri & filio.

LECTIO III.

QVæ & loquimur nō in doctis humanæ sapiētiæ verbis, sed in doctrina spūs, spūalibus spūalia cōparātes. Aīalis aūt homo non percipit ea, quæ sunt spūs Dei. Stultitia.n.ē illi, & nō pt itelligere, qa spūaliter examinatur. Spūalis aūt iudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur, sicut scriptū est. Quis.n. cognouit sensum dñi? aut quis instruxit eū? Nos aūt sensū Christi hēmus.

Lect. 15.

LECTIO TERTIA.

DIxerat supra Apostolus, sapientiā loquimur inter perfectos. Postquā ergo manifestauit, qualis sit hæc sapientia, qa mūdanis hoīb. incognita, cognita aūt sanctis, hic manifestat qua rōne hāc sapientiā sancti inter p̄fectos loquuntur. Et primo, proponit, qd̄ intendit. Scd̄o, assignat rōnē, ibi. [Aīalis aūt hō &c.] Circa primū. Primo, proponit reuelatorū manifestationē, dicens, Dictū est φ spūm Dei, accepimus ut sciamus, q̄ a Deo donata sunt nobis. [Quæ] .s. nobis p spūm reuelata sunt. [Loquimur.] Sunt.n. eis reuelata ad utilitatē. Vnde & Act. 2. Repleti sunt oēs spū sancto & cœperunt loqui. Scd̄o tangit modum enarrandi, excludēs modū inconuenientē, dicens. [Non in doctis humanæ sapientiæ uerbis.] Idest, non nitimur ad probandā nr̃am doctrinā per uerba cōposita ex humana sapīa, siue quantū ad ornatū uerborū, siue quātū ad subtilitatē rōnum. Esa. 33. Populū alti sermonis nō uidebis. Astruit.n. modū conuenientē, cū dicit. [Sed in doctrina spūs.] Idest prout spūs sanctus nos loquētes interius docet, & auditorum corda ad capiendū illustrat. Io. 16. Cum uenerit ille spūs ueritatis docebit uos oēm ueritatē. Tertio, determinat auditores, dicēs, [Spūalib. spūalia cōparantes] q. d. recta cōparatione spūalia documenta tradimus spūalib. viris, qb. sunt conuenientia. 2. Timo. 2. Hæc cōmenda fidelib. viris, qui idonei erūt, & alios docere. Eosdē aūt hic noīat spūales quos supra perfectos, quia per spūm sanctum hoīes p̄ficiunt̃ in virtute, s̃m illud ps. 32. Spū oris eius oīs virtus eorū. Deinde cū dicit; [Aīalis &c.] Assignat rōnem dictorū, & primo, oñdit, quare spūalia non sunt tradenda aīalib. hoīb. Secūdo, quare sūt tradēda spūalib. ibi. [Spūalis &c.] Circa primū duo facit. Primo, ponit rōnē. Secundo manifestat eā, ibi. [Stultitia enim &c.] Rō ergo talis est. Nulli sunt tradenda documenta, quę capere nō pōt, sed hoīes aīales, nō pñt capere spūalia documēta, ergo non sunt eis tradēda: hoc est ergo qd̄ dicit. [Aīalis hō &c.] Et iō recta rōne nō pñt tradi eis. Vbi primo considerandū est, qs hō dicatur aīalis. Est ergo considerandū, φ aīa est forma corporis. Vnde, p̄prię aīæ intelligunt̃ illæ vires, quæ sunt actus corporaliū organorū. s. uires sensitiuę. Dñr ergo hoīes aīales qui hmōi uires sequunt̃, inter quas est vis apprehensiua, & appetitiua, & iō pōt dici hō dupliciter aīalis. Vno mō, quantū ad vim apprehensiuā, & hic dr̃ aīalis sensu, qui sicut dr̃ in glosa, de Deo iuxta corporū phātasiā uel legis literā, vel rōnē philosophicā iudicat, q̄ s̃m uires sensitiuas accipiunt̃. Alio mō dr̃ qs aīalis q̄tū ad vim appetitiuā, q. s. afficitur solū ad ea, q̄ sunt s̃m appetitū sensitiuū: & talis dr̃ aīalis vita, quia sicut dr̃ in glosa, sequitur dissolutā lasciuiā aīæ suæ, quā inter naturalis ordinis metas, spūs rector nō cōtinet. Vñ dr̃ in canonica Iudæ, Hi sunt, qui segregāt semetipsos, animales spiritum nō habētes. Scd̄o aūt uidendū, quare tales. [Nō pñt percipere ea quæ sunt spūs Dei,] qd̄ quidē manifestū est, & q̄tum ad aīalē sensum, & q̄tum ad aīalē vita. Ea.n. de quib. spiritus sāctus

A illustrat mentē, sunt supra sensum, & rōnē humanā, s̃m illud Eccl. 3. Plura supra sensum hoīs ostēsa sunt tibi, & iō ab eo capi nō pñt, q soli cognitioni sensitiuæ innititur. Spūs ēt sanctus accendit affectū ad diligendū spūalia bona, sensibilib. bonis cōtēptis, & iō ille, qui est aīalis vitæ, nō pōt capere hmōi spūalia bona, quia Philosophus dicit in 4. Eth. φ qualis vnusq; que est, talis finis vr̃ ei. Prou. 18. Non recipit stultus uerba prudētiæ, nisi ei dixeris, q̄ versant̃ in corde eius Eccl. 22. Cū dormiēte loquitur, qui narrat sapiam stulto. Deinde cū dicit: [Stultitia. n. &c.] Manifestat qd̄ dixerat per signū, cum.n. aliqs aliqua sapien B ter dicta reprobat, quasi stulta, signū est, φ ea nō capiat. Quia igitur aīalis hō, ea quæ sunt spūs Dei reputat stulta, ex hoc manifestat̃, φ ea nō capit. Et hoc est, qd̄ dicit. [Stultitia.n. est illi.] .s. aīali. Iudicat.n. esse stulta, q̄ s̃m spūm Dei aguntur. Eccl. 10. In uia stultus ambulans cū ipse sit insipiens, oēs stultos æstimat. Quòd aūt hoī aīali, q̄ s̃m spūm sunt uideantur stulta, non p̄cedit ex rectitudine sensus: sicut sapientes aliqua iudicant esse stulta, q̄ stultis vr̃ sapīa pp defectum intellectus, quia hō sensui deditus, nō pōt intelligere ea q̄ supra sensum sunt, & hō carnalib. affectus, non intelligit esse bonū, nisi qd̄ est delectabile s̃m carnē. Et hoc est qd̄ sequitur: [Et nō pōt intelligere.] Ps. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Quare aūt non possit intelligere, ostendit subdens: [Quia spūaliter examinatur.] .i. spūaliū examinatio fit spūaliter, nunquā.n. inferior pōt examinare & iudicare ea, q̄ sunt superioris, sicut sensus nō pōt examinare ea, q̄ sunt intellectus, & similiter neq; sensus, neq; rō humana pōt iudicare ea, q̄ sunt spūs Dei, & ita relinquitur, φ hmōi solo spū sancto exa C minātur s̃m illud ps. 17. Eloquia dñi igne examinata, probata. s. a spū sancto. Quia ergo aīalis hō caret spū sancto, non pōt spūalia examinare, & per consequens nec ea intelligere. Deinde cum dicit: [Spūalis aūt iudicat oīa &c.] assignat rōnem quare spūalib. spūalia tradantur, & primo ponit rōnem. Secūdo, manifestat causam, ibi; [Quis.n. nouit.] Assignat aūt talem rōnem. Illi tradenda sunt spūalia, q pōt iudicare, s̃m illud Iob. 12. Auris uerba diiudicat, sed spūalis est hmōi. ergo ei spūalia sunt tradenda, & hoc est, φ dicit, Spūalis.n. diiudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur. Vbi primo uidendum est, quis hō dicatur spūalis. Est aūt notandum, φ spūs nominare consueuimus substantias incorporeas: qa igit̃ aliqua pars aīæ est, quæ non est alicuius organi corporei actus. s. pars intellectiua comprehendens intellectum & uoluntatē, huiusmodi pars aīæ spiritus hominis dr̃, quæ tñ a spiritu Dei, & illuminatur s̃m intellectum, & inflammatur s̃m affectum & uoluntatem. Dupliciter ergo dr̃ hō spiritualis. Vno modo ex parte intellectus, spiritu Dei illustrante. Et s̃m hoc in glosa dr̃, φ hō spiritualis est, qui spiritu Dei subiectus certissime ac fideliter spūalia cognoscit. Alio modo ex parte uoluntatis, spiritu Dei inflammante. & hoc modo dr̃ in Glo. qd̄ spūalis uita est, qua spiritum Dei habens rectorem aīam regit, .i. aīales uires. Gal. vlti. Vos qui spirituales estis, instruite hmōi &cæt. Secundo, considerandum est, quare spiritualis diiudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur. Vbi notandum est, φ in omnibus ille, qui recte se hēt, rectum iudiciū, hēt circa singula. Ille aūt, qui in se rectitudinis defectum patitur deficit ēt in iudicando; uigilans.n. recte iudicat, & se vigilare, & alium dormire, sed dormiens non habet rectum iudicium de se nec de uigilante. Vnde non sunt res tales, quales vr̃ dormienti, sed quales vr̃ uigilāti. Et eadem ratio est de sano & infirmo circa iudicium saporum, & de debili, & forti, circa iudicium ponderum: & uirtuoso, & vitioso, circa agibilia. Vnde & Philosophus dicit in 3. Eth. Quòd virtuosus est regula, & mensura omnium E humanorum, quia. s. in rebus humanis talia sunt singularia, qualia uirtuosus iudicat ea esse, & s̃m hunc modum Apostolus hic dicit. quod: [Spiritualis iudicat omnia,] quia. s. homo habens, intellectum illustratum, & affectum ordinatum per spiritum sanctum de singulis, quæ pertinent ad salutem, rectum iudicium habet. Ille autem, qui non est spiritualis, habet etiam intellectū obscuratum, & affectum inordinatū circa spiritualia bona, & ideo ab hoīe non spūali, spūalis homo iudicari non potest, sicut nec uigilans a dormiente. Quantum ergo ad primum horum dicitur Sap. 3. Quod iudicabunt iusti nationes. Quantum ad secundum dicitur infra 4. Mihi pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Deinde cum dicit. [Quis enim nouit &c.] manifestat rationem inductā. Et primo inducit authoritatem. Secundo adaptat ad propositum, ibi, [Vos aūt &c.] Est aūt considerandum φ

Lect. 3.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad propositum, ibi, [Vos aũt &c.] Est autẽ cõsiderãdum ꝙ ad hoc ꝙ aliquis possit de aliquo hoĩe iudicare, duo requirunt. Primo vt iudicãs cognoscat ea q̃ sũt iudicãda, qa vt dr̃ 1. Eth. Vnusquisq; bene iudicat q̃ cognoscit, & horũ est optim⁹ iudex. Ex quo patet ꝙ sensum, i. sapiẽtiã Dei oĩa iudicãtẽ nullus possit diiudicare, iõ dicit: [Quis.n. nouit sensum dñi?] q.d. nullus, qa sapia Dei excedit oẽm cupiditatẽ hoĩs. Eccl. 1. Sapiam Dei pcedentẽ oĩa, qs inuestigauit. Sap. 14. Sensum autẽ tuũ qs scire poterit, nisi tu dederis sapiã. Scdo reqrit ꝙ iudicãs sit superior iudicato. Vñ dñs hẽt iudiciũ de seruo magister de discipulo. Ex quo ẽt patet, ꝙ nullus põt sensum Dei iudicare, pp ꝙ sequit. [Aut qs instruxit eum?] q.d. nullus. Non.n. habet scientiã ab aliquo acceptam, sed potius fontẽ omnis sciẽtiæ Iob. 16. Cui dedisti cõsilium forsitã ei q nõ habet sapientiam? Videntur aũt uerba hæc assũpta ex eo ꝙ dr̃ Esa. 4. Quis adiuuit spiritũ dñi, aut qs cõsiliarius eius fuit? & oñ̃dit illi cũ quo iniit cõsilium, & instruxit eum. Deinde adaptat quod dixerat ad propositum, dicens: [Nos autem]. s. spirituales viri. [Sensum Christi habemus,] idest recipimus in nobis sapientiam Christi ad iudicandum. Eccles. 17. Creauit illis scientiam spiritus, sensu adimpleuit corda illorum. Luc. vlt. dicitur, quod aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & ita quia sicut sensus Christi diiudicari non potest, conueniens est ꝙ spiritualis qui sensum Christi habet, a nemine iudicetur.

Eth. li. 1. c. 3

CAP. III. LEC. I.

ET ego fratres, non potui uobis loqui, quasi spiritualib. sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nũc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, non ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum.n. quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius aũt, ego Apollo, nonne homines estis. Quid igitur est Apollo? Quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et unicuiq; sicut dominus dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed Deus nũc incrementũ dedit, Itaque, neq. qui plantat, est aliquid, neque q rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat & qui rigat, unum sunt.

LECTIO I.

SVpra Apostolus oñderat contentionẽ & diuisionẽ Cor. q pp ministros Xpi, a quib. baptizati & docti erant, adinuicẽ discepabãt, hic incipit eorum iudicium ꝙ habebat de ministris improbare, ex quo iudicio cõtentiones in eis procedebant. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eorum iudicium, quãtum ad hoc, ꝙ quibusdã ministrorum de qb. gloriabantur, plus attribuebãt q̃ deberent. Scdo, quantum ad hoc, ꝙ alios Xpi ministros cõtemnebant 4. c. ibi. [Sic nos existimet homo. [Circa primum duo facit. Primo oñdit detrimentum ꝙ patiebant pp cõtentiones ex peruerso iudicio pueniẽtes. Scdo improbat eorum peruersum iudicium, ibi. [Quid igitur est Apollo?] Circa primum duo facit. Primo ponit detrimẽtum, ꝙ hactenus passi erãt pp eorum defectum. Scdo oñdit ꝙ adhuc idem patiuntur, ibi. [Sed nec nunc quidem.] Circa primum tria facit. Primo ponit detrimentum quod hactenus passi erant propter eorum defectum. Dixerat enim supra, quod Apostoli quidem spiritualia documenta spiritualibus tradebant, quæ animales homines percipere nõ poterant; quod eis adaptat dicens. [Et ego fratres,] qui scilicet inter alios Apostolos spiritualibus spiritualia loquor: [Non potui]. s. cõuenienter. [Vobis loqui quasi spiritualibus.] vt. s. traderem uobis spiritualia documenta: [Sed quasi carnalibus]. s. locutus sum uobis; eosdem enim carnales dicit quos supra animales, quibus oportet tradi ea quæ sunt infirmitati eorum accommoda. Esa. 28. Quem docebit scientiam, & quẽ intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus, idest, carnali conuersatione & sensu. Secundo adhibet similitudinem dicens. [Tanquã paruulis in Christo,] i. paruũ adhuc introductis in perfectã doctrinã fidei, quæ spiritualib. dãtur. Heb. 5. Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonum iustitiæ, paruulus.n. est, pfectorum autẽ est solidus cib. Tertio rõnem assignat ne credat ex inuidia eis spiritualẽ doctrinã subtraxisse, contra ꝙ dicitur Sap. 7. Quam sine fictione didici & sine inuidia communico. Vnde subditur. [Nondum enim poteratis,] q. d. Nõ subtraxi uobis escam propter meam inuidiam, sed propter uestram impotentiam, quia uerba spiritualia. [Nondum bene poteratis] capere secundum illud Io. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Deinde cum dicit. [Sed nec nunc quidem potestis.] ostendit ꝙ adhuc idem detrimentum patiuntur. Et primo quidẽ ponit impotentiã cui adhuc subiacebãt, dicẽs. [Sed nec nũc quidẽ potestis.] q.d. ꝙ a principio perfectã doctrinã capere non poteratis, non mirum fuit: quia hoc nescire vestrę nouitati competebat secundum illud 1. Pet. 2. Sicut modo geniti infantes lac cõcupiscite. Sed hoc vr̃ esse culpabile, ꝙ post tm̃ tps in quo proficere debuistis, eandem impotentiã retinetis ẽm illud Heb. 5. Cum deberetis magri eẽ pp tps; rursus indigetis doceri, quæ sunt elementa sermonum Dei. Scdo assignat pdictæ impo-

F tentiæ rõnem, dicens: [Adhuc.n. carnales estis]. i. uita & sensu. Et ideo ea q̃ sunt spiritus, capere non potestis, sed sapitis ea, q̃ sunt carnis, ẽm illud Rom. 8. Qui ẽm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. Tertio, ponit rõnem probationis inductæ, dicens. [Cum enim inter uos sit zelus, & contentio, nonne carnales estis & ẽm hominẽ ambulatis?] Vbi considerandũ est, ꝙ recte coniungit zelum, & contentionẽ quia zelus; .i. inuidia est contentionis materia. Inuidus.n. tristatur de bono alterius, qd ipse nititur promouere, & ex hoc sequitur contentio. Vnde Iac. 3. Vbi zelus & cõtẽtio, ibi inconstantia, & oẽ opus prauum. G Et ẽ ẽcõuerso, charitas, per quam quis diligit bonum alterius, est materia pacis. Secundo, considerandum est, ꝙ zelus, & contentio nõ habet locum, nisi in carnalibus hominibus quia ipsi circa bona corporalia afficiuntur, quæ simul a plurib. integre possideri non possunt: & ideo propter hoc, ꝙ aliquis aliquod bonum corporale possidet, alius impeditur a plena possessione illius, & ex hoc sequitur inuidia, & per cõsequens contentio. sed spiritualia bona qui spũales afficiunt, simul a pluribus possideri pñt, & ideo bonum unius non est alterius impedimentum, & pp hoc in talib. nec inuidia, nec contentio locum hẽt. Vnde Sap. 7. Sine inuidia cõico. Tertio considerãdum est, quare homines dicit, ẽm hoiem ambulare, cum tñ hõ ex spũ, & carne cõponat, qa naturæ humanæ consonum est, ut spiritus cognitionẽ a sensib. carnis accipiat. Vñ consequenter H affectus rõnis humanæ, ẽm ea, q̃ sunt carnis, mouetur, nisi spũs hoĩs, per spiritum Dei s hominem eleuetur. Vnde dr̃ Eccl. 34. Sicut parturientis cor tuum phantasias patit, nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio. Est ergo sensus. [Secundum hoĩem,] idest ẽm naturã humanã sibi a Dei spiritu derelictam, sicut & in Ps. 4. dr̃, Filij hoĩum usq; quo graui corde, vt qd diligitis uanitatẽ, & q̃ritis mẽdacium? Quarto, manifestat pbationẽ inductã, dicẽs. [Cũ.n. qs]. i. aliqs vrũm dicit. [Ego q̃dẽ sũ Pauli,] qa a Paulo baptizatus & doctus: [Alius aũt, ego Apollo] (genitiui casus,) per qd denotat in uobis esse zelus & cõtentio. [Nõne hoĩes estis.] i. carnales, & nõ spũales, vtpote zelum & cõtẽtionẽ habẽtes, p rebus humanis? Qualis.n. hõ est, talib. reb. afficit, & p affectũ inhæret, ẽm illud Oseæ 9. Facti sunt abominabiles sicut ea, q̃ dilexerunt. Deinde cum dicit. [Quid igit est Apollo?] im pbãt eorum iudicium, q̃tũ ad hoc, ꝙ plus ministris attribuebãt, q̃ deberẽt. Et primo, oñdit ueritatẽ. Scdo excludit errorẽ, ibi. [Nemo uos seducat.] Tertio, infert cõclusionẽ intẽtã, ibi, [Itaq; nemo glorietur in I hoĩb.] Circa primum duo facit. Primo, oñdit cõdõnẽ ministrorum. Scdo agit de eorum mercede, ibi. [Vnusquisq; ppriã mercedẽ.] Circa primum tria facit. Primo, ponit ministrorũ cõdõnẽ. Scdo ponit similitudinẽ, ibi. [Ego plãtaui, Apollo rigauit.] Tertio oñdit intẽtum, ibi. [Itaq; neq; q plãtat.] Circa cõdõnẽ aũt ministrorum duo tãgit. Primo, ꝙ nõ sunt dñi, sed ministri, dicens, Vos de Paulo, & Apollo gloriamini. Igit q̃ro a uobis. [Quid est Apollo, & qd Paulus?] .i. cuius dignitatis, uel pĩatis, ut digne de eis gloriari possitis? & rñdet. [Ministri eius]. s. Dei sunt. q.d. qd agunt in baptismo, & in doctrina non principaliter agunt sicut dñi, sed sicut ministri eius, ẽm illud Es. 61. Ministri Dei dicet uobis. Posset aũt alicui uideri magnum eẽ, ministrum Dei esse, & gloriandum esse in hoĩb. de ministerijs Dei. Et uere esset si sine hominib. nõ pateret accessus ad Deum, sicut illi q solẽt gloriari de ministris regis, sine qb. nõ patet aditus ad regẽ. Sed hoc hic locum nõ hẽt, qa fideles Xpi p fidem hñt accessum ad Deum, ẽm illud K Ro. 5. Per quẽ accessum hẽmus ad Deum per fidem & gratiam istã, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei: iõ signãter addit. [Cui credidistis.] q.d. p fidẽ iã estis coniuncti Deo, nõ hoĩb. Vnde s. 2. dictum est. Vt fides vr̃a non sit in sapia hominum, sed in uirtute Dei, & iõ primo de Deo ẽ uobis gaudẽdum, q̃ de hoĩb. Cõtingit aũt, ꝙ ministri hoĩum uel dñorũ, uel artificiũ primo hẽant a seipsis aliq̃ dignitatẽ, vel uirtutẽ, ex qua idonei ad ministeriũ fiunt: sed hoc nõ ẽ de ministris Dei, & iõ scdo oñdit, ꝙ tota dignitas, & uirtus ministrorũ ẽ a Deo, dicẽs; [Et unicuiq; sicut Deus diuisit.] q.d. ĩ tñ aliqs, & unusqsq. ñrum hẽt de uirtute ministrãdi, inq̃tũ ei Deus dedit, uñ nec sic nobis ẽ gloriãdũ. 2. Cor. 3. Sufficiẽtia ñra a Deo, q idoneos nos fecit ministros noui testã. Deinde cum dicit; [Ego plantaui,] ponit similitudinẽ ministrorum ex

ex similitudine agricolarum, vbi duplex differẽtia operationũ intelligitur. Vna operationis vnius ministri ad operationẽ alterius. Et quantum ad hoc dicit, [Ego plãtaui]. i. in prædicatione, admodum plantãtis me habui, quia. s. primo uobis prædicaui fidẽ. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, vt plantes cęlos. [Apollo rigauit] .i. ad modũ rigantis se habuit, qui aquã plantis exhibet ad hoc vt nutriantur, & crescãt. Et similiter legit Act. 18. Quod cum Paulus multos Corinthiorum cõuertisset superuenit Apollo, qui multũ contulit his qui crediderunt, publice ostendens per scripturam esse Iesum Christum. Eccl. 24. dicitur Rigabo ortum meũ plantationum. Secunda differentia est operationis ministrorum, qui exterius operantur plantando & rigando, ad operationem Dei, qui interius operatur. Vnde subdit: [Sed Deus incrementum dedit,] interius. s. operãdo 2. Cor. 9. Augebit incremẽta frugum iustitiæ vestrę. Sic ẽt in reb. corporalib. plantãtes & rigantes exterius operantur, sed Deus operatur interius per operationem naturæ ad incrementa plantarum. Deinde cum dicit: [Itaq; neque qui plãtat neque qui rigat &c.] infert ex præmissis duas cõclusiones, quarũ primã infert secundum comparationem ministrorum ad Deũ, dicẽns, Ex quo Paulus plantauit, & Apollo rigauit, non sunt nisi ministri Dei, & non hñt aliquid nisi a Deo, & non operantur nisi exterius, Deo interius operãte; [Itaque neque qui plantat est aliqd] scilicet principaliter & magnum de quo sit gloriandum. [Neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus.] Ipse.n. per se est aliquid principale & magnum, de quo est gloriandum. Actio.n. nõ attribuitur instrumento cui comparatur minister, sed principali agenti. Vnde Esa. 40. dr̃, Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo. Secundam conclusionem infert pertinentem ad comparationem ministrorum adinuicem, dicens: [Qui plantat autem & qui rigat] cum sint ministri Dei, & nihil nisi a Deo habentes, & solũ exterius operantes; [Vnum sunt,] ex conditione naturæ & ministerij ratione, quare. s. non potest vnus alteri præferri nisi ẽm donum Dei, & ita quãtum in se ipsis est, vnum sunt. Et quia consequenter in intẽtione ministrandi Deo, vnum sunt per concordiã volũtatis, ideo stultum est de his qui vnũ sunt, dissentire. Ps. 132. Ecce quam iocundum habitare fratres in unum. Rom. 12. Multi unum corpus sumus in Christo.

LECTIO II.

VNusquisque propriã mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores: Dei agricoltura estis. Dei ædificatio estis. Secũdũ gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamẽtũ posui, alius autẽ superædificat.

LECTIO II.

SVpra Apostolus ostendit, qualis sit conditio ministrorum, hic agit de remuneratione eorum. Et primo ponit de mercede bonorum ministrorum. Secundo agit de punitione malorum, ibi [Nescitis quia templum Dei estis &c.] Circa primum tria facit. Primo promittit ministris mercedem propriam. Secũdo rationẽ D assignat, ibi [Dei enim sumus.] Tertio agit de diuersitate mercedis, ibi: [Secundum gratiam Dei.] Dicit ergo primo, Dictum est, quod neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat non tamen inutiliter plantat uel rigat, sed: [Vnusquisque suam propriã mercedem accipiet, secundum suum laborem] Quamuis enim qui incrementum dat, sit Deus, & ipse solum interius operetur, exterius tamen laborantibus mercedem tribuit, secundum illud Hierem. 31. Quiescat uox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis: qa merces est operi tuo. Quæ quidẽ est ipse Deus, secundum illud Gene. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua multa nimis. Pro qua mercede laborãtes mercenarij laudant, ẽm illud Luc. 15. Quãti mercenarij in domo patris mei abũdant panib. Alioquin, si pro alia mercede in opere Dei aliqs laborat, laudandus non est, ẽm illud Io. 10. Mercenarius aũt, cuius nõ sunt oues ppriæ, videt lupũ venientẽ & fugit. Hęc aũt merces & cõis est oĩb. & ppria singulorũ: cõis quidem, quia idẽ est ꝙ oẽs videbunt, & quo oẽs fruent. s. Deus, ẽm illud Iob. 22. Super oĩpotentẽ delicijs afflues & leuabis ad Deum faciẽ tuã, Esa. 28. In illa die, erit dominus exercituũ E corona gloriæ, & sertũ exultationis populo suo. Et iõ Matth. 20. Omnib. laborãtib. in uinea datur vnus denarius: ppria vero merces erit singulorũ, quia vnus alio clarius videbit, & plenius fruet ẽm determinatam sibi mensuram. Vñ & Danie. 12. Illi qui docti sunt, cõparantur splendori firmamenti, q ad iustitiã erudiũt plurimos quasi stellæ. Hinc est, ꝙ Io. 14. dr̃, In domo patris mei mansiones multæ sunt. pp quod etiã hic dr̃, Vnusquisque propriam mercedem accipiet, Ostendit autem ẽm quid attendatur mẽsura proprię mercedis, cum subdit [Secundum suum laborẽ.] Vñ & in Ps. 127. dr̃, Labores manuum tuarũ quia mãducabis, beatus es & bene tibi erit. Non tamen propter hoc designatur æqualitas ẽm quantitatem laboris ad mercedẽ; quia ut dicitur 2. Cori. 4. Quod

A in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis ñræ, supra modũ in sublimitate ęternũ gloriæ pondus operabitur in nobis. Sed ęqualitatem designat pportionis, vt. s. vbi est potior labor, ibi sit potior merces. Põt autẽ intelligi labor esse potior tripliciter. Primo quidem ẽm formã charitatis. cui respondet merces essentialis pręmij. s. fruitionis & uisionis diuinæ. Vnde dr̃ Io. 14. Qui diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Vnde q ex maiori charitate laborat, licet minorem laborem patiatur, plus de pmio essentiali accipiet. Scdo, ex specie operis; sicut.n. in reb. humanis ille magis præmiat, qui in digniori opere laborat, sicut architector, q̃ artifex manualis, licet minus laboret B corporaliter: ita etiam in rebus diuinis, ille qui in nobiliori opere occupatur, maius præmium accipiet, quantum ad aliquam pręrogatiuam pręmij accidentalis, licet forte minus corporaliter laboret. Vnde aureola datur doctorib. virginib. & martirib. Tertio, ex quantitate laboris, ꝙ quidem contingit dupliciter. Nam quandoque maior labor maiorem mercedem meretur, præcipue quantum ad remissionẽ poenæ, puta ꝙ diutius ieiunat, vel lõgius peregrinatur, & ẽt quãtum ad gaudium ꝙ percipiet de maiori labore Vñ Sap. 10. dr̃, Reddidit Deus. s. iustis, mercedẽ laborum suorũ. Quandoq; uero est maior labor ex defectu uoluntatis. In his.n. quæ ppria uoluntate facimus, minorẽ laborẽ sentimus. Et talis magnitudo laboris, nõ augebit, sed minuet mercedẽ. Vñ dr̃ Esa. 40. Assumẽt pẽnas vt aquilæ, currẽt & non laborabunt, uolabunt & nõ deficiẽt: & ibi præmittit, deficiẽt pueri & laborabunt. Deinde cum dicit; [Dei.n. sumus,] assignat rationẽ eius, ꝙ dixerat. Et primo ponit rõnem. Secundo, adhibet similitudinẽ, ibi. [Dei agricoltura estis.] Dicit ergo primo, Recte quilibet nostrum merce- C dem accipiet, [Dei enim sumus adiutores]. s. ẽm nostros labores Contra quod uidetur esse, quod Iob. 26. Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & Esa. 40. Quis adiuuit spiritum domini? Dicẽdum est autem, ꝙ dupliciter aliquis alium adiuuat. Vno mõ augẽdo eius uirtutem, & sic nullus potest esse Dei adiutor. Vnde & post præmissa uerba Iob subditur, Et sustentas brachiũ eius qui non est fortis? Alio modo obsequendo operationi alterius, sicut si minister dicatur domini adiutor, inquantum exequitur opus eius, aut ministerium artificis, & hoc modo ministri Dei sunt eius adiutores, ẽm illud. 2. Cor. 6. Adiuuantes autẽ exhortamur: sicut ergo ministri hominum exequẽtes eorum opera, mercedẽ ab eis accipiunt ẽm suũ laborẽ, ita & minister Dei. Scdo adhibet similitudinẽ simplicis operis. s. agricolturę, & ædificationis. Populus quidem fidelis ager est, a Deo cultus, inquantũ per operationem diuinã fructum boni operis Deo acceptum pducit, ẽm illud Ro. 7. Sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Et D Io. 6. dicitur, Pater meus agricola est; & hoc est quod primo dicitur. [Dei agricoltura estis,] idest, quasi ager a Deo cultus, & fructum ferens eius opere, & populus fidelis est quasi domus a Deo ędificata, inquantum. s. Deus in eis habitat, secundum illud Eph. 2. Et uos coędificamini in habitaculum Dei. Et ideo secundo dicitur; [Dei ædificatio estis]. i. ædificium a Deo cõstructum, secundum illud ps. 126. Nisi dominus ædificauerit domum &c. Sic igr̃ ministri Dei sunt adiutores, inquãtum laborãt in agricoltura, & ædificatione fidelis populi. Deinde cum dicit. [Scdm gratiã Dei &c.] agit de diuersitate mercedis, & qa merces distinguit ẽm distinctionẽ laboris, ut dictum est, ideo primo agit de diuersitate laboris. Secũdo de diuersitate mercedis, ibi; [Si quis superędificat.] Circa primum duo facit. Primo ponit distinctionem laborum. Secundo, subiungit admonitionem ibi; [Vnusquisque autem videat & cæt. Circa primum duo facit. Primo, relicta similitudine agriculturæ quã supra prosecutus fuerat, sub similitudine ædificationis, suum proprium laborẽ describit, dicens: Secundum gra- E tiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamẽtum posui. Vbi considerandum est, ꝙ architectus dicitur principalis artifex & maxime ędificij, ad quem pertinet cõprehendere summam dispositionem totius operis, quę perficitur per operationẽ manualium artificum. Et ideo dicitur sapiens in ędificio: qui simpliciter sapiens est, quia summam causam cognoscit. s. Deum, & alios secundum Deum ordinat, Ita sapiens in ædificio dicitur, qui principalem causam ædificij, scilicet finem considerat, & ordinat inferioribus artificibus quid sit propter finem agendum, Manifestum est autem, quòd tota structura ædificij ex fundamẽto dependet, & ideo ad sapientem architectum pertinet idoneum fundamentum collocare. Ipse autem Paulus fundamentum spiritualis ædificij collocauit Corinthijs. Vnde supra dixit, ego plantaui: sicut enim se habet fundũ in ædificio, sic plantatio in plantis.

tis. Per utrumque enim significatur spiritualiter prima prædicatio fidei. Vnde ipse dicit Ro. 15. Sic aūt prædicaui euangeliū, non ubi noīatus est Xps, ne super alienū fundamētum ædificarem: & ideo se cōparat sapiēti architecto. Hoc aūt non suæ virtuti attribuit, sed gratiæ Dei. Et hoc est ꝙ dicit; [Secundū gratiā Dei q̃ data est mihi,] qui. s. me aptū & idoneū ad hoc ministerium fecit, inf. 15. Abundantius oīb. laboraui nō ãt ego sed gr̃a Dei mecū. Scdo, describit laborē, aliorū dicēs; [Ali⁹ aūt] .i.

Vnusquisq; aūt uideat quō superedificet. Fundamentum.n. aliud nemo potest ponere præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus. Siquis autem superædificat supra fundamētum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulā uniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies.n. domini declarabit, quia in igne reuelabit: & uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem.

q̄cūq; inter vos laborat; [Superædificat, fundamēto a me posito; ꝙ quidē potest ad duo referri. Vno quidē mō, inquantū aliqs superædificat fidei in seipso fundatæ profectū charitatis & bonorū operū 1. Pet. 2. Et ipsi tanquā lapides viui superædificamini. Alio mō, ad doctrinā, q̃ quis fundatā fidē in alijs pfectius manifestat. Vñ Hier. 1. dr̃, Vt ædifices, & plātes. Et s̃m hoc idē significat hęc superędificatio, ꝙ supra, rigatio Deinde cū dicit: [Vnusquisq; autē &c.] subiūgit monitionē dicens, Dictū est, ꝙ ad alios pertinet superędificare; Vnusquisq; aūt uideat], i. diligēter attēdat; [Quomodo superędificet]. i. qualē doctrinā fidei fundatam in alijs superaddat, vel qualia opera fidei ĩ se fundatę habeat. Prou. 4. Oculi tui uideant recta, & palpebræ tuæ præcedāt gressus tuos. Scdo, rñdet tacitę q̃oni, Quare. s. admoneat alios de superædificatione, & non de fundatione: vel potius assignat rōnem quare dixerit, ꝙ ad alios pertinet superædificare, dicens: [Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, ꝙ positum est]. s. a me: [Quod est Iesus Christus,] qui habitat in cordib. vr̃is per fidem, vt dr̃ Ephe. 3. Et de fundamēto dr̃ Esa. 28. Ecce ego mittā in fundamentis Sion lapidem angularē, probatū, pretiosum. i. in fundamēto fundatū. Sed cōtra videt̃ esse ꝙ dicitur Apoc. 21. Murus ciuitatis hñs fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorū. Nō ergo solus Xps est fundamentum. Dicendū est aūt, ꝙ duplex est fundamentum. Vnum quidem, ꝙ per se hēt soliditatem, sicut rupes aliqua, supra q̄ ædificium cōstruitur, & huic fundamēto Xps comparatur. Ipse.n. est petra, de qua dicitur Matt. 7. Fundata.n. erat supra firmā petrā. Aliud est fundamentum, ꝙ habet soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides qui primo supponuntur petræ solidæ. Et hoc mō dñr apostoli esse fundamētum Ecclesię quia ipsi primo superędificati sūt Xpo per fidem & charitatem. Vnde dicitur Eph. 2. Superædificati supra fundamentum apostolorum. Deinde cū dicit: [Siqs superædificat &c.] agit de mercedis differentia q̄tum ad hoc, ꝙ qdam eam accipiūt sine detrimento, qdam cū detrimēto. Et circa hoc tria facit. Primo docet, ꝙ diuersitas operationū manifestat̃ ex retributione. Secūdo, ostendit qñ manifestatur ibi; [Dies.n. domini.] Tertio, ostendit quomodo manifestatur, ibi: [Si cuius opus &c.] Circa primū considerandū est, ꝙ apostolus intendēs ońdere diuersitatē superædificationis, sex ponit, videlicet tria cōtra tria. Ex vna quidē parte, aurū, argētū, & lapides pretiosos. Et ex alia parte, lignū, fœnū, & stipulam: quorū tria. s. aurū, argentū, & lapides pretiosi hēnt quādā inclytā claritatē, simul & incōsuptibilitatē, & ꝑiositatē. Alia vero tria obscura sunt, & facile ab igne cōsumuntur, & vilia sunt. Vnde per aurum, argentū, & lapides pretiosos, intelligitur aliqd præclarum & stabile: per lignum vero, fœnum, & stipulam aliquid materiale & transitorium. Dictum est autem supra, quòd superædificatio potest intelligi & quantū ad opera, quæ vnusquisque superædificat fidei fundamēto: & quantum ad doctrinam, q̃ aliquis doctor, vel prædicator superædificat in fundamento fidei ab Apostolo fundatę. Vñ ista diuersitas, quam hic apostolus tangit, ad vtranq; superædificationē referri pōt. Quidā ergo referentes hęc ad superędificationem operum, dixerunt, quod per aurum, & argētū, & lapides pretiosos, intelligunt̃ bona quę qs fidei superaddit. Sed per lignum, fœnum, & stipulā, dēnt intelligi peccata mortalia, quæ quis facit post fidem susceptā. Sed ista expositio penitus stare nō pōt. Primo quidē, quia peccata mortalia sunt opera mortua, secundū illud Heb. 9. Mūdabit cōscientias nr̃as ab operib. mortuis. In hoc aūt ædificio nihil ædificatur nisi viuum, s̃m illud 1. Pet. 2. Et ipsi tāquam lapides uiui superædificamini. Vnde qui cū fide hēt peccata mortalia, nō superædificat. sed magis destruit, vel uiolat, contra quē dr̃ infra eodem, Siquis templū Dei violauerit, disperdet illum Deus. Secundo, qa peccata mortalia magis comparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tū propter grauitatem, tum quia etiam non renouantur per ignem, sed semper in eo manēt, in quo sunt. Peccata vero venialia cōparantur ligno, fœno, & stipulæ, tum pp leuitatem: tum ēt quia ab eis aliqs de facili expurgatur per ignem. Tertio, quia secundū hāc expositionem vr̃ sequi, ꝙ ille, q moritur in peccato mortali, dūmodo fidē retineat, finaliter salutē consequat̃, licet primo aliquas pęnas

F sustineat. Sic.n. sequitur: [Si cuius opus arserit, detrimentū patietur, ipse aūt saluus erit, sic tamen quasi per ignem.] Quod quidē contrariatur manifeste sñiæ Apostoli, quia dr̃ inf. 6. Neq; fornicarij, neq; idolis seruiētes &c. Regnum Dei possidebunt, Et Gal. 5. Qui talia agunt, regnum Dei nō possidebūt. Nō est aūt alicui salus, nisi in regno Dei. Nā qui ab eo excluditur, mittunt̃ in ignem ęternū, vt dr̃ Matt. 25. Quarto, qa fides, non potest dici fundamētū, nisi qa p eā Xps habitat ĩ nobis, cū supra dictū sit, ꝙ fundamentū est ipse Christus Iesus. Non.n. habitat Xps in nobis per fidē informē: Aloquin habitaret in dæmonib. de quib. scriptū est Iac. 2. Et dęmones credūt, & contremiscūt. Vnde ꝙ dr̃ Eph. 3. habitare Xpm per fidem in cordib. nr̃is oportet intelligi

G de fide per charitatē formata eam scriptum sit. 1. Ioa. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc est fides, quæ per dilectionem operatur, vt dicitur inf. 13. Charitas nō agit perperam. Vnde manifestum est, ꝙ illi qui operantur peccata mortalia, non habent fidem formatā, & ita non habent fundamentum. Oportet ergo intelligere, ꝙ tam ille qui superædificat fundamento aurum, argentum, lapides pretiosos, quā etiam ille, qui superædificat lignum, fœnum, stipulam, vitet peccata mortalia. Ad horum ergo distinctionē intelligendū est, ꝙ actus humani ex obiectis speciem hēnt. Duplex est aūt obiectū humani actus. s. res spiritualis, & res corporalis, quę qdem obiecta differunt tripliciter. Primo quidem quantum ad hoc, ꝙ res spirituales sunt perpetuæ, res aūt corporales sunt transitoriæ. Vnde. 2. Cor. 4. Quæ videntur, temporalia sunt, quæ aūt non uidentur, æterna. Secūdo, quātum ad hoc ꝙ res spirituales in seipsis claritatem habebant, s̃m illud Sap. 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapiētia. Res corporales obscuritatē habent ex materia. Vnde dr̃ Sap. 2. Vmbræ tran-

H situs est tps nostrum. Tertio, quantum ad hoc, ꝙ res spūales sunt pretiosiores, & nobiliores rebus corporalib. vnde prou. 3. dr̃ de sapientia, Pretiosior est cunctis opibus. Et Sap. 7. Oē aurum in cōparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentū in cōspectu illius. Et ideo opera, quib. homo innitit̃ rebus spūalib. & diuinis, comparantur auro argento, & lapidi pretioso, quæ sunt solida, clara, & pretiosa, ita tñ ꝙ per aurū designētur ea quib. homo tendit in ipsum Deum per cōtemplationē, & amorē. vnde dr̃ Cant. 5. Caput eius aurū optimū. Caput.n. Xpi est Deus, vt dr̃ Esa. 11. de quo auro dr̃ Apoc. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum. i. sapientiam cū charitate. Per argentum significatur actus, quib. homo adhæret spiritualib. credendis, & amandis, & contemplandis, vnde in Glo. refertur argentum ad dilectionē pximi, pp ꝙ & in ps. pennæ colūbę describunt̃ deargētatæ, cuius superior pars. i. posteriora, describuntur esse in pallore auri. Sed

I per lapides pretiosos designantur opera diuersarum uirtutū, quibus anima humana ornatur. Vnde dicitur Eccl. 50. Quasi uas auri solidū, ornatum omni lapide pretioso. Vel etiam mādata legis Dei, secundum illud Ps. 118. Dilexi mādata tua super aurū & topaziō. Opera vero humana, quib. homo intendit rebus corporalib. procurādis comparātur stipulę, quæ vilia sunt, namq; fulgent & facile conburuntur: habent tñ quosdam gradus prout quædā sunt alijs stabiliora, quædā vero facilius consumptibilia. Nā ipsi homines inter creaturas carnales & digniores sunt, & per successionē conseruātur. Vnde cōparantur lignis, s̃m illud Iudic. 9. Ierūt ligna siluarum vt eligerēt super se regem. Caro aūt hominis facilius corrūpitur per infirmitatem & mortem. vnde cōparatur fęno, s̃m illud Esa. 40. Omnis caro fęnū. Ea uero quę pertinēt ad gloriam huius mūdi facillime trāseunt, vnde stipulæ cōparātur, vnde in ps. 28. sequitur, pone illos vt rotā, & vt stipulā ante faciem venti. Sic ergo superædificare. [Aurum, & argentū, & lapides pre-

K tiosos,] est superædificare fidei fundamento ea, q̃ pertinēt ad cōtemplationem sapientiæ diuinorū, & amorē Dei, & deuotionem sanctorum, & obsequium proximorum, & ad exercitiū virtutū. Superędificare uero, [Lignū, fœnū, & ad exercitiū uirtutū. Superædificare vero [Lignum, fœnum, & stipulā,] est superaddere fidei fundamento ea, quæ ponūt ad dispositionem humanarū rerū, & ad curā carnis, & ad exteriorem gloriam. Sciendum tamen, quod contingit aliquem hominem id intendere tripliciter. Vno modo ita, ꝙ in his finem constituat, & cum hoc sit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat, sed econuerso, fundamento aliud fundamentum collocat. Nam finis est fundamentū in rebus appetibilibus, quæ quæruntur propter finem. Alio modo, aliquis intendit vti prædictis rebus, totaliter ordinās eas in Dei gloriam, & quia opera specificantur ex fine intento, hoc iam nō erit ædificare lignum, fœnum, &. stipulam, sed aurum, argētum, & lapides pretiosos. Tertio modo aliquis licet in his finem non con-

stituat,

stituat, nec uellet propter ista contra Deum facere: afficitur tamē istis magis quàm deberet, ita quòd per hæc retardatur ab his quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter. Et hoc propriè est superædificare lignum, fęnum, stipulam, non quia ipsa superędificētur propriè loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia, habent venialia adiuncta propter uehementiorem affectum ad ipsa, quæ quidem affectio secūdum ꝙ magis & minus inhæret, ligno, fœno, & stipulæ comparatur. Et dupliciter potest distingui. Vno modo secundum permanentiam rerum spiritualium, ut prius dictum est: Alio mō secundum uehementiam adhæsionis. Sciendum tñ, quod & illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolui a cura rerum temporalium, nec etiam qui in charitate rerum temporalium intendunt, sunt omnino a rebus spiritualibus vacui, sed studio diuersificantur. Nam quidam studium uitæ suæ ordinant ad spiritualia: temporalibus uero nō intendunt, nisi inquantum requirit necessitas corporalis uitæ. Quidam uero studium uitæ suæ applicant ad temporalia procurandaː utuntur tñ spiritualibus rebus ad directionem uitæ suæ. Primi igitur superędificant; [Aurum, argētum, & lapides pretiosos. Secundi vero superędificant. [Fęnum, lignum & stipulā.] Ex quo patet, ꝙ illi qui superędificant aurum, argentum, & lapides pretiosos, habent aliquid de peccatis uenialibus, sed non in quantitate notabili, pp hoc, ꝙ modicum attingunt de cura temporaliū rerum. Illi etiam qui superędificant lignum, fœnum, stipulā, habent aliquid stabile pretiosum & præclarum, sed in minori quantitate, s. inquantum diriguntur per bona spiritualia. Potest autē & hæc diuersitas referri ad superędificationem doctrinæ. Nā illi qui fidei ab Apostolis fundatæ, per suā doctrinā superędificāt solidam ueritatem & claram, siue manifestam, & ad ornamentū ecclesiæ pertinentem, superędificant aurum, argentum, lapides pretiosos. Vnde Prouerb. 10. Argentum electum labia iusti. Illi uero q fidei ab Apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliqua utilia, & q̃ non sunt manifesta, nec ueritatis rōne firmantur, sed sunt uana & inania, superædificant lignum, fœnum, stipulā. Vñ dr̃ Hier. 23. Qui hēt somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum uere. Quid paleis ad triticum? Qui uero falsitatem doceret, non superædificaret, sed magis subuerteret fundamentum. Dicit ergo; [Si quis superędificat, uel operando, uel docendo; [Super fundamentum hoc, idest, super fidem formatam in corde, uel super fidem fundatā ab Apostolis & prædicatam; [Aurum argentum, aut lapides pretiosos,] id est, spiritualia opera, uel præclaram doctrinam; [Vel lignum, fœnum, stipulam,] idest, corporalia opera, uel friuolam doctrinam; [Vniuscuiusque opus manifestum erit,] scilicet in diuino iudicio: [Quale sit. Non.n. latet per humanam ignorantiam. Nā quidam uidentur superædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum: qui tamen superædificant lignum, fęnum, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditantes, puta lucrum, uel fauorem humanum. Quidam uero uidentur superædificare lignum, fœnum, stipulam, qui tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem pretiosum, quia in administratione temporalium, nihil nisi spiritualia cogitant. Vnde & Sophon. 1. dicitur, Scrutabor Ierusalem in lucernis. & Luc. 12. Nihil opertum, quod non reueletur.

Deinde cum dicit; [Dies.n. domini,] ostendit quando hęc manifestantur. Et primo ponit tps manifestationis, cum dicit: [Dies enim domini declarabit,] Circa quod sciendum est, ꝙ tunc dicit̃ esse tempus, & dies alicuius rei, qñ est in optimo statu & maximo sui posse. Vnde Eccl. 3. dicitur, Omnia tempus habent. Qñ ergo homo suam uoluntatem implet, etiam contra Deum, tunc est dies hominis. Vnde dicitur Hier. 17. contra hominis non desideraui tu scis. Dies uero domini dicitur, quando uoluntas domini completur de hominibus, qui per eius iustitiam uel præmiabuntur, uel damnabuntur, secundum illud Ps. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vnde secundum triplex Dei iudicium tripliciter pōt intelligi dies Domini. Erit enim quoddā iudicium generale omnium. secundum illud Matt. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Et secundum hoc, dies domini dicitur nouissimus dies iudicij de quo 2. Thessā. 2. Non terreamini quasi instet dies domini. Et secundum hoc intelligitur [Dies domini declarabit, quia in die iudicij manifestabitur differentia humanorum meritorum, Rom. 2. In die, quādo iudicabit dominus occulta hominum. Aliud autem est particulare iudicium, qd fit de unoquoque in morte ipsius, de quo hr̃ Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: mortuus est autē mendicus, & portatus est ab angelis in sinum Abrahę. Et secundum hoc, dies domini po-

A test intelligi dies mortis, secundum illud 1. Thess. 5. dies domini sicut fur in nocte ueniet. Sic ergo dies domini declarabit, quia in morte uniuscuiusque, eius merita patent. Vnde dicitur Prou. 11. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes: & eiusdem 14. Sperat autem iustus in morte sua.

Tertium autem est iudicium in hac uita, inquantum Deus, per tribulationes huius uitæ interdum homines probat. Vnde dicitur infra. 11. Cum iudicamur, a domino corripimur, ut non hoc cum mundo damnemur.

Et secundum hoc, dicitur dies domini, dies temporalis tribulationis, de quo dicitur Sophon. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ergo domini declarabit, quia in tempore

B tribulationis affectus hominis probatur. Eccles. 17. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Secundo, ostendit per quod fiet ista declaratio, quia per ignem unde sequitur; [Quia in igne reuelabitur,] scilicet dies domini. Nā dies iudicij reuelabitur in igne, qui præcedet faciem iudicis, exurens faciem mundi, & inuoluens reprobos, & iustos purgans: de quo dicitur in Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Dies autem domini, qui est dies mortis, reuelabitur in igne purgatorij, per quem purgabitur, si quid in elementis inuenietur purgandum, de quo potest intelligi, quod dicitur Iob 23. Probabit me, quasi aurum quod per ignem transit. Dies uero, q est dies tribulationis diuino iudicio permissæ, reuelabitur in igne tribulationis: de quo dicitur Eccle. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines uero acceptabiles, in camino tribulationis. Tertio ponit effectum manifestationis, cum subdit; [Et vnius-

C cuiusque opus quale sit, ignis probabit,] quia scilicet per quemlibet ignium prædictorum probantur merita hominis, uel demerita: unde in Psal. 10. dicitur. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. In his tribus, quæ hic Apostolus ponit, primum est conclusio duorum sequentium. Si enim dies domini reuelatur in igne, & ignis probat quale sit vniuscuiusque opus, consequens est, quod dies domini declaret differentiam operum humanorum. Deinde cum dicit; [Si cuius opus,] ostendit modum prædictæ manifestationis. Et primo, quantum ad bona opera, cum dicit: [Si cuius,] idest, alicuius: [Opus,] quod ipse superædificauit: [Manserit,] scilicet in igne: [Ille,] scilicet, qui superædificauit: [Mercedem accipiet. Hierem. 31. Est merces operi tuo. Et Esa. 40. Ecce merces eius cum eo. Dicitur autem aliquod opus in igne permanere illęsum dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius operantis: quia scilicet ille, qui hoc facit opus, scilicet bonę do-

D ctrinæ, uel quodcumque bonorum operum, propter huiusmodi opus non punitur, inquantum scilicet, nec torquebitur igne purgatorij, nec igne, qui præcedet faciem iudicis, nec etiam æstuat igne tribulationis. Qui enim non immoderate temporalia dilexit, consequens est, quod non nimis doleat de eorum amissione. Dolor enim causatur ex amore rei, quæ amittitur. Vnde superfluus amor, superfluum generat dolorem. Alio modo, potest intelligi ex parte ipsius operis; quolibet enim prędictorum iudiciorum superueniente homini, permanet, & opus bonæ doctrinæ, uel quodcunque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superueniente, non cessat homo neque à uera doctrina, neque a bono opere uirtutis; vtrumque autem horū permanet homini quantum ad meritum, & in igne purgatorij, & in igne qui præcedit faciem iudicis. Secundo ostendit diem quātum ad mala opera, dicens, [Si cuius,] idest, alicuius, Opus arserit] .s. per aliquem ignium prędictorum [Detrimentum patie-

E tur] scilicet, qui hoc operatus est, non tamen usque ad damnationem. Vnde subdit [Ipse autem saluus erit,] scilicet salute æterna, secundum illud Esa. 45. Saluatus est Israel, in domino salute æterna. [Sic tamen quasi per ignem,] quem. s. prius sustinuit, uel in hac uita, uel in fine huius uitę, uel in fine mundi. Vnde dicitur in psal. 65. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et Esa. 43. Cum transieris per ignem, non comburetis, & flamma non comburet te, quia ego dominus Deus saluator tuus. Dicitur autem opus alicuius ardere dupliciter. Vno mō, ex parte operantis, inquantum. s. aliquis affligitur igne tribulationis pp immoderatū affectum, quo superflue terrena diligit, & punitur igne purgatorij, uel igne qui præcedet faciem iudicis propter peccata venialia, quæ circa curam temporalium commisit, siue etiā p friuola, & uana quę docuit. Alio modo, ardet opus in igne ex parte ipsius operis, quia. s. tribulatione superueniente, hō non pōt uacare nec doctrinæ uanæ, nec terrenis operib. secūdum illud Ps. 145. In illa die peribunt oēs cogitationes eorū. Nec etiā

igne

Universidad de Deusto
Biblioteca

igne purgatorij, vel præcedente faciem iudicis, remanebit ei aliquid prædictorum vel ad remedium, vel ad meritum. Et similiter dupliciter patitur detrimentum, vel inquantum ipse punitur: vel inquantum perdit id quod fecit: & quantum ad hoc dr Eccl. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo: & omne opus electum in fine iustificabitur, & qui operatur illud honorificabitur in illo. Quorum primum pertinet ad eum qui super ædificat lignum, fœnũ, & stipulam, quod est opus in igne ardẽs. Secundum autem pertinet ad eum qui superædificat aurum, argentum, & lapides pretiosos, quod est opus manens in igne absq; detrimento.

LECTIO III.

Nescitis, quia templũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Si quis aũt templũ Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum.n.Dei sanctum est, quod estis uos. Nemo se seducat. Si qs uř inter uos sapiẽs esse in hoc sęculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapiẽtia.n.huius mũdi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, Comprehẽdam sapiẽtes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium, quonjã uane sunt. Nemo itaq; glorietur in hominibus, Omnia.n.uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem Dei.

LECTIO TERTIA.

Supra ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium; hic agit de pœna male laborantium, siue destruentium. Et circa hoc duo facit. Primo, demonstrat pœnam: Secundo, excludit errorem contrariũ, ibi; [Nemo uos seducat.] Ostendit aũt pœnam operantium ad destructionem, prosequens similitudinem ædificij spũalis. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit dignitatẽ spũalis ædificij: Secundo, determinat pœnam destruentium, ibi: [Siquis.] Tertio, assignat rõnem pęnæ, ibi: [Templũ.n.Dei &c.] Dicit ergo primo. Dictum est, quod ille qui superædificat, mercedem salutis accipiet, vel sine detrimento, uel cum detrimento. Sed ut possitis agnoscere, quæ sit pœna male in uobis laborantium, oportet uos uestram dignitatem agnoscere, quã primo ponit, dicens, An vos: [Nescitis, quia] vos fideles Christi; [Estis templũ Dei.] Eph. 2. In quo oĩs ædificatio constructa crescit in templum sanctum in dño, in quo & uos coædificamini in habitaculũ Dei. Secundo, probat qđ fideles sint templum Dei. Est.n.de rõne templi, q͙ sit habitaculum Dei, ſm illud Psal. 10. Deus in templo sancto suo. Vnde illud, in quo Deus habitat, põt dici tẽplum. Habitat aũt Deus principaliter in seipso, quia ipse solus se comprehendit. Vnde & ipse Deus, templum Dei dr, Apoc. 21. Dñs Deus omnipotens templum illius est. Habitat ẽt Deus in domo sacrata per spũalem cultum, qui in ea sibi exhibetur: & ideo domus sacrata dr templum, ſm illud Psal. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum &c. Habitat ẽt Deus in hominib per fidem, quæ per dilectionem operatur, ſm illud Eph. 3. Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Vnde & ad probandum, q͙ fideles sint templum Dei, subiungit quod inhabitantur a Deo, cum dicit: [Et spiritus Dei habitat in uobis.] Et Rom. 8. dictum est: Spiritus qui suscitauit Iesum Christum habitabit in uobis. Ezech. 36. Spiritũ meum ponam in medio uestri. Ex quo patet, q͙ spiritus sanctus est Deus, per cuius inhabitationem fideles dñr templum Dei. Sola.n.inhabitatio Dei, templum Dei facit, ut dictum est. Est autẽ considerandum, quod Deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, potentiam, & præsentiam, implens omnia bonitatibus suis, secundum illud Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed spiritualiter dicitur Deus inhabitare, tanquam in familiari domo, in sanctis, quorum mens capax est Dei per cognitionem & amorem, etiam si ipsi in actu non cognoscant, & diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei & charitatis, sicut patet de pueris baptizatis & cognitio sine dilectione nõ sufficit ad inhabitationem Dei, secundum illud primo. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Inde est, quod multi cognoscunt Deum vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem, quos tamen non inhabitat spiritus Dei. Deinde cum dicit. [Siquis autem tẽplum &c.] Subiungit pœnam male operantium secundum conuenientiam prædicatorum, dicens, [Siquis autem &c.] Violatur autem templum Dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamento, sed magis subruit fundamentum, & destruit ædificium. Vnde dicitur Ezech. 13. de falsis prophetis: Violabant me, ac populum meum propter pugillum ordei, & fragmentum panis. Alio modo violat aliquis templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis uel seipsum corrumpit, vel alium opere, uel exemplo. Vnde dr Malac. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit. Sic autem dignum est, ut disperdatur ille a Deo per dãnationẽ æternam, qui uiolat spũale templũ Dei, vel qualitercunque polluit. Vnde dicitur Malac. 2. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum. Et in

F psal. 11. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa &c. Deinde cũ dicit; [Templum Dei &c.] assignat rationem eius, quod dixerat de sanctitate templi. Qui enim aliquam rem sacram uiolat sacrilegium committit: vnde dignum est, vt disperdatur: [Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos,] sicut supra dictum est. & in ps. 64. dr, sanctum est templum tuũ, mirabile in æquitate: & alibi, Domum tuã domine decet sanctitudo. Et quidem in materiali templo est quædam sacramentalis sãctitas, prout templum diuino cultui dedicatur; sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ, quam consecuti sunt per baptismum, secundum illud inf. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Deinde cum dicit; [Nemo uos seducat,] excludit errorẽ G contrarium.

Et primo, monet fideles, ut sibi caueant a seductione errorum. Secundo, docet modum cauendi, ibi: [Siquis inter uos.] Tertio, rationem assignat, ibi; [Sapientia.n.huius mundi &c.] Circa primum sciendum, q͙ quidam dixerunt, q͙ Deus neque punit, neq; remunerat hominum facta, ex quorum persona dr Soph. 1. Qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dñs, & non faciet male. Et Thren. 3. Quis est iste qui dixit, ut fieret dño non iubente? Ex ore altissimi non egredietur bonum, neque malum. Ad hunc ergo errorem excludendum dicit; [Nemo uos seducat,] asserens.s. q͙ ille qui templum Dei uiolat, non disperdatur a Deo, sicut Ephes. 5. dicitur: Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ.

Deinde cum dicit, [Si quis inter uos &c.] docet modum cauendi huiusmodi seductionem. Vbi sciendum est, q͙ quidam dixerũt Deum non punire peccata hominum, innitentes rationibus hu- H manæ sapientiæ, puta, quod Deus non cognoscat singularia quæ fiunt hic, ex quorum persona dr Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Ad hoc ergo uitandum dicit. [Si quis inter uos vr esse sapiens in hoc sæculo,] .i. sapientia sæculari, quæ in eo quod contrariatur veritati fidei, non est sapientia, licet uideatur esse; [Stultus fiat,] abijciendo istam sapientiam apparentem, [ut sit sapiens].s. ſm sapientiam diuinam, quę est vera sapientia. Et hoc etiam obseruandum est non solum in his, in quibus sæcularis sapiẽtia contrariatur ueritati fidei, sed etiam in omnibus, in quibus cõtrariatur honestati morum. Vnde Prou. 3. dr Deo secum morante confortatus est &c. Deinde cum dicit, Sapientia huius mundi &c.] assignat rationem eius, quod dixerat.

Et primo ponit rationem; uidebatur enim ineptam monitionẽ fecisse, ut aliquis fieret stultus: & uere inepta esset, si stultitia illa, de qua loquebatur, esset per abnegationem ueræ sapientiæ: sed non est ita: [Sapiẽtia.n. huius mundi, stultitia est apud Deũ.] I Dr autem sapientia huius mundi, quæ principaliter mundo innititur. Nam illa, quæ per res huius mundi ad Deum attingit, non est sapientia mundi, sed sapientia Dei, secundum illud Roma. 1. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia.n.ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sapiẽtia ergo mũdi, quæ sic rebus intendit, ut ad diuinam ueritatem non pertingat; [Stultitia est apud Deum,] idest, stultitia reputatur secundũ diuinum iudicium. Esa. 19. Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Secundo, probat quod dixerat per duas authoritates, quarum prima scribitur Iob 5. Vnde dicit, Scriptum est, [comprehendam sapientes in astutia eorum.] Comprehendit autem sapientes dominus in astutia eorum, quia per hoc ipsum quod astute cogitant contra Deũ, impedit Deus eorũ conatum, & implet suum propositum, sicut per malitiam fratrum Ioseph volentium impedire eius principatum, impletum est per diuinam ordinationem, q͙ Ioseph in Aegypto uenditus principaretur. Vnde & ante præmissa uerba dicit K Iob. Qui dissipat cogitationes eorum, .s. malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperunt, quia ut dicitur Prou. 21. Non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra dominum. Secunda authoritas sumitur ex psal. unde dicit: [Et iterum scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientium,] .s. secundum sapientiam mundi: [Quoniam vanæ sunt:] quia.s. non pertingunt ad finem cognitionis humanæ, quæ est cognitio ueritatis diuinæ. Vnde dr Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus non subest sapientia Dei. Deinde cum dicit; [Itaque nemo glorietur in hominibus,] infert conclusionem principaliter intentam, .s. q͙ nõ debeant gloriari de ministris Dei. Et primo, concludit propositum ex prædictis, dicens; [Itaque,] ex quo ministri nihil sunt, sed laborãt pro mercede. [Nemo glorietur in hominib.] sicut & in

in psalm. 145. dr, Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus. Et Hier. 16. Maledictus vir, qui confidit in homine &c. Secundo, rationem assignat ex dignitate fidelium Christi, assignans ordinem fidelium in rebus, & primo ponit ordinem rerum ad fideles Christi, dicens: [Omnia uestra sunt,] quasi dicat. Sicut homo non gloriatur de rebus sibi subiectis, ita & uos gloriari non debetis de rebus huius mundi, quę omnia sunt nobis data a Deo, secundum illud Ps. 8. Omnia subiecisti sub pedib. eius. Exponit autem, quæ omnia, inter quæ primo ponit ministros Christi, qui sunt diuinitus ordinati ad ministerium fidelium, secundum illud 2. Cor. 4. Nos autem seruos uestros per Iesum: & hoc est, quod dicit, [Siue Paulus,] qui plantauit, [Siue Apollo,] q rigauit, [Siue Cephas,] .i. Petrus, qui est uniuersalis pastor ouium Christi, vt dr Ioan. vlt. Post hæc ponit res exteriores, cum dicit; siue mundus, [qui est continentia oĩum creaturarum, qui quidem est fidelium Christi, eo q͙ hõ per res huius mũdi iuuatur, uel quãtum ad necessitatem corporalem, uel quantum ad cognitionem Dei, ſm illud Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ &c. Cõsequenter ponit ea, quæ pertinent ad ipsam hoĩs dispositionẽ, dicens; [Siue vita, siue mors,] quia.s. fidelibus Christi, & uita est vtilis, in qua merentur, & mors per quã ad præmia perueniunt, ſm illud Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur &c. Et Philip. 1. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Ad hæc aũt duo reducuntur oĩa bona vel mala huius mundi, quia per bona conseruatur uita, per mala peruenitur ad mortem. Vltimo ponit, quæ pertinent ad statum hoĩs præsentem uel futurum, dicens; [Siue præsẽtia,] .i. res huius vitæ, quibus iuuamur ad merendum: [Siue futura,] quæ nobis reseruantur ad præmium. Non.n. habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, vt dr Heb. ulti. [Omnia,] inquit; [Vestra sunt,] .i. vestræ vtilitatis deseruientia, secundum illud Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Sic ergo primus ordo est rerum Christi ad fideles, secundus vero fidelium Christi, ad Christum, quos ponit subdens; [Vos aũt Christi] estis, quia.s. sua morte uos redemit. Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur dñi sumus. Tertius ordo est Christi, secundum q͙ homo ad Deum, ideo addit, [Christus autem,] ſm q͙ homo: [Dei est.] Vnde eum Deum, & dominum in Psal. 7. nominat, dicens; Domine Deus meus in te speraui, ut nomine Dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo, qđ infra ipsum est; sed de eo, quod est supra ipsum, ideo non debent fideles Christi gloriari de ministris, sed magis ministri de ipsis 2. Corin. 7. Multa mihi fiducia est, apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis. Sed fideles Christi debent gloriari de Christo, ſm illud Gal. vlt. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, sicut Christus de patre, secundum illud Sap. 2. Gloriatur se patrem habere Deum.

CAP: IIII. LEC. I.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. B Mihi autem pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil.n.mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui

LECTIO PRIMA.

Superius redarguit Apostolus Corinthios de hoc, q͙ de quibusdam ministris gloriabantur, hic autẽ arguit eos, q͙ alios ministros contemnebant. Et circa hoc duo facit, primo arguit eorũ culpam. Secundo, instat ad eorum correctionem, ibi; [Non ut cõfundam vos.] Circa primum duo facit. Primo, arguit eorum temeritatem, qua male de ministris iudicaban. Secundo, arguit eorum elationem, qua Christi ministros contemnebant, ibi, [Hoc aũt fratres.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quid sit de ministris Christi firmiter sentiendum. Secundo, q͙ non sit de eis temere iudicandum, ibi, [Hic iam quæritur inter dispensatores.] Dicit ergo primo, Dixi quòd nullus uestrum debet gloriari de hominibus, tamen quilibet uestrum debet cognoscere auctoritatem officij nostri, ad quod pertinet, q͙ sumus mediatores inter Christũ cui seruimus, ad quos pertinet, quod dicit; [Sic nos existimet homo vt ministros Christi.] Esa. 61. Sacerdotes Dei uocabimini ministri Dei nostri, dicetur uobis: & inter membra eius, quæ sunt fideles ecclesiæ, quib. dona Christi dispensant, ad quos pertinet, quod subditur, [Et dispensatores ministeriorum Dei:]

A idest, secretorum eius, quæ quidem sunt spiritualia eius documẽta, secundum illud infra 14. Spiritus est, qui loquitur mysteria. Vel etiam ecclesiastica sacramenta, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Vnde & in forma consecrationis eucharistiæ dr, Mysterium fidei. Pertinet ergo ad officium prælatorum ecclesiæ, quod in gubernatione subditorũ soli Christo seruire desiderẽt, cuius amore oues eius pascunt, secundũ illud Ioan. vlt. Si diligis me, pasce oues meas. Pertinet etiã ad eos, ut diuina populo dispensent, secundum illud infra 6. Dispensatio mihi credita est, & ſm hoc sunt mediatores inter Christum, & populum, ſm illud Deut. 5. Ego sequester fui, & medius illo tpe inter Deum & vos. Hæc aũt æstimatio de prelatis ecclesiæ necessaria est ad salutem fidelium: nisi.n. eos recognoscerent ministros Christi, non eis obedirent, tanquã Christo, ſm illud Gal. 4. Sicut angelum Dei excepistis me sicut Iesum Christum. Rursum, si eos non cognoscerent dispensatores, recusarent ab eis dona recipere, contra illud quod idem Apostolus dicit. 2. Cor. 2. Quod donaui (siquid donaui) pp uos in persona Christi donaui. Deinde cum dicit; [Hic iam quæritur inter dispensatores,] ostendit circa ministros Christi temere, iudicari C non debere. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit quoddam per qđ iudicare satagunt de fidelitate ministrorum. Secundo, ostendit de hoc iudicio se non curare, sed Deo reseruare, ibi; [Mihi autẽ pro minimo est.] Tertio, concludit prohibitionem temerarij iudicij, ibi; [Itaque nolite.] Circa primum considerandum est, quod ministrorum & dispensatorum Christi, quidam sunt fideles, quidã infideles. Infideles dispensatores sunt, qui in dispensandis diuinis ministerijs nõ intendunt vtilitatem populi, & honorem Christi, & utilitatem membrorum eius, ſm illud Luc. 16. In iniquo mãmona fideles non fuistis. Fideles aũt, qui in omnibus intendũt honorem Dei, & utilitatem membrorũ eius, ſm illud Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dñs super familiam suam. Qui aũt sunt fideles diuino iudicio manifestabunt in futuro. Sed Corinthij temere uolebant discutere, qui dispensatores essent fideles, uel infideles: & hoc est, quod dicit; [Hic,] hoc est inter uos; [Iam,] .i. præsenti tpe; [Quæritur,] .i. discutit, D [Vt quis,] .i. aliquis; [Inter dispensatores fidelis inueniatur.] Iudicabant.n. plures esse infideles, vix aliquem uirum putantes esse fidelem, ſm illud Prou. 20. Multi uiri misericordes uocantur, uirum aũt fidelem, quis inueniet? Deinde cum dicit; [Mihi autem pro minimo est.] Ostendit se hoc iudicium reputare nihil: & circa hoc tria facit, primo ponit, q͙ non curat circa hoc ab alijs iudicari, dicens; [Mihi autem,] qui sum minimus, inter dispẽsatores; [Pro minimo est,] .i. minima bona reputo, [Vt a uobis iudicer,] .s. esse fidelis, uel infidelis. Et ne putarent ab Apostolo hæc dici in eorũ contemptum, ac si eorum iudiciũ despiceret, quasi uilium personarum subiungit; [Aut ab humano] intellectu, qui est dies hoĩs, ſm illud Io. 11. Qui ambulat in die non offendit quia lucẽ huius mundi uidet. Vel ad literam, [Aut ab humano die,] .i. ab intellectu in hoc tpe iudicantibus. q.d. uestrum, uel quorumcumq. hoĩum iudicium parum curo. Hier. 17. Diem hoĩs non desideraui E tu scis. Est aũt sciendum, q͙ de iudicio hoĩum dupliciter debet curari. Vno modo, quantum ad alios, qui ex eorum bono, uel ędificantur, uel scandalizantur, & sic sancti non pro minimo, sed ꝓ magno habent ab hominibus iudicari, cum dñs dicat: Matth. 5. Videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Alio modo, quantum ad seipsos, & sic non curant multum, quia nec gloriam humanam concupiscunt, secundum illud. 1. Thes. 2. Neque gloriam ab hominibus quęrentes, neque aliqd a uobis, neque ab alijs. Neq; opprobriũ hoĩs timent, secundum illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis, Vnde Apostolus signanter dicit; [Mihi autem, &c.] .i. quantum ad me pertinet, non autem id pro nullo est, sed pro minimo, quia bona tẽporalia inter quę bona fama cõputatur, non sunt nulla bona, sed minima, ut Aug. † dicit in lib. de libero arbitrio. Vnde & Sap. 7. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Secundo ostẽdit, q͙ neq; seipsum iudicare præsumit, dicens; [Sed neq; meipsum iudico.] Videtur aũt

† Lib. 1. c. 15. & 16.

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc esse contra, id quod infra. 11. dicitur, Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Debet ergo quilibet iudicare seipsum. Sed sciendum est, quod iudicio discussionis de quo Apostolus hic loquitur, quilibet debet iudicare seipsum, secundum illud Psal. 76. Exercitabar, & scopebam spiritum meum. Et similiter iudicio condemnationis, & reprehensionis i manifestis malis, secundũ illud Iob. 13. Arguam coram eo vias meas: sed iudicio absolutionis nõ debet aliquis præsumere se iudicare, vt innocentẽ: vnde dicitur Iob. 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem considero prauum me comprobabit, cuius rationem assignat, dicens; [Nihil mihi cõscius sum,] idest, non habeo alicuius peccati mortalis conscientiam, secundum illud Iob 27. Neque reprehendit me cor meum in omni uita mea [Sed non in hoc iustificatus sum,] idest, non sufficit ad hoc, quod me iustum pronunciem, quia possunt aliqua peccata in me latere, quæ ignoro, secundum illud Psal. Delicta quis intelligit? Et Iob. 9. dicitur, Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Tertio, concludit cui hoc iudiciũ reseruetur, dicens; [Qui autem iudicat me dominus est,] idest, Ad solum Deum pertinet iudicare utrum sim fidelis minister an non, hoc enim pertinet ad intentionem cordis, quam solus Deus ponderare potest: secundum illud Prob. 16. Spirituum ponderator est Dominus. Et Hier. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus probans renes & scrutans corda. Deinde cum dicit; [Itaque nolite &c.] Concludit prohibitionem temerarij iudicii. Et circa hoc tria facit, primo, prohibet præuenire diuinum iudicium, dicens, Itaque exemplo meo, qui neque meipsum iudico, neque ab aliis iudicari curo, sed iudicium meũ Deo reseruo; [Nolite ante tempus iudicare,] quia, vt dicitur Eccles. 8. Omni negocio tempus est & opportunitas;] Quoad vsq; veniat dominus,] scilicet, ad iudicandum, secundum illud Esa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Vnde & dominus dixit Matt. 7. Nolite iudicare. Sed hoc intelligendũ est de occultis: de manifestis autem iudicare commissum est a Deo hominibus, secũdum illud Deut. 1. Audite illos & ꝙ iustum est iudicate. Sunt enim aliqua manifesta non solum, per euidentiam facti sicut notoria, sed etiam propter confessionem, aut testium probationem. Occulta uero Deus suo reseruat iudicio. Sũt autem occulta nobis, quæ latent in corde, vel etiam in abscondito sũt, & de his dicitur in Psal. 4. Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus vestris compũgimini. Vnde homo quidem de his est temerarius iudex, sicut iudex delegatus, qui excedit formam mandati iudicii, de causa non sibi commissa. Est ergo temerariũ iudicium, quando aliquis de dubiis iudicat. peruersum aũt, quãdo falsum iudicium profert: & quamuis non sit iudicandum circa personas, puta vt aliquis iudicet malũ hominem, qui bonus est, tamen multo grauius est, ut iudicium peruertatur de rebus ipsis, puta si quis diceret virginitatem esse malam, & fornicationem bonam. Contra quod dicitur Esa. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Secundo, describit perfectionem futuri diuini iudicii, dicens; [Qui] scilicet dominus] ad iudicandũ veniens; [Illuminabit abscondita tenebrarum,] i. faciet esse lucida & manifesta ea, quæ occulte in tenebris facta sunt; [Et manifestabit consilia cordium,] i. omnia cordis occulta, secundum illud Iob. 12. Qui reuelat occulta de tenebris, & producit in lucẽ vmbram mortis. Et Sophon. 1. Scrutabor Hierusalem in lucernis. Quod quidem est intelligendum tam de bonis, quàm de malis, quæ non sunt per pœnitentiam tecta, secundum illud Ps. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Tertio, ponit fructum, quem boni reportabunt de diuino iudicio, dicens; [Et tunc laus erit vnicuique,] scilicet bonorum [a Deo.] Quæ quidem laus vera erit, quia Deus nec decipi, nec decipere potest. Rom. 2. Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. 2. Corinth. 10. Non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.

autem iudicat me, Dominus est, Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit, consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.

LECTIO SECVNDA.

POstquam Apostolus reprehendit in Corinthiis temeritatẽ, qua ministros Christi, iudicabant, hic arguit eorum elationem, qua ministros Christi contemnebant. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit quod intendit. Secũdo, rationem assignat, ibi;]Quis enim te discernit?] Tertio eorum contemptum ironice loquens irridet, ibi; [Iam saturati estis.] Circa primum considerandum est, quòd Apostolus supra uolens reprimere contentiones Corinthiorum, quas habebant ratione ministrorum, vsus fuerat nominibus bonorum ministrorum Christi; sicut supra 1. dixit, Vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego vero Cephæ. & supra 3. vbi dixit, Siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, & tamen non gloriabantur de bonis ministris Christi, nec propter eos dissidebãt, sed propter pseudo Apostolos, quos nominare noluit, ne videretur ex odio, uel inuidia contra eos loqui, sed loco eorum posuerat nomen suum, & aliorum bonorũ prædicatorum, & hoc est, quod dicit; [Hæc autem fratres,] scilicet, quæ dixi de ministris de quibus gloriamini, & pro quibus contenditis, [transfiguraui,] idest, figuraliter loquens; Transtuli, [in me & Apollo.] Dicit enim Prouer. 1. Animaduertent parabolam, & interpretationem verba sapientum & enigmata eorum; [Et hoc propter uos,] idest vestram vtilitatem 2. Cor. 4. Omnia propter vos; [Vt in uobis discatis, ne unus vestrum infletur,] i. superbia aduersus alium proximũ suum; [Pro alio,] scilicet, pro quocunque ministro Christi; [Ne supra quam scriptum est,] i. vltra formam vobis in præmissis descriptã. Dicitur enim Sap. 4. Dirũpens illos inflatos sine uoce. Deinde cum dicit;] Quis enim te discernit?] Assignat rationem quare vnus non debeat contra alium inflari. Et primo, ponit rationem, dicens; [Quis enim te discernit?] Quod potest intelligi dupliciter, vno modo sic. Quis enim te discernit a massa perditorum? tu teipsum discernere nõ potes; vnde non habes in te unde contra alium superbias. Et de hac discretione dicitur in Psalm. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Alio modo potest intelligi [Quis te discernit?] s. superiorem faciens proximo tuo? hoc, ꝙ tu facere non potes. Vnde contra eum superbire non debes. Et de hac discretione dicitur Eccl. 33. In multitudine disciplinæ domini separauit eos, & immutauit uias illorum. Sed inter homines inquantum sunt fideles Christi, non est discretio, quia ut dicitur Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et Act. 15. dicit Petrus, Nihil discernit inter nos, & illos fide purificans corda eorum. Secundo, excludit quandam rationem. Posset enim aliquis discerni a bonis, vel a malis melior eis existens propter bona, quæ habet, puta fidem, sapientiam & huiusmodi. Sed hoc excludit Apostolus, dicẽs,] Quid aũt habes, quod non accepisti,] quasi dicat, nihil. Omnia enim bona sunt a Deo, ſm illud Psalm. 103. Aperiente manum tuã omnia implebuntur bonitate. Et secundæ Paralip. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: & ex hoc concludit propositũ, dicens; [Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?] Ille igitur gloriatur, quasi non accipiens qui de seipso gloriatur, & non de Deo, sicut de quibusdam dicitur in Psal. 48. Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et ad hoc pertinet prima species superbæ, qua. s. aliquis superbiendo, quod habet, dicit a seipso habere, iuxta illud Ps. 76. Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Ille autem gloriatur, quasi accipiens, qui omnia Deo ascribens gloriatur de ipso, sicut supra dictum est. Qui gloriatur, in domino glorietur. Sic autem gloriari non est superbire, sed humiliari sub Deo, cui homo dat gloriam, secundum illud Eccl. vlt. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Deinde cum dicit; [Iam saturati estis.] Irridet eorum superbiam, qui Apostolos Christi contemnebant. Et primo in generali, secundo in speciali, ibi; [Nos stulti sumus &c.] Circa primũ duo facit. Primo, irridet in eis, quod de se nimis præsumebant. Secundo, deridet in eis, quòd Apostolos contemnebant, ibi: [Puto enim, quod Deus &c.] Circa primum duo facit. Primo, irridet eos de presumptione, qua sibi attribuebant, quod non habebant. Secundo, irridet eos de hoc, ꝙ sibi singulariter attribuebant, quod singulariter non habebant, ibi; [Sine nobis regnatis.] Attribuebant autem sibi abundantiam bonorum, quorum quædam sunt interiora: & quantum ad hoc dicit; [Iam saturati estis,] idest, vobis uidetur, ꝙ saturati estis, idest, abundanter refecti spirituali dulcedine, de qua dicitur in Ps. 16. Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Poterat autem eis secundum ueritatem dici, ꝙ iam saturati estis, non plenitudine, sed fastidio, secundum illud Prouerb. 27. Anima satiata calcabit fauum. Quædam vero sunt bona exteriora, & quantum ad hoc dicit; [Iam diuites facti estis,] sicut nobis uidetur, scilicet, diuitiis spiritualibus, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Simile est, quod dicitur Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & locuples valde, & nullius egeo. Sed contra hoc videtur illud, quod supra dixi in principio, dicens, Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia &c. Sed dicendum est, quod supra dixit, quantum ad bonos, qui inter eos erant, hic autem dicit, quantum ad præsumptuosos, qui superbiebant de eo, quod non habebant. Potest, & aliter distingui satietas, & diuitiæ, vt satietas referatur ad vsum gratiæ, quo quis spiritualibus fruitur. Diuitię autem ad ipsos habitus gratiarum. Secundo, cum dicit; [Sine nobis regnatis,] irridet eos, quod sibi singulariter attribuebant, quod nõ habebant. Vnde dicit, [Sine nobis regnatis,] idest, ita vobis videtur, quòd regnum ad vos pertineat, nõ ad nos. Sic. n. erant decepti a pseudo Apostolis, vt crederent se solos habere fidei veritatem, quæ in regno Dei consistit, Apostolum autem, & sequaces eius errare. Contra quos, dicitur Esa. 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et ne videatur Apostolus ex inuidia hoc dicere, subiungit; [Vtinam regnetis.] Optat. n. ut ueram fidem habeant, secundum illud Act. 26. Opto omnes, qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et vt eis exempla humilitatis præbeat, subiungit; [Vt & nos regnemus vobiscum.] q. d. Si aliquam excellentiam habetis, non dedignamur vos sequi, sicut vos dedignamini sequi nos, contra illud, quod dr̃ Gal. 4. Quod bonum est æmulamini in bono semper. Et est aduertendum, quod Apostolus hic quatuor species superbiæ tãgit, quarum prima est, qñ aliquis reputat se non habere a Deo, qd̃ habet, quã tangit, dicens; [Quid gloriaris quasi non acceperis?] Et hoc et potest reduci ad secundam speciem, qua aliquis existimat proprijs meritis accepisse. Tertia species est, qua quis iactat se habere, quod non habet, & quantum ad hoc dicit, [Iam saturati estis, iam diuites facti estis;] Quarta species, qñ aliquis despectis cæteris, singulariter vult videri, & quantum ad hoc pertinet, quod dicit; [Sine nobis regnatis.] Deinde cũ dicit; [Puto quod Deus &c.] Irridet eos de hoc, quod Apostolos Christi contemnebant, & primo irrisorie ponit contemptũ, secundo causam contemptus, ibi; [Quia spectaculum facti sumus.] Dicit ergo primo. Prius dixi, ꝙ sine nobis regnatis, [Puto enim,] i. vos putare videmini; [Quod Deus nos Apostolos ostendit nouissimos,] cum tamen infra 12. dicatur, ꝙ Deus in ecclesia posuit primũ Apostolos. Sic. n. impletur, quod dicitur Matth. 20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et ponit exemplum; [Tanquam morti destinatos.] Illi. n. qui sunt condemnati ad mortem, nouissimi habentur inter homines, vtpote, quos indignum sit viuere, & tales, Apostoli reputãtur a mundanis hominibus, secundum illud Psal. 43. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Deinde cum dicit; [Quia spectaculũ,] assignat causam contemptus. Circa quod considerandum est, ꝙ quando aliqui sunt condemnati ad mortem, conuocantur homines ad eorum occisionem, quasi ad spectaculum, & hoc maxime fiebat circa eos, qui damnabantur ad bestias, quia Apostoli erant, quasi morti destinati, subiungit; [Quia spectaculum facti sumus mundo,] quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem, ſm illud Psal. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris. Exponit autem, quid nomine mundi intelligat, cum subdit; [Et angelis & hominibus,] scilicet bonis, & malis. Concurrebant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum: mali autem ad impugnandum: boni homines ad compatiendum, & exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendũ, & irridendum. Deinde cum dicit; [Nos stulti &c.] Irridet eos in speciali, ꝙ Apostolos contemnebant. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit contemptum, secundo causam contemptus, ibi; [Vsque in hanc horam &c.] Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc, ꝙ sibi excellẽtiam, apostolis defectum attribuebant: & primo, quantum ad perfectionem intellectus, & quantũ ad hoc dicit; [Nos stulti sumus propter Christum,] idest stulti reputamur, quia crucem Christi prædicamus, supra 2. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, & etiam, quia propter Christum opprobria, & contentiones sustinemus, secundum illud Sapien. 5. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Item vt legitur Act. 26. Festus dixit Paulo. Insanis Paule, multæ te literę ad insaniam adducunt. [Vos,] secundum vestram reputationẽ estis; [Prudentes in Christo,] Qua. s. nec crucem eius publice confiteri auderis, nec persecutionem pro eo sustinetis. Prouerb. 26. Sapientior sibi uidetur piger, septem viris loquentibus sententias. Secundo, quantum ad potestatem actionis, cum dicit; [Nos infirmi] reputamur, scilicet in exterioribus, propter afflictiones quas sustinemus. 2. Corinth. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis; [Vos autem,] scilicet, secundum vestram reputationem estis; [Fortes,] scilicet in rebus corporalibus, quia secure viuitis sine tribulatione. Esa. 5. Væ qui potentes estis adbibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, [Vos nobiles,] scilicet estis, secundum vestram æstimationem, idest, honore digni, qui exterius contumelias non patimini. Esa. 19. Filius sapientium, ego filius regum antiquorum; [Nos autem ignobiles,] sumus, secundum vestram, & aliorum reputationem, quia contemptibiles habemur, supra. 1. Quæ contemptibilia sunt mundi, & ignobilia elegit Deus. Et tamen secundum rei veritatem est econuerso. Soli enim contemptibiles illi sunt, qui Deum contemnunt, secundum illud 1. Reg. 2. Qui autem contemnunt me, erũt ignobiles. Deinde cum dicit; [Vsque in hanc horam &c.] Assignat causam contemptus. Et primo, ponit pro causa defectum bonorum temporalium. Secundo, mala quæ in eis intelligebantur, ibi; [Maledicimur & benedicimus. Tertio, concludit intentum, ibi [Tanquam purgamenta.] Circa primum duo facit Primo, ponit defectum, quem patiebantur in rebus necessarijs. Vnde quantum ad ea, quæ pertinent ad victum, dicit; [Vsque in hanc horã,] idest, continue a conuersione nostra vsque in præsens tempus [Esurimus & sitimus.] 2. Corinth. 11. In fame & siti. Quantũ vero ad vestitum subdit; [Et nudi sumus,] idest, propter vestimentorum inopiam, quia & interdum expoliabantur Iob. 24. Nudos dimittunt homines uestimenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Sed contra est, qd dr̃ in psal. 36. Non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Sed dicendũ est, qd ita patiebantur Apostoli, qd non derelinquebantur, quia diuina prouidentia moderabatur in eis, & abundantiam & inopiam quãtum eis expediebat ad virtutis exercitiũ. Vnde & Apostolus Philipp. 4. Vbiq; & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat. Secundo, ponit defectum eorum, quæ pertinent ad bene esse humanæ uitæ, quorum, primũ est reuerentia ab hominib. exhibita, contra qd dicit, [Et colaphis cedimur,] quod quidem fit magis ad opprobrium, q̃ ad penã. Vnde de Christo legimus Mat. 26. Quod expuerunt in faciem suam, & colaphis eum ceciderunt. Secundo, requiritur quies in loco, cõtra quod dicitur; [Et instabiles sumus.] Tum quia expellebantur a persecutoribus de loco in locum, secundum illud Matth. 10. Si uos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tum etiam, quia pro executione sui officij discurrebant vbique, secundum illud Io. 15. Posui uos vt eatis. Tertio, requiritur ministrantium auxilium, contra quod dicitur; [Et laboramus operantes manibus nostris.] Tum quia, aliquando nullus dabat eis, vnde possent sustentari, Tum etiam, quia labore manuum suarum uictum acquirebant, vel ad uitandum fidelium grauamen, vel ad repellendum pseudo Apostolos, qui pp quæstum prædicabant, ut habetur. 2. Cor. 12. Tum etiam, ut darent ociosis laborandi exemplũ, vt habetur. 2. Thes. 3. Vnde dicit Paulus Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecũ sunt ministrauerunt manus istæ. Deinde cũ dicit; [Maledicimur &c.] Ponit mala, quæ Apostoli patiebantur. Et primo, in uerbis, cum dicit; [Maledicimur,] i. mala de nobis dicunt homines, uel ad detrahendum uel ad contumelias inferẽdum, uel etiam mala imprecando Hie. 15. Omnes maledicunt mihi. [Et benedicimus.] i. reddimus bonum pro malo, secundum illud. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictum pro maledicto, sed econtra benedicentes. Secundo, in factis, & quantum ad hoc dicit; [Persecutionem patimur.] Non solum quantum ad hoc, quòd fugamur de loco ad locum,

LECTIO II.

HAEC autem fratres trãsfiguraui in me, & Apollo propter uos, ut in uobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes, qd non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus. Puto enim, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquã morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mũdo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur & benedicimus, Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquã purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.

Universidad de Deusto Biblioteca

quod proprie persecutio dicitur, sed quantum ad hoc, quòd multipliciter tribulamur, secundum illud Psal. 118. Multi, qui persequuntur me, & tribulant me; [Et sustinemus in Christo,] s. omnia patienter Eccl. 1. Vsque ad tempus sustinebit patiens. Tertio, tangit causam vtriusque, cum dicit, [Blasphemamur,] idest, blasphemiæ, imponuntur nobis, dum dicimur Magi, vel malefici, & reputamur Dei inimici, secundum illud Ioã. 16. Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se pstare Deo. Et Rom. 3. Sicut blasphemamur vt aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona; tamen; [Obsecramus,] Deum pro his, qui nos persequuntur, & blasphemant, secundum illud Matth. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Deinde cum dicit; [Tãquam purgamenta &c.] Concludit ex omnibus præmissis eorum contemptum, dicens, Et propter omnia prędicta facti sumus; [Tãquam purgamenta huius mundi,] i. reputati sumus & a Iudeis, & a Gentilibus, vt per nos mundus inquinetur: & propter nostram occisionem mundus purgetur, & tanquam simus [peripsema] omnium. Dicitur perispema, quodcumque purgamentum, puta vel pomi vel ferri, vel cuiuscumque alterius rei. Et hoc; [Vsque adhuc,] quia scilicet continue hoc patimur. Sed quandoque deficiet secundum illud Sap. 5. Vbi ex ore impiorũ dicitur, Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Et postea subditur, Quomodo ergo cõputati sunt inter filios Dei.

LECTIO III.

Non ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed nõ multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium, ego uos genui. Rogo ergo uos: imitatores mei estote sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas, quę sunt in Christo Iesu; sicut vbique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam. Veniam ad uos cito si dominus uoluerit, & cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid vultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis?

LECTIO I.

Postquam Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, quòd Apostolos temere iudicabant, & præsumptuose contemnebant. hic instat ad eorum correctionem, & primo admonitionis verbo. Secundo, exemplo, ibi; Rogo ergo uos fratres &c.] Tertio, correctionis flagello, ibi; [Tanquam non uenturus sim &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponit admonitionis modum, dicẽs; [Hęc,] scilicet, quæ in serie epistolę hucusque uobis dixi; [Scribo, non ut confundam uos,] scilicet, mala confusione, quæ in desperationem mittit, quamuis uelim uos confundi confusione, quæ peccatum uitat, secundum illud Eccl. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriã; [Sed,] prædicta moneo vos: [Vt filios.] Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos, & cura illos a pueritia eorum. Secundo, ostendit debitum admonendi modum, dicens; [Nam si decem millia pędagogorũ habeatis in Christo, sed non multos patres.] Vbi considerandum est, qđ pater est, qui primo generat: pædagogus autem est, qui iam natũ nutrit, & erudit; Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo. Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primo euangelium prædicauit. Vnde assignans rationem eius, quod dixerat, subdit; [Nam in Christo Iesu per euangelium uos genui.] Est autem generatio processus ad uitam, homo autẽ uiuit in Christo per fidem: Gal. 2. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei. Fides autem, ut dicitur Ro. 1. Est ex auditu, auditus autem per uerbum. Vnde verbum Dei est semen, quo Apostolus eos genuit in Christo. Vnde Iaco. 1. Voluntarie nos genuit uerbo ueritatis. Alios autem dicit pædagogos, quia postquam fidem receperant, eos adiuuarunt: ut intelligatur esse eadem comparatio, quantum ad prædicationem euangelij, pedagogi ad patrem, quæ supra. 3. posita est, rigatoris ad plantatorem, & superædificatoris ad fundatorem. Deinde cum dicit; [Rogo ergo uos fratres,] instat ad corrigendum eos suo exemplo. Et primo; hortatur eos ad imitandum suum exemplum, dicens, Ergo ex quo estis filij, cum bonorum filiorum sit imitari patres [Rogo uos imitatores mei estote] scilicet, ut non temere iudicetis, sicut nec ego, quia neque meipsum iudicare præsumo, & de nobis humilia sentiatis, & de alijs maiora. Vnde non sine causa tali modo loquendi usus est. Nos infirmi. Vos fortes. 1. Thes. 3. Vt formam nosmetipsos daremus uobis ad imitandũ. Aduertendum est autem, qđ eosdem, quos supra filios nominauit, nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in Christo, quia eos non sibi, sed Christo genuerat, & quia ipse

F genitus erat a Christo, ex consequenti eos habebat vt fratres & filios. Intantum ergo debebant eum imitari, vt patrem, inquantum, & ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur subditis occasio, de adhærendo malis exemplis prælatorum. Vnde in hoc subditi solum prælatos imitari debent, in quo ipsi Christum imitantur qui est infallibilis regula veritatis. Vnde se ipsum apostolis in exemplum posuit Ioan. 13. Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci &c. Quod quidẽ exemplum Paulus sequebatur, secundum illud Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ab ea. Secundo, remouet excusationẽ ignorantiæ, dicens; [Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino,] secundum illud Phil. 2. de Timotheo loquens, Neminem habeo ita vnanimem, qui sincera affectione pro vobis solicitus sit; [Qui vos commonefaciat vias meas,] idest, qui vos doceat meos processus, idest, omnia opera, & moneat vos ad ea sequendum, secundum illud Hiere. 6. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in ea; [Quæ,] quidem vię; [Sũt in Christo,] & ideo non debetis dedignari eas sequi, secundum illud Psalm. 24. Vias tuas domine demonstra mihi. Et non uideatur vobis hoc onerosum, quia hoc communiter omnibus impono. Vnde subdit; [Sicut vbique in ecclesia doceo.] Coll. 1. Audistis ueritatis euangelium, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo. Vel hoc, quod dicit; [Vias meas,] referendum est ad opera. Quòd uero dicit, Sicut & ubique, ad documenta. Ad hoc enim missus erat Timotheus, vt induceret eos ad imitanda opera, & tenenda Apostoli documenta. Deinde cum dicit; [Tanquã non uenturus sim ad uos, comminatur eis correctionis flagellũ. Et primo, ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens; [Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam,] scilicet uestrum, quasi nõ timentes per me de sua superbia conuinci, & tamen digni sunt flagellis: nam humiles soli uerbis corriguntur, superbi flagellis indigent, secundum illud Iob. 40. Respice cunctos superbos & confunde eos. Secundo, prænuntiat eis suum aduentum, quo ueniet ad iudicandũ, ubi primo prænuntiat aduentum, dicens; [Veniam autem cito ad uos.] Et quia dicitur Prouer. 16. Cor hominis disponit uiã suam, sed domini est dirigere gressus eius. Ideo subdit; [Si dominus uoluerit,] Iaco. 4. Si dominus uoluerit, & si uixerimus, faciemus hoc aut illud. Secundo, prænuntiat eis suam iudiciariam cognitionem, cum dicit; [Et cognoscã.] scilicet ordine iudiciario, secundum illud Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam, [Non sermonem eorum qui inflati sunt,] sed uirtutem, quasi dicat, Non propter hæc ex mea examinatione approbabuntur, qui abundant in uerbis, sed si abundarent in uirtute, quia ut dicitur Prouer. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Tertio, rationem assignat, dicens; Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute,] idest, non ideo aliqui pertinent ad regnũ Dei, quia abundant in sermone, secundum illud Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei. Vltimo comminatur eis correctionem, reseruans tamen correctionem arbitrio eorum, dicens; [Quid vultis? in virga,] scilicet, disciplinæ; [Veniam ad uos,] scilicet castigandos; [An in charitate,] idest, ostensione amoris? [Et in spiritu mansuetudinis,] vt scilicet nihil durius vobiscum agam, hoc enim pendet ex uobis. Nam si uos in via stultitiæ permanetis, oportet me ad uos cum uirga uenire, secũdum illud Prouerb. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Si uero uos correxeritis, ostendam uobis charitatem & mansuetudinem Gal. vlt. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: hoc autem non dicit, quin si in uirga ueniens, non cum charitate ueniret, cum scriptum sit, Prouerb. 13. Qui parcit uirgę, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit: sed quia ille, qui castigatur uirga, non sentit interdum dulcedinem charitatis, sicut illi quos blande consolatur.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus prosequutus est ea, quæ pertinent ad baptismi sacramentum, hic incipit prosequi ea, quæ pertinent ad matrimonium. Et primo, arguit peccatum contrarium matrimonio. s. fornicationem. Secundo, agit de ipso matrimonio, capit. 8. ibi; De quibus autem scripsistis &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ponit culpam. Secundo, redarguit eã, ibi; [Nõ est bona glo. &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit culpã cuiusdam fornicarij. Secundo, culpam aliorum, qui peccatũ fornicarij tolerabant, ibi; [Et uos inflati estis &c.] Circa primũ, primo ponit tria, quæ pertinent ad culpæ grauitatem. Primo namque, ostendit peccatum esse notorium, dicens, Non sine causa quæsiui, an velitis, quòd in virga veniam ad uos. Est enim in uobis aliquid dignum virga disciplinæ; [Quia fornicatio auditur inter vos omnino,] secundum publicam formam, contra quod dicitur Ephes. 5. Fornicatio autem nec nominetur in vobis Esa. 3. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Secundo, aggrauat peccatum ex comparatione, cum dicit; [Et talis fornicatio qualis nec inter gẽtes] licita reputabatur vel inuenitur. Apud gẽtiles. n. simplex fornicatio non reputabatur peccatũ. Vnde Apostoli Act. 15. Ad hunc errorem excludendum gentilibus ad fidem conuersis imposuerant, quòd abstineant se a fornicatione. Erat tamen quædam fornicationis species, quæ & apud gentiles illicita habebatur. Et ideo dicit; [Ita ut vxorem patris aliquis habeat,] sicut dicitur Gen. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Hoc autem erat horribile, etiam apud gentiles, vtpote contrariũ naturali rationi existens. Per naturalem enim reuerentiam filii ad parentes, secundum omnem statum, & legem, & pater & mater a matrimonio excluditur, vt sic etiam possit intelligi, quod habetur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, scilicet in contractu matrimonij, & adhærebit uxori suæ. Sicut autem ibi subditur, Vir & mulier erũt duo in carne vna. Et ideo vxor patris repellitur a matrimonio: sicut persona patris vel matris, secundum illud Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui ne discooperias, turpitudo enim patris tui est. Deinde cum dicit; [Vos inflati estis.] Ponit culpam eorum, qui hoc peccatum tolerabant. Et primo, reprehendit eorum tolerantiam. Secundo, supplet, quod illi negligebant, ibi; [Ego quidem &c.] Circa primum notat in eis tria uitia. Primo, superbiam cum dicit; [Et uos inflati estis,] scilicet vento superbiæ, reputantes uos innocentes ex comparatione peccatoris, sicut Luc. 18. Pharisæus dicebat. Non sum sicut cæteri hominum, velut etiam hic publicanus Sap. 4. Dirumpam illos inflatos sine voce. Secundo, tangit eorum iniustitiam, cum dicit; [Et non magis luctum habuistis,] scilicet patiendo causam peccatoris, sicut Hiere. 9. dicitur, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Vera enim iustitia, vt dicit Greg. † compassionem habet non dedignationem. Tertio, tangit eorum iudicij negligentiam; [Vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit,] Talis enim compassio viri iusti ad peccatorem vulnerat & liberat, secundum illud Prou. 23. Tu uirga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Per hoc etiam alij corriguntur, secundum illud Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Vnde Eccles. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Debet autem ad correctionem aliorum interdum peccator separari, vbi de contagione timetur: secundum illud Prou. 22. Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ, & contumeliæ. Deinde cum dicit; [Ego quidem absens corpore &c.] Supplet eorum negligentiam, sententiam proferens contra peccatorem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit authoritatem iudicantis. Secundo, modũ iudicandi, ibi; [Congregatis vobis &c.] Tertio, sententiam iudicis, ibi; [Tradere huiusmodi &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit authoritatem ministri. s. suijpsius: videbatur autem contra iudiciarium ordinem, ut condemnaret absentem, secũdum illud Act. 25. Non est consuetudo Romanis condemnare aliquem,

CAP. V. LEC. I.

Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis, & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Sathanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.

A priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, sed hoc Apostolus excusat, dicens; [Ego quidem absens corpore, præsens autẽ spiritu,] idest, affectu & sollicitudine mentis, sm illud Col. 2. Et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & vidẽs ordinẽ vestrũ. Vel; [Præsens spiritu,] quia per spiritũ cognoscebat ea, quæ apud ipsos agebãtur, ac si præsens esset, sicut & Elisæus dixit. 4. Reg. 5. Nonne cor meũ in præsenti erat, qñ reuersus est homo de curru suo? Et qz sũ spiritu præsens, iam iudicaui. i. sententiã cõdemnationis ordinaui in eum, qui sic operatus est. Secundo, ponit authoritatẽ principalis Domini dicens; [In nomine domini nostri Iesu Christi,] i. vice & authoritate seu cum virtute, & inuocatione nominis eius, sm illud Colos. 3. Omne quodcunq; facitis in uerbo, aut opere, in nomine domini nostri Iesu Christi, facite. Deinde cum dicit; [Congregatis vobis in vnum.] Ostendit modũ iudicandi, vbi tria tangit, primo fidelium congregationẽ, cum dicit [Congregatis uobis.] Ea. n. quę grauia sunt, multorum concordi deliberatione punienda sunt. Vnde & antiquitus iudices sedebãt in portis, vbi populus congregabatur, sm illud Deut. 16. Iudices constitues in omnib. portis tuis. Vnde dicitur in Psal. 110. In cõsilio iustorum & congregatione magna opera domini. & Matt. 18. Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum ĩ medio. Secũdo, adhibet suum assensum, cum dicit; [Et meo spiritu,] idest, mea uoluntate, & authoritate, sm illud, qđ dixerat, pręsens autem spiritu. Tertio, adhibet authoritatẽ principalis dñi, s. Christi, dicens; [Cum uirtute domini nostri Iesu Christi.] Ex qua iudicium ecclesię habet robur firmitatis, sm illud Matt. 18. Quodcũque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis. Deinde cũ dicit; [Tradere huiusmodi &c.] ponit condemnationis sententiam circa quã tria ponit. Primo, pœnam, cum dicit; [Tradere huiusmodi Sathanę,] supple iudicaui. Quod potest dupliciter intelligi Primo qđ sicut dicitur Matt. 10. Dominus dedit Apostolis potestatẽ spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & per eandem potestatem poterant imperare spiritib. immundis, vt uexarent corporaliter, quos hac pœna iudicabant dignos. Mãdauit ergo Apostolus Corinthijs in eius authoritate, tradere prædictum fornicarium Sathanę corporaliter vexandum. Vnde ponit secundo, huius sententiæ effectum cum dicit; [In interitum carnis,] i. ad vexationem carnis, & afflictionẽ in qua peccauit, sm illud Sap. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Tertio, ponit fructũ cum dicit; [Vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Xpi,] idest, ut salutem consequatur in die mortis, uel in die iudicij, sicut supra tertio expositum est, & sic impletur, qđ ibi subditur. Ipse autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem, pœnæ, scilicet temporalis. Non enim Apostolus Sathanæ tradidit peccatorem, vt eius potestati perpetuo subiaceret, sed ut carnis uexatione ad pœnitentiam conuertatur, secundum illud Esa. 28. Sola uexatio, intellectum dat auditui. Est autem hæc sententia Apostoli, quam dominus seruauit Iob. 2. ubi Sathanæ dixit, Ecce in manu tua est, scilicet caro eius. Veruntamen animã illius serua, s. illęsam. Alio modo intelligi potest, quod dicitur [Tradere huiusmodi Sathanæ,] scilicet per excommunicationis sententiam, per quam aliqs separatur a communione fidelium, & participatione sacramentorum, & priuatur ecclesiæ suffragijs, quibus homo munitur cõtra impugnationem Sathanę, propter quod de ecclesia dicitur Cant. 6. Terribilis ut castrorũ acies ordinata, scilicet dæmonib. Quod autem subditur; [In interitum carnis,] intelligitur; vt. s. ab ecclesia separatus, & tentationibus Sathanæ expositus, liberius ruat in peccatum, secundum illud Apoc. vlti. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vocat autem peccata mortalia carnis interitum, quia vt dicitur Gal. ult. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Subdit aũt; [vt spiritus saluus sit,] vt scilicet peccatorum turpitudinem cognoscens, confundatur & pęniteat, & sic sanetur, secundum illud Hierem. 31. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Potest etiam intelligi, ut spiritus eius, scilicet ecclesię, idest, spiritus sanctus ecclesię saluus sit fidelibus, in diem iudicij, ne scilicet perdant eũ per contagium peccatoris: quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO SECONDA.

SVPRA Apostolus memoranit duplicem culpā. s. Corinthij fornicatoris, & aliorum qui eius peccatum tolerabant, hic vtramque culpam redarguit. Primō, culpem tolerantium eius peccatum. Secūdo, culpam fornicatoris, ibi: [Corpus autē non fornicationi &c.] Circa primum duo facit. Primo redarguit] Corinthijs negligentiam in dicit. Secundo, redarguit, in eis quædā alia vitia circa iudicium. s. e. [Audet aliquis &c.] Circa primū duo facit. Primo, redarguit eos, qui fornicatorem a se non separauerunt. Secundo, reprobat falsum intellectum, quem ex verbis suis conceperant, ibi; [Scripsi vobis in epistola &c.] Circa primum duo facit. Primo, reprehendit, quod fecerant. Secundo, ostendit, quid faciendum sit, ibi. [Ex, urgate uetus fermentum &c.] Circa primum duo facit. Primo, reprehendit culpam præteritam quātum ad suam radicem: dixerat. n. supra, q̄ ex inflatione sequitur in eis incōpassio & ex incompassione correctionis negligentia. Arguit ergo. 1. Cor. elationem, dicens; [Non est bona gloriatio uestra,] qua. s. defectib. aliorum gloriamini quasi vos sitis innocētes. Debet enim vnusquisque in domino gloriari de bonis sibi diuinitus datis, non de aliis, secundum illud Galat. 6, Opus autem suum vnusquisque probet, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in alio. Præcipue autem malum est de malis aliorum gloriari. Dicitur enim in Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; [An nescitis, quod modicū fermentum tota massam corrumpit?] quasi dicat, hoc ignorare nō potestis. Est autem sciendum, quod in fermento duo possunt cōsiderari. Primo, sapor quem tribuit pani, & secundum hoc per fermentum significatur sapientia Dei per quā omnia, quæ sunt hominis sapida redduntur, & secundum hoc dicitur Matt. 13. Simile est regnū cęlorū fermento, quod acceptum mulier abscōdit in farinæ latis tribus donec fermentatū est totum. Secundo, in fermento, potest consideari corruptio, & sic hoc per fermentū potest intelligi vno modo peccatum, quia. s. per vnum hominis peccatum omnia opera eius corrupta redduntur, puta per peccatum simulationis, quod comparatur fermento Luc. 12. Attēdite a fermento Pharisęorum, quod est hypocrisis. Alio modo, per fermētū potest intelligi homo peccator. & ad hoc inducitur hæc similitudo. Sicut enim per modicum fermentū tota massa pastæ corrūpitur, ita per unum peccatorem tota societas inquinatur. Vnde Eccl. 11. Ab una scintilla augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Et hoc quidem cōtingit, dum per peccatū unus, alij prouocatur aliqualiter ad peccandū. Vel ēt dum peccanti cōsentiunt, saltem non corrigendo dum possunt corrigere, sic illud Rom. 1. Digni sunt morte non solum, qui faciunt ea, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Et ideo Corinthijs, non erat gloriandum de peccato unius, sed magis cauēdum ne peccato vnius eōs inquinaretur ex eius consortio, secundum illud Cant. 2. Sicut lilium inter lilias, sic amica mea inter filias, ubi dicit Glo. Non sunt bonus, qui malos tolerare non potuit. Deinde cum dicit; [Expurgate uetus fermentum.] Ostendit, quid de cætero sit faciendum. Et primo, ponit documentum. Secundo, rationem assignat ibi; [Pascha nostrū &c.] Dicit ergo primo, quia; [Modicum fermentum tota massam corrū, it. [ideo.] Expurgate uetus fermentū,] i. expurgate uos, abiiciendo a uobis uetus fermentū, i. fornicarii, qui peccando rediit in vetustatem corruptionis antiquæ, s̄m illud Bar. 3. Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis. Quod quidem dicit, quia per separationem unius peccatoris societas expurgatur. Vnde, & egresso Iuda Dominus dixit Io. 13. Nunc clarificatus est filius hominis. Potest ēt per uetus fermentum intelligi antiquus error, secundum illud Esa. 26. Vetus error abiit. Vel etiam corruptio originalis peccati, secundum illud Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est. Vel etiam quodcunque peccatum actuale, secundum illud Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis: horum. n. admonitione homo expurgatur. Ponit autem consequenter purgationis effectum, dicens; [Vt sitis noua conspersio.] Dicitur autē conspersio cōmixtio aquæ, & farinę nouæ, antequā admisceatur fermentum. Remoto ergo fermento a fidelibus, ideſt, peccatore vel peccato, remanent sicut noua conspersio, ideſt, in puritate suæ nouitatis, secundum illud Psalm. 102. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Et hoc 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Deinde ponit modum debitum ex; urgationis, cum dicit; [Sicut estis azimi, ideſt, qui fermento, &c.] Dicitur enim ab a, quod est sine, & zima, quod est fermentum. Vnde, dominus Matth. 16. dixit discipulis. Cauete a fermento Pharisęorum, & Sadducęorum.

LECTIO II.

NOn est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermētum totam massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis, & ueritatis.

Deinde eum dicit; [Etenim pascha nostrū.] Assignat rationē eius, quod dixerat, scilicet, quare fideles debent esse azimi, quæ quidem ratio sumitur ex mysterio, passionis Christi. Vnde primo, proponit, ipsum mysterium, secundo, concludit propositum, ibi; [itaque epulemur &cet.] Circa primum considerandum est, quod inter cætera sacramenta legalia celeberrimum erat agnus paschalis, qui vt præcipitur Exod. 12. Immolabatur ab vniuersa multitudine filiorū, Israel, in memoriam illius beneficij, quo angelus percutiens primogenita Aegypti pertransiuit domos Iudęorum, quorum fores limitaręssent sanguine agni. Vnde nomen paschæ, sumitur secundum quod ibi dicitur. Est enim phase, ideſt, trāsitus domini, & vltimo virtute huius beneficij transiuit populus mare rubrum, vt dicitur Exod. 14. Ille enim agnus figura fuit Christi innocentis, de quo dicitur Io. 1. Ecce agnus Dei. Sicut ergo ille agnus figuralis immolabatur a filijs Israel, vt populus Dei liberaretur ab angelo percutiente, & vt transirent mare rubrum liberati de seruitute Aegyptiaca Christus est occisus a filijs Israel, per cuius sanguinem populus Dei liberatur a diaboli impugnatione, & seruitute peccati per baptismum, quasi per mare rubrū. Ille autē agnus figuralis paschā Iudæorum dicebatur, quia in signum trāsitus immolabatur. Vnde dicitur Matth. 26. Vbi vis parabimus tibi comedere paschā. i. agnū paschalē. Dicit ergo apostolus. Ideo debetis esse azimi, [Etenim,].i. quia, sicut figuralis paschā veteris populi est agnus immolatus, ita [Pascha nostrum,] ideſt nouī populi, est [Christus immolatus,] cuius etiam immolationi conuenit nomē paschæ, tum significatione linguæ Hebreæ, q̄ significat transitū. Exod. 12. Est. n. phase. i. transitus; tum significatione linguæ Græcæ prout nomen paschę significat passionem. Christus. n. per passionem, qua fuit immolatus, transiuit ex hoc mundo ad patrem, vt dī Io. 13. Deinde cum dicit: [Itaque epulemur.] Concludit propositum. Ad cuius euidentiam considerandum est, q̄ sicut legitur Exod. 12. Agnus paschalis post immolationem mādūcabatur cū azimis panib. Sicut ergo agnus figuralis fuit figura nostri paschę immolati, ita figuralis obseruantia paschalis debet conformari obseruantię nouæ paschæ, ergo quia Christus immolatus est pascha nostrum. [Itaque epulemur,] scilicet manducantes Christum, non solum sacramentaliter, secundum illud Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis. Sed spiritualiter fruendo sapientia eius secundum illud Ecclesiast. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & sic cum gaudio spirituali, secundum illud Psal. quadragesimoprimo. In uoce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Deinde determinat modum epulandi, secundum conformitatē veritatis ad figuram, dicens; [Non in fermento veteri, neque in fermento malitię, & nequitiæ,] manda batur enim Exod. 12. Q̄ od omne fermentum, non inueniretur in domibus manducantium agnum paschalem. Fermentum autem habet, & uetustatem, & corruptionem. Vnde per remotionē fermenti, primo quidem, potest intelligi amotio obseruantiæ præceptorum veteris legis, quæ per passionem Christi est mortificata, secundum illud Leuit. 26. Veterā, nouis supernenientib. proiicietis. Secundo, per remotionem fermenti, pōt intelligi remotio corruptionis peccati, sicut supra dictum est, q̄ modicum fermentum totam corrumpit massam, & quantum ad hoc subdit. [Neque in fermento malitię & nequitiæ,] vt malitia referatur ad peruersitatem operis, secundum illud Iaco. 1. Abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ. Per nequitiam vero intelligitur fraudulenta machinatio. Proverb. 26. Quando submiserit vocem suam, nō crediderīs ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde eius. Vel secundum Glosam, cum dicit; [Non in fermento veteri,] remouet vetustatem peccati in communi. Quod autem subdit, Neque in fermento malitiæ, & nequitię] explicat peccatum per partes: vt malitia dicatur peccatum, q̄ committitur in seipsum, nequitia peccatum, quod committitur in alium. Excluso ergo modo indebito epulandi, determinat modum conueniente, subdens; [Sed in azimis sinceritatis, & veritatis,] ideſt, sinceritate & veritate, quæ significantur per azima. Ponitur autem sinceritas, contra corruptionem peccati, quod significauit cum dixit. Non in fermento malitiæ & nequitiæ. Nam sinceritas dicitur, quod est sine corruptione. Vnde 2. Cor. 2. dicitur, Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate in Christo loquimur. Veritas vero ponitur contra figuras veteris legis, sicut Io. 1. dicitur, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est, quia scilicet, verum pascha cum veritate & non cum figuris celebrare debemus. Vnde secundum Glosam, per sinceritatem intelligitur innocentia a vitijs, seu nouitas vitæ: per veritatem autē iustitia bonorum operum vel rectitudo, quæ fiat eadem excludit.

LECTIO III.

INduxerat supra Apostolus Corinthios ad hoc, quōd a seipsis peccatorem separarent, quod quidem præterminserat propter falsum intellectum cuiusdam verbi, quod continebatur in epistola quadam, quam eis prius miserat. Et ideo prauum sensum, quē ex verbis conceperant, nunc excludit. Vnde circa hoc tria facit. Primo resumit verbum prioris epistolæ. Secundo excludit falsum intellectum, ibi; [Non vtique fornicarijs.] Tertio exponit verum intellectum, ibi; [Nunc autem scripsi vobis.] Dicit ergo primō, dixi, [Vobis in epistola] quadam alia, quæ in canone non habetur; [Ne commisceamini fornicarijs, ideſt, non habeatis cū eis societatem, vel communionem, secundum illud Prouer. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Eccle. 9. Non des fornicarijs animam tuam in vllo. Deinde cum dicit; Non utique fornicarij.] Excludit falsum intellectum prædicti uerbi. Et primo proponit, quod intendit. Secundo concludit propositum, ibi; [Alioquin debueratis &c.] Circa primum considerandum est, quod in prædicto verbo Apostoli, dupliciter falsum intellectum conceperant Corinthij. Primo quantum ad hoc, q̄ intelligebant illud esse dictum de fornicarijs infidelibus, sed illud excludit Apostolus, dicens; [Non vtique] intendo dicere, quòd non commisceamini; [Fornicarijs huius mundi] vocat autem infideles nomine mundi, secundum quod dicitur Io. 1. Mundus eū non cognouit, supra 1. Non cognouit mundus per sapientiam Deum. Secundo conceperant falsum intellectum quantum ad hoc, quod putabant prohibuisse Apostolum solum de fornicarijs, non autem de alijs peccatoribus. Et ideo ad hoc excludēdum subdit; [Aut auaris,] qui scilicet iniuste detinent aliena. Ephes. 5. Auaritia, quæ est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei; [Aut rapacibus,] qui scilicet violenter diripiunt aliena, infra eodem. Neq; rapaces regnum Dei possidebunt; [Aut idolis seruientibus,] contra quos dicitur Sap. 14. Nefandorum. n. idolorum cultura omnis malitiæ causa est, initium & finis. Et est sensus, non solum vobis prohibui societatem fornicatorum, sed etiam omnium aliorum peccatorum. Et est aduertendum, q̄ per fornicationem quis peccat contra seipsum: per auaritiam autem & rapacitatem contra proximum: per idolorum autem culturam contra Deum: & in his, quæ ponit, omne peccati genus intelligitur. Deinde cum dicit, [Alioquin &c.] assignat rationem propositi, dicens; Alioquin [si scilicet sit intelligendum uerbum prædictum de fornicarijs huius mundi. [Debueratis de hoc mūdo exisse,] quia scilicet totus mundus talibus plenus est. Vnde non possetis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exeundo. Dicitur enim 1. Io. 5. Totus mundus in maligno positus est. Vel aliter; [Debueratis de hoc mundo exisse,] q. d. a tempore conuersionis vestræ, debueratis ad infidelibus mundi separari. Vnde non oportet uos super hoc moneri, dicitur. n. Io. 15. Ego elegi uos de mundo. Vel aliter, debueratis de hoc mundo exisse, s. per mortem. Melius est. n. hominibus mori quàm peccatoribus in peccatis consentire. Vnde dicitur infra 9. Melius est enim mihi mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet. Deinde cum dicit; [Nūc autem scripsi uobis.] Exponit eis uerum intellectum. Et primo proponit, q̄d intendit. Secundo rationem assignat, ibi; [Quid enim mihi est.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi; [Auferte malum &c.] Dicit ergo primo. nunc autem sic expono, quod olim scripsi uobis; [Non commisceamini, scilicet fornicarijs & alijs peccatoribus: [Si is qui inter uos frater nominatur] eo modo quo dominus dicit Matt. 23. Omnes uos fratres estis: Non tñ dicit, si is, qui frater est, sed si is qui frater nominatur, quia per peccatū mortale aliquis a charitate recedit, quæ est spiritualis fraternitatis cā. Vnde

Heb. vlt. dicitur, Charitas fraternitatis maneat in vobis. Nominatur ergo frater propter fidei veritatem, non autem est vere frater, propter charitatis defectum, qui est ex peccato. Vnde subditur, [Aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum sumere,] scilicet debetis, secundum illud Ioan. 2. Cano. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo vestra, nec aue dixeritis ei, quasi dicat. Per hoc, quod dixi, non debere vos misereri peccatoribus, intellexi de fidelibus, qui nominantur fratres, & sunt inter vos: non autem per hoc intelligendum est, sicut dicit August. in libr. contra Parmenianum, & habetur in Glo. hic, quod aliquis extraordinario iudicio debeat a communione aliorum separari; quia frequenter posset errare, sed potius hoc debet fieri, secundum ordinem ecclesiæ, quando aliquis a communione repellitur ut conuictus, uel sponte confessus, & ideo signanter dicit; [Si is, qui nominatur] vt eam nominationem intelligamus, quæ fit per sententiam ecclesiæ ordine iudiciario contra aliquem prolatam. Illi autem, qui sic a cōmunione pelluntur, sunt uitandi, quantum ad mensam, sicut hic dicitur, & quantum ad salutationem, ut dicitur in prædicta authoritate Io. & vlterius, quantum ad sacram communionem. Vnde in uersu dicitur. Os, orare, vale, communio, mensa negatur, scilicet, excommunicatis. Sed notandum, quod Apostolus supra non numerauit, nisi peccata mortalia, in signum, quod pro solo peccato mortali debet aliquis excommunicari, & de alijs quidem, quæ ponit manifestum est. Sed de ebrietate potest esse dubium, quæ non semper uidetur esse peccatum mortale. Dicit enim Augustinus in sermone de purgatorio, quod ebrietas nisi sit frequens, nō est peccatum mortale. Quod credo ideo esse, quia ebrietas ex suo genere est peccatum mortale. Quod enim aliquis propter delectationem uini uelit perdere usum rationis exponens se periculo multa alia peccata perpetrandi, uidetur esse contrarius charitati. Contingit tamen per accidens, ebrietatem nō esse peccatum mortale propter ignorantiam uini fortitudinis, uel debilitatis proprij capitis, quę tamen excusatio tollitur per frequentem experientiam: & ideo Apostolus signanter nō dicit, ebrius, sed; [Ebriosus.] Addit autem duo peccata his, quæ supra posuerat, scilicet, ebriosum, & maledicum. Refertur autem ebrietas ad genus peccati, quod committitur contra seipsum, sub quo continetur, non solum luxuria, sed etiam gula: maledicus autem refertur ad genus peccati, quod committitur contra proximū, cui nocet aliquis non solum facto, sed etiam verbo mala imprecando, vel male diffamando, quod pertinet ad detractionem. Vel mala in faciem dicendo, quod pertinet ad contumeliam, & hoc totum pertinet ad rationem maledici, ut supra dictum est. Deinde cum dicit; [Quid enim mihi est, &c.] Assignat rationem eius, quod dixerat. Et circa hoc tria facit. Primo, assignat rationem. dicens, Dixi hoc esse intelligendum de fratribus, & non de infidelibus; [Quid enim mihi est,] ideſt, quid ad me pertinet; [Iudicare,] id est, sententiam condemnationis ferre; [De his qui foris sunt,] i. de infidelibus, qui sunt omnino extra ecclesiam. Prælati enim ecclesiarum accipiunt spiritualem potestatem super eos tantum, qui se fidei subdiderunt, secundum illud. 2. Corinth. 10. In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia. Indirecte tamen prælati ecclesiarum habent potestatem super eos, qui foris sunt, inquantum propter eorum exemplum, prohibent fideles, ne illis communicent. Secundo, adhibet similitudinem, dicens; [Nonne de his qui intus sunt, uos iudicatis?] quasi dicat, eadem authoritate nos iudicatis, qua & ego. Vnde nec uos non iudicatis nisi de uestris, ita & ego. Dicitur Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Tertio, respondet tacitæ dubitationi. Posset enim uideri, quod infideles essent meliores, qui propter peccata prædicta non condemnantur, sed hoc excludit, dicens; [Ideo nihil mihi de his, qui foris sunt, iudicare.] Nam eos, qui foris sunt, ideſt, infideles iudicabit Deus, scilicet iudicio condemnationis, non examinationis, quia ut Gregorius dicit in moralibus. Infideles damnabuntur sine iudicio discussionis, & examinationis, & quantum ad hoc dicitur Io. 3, Qui non credit, iam iudicatus est, ideſt, manifestum in se habet causam condemnationis, & hoc grauius reseruatur Dei iudicio, secundum illud Heb. 10. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Deinde cum dicit; [Auferte malum &c.] Infert conclusionem principaliter intentam, dicens, ex quo hoc,

In ser. de lane. ser. 41. to. 20.

quod dixi, Non commisceamini fornicarijs, intelligendum est de fidelibus, nō de his qui foris sunt: [Ergo auferte malum,] scilicet hominem; [Ex vobisipsis,] idest, de vestra societate eijcite, secundum illud Deut. 13. Auferete malum de medio tui. Est ergo considerandum ex præmissis Apostoli uerbis, quod non prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fidem receperunt propter eorum pœnā. Est tamen hoc cauendum aliquibus, scilicet infirmis, ꝑpter eorum cautelam, ne seducantur. Illi vero, qui sunt firmi in fide, possunt eis licite communicare, & dare operam conuersioni eorum, vt dicitur infra 10. Si quis infidelium uocat uos ad cenam, & vultis ire, omne, quod appositum fuerit, manducate. Infidelibus autem, qui aliquando fideles fuerūt, uel sacramentum fidei receperunt, sicut hæreticis & apostatantibus a fide, subtrahitur omnino communio fidelium, & hoc in eorum pęnam, sicut & cęteris peccatoribus, qui adhuc subdūtur potestati ecclesiæ.

sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, uos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex uobisipsis.

CAPVT VI.

LEC I.

AVDET aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens, quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?

LECTIO I.

Supra Apostolus reprehenderat Corinthios de negligentia iudicij: hic reprehendit in eis quædam alia peccata circa iudicia. Et primo, quantum ad iudices eorum, coram quib. litigabant. Secundo, quātum ad ipsa iudicia, ibi; [Iam quidem omnino.] Circa primum tria facit. Primo, arguit eos de inordinatione. Secūdo, rationem reprehensionis assignat, ibi; [An nescitis.] Tertio, remedium adhibet, ibi; [Sęcularia igitur iudicia.] Dicit ergo primo, ita negligitis in iudicando uestros, sed tamen præsumptuosi estis subire infidelium iudicia: & hoc est, quod dicit; [Audet,] .i. præsumit; [Aliquis uestrum habens negocium,] scilicet, sæculare aduersus alium; [Iudicari apud iniquos,] idest, subire iudicium infidelium; [Et non apud sanctos,] idest, apud fideles, qui sunt sacramētis fidei sanctificati. Hoc enim est inordinatum multipliciter. Primo quidem, quia per hoc derogatur authoritati fidelium. Secundo, quia derogatur dignitati fidelium quantum ad hoc, quod infidelium iudicia subeunt. Tertio, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicib. contemnendi fideles, quos dissentire vident. Quarto, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus calumniandi, & opprimendi fideles, quos odio habent propter fidem, & ritus diuersitatem. Et ideo dicitur Deu. 1. Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, præcepiq; eis, dicens, Audite illos, & quod iustum est, iudicate. Et eod. 17. Non poteris alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. Sed uidetur esse contra id quod dicitur. 1. Pet. 2. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis: pertinet enim ad authoritatem principis iudicare de subditis. Est ergo contra ius diuinum prohibere, quod eius iudicio non stetur, si sit infidelis. Sed dicendum, quòd Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus principibus constituti, eorum iudicio compareant si vocentur, hoc enim esset contra subiectionem, quæ debetur principibus: sed prohibet, quod fideles non eligant uoluntarie infidelium iudicium. Deinde cum dicit; [An nescitis &c.] Assignat rationem contra id, quod illi faciebant, sumptam ex hoc, quod derogabant authoritati sanctorum. Et primo, quantum ad authoritatem, quam habent super res mundanas. Secundo, quantum ad authoritatem, quam habent ad res supermūdanas, idest, super angelos, ibi; [An nescitis, quoniā angelos iudicabimus?] Dicit ergo primo. Inordinatum est iudicium apud infideles, qui fideles habent authoritatē iudicādi; [An nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt;] .i. de hominibus mundanis huius mundi. Quod quidem impletur tripliciter. Primo quidem, secundum comparationem, scilicet secundum quod non solum boni iudicabunt malos, & sancti mundanos: sed etiam secundum quod boni iudicabuntur a melioribus, & mali iudicabunt peiores, secundum illud Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Secundo, iudicabunt approbando sententiam iudicis, scilicet Christi: & hoc erit proprie iustorum, secundum illud Psal. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam. Vnde Sap. 3. dicitur: Iudicabunt sancti nationes. Tertio modo, per sententiæ prolationem. Et hoc erit apostolorum, & similium, qui contemptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt. Spiritualis enim iudicat omnia, vt dictum est supra 2. vnde & Mat. 19. dicitur: Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim trib. Israel. Et in Psal. 16. dicitur: Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam uindictam in nationibus. Intelligitur autem ista prolatio sententiæ non uocalis, sed spiritualis, inquantum per superiores sanctos, inferiores, vel etiā peccatores spirituali quadam illuminatione illuminabuntur, quales pęnę, & qualia prēmia eis debeantur: sicut & nunc homines illuminantur ab angelis, vel etiam inferiores angeli a superioribus. Secundo ex hoc, quod dictum est, argumentatur ad propositum, dicens; [Et si in vobis,] idest, per vos; [Iudicabitur mundus,] idest, mundani homines; [Nunquid indigni estis, qui iudicetis de minimis;] s. de negocijs secularibus. Luc. 16. Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus erit. Deinde cum dicit; [Nescitis &c.] Argumentatur ad idem ex authoritate sanctorum super angelos. Et primo, ponit eam, dicens; [An nescitis,] quoniam nos, scilicet fideles Christi; [Iudicabimus angelos.] Quod quidē potest intelligi de malis angelis, qui condemnabuntur a sanctis, quorum virtute sunt victi. Vnde Luc. 10. Dominus dicit: Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpētes, & super omnem virtutem inimici. Et in Ps. 9. Super aspidē & basiliscum ambulabis. Potest etiam hoc intelligi de bonis angelis, quorum plurimi in comparatione quadam inuenientur Paulo, & similibus sibi, inferiores. Vnde signanter nō dicit, iudicabitis, sed, iudicabimus. Quāuis enim dici possit, quòd ex consequenti, si sancti iudicabunt homines bonos & malos, erit iudicium de bonis angelis, quorum accidentale præmium augetur ex præmio sanctorū per angelos illuminatorum, & etiam de malis angelis, quorum pœna augetur ex pęna hominum per eos seductorum. Secundo, argumentatur ad propositū, dicens; [Quanto magis sæcularia?] s. iudicia, idonei erimus iudicare? Qui.n. est idoneus ad maiora, multo magis est idoneus ad minora. Vnde & dominus, cui cōmiserat quinq; talenta, postmodum commisit vnum, vt habetur Matt. 25. Deinde cū dicit [Sæcularia igitur iudicia,] Adhibet remedium contra culpā eorum. Et primo, ponit remedium. Secundo, exponit, ibi [Ad verecundiam uestram dico.] Dicit ergo primo. Ergo ex quo sancti de hoc mundo iudicabunt, si habueritis inter uos sæcularia iudicia, quæ tamen habere non debetis, illos qui sunt contemptibiles in ecclesia, constituite ad iudicandum potius, s. quam iudicemini apud infideles. Vnde & in Ps. 140. dicitur: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et Eccle. 9. dicitur, Melius est canis viuus, leone mortuo. Deinde cum dicit [Ad uerecundiam vestram dico.] Exponit, quo sensu prædicta dixit. Posset enim aliquis credere, ꝙ ad literam essent eligendi contemptibiliores ad iudicandum, sed hoc excludit, dicens [Ad verecundiam uestram dico,] quasi dicat, non hoc dixi, ut ita fiat, sed ut uos faciam uerecundari, illa. s. confusione, quæ adducit gratiam & gloriam, ut dicitur Eccle. 4. Contemptibiles enim in ecclesia essent eligendi ad iudicandum, si nō inuenirentur inter uos sapientes, quod esset uobis uerecundum. Vnde subdit [Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem? sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles?] Potius aūt, quam hoc faceretis, deberetis constituere contemptibiles, qui sunt in ecclesia, ad iudicandum, & supplendum defectum sapientum, qui tamen non est apud uos, secundum illud quod supra primo dixerat, Diuites facti estis in illo, in omni uerbo, & in omni scientia. Vel aliter ab illo loco [Sæcularia &c.] Dixerat enim, quod sancti idonei sunt ad iudicandum sæcularia: & ideo vult ostendere, per quos iudicia sæcularia debeant exerceri, scilicet per contemptibiles, qui sunt in ecclesia. Vocat autem contemptibiles illos, qui sunt sapientes

tes in rebus mundanis, per comparationem ad illos, qui sunt sapientes in rebus diuinis, quibus est reuerentia exhibenda, qui in rebus temporalibus non occupantur, vt solis spiritualibus uacēt, & hoc est quod subditur; [Ad uerecundiam uestram dico,] secundum aliam literam ad reuerentiam vestram. Vnde & Apostoli dixerunt, Act. 6. Non est æquum relinquere nos uerbum Dei, & ministrare mēsis. Postmodum autem redit ad id, quod supra reprehenderat, .s. quòd Corinthij sub infidelibus iudicibus litigabant, dicens; [Sic non est inter uos sapiens quisquam,] s. in rebus temporalibus, quem supra contemptibilem dixit. Vnde alia non mutātur a prima expositione, quæ tamen videtur esse magis literalis.

LECTIO II.

IAm quidem omnino delictum est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei nō possidebūt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque ra-

LECTIO II.

POstquam Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, ꝙ corā infidelibus iudicibus litigabant, hic reprehendit eos quantum ad ipsa iudicia. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit in quo peccabant circa iudicia. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi; [An nescitis, &c.] Circa primum duo facit. Primo, reprehendit in eis circa iudicia, id quod est licitum, sed non expediens. Secundo id, quod est penitus illicitum, ibi; [Sed & uos &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit reprehensionem. Secundo remouet excusationem, ibi; [Quare nō magis, &c.] Dicit ergo primo. Dictum est ꝙ frater cum fratre in iudicio contendit: quod non solum malum est, quòd apud infideles contenditis, sed iam quidem post conuersionem vestram; [Omnino delictum est in uobis.] id est ad delictum vobis reputatur, ꝙ, [Iudicia habetis inter uos,] inter quos, scilicet debet esse pax quia ut dicitur 2. Timot. 2. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Apparet autem ex hoc, ut dicit hic Glo. August. quòd peccatum est, iudicium habere contra aliquem: sed hoc uidetur esse falsum: quia si peccatum est iudicium habere, uidetur sequi ꝙ etiam peccatum sit iudices constituere, cum hoc sit occasionē dare iudicium habentibus, cum tamen dicatur Deuter. 1. Audite illos, & quod iustum est, iudicate. Et postea subditur, quia Dei iudicium est. Soluitur enim in Glosa, ꝙ infirmus permittitur in iudicio sua repetere, non autem perfectis: quibus licet sua repetere, sed non in iudicio. Est autem sciendum hic, quòd aliquid est perfectis illicitum, aliquid autem omnibus. Perfecti quidem proprium non habent, secundum illud Matth. 19. Si vis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus, & ueni sequere me, & ideo non licet eis in iudicio repetere quasi propria, cum eis non liceat habere proprium, licet tamen eis in iudicio repetere ea, quæ sunt communia. Non.n. hoc faciēdo peccāt, sed magis merentur. Est.n. opus charitatis, defendere uel recuperare res pauperum s̄m illud Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Sed iudicium aduersus aliquem est illicitum omnibus, quantum ad tria. Primo quidem quātum ad causam ex qua aliquis iudicium hēt, puta ex cupiditate & auaritia, Vnde Luc. 12. Cum quidam de turba Domino dixisset, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem: dn̄s dixit, Quis me constituit iudicem ad diuidendum inter uos? Postea subdit, Videte & cauete ab omni auaritia. Secundo quantum ad modum iudicij, quia. s. cum contentione & detrimento pacis, iudicium prosequūtur, vt.n. dr̄ Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omnes opus prauum. Et hoc vr̄ Apostolus in eis reprehendere, ut patet ex hoc quod supra dixit, Frater cum fratre in iudicio contendit. Tertio ex peruersitate iudicij, puta cū aliquis iniuste, & fraudulenter in iudicio procedit, s̄m illud Esa. 10. Vt opprimerēt pauperem, & uim facerent causæ humiliū populi mei. Et hoc ēt Apostolus in eis reprehendit, ut patet per id quod subdit. [Sed uos iniuriam facitis.] Quarto pp scandalum quod sequitur. Vnde & Dominus mandat, Matth. 5. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Ex charitate uero, sua in iudicio repetere licitum est. Vnde Grego. dicit in Moralibus. Cum curam rerum nobis necessitas imponit, quidam dum ea repetunt solummodo sunt tolerandi: quidam uero seruata charitate sunt prohibendi, scilicet ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Deinde cum dicit, [Quare non magis, &c.] Tollit excusationem. Possent enim dicere, necessitas nos inducit ad iudicia habenda, vt scilicet resistamus iniurijs & fraudib. alio rum, sed hoc excludit subdens quantum ad primum; [Quare nō magis iniuriam,] scilicet manifestam; [Accipitis,] scilicet patienter substinendo, secundum illud quod dominus dicit Matth. 5. Si quis te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram. Quantum vero ad secundum subdit; [Quare non magis fraudem patimini,] idest dolosam seductionem, secundum illud Matthei 5. Si qs te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Sed sicut August. dicit in libro de Sermone Domini in monte. Hæc præcepta domini, non sunt semper obseruanda in executione operis, sed semper sunt habenda in præparatione animi, vt. s. simus parati, hoc facere, vel sustinere potius, quàm aliquid agere contra charitatem fraternā. Deinde cum dicit: [Sed vos &c.] Reprehendit in eis id, quod est oīno illicitum, Et primo, arguit in eis manifestam iniustitiam cū dicit; [Sed vos iniuriam facitis, [.s. manifeste loquendo contra iustitiā aliorum, vel in iudicio, vel extra iudicium. Eccl. 9. Nō placeat tibi iniuria iniustorum. Secundo, dolosam deceptionem, cum subdit, [Et fraudatis.] Prou. 12. Consilia impiorum fraudulenta. Tertio, aggrauat vtrumque, cum subdit; [Et hoc fratribus.i. fidelibus, ad quos debemus bonum maxime operari, secundum illud Gal. vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad oēs, maxime autē ad domesticos fidei. Et ideo contra quosdā dicitur Hier. 9. Omnis frater supplantans, supplantabit, & omnis amicus fraudulēter incedet. Deinde cum dicit; [An nescitis &c.] Manifestat, quod dixerat. Et primo, quantum ad id quod est omnino illicitū, Secundo, quantum ad id quod est licitum, sed non expediens, ibi; [Omnia mihi licent.] Circa primum duo facit. Primo, mouet quæstionē. Secundo, determinat eam, ibi. [Nolite errare &c.] Dicit ergo primo. dixi quod vos iniuriā facitis, & defraudatis, quod est iniquitatem committere; [Sed an nescitis, quod iniqui regnum Dei, non possidebunt?] q.d. videmini hæc nescire, dum ab iniquitate nō receditis, cum tn̄ in Psal. 6. & Matth. 7. dicatur, Discedite a me oēs, qui operamini iniquitatem. Deinde cū dicit [Nolite errare &c.] Determinat veritatem. Et primo, ostendit periculum quod imminet iniquis. Secundo ostendit, quomodo ipsi hoc periculum euaserunt, vt timeant iterum in ipsum incidere, ibi? [Et hoc quidem aliquando fuistis, &c. Dicit ergo primo; [Nolite errare,] quod signanter dicit, quia circa impunitatem peccatorū aliqui multipliciter errabant, secundum illud Sap. 2. Et cogitauerunt, & errauerunt. Quidam enim Philosophi errauerunt credentes, Deum nō habere curam rerum humanarum, secundum illud Sopho. 1. Non faciet dominus bene, & non faciet dominus male. Quidam vero Credentes solam fidem sufficientem esse ad salutem, secundum illud Io. 11. Qui credit in me, non morietur in æternū. Quidam uero credentes per sola Christi sacramenta saluari, propter id quod dicitur Matt. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternam. Quidam vero propter sola opera misericordiæ, se impune peccare arbitrantur, propter illud quod dicitur Luc. 11. Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. Nec intelligunt, quod hęc omnia, sine charitate non prosunt, secundum illud quod dicitur infra 13. Si habuero omnem fidem, & distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autē non habuero nihil mihi prodest: & ideo subdit, quod peccata contraria charitati a regno Dei excludunt, in quod sola charitas introducit, dicens, [Neque fornicarij, neq; idolis seruiētes, neque adulteri,] de quibus dicitur Hebr. vlti. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus; [Neq; molles,] idest, mares muliebria patientes; [Neque masculorum concubitores,] quantum ad agētes in illo uitio, de quibus dicitur Genes. 13. Homines Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. [Neque auari, neque fures,] de quibus dicitur Iac. 5. Omnis fur, sicut scriptum est, iudicabitur, [Neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt,] dicitur enim Esa. 15. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et Apocaly. 21. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum, faciens abominationem. Et est aduertendum, quod hic enumerat eadem vitia, quę in precedenti capitulo posuerat. Addit autem quædam in genere luxuriæ. s. adulterium, & uitium contra naturam. In genere autem iniustitiæ furtum. Deinde cum dicit;] Et hæc quidem &c.] Ostendit, quomodo prædictum periculum euaserunt. Et primo commemorat statum preteritum, dicens; [Et quidem aliquando fuistis,]

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

stis,] scilicet fornicarij, & idolis seruientes, &c. & ideo specialiter hæc vitia commemorat, quia in eis abundauerant, secundum illud Ephes. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Secundo ostendit, quomodo ab his intus fuerunt liberati, dicens: [Sed abluti estis.] scilicet virtute sanguinis Christi in baptismo, secundum illud Apocap. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo; [Sed sanctificati estis,] virtute sanguinis Christi per gratiam consecrati, secundum illud Hebr. vlt. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Sed iustificati estis ad statum iustitiæ, & uirtutis, secundum illud Prouer. 8. Quos uocauit, hos & iustificauit.

paces regnum Dei possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in noie Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri, & uenter escis, Deus autem & hunc, & hác destruet.

Subditur autem horum beneficiorum causa. Et primo ex parte humanitatis Christi, cùm dicit; [In nomine Domini nostri Iesu Christi.] i. in fide, & inuocatione nominis Christi, secundum illud Act. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Secundo, ex parte diuinitatis, cum subdit; [Et in spiritu Dei nostri,] secundum illud Ezech. 37. Ecce ego mittam in uos spiritum, & viuetis. quia igitur tam potenti uirtute liberati estis, ad eadem redire non debetis. Deinde cum dicit; [Omnia mihi licent, &cæt.] Manifestat id, quod dixerat de prohibitione iudicij, ostendens quo sensu, id reprehenderit, quia scilicet non reprehendit illud, quasi omnino illicitum, sed quasi non expediens, & nociuum. Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo, rationem assignat. ibi; [Esca uentri, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit, quod reprehenderat esse licitum, sed non expediens, dicẽs, [Omnia mihi licẽt.] Dicuntur autem illa licita, quæ homo facere non prohibetur: est autem duplex prohibitio. Vna coactionis, alia præcepti, & secundum hoc quidam intellexerunt illa licere, a quibus non prohibetur aliqua necessitate cogẽte: & ideo quia arbitrium hominis naturaliter liberum est a coactione, intellexerũt Apostolum eo sensu dicere, [Omnia mihi licent,] quia. s. libero arbitrio hominis subiacent, siue sint bona, siuæ sint mala, secundum illud Eccl. 15. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quodcunq; uoluerit, dabitur ei. Sed hic modus loquendi alienus est a scriptura sacra, in qua dicitur, non licere ea, quæ diuina lege prohibentur, secundum illud Matth. 14. Non licet tibi habere uxorem fratris & ideo, quod hic Apostolus dicit; [Omnia mihi licent,] non potest absolute intelligi, sed ut sit accommoda distributio, sub hoc sensu omnia mihi licent, quæ scilicet diuina lege non prohibentur. Et potest hoc ad tria referri, primo quidem ad id, quod dixerat de iudicijs, quia scilicet vnicuique licet omnia sua iudicio repetere, cum non sit lege diuina prohibitum. Alio modo potest referri ad id, quod infra 8. dicturus est de indifferenti vsu ciborum, vt sit sensus, licitum est mihi omnes cibos comedere, secundum illud Tit. 1. Omnia munda mundis. Tertio, potest referri ad id, quod dicturus est infra 14. de sumptibus accipiendis; ut sit sensus; [Omnia mihi licent,]. s. accipere ad necessitatem uitæ, sicut coapostolis meis. Subdit autem; [Sed non omnia expediunt.] Dicitur autem illud expedire, quòd est sine impedimento finem consequendi. Contingit autem, quòd aliquid non totaliter excludit finem, sed impedimentum aliquod affert, sicut matrimoniũ non excludit hominem a regno Dei: impedimentum tamen affert, quia scilicet ut infra 7. dicit. Quæ sub uiro est mulier, cogitat quomodo placeat uiro. Vnde Matth. 19. discipuli dicunt, Si ita est causa hominis cum uxore sua, non expedit nubere. Sic ergo fornicari nec licet, nec expedit, quia totaliter excludit finem, qui est uita æterna: matrimonium autem est licitum, sed non expediens. Secundum igitur hunc modum, sua in iudicio repetere, indifferenter omnibus cibis uti, sumptus accipere ab his, quibus prędicatur, est quidem licitum, quia non est contra iustitiam, nec aliqua prohibetur lege: non tamen est expediens, uel quia impeditur pax ad proximum, uel infirmis scandalum aliquod generatur, uel aliqua maledicendi occasio præbetur: unde Eccl. 37. Nõ omnia omnibus expediunt. Alio modo potest intelligi non absolute, sed sub conditione, vt sit sensus. Dixi, quod neque fornicarij, &c. regnum Dei possidebunt, & ideo non licent, quia finem excludunt: sed si omnia licerent mihi; [Non omnia expediunt, [qa per ea præstatur impedimentum uitæ humanę. Vnde in perso-

F na impiorum dicitur Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Secundo, ostendit esse nociuum id, quod supra reprehendit, dicens, [Omnia mihi licent,] vt supra expositum est, sed tamen ego sub nullius redigar potestate, scilicet hominis. Ille enim, qui vtitur eo, quod non expedit, siue licitum siue illicitum, quodammodo redigitur sub ptãte rei alicuius, uel hois. Rei quidem, quia qui nimis rem aliquam amat, quodammodo seruus illius rei efficitur, secundum illud Roma. vlt. Huiusmodi non Christo domino seruiunt, sed suo uentri. Hominis autem, quia dum aliquis facit, quod non expedit, quodammodo subijcitur iudicio aliorum, & specialiter ille, qui sua in iudicio repetit, subijcitur potestati iudicis infra 10. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Deinde cum dicit; [Esca ventri &c.] Assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo, quare omnia licent, dicens; [Esca uentri,]. s. debetur, vt. s. in uentre decocta in nutrimentum totius corporis cedat. [Et uenter escis,]. s. recipiendis, & decoquendis deseruit. Quia igitur ex Dei ordinatione venter est sic licitus, ad escas recipiendas, & escæ ad hoc deputatę sunt, quod in uentre ponantur, secundum illud Gene. 1. Ecce dedi uobis omnem escam ex cunctis animantibus, ut habeant ad uescendum: non est illicitum, quòd homo res suas repetat, uel prædicator stipendia accipiat propter necessitatem escarum, uel ut etiam
H homo omnibus escis utatur. Secundo, ibi; [Deus autẽ &c.] Assignat rõnem, quare omnia non expediunt. Non. n. expedit, ꝙ homo patiatur aliquod detrimentum, in eo, quod nũquam corrumpitur, scilicet in regno cœlesti, propter id quod corrumpitur. & hoc accidit de esca & de uentre. Cessabit. n. post hanc uitam escarum vsus, & uentris, quia corpora resurgentium conseruabuntur absque cibo, Deo id faciente, & hoc est, quod dicit; [Deus autem destruet,] id est, cessare faciet, [Hunc,] scilicet uentrem, non quidem quantum ad essentiam, sed quantum ad effectum, quẽ nunc habet: & [Has,] scilicet escas, quantum pertinent ad vsum hominis: quia in resurrectione, homines erunt sicut angeli in cœlo, ut dicitur Matth. 22.

LECTIO II.

Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi?
G Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim; (inquit) duo in carne una. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enĩ estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.

LECTIO TERTIA.

I Svpra Apostolus tripliciter reprehendit Corinthios, circa iudicia, nunc autem redit ad reprehendendum peccatum fornicarij, cuius supra 5. mentionem fecerat, & in cuius iudicio Corinthij negligentes erant: improbat autem fornicationẽ, quatuor rõnibus, quarum prima sumitur ex diuina ordinatione: secunda ex unione ad Christum, ibi; [An nescitis qñ corpora, &c.] Tertia ex corporis inquinatione; ibi; [Fugite fornicationem.] Quarta ex gratiæ dignitate, ibi, [An nescitis, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit diuinam ordinationem. Secundo, ordinationis finem, ibi; [Deus. n. &c.] Circa primum considerandum est, ꝙ aliqui argumentum suæ lasciuiæ sumunt ex ordinatione Dei. Qui. n. fornicantur, utuntur suo corpore ad usum a Deo institutum. Sed hoc excludit, dicens, quòd esca est ordinata ad uentrẽ, & uenter ad escas; [Corpus autẽ hominis; [Non fornicationi,] idest, non est ordinatum ad fornicandum; [Sed Dño,] id est, ad hoc est ordinatũ, ut sit Dñi nostri Iesu Christi; [Et dominus cor-
K pori,] id est, Dominus Iesus Christus, ad hoc datus est hominib. ut humana corpora suæ glorię conformet, secundum illud Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed contra hoc uidetur esse, quòd sicut uenter ordinatus est a Deo, ad usum ciborum: ita quædam membra humani corporis sunt ordinata a Deo, ad usum generationis quibus fornicatio exercetur, Sed attendenda est differentia, quantum ad duo. Primo, quidem quòd Apostolus supra locutus est de uno corporis membro, scilicet de uentre, hic autem loquitur de toto corpore, quod sicut non est ordinatum ad fornicandum: ita nec ad escas sumendum, sed potius usus escarum est propter corpus: corpus autem propter animam a qua percipit uitam, secundum eius conditionem: & quia omnia ordinantur in Deum sicut in finem, ideo corpus debet esse subiectum domino, & ei dedicatum, Et quia supra locutus est de vsu escarum in com-

muni

F muni absque inordinatione, fornicatio autem est vsus inordinatus ex membro fornicatoris. Vnde, nec ipsa mẽbra sunt propter fornicationem, sed propter vsum generationis ordinata ratione, cui omnia membra corporis deseruire debent: sicut etiam venter non propter crapulam & ebrietatem, sed propter conuenientem vsum ciborũ. Deinde cum dicit; [Deus vero, &c.] Ponit finẽ ordinationis prædictæ. Et primo, ponit qd Deus circa dominum fecerit dicens; [Deus vero & dominum,] scilicet dominũ nostrum Iesum Xpm suscitauit a mortuis a quo ipse Xps petit in Ps. 40. Tu autẽ Domine miserere mei, & resuscita me. Deus autem est, & pater, & filius, & spiritussanctus. Vnde,
G & ipse Christus, qui est filius Dei se suscitauit, & sua virtute resurrexit, secundum illud Psal. 3. Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi quia dominus suscepit me, & 2. Corinth. vlt. Si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex uirtute Dei. Secundo ponit qd circa nos facturus sit, dicens, ꝙ; [Nos suscitabit] Deus; [Per virtutem suã] per quam. s. Christum suscitauit, ẽm illud Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Et est aduertendum, ꝙ supra de escis & ventre loquẽs, quæ pertinent ad vsum animalis vitæ, dixit eas a Deo destruendas, nunc autem loquens de corpore & domino, facit mentionem de resurrectione, quia. s. animali uita cessante, natura corporis ĩ melius reformabitur. Vnde patet, ꝙ non est vtendum corpore ad fornicationem, quæ impedit futuram incorruptionẽ: ẽm illud Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Dein
H de cum dicit; [Nescitis, &c.] Ponit secundam rationẽ quæ sumitur ex affinitate humani corporis ad Christũ, quæ talis est. Membra hominis fornicantis sunt membra meretricis, sed membra hominis sunt membra Christi, ergo per fornicationem fiũt membra Christi, membra meretricis, quod est inconueniens. Circa ꝙ quatuor facit. Primo, ponit maiorem, dicens; [An nescitis quoniã corpora vestra sunt membra Xpi,] q. d. hoc debetis nescire, quia quicunq; estis regenerati in Christo, mẽbra Xpi estis effecti, ẽm illud infra 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et hoc, non solum quantum ad animas, quæ ab eo iustificantur, sed etiam quantum ad corpora, quæ ab eo resuscitabuntur, vt dictum est. Secundo, ponit conclusionem dicens; [Tollens ergo mẽbra Christi.] i. iuste subtrahens seruitio Christi cui debent deputari, ẽm illud Rom. 6. Exhibeatis membra vestra arma iustitiæ Deo; [Faciam.] scilicet eadem; [Membra meretricis] esse fornicãdo; [Absit,] hoc enim est horrẽdũ sacrilegium. Vnde, dicitur Malach. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem Domini quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Tertio ponit minorẽ, dicẽs, [An
I nescitis qa q adhæret meretrici,] s. fornicãdo; [Vnũ corpus efficitur,] s. per immundam commistionem. Et ad hoc probandũ, inducit authoritatẽ Gen. dicens, [Inquit. n. scriptura,]. s. Genes. 2. [Erunt duo,]. s. vir & mulier; [In carne una:] idest per mistionẽ carnalẽ una caro efficitur, & sic mẽbra vnius fiũt membra alterius. Sunt. n. hæc verba Adæ de viro & vxore loquentis, quæ Apostolus hic etiam ad fornicationem refert, quia secũdũ speciem naturæ non differunt vtriusque actus. Est autem intelligendum, quòd sicut dicit Philosophus in lib. de Generatione animalium, In masculo est principiũ actiuum generationis, in fœmina est passiuum Et sicut in plãtis, cuius vita principaliter ordinat' ad generationẽ, semper est unum corpus, in quo vtrumque principium unitur: ita in animalibus quæ ordinantur ad altiores actus uitę, non semper est unum corpus habens hęc duo principia, sed ex duobus fit unũ in actu generationis. Quod quidẽ non est tantum uni, quia sicut infra cap. 7. dicitur, Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed mu-
K lier. Secundo, probat minorem, dicẽs; [Qui aũt adhæret Domino &c.]. s. per fidẽ & charitatẽ: [Est unus spiritus cum illo,] quia. s. unitur ei unitate spirituali non corporali. Vnde, & Rom. 8. dr. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, & Io. 17. vt sint unum in nobis, sicut nos unum sumus, scilicet per connexionem spiritus: & quia corpus deseruit spiritui, consequens est ut etiam corpora nostra membra eius sint cui per spiritum unimur: non quidem carnali coniunctione, sed spirituali. Potest autem ex præmissis duabus rationibus una ratio constari, ut. s. quia corpus nostrum nõ est deputatum fornicationi, sed domino, hoc. s. modo, ꝙ membra nostra sunt membra Christi, ut postmodum exponit nõ faciamus ea, membra meretricis fornicando. Deinde cum dicit: [Fugite fornicationẽ, &c.] Ponit tertiam rationem, quæ sumitur

F ex corporis inquinatione. Primo ponit conclusionem intentã, dicens; [Fugite fornicationem.] Vbi notandum, quòd cetera vitia vincuntur resistendo, quanto magis homo particularia considerat & tractat, tanto minus in eis inuenit vnde delectetur, sed magis anxietur: sed uitium fornicationis non vincitur resistendo, qa quanto magis ibi homo cogitat particulare, magis incendit', sed vincitur fugiendo, id est totaliter vitãdo cogitationes immundas, & quaslibet occasiones, vt dr Zach. 2. Fugite de terra Aquilonis dicit Dñs. Secũdo assignat rationẽ, dicens;
G [Omne peccatũ aliud quodcunque fecerit homo &c.] Ad cuius euidẽtiam sciendum, ꝙ quædã peccata non consumantur in carnali delectatione, sed in sola spirituali: ideo spiritualia vitia dicuntur, sicut superbia, auaritia, accidia; fornicatio autem completur maxime in carnali delectatione, & ẽm hoc posset intelligi quod hic dicitur, Omne peccatũ quodcunq; fecerit homo, extra corpus est, quia. s. completur præter sui corporis delectationem. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, qa scilicet eius peccatum in carne consumatur. Sed huic expositioni contrarium videtur esse, quod etiam peccatum gulæ consumatur in delectatione corporis. Ad quod posset dici, quod peccatum gulæ sub luxuria continetur inquantum ad ipsam ordinatur, ẽm illud Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sed melius potest dici, ꝙ Apostolus non dicit; [Qui fornicatur,] corpore suo peccat, ꝙ congrueret primæ expositioni: sed [Peccat in corpus suum] i. contra corpus suum corrumpendo, & inquinando illud præter usum rationis. Vnde & Apoc. 3. Habes pauca nomina in
H Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, id est corpus. & Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Vel aliter secũdum Aug. hic in Glo. Qui fornicatur, in corpus suum peccat, quia anima eius totaliter carni in illo actu subijcitur, ita ꝙ non possit aliud ibi cogitare. Vnde in Psal. 31. dr. Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. non est intellectus. Vel aliter, [In corpus suum peccat,] idest contra uxorem suam, quæ dicitur corpus viri: contra quam non ita directe sunt alia peccata, sicut uiri fornicatio. Vnde, & 1. Thes. 4. dr, Vt sciat unusquisq; uestrũ possidere uas suũ in sanctificatione, i. uxorẽ suã, Vel ẽm Augu. † põt intelligi de fornicatione spirituali, p quã aĩa adhæret per amorem mundo, & recedit a Deo, ẽm illud Psal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Est ergo sensus, [Qui fornicatur] recedens a Deo propter amorem mundi; [In corpus suum peccat,] idest per corporalem concupiscentiam. Omne autem aliud peccatum, puta, quòd homo committit ex obliuione, uel ex ignorantia, seu
I negligentia, [Est extra corpus,] idest corporalem concupiscẽtiã. Deinde cum dicit, [An nescitis, &c.] Ponit quartam rationẽ quæ sumitur ex dignitate gratiæ, quæ quidẽ ex duob. cõsurgit, scilicet ex gratia Spiritussancti, & ex redemptione sanguinis Christi. Circa hoc igitur tria facit. Primo, proponit dignitatem corporis nostri quã habet ex gratia Spiritussancti, dicens. [An nescitis,] quasi dicat; ignorare non debetis, [Quoniam membra uestra,]. s. corporalia, [Templum sunt Spiritussancti,] sicut supra tertio dictũ est; Nescitis quia templum Dei estis. Et huius rationem assignat, subdens; [Qui in uobis est,] dr autem templum, domus Dei: quia igitur Spiritussanctus Deus est, conueniens est, quod in quocunque est Spiritussanctus templum Dei dicatur. Est autem Spiritussanctus principaliter quidem in cordib. hominum in quib. charitas Dei diffunditur per Spiritum sanctum, ut dicitur Rom. 5. Sed secundario etiam in membris corporalibus, inquantum exequuntur opera charitatis. Vnde in Psal. 83. dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum: ne hãc dignitatem sibi ascri-
K berent, subdit; [Quem habetis a Deo non ex uobis.] Vnde, Ioel secundo. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et Act. quinto. Spiritum suum dedit obedientib. sibi. Secundo ponit dignitatem quam habent corpora nostra, ex redemptione sanguinis Christi, dicens [Et non estis uestri,] sed Iesu Christi, secundum illud Roman. 14. Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus, 2. Corinth. 5. Qui uiuit, iam non sibi uiuat: rationem huius assignat, dicẽs; [Empti estis pretio magno,] & ideo serui estis eius qui uos redemit de seruitute peccati. Vnde infra 7. dr, Qui liber uocatus est, seruus est Christi. Pretio enim empti estis. & in Psal. 30. Redemisti me domine Deus ueritatis. Dicitur autem pretiũ redemptionis magnum, quia non est corruptibile, sed æternũ habens uirtutem, cum sit sanguis ipsius, Dei æterni. Vnde 1. Pe. 1.

Re-

lib. retra. 1. cap. 19.

Universidad de Deusto Biblioteca

Redempti estis de vana vestra conuersatione, non corruptibilib. auro vel argento, sed sanguine agni immaculati, & incontaminati, Iesu Christi. Tertio infert conclusionem intētam, dicens; [Glorificate ergo & portate Deum in corpore uestro.] Quia enim mēbra vestra sunt templum Dei, in corpore vestro, nihil debet apparere, nisi quod ad gloriam Dei pertinet, & hoc est glorificate Deum in corpore vestro, quia in psal. 28. dicitur, In templo eius omnes dicent gloriam. Exod. ult. dicitur, Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud: quia vero non estis vestri, sed estis serui Dei, debet, corpus vestrum portare Deum, sicut equus, vel aliud aīal portat dominum suum. Vnde in Psalm. 72. dicitur, Vt iumentum factus sum apud te. Portat autem corpus nostrum dominum, inquantum diuino ministerio deputatur: sic ergo homo debet vitare, ne in corpus suum peccet, fornicando, quod est contra gloriam Dei, & cōtra ministerium, quod corpus nostrum debet Deo.

CAP. VII. LEC. I.

De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque uirum suum habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor viro. Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Sathanas G propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico, secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem oēs uos homines esse sicut me ipsum. Sed unusquisq; propriū donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonū est illis, si sic permanserint, sicut & ego; quòd si non se continēt, nubāt. Melius est enim nubere, quàm uri.

LECTIO PRIMA.

Postquam Apostolus reprehendit fornicarium, & sustinētes, eum. Hic accedit ad tractandum de matrimonio. Et circa hoc tria facit. Primo, determinat de coniugatis, & matrimonio iunctis. Secundo, de virginibus, ibi [De uirginib. aūt &c.] Tertio, de viduis, ibi. [Mulier alligata est &c.] Circa primum duo facit. Primo, instruit eos, qui nō sunt matrimonio iuncti, vtrum. s. debeāt, matrimonium contrahere. Secundo, manifestat, q dixerat, ibi. [Hoc autem dico &c.] Circa primū duo facit. Primo, manifestat quid circa hoc sit per se bonū. Secundò, quid necessariū, ibi. [Propter fornicationem autem &c.] Circa primū, considerandum, q in detestationem fornicationis, contra quam locutus iam fuerat, aliqui non habētes zelum Dei, ſm scientiam, intantum procedebant, q etiam matrimonium condemnabant, ſm illud 1. Timo. quarto. In hipocrisi loquentium mendacium prohibentium nubere. Et quia hoc durum Corinthijs videbatur fidelib. super hoc Apostolo scrip serunt, eius sententiam requirētes, & ideo Apostolus eis respondet, Ita reprehendi ea, quæ facitis, [De quib. autem scripsistis mihi,] respondeo quantum ad matrimonium, bonū est homini mulierem non tangere. Circa q notandum, q mulier data est viro ad adiutorium generationis: & in hoc differt vis generatiua a nutritiua, quia vis nutritiua deseruit homini ad conseruationem indiuidui. Vnde bonum est homini nutrimento vti, quia per hoc eius vita conseruatur: generatiua autem non deseruit homini ad conseruationem indiuidui, sed ad conseruationem speciei. Vnde non potest dici, quod [bonum est homini,] ad suum indiuiduum; [Mul. nō tāgere.] Primo quidem, quantum ad animā, quia vt Augusti. † dicit in Soli loquijs; Nihil sic deijcit animam ab arce virtutis suæ, sicut contactus ille corporum, sine quo vxor haberi non potest. & ideo Exod. decimonono dicitur, populo accepturo legem Dei, Estote parati in diem tertiū, & ne appropinquetis uxoribus vestris. 1. Reg. 21. dixit Abimelech ad Dauid, Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus manducent panem sanctum. Secundo, quantum ad corpus, quod vir subijcit per matrimonium potestati uxoris, se ex libero seruum constituens. Seruitus autem hęc, prę omnibus alijs est amara. Vnde & Eccl. septimo dicitur, Inueni amariorem morte mulierem. Tertio, quātum ad res exteriores, quarum occupatione necesse est hominē implicari. qui habet vxorem, & filios nutriendos, cum tamē dicatur secundæ Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat negotijs sæcularibus vt ei placeat, cui se probauit. Deinde cum dicit [Propter fornicationem, &c.] Ostendit, quod circa hoc sit necessarium. Primo. quantum ad contractum matrimonij. Secundo, quantum ad actum matrimonij iam contracti, ibi. [Vxori vir debitum &c.] Circa primum considerandum est, quod actus generatiuæ virtutis, ordinatur ad conseruationem speciei per generationem filiorum, & quia mulier data est uiro in adiutorium generationis. Prima necessitas tangendi mulierem, est propter procreationem filiorum. Vnde Gen. 1. dicitur, Masculum & feminā creauit eos, & benedixit eis Deus, & ait, Crescite & multiplicamini & reple-

Lib. 1. c. 1.

F te terram: sed hæc necessitas fuit circa institutionem humani generis, quandiu potuit multiplicari populum Dei per successionē carnis. Sed Apostolus considerans humanum genus iam multiplicatum, & populum Dei iam esse augmentatum, non propagatione carnis, sed generatione, quæ est ex aqua, & spiritu sancto, vt dicitur Ioan. 3. prætermisit hanc necessitatem, quā scilicet primitus institutum fuerat matrimonium, in officium naturæ, & proponit secūdam necessitatem, secundum quam institutum est in remedium culpæ. Quia, enim carnalis concupiscentia, adhuc post baptismum infidelibus remanet, licet non dominetur, instigat homines maxime ad actus venereos, propter vehementiam delectationis. Et quia maioris virtutis est, totaliter hanc concupiscentiā superare, q̄ possit hominib. conuenire, ſm illud Matt. 19. Non omnes capiunt uerbum hoc, necessarium est, quòd in parte concupiscentiæ cedatur, & in parte superetur, q quidem fit, dum actus generationis ratione ordinatur, & non totaliter homo concupiscentia ducitur sed magis concupiscentia subditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis, q homo utatur generationis actu, secundum quod conuenit generationi. & educationi filiorum, hoc autem in brutis animalib. inuenitur, q in quibuscunq; speciebus animalium, sola femina non sufficit ad educationem prolis, masculus simul nutrit prolem cum femina, & ad hoc exigitur, q masculus cognoscat pro- H priam prolem: & ideo in omnibus talib. animalib. ut patet in columbis, turturibus & huiusmodi, naturaliter indita est solicitudo de educatione prolis, & propter hoc in huiusmodi non sunt uagi & differentes concubitus, ex quibus sequeretur incertitudo prolis, sed masculus determinatus, determinate feminæ coniungitur non indifferenter qualibet cuilibet: sicut accidit in canib. & alijs huiusmodi animalibus, in quibus sola fœmina nutrit prolem. Maxime autem in specie humana masculus requiritur ad prolis educationem, quę non solum attenditur, secundum corporis nutrimentum, sed magis, secundum nutrimentum animæ, secundū illud Hebr. 12. Patres, quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, & ideo ratio naturalis dictat, q in specie humana non sint uagi, & incerti concubitus, quales sunt concubitus fornicarij, sed sint determinati uiri ad determinatam fœminam, quę quidem determinatio fit per legem matrimonij. Sic igi- I tur triplex bonum habet matrimonium, primum quidem q est in officium naturæ, prout scilicet ordinatur ad generationem, & educationem prolis, & hoc est bonum prolis. Secūdū bonum habet, prout est in remedium concupiscentiæ, quæ. s. coarctatur ad determinatam personam, & hoc bonum dicitur fides, quam scilicet uir seruat uxori, suæ non accedens ad aliam, & similiter uxor uiro. Tertium bonum habet, prout in fide cōtrahitur Christi, quod quidem bonum dicitur sacramentum, inquantum significat, coniunctionem Christi, & ecclesiæ, secundum illud Ephes. quinto. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & ecclesia: hoc est ergo, quod dicit. Dictum est, quod; [Bonum est, homini mulierem non tangere, sed quia ad hoc bonū non sunt omnes homines idonei, unusquisq; uir, [Propter fornicationem,] scilicet uitandam; [Suam uxorem habeat,] idest, sibi determinatam, ut tollantur uagi, & incerti concubitus, quod pertinet ad fornicationem. Vnde & Prouerb. 5. Letare cum K muliere adolescentiæ tuæ. Et postea subditur, Quare seduceris fili mi ab aliena? Deinde cum dicit; [Vxori uir debitum reddat, &c.] Agit de usu matrimonij contracti. Et primo agit de debito reddendo. Secundo, de debiti intermissione, ibi; [Nolite fraudare &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit, dicens; Dictum est quòd; [Vir habeat uxorem,] & uxor uirum. habendi autem hæc est ratio, ut uir; [Reddat debitum uxori,] scilicet de suo corpore per carnalem commistionem, similiter autem; [Et uxor uiro,] quia quantum ad hoc ad paria iudicantur. Vnde mulier non est formata de pedibus uiri tanquam ancilla, nec de capite tanquam domina, sed de latere tanquam socia, ut legitur Gene. 2. Vnde mutuo debent sibi debitum reddere, secundum illud Rom. 14. Reddite omnibus debita. Secundo, assignat debiti rationem, dicens; [Mulier non habet potestatem sui corporis,]. s. ad actū generationis, ut scilicet possit proprio arbitrio vel

vel continere, . s. vel alteri se tradere; [Sed vir,]. s. habet potestatem sui corporis, quantum. s. ad vsum carnalis copulæ: & ideo uxor debet viro proprij corporis officium offerre; [Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier &c.] Vnde & ipse debet sui corporis officium offerre uxori, legitimo impedimento cessante. Vnde & Gene. 2. dr̄, Adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Deinde cum dicit; [Nolite fraudare inuicem, &c.] Agit de intermissione debiti reddendi. Et primo, ostēdit qualiter intermitti debeat actus coniugalis. Circa quod, docet unum esse cauendum, ne. s. hoc per fraudem fiat, dicens; [Nolite fraudare inuicem,] vt. s. velit uir continere inuita uxore, aut etiam econuerso. Quòd Apostolus fraudem nominat, quia vnus subtrahit alteri, quod ei debetur, quod ad fraudem pertinet, non minus in actu matrimonij, quàm in alijs rebus. Vnde & Prouerb. 22. dr̄, Non inueniet fraudulentus lucrum: quia. s. ille, qui tali fraude cōtinentiam Deo offert, non lucratur meritum vitæ æternæ. Sicut enim dicit August. † non vult Deus tale lucrum tali damno cōpensari, ut dum unus coniugum continet altero inuito, ille incidat in damnabiles corruptelas. Tria aūt docet obseruanda in tali intermissione: quorum primum est, ut fiat ex cōi consensu. Vnde dicit; [Nisi forte ex consensu.] Vnde dr̄ Eccl. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum: & amor proximorum: vir & mulier bene sibi consentientes. Secundum est, ut sit ad certum tempus. Vnde subdit; [Nisi forte ad tempus,] ſm illud Eccle. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tertium est, vt hoc fiat propter debitum finem, scilicet causa spiritualium actuum, ad quos continentia reddit magis aptos. Vnde subdit, [Vt vacetis orationi,] ſm illud Ioel. 2. Sacrificium & libamen Domino Deo nostro. Et postea subdit. Egrediatur spōsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Secundo, agit de reiteratione coniugalis actus; & primo ponit documentum, dicens; [Iterum reuertimini in idipsum,] vt. s. uobis inuicem debitum reddatis, finito tempore orationis. Vnde & 3. Regum 8. dicitur, Quòd celebratis dedicationis solemnijs, profecti sunt in tabernacula sua lætantes. Secundo, assignat rōnem documenti: Non. n. hoc dicit, quasi sit necessarium ad salutem, sed ad periculum uitandum. Vnde subdit; [Ne tentet uos Sathanas,] id est, ne sua tentione uos prosternat, sicut etiam dicitur 1. Thessalon. 3. Ne forte uos tentauerit, qui tentat, & inanis sit labor noster. Tentatio autem Sathanæ, non est fortibus timenda, de quibus dicitur 1. Ioan. 2. Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes estis, & uerbum Dei manet in uobis, & vicistis malignum. Est autem timenda debilibus. Vnde subdit: [Propter incontinentiam uestram,] idest, propter promptitudinē ad incontinentiam, ex quo contingit, quòd diabolus hominem tentando prosternit, & prouocatur ad tentandum, secundum illud. 1. Pet. ulti. Circuit quærens, quē deuoret. Deinde cum dicit: [Hoc autem dico, &cæt.] Manifestat, quo sensu prædicta sunt accipienda. Et primo facit, quod dictum est. Secundo, rationem assignat, ibi: [Volo autem, &c.] Tertio, exponit quod dixerat, ibi: [Dico autem, &c.] dicit ergo primo, Dixi, quòd unusquisque suam uxorem habeat, & vnaquæque mulier uirum suum, & iterum quòd post continentiam determinati temporis, iterum reuertamini in idipsum: [Hoc aūt dico secundum indulgentiam,] idest, parcens infirmitati uestræ: [Non secundum imperium,] quasi scilicet uobis necessarium ad salutem. Subditis enim sunt quædam eorum infirmitati indulgenda, & non ad bona imperio cogendi. Vnde contra quosdam prælatos dicitur Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & dispersi sunt greges mei. Sed videtur Apostolus inconuenienter loqui. Indulgentia enim non est nisi de peccato. Per hoc ergo quòd Apostolus, secundum indulgentiam se dicit matrimonium concessisse, uidetur exprimere, quòd matrimonium sit peccatum. Sed ad hoc potest respōderi dupliciter. Vno modo ut indulgentia sumatur hic pro permissione. Est autem duplex permissio. Vna quidem de minus malo, sicut dicitur Matth. 19. Quòd Moyses permisit Iudæis dare libellum repudij, propter duritiam cordis eorum, s. ad uitandum vxoricidium, ad quod erant proni. Talis enim permissio non fit in nouo testamento propter sui perfectionem, secundum illud Heb. 6. Ad perfectum feramur. Alia autem est permissio de minus bono, cum, scilicet, homo præcepto non cogitur ad maius bonum, & hoc modo Apostolus hic indulget, idest, permittit matrimonium, quod est minus bonum, quàm virginitas, quæ non præcipitur, quæ est maius bonum. Alio modo potest ac-

199.

A cipi indulgentia prout respicit culpam, secundum illud Es. 26. Indulsisti domine, indulsisti genti. Et ſm hoc, indulgentia refertur ad actum coniugalem, ſm quod habet annexam culpam uenialem, tamen propter bona matrimonij, sine quibus esset mortalis. Vnde considerandum est, quod actus coniugalis, quandoq; quidem est meritorius, & absq; omni culpa mortali, vel veniali, puta, ordinatur ad bonum prolis procreandæ, & educandæ ad cultum Dei. Sic. n. est actus religionis. Vel cum fit causa reddendi debitum, sic enim est actus iustitiæ. Omnis autem actus uirtutis est meritorius, si fit cum charitate. Quandoque uero est cum culpa B ueniali, . s. cum quis ad actum matrimonialem ex concupiscentia excitatur, quæ tamen infra limites matrimonij sistit, ut. s. cū sola uxore sit contentus. Quandoque vero est culpa mortalis, puta cum concupiscentia fertur extra limites matrimonij, . s. cum aliquis accedit ad uxorem ęquè libenter, uel libentius ad aliam accessurus. Primo ergo modo, actus matrimonij, non requirit indulgentiam. Secundo modo, habet indulgentiam inquantum aliquis consentiens concupiscentiæ in uxorem, non fit reus peccati mortalis. Tertio modo, omnino indulgentiam non habet. Deinde cum dicit [Volo autem &c.] Assignat rationem eius, quod dixerat, & primo quare non loquatur secundum imperium. Secundo, quare loquatur secundum indulgentiam, ibi. [Sed vnusquisque &c.] Circa primum considerandum est, quòd nullus sapiens præcipit illud, cuius contrarium magis vult fieri. Ideo Apostolus non præcipit, q homines matrimonium contrahant, uel matrimonio contracto utātur, quia magis vult, q homines contineāt, C & hoc est, quod dicit, [Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum] ut. s. contineant, sicut ego contineo. Et similiter dicit Act. 26. Opto apud Deum omnes, qui audiunt fieri tales, qualis ego sum. Sed contra hoc uidetur esse, quia si omnes homines continerent, sicut Apostolus continebat, cessasset generatio, & sic non fuisset impletus numerus electorum, quod erat contra dispositionem diuinam. Dicunt quidam, quod Apostolo reuelatum erat, quod si omnes homines saluarentur in continentia uiuentes, sicut ipse uiuebat, sufficiebat ad implēdum numerum electorum. Sed hoc nulla authoritate fulcitur. & ideo pōt dici, quod Apostolus uolebat oēs homines esse continentes, quia. s. uolebat hoc de singulis, non tamen uolebat, quod oēs simul continerent. Vel pōt dici, & melius, q uolebat oēs homines esse continentes, uoluntate antecedente, sicut ipse dicit 1. Timot. 2. Quod Deus vult oēs homines saluos fieri, non autem voluntate consequēte, qua Deus D vult quosdam saluare. s. prædestinatos, & quosdam damnare, scilicet reprobatos, secundum illud Malach. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Est autem uoluntas antecedens de eo, quod absolute consideratum, est melius: sicut omnes homines esse saluos, uel continentes: uoluntas autem consequens est de eo, quod est melius, consideratis circumstantijs personarum, & negociorum, & secundum hoc Deus vult quosdam dānari, & Apostolus, quosdam matrimonio iungi. Deinde cum dicit; [Sed unusquisque.] Assignat rationem, quare secundum indulgentiam matrimoniū permiserit, quia scilicet, non quilibet tantæ uirtutis donum accepit a Deo, ut scilicet, possit totaliter continere, sicut & dominus dixit Matth. 19. Non omnes capiunt uerbum hoc, sed qui capere potest, capiat: & hoc est quod dicit, uellem quidem omnes esse continentes; [Sed unusquisque proprium,] idest secundum certam mensuram; [Habet donum ex Deo: alius quidem sic,] puta vt in virginitate Deo seruiat, [Alius uero sic,] idest ut Deo ser- E uiat in matrimonio, secundum illud Matth. vigesimoquinto. Vni dedit quinque talenta, alij uero duo, alij uero unum, vnicuique secundum propriam uirtutem. Et Sapien. 8. Sciui quoniam aliter non possum esse cōtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Deinde cum dicit [Dico autem &cæt.] Exponit quod obscure dixerat, & primo, quātum ad hoc, quod dixerat, [Volo omnes homines esse sicut meipsū,] quia scilicet, hoc est absolute melius. Vnde dicit [Dico autē,] scilicet, exponendo; [Non nuptis,] idest uirginibus, [Et uiduis, bonum est illis si sic permanserint, scilicet, continentes; [Sicut ego,] secundum illud Sapient. quarto. Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Secundo, quantum ad hoc quod dixerat, [Sed unusquisque &cęt.] quasi dicat, quia non quilibet hoc donum accepit a Deo ut contineat. Vnde dicit [Quod si non continent,] idest si donum continendi non acceperunt; [Nubāt,] id est, matrimonio iungantur, secundum illud primæ Timot. 5. Volo iuuenes nubere: & assignat rationem subdens; [Melius est

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim nubere, quam vri,] idest concupiscentia superari. Concupiscentia.n.est calor quidam noxius: qui ergo concupiscentia impugnatur, calescit quidem, sed non moritur, nisi humore gratiæ perdat a concupiscentia superatus. Vnde Iob 31.dē, Ignis est vsque ad consummationem deuorans & vniuersa eradicans germina. Est autem hic attēdendum, q̄ Apostolus vtitur abusiua comparatione. Nam nubere bonum est, licet minus, vri autem est malum. Melius est ergo, idest magis tolerandum, quod homo minus bonum habeat, q̄ quod incurrat incontinentiæ malum, & hoc est quod supra dixit, Propter fornicationem, .s. vitandā unusquisque suam uxorem habeat, &c. Et postmodum, Ne tentet vos Sathanas pp incontinentiam uestrā.

LECTIO II.

HIS autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere: Quòd si discesserit manere innuptam: aut uiro suo reconciliari; & vir uxorem non dimittat. Nam cæteris dico ego non dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

LECTIO III.

SVpra Apostolus posuit documenta de contractu matrimonij: hic instruit eos qui iam matrimonium contraxerunt de matrimonio non dissoluēdo: & primo, docet eos qui sunt in matrimonio iuncti, ut in matrimonio maneant: secundo, ponit utilem doctrinam quantum ad omnes status, uel conditiones hominum. ibi, [Vnumquemq; sicut uocauit Deus &c.] Circa primum duo facit, primo agit de indissolubilitate matrimonij quantum ad eos, qui sunt vnius cultus: secundo quantum ad eos qui sunt in dispari cultu, ibi. [Nam cęteris ego dico &c.] Circa primū duo facit, primo, ponit præceptum de indissolubilitate matrimonij: secundo. docet quid sit seruandum, q̄n matrimonium quodāmodo separatur, ibi. [Quod si discesserit &c.] Dicit ergo primo, Dixi do separatur, ibi. [Quod si discesserit &c.] Dicit ergo primo, Dixi non nuptis, .i. virginibus, & viduis, q̄ melius est eis, si sic permanserint; [His autem qui matrimonio sunt iuncti] non patet eadem conditio: his enim: [Præcipio non ego,] .s. in dicta mihi authoritate; [Sed dñs] hoc præcepit, dicens, Matt. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet, præcipio inquam, [Vxorem a uiro coniunxit, homo non separet, præcipio inquam, [Vxorem a uiro non discedere,] & subintelligendum est, excepta cā fornicationis, quā Christus excepit: & hic tacetur, quia notissima est. Hāc solam excepit dñs, cæteras omnes molestias iubet pro fide coniugij fortiter sustineri. Matth. 19. Quicunque dimiserit uxorē suā, & aliam duxerit, excepta cā fornicationis, mœchatur. Hoc autem quod dr̄ s̄m Glo. Aug. † intelligitur de coniunctis matrimoniali ter, quorum uterque fidelis est; [Quod si discesserit,] .s. pp causam fornicationis; [Præcipio] inquam, Manere innuptam] uiuen re marito, quia si soluitur matrimonium quo ad thorum, non tamen quo ad uinculum; [Aut uiro suo reconciliari,] .i. si uir, non continet, & similiter [Vir uxorem non dimittat,] nisi ob causam fornicationis. Similis forma in uiro & in muliere seruatur. Vnde supplendum est quod de uxore præmisit, .s. q̄ si oīno dimiserit, non ducat aliam, uel reconcilietur uxori. Sed contrarium vr̄ dicere Amb. super hunc locum, unde dixit, Ideo non subdit de uiro, sicut de muliere, quia licet uiro aliam ducere, quia inferior non oīno hac lege utitur, qua & superior. Sed magister dicit a fal sarijs esse appositum, & ideo nullatenus est tenendum. Notandum est hic, quod septem sunt casus in quibus uir non potest ob causam fornicationis uxorem dimittere. Primus casus, q̄n ipsemet eam prostituit. Secundus, q̄n ipse cum alia fornicatas fuerit. Tertius, q̄n ipse ei occasionem fornicandi dedit, ut quia non vult reddere debitum. Quartus, q̄n ipsa credens probabiliter virum mortuū, alteri nupsit, Quintus, q̄n violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextus, q̄n sub specie uiri ab altero cognita fuit. Septimus, q̄n fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum, nihilominus retēta. Deinde cum dicit [Nam cæteris dico q̄c.] Agit de inseparabili tate matrimonij personarum disparis cultus, cum alter est fidelis, alter non. Vbi primo dicit quod fidelis non dimittat infidelē, nolentem sine contumelia creatoris cohabitare: secundo, quod si non vult fidelis, non tenetur eum sequi, sed pōt alteri nubere, ibi. [Quod si infidelis discedit &c.] Tertio, quod si fidelis prior recedat, fidelis debet patienter commanere. ibi [Vnde. n. mulier &c.] In prima, primo ponit admonitionem. Secundo admonitionis rationē, ibi. [Sanctificatus est.n. &c.] In prima, primo loquit generaliter tam uiris quam fœminis. secūdo, specialiter uiris, ibi. [Si quis frater &c.] tertio specialiter fœminis, ibi. [Et si qua mulier &c.] Dicit ergo [Nā cęteris], .i. ubi non uterq; fidelis est, sed alter fidelis, alter infidelis, [Dico ego] cōsulendo non p̄cipiendo [Non dñs,] dixit hoc proprio ore, ac si dicat, & hoc dico ex Deo, licet ipse non dicat hoc ore proprio. dico inquam hoc; [Si quis frater fidelis] conuersus. s. ad fidem in coniugio. Intelligitur. n. hoc de his, qui in infidelitate contraxerunt, non de his qui in dispari cultu. Tunc.n. nullum esset matrimonium, sed essent separādi, sicut fecit Esdras 1. Esdræ 10. Si quis inquam, habet talē [uxorem infidelem; Et hæc consentit habitare cū illo.] sine contumelia scilicet creatoris; [Nō dimittat illam:] consilium est, non præceptum, vt qui contrarium agit, non sit trāsgressor secundum Gl. Deinde cum dicit, [Et si qua mulier] hic log tur specialiter de fœminis, vbi primo supponit fidem in aliquo, ut dixit; [Et si qua mulier.] Secundo infidelitatem in altero, cum addit [Vnū infidelē.] Tertio infidelis uoluntatem cohabitandi, ibi. [Et hic consentit.] Quarto consulit fideli cōmanere illi, ibi; [Non dimittat.] Dicit ergo, [Et similiter si qua mulier fidelis hēt uirum infidelē, & consentit habitare cum illa,] sine contumelia creatoris: nisi fi nollet cohabitare sine contumelia noīs Christi, dēt fidelis eum dimittere, quia cōtumelia creatoris soluit matrimonium s̄m Gl. & ꝙ ōs fidelis contrahere, si inquā ita est, [Non dimittat virū: consilij est, non præceptū: licet. n. infidelē fideli dimittere ē, sed tūc nō expediebat. Deinde cum dicit: [Sanctificatus est uir,] posita admonitione, hic ponit admonitionis rōnem, ubi allegat exēplum. Secundo periculum, ibi; [Alioquin, &c.] Tertio fructū ibi: [Nūc aūt sancti &c.] In prima, primo exē, plificat de uiro infideli, sēdo de muliere, ibi; [Et sanctificata est mulier &c.] Dicit ergo [Sanctificatus est] q.d. fidelis infidelem uolentem cohabitare, nō dimittat. hoc ideo dico: [Sanctificatus est.n. &c.] Hoc dupliciter legitur. Primo modo sic, [Sanctificatus est.n. uir infidelis: jaliqñ [Per mulierē fidelem,] .i. aliqñ contingit q̄ unus per alium cōuertitur ad fidē, & sic sanctificatur, & hoc iam forte contigerat sicut Simimus p Theodorā Romæ, tpe Clementis conuersus est, & fuit [Sanctificata est mulier infidelis per uirū fidelem,] .s. per ipsius admonitionem, & doctrinā. Alio modo legitur sic, Ita fidelis infidelē non dimittat: [Sanctificatus est.n. uir &c.] .i. nullam immunditiā contrahit fidelis ex cohabitatione, uel ex commixtione cum infideli, sed seruat uerā pudicitiā s̄m Aug. Deinde cū dicit, [Alioquin filij &c.] Hoc legit duplicitet: uno modo, de filijs nascituris. Alio modo de iā natis. Primo modo sic, [Alioquin] .i. si discederetis, & uos alijs copulatis: [Filij uestri,] qui de hac copula nascerentur [Immundi essent,] .i. sputi, qua non de legitimo matrimonio. Nunc aūt si permanetis, [Sancti sunt,] .i. mundi, qa legitimis coniugijs nati. Secundo modo legitur sic: [Alioquin] .i. si discedetis; [Filij vestri jam nati [Immundi essent] .i. infidelitate remanerent, sequentes .i. maiorē partē quæ tunc erat infidelium: [Nunc aūt si permanetis sancti sunt,] .i. Christiani fiunt. Deinde cum dicit; [Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem,] Thema in festo Beatæ Cecilię, quæ conuertit uirū suum ad fidem. Inter omnia quæ regunt hoīem in uia salutis, p̄cipuū est te qui societate iunctorū. Hoc ostendit Psalmista uerbo cum dicit, Cum sancto sanctus eris &c. Hoc ostendit Cecilia fācto, s̄m quod hic dī; [Sanctificatus est uir &c.] In quibus uerbis tria cōmendant ipsam, .s. natura, gratia, & doctrina. Natura humana, quæ notatur in muliere: Gratia, quæ notatur in uiri sanctificatione, ut sibi sit nobilis per naturā, Deo humilis per fidem: proximo utilis per doctrinā: doctrina. n. redditur cummendabilior consideranti actum obiectū, & oppositum. Actus est sanctificare, obiectū est uir: oppositum est infidelitas. Infidelitas est culpa tenacior: uirilitas sexus robustior: sāctificare actus difficilior. Et tñ cum esset mulier doctrinam suam conuertit incredulum, emolliuit robustū, mūdauit immundū, & sic sanctificauit infidelem uirū. Multæ uero sunt proprietates mulieris cōmendabiles, q̄ huic cōueniūt, ut sint tres .p. prietates quo ad actū cordis, tres quo ad actū oris, & tres quo ad actū operis. Tres primæ sunt sapientia ex parte rōnalis. Prou. 9. Sapiens mulier ædificat sibi domū. Munditia ex parte cōcupiscibilis, Eccl. 40. Aedificatio ciuitatis cōfirmabit nomen, & sup eā mulier immaculata computabitur. Constantia ex parte irascibilis. Ruth 3. Scit omnis populus te esse mulierem uirtutis &c. Tres secundæ sunt modestia contra multiloquium. Eccl. 26. Mulier sensata & tacita, non est immutatio animæ eruditæ. Veritas contra mendacium. Iudith 8. Omnia quæ locuta es, uera sunt. Discretio contra Stulti loquiū. 1. Reg. 25.

De adul. cōiug. ac poll. lib. 2. c. 8.

1. Reg. 25. Erat mulier prudentissima, & speciosissima. Iudith 11. Non est talis mulier super terram in aspectu, & in pulchritudine & in sensu verborum, Tres vltimæ sunt sanctimonia in facto. Iudith. 8, Ora pro populo, quia mulier sancta es. Verecundia in signo. Eccl. 26. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.

LECTIO II.

QVod si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater uel soror in eiusmodi. In pace autem uocauit nos Deus. Vnde enim scis mulier, si uirum saluum facies? Aut unde scis uir, si mulierem saluam facies? nisi unicuique sicut diuisit dominus. Vnumquemque sicut uocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Circumcisus aliquis uocatus est, non adducat præputium. In præputio aliquis uocatus est, non

A vocatione.] Ponit autem exemplum in ritu viuendi: primo Iudęorum: secundo Gentilium, ibi.] In præputio aliquis, uocatus est &c. [Dicit ergo, circumcisus es, &c.] quasi dicat, vnusquisque ambulet in eo statu in quo uocatus est, verbi gratia, [Circumcisus q̄s uocatus est,] idest in ritu Iudaico; [Non adducat,] idest non cogatur adducere, [præputium,] idest ritum Gētilium; [In præputio,] idest in ritu Gentili, [Quis uocatus est, nō circumcidatur,] idest non cogatur ad ritus Iudaicos. Aug. † Seruat ubique Apostolus constituere ecclesias, si ue Iudæorum, siue Gētilium: nunquā enim aufert cōsuetudinem, quæ seruata, non impedit salutem, ergo si coniugium non impediat, debent vocati in cōiugio commanere. De adulte. coniug. ad poli. c. 11.

B

Deinde cum dicit: [Circumcisio.n. nihil est,] hic subdit rationem exempli, quæ talis est. Ritus non impediens salutem, non debet mutari propter uocationem ad fidem: sed ritus tam Iudaicus, quā Gētilis est huiusmodi, ergo &c. A simili ergo arguit in matrimonio. Primo ergo tangit, q̄ est ad salutem indifferens, secundo, q̄ est necessarium, & expediens, ibi. [Sed obseruatio mandatorum &c.] Dicit igitur; [Circumcisio nihil est,] idest nihil prodest; [Et præputium nihil est,] .i. nihil prodest, vel obest: quasi dicat talis, uel talis ritus uiuendi, nihil proficit ad salutem Galat. ultimo. In Christo Iesū, nec circumcisio aliquid ualet, nec præputium, sed nouа creatura. Ambr. Ad salutē nec prodest, nec obest Iudaicus, aut Gentilis ritus; [Sed obseruatio mandatorū Dei,] aliquid prodest. Sap. 6. Custoditio legū, cōsumatio est incorruptionis. Deinde cū dicit, [Vnusquisq; in qua uocatione, &c.] hic cōclusit regulā generalem, dicens; [Vnusquisq; &c.] q.d. ita Gentilis, nō inducatur ad circumcisionem, nec econuerso: sed potius unusquisq; in qua conditione uocatus est, in ea, .s. conditione, uocationi nō repugnā te, [In ea permaneat,] & in qua, nō a qua in Glos. Augu. hoc. n. ad eas consuetudines uitæ retulit, quæ nihil obstant fidei bonisq; mo rib. sicut. n. cōiux, sic & latro ad fidē uocatur. Sed ille in cōiugio manet, non a cōiugio reuocatur. Iste uero, a latrocinio reuocatur, & in latrocinio non manet. Nō enim necesse est ut cōiuges desinant, esse coniuges pp Xpi fidē, sicut necesse est, ut latrones desinant esse latrones. Hic quærit super illud, Vxorē a uiro non discedere, quare solam causam fornicationis, Dominus excipit, cæteras uero omnes molestias iubet fortiter sustineri. Contra, Leuit. decimotertio. Præcipit lex leprosum extra castra eijcere, ergo pro lepra debet uxor a uiro discedere. Resp̄ōdeo, licet possit ob lepra discedere a cohabitatione, non tamen a Thoro, quin aliquando teneatur reddere debitum, prope eam manendo. Item, Aut uiro suo reconciliari Contra Deuter. 24. dicitur. Quod semel repudiata, noa potest amplius reconciliari. Resp̄ondeo, Illud habebat locum in repudio legali, istud uero in diuortio euangelico. Lex enim erat seueritatis, sed euangelium pietatis. Item super illud, Vir uxorem non dimittat. Glo. notabilis, non subdit de uiro sicut de muliere, quia licet uiro aliam ducere. Contra Augustī. dicit, q̄ similis forma debet seruari in uiro & muliere; Respondeo, Illud primum in libris Ambrosij, a falsarijs creditur additum. Vel dicendum, quod illud Ambrosij intelligitur in repudio, hoc autem in diuortio. Nam in repudio legali licebat uiro contrahere, non uxori, quia licebat antiquitus uni uiro habere plures uxores, non econuerso, quia per repudium illud soluebatur matrimonium, non autem per diuortium. Item. Nam cæteris ego dico, non dominus. Contra, Matth. 9. Qui uos audit. Resp̄ondeo, non dominus dicit ore proprio, sed inspirando. Item super illud. Si quis frater habet uxorem, Glo. contra fidelis licite potest dimittere infidelem. Contra, catholica non potest dimittere hæreticum. Glo. loquitur de infideli, qui caret sacramento fidei, non solum habitu. Item ibidem Glo. Non est reputandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est. Contra, ergo matrimonium contractum causa uoluptatis, nō est matrimonium. Resp̄ondeo, Extra decretum Dei, matrimonium contrahi dicitur, quando contrahitur inter personas lege prohibitas. Item. Si qua mulier habet uirum infidelem &c. Contra, ergo Iudæa eō ueria, non debet dimittere uirum Iudæum, cohabitare uolentem. Resp̄ondeo, secus est hodie, quam tēpore primitiuę ecclesiæ, quia tunc erat spes conuersionis, nunc autem potius est spes subuersionis

De adulte. coniug. ad poli. lib. 2. c. 8.

Super hanc locum.

Epist. 119.

Universidad de Deusto Biblioteca

fionis propter obstinationē infidelium. Item super illud, Quod si infidelis discedat. Glo. Rectè dimittitur mulier si dicat uiro, non ero mulier tua, nisi de latrocinio diuitias mihi augeas. Contra. Matt. 19. Excipitur sola causa fornicationis. Respondeo, Tunc debet dimitti, ne scandalum ad tempus extortum, sit in perpetuū Item super illud. Non est enim seruituti subiectus. Gl. Contumelia creatoris, soluit ius matrimonii, in eo qui relinquitur. Contra, Matrimoniū semper est inter duos, ergo in vtroq; soluitur vel in nullo. Respondeo, matrimonium soluitur ī vtroque, sed impedimentum ex matrimonio resultās, manet in discedente solum. Itē, Circuncisio nihil est. Cōtra, Circūcisio quidem prodest si legem obserues. Respondeo. ante Christum proderat, sed post non prodest. Item super illud, Vnusquisq; in qua uocatione Glo. ad salutem nihil prodest, vel obest iudaicus, vel gentilis ritus. Contra, Gal. 5. Si circundimini, Christus uobis nihil prodest. Responsio, Glo. loquitur de ritu conuersandi inter homines, non de ritu Deum colendi.

circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

LECTIO IIII.

SEruus uocatus es, non sit tibi curæ. Sed, & si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter, q libet vocatus est, seruus ē Christi. Pretio empti estis nolite fieri serui hominūm. Vnusquisq; ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.

LECTIO QVARTA.

SVperius ostendit, quod si infidelis coniux non discedat, fidelis debet patienter cōmanere. Primo, ad hoc allegando spem conuersionis infidelis. Secundo, permanentiam in statu propriæ vocationis. Tertio, exemplum in ritu cōuersationis, hic. Quarto allegat exemplum in statu conditionis. Vbi primo, ipsum exempli ponit. Secundo, rationē exempli subdit, ibi. [Qui enim in domino &c.] Tertio, ex hoc regulā generalē concludit, ibi; [Vnusquisque ergo &c.] In prima, primo proponit in aliquo statū seruilem. Secūdo, supponit libertatis possibilitatem, ibi. [Sed & si potes &c.] Tertio, horū præeminentiā ad salutem, ibi. [Magis utere.] Dicit ergo, [Seruus &c.] quasi dicat, Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Verbi gratia; [Seruus vocatus es,] ad fidem. s. Christi; [Non sit tibi curæ,] vt. s. velis seruitutem effugere. Vnde Onesymum seruum Phylemonis, qui ad eū confugerat, cum precibus remittit ad dominum, vt patet in Epistola ad Phylemonem, sed potius [si potes fieri liber,] maneas in seruitute, quia causa est humilitatis. Et sicut ait Ambros. Quanto quis despectior est in hoc seculo propter dominum, tanto magis exaltabitur in futuro. Greg. Quanto quis Deo pretiosior est: tāto propter eum vilior. Boetius, Cum omnis fortuna timēda sit, magis tamen prospera, quàm aduersa. Deinde cum dicit [Qui enim in domino vocatus est &c.] hic subdit rationem exempli. Et primo, ponit rationem exempli ex parte seruorum. Secūdo, ex parte liberorum, ibi. [Similiter qui liber est &c.] Et est ratio talis in generali. Seruitus & libertas sunt in domino ad salutem, sed solum debemus esse soliciti de pertinentibus ad salutē, ergo pro indifferenti debet esse nobis seruitus & libertas. Dicit ergo. [Qui enim in domino,] q.d. & uere non debes curare, etenim, pro quia, [Qui in domino,] idest, in fide domini; [Vocatus est seruus,] seruitute corporali; [Libertus est domini,] quia. s. a domino manumissus; liber est libertate spirituali, Est aūt libertus a seruitute liberatus, & talis a seruitute peccati a domino est liberatus: ideo domini libertus. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Deinde cū dicit, [Similiter qui liber uocatus est &c.] hic ponit rationem ex parte liberorum. Vbi primo tāgit in liberis cum seruis pro Christo debitam seruitutem. Secundo, seruitutis rationem, ibi. [Pretio empti.] Tertio, seruitutis obligationē, ibi. [Nolite &c.] Dicit ergo, [Similiter &; Qui liber uocatus est,] libertate corporali; [Seruus est Christi,] seruitute spūali. Ro. 1. Paulus seruus Christi Iesu &c. quia siue seruus, siue liber, omnes tamen serui, & hoc institū est, qa [pretio empti estis.] Hoc dicitur, quia pretio inestimabili sanguinis Christi. 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento, redempti estis de vestra uana conuersatione &c. Et quia tanto [Pretio empti estis, nolite fieri serui hoium,] postponendo seruitiū Dei, & uos humanis superstitionibus occupando, hoc enim

F faciebant isti; Supra 1. Ego sum Pauli, ego autē Apollo; [Vnusquisque ergo, & circuncisus, & præputiatus, seruus & liber; [In quo] statu] Vocatus est frater,] idest, fidelis; [In hoc permaneat apud Deū,] scilicet obseruando diuina mandata. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matt. 24. Ergo si coniugatus vocatus est ad fidem, maneat coniugatus seruādo fidem.

LECTIO V.

DE virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorē, non peccasti, & si nupserit uirgo, nō peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.

LECTIO V.

A Principio hui⁹ c. egit de matrimonio, hic incipit pars secunda, in qua agit de virginitate. Vbi primo agit de uirginibus. Secundo, de uirginum custodibus, ibi; [Si quis aūt turpem se uideri existimat, &c.] In prima, primo ponit virginibus permanendi in virginitate consilium. Secundo, nubentibus dat bene uiuendi modum, ibi; [Hoc itaque dico fratres, &c.] Tertio, ostendit, quòd magis expedit seruare continentiæ propositum, ibi: [Volo autem vos sine solicitudine esse, &c.] In prima parte virginitatem consulit & laudat. Secundo, matrimonium iam cōtractū concedit & approbat, ibi; [Alligatus es vxori, &c.] Tertio, matrimonium contrahendum defendit, & a peccato excusat, ibi; [Si aūt acceperis vxorem, &c.] In prima dicit duo de uirginitate. Primo, q non est seruanda ex præcepto. Secundo, q est seruanda ex consilio, ibi: [Consilium autem.] Vbi ponit duplicem rationem, quare istud consilium est seruandum. Prima est consiliarii authoritas. Secunda rei consultæ dignitas, ibi. [Existimo enim hoc bonum.] Dicit ergo. [De virginibus, &c.] quasi dicat, de coniugatis, non separandis præceptū Dei est: [De virginibus aūt præceptum Domini non habeo,] vt. s. contineant vel ut nubant. Quod enim de hoc dixit dominus Matt. 19. dixit consulendo, Qui potest, inquit, capere capiat. Virginitas autem sm Aug. res est non præcepta: suaderi potest, imperari non potest. [Consilium autem do,] scilicet de continendo, consiliū mihi a spiritusancto inspiratum. Thob. 4. Consilium semper a sapiente perquire [Consilium,] inquam, [do,] & hoc: [Tanquam consecutus a dño misericordiā,] i. apostolatum mihi misericorditer cōcessum. [Consecutus] inquam, ad hoc; [Vt sim fidelis in dispensatione mihi credita. Vnde credendū, est mihi in consiliis.

I Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus. Haymo, Quia ei mandatum fuit ut esset fidelis consiliator, non debuit consilium indigētibus abscondere, & est argumentum, q est acquiescendum consilio prælati. Deinde cum dicit: [Existimo ergo &c.] hic tangitur dignitas eius, quod consulitur: & hęc duplex. Vna quia expediens bonum, secunda quia honestum, ibi; [Quoniam bonum est, &c.] Dicit ergo: [Existimo, &c. quasi dicat, quia fidelis consiliarius sum: [Existimo ergo hoc bonū esse.] s. manere in uirginitate, & hoc: [Propter instantem necessitatem] coniugium. s. vitandū, quia multæ necessitates instant, Vnde dicuntur esse in mola Luc. 17. Vnde uulgariter dicitur, q matrimonium habet magnos: [Existimo,] inquā, & uere, [Quia : bonū est homini sic esse] s. in uirginitate. Bonum. s. honestum propter puritatē, delectabile propter libertatem, utile propter mercedē, quia ei debetur aureola, & fructus cētesimus. Luc. 8. Augu. in Glo. Superegreditur virginitas conditionē humanæ naturę, per quā homines angelis assimilantur. Maior tamen victoria virginum, quàm angelorū.

K Angeli enim sine carne uiuunt, Virgines aūt in carne triumphant. Deinde cum dicit: [Alligatus es uxori, &c.] hic matrimonium contractam concedit, & approbat. Vbi primo dicit, q coniugatus non debet quærere diuortium. Secundo, consulit, quòd solutus non quærat coniugium, ibi : [Solutus es ab uxore, &c.] Dicit ergo : [Alligatus, &c.] q.d. licet continere sit bonum, tamen [Alligatus es uxori, noli quærere solutionem,] maxime si bona est Eccles. 7. Noli discedere a muliere sensata. Et dicit alligatus quasi duplici uinculo ligatus, scilicet consensu per matrimonium initiatum, & copula carnali per matrimonium consummatum. Si enim tantum uno uinculo, scilicet solo consensu ligatus esset, posset quærere solutionem, scilicet, intrando religionem : [Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem.] si potes cōtinere, quia sicut

sicut dicunt apostoli Matth. 19. Si ita est causa hominis cū vxore, non expedit nubere. Deinde cum dicit; [Si aūt acceperis &c.] hic excusat matrimonium contrahendum, a peccato. Vbi primo ostendit, q matrimonium potest contrahi sine peccato. Secundo quòd leuius est esse sine coniugio, ibi; [Tribulationem tū &c.] In prima primo ponit veritatē de non virgine. Secūdo de uirgine, ibi; [Et si nupserit &c.] Dicit ergo, si aūt solutus es; [Noli quærere vxorem. Si autem acceperis uxorē,] s. bono fine, non ad explendam libidinis; [Non peccasti.] hic aūt est argumentum euidens contra hæreticos, qui contemnunt matrimonium, de quibus 1. Timo. 4. Prohibentes nubere; & similiter, [Si nupserit uirgo,] non uirgo Deo dicata, quia secundum Hiero. vouentibus uirginitatem non solū nubere, sed etiam uelle nubere peccatum est; [Non peccauit,] s. nubendo; alioquin peccasset beata uirgo, cum desponsata esset Ioseph, [Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.] s. cōiugati. i. afflictionem pro rebus necessariis procurandis & sibi & filiis suis & aliis. Vnde leuius est esse sine coniugio; [Ego autem vobis parco] q.d. consulo euitare coniugium, quid tamen concedo parcendo infirmitati uestrę. Vel sic, [Ego aūt uobis parco] in hoc, q consulo cauere tribulationes carnis. Notandum est hic, q sancta uirginitas magnum bonum est propter multa, primo quia carnis munditiam conseruat. Apocal. 14. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati, uirgines enim sunt &c. Sicut bonū est sal, quia conseruat carnem a corruptione. Secundo quia animam decorat & ornat. Vnde frequenter in scriptura iūgitur uirgo pulchra. Sap. 4. O quàm pulchra est casta generatio cū claritate. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. Tertio quia angelis cęli assimilatur, sicut dicit hic Glo. Et Matth. 22. In resurrectione, neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Hier. In carne præter carnem uiuere &c. Quarto, quia Christo despōsat. 2. Cor. 11. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Quinto, quia iungit & approximat Deo Psal. 44. Adducentur regi uirgines post eam. Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Hiere. 3. Dux uirginitatis meæ tu es. Sexto, quia cæteris statibus præponderat. Eccl. 26. Non est digna pōderatio animæ continentis. Infra eodem. Qui matrimonio iungit uirgines benefacit, & qui non iungit, melius facit. Septimo, quia odorem bonę famæ spirat. Luc. 1. dicitur, Et nomen uirginis Maria. Cāt. 2. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias Ierusalem. Octauo quia ad nuptias æternas inuitat. Matth. 25. Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: sed heu, quia ad conseruandum difficiles. Ideo Eccles. 42. Filia patris abscondita est &c. Et hoc, quia diabolus suggerit contrarium. Corruptio inclinat ad actum, pulchritudo allicit ad consensum.

LECTIO VI.

HAEC est secunda pars, ubi nubentibus siue nuptis, ostendit bene uiuendi modum, docens primo, qualiter utantur uxoribus. Secundo, qualiter fortunæ casibus siue euentibus, ibi; [Et qui flent &c.] Tertio qualiter mundi rebus siue possessionibus, ibi. [Et qui emunt &c.] Quarto subdit rationem in his ammonitionibus, ibi, [Præterit enim figura.] In prima implicat tria. s. authoritatem consiliarii, [Hoc itaque dico &c.] Necessitatem consulendi, [Tempus breue est &c.] Formam consilii, [Reliquum est & c.] Dicit ergo [Hoc itaque. [q.d. quia non est peccatum nubere, [Hoc itaque dico fratres] sic coniugii, [Tempus breue est,] quo. s. non generatione carnali propagandus est populus Dei, sed regeneratione spirituali colligēdus. sm Glo. & quia tempus breue est, [Reliquum est,] idest, hoc solum restat agendum, [Vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes,] studendo seruitio Dei, non aūt operi carnali, debitum, s. exigendo.

E Vnde dicitur, [Sint tanquam non habentes,] non dicit, tanquā non habēt, sicut erant antiqui patres, propter quod dicit Aug. † q celibatus Ioannis, non præfertur coniugio Abrahæ, sed hodie faciunt econuerso, quia qui non habent, sunt tanquam habētes. Est autem notandum quòd tanquam non habens uxorem, est qui uel uxori debitum reddit nec exigit, uel propter infirmitatē uxorem ducit. dolens quòd sine ea esse nequit. Vel pari affectu continentiam custodit. Vel causa generandæ prolis ad cultum Dei uxorem propriam cognoscit, [Et qui flent] pro casibus coniugii, uel pro aliqua tristitia seculi, [Sint non flentes,] Consolati, scilicet spe appropinquantis boni futuri. Prouerb. 12. Non

A contristabit iustum quicquid ei acciderit; [Et qui gaudent] pro aliqua prosperitate seculi: [Tanquam non gaudentes,] sed tanquam in timore existentes imminentis mali periculi. Ecclesiast. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Deinde cum dicit; [Et qui emunt,] hic ostendit qualiter utantur mundi rebus siue possessionibus. Et primo, qualiter uti debeant acquirendis. Secundo, qualiter acquisitis, ibi; [Et qui utuntur, & cæt.] Dicit ergo; [Qui emunt tanquam non possidentes,] id est, post hæc terrena non sedentes,

LECTIO VI.

HOc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habent vxores, tanquam non habentes

scilicet supple non apponendo cor rebus perituris. Psalm. 61. Diuitię si affluant, nolite cor apponere. Ezechi. 7. Qui emit non lætetur & qui uendit, nō lugeat. Et ut vniuersaliter colligam; [Qui utuntur hoc mundo,] idest rebus mundanis, non dico fruuntur, ut mali qui de eis malum faciunt finem, qui dicunt Sapien. 2. Fruamur bonis quæ sunt, idest præsentibus. Sed qui utuntur eis ad finem debitum referendo, sint; [Tanquam non vtātur,] idest, non adhæreant eis nimia delectatione. 1. Timoth. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Præter actum ergo coniugalem ponit quatuor differentias actuum circa solicitudinem mundanorum, scilicet flere, gaudere, emere, uti. Duo primi pertinent ad affectum, duo alij ad effectum. Ex humana vero solicitudine generatur duplex effectus, scilicet emendi respectu habendorum, & utendi respectu habitorum, & secundum hoc ponit Apostolus consilium temperantiæ in his quatuor actibus, Deinde cum dicit; [Præterit enim figura, & cæt.] hic subdit rationem prædictarum ammonitionum, quæ talis est, Transitoria sunt reputanda quasi non sint, sed talia sunt mundana peritura. ergo quasi non sint, sunt reputanda: & hoc est, quod dicit,

C quòd ideo mundana quasi non sint, extimanda sunt, quia; [Præterit figura,] id est exterior pulchritudo, uel quod est ibi fragile conueniens statui fragilitatis. Transibunt enim qualitates mortales, & remanebunt immortales. Ideo transibit mundus & concupiscentia eius. Omnia notanda, quia figura non substantia, mundi, non paradisi, præterit, non sistit. Hic quæritur super illo, si potest fieri liber. Glo. Quanto quis propter Deum despectior est in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Contra: ergo magis exaltabitur bonus subditus, quàm bonus prælatus. Respondeo, Glo. intelligenda est cæteris paribus. Item super illud, Vnusquisque, in quo uocatus est. Glo. statu. Contra; ergo qui uocatus est in statu seculari, non debet intrare religionē. Respondeo, Apostolus loquitur de statibus promouentibus ad salutem, non de impedientibus. Item super illud, Existimo hoc bonum esse Glo. Maior est uictoria uirginum, quàm angelorū. Contra: ergo maior corona, ergo homines erunt maiores angelis, non solum æquales. Respondeo: maior extensiue, id est multiplicatiue, quia habent aureolam non solum auream. Item super illud, Bonum est homini sic esse Glo. in uirginitate. Contra, Gen. 1. Crescite & multiplicamini: uirginitas autē contraria est huic præcepto. Rñdeo. Illud præceptum non est perpetuum, sed datum usque ad tempus sufficientis multiplicationis humani generis. Item super illud. Qui habent uxores, Glosa: beatiora coniugia iudicanda sunt, quæ prole concepta, pari consensu continentiam seruare potuerunt. Contra unū quodque tanto beatius est, quanto magis conuenit fini suo: finis autem coniugij est generatio prolis. Rñdeo. expone coniugia idest coniuges. Vel dicendum est, quòd ille non est ultimus finis coniugij, sed adimpletio numeri electorum, qui citius implerētur, si omnes continerent. Item super illud, Præterit figura huius mundi. Glo. In iudicio mundanorum ignium flagratione huius mundi peribit, non substantia, sed figura. Contra 2. Pet. 3. Per quem cœli magno impetu transient. Respondeo: ille transitus & illa solutio accidentalis est, non substantialis, idest secundum qualitatem, non secundum substantiam.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO VII.

Superius dedit primo virginibus consilium continendi. Secundo nubentibus documentum bene uiuendi. Hic tertio ostendit, quòd magis expedit tempus continendi. Et hoc ostendit, primo ratione maioris tranquillitatis. Secundo ratione maioris sãctitatis, ibi; [Et mulier innupta, &c.] Tertio ratione maioris vtilitatis, ibi; [Porro hoc ad vtilitatem vestrã, &c.] Prima ratio talis est, Tranquillitas in amore solius Dei præferenda est solicitudini mũdanorum: sed continẽtes habent tranquillitatem, coniugati solicitudinem mundi. ergo status continentiũ præferendus est statui coniugatorum. Primo ergo dehortatur solicitudinem mundi. Secundo subdit, ꝙ continentes non sunt soliciti nisi in his, quæ sunt Dei; ibi, [Quoniam qui sine vxore, &c.] Tertio ostendit, quòd coniugatos oportet esse solicitos in his, quæ sunt mundi, ibi; [Qui autem cum vxore, &c.] Dicit ergo, [Volo autem.] quasi dicat. Si nubitis, prædicta facere cõsulo: sed magis; [Volo uos esse sine solicitudine] rei vxoriæ. Phil. 4. Nihil soliciti sitis. Nota, quòd dehortatur nos scriptura a solicitudine triplici, scilicet circa mulierem, ut hic; [Volo vos sine solicitudine esse,] circa ventrem. Matt. 6. Ne soliciti sitis animæ uestræ, &c. Circa bursam, Prouerb. 11. Expectatio solicitorum peribit. Et rectè hoc volo, quia; [Qui sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt,] vt complaceat ei. Non enim habet excusationem illorum, qui dicunt Luc. 14. Vxorem duxi, & non possum venire: [Solicitudo,] inquam, scilicet; [Quomodo placeat Deo,] interiori scilicet pulchritudine sua. Felix cuius uotum est uxorem fugere, cuius solicitudo est domino seruire, cuius intẽtio est Deo placere. Deinde cum dicit; [Qui autem cum vxore est, & cæt.] hic ostendit, quomodo coniugatos oportet esse solicitos in his quæ sunt mundi, vbi implicantur quatuor grauia. Primo vinculum coniugale, ibi; [Qui cum vxore est.] Studium mundiale, ibi: [Solicitus est.] Subiectio vxoris, ibi; [Quomodo placeat.] Operis diuisio, ibi: [Et diuisus est.] Dicit ergo: [Qui autem cum vxore est,] scilicet in matrimonio: [Solicitus est quæ sunt mundi,] i. de regimine familiæ, & huiusmodi. Vnde Iacob acceptis uxoribus ait, Genes. 30. Iustum est ut aliquando prouideam domui meæ, idest, solicitus sim, quomodo placeam uxori. Et hoc sine põt se licite ornare. Nam secundum Glo. Magna amaritudo in domo est vxor tristis: & talis diuisus est nõ natura, sed actu, s. diuisione officij, non intentionis principalis, unde Gl. Partim seruit Deo, partim mundo. Deinde cum dicit: [Et mulier innupta, &c.] hic ponitur secũda ratio probans, quòd magis expedit seruare propositum continentiæ, quàm nubere, ratione maioris sanctitatis: & est ratio sua talis. Continens studet sanctitati, & diuinitati, & amori Dei: nupta uero mundo. ergo illa præferenda est isti. Primo ergo tangit studium innuptæ, quia cogitat totaliter placere Deo. Secundo studium nuptæ, quia cogitat partim placere mundo, ibi: [Quæ aũt nupta est.] In prima implicat tria, s. continentium statum, cogitatum, & fructum. Statum honestum, quia innupta: & uirgo, cogitatum rectum, quia: [Cogitat quæ domini sunt:] multiplicatum fructum, quia: [Vt sit sancta, &c.] Dicit ergo, Et similiter: [Mulier innupta,] idest uidua: [Et uirgo cogitat,] idest maiorem habet facultatem cogitandi: [Quę domini sunt,] idest spiritualia & æterna. [Cogitat,] inquam, [Vt sit sancta,] magis quàm nupta. Multæ enim nuptæ sunt sanctæ. Augustini de bono con-
Cap. 11. iug. Ampliorem non nuptarum & in corpore, & in spiritu sanctificationem intelligi uoluit, non tamen nuptas omnino sanctificatione priuauit. [Sancta,] inquam, [Corpore,] i. corporalibus actionibus: [Et spiritu,] idest, spiritualibus actionibus. Vel: [Sãcta corpore,] cõtra uitia carnalia: [Et spiritu, cõtra spũalia. Deinde cũ dicit, [Quę aũt nupta est,] hic tãgit solicitudinẽ nuptarũ, ubi implicat tria. Primo, coniugiũ: secundo solicitudinem, ibi: [Cogitat quæ &c.] tertio coniugij studiũ, ibi: [Qũo placeat &c.]

sint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes: & qui emunt, tanquàm non possidentes. & qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non vtantur. Prætereit enim figura huius mundi.

LECTIO VII.

Volo aũt uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ domini sunt, quõ placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori & diuisus est. Et mulier innupta, & uirgo, cogitat q̃ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quę sunt mũdi, quõ placeat uiro. Porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciã: sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedi-
G mento dominum obsecrandi.

F Dicit ergo [Quæ autem nupta est, cogitat quæ mundi sunt,] scilicet, de cura filiorum, de regimine domus, & huiusmodi. Vnde parentes monuerũt Saram honorare socerum, diligere maritum, gubernare domũ &c. Tob. 10. [Cogitat inquam, quomodo placeat viro: vnde hoc sine ornantes se non peccant: ueruntamen magis debent studere ei placere ornatu morum, quam vestimentorũ. Timo. 2. Mulieres in habitu ornato ornãtes se, non in tortis crinibus, auro &c. Deinde cum dicit; [Porro hoc ad vtilitatem &c.] hic allegat tertiam rationem, s. maiorem utilitatem, & est ratio talis. Illud quod est utilius magis expedit: sed continere est utilius quã nubere. ergo magis expedit eligere continẽtiam quã nuptias. Primo ergo ostendit, quòd utile est continere. Secundo, quòd honestum est, ibi, [Sed ad quod est honestũ &c.] Tertio, quòd facultatem, ibi. [Et quod facultatem &c.] Dicit ergo, [Porro &c.] q.d. consulo nubere, [Porro hoc ad utilitatem uestram,] maiorem, scilicet [Dico,] vt expeditius Deo seruiatis: quia sic mortificatur caro quæ est inimica spiritui.
H Aug. de uerb. domini. Sicut inimicus occisus non facit tibi iniuriam: sic caro mortificata non turbat animam. [Dico,] inquam, [Non ut laqueum] fornicationis, scilicet incontinentibus [Vobis iniiciam] aliquid difficile super hoc faciendo: imo potius laqueus poneretur si consuleret nubere: quia de muliere dicitur Eccl. 7. Quòd laqueus venatorum est, sed potius intendens inducere omnes ad [Id quod honestum est,] scilicet ad sanctitatem corporis & animæ, non quia coniugalis status non sit honestus, sed quia minus honestus. Aug. de bono vid. Non matrimonium turpe demonstrauit, sed ꝙ honestius erat generalis honesti nomine commendauit, Et monens ad illud [Quod facultatem prębeat] aliter obseruandi se in domino, i. ad seruitium domini, & hoc [Sine impedimento,] ꝙ est in coniugio. 2. Cor. 11. Despondi uos uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo. Vere eligendus est status continentiæ, ubi maius cõmodum: quia hoc ad utilitatẽ, ubi minus periculũ: quia non ut laqueum, maior honestas; quia id qđ honestum,
I liberior facultas seruiendi Deo, quia facultatẽ præbet &c. Notandum est hic, ꝙ multiplex solicitudo est bona. Prima prælationis, sicut nauta solicitus est de regimine nauis, pater de filijs; Ro. 12. Qui preest, in solicitudine. Secunda, prædicationis, sicut pedagogus solicitus est de puero, doctor de discipulis. 1. Thess. 2. Fiduciam habuimus loqui ad vos uerbum Dei in multa solicitudine. Tertia, dilectionis, sicut amicus uerus solicitus est de conseruatione amoris, Ephe. 4. Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis &c. Quarta, compassionis, sicut uir misericors solicitus est de egenis & afflictis. 2. Tim. 1. Cũ venisset Romã, solicite me quæsiuit, & inuenit. Quinta, deuotionis, sicut seruus solicitus est de placendo domino, religiosus Deo. Mich. 6. Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonũ, Et post: solicite ambulare cũ Deo tuo. Sexta, circũspectionis, sicut speculator est de castro custodiendo. Deut. 4. Custodite animas uestras solicite. Corpus. n. cum organis, animæ cum potẽtijs, quoddã castrũ est. Septima, actionis, sicut agricola solicitus est de opere perficiẽdo. Luc. 10. Martha Martha solicita es. 2.
K Tim. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Octaua, prouisionis, sicut dispensator de domo, mercator de cõputo, pauper de pane quærendo, Rom. 12. Solicitudine non pigri.

LECTIO. VIII.

Siquis autem turpem se videri existimat super uirgine sua, quòd sit super adulta, & ita fieri oportet, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus

LECTIO VIII.

Superius egit de uirginibus, hic agit de uirginum custodibus ostendens primo, ꝙ licet eis uirgines suas cõiugio copulare. Secundo, ꝙ non similiter nuptis licet, nisi post mortẽ uiri contrahere, ibi. [Mulier alligata est &c.] In prima, primo ostendit ꝙ custos potest dare uirginem suam in coniugio. Secundo, ꝙ non peccat hoc faciendo, ibi. [Nec peccat, si nubat &c.] Tertio, ꝙ et bene facit seruando, ibi. (Nam qui statuit, &c.) Quarto, ꝙ licet utrunque sit bonum, tamen hoc est melius illo. ibi. [Igitur & qui matrimonio &c.] In prima, primo supponit in uirgine ætatẽ nubilem

Se-

Secundo voluntatem nubendi, ibi; [Et ita oportet fieri, &c.] Tertio dat nubendi licentiam, ibi. [Quod vult faciat, &c.] Dicit ergo, [Si quis autem, &c.] q.d. esse sine coniugio, honestius est & expeditius. Sed tamen [Si quis turpem se videri existimat,] apud iudicium hominum [Super virgine sua,] timens ne corrumpatur, eo; [Quod sit superadulta,] idest, vltra pubertatem, & iam in nubilib. annis; [Et ita oportet fieri] vt nubat, quia nõ vult continere [Quod vult] virgo; [Faciat] custos. Eccl. 7. Trade filiam tuam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Nec [peccat] custos; [Si nubat] virgo: hoc ideo dicit secundum Glos. ne etsi virgo non peccet, custos videatur peccare. Aug. de bono vid. Quę si non continet, nubat. Quę non cœpit, deliberet: Quę egressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, sed falsa retrahatur oblatio. Deinde cum dicit [Nam qui statuit, &c.] hic ostendit, quòd custos virginis benefacit eam in statu virginali seruando: vbi implicatur quadruplex cõditio ad hoc expediẽs. Prima, ꝙ custos; [firmus] sit in proposito eam virginem custodiẽdi. Secunda, quod non timeat de casu virginali, ibi. [Non habens necessitatem, &c.] Tertia, ꝙ cognoscat in virgine propositũ continendi, ibi. [Potestatem aũt habens, &c.] Quarta, ꝙ hoc faciat ex deliberatione, ibi. [Et hoc iudicauit.] Dicit ergo, [Nã qui statuit,
C &c.] quasi dicat, ideo aũt dico, ꝙ non peccat qui tradit virginem nã de alio qui seruat eã, patet, ꝙ bene faciat. [Nã qui statuit in corde seruare virginem suã, firmus] in proposito suo, non curans sobolẽ, uel aliud huiusmodi; [Non habens necessitatẽ] tradendi eã, cũ uirgo velit continere; [Potestatem autem habẽs,] sm alumnæ continentiã; Voluntatis suæ perficiendæ, [Et hoc iudicauit in corde suo,] i. ex iudicio rationis, non ex leuitate mentis discernit esse bonum. 1. Tim. 5. Sine præiudicio nihil facias, iudicauit inquam; [Seruare virginẽ suam.] Ambros. super hunc locum. Non ingerens ei fomitem nuptiarum. Eccl. 7. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum. Qui facit inq̃ sic; [Bene facit.] Deinde cum dicit [Igitur & qui matrimonio, &c.] hic ostendit, ꝙ licet vtrumque sit bonum, tamen uirginitas est melior matrimonio. Vbi primo approbat statum coniugalem. Secundo, præponit statum virginalem, ibi. [Qui non iungit, &cæt.] Dicit ergo [Igitur & qui, &cæt.] quasi dicat, quia oportet fieri ut diximus; igitur, [Et qui matrimonio
D iungit uirginem, bene facit,] quia licitum est quod facit, [Et qui non iungit,] cum uirgo acquiescat continere; [Melius facit.] Glos. melius facit, qui apud Deum meritum suum collocat & a solicitudine liberat eam. Melius est enim quod licet & expedit, quàm quod licet & non expedit. Hic enim bene vtitur malo, ibi vero bene utitur bono. Bene utitur quis bono, continentiam dedicans Deo. Male utitur quis bono, continentiam dedicans idolo. Male utitur quis malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bene utitur malo, concupiscentiam restringẽs connubio. Bonum est pudicitia coniugalis, sed melius est continentia uirginalis, uel vidualis, secundum Glos. Deinde cum dicit [Mulier alligata est legi, &cæt.] hic ostendit, quòd non similiter coniugata, nisi uiro mortuo, potest contrahere. Vbi primo ostendit, quòd coniugata non potest nubere uiro uiuente. Secundo, quod uiro mortuo, potest alij nubere, ibi; [Quod si dormierit, &cæt.] Tertio, quod melius est illi continere, ibi; [Beatior autem erit, &c.] Quarto, quod debet consilio eius credere, ibi; [Puto
E autem quod & ego, &c.] Dicit ergo; [Mulier alligata est, &c.] quasi dicat, Qui non iungit uirginem suam, melius facit. Et uere melius, quia; [Mulier alligata est, &c.] Vel sic, uirgo quocunque tempore potest nubere, sed uxorata non, quia: [Mulier alligata est legi,] ita ut non possit nubere alteri: [quanto tempore uir eius uiuit.] Roman. 7. Quæ autem sub uiro est mulier, uiuente uiro est alligata legi uiri. Deinde cum dicit; [Quod si dormierit,] somno mortis. De qua dormitione, Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. [Vir eius, &c.] Aug. non dicit primus, secundus, uel tertius, uel quartus, uel quousque licet. Nec nobis diffiniendum est, quod non diffinit Apostolus. Vnde nec vllas nuptias debeo damnare, nec eis uerecundiã numerositatis afferre; [Si dormierit,] inquã,

non habens necessitatem, potestatem aũt habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi q̃to tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est a lege. Cui aũt vult, nubat tantũ in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundũ meũ consilium. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.

A [Liberata est a lege viri,] vnde permittitur ei nubere. Hic patet, quod resurgenti non tenetur copulari; [Sed cui vult nubat.] Inuitæ. n. nuptiæ solent habere malos prouẽtus, ideo dicitur Gen. 24. Vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius: [Nubat] tamen; [tantum in domino,] idest, viro suæ religionis: nam in dispari cultu prohibitum est in lege matrimonium. Deuteron. 7. Per hanc licẽtiam Apostoli renocatæ sunt omnes pœnæ, & infamiæ, quæ secundum leges infligebantur olim mulieri secũdo nubenti, infra tempus luctus scilicet, intra annum. Ergo in nuptijs exigitur personarum legitimitas, vnde dicitur [libertas est] cõsensus libertas: vnde addit, [Cui vult nubat,] Cultus paritas, vnde subdit; [tantũ in domino.] Deinde cum dicit; [Beatior autẽ erit, &c.] hic ostẽdit, quòd melius est illi continere quàm nubere, dicens, quàmuis liceat ei nubere: [Tamen beatior erit si sic permanserit,] scilicet innupta. Et hoc; [est cõsilium meum] supra eodem datum: habebit enim fructum sexagesimũ, qui debetur viduis. Matth. 13. Aug. satis ostendit beatam esse post A. de bono
mortem uiri, & secundo nubentem, sed beatior est nubens. Dein- viduit. c. 4.
de cum dicit; [Puto autem quòd & ego, &c.] hic vltimo ostendit, quòd debent consilio eius credere, quia inspirante Spiritusancto
C hoc consuluit. Et hoc est quod dicit; [Puto autem, &c.] q.d. faciendum est, [secundum consilium meum,] quia, [Puto quod & ego] sicut cæteri apostoli: [Spiritum Dei habeam.] Ro. 8. Sed & nosipsi primitias spiritus habentes, &c. Hoc ergo consilium debet impleri, & propter fructum sequẽtem, [quia beatior erit, & propter consulentis authoritatem, [quia secundum consilium meum,] & propter spiritum Dei inspirantem, [quia puto,] & c. Hic quęritur super illo uerbo, Volo uos sine solicitudine esse. Cõtra, Rom. 12. Solicitudine non pigri. Responsio, Ibi loquitur de solicitudine spirituali, hic de temporali. Item super illo, Diuisus est. Contra, Oseæ 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Responsio, Ibi loquitur de diuisione intẽtionis principalis, hic de diuisione actionis. Item Glo. ibidem, partim seruit Deo, partim mundo. Cõtra. Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Responsio. Verũ est ita quòd æqualiter seruiat utrique in eo quòd duo, id est contrarij sunt. Item super illud, Mulier innupta cogitat quæ domini
D sunt, Glo. non cogitat, ne damnetur a Deo. Contra, damnari potest, ut patet in parabola de fatuis uirginibus. Responsio, non cogitat hoc solum, sed cum hoc etiam ne offendat sponsum. Item super illud, Vt sit sancta corpore & spiritu. Glo, non potest fieri, ut non sit sanctum corpus, quo vtitur sanctificator spiritus. Contra, Spiritussanctus usus est lingua Caiphæ non sancta Ioan. 11. Responsio, utebatur ea ut spiritus, non ut sanctificator. Item. Sed ad id quod honestum est. Contra, ergo matrimonium turpe. Responsio, secundum Glo. Positiuum posuit pro comparatiuo. Item super illud, Qui non iungit melius facit. Glo. hic scilicet in coniugio bene utitur homo malo. Contra, cuius usus bonus est, ipsum quoque bonum est. Responsio, illud intelligitur de usu rei per se, scilicet ad quem ordinata est, non per accidens scilicet ad quem ex prudentia utentis ordinatur. Item Glo. ibidem, Melius est bene uti bono, quàm bene uti malo. Contra, hoc difficilius illo. Responsio, loquitur hic de malo uitij, non supplicij. Item super illo uerbo in Glo. duæ permissæ. Contra, ergo duæ nuptiæ non sunt
E a Deo. Responsio, Non ex eo quòd duæ, nisi ex consequenti. Itẽ. Si dormierit uir, quid dicendum est si resuscitatur? Responsio, requiritur consensus nouus ad hoc, quòd sit matrimonium. Item super illud, Puto quòd spiritum Dei habeam. Contra, Rom. 8. Certus sum, quòd neque mors, neque uita, &c. Responsio, secundum Glo. non dicit hoc dubitando, sed quasi increpando.

CAP. VIII. LEC. I.

De his aũt q̃ idolis sacrificãtur, scimus qm oẽs sciẽtiã habemus. Sciẽtia inflat, charitas vero ædificat. Si quis aũt se existimat scire aliquid, nondũ cognouit quemadmodũ oporteat
B eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis aũt quæ idolis immolãtur, scimus quia nihil est idolũ in mundo, & ꝙ nullus Deus nisi unus. Nam & si sunt qui dicantur Dij, siue in cœlo, siue in

LECTIO PRIMA.

Excluso errore circa correctionem criminum. capit. 5. & 6. Item circa uirginitatem, & matrimonium. cap. 7. hic excludit errorem circa esum, & abstinentiam ciborum capit. isto, 9. & 10. loquens de his quæ idolis immolabantur, a quibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamuis in se licitis, abstinere monet. Primo allegando eis scandalum infirmorum. cap. 1ſto. Secundo, exemplum sui, qui propter alios abstinet a receptione sumptuum licitorum. cap. 9. Tertio, exemplum prænæ Iudæorum post tanta beneficia Dei in deserto prostratorum, cap. 10. Ergo propter scandalum proximi exemplo Apostoli non propter timorem supplicij debemus abstinere a cibis aliquando licitis. In primo ostendit, quòd in se licita est comestio idolotitorum. Secundo, monet nihilominus abstinere propter scandalum fratrũ infirmorum, ibi: [Videte ne forte, &c.] In prima, primo proponit, quòd maiores eorum habent scientiam de idolotitis. Secundo, ostendit qualem scientiam habent de eis, ibi, [De esc̃is autem quæ idolis immolantur, &c.] Tertio, q̃ quidam infirmi hac scientia carent, ibi: [Sed non in omnib. est scientia, & cæt.] Quarto, q̃ alij coram eis idolotita edere non debent, ibi. [Esca autem nos non commendat Deo.] In prima, primo dicit, q̃ de idolotitis scientiã habent. Secundo, q̃ eam sine charitate inutiliter habent, ibi, [Scientia autem inflat, &c.] Tertio, ostendit a quibus habeatur hæc scientia insufficienter, ibi; [Siquis autem existimat.] Quarto, a quib. sufficienter, ibi: [Siquis autem diligit, &c.] Dicit ergo; [De his autem, &c.] quasi dicat: de prædictis quæsiuistis a me, s. de pertinentibus ad matrimoniũ: de alijs autem ut de immolatis idolo non fuit necesse quærere: quia omnes scitis super hoc veritatem: & hoc est, quod dicit. [De his autem quæ idolis sacrificantur, an liceat edere vel nõ: [Scimus,] ego & vos, quòd liceat ea comedere, secundum illud ad Titum 1. Omnia munda mundis: [Scimus quia omnes scientiam habemus,] ego, s. & uos perfecti inter alios, s. scientiam de creatore, & creaturis, & ideo minus excusabiles si male facimus. Deinde cum dicit: [Scientia autem inflat, &c.] hic ostendit, quomodo sine charitate, scientiam inutiliter habent. quasi dicat. Habetis quidem scientiam, sed non ualet uobis, quia inde superbitis contra ignaros: [Scientia,] autem si sola est, [Inflat.] Eccle. 1. In multa sapientia multa est indignatio. Act. 26. Multæ literæ te faciunt insanire. Hæc enim fuit plaga Aegyptiorum, id est, sapientium huius mundi, ueficæ turgentes. Exod. 9. [Charitas uero ædificat,] infirmos, quæ quod eis obesse potest, dimittit, quia non quærit quæ sua sunt. Vnde addenda est scientiæ charitas. Aug. † Addite ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia. Per se quidem est inutilis, ex charitate uero utilis. Philosophus, Scire aut nihil, aut parum prodest ad uirtutem. Deinde cum dicit: [Siquis autem existimat, &cæt.] hic ostendit, a quibus hæc scientia habetur insufficienter, quia ab illis, qui ea utuntur in nocumentum proximi: & est sua ratio talis: Quicumque habet scientiam, & non modum utendi ea, habet scientiam insufficienter: sed qui habet scientiam sine charitate, est huiusmodi. ergo, qui habet scientiam sine charitate, habet insufficiẽter scientiam. Primo ergo supponit scientiam sine charitate. Secundo, ostendit insufficientiam talis scientiæ, ibi, [Nondum cognouit, &c.] Tertio, rationem insufficientiæ, ibi, [Quemadmodum oportet, &c.] Dicit ergo [Siquis autem &c. quasi dicat. Habetis scientiam, sed non sufficientem quia siquis vestrum; [Existimat se scire,] habens scientiam sine charitate, aliquid scit, scilicet, quòd liceat comedere idolotita, [Nondum tamen cognouit,] qa non se cognoscere facto ostendit, [Quomodo oportet eum scire,] id est, qualiter debeat uti scientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter, scilicet habere scientiam & uti scientia, sicut uidere, habere uisum, & uti uisu: Glo. Bernard. Hic non approbat Apostolus multa scientem, si modum sciendi nesciverit. Modus enim sciendi, est ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine scire, quæque oporteat; quo ordine, ut id prius, quod maturius ad salutem: quo studio, ut id ardentius quod efficacius est ad amorem: quo fine, ut non ad inanem gloriam vel curiositatem uelle aliquid, sed ad ædificationem tui, & proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, & curiositas est; quidam ut sciantur, & uanitas est, quidam ut scientiam uendant, & turpis quæstus est, quidam ut ædificentur, & prudentia est, quidam ut ædificent, & charitas est. Deinde cum dicit; [Siquis autem diligit, &c.] hic ostendit, a quibus hæc scientia habetur sufficienter, quia ab illis qui utuntur ea ex charitate. Primo ergo, supponit scientiam cum charitate. Secundo, ostendit sufficientiam talis scientiæ, ibi; [Hic cognitus est.] Dicit ergo; [Si quis &c.] quasi dicat. Ille perfecte nõ scit, qui nescit quẽ admodum oportet eum scire; [Siquis autem diligit Deũ,] & ita

Epist. 119.

Ethi. 2. c. 4.

terra, (siquidem sunt dij multi, & domini multi:) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo: & unusdominus Iesus Christus, per quẽ omnia: & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idoloritum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non cõmendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus.

F

cum scientia habet charitatem; [Hic cognitus,] idest approbatus est. [Ab eo,] nouit enim dominus, qui sunt eius. 2. Timot. 2. Vide talis uere scit Deo approbante, quia bene utitur scientia propter charitatem annexam. Notandum est hic, quod ad hoc q̃ aliquis sciat, quẽmadmodum oporteat scire, nõe sunt necessaria. Primo, humiliter sine inflatione, Phil. 4. Scio humiliari. Ps. 130. Si non humiliter sentiebã. Secundo, sobrie sine præsumptione. Supra primo. Non iudicet ui me scire. Rom. 12. Nõ plus sapere, quàm oportet. Tertio, certitudinaliter sine hesitatione. 2. Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum. Quarto, veraciter, & sine errore. 2. Timo. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes: Quinto simpliciter sine deceptione. 1. Timo. 6. Oppositione falsi nominis scientiæ. Sexto, salubriter cum charitate, & dilectione. Infra 13. Si habuero omnem scientiam, charitatẽ autem non habuero. Septimo, utiliter cum proximorũ ædificatione. Infra 12. Alij datur sermo scientiæ in eodem spiritu. Octauo, liberaliter cum gratuita communicatione. Sap. 6. Ponam in lucẽ sapientiã eius. Nono, efficaciter cum bona operatione. Sciẽti enim bonum, & non facienti, peccatum est illi. Iac. 4. Primum. s. humilitas scientiæ arguit sapientes superbos: sobrietas curiosos: certitudo dubiosos: veritas hæreticos: simplicitas aduocatos. salubritas magos: utilitas iniquos: liberalitas auaros: efficacia otiosos. Deinde cũ dicit [De esc̃is autem quæ idolis &c.] hic ostendit qualis scientiam habent de idolotitis, ostendens primo, q̃ sciunt idolũ nihil esse. Secundo, quod sciunt omnia a Deo esse, ibi. [Nam etsi sunt qui dicantur dii.] In prima, primo dicit idolum nihil esse. Secundo, iuxta hoc ad declarationem, ostendit Deum, non nisi unum esse, ibi. [Et quod nullus Deus &c.] Dicit ergo, [De esc̃is autem &c.] quasi dicat prædictis modis nõ ualet scientia, sed tamen [De esc̃is quæ immolantur idolis, [scimus scientia vera.] quod in se sunt licitæ, nec propter idolum sunt immundæ: & hoc quia [Idolum nihil est in mundo.] Hoc tripliciter exponit. Primo modo sic, [Idolum nihil est in mundo,] i. inter creaturas mundi, quantum ad formam idoli: licet. n. materia idoli sit aliquid, s. aurum, vel argentum, uel huiusmodi, tamen nil est forma, s. quæ creditur ibi esse ab idolatris, qui credunt idolum esse Deum. Es. 41. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, q̃ non est. Secundo modo sic, [Idolum nihil est,] s. persona subsistens ex simulachro, & spiritu præsidente. Ex istis. n. duobus nihil fit, sicut ab idolatris putatur. Hier. 10. Cõfusus est omnis artifex in sculptili, quia falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eo. Tertio modo sic; [Idolum nihil est in mundo,] i. nullius rei quæ sit in mundo habens similitudinem. Est. n. differentia inter idolum, & simulachrum, quia simulachrum dicitur, quod fit ad similitudinem rei alicuius naturalis: idolum ad nullius rei est similitudinem, ut si corpori humano addatur caput equinum. Es. 40. Cui similem fecistis Deum &c. Et scimus etiam [Quod nullus Deus nisi unus.] Deuter. 6. Audi Israel, dñs Deus tuus, Deus vnus est. Deinde cum dicit [Nam etsi sunt qui &cæt.] hic ostendit, sciunt omnia a Deo esse, non a dijs nuncupatiuis, uel adoptiuis, ut sunt idola, uel sancti, sed ab uno summo. Primo ergo dicit, quomodo põ intelligi Deorum pluralitas, scilicet per adoptionem uel nuncupationem. Secundo, q̃o est diuinitatis unitas, s. per essentiam: ibi [Nobis tamen vnus Deus &c.] Vbi primo, tangit unitatem in patre. Secundo, in filio, ibi [Et unus dominus &c.] In prima tangit tria, s. essentiam, quia unus Deus: personam, quia pater: potentiam, ex quo omnia: clemẽtiam, quia & nos in illo: similiter ista tangit in filio. Dicit ergo, [Nam etsi sunt, &c. [quasi dicat, & uere non est nisi vnus Deus.] Nam etsi sunt qui dicantur dij,] uere participatione diuinitatis ut sanctiPsalm. 81. Ego dixi dij estis, [Siue in cœlo,]ut sancti comprehensores, [Siue in terra,]ut sancti uia viatores. [Siquidẽ sunt dij multi] uere participatione diuinitatis ut sancti, & iusti dñi, apostoli, & prælati; [Nobis tñ &c.] A lio mõ legitur sic, [Nam & si sunt q̃ dicuntur dij,] a gentibus, s. falsa nuncupatione, [Siue in cœlo,]ut sol & luna; [Siue in terra,]ut Mercurius & Diana; [Siquidẽ sunt dij multi,] sola, s. nuncupatione, secundum gentiles, Psal. 95. Dij gentiũ dæmonia. [Et dñi multi,] qui aliis præsunt. [Nobis tamen tantum vnus est Deus] essentialiter; scilicet [Pater ex quo omnia] secundum naturam & per paternam authoritatẽ. Ro. 11. Ex quo omnia & nos in illo, per gratiã. Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus [Et unus] cũ prẽ Deus [Dñs Iesus Chrs.] Ioan. 10.

G

H

I

K

Ego

Ego & pater vnum sumus, [Per quem omnia,]s. facta sunt secundum naturam. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt; [Et nos per illum,]s. simus in Deo per gratiam. Roma. 1. Per quem accepi gratiam &c. ergo vnus est altissimus creator omnium omnipotens. Et his elicitur talis ratio: Nõ est nisi vnus Deus, qui fecit omnia: sed multa sunt idola, ergo non sunt Deus, q̃ fecit omnia, nec creditur aliquid. ergo nihil; [Sed non in omnibus est scientia.] Habito, q̃ maiores illorum habent scientiam de idolotitis, hic ostendit, quòd minores hac scientia carent. Vbi primo ostẽdit, q̃ in quibusdã defuit prædicta de idolotitis scientia. Secundo, q̃ propter hoc, esu. s. idoloritorum polluitur eorum conscientia. Vbi primo, tangit pollutæ conscientiæ rationem. Secundo, ipsam pollutionem, ibi; [Et conscientia ipsorũ, &c.] Dicit ergo, [Sed non in omnib. &c.] quasi dicat: hoc scimus nos, [quòd [Idolum nihil est,]sed in omnib.] ut in infirmis nõ [Est scientia] hæc, & uere [Non est in omnibus:] quidam tamen &c. Vel sic; [Nos scimus, quod idolum ni hil est in mundo. quidam. n. cum conscientia idoli,]quia, s. putant idolum aliquid diuinum esse; [Vique nunc,]i. post conuersionem sicut ante; [Mãducant idoloritum,]i. de sanctificatis idolis, & hoc non quasi cibum simpliciter, sed [Quasi idolotitum,]s. ad reuerentiam idoli. [Et conscientia illorum cum sit infirma, polluitur per illos,] s. qui habent reclam scientiam, sed non etiam charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducuntur. Deute. 27. Maledictus qui errare facit cęcum in itinere. Hic innuit, quod non eibus, sed conscientia polluitur per peccatum, comedendo ad exemplum malorum. Deinde cum dicit; [Esca autem non commendat, &c.] Hic quarto ostendit, q̃ coram eis idolotita comedere non debent. Vbi primo ostendit, q̃ huiusmodi comestio ni hil prodest apud Deum. Secundo probat, quòd non præstat aliquod bonum augmentum, ibi; [Neque. n. si non manducauerimus, &c.] Hic probat, quod proposuit, & est sua ratio talis: Non comedere idolotitum non diminuit bonum: comedere non auget: ergo talis esca sumpta, uel non sumpta nihil prodest apud Deum: & hoc est, quod dicit; [Neque enim si non manducauerimus, deficiemus.] Idest minus ab eo habebimus; (Neque si uerimus, abundabimus in virtutibus,) quia esca ventri, non menti proficit, & ita cum non sit de veritate uitæ, iustitiæ, & doctrinæ, dimittenda est propter scandalum.

A

B

C

D

LECTIO II

Videte autem ne forte hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Siquis enim viderit eum, qui habet scientiã in idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolotita? Et peribit infirmus in tua conscientia frater, ppter quem Christus mortuus est; sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiã eorum, infirmam in Christo grauiter peccas. Rom. 14. Noli cibo perdere illum, pro quo mortuus est Christus; [Sic aũt peccantes in frattes, [peccato scãdali & [Percutientus cõscientiã eorum infirmã] gladio mali exẽpli., Amos 9. Percute cardinem. i. conscientiam & commouebuntur superliminaria. i. intellectus, & affectus: [In Christo peccatis,] eius membra sunt, non aũt in Christũ ẽm Glo. quia in Christũ peccare, est Christũ negare. i. peccare in fide. In Christo peccare est in his, quæ Christi sunt peccare. s. in moribus: sicut ille qui in lege est, dicitur in lege peccare: qui aũt in lege non est, dicitur peccare in legem. Deinde cum dicit; [Quapropter si esca, &c.] Hic vltimo, proponit se in exemplũ abstinentiæ, vbi primo implicat scandalũ. Secundo, ex hoc explicat abstinentiæ propositum, ibi; [Non manducabo, &c.] Tertio, præuenit dubium, ibi; [Ne fratrem meum, &c.] Dicit ergo; Quapropter] ne. s. peccem in Christum: [Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem] aliquã, non solum idolotita. [In æternum: si ergo propter scandalum fratrum abstinendum est, quasi a necessariis uite, multo magis a superfluis: & hoc non ideo, quòd esca in se mala sit, sed; [Ne scandalizem fratrem meum.] Nam qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, expedit ei, vt suspendatur in collo eius mola asinaria, &c. Matt. 18. Rom. 14. Omnia munda mũdis, sed malũ est homini, qui per offendiculum manducat. Hic quæritur super illud, Scientia inflat. Glo. scientia per se inutilis est. Contra, scientia per se bona est, ergo & utilis. Responsio, Inutilis est ad salutem, utilis tamen ad multa alia. Item charitas ædificat. Cõtra, sicut scientia inflat, non per causam, sed per occasionem, sic & charitas. Responsio, Non est simile, quia scientia habenti se manifestat, sed non sic charitas: quia nemo certus est de charitate. Item super illud, Idolum nihil est Glo. Naturam Deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Contra, Omne esse est a Deo, ergo omnis forma. Responsio, Glo. loquitur de forma putatiua in natura, non de uera. Item ibidem Glo. Forma hominis in idolo non est facta per uerbum. Contra, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Responsio, quãmuis forma hominis in illo sit facta per verbum, non tamen in idolo, idest, ad colendum. Item ibidem Glo. idolum nihil est, quia nullius rei, quæ sit in mundo similitudinem habet. Contra, non potest artifex cogitare, uel formare nisi qualia uidit. Responsio. Non habet similitudinem in toto, sed in partibus. Item super illud, Nullus Deus nisi unus, Glo. hoc dicit ne putetur esse Deus in idolo. Contra, Deus, licet sit unus, tamen est ubique. Responsio, in idolo est per potentiam, non per præsentiam, uel unionem, ut putabant Gentiles. Item ibidem, Glo. pars trinitatis, non potest esse quicunque unus in tribus. Contra, cuilibet numeri pars est unitas. Responsio, Trinitas non est numerus simpliciter, sed numerus personarum. Item super illud, Et si sint qui dicuntur Dii, Glo. participatione diuinitatis. Contra, diuinitas est impartlcipabilis. Responsio, Participatio hæc per causam est, non per essentiam. Item ibidem Glos. quærit utrum angeli. uocandi sint Dii. Responsio, quãmuis participent diuinitatem tamen secundum Gl. non sunt dicendi Dii prop. er periculum adorationis. Item super illud, Nobis tamen unus pater, Glos. trinitas est nobis unus pater, non tamen ille qui tertia in trinitate persona alius. Cõtra, Idem & diuersum diuidunt ens. Resp̃ndeo, quòd quamuis idem & diuersum diuidant ens creatum, non tamen increatum, quia ibi est identitas in essentia cum diuersitate in personis. Item non in omnibus est scientia, Contra, supra eodem, omnes scientiam habemus. Responsio, Illud non intelligitur uniuersaliter, sed de maioribus. Item super illud, Esca non commendat nos Deo, dicit Gl. sumpta uel non sumpta. Contra, ergo abstinentia nihil meretur. Responsio. non uirtus esca, sed virtus abstinentiæ prodest. Item; si esca scandalizat &c. Contra, ergo pro scandalo

E

LECTIO SECVNDA.

Hæc est secunda pars huius capituli. superius. n. ostendit, q̃ in se licita est comestio idolotitorum, hic monet abstinere ab ea propter scandalum infirmorum. Vbi primo monet, ne offendant fratres sua comestione. Secundo, quòd potest offendere, ibi; (Si enim quis uiderit, &c.) Tertio ostendit malum, quod inde potest accidere, ibi; (Et peribit infirmus, &c.) Quarto, præbet se in exemplum abstinentium, ibi: (Quapropter si esca scandalizat, &c.) Dicit ergo: uidete, quia quãtum ad nos nihil prodest; uel obest esca ipsa: sed tamen: (Videte ne forte hæc licentia uestra,) quia scitis licere uobis comedere de idolotitis: (Offendiculũ fiat infirmis,) in fide, qui nondum sciunt idolum nihil esse. Leuit. 19. Coram cæco non pones offendiculum. Deinde cum dicit: (Si quis uiderit, &cæt.) hic ostendit quomodo possunt offendere, quia comedendo idolotitum coram infirmis: vbi implicantur quatuor concurrentia ad scandalum. Primo, malorum scientia. Secundo, comestio idolotiti publica, ibi: (In idolio recumbentem.) Tertio, occasio scandali accepti, ibi. (Nonne conscientia eius.) Dicit ergo; (Si enim quis, &cæt.) quasi dicat. Et uere potest esse offendiculum: (Si enim quis infirmus uiderit eum, qui habet scientiam recumbentem in idolio,) idest in præsentia idoli: (Nonne conscientia eius, cum sit infirma,) per te: (Aedificabitur,) idest per factum tuum: (Ad manducandum idolotita,) idest sacrificata in reuerentiam idoli, quasi dicat, sic. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata comedere, incipit ipse edere non illa conscientia qua ille. s. peritiæ causa, sed id putat

Peccati exaggeratio, quia propter quẽ Christus mortuus est. Dicit ergo, & ita. [Peribit infirmus in fide,] i. in tua scientia; [Frater,] i. occasione accepta a tua scientia; quia te sapiẽtẽ videt comedere, putãs, q̃ sub idoli veneratione comedas; [Propter quem] saluandũ; [Christus mortuus est,] & ita

Universidad de Deusto Biblioteca

fratris a pane, & vino abstinendum est in perpetuum. Responsio, Non est simile de necessariis, & superfluis, vel loquitur hic de scãdalo actiuo non passiuo. Vel perfectionis est hoc, nõ necessitatis. Notandum est hic super illud, Vnus Deus, q Deus potest accipi multipliciter. s. falsa nuncupatione: & sic idola dicuntur Dii. Ps. 95. Omnes dii gentiũ demonia. Hierem. 10. Dii qui cęlum, & terrã non fecerunt, pereant de terra. Vera adoptione: & sic sancti dicuntur Dii, Ps. 81. Ego dixi dij estis, & filii excelsi omnes, vos aũt sicut &c. Mundana prelatione: & sic prælati dicuntur dii. Exod. 22. Diis non detrahes. Io. Si illos dixit Deos, ad quos &c. Essentiæ proprietate: & sic trinitas dicitur Deus. Deute. 6. Audi Israel, Dominus

peccatis. Quapropter si esca scãdalizat fratrem meum, non mãducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CAP: IX. LEC. I.

NOn sum liber? non sum apostolus? Nõne Christũ dominum nostrũ uidi? Nonne opus meum uos estis in domino? Et si alijs nõ sum apostolus,

Deus tuus vnus est. Item notandum, quòd Christus vnus sine pari multipliciter dicitur. Primo, vnus Deus propter naturam diuinitatis. Vnde sic nullus est Deus nisi unus. Secundo, vnus creator, propter infinitatem potestatis. Eccles. 1. Vnus est altissimus creator omnium. Tertio, vnus homo propter singularem eminentiam sanctitatis. Ps. 13. Non est qui faciat bonum, &c. Ioan. 11. Expedit vt unus moriatur homo. Quarto, vnus dominus, propter gubernationem prælationis. Eph. 4. Vnus dominus, vna fides, &c. & hoc modo vnus Dominus Iesus Christus. Quinto, vnus magister propter infusionem cognitionis. Matth. 13. Non vocemini magistri, quia magister uester vnus est Christus. Sexto, unus pater propter productionẽ uniuersitatis. Matt. 23. Vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Septimo, vnus pastor propter generalem refectionem populi fidelis. Ioan. 10. Fiet vnum ouile; & unus pastor. Octauo, una ostia propter singulare pretiũ nostræ redemptionis. Heb. 50. Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.

LECTIO PRIMA.

SVperius monuit cauere ab edendo idolotita coram infirmis propter scandalum fratrum infirmorum, hic proponit se in exemplum, quia propter alios abstinet se a sibi licitis. s. ab acceptione sumptuum: vbi primo proponit multipliciter, quia licitũ est sumptus accipere. Secundo, quòd nihilominus non vult accipere, ibi: [Ego autem nullo horum vsus sum, &cæt.] In prima parte, q licitum sit sumptus accipere, probat tripliciter. Primo, per authoritatem. Secundo, per rationem, ibi. Si nos vobis spiritualia seminauimus &c. Tertio, per exemplorum similitudinem, ibi: Nescitis quod hi qui, &c.] In prima, primo, probat per authoritatem apostolicæ dignitatis. Secundo, per authoritatẽ humanæ cõsuetudinis, ibi; [Quis militat suis stipendiis, &c.] Tertio, per authoritatẽ diuinæ legis, ibi; [Nunquid s̃m hominẽ, &c.] In prima, primo probat, q sit apostolus generaliter. Secundo, q sit apostolus eorũ specialiter, ibi; [Et si aliis nõ sum apostolus.] Tertio, q potest accipere sumptus licite, ibi; [Nunquid non habemus, &c.] In prima, primo quærit, an habeat libertatem accipiẽdi sumptus. Secundo, an sit apostolus, ibi: [Non sum apostolus, &c.] Tertio, probat duplici ratione, q sit liber, & apostolus, ibi; [Nonne Dñm Iesum Christum, &c.] Dicit ergo: [Non sum liber, &c,] q.d. Abstinere ab hoc licito. s. ab esu idolotitorum, quia ego ẽt abstineo a stipendiis, cum tñ habeam libertatẽ accipiendi; Nũquid enim; [Non sum apostolus,] immo uere sum apostolus. Gal. 2. Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Est ergo ratio sua talis. Omnis apostolus ratione sui apostolatus habet libertatẽ accipiendi sumptus, sed ego sum apostolus: vtrumq; probat postea, ergo &c. Deinde cũ dicit; [Nonne Dominum Iesum Christũ, &c.] Hic probat duplici ratione, q sit apostolus, primo, per causam. Secundo, per effectum, ibi; [Nõne opus meũ, &c.] Prima ratio sumitur ex parte Christi mittentis. Secunda ex parte Corinthiorum, quibus mittitur. Prima ratio talis est. Ego vidi Dominũ, qui me misit ad prædicandum, ergo sum apostolus. Et hoc est quod dicit; [Nõne, &c.] q.d. Vere sum apostolus; [Nonne Dñm Iesum Christum vidi? hoc dicit propter pseudo apostolos, qui dicebant ipsum nõ esse apostolum, quia non fuerat in societate Domini, sicut cæ-

F teri apostoli. Ipse autem vidit eum iam immortalem, s̃m Gl. Vel in via. Act. 9. Vel in templo. Act. 22. Vnde Act. 9. Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit quõ in uia uidisset dominum, infra 15. Nouissime omnium tanq̃ abortiuo uisus est & mihi: [Nonne opus meum &c.] Ecce secunda ratio talis. Vos estis conuersi ad fidem per me missum ad hoc ergo sum apostolus, [Nõne opus meũ vos estis?] o Corinthij, sicut templum architecti, sup. 3. Vt sapiẽs architectus fundamentũ posui. Item vt filius opus genitoris, sup. 4. In Christo Iesu. per euangeliũ vos genui, opus inquam meũ, [Et hoc in domino,] idest dño cooperante. Vel in domino, i. ad gloriã dñi, q.d. sic estis. Deinde cũ dicit [Et si alijs apostolus &c.]

sed tñ vobis sum. Nã signaculũ apostolatus mei uos estis ĩ dño. Mea defensio apud eos, q me ĩterrogãt, hęc est. Nũquid nõ habemus potestatẽ mãducandi & bibẽdi? Nũquid nõ habemus potestatẽ sororẽ mulierculã circũducendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres dñi & Cephas? Aut

G solus ego & Barnabas nõ habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipẽdijs unq̃?

Hic probat, qđ est apostolus eorum specialiter. Vbi primo, proponit, q est apostolus eorum specialiter. Secundo, probat hoc per effectum, ibi. [Nã sigillum apostolatus &c.] Tertio, ostẽdit, q per effectum illum defendit se esse apostolum, ibi. [Mea defensio ad eos, &c.] Dicit ergo [Et si &c.] q.d. Vere opus meũ estis, quia [Et si alijs,] s. Iudæis quorum legem euacuo [Non sum,] i. nõ videor esse [Apostolus: sed tñ uobis sum,] qui per me conuersi estis specialiter. Ro. 11. Quandiu gentium sum apostolus, ministerium meum honorificabo. Et vere vobis sum apostolus, nã [Vos estis sigillum apostolatus mei,] i. forma & sigillum, quia apostolatus meus impressus est in uobis; sicut forma sigilli in cera. Glo. in

H uobis apparet, q sum apostolus dum habetis per me, quod etiam per alios apostolos. 1. Corint. 9. Signa apostolatus mei sunt super vos. Vos estis, inquam; [In dño,] idest dño principali authore, & vere ita est, quia mea defensio ad eos, qui me interrogant, vtrũ sim apostolus. s. hoc estis uos; per uos. n. ostendo, me esse apostolum. Deinde cũ dicit [Nunquid non habemus &c.] Hic ostendit, q potest accipere sumptus licenter. Vbi primo, quærit, an habeat hanc potestatem generaliter. Secundo, quantũ ad personas determinatas specialiter, ibi. [Nunquid non habemus potestatẽ &c.] Tertio, an ipse & Barnabas sint hac potestate priuati singulariter, ibi. [An ego solus &c.] Dicit ergo nũquid &c. q.d. nam cũ sim apostolus [Nunquid non habemus,] ego & mei potestatẽ manducandi, & bibendi nostra, i. uiuendi stipendijs nostris? Aug. Permisit dñs, non iussit apostolis accipere necessaria a subditis. Nũquid non habemus potestatẽ mulierẽ sororem. s. fide [Circumducendi nobiscum] pp sumptus ministrandos? Ambrosius in Glo. Mulieres desiderio doctrinæ dominicæ, & uirtutũ cupidæ, apostolos se-

I quebantur, & ministrabant eis sumptus, & seruitia. Et similiter Christũ secutæ sunt. Luc. 8. & 23. Sicut cæteri apostoli, ut habet Act. 6. Et sicut fratres, i. cognati domini, qui maiores sunt. Galat. 2. Iacobus & Ioannes, qui uidebant columnæ esse &c. & Cephas qui maximus est inter apostolos, unde Cephas interpretatur caput. Ambrosius. Non hos reprehendit Apostolus, sed eorum more sibi probat licere; idcirco aũt (vt ait Augustinus) Dñs mulieres ministraturas sequi uoluit, ostendens, quid debetur a plebib. euangelistis. Vel ideo etiam, ne uiderentur alienæ a salute. Aut [Nunquid ego solus & Barnabas?] Isti enim fuerunt coniuncti ad prædicandum Gentibus. Act. decimotertio. Segregate mihi Barnabã, & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos, [Non habemus,] secundum opinionem vestram [Potestatem,] hoc operandi, scilicet [Mulieres circunducendi] & sumptus accipiendi. q. d. imo habemus sicut alij, sed omnes alij licite accipiunt, ergo & nobis licet. Deinde cum dicit [Quis militat suis stipendijs &cæte.] Hic secundo,

K probat, quòd licet accipere sumptus, per authoritatem humanæ consuetudinis, & primo in statu militis, secundo agricolæ, ibi; [Quis plantat uineam &cæt.] Tertio, pastoris, ibi. [Quis pascit gregem &cæt.] Militi comparatur prælatus propter subsidium, agricolæ propter uerbum, pastori propter exemplum. Debet enim subditos defendere suffragio, plantare uerbo, pascere exemplo. Primum respicit extra ecclesiam existentes, secundum ecclesiam intrantes, tertium in ecclesia cõmorantes. Dicit ergo, [Quis militat] q. d. vtique habemus potestatem accipiendi sumptus, & merito, [Quis militat suis stipendijs.] q. d. vnquã nullus. Dabantur. n. militibus stipendia de republica. Vnde Ioann. dicit Lu. 3. Contenti estote stipendijs vestris. Sic prædicatores & prælati accipere possunt sumptus a subditis. 1. Timot. 1. Vt milites

in illis militiam bonam; [Quis enim plantat vineam, & de fructu eius non edit?] Vinea domini est ecclesia. Esa. 5. Vinea domini sabaoth, domus Israel est. Apostoli enim fuerunt plantatores huius vineæ, supra 3. Ego plantaui, Apollo rigauit; [Quis etiã pascit gregem & de lacte eius non mãducat?] Quasi dicat, nullus. Grex domini sunt fideles ecclesiæ. Ezech. 34. Vos greges pascuæ meæ. Huius gregis pastores sunt prælati, & prædicatores. Vnde primo prælato dictum est. Pasce oues meas. Ioã. 21. Tales possunt pasci de lacte gregis, quia possunt accipere sumptus a subditis. Si ergo defendimus, plantamus, & pascimus more boni militis, boni agricolæ, boni pastoris, licet nobis sumptus accipere. Sed quia hodie multi sunt, qui stipẽdia accipiunt,

Quis plantat vineã, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis non mãducat? Nũquid s̃m hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est. n. in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtiq; hæc dicit? Nam propter nos utique scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

& non militant, edunt fructum vineæ, & non plantant, lac comedunt, & gregem non pascunt. Ezech. 34. Vos comedebatis gregem autem meum non pascebatis. Notandum super illud, Nõne dominum Iesum vidi; quòd multiplicem domini legimus visionem. Vnam corporalem, quæ præterijt; de qua Baruch tertio. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Secundam spiritualem, quæ præsens est. Psal. 45. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus &c. Tertiam æternalem, quæ futura est, de qua Ioan. 17. Volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum vt videant claritatem meã Iob 19. In carne mea videbo Deum. Quartam momentaneam, quæ etiam futura est, de qua Lucæ 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna. Prima fuit in mundo, secunda in animo, tertia in cœlo erit, quarta erit in iudicio: Prima visio dat exemplum viuendi: secunda adiutorium proficiendi: tertia desiderium perueniendi: quarta odium peccandi. Prima dat exemplum uiuendi tripliciter, quia visus est pauper & pannosus, vt refrenetur cupiditas diuitiarum. Psal. Ego sum pauper & dolens &c. Et Psalm. 68. Videant pauperes & lætentur. Sic uiderunt pastores. Lucæ 2. Vilis & abiectus. vt refrenetur ambitio honorum. Esaiæ 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum virum despectum. Ideo dicitur Matth, 11. Discite a me, quia mitis, & humilis sum. Afflictus & passus, vt refrenetur concupiscentia voluptatum. Trenorum primo. O vos omnes, qui transitis per viam, videte &c. Secunda visio dat adiutorium proficiendi tripliciter, quia dat robur pœnitentibus culpas, & pœnas ostendendo sicut sol atomos. Dan. 5. Vidi Balthasar manum scribentis. Iob 42. Nunc oculus meus videt te &c. Spem certantibus mercedem manifestando; sicut dominus operanti. Act. 7. Ecce video cœlos &c. Lætitiam contemplantibus prægustationes offerendo, sicut tabernarius modicum vini. Ps. 33. Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem, sicut Paulus hic. Tertia visio æternalis dat desiderium perueniendi propter tria, uidelicet propter veram iucunditatem. Esa. vlt. Videbitis, & gaudebit cor uestrum, quia dulce lumen, & delectabile &c. Hoc significatum est Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino, propter iocunditatis multiplicitatem siue pluralitatem. Esa. 60. Tunc videbis & afflues &c. quippe, Quia videbimus eum sicuti est, & ipse erit omnia in omnibus. Erit enim rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis. Propter puritatis æternitatem. Apoc. vlt. Serui eius seruient illi, & videbunt faciem eius, & regnabunt in secula seculorum. Psalm. Adimplebis me lætitia, &cæt. Quarta uisio dat odium, siue terrorem peccandi, propter tria, videlicet propter furtum propalandum coram iudice vidente. Malach. 3. Ecce ueniet, & quis stabit ad uidendum eum. Ipse enim quasi ignis conflans &c. Propter malefactorum sæueram vltionem. Latro enim videns socium suum suspendi, plus timet furari. Hiere. 7. Ite ad locum meum in Sylo, & videte, quid fecerim ibi, Sylo interpretatur auulsa. Apoc. 1. Vidi similem filio hominis. Et infra, Ex ore eius, quasi gladius ex vtraque parte acutus exibat &c. Propter uisam bonorum præmiationem, videns enim clericus alium præbendari, quia bonus, cauet a malo. Psalm. 106. Videbunt iusti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Deinde cum dicit [Nunquid secũdum hominem &c.] Hic probat tertio, quòd licet sumptus accipere per authoritatem diuinæ legis. Vbi primo, proponit, quòd lex hæc dicit.

A Secundo, verbum legis ponit, ibi; [Scriptum est enim &c.] Tertio, qualiter intelligendum sit, ostendit, ibi; [Nunquid de bobus cura est, &c.] Dicit ergo; [Nunquid &c.] quasi dicat, probaui ratione humanæ consuetudinis, quòd licet nobis sumptus accipere. Sed; [Nunquid secundum hominem,] id est, secundum humanam consuetudinem, vel similitudinem tantum dico hoc? [an non lex] Moysi diuinitus promulgata hoc dicit? q.d. immo dicit, [Scriptum est enim in lege Moysi.] Deutero. 25. Et habetur idem primæ Timot. 5. [Non alligabis os boui triturãti,] vt possit viuere de labore suo, id est, non prohibebis prædicatorem uiuere de euangelio. Triturare enim est separare granum a paleis, quod facit prædicator abstrahendo ani-

LECTIO. II.

SI nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac

B potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario

mas a terrenis, discernendo uirtutes a uitijs, separando vtilia a vanis. Hierem. 15. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meũ eris. Deinde cum dicit; [Nunquid de bobus, &c.] Hic ostendit, qualiter dicta authoritas intelligenda sit. Et primo, quòd intelligenda sit literaliter de bobus. Secundo, quòd non tantum literaliter de bobus, sed spiritualiter de prædicatoribus, ibi; [An propter nos, &c.] Tertio, replicat, quòd licet accipere sumptus, ibi, [Nam propter nos utique scripta, &c.] Dicit ergo; [Nunquid &c.] quasi dicat. Hæc authoritas de bobus spiritualibus, id est, prædicatoribus intelligitur; [Nunquid enim de bobus,] materialibus: [Cura

C est Deo.] vt de eis lege præcipiat? [An propter nos hoc vtique dicit,] quasi dicat. Hoc utique propter nos dicit [Nam propter nos scripta hæc,] & similia Roman. 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; [Propter nos,] inquam, idcirco, quoniam prædicator, qui corda aperit ad fidem: (Debet arare in spe,) stipendiorum temporalium, non tamen propter spem hanc. Debet enim primum quærere regnum Dei; (Et qui triturat, idest, bonos a malis, quasi grana a paleis discernit prædicando, scilicet, ad mores debet hoc facere. (In spe fructus percipiendi.) 2. Tim. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, Ecclesiast. 6. Is qui arat, & qui seminat, accedit ad illam, & sustinet bonos fructus illius.

LECTIO II.

SVperius probauit per authoritatem, quòd licet accipere sumptus, hic probat idem per rationem. Et primo, probat hoc ex

D eorum obligatione. Secundo, ex pseudo apostolorum accipientium ab eis comparatione, ibi: [Si alij potestatis uestræ, &c.] Tertio, dicit, quòd nihilominus noluit uti hac potestate, ibi: [Sed nõ usi sumus, &c.] Prima ratio talis est. Maius est dare spiritualia, quàm accipere temporalia. ergo si Apostolus dat spiritualia, licet ei accipere temporalia. Primo ergo, explicat beneficium impensum. Secundo, explicat stipendium exhibendum, ibi: [Magnum est si nos, &cæt.] Dicit ergo: [Si nos &c.] quasi dicat, uere habemus potestatem accipiendi sumptus a uobis: [Si enim nos seminauimus uobis spiritualia,] fidem, scilicet, & sacramenta spiritum alentia a Spiritusancto ministrata: [Magnum est si nos metamus,] ad sustentationem nostram: [Carnalia,] id est, ad carnis sustentationem concessa. Quasi dicat, Non est magnum Rom. 15. Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent in carnalibus ministrare: Deinde cum dicit: [Si autem alij &cæt.] Ecce secunda ratio ad idem talis. Veri Apostoli licen-

E tius participant bona subditorum, quàm pseudo, sed pseudo apostoli participant. ergo multo plus ueri Apostoli participare debent. Primo ergo ponit antecedens. Secundo, consequens: ibi: [Quare non potius nos, &cæt.] Dicit ergo: (Si autem alij,) scilicet pseudo quos non exprimit ex nomine, ne confundantur uocat eos alios, quasi a consortio alienos ecclesiæ. Omnes enim catholici unum sunt Ioan. 17. Vt sint unum &c. Si inquam: (alij potestatis uestræ participes sunt,) idest, tam potenter utuntur bonis uestris: (Quare non potius nos,) Apostoli, qui causa salutis uestræ laboramus? Ecclesiast. 12. Da bono, & ne receperis peccatorem. Deinde cum dicit: (Sed non usi sumus.) Hic ostendit, quòd noluit uti hac potestate. Vbi dicit primo se sumptus non accepisse. Secundo dicit, se nihilominus indiguisse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi; [Sed omnia sustinemus, &c.] Tertio, rationem utrinsque assignat, ibi; [Ne quod offendiculum, &c.] Dicit ergo, [Sed non, & cæt.] [Quasi dicat, Ecce patet, quòd licet nobis sumptus accipere; [Sed,] tamen [Vsi non sumus hac potestate,] supra 6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; [Non sumus,] inquam. [Vsi,] non quia non indigeamus, sed omnia sustinemus, quia & si penuriā patiamur, tamen patienter sustinemus. 2. Corinth. 11. Cum essē apud nos & egerem, nulli onerosus fui. Et hoc feci ideo; [Ne qd offendiculum demus euangelio Christi.] Hoc autem posset accidere, uel quia pseudo apostolis daret exemplum accipiendi. Vel quia Corinthij auari erant, & scandalizarentur, si ab eis acciperet.

sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciāt, de euangelio uiuere.

LECTIO III.

EGo autem nullo horū usus sum. Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me. Bonum est .n. mihi magis mori, quàm vt

Vel forte putarent se emisse licentiam peccandi, & diminueretur in Apostolo authoritas arguendi, & his modis daret offendiculū euangelio Christi Prou. 15. Via iustorum, absque offendiculo. Deinde cum dicit; [Nescitis quoniam qui in sacrario, &c.] probauit, ꝙ licet sumptus accipere, primo per authoritatem, secundo per rationem: tertio idem probat hic per exemplorum multitudinem. Vbi primo, inducit similitudinem eorum, qui templa reparant. Secundo eorum, qui templo ministrant, ibi; [Et qui altari deseruiūt, &c.] Tertio, adaptat similitudinem his, qui prædicant, ibi; [Et dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere,] quasi dicat. Et vere licet mihi sumptus accipere; [Nescitis, quoniam qui in sacrario,] i. in templo Iudæorum vel Gentilium operantur, vt artifices, [quæ de sacrario sunt, edunt,] Sustentabantur enim artifices de de[illegible]ijs, qui in gazophilacio tēpli offerebantur, vt patet tempore Ioas. 4. Reg. 12. [Et qui altario templi Hierosolymitani, vel etiam ipsi templo, vt sacerdotes; [Deseruiunt,] i. deuote seruiunt, vna. n. de duodecim abusionibus est, irreuerentia coram altari; [Cum altari participant,] quia partem habent de his, quę offeruntur in altari, ut patet per totum Leuiticum, & maxime 6. & 7. cap. Et sicut fit hic, ita & dñs ordinauit, i. rationabiliter disposuit his; [Qui euangeliū annunciant, de euangelio viuere.] Hoc ordinauit, dicens Matt. 10. & Luc. 10. Dignus est .n. operarius mercede sua. Notandum est hic, ꝙ Apostolus nominib. multorum officiorum prædicatorem hic designat, quia vocat eum primo militem propter officium, ecclesiam contra aduersarios defendendo. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ, &c. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi. Secundo, vinitorem, propter officium, palmites superfluos, i. malos resecandi. Oseæ 2. Dabo ei vinitores eius ex eodem loco Sed heu Cant. 1. dicitur. Vineam meam nō custodiui. Tertio, pastorem propter officium, subditos bono exemplo pascendi. 1. Pet. 5. Pascite, qui in uobis est gregem. Sed heu, quia hodie impletur illud Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem, &c. Quarto bouem, propter officium maturitatis in omnibus procedendi. Prouerb. 14. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, Iob 1. Boues arabant, & asinæ pascebant iuxta eos, &c. Quinto, aratorem propter officium corda ad fidem, & pœnitentiam aperiendi. Oseæ 10. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob, &c. Sexto, trituratorem propter officium malos a bonis discernendi Esa. 41. Ego posui te, quasi plaustrum triturās nouum, habens rostra serrantia, & triturabis montes &c. Septimo, seminatorem, propter officium frequenter, & vtiliter prædicandi Luc. 8. Exijt, qui seminat seminare semen suum Psal. 125. Euntes ibant, &c. Octauo, templi architectum, propter officium ecclesiam construendi, & reparandi, sup. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui, &c. Nono, altaris ministrum, propter officium Deo deuotum impendendi, supra 4. Sic nos existimet homo, &c. Quæritur hic super illud; [Non sum liber,] Gl. Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens, non operari manibus, sed de euangelio uiuere. Contra, ergo qui prædicant, non habentes apostolicam dignitatem, non possunt sine opere manuum de euangelio uiuere. Responsio, Glo. loquitur de potestate, qua potest inuitos ad hoc cogere, non de spontanea, qua potest a uoluntarie dantibus petere, & accipere. Item ex dicta Glo. uidetur, quòd prælati non teneantur manibus operari. Contra, Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ipsi non sunt exempti ab hac maledictione, ergo & cæt. Responsio, Tenentur ad laborem spiritualem, non corporalem, tamen benefacerent

F si occuparent se in honestis, antequam uacarent. Item super illud [Nonne opus meum.] Glo. perfectum. Contra, Ipsi erant imperfecti, Responsio, Opus perfectum dicebantur, quia eis Apostolus prædicauerat, uel quia eos perfecte docuerat quantum in se erat. Item super illud, Nunquid non habemus potestatem manducandi. Contra, Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date. Responsio, Gratis, idest sine pretio, sed non sine stipendio. Item super illud, Quis pascit gregem, Glos. Ex euangelio uiuentes panem gratuitum manducabāt. Cōtra, subditi tenebantur dare. Responsio, Gratuitus erat ex parte recipientium, quia humiliter, non potestatiue recipiebant, licet debitus ex parte dantium. Item numquid de bobus cura est Deo? Quasi dicat, non. Contra, Sapient. sexto. Cura est illi de omnibus. Respondeo, Ibi loquitur de cura generali, scilicet prouidentiæ, hic de speciali, scilicet disciplinæ. Item debet in spe, qui arat arare. Contra, spes non est de visibilibus, sed æternis. Responsio, spes accipitur æquiuoce. Item in spe fructus percipiendi. Contra, non debet poni lucerna prædicationis, sub modio rei temporalis. Respondeo. Prædicare in spe rei temporalis, non est ponere lucernam sub modio, sed prædicare propter spem. Item: si nos uobis seminauerimus spiritualia &c. Contra, Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. ergo qui seminat spiritualia, debet metere spiritualia non carnalia, &c. Respondeo, ibi loquitur de messione mercedis, hic de messione stipendij.

gloriam meam quis euacuet. Nā & si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea, ut G euangelium prædicans sine sumptu, ponam euangelium, ut non abutar potestate mea in euangelio?

LECTIO III.

SVperius multipliciter probauit, quòd sibi licet accipere sumptus, hic ostendit, ꝙ nihilominus non vult accipere, sed abstinere tribus rationibus. Primo, propter intentionem præmij. Secundo, propter dilectionem euangelij, ibi; [Nam cum liber essem ex omnibus &cæt.] Tertio, propter expeditionem cursus sui, ibi; [Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt.] In prima, primo dicit quare non vult accipere, scilicet, ne gloria sua euacuetur. Secundo ostendit, quòd accipiendo euacuaretur, ibi. [Nam si euangelizauero, non est mihi gloria &c.] Tertio, quòd non accipiendo cōseruabitur, ibi. [Quæ est ergo merces mea, &c.] In prima, primo ostendit, quòd potestate accipiendi vti noluit. Secundo, quòd vti non intendit, ibi. [Nō autem scripsi hoc, vt &c:] Dicit ergo. [Ego I autem &c.] quasi dicat, tot modis constat, quòd licet mihi sumptus accipere, sed tamen ego nulla horum authoritate, ratione, exemplo, ad accipiendum; [Vsus sum.] Ipse enim vel ab alijs ecclesijs accipiebat, vt secundæ Corint. 11. Alias ecclesias spoliaui &c. vel manibus operabatur. Act. 20. [Non autem &c.] quasi dicat, [Non sum vsus] sed nec vti volo. [Non enim scripsi hæc,] scilicet, quòd licet mihi accipere, [Vt ita fiat in me,] sicut scripsi, idest vt ego accipiam, quia non quæro datum, sed fructum. Deinde cum dicit [Bonum est mihi &c.] Hic ostendit, quare hoc fecit, scilicet ne gloria sua euacuetur. Vbi primo, multiplicat afflictionē corporalem. Secundo, supponit ei gloriæ diminutionem, ibi. [Quam ut gloriam &c.] Dicit ergo. [Bonum est &c.] quasi diceret non accipiam, nam si acciperem, gloriam meam euacuarem, quod nullatenus facerem. Bonum est enim mihi mori, non solum sumptuum egestate affligi, magis quàm vt gloriam meam quam habeo de gratuita sinceritate prædicationis de præmio supererogationis. abstinendo a licitis, [quis euacuet] ab aliquo importune accipiendo. vel propter sumptus euangelicos. Multi tamen K moderni Doctores gloriam istam euacuant, vel propter intentionem sumptuum, vel propter fauorem humanum, dicente Iob 12. Ducit sacerdotes ingloriōs, & optimates supplantat. Notandum est hic, quòd gloria amittitur septempliciter propter septem vitia. Nam gloria gulosorum euacuatur. Vnde hic dicitur, Bonum est enim mihi magis &c. Gloria luxuriosorum maculatur. Eccles. 7. Inclinasti fæmora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua. Gloria superborum captiuatur. 1. Mach. 2. Vasa gloriæ eius captiua ducta sunt. Gloria iracundorum intermittitur, Ps. 7. Si reddidi retribuētibus mihi mala &c. Et post, Persequatur inimicus animam meam &c. Et post, Et gloriam meam in puluerem

rem deducat. Gloria inuidorum excluditur Rom. 3. Vbi est gloriatio tua? Gloria auarorum annihilatur psal. Ne timueris dum diues factus erit homo &c. Gloria acidiosorū culpatur. 1. Mach. 9. Moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ; Eccl. 13. Præcellens esto operibus tuis, & ne dederis maculam in gloria tua. Ergo per gulam euacuatur gloria sobrietatis: per luxuriā maculatur gloria castitatis: p superbiam, captiuatur gloria humilitatis: p iracundiam, intermittitur gloria mansuetudinis: per inuidiam, excluditur gloria charitatis: per auaritiam, annihilatur gloria liberalitatis: per acidiam, culpatur gloria strenuitatis.

LECTIO IIII.

NAM cum liber essem ex omnibus, omniū me seruum feci, ut plures lucrifacerē. Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, vt eos qui sub lege erant,

De istis dī Oseę. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. De primo exemplum in Esau. Gen. 25. In Holoferne. Iudith 13. De secundo in Salomone. 3. Reg. 11. De tertio in Lucifero Esa. 14. De quarto in Achitosel. 2. Reg. 16. De quinto ī Cain Gene. 4. De sexto in Gezi. 4. Reg. 5. De septimo in exploratoribus Num. 13. & 14. [Nam & si euangelizauero &c.] Hic ostendit, quod accipiendo sumptus euacuaretur gloria eius, quia non supererogaret. Et est sua ratio talis, Gloria, quæ est præmium supererogationis, non debetur operibus necessitatis, ad quæ tenemur ex præcepto, sed euangelizare tenebatur ex præcepto. ergo ex hoc nō habebat gloriam supererogationis, sed potius ex hoc, quod non accipiebat sumptus. Primo ergo tangit gloriæ euacuationem. Secundo, euacuationis rationem, ibi; [Necessitas. n. mihi est &c.] Tertio, rōnis declarationem, ibi; [Vę enim est &c.] Quarto, rectē euangelizātium mercedem ibi; [Si uolens hoc ago &c.] Dicit ergo; [Nam si euangelizauero &c.] quasi diceret, uere euacuaretur gloria mea; [Nam si euāgelizauero,] ita quod sumptus accipiam; [Non est mihi gloria,] .i. supererogationis præmium; [Necessitas. n. mihi incumbit.] Act. 13. Vade, quoniam ad nationes longe mittam te. Et uere necessitas. Væ. n. mihi est, idest, pœna transgressionis in me manet, si non euangelizauero Esa. 6. Vę mihi, quia tacui. Aliter legitur secundum Glo. Et hoc dupliciter. Primo modo sic; [Nā si &c.] quasi dicat, utique euacuaretur gloria mea cœlestis, .s. si ideo prædicarem, ut sumptus acciperem; [Nam si euangelizauero] tantum, ita quod non dilectione Dei, & proximi hoc faciam, nec libera uoluntate; [Non est mihi gloria apud Deum. Necessitas enim] præcepti, quod nō audeo omittere; [Mihi incumbit,] unde si solo timore seruili prædico, væ. n. idest æterna damnatio mihi est, si non euangelizauero, sicut mihi iniunctum est; [Si autem uolens &cæt.] Quasi dicat, si necessitate hoc facio, non est mihi gloria: si autem volens hoc ago, idest, si uoluntatem adiungo necessitati, mercedem æternam habeo, ideo Psal. 53. dicit, Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor &c. [Si autem inuitus,] idest, solo præcepto coactus euangelizo, [dispensatio mihi credita est,] sicut seruo, ut scilicet dispensem ad aliorum vtilitatem, non meam, quasi dicat alijs proficio, non mihi. Intelligit enim hoc de dispensatione seruili, non filiali, secundum Glo. Aug. † Nemo inuitus bene facit & si bonum est, quod facit infra. 13. Si charitatem nō habuero, factus sum uelut æs sonans &c. Secundo modo, legitur sic; [Nam si euangelizauero] pro sumptibus accipiendis; [Non est mihi gloria,] de supererogatione in prædicando. Peto. n. contra me. Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date: necessitas. n. uitæ sustentandæ, mihi incumbit, quia pro necessitate uitæ prædico. [Væ enim mihi est,] .i. famis cruciatio, si non euangelizauero. Si autem uolens, .i. si non pro uictus necessitate, sed pro charitate hoc ago, mercedem æternam habeo: si autem inuitus, idest, pro necessitate coactus, dispensatio mihi credita est sicut seruo &c. Deinde cum dicit, [Quæ est ergo merces mea &c.] Hic ostendit, ꝙ nō capiendo sumptus gloria eius conseruatur. Vbi primo, quærit, secundo soluit, ibi; [Vt euangelium prædicans &c. Dicit ergo; [Quæ est merces mea,] idest, quid faciendo mercedem accipiam, quia hoc est meritum mercedis, [Vt] .s. ego prædicans euangelium sine sumptu, ponā, idest stabiliā [Euangelium] Esa. 28. Ponet triticum per ordinem &c. Hoc autem faciebat, secundum Glo. ne euangelium uenale putaretur sine sumptu, inquam, & hoc ut non abutar potestate mea, id est, mihi commissa in euangelio prædicando, quod esset si acciperem indistinctè, quia perderem authoritatē libere arguendi, quia Eccle. 20. xenia & dona excęcāt oculos iudicū, & quasi

fratres [illegible], ser.

A mutus in ore auertet correptionem. Ecclesiastica ergo vtilitas implicatur in hac solutione, .s. confirmatio boni, quia vt [Euangelium prædicans:] & declinatio mali, quia [ne abutar potestate.] Et notandum, quod quatuor tetigit differentias eorum, qui tenētur prædicare. Quidam. n. tenentur, sed non euangelizant, hi merentur pœnam. Quidam tenentur & euangelizant, sed coacti, hi non merentur mercedem, sed vitant pœnā. Quidam tenentur & euangelizant uoluntarie, sed accipiunt sumptus, et hi merent' mercedem, & uitant pœnam, sed non habent supererogationis gloriam. Quidam tenentur & euangelizāt voluntarie, nec accipiunt sumptus, & hi mercedem merentur, & vitant pœnam, & habent supererogationis gloriam. Primum statum tangit, ibi, [Væ mihi est & c.] secundum, ibi; [Nam si inuitus &c.] tertium, ibi: [Si autem uolens &c.] quartum, ibi; [Quæ est ergo merces &c.]

lucrifacerem. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei, non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut B omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.

LECTIO IIII.

SVperius ostendit, ꝙ non vult sumptus accipere, & hoc pp intentionem præmij, hic ostendit, ꝙ idem fecit pp amorē euāgelij. Vbi primo dicit, ꝙ omnium se seruum fecit. Secūdo, ꝙ oībus se contemperare studuit, ibi; [Et factus sum Iudæis &c.] Tertio, subdit causam quare hoc fecit, ibi; [Oīa aūt facio pp euangelium &c.] In prima implicat triplicem conditionem commenda-
C bilem in seruitio: quæ sunt generalitas, liberalitas, utilitas. Seruit ergo gratis siue liberaliter, ibi, [Cum essem liber &c.] Generaliter, ibi; [Oīum me &c.] Vtiliter, ibi; [vt plures lucrifacerem &c.] Dicit ergo; [Nam cum essem &c.] Quasi dicat, sine sumptu ponā euangelium, nam & maius feci, .s. [Cum liber essem ex omnibus &c.] .i. nullius meritis obnoxius; [Omnium me seruum feci,] omnibus me contemperando, per utilitatem, & quasi debitorem cōstituendo 2. Cor. 4. Nos autem seruos uestros per Iesum, & hoc [vt plures lucrifacerem,] idest, lucrum meę prędicationis, & seruitutis facerem. Quęrebat. n. non res, sed animas 2. Cor. 12. Non quæro uestra, sed uos. Si. n. commendabile est seruire in temporalibus pp lucrum temporale, quanto plus in spiritualibus pp lucrum spirituale? Deinde cum dicit; [Et factus sum Iudæis &c.] Hic ostendit, ꝙ omnib. se contemperare studuit. Et primo dicit, ꝙ contemperauit se nondum conuersis, secundo, ꝙ etiam iam conuersis, ibi; [Factus sum infirmis & cæt.] Tertio, quòd generaliter uniuersis, ibi; [Omnibus omnia factus sum &c.] In prima, pri-
D mo dicit, quòd contemperauit se Iudæis. Secundo, quòd Samaritanis, ibi; [Et his, qui sub lege &c.] Tertio, quòd Gentilibus, ibi; [His qui sine lege erant &c.] In prima, primo tangit contemperationem. Secundo, contemperationis rationem, ibi; [Vt Iudęos &c.] Dicit ergo; [Et factus sum Iudęis, tanquam Iudęus,] .s. aliqua legalia seruando, sicut in discretione ciborum, in circuncisione Timothei Act. 45. in purificatione legali, Act. 21. Potest autē hoc intelligi dupliciter. Vno modo secundum † Hieronymum, [Factus sum Iudęis tanquam Iudęus,] per simulationis dispensationem. Simulabat enim se seruare legalia aliqua, quę tamen nō seruabat. Alio modo, secundum † Aug. Factus sum Iudęis &c.] Vere enim condescendebat eis in obseruatione aliquorum legalium propter piam compassionē, & hoc fecit, vt Iudæos lucraretur Christo, idest, eos ad fidem Christi conuerteret. Deinde cum dicit; [Et his qui sub lege sunt & cæt.] Hic dicit, quòd contemperabat se Samaritanis. Vbi notantur tria de ipso. Primo, eius sa-
E gacitas in hoc, quòd se contemperabat, secundo eius libertas in hoc, quòd sub lege non erat. Tertio, eius utilitas in hoc, quòd lucrifaciebat. Dicit ergo. Sum etiam his, qui sub lege Moysi sunt, idest, Samaritanis, qui non sunt Iudęi, sed Assyrij, qui fuerunt adducti ad inhabitandum terram Israel. 4. Reg. 17. Isti etiā erant sub lege Moysi, quia tantum quinque libros Moysi recipiebant, his ergo; [Factus sum quasi sub lege essem, [approbando, scilicet legem, & ex ea docendo Christum, [Cum tamen ipse sub lege nō essem,] secundum literalem obseruantiam, uel seruiliter, quia iusto non est lex posita 1. Timo. 1. Et hoc ideo feci, [Vt eos, qui sub lege erant,] scilicet ipsos Samaritanos, [Lucrifacerem,] eos ad fidem Christi conuertendo. Deinde cum dicit, [His qui sine lege erant &c.] Hic dicit, quòd contemperauit se Gentilibus. Vbi primo

Ad Aug. in 2. to. Epist. 11.
Aug. Epist. 19.

primo, tangit suam conformitatem. Secūdo, suæ fidei veritatem, ibi; [Cum tamen sine lege, &c.] Tertio, suæ intentionis rectitudinem, ibi; [Vt lucrifacerem &c.] Et hoc est, [Et factus sum his, qui sine lege erant,] idest, Gentibus Rom. 2. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, tanquam sine lege essem, idest, assentiendo rationibus eorum, & bonis positionibus philosophorū vt patet Act. 17. Cum tamen [sine lege non essem] Rom. 7. Mente seruio legi Dei; [Sed in lege essem,] non Iudaica, sed; [Christi,] qui est Deus non autem Moyses. De qua Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis &c. Et hoc ideo feci; [Vt lucrifacerē eos, qui sine lege erant,] Gentiles ad fidem conuertendo. O fœlix zelator. Gregorius, Nullum tale sacrificium, quale zelus animarum. Deinde cum dicit; [Factus sum infirmis &c.] Hic ostendit, quòd se contemperauit iam conuersis. Vbi primo, ponit modum bonum. Secundo, finem debitum, ibi; [Vt infirmos,] Dicit ergo; [Factus sum] etiā [infirmis,] in fide [infirmus,] a licitis abstinendo 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. Sic facit bonus medicus, qui comedit cibum infirmi, vt eum prouocet ad comedendum, & sic sanet. Et hoc feci; [Vt infirmos lucrifacerem eos in fide roborando. Et breuiter; [Omnibus omnia factus sum,] quasi essem omnium sectarum. Ideo dicitur infra 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et hoc; [Vt omnes facerem saluos.] Sap. 18. In vestimento Poderis, quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat descriptus. Et 2. Regum. 4. Elisæus contraxit se ad modum pueri, & sic suscitauit illum. Et quia secundum Boetium, omnis alteritas discors, similitudo vero appetenda est: ideo viri spirituales salua vitæ, & religionis suæ obseruantia, omnibus se debent conformare: Deinde cū dicit; [Omnia facio propter euangelium.] Superius ostēdit, quòd omnibus se contemperare studuit, hic subdit rationem quare hoc facit, & hanc duplicem; Vnam ex parte euangelij, scilicet, ut cursum liberum habeat. Aliam ex parte sui, scilicet, vt promissum præmium obtineat, ibi: [Vt particeps &c.] Et hoc est, quòd dicit; [Omnia autem facio propter euangelium] sine impedimento prędicandum: [Vt particeps eius,] idest, promissionum, quæ in eo cōtinentur: [Efficiar Matt. 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

LECTIO V.

Nescitis quoniam hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, vt cōprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnib. se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

LECTIO V.

Superius ostendit, ꝙ proposuit a sumptibus abstinere. Primo, propter intentionem præmij. Secundo, propter amorē euangelij. Hic tertio, propter expeditionem cursus & agonis sui. Primo, quidem ostendit, ꝙ oportet in stadio expedite currere. Secundo, ꝙ similiter oportet in agone expedite certare, ibi. [Omnis. n. qui in agone &c. [Tertio, ꝙ ipse facit vtrumque, ibi: [Ego igitur sic curro &c.] In prima, primo ponit exemplum expedite currentium. Secundo, monet eos ad similiter currendum, ibi: [Sic currite &c.] In prima, primo tangit currendi exercitium. Secundo, conuenientiam currentium, ibi: [Omnes quidem currunt &c.] Tertio, differentiam peruenientium, ibi: [Sed vnus accipit brauium &c.] In primo, notatur conditio uiatorum. In secundo, multitudo vocatorum. In tertio paucitas electorum. Matth. 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Conditionem vero viatorum describit a tribus. A certitudine, cum quærit: [Nescitis.] A breuitate cum addit; [In stadio.] A labore cum subdit: [Currunt,] Dicit ergo: [Nescitis.] Quod tripliciter continuatur. Primo modo, sic. Quasi dicat. Recte abstineo a sumptibus sumendis, vt particeps efficiar. Nam si non abstinerem a contrarijs euangelio, nō essem eius particeps: [Nescitis,] enim: [Quod hi &c.] Vel sic, Nescitis quòd hoc facio vt particeps euangelij efficiar, & vtique possum esse particeps. Nam non sic est de euangelij præmio, vel de cursus brauio, quia hic vnus accipit brauium, ibi uero omnes accipere possunt. Tertio modo sic: [Nescitis.] Quasi diceret, Ideo autem sic curro, quia licet multi currentes sint, pauci tamen sunt peruenientes. [Nescitis enim:] Quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. In labore pares sunt: [Sed unus] tantum [accipit brauium,] idest, præmium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autem stadium, 125. passus. Et dicitur stadium a stando, quia Hercules tot passus currebat, & postea stabat, & respirabat, in fine huius spacij ponebatur aliquid qd erat præmiū cursus, ut

F equus & pannus purpureus, & hoc dicitur brauium. Et licet in hoc stadio omnes currerent, vnus tamen solus accipiebat brauiū scilicet, qui citius perueniebat. Sic in cursu spirituali vnus tantum, scilicet perseuerans accipit brauium. Quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Deinde cum dicit; [Sic currite, &c.] Monet eos ad currendum, Vbi implicat tria. Actum strenuum; [Currite.] Modum debitum, [Sic,] Finem optimum; [Vt comprehendatis.] Dicit ergo; [Sic &c.] quasi diceret, quia vnus accipit brauium; [Sic currite per viam veritatis perseuerantes; [Vt comprehendatis] brauium

G vitæ æternæ Hebr. 12. Per patientiam curramus, ad propositum nobis certamen. Deinde cum dicit; [Omnis autem, qui in agone &c.] Ostendit, quod in agone oportet expedite certare. Vbi primo, tangit agonizantium pugnam: secundo, pugnandi formam firmam, ibi; [Ab omnibus se abstinet &c.] Tertio, sic pugnantium mercedem debitam, ibi, [Et illi quidem ut corruptibilem, &c.] Primum est necessitatis, scilicet, pugnare: secundum virtutis, scilicet, abstinere. Tertium felicitatis, s. coronam accipere. Dicit ergo; [Omnis qui in agone, &c.] quasi diceret, vere sic agendum est, quod patet exemplo: quia, [Omnis qui in agone contendit, ab omnib.] impedientibus, [Se abstinet.] Vnde & nudi agonizabant in palestra. Attende, vt Augustinus † ait, quod de rebus non laudandis multæ trahuntur similitudines. Deinde cum dicit; [Et illi quidem ut corruptibilem &c.] tangit pugnantium mercedem. Et primo, pugnantium materialiter. Secundo, pugnātium spiritualiter, ibi; [Nos autem incorruptam &c.] Dicit ergo; [Et illi quidem] abstinent; [Vt corruptibilem coronam accipiant,] quod modicum est;

H [Nos autem,] abstinere debemus, vt accipiamus, [Incorruptā,] scilicet coronam uitæ, de qua Iaco. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit &c. Deinde cum dicit; [Ego igitur sic curro &c.] ponit exemplum utriusque, scilicet currendi, & pugnandi. Vbi primo, tangit cursum suum in profectu boni. Secundo, pugnam suam in uictoria mali, ibi; [Sic pugno &c.] Tertio, rationem vtrinsq; facti, ibi, [Sed castigo &c.] Dicit ergo. [Ego igitur &c.] quasi dicat, qa talis corona seruatur: igitur; [Ego sic curro.] bonum operando, [Non quasi in incertum,] ut sim incertus de præmio. In incertum enim currit, qui talia facit, vt de quibusdam sperare, ex alijs uero possit desperare. Omnia instruunt ad bonum, & persona apostolica, quæ notatur, ibi; [Ego.] Et forma implicita, quæ notatur, ibi; [Sic.] Et actio strenua, quæ notatur, ibi; [Curro.] Et merces sperata, quæ notatur, ibi; [Non quasi in in-

I certum.] Phil. 2. Non in uacuum cucurri, nec in uacuum laboraui; [Sic pugno] contra hostes, decertando contra malum; [Nō quasi aerem uerberans,] idest, non uerbis tantum, sed factis. Non. n. in sermone est regnum Dei, sed in uirtute; supra c. 4. Vel [non quasi aerē uerberans,] i. non inaniter me fatigando, aduersarium non lædendo. Sic erit perfectus homo, si sic se habeat, ut sit inte〈g〉us in confessione. Esa. 38. Recogitabo tibi oēs annos meos, in amaritudine animæ meæ. Deuotus in oratione. Matt. 6. Sic ergo orabitis. Pater noster qui es in cœlis &c. Efficax in prædicatione. Luc. 2. Sic loquimini, & sic facite. Hæc tria pertinent ad actum oris recti, ita tñ quod confessio dirigitur Deo, & proximo, oratio soli Deo, prædicatio soli proximo. Fortis in pugnando. Vnde [sic pugno &c.] Apoc. Qui uicerit sic, vestietur veste alba. Patiens in sustinendo. Iudith. 8. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerūt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Cautus in seruando. Ios. 2. Ad montana conscendite, ne forte occurrant uobis

K reuertentes &c. Et sic ibitis uiam uestram. Primum propter malum culpæ, scilicet, pugna. Secundum contra malum pœnæ, scilicet, patientia. Tertium contra malum tentationis, scilicet, cautela. Benignus in condonando. Matth. 18. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum, &c. Inutilem se reputando. Luc. 17. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta &c. Solicitus, se discutiendo infra 11. Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, & cæt. Primum reprobat malitiam proximi. Secundum probat bonitatem Dei. Tertium dubietatem status proprij. Humilis, in obsequendo. Matth. 4. Sic decet nos implere omnem iustitiā. Agilis, in proficiendo. Vnde hic, [Sic currite,] idest, proficite in bono, ut comprehendatis. Constans, in perseuerando. Vnde hic, Sic currite Phil. 4. Sic state in domino charissimi. Famosus, in conuersando supra. 4. Sic nos existimet homo & cæt. Primum respicit incipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes,

uerātes. Quartum perfectos. Deinde cum dicit; [Sed castigo corpus meum, &c.] tangit rationem prædictorum vtriusq;. Vbi primo, tangit austeritatem vitæ. Secundo, commendationem doctrinæ, ibi; [Ne forte &c.] Tertio, rationem concordię vtriusque, ibi; [Ipse reprobus &c.] Ergo implet facto, quod docet uerbo, ne se damnet ore proprio. Et hoc est, quod dicit; [Sed castigo corpus meum,] per declinationē mali, motus carnis illicitos reprimendo, Castigo ergo, non occido, corpus meū, non tantum alienum Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiā uiuentem, sanctā, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum; Et in seruitutem redigo,] per operationem boni, corpus, s. seruire cogendo, & sensualitatem rōni subijciendo. sicut de beato Martino legitur. Carnem spiritui seruire cogebat, & hoc facio; [Ne forte cum alijs prędicauerim &c.] Aug. † suo timore nos terruit Apostolus: quid. n. faciet agnus vbi aries timet & tremit? [Ipse reprobus,] .i. a Deo reprobatus efficiar, quod turpe esset, Rom. 2. Qui prædicas non furandum, furaris. De huiusmodi posset vere dici illud Iob. 4. Ecce docuisti plurimos &c. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti. Hic quæritur, ibi; [Melius est mihi mori, &c.] Contra, gloria non euacuatur nisi per peccatum. ergo accipere esset ei peccatum, non ergo licitum. Respondeo, gloria essentialis, per hoc nō euacuaretur, sed gloria accidentalis est de hoc opere supererogationis. Item si euangelizauero, non est mihi gloria. Contra, euangelizanti, & sumptus accipienti debetur & aurea, & aureola. Sed Gl. exponit, quando euangelizatur ex necessitate timoris; uel ex cupiditate mercedis temporalis. Item super illud, Dispensatio mihi credita est Glo. Non debemus euangelizare, ut manducemus. Contra, Ergo prædicatores, quæstuarij peccant mortaliter, quia faciunt, quod non debent. Respondeo, si propter quæstum principaliter faciunt, peccant: sed si propter fructuum spiritualem inde prouenientem, bene faciunt. Item ibidem Glo. propter regnū Dei debemus operari omnia nō solum, sed cum regno Dei, mercedem temporalem meditari. Contra, ergo qui uadunt ad ecclesiam pro distributionibus, peccāt? Respondeo, Verum est si solū vel principaliter propter hoc uadant. Item super hoc. Vt nō abutar potestate. Glo. quod esset si acciperet, quod probauit supra eo dem, quòd ei liceat accipere. Respondeo: intelligendum est, si acciperetur indiscrete, & inordinate, & immoderate. Item omnium seruum me feci. Contra, supra 6. Nolite serui effici hominū. Respondeo; hic loquitur de seruitute charitatis, .s. in bono, ibi de seruitute iniquitatis, .s. in malo. Item, factus sum Iudæis Iudęus. Gl. in cibis accipiendis, uel non accipiendis. Contra, Glo. Iniuste ergo reprehendit Petrum de discretione ciborum Gal. 2. Immo bene, quia Petrus discernebat cum scandalo Gentium, .s. in locis Gentilium, Paulus autem non. Item ibidem Glo. propter scandalum Iudæorum circuncidit Timotheum Act. 16. Contra: veritas doctrinæ uitæ, & iustitiæ non debet dimitti propter scandalum. Respondeo, usque ad diuulgationem euangelij non erat de ueritate doctrinę siue uitæ, ne homines circuncinderentur, sed ne spē ponerent in circuncisione. Item ut omnes facerem saluos. Contra, sciebat non omnes saluandos. Respōdeo; uolebat omnes particulari, .i. quemlibet per se, non omnes simul. Item super illud: omnes quidem currunt. Glo. in spirituali agone: quotquot quidem currunt; si spiritualiter currunt, accipiunt: & qui prior uenit expectat, ut coronetur cum posteriori. Contra; unusquisq; in morte coronatur. Respondeo. Hoc intelligitur, de gloria corporis non animæ. Item super illud, Ne forte cum prædicauerim. Glo. Suo timore nos terret Apostolus. Contra. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Verum est timorem pœnæ, sed non timorem separationis suæ offensę.

[...]ter. apo [...]lec. 21.

CAP. X. LEC. I.

Nolo enim uos ignorare, fratres, quoniā patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierūt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualē manducauerūt, & omnes eundē potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: Petra aūt erat Christus. Sed nō in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nā prostrati sunt in deserto.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS monuit abstinere ab idolitiis. Primo, propter vitandum scandalum fratrum infirmorum, cap. 8. Secundo, propter exemplum suum, qui abstinet propter alios ab acceptione sumptuum. cap. 9. Hic tertio, monet ad idem ex consideratione pœnæ Iudęorum, in deserto idola uenerantium, ubi exēplo pœnæ istorum. Primo, monet abstinere a perpetratione peccatorum similium. Secundo, specialiter a comestione idolis immolatorum, ibi; [Propter quod charissimi, fugite ab idolorum cultura &c.] In prima, primo ostēdit, quid antiquitus Iudęis con-

A tigit. Secundo, propter quod, quia non propter se tantum, sed ꝓpter nos corrigendos ita euenit. Hæc autem in figura facta sunt nostri &c. Tertio, vt exemplo eorum caueant, concludit, ibi, Itaque qui se existimat stare &c. Ergo pœna timenda, causa memoranda, cautela adhibenda. In prima, ponit beneficia gratiæ eis impensa existentibus, in Aegypto. Secundo, ꝓstita in deserto, ibi; [Et omnes eandem escam &c.] Tertio flagella, propter ingratitudinē inflicta, ibi; [Sed non in pluribus &c.] In prima tangit tria beneficia. Primum, in protectione nubis. Secūdū, in trāsitu maris rubri,

B ibi; [Et omnes mare transierunt &c.] Tertium, in purgatione baptismatis, ibi; [Et omnes in Moyse & cæt.] Dicit ergo; [Nolo uos &c,] quasi dicat, sic agendum est sicut monui. Non. n. sufficiunt sacramenta ecclesiæ suscepta, uobis postea peccantibus, sicut nec Iudæis Dei beneficia, quin postea punirētur; [Nolo. n. uos ignorare &c.] Hoc dupliciter legitur. Vno modo de bonis, & malis cōiter. Alio modo de malis specialiter. Primo modo sic: [Nolo uos ignorare, fratres, qm̄ patres nostri,] institutores fidei nostræ, oēs tam boni, q̄ mali; [Sub nube,] protegente: [Fuerunt.] Exod. 13. Dn̄s præcedebat eos ad ostendendum uiam, per diem in columna nubis &c. Vel; [Sub nube,] .i. sub figura & umbra Heb. 10. Vmbram habēs lex futurorum &c.] Et omnes mare rubrum submersis hostibus transierunt, non de una ripa ad ripam oppositā, sed ad eandem, unde transierunt quendam sinum maris; [Et oēs in Moyse,] .i. in ducatu Moysi; [Baptizati sunt in nube, & in ma-

C ri,] .i. per uisa signa illa purgati ab ignorantia. Vel a uitijs per fidem, .s. submersis Aegyptijs, Exod. 12. Timuit populus dn̄m, & crediderunt dn̄o & seruo suo Moysi. Vel; [Baptizati sunt,] .i. signum baptismi receperunt. Nam baptismus constat ex aqua, & spiritu Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. Nubes aūt symbolum erat spiritus, mare uero aquæ, ut dicit Damascenus. Deinde cum dicit; [Et omnes eandem escam spiritualē &c.] post beneficia exhibita Israel de Aegypto exeunti; hic tangit beneficia exhibita in deserto. Et primo, beneficium mannæ. Secundo, beneficium aquæ, ibi; [Et oēs eundem potum &c.] Tertio, potus originem mirabilem, ibi; Bibebant aūt &c.] Quarto, originis significationem, ibi; [Petra aūt &c.] Dicit ergo,] Et oēs eandem escam spiritualem manducauerunt] manna, .i. s. de cœlo. Vocat autem eam spiritualem cum esset corporalis, quia miraculose fuit data: de hoc hr̄ Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis. Et oēs eun-

D dem potum spiritualem, .i. aquam de petra, Num. 20. Loquimini ad petram, & ipsa dabit uobis aquam, Percussit petram, & fluxerunt aquæ, [Bibebant aūt de petra spirituali,] quæ dr̄ spiritualis ꝓp effectum miraculosum, propter futuri signum. Petra consequentē eos. Dupliciter intelligitur; [Consequente,] .i. satisfaciente voluntati eorum, Psal. 77. Desiderium eorum attulit eis. Aquę enim ubique sequebantur eos, Esa. 48. Aquam de petra produxit eis &c. Vel; [Consequente eos,] .i. ueritatem sequentem significante; [Petra aūt erat Christus,] non per substantiam, sed per significationem. Hic est lapis, quem reprobauerunt &c. Alio modo legitur de bonis breuiter sic; [Nolo uos ignorare fratres, qm̄ patres nostri,] institutores fidei nostræ oēs boni spiritualiter. Vnde dic t patres nostri non illorum; [Sub nube fuerūt,] sicut prius, [Et omnes eandem escam manducauerunt,] spiritualem, .i. corpus Christi, in signo spiritualiter intellecto. Vnde eandem escam corporalem manducauerunt, idem, .s. quod nos; sed aliam escam

E spiritualem, quàm nos: & hoc quantum ad maiores in Christum credentes. Manducabant Christum spiritualiter, s̄m illud. † Crede & manducasti; [Et omnes eundem potum biberunt,] .s. Christi sanguinem in signo. Sic loquitur de signo, & potu spirituali per fidem, non de corporali; [Bibebant aūt de spiritali &c.] sicut prius. Appetendus cibus, & potus, quia sufficiēs. Vnde dicit: [Omnes manducauerunt.] Indeficiens, quia eandem. Vtilis, quia potus & cibus spiritualis: quod notatur in ipso nomine spiritualis, &c. Deinde cum dicit: [Sed non in pluribus &c.] Post beneficia tangit flagella. Et primo, offensam. Secundo, pœnam, ibi: [Nam prostrati sunt.] Dicit ergo: [Sed non in pluribus &c.] q. d. his omnibus beneficijs usi sunt Iudæi: [Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo:] in illis, .s. qui Deum offenderunt, sed tantum in duobus, .s. Caleph, & Iosue, quibus solis concessum est terram promissionis obtinere. Nume. 14. Mala. 1. Non est mihi uoluntas in uobis.

Aug. super 10. trac. 25.

LECTIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO SECVNDA.

SVperius ostendit,quid antiquis Iudæis contigit, hic ostendit, ꝙ non propter se tantum,sed propter nos corrigendos, ita euenit. Vbi primo ostendit, quòd propter nos corrigendos a peccato, prædicta facta sunt. Secundo, ꝙ propter hoc etiam scripta sunt,ibi; [Hæc autem omnia in figura &c.] In prima, ostendit, ꝙ ideo facta sunt, ut cohibeamur a peccato: & primo a peccato cordis. Secundo,a peccato operis, ibi, [neq; idolatræ efficiamini &c.] Tertio a peccato oris,ibi; [Neque murmurauerìtis sicut quidã &c.] In prima, primo deterret per pœnam. Secundo, ex hoc dehortatur culpã, ibi; [Vt non simus concupiscentes &c.] Tertio, malos reducit ad memoriã,ibi; [Sicut & illi concupierunt &c.]

LECTIO II.

HAEC autem in figura facta sunt nostri,ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neq; idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis:quemadmodũ scriptũ est. Sedit populus manducare,& bibere,& surrexerũt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsi fornicati sunt,& ceciderũt una die uiginti tria millia. Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerũt, & a serpentibus perierunt. Neq; murmurauerìtis, sicut quidã eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc aũt omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

Dicit ergo.[Hæc aũt in figura facta sunt nostri,]non ficta,sed vere facta;[In figura,] inquam, ideo.s.ut nos considerantes illorũ supplicia;[Non simus concupiscentes malorum,sicut & illi concupierunt,]de quibus Psal.105. Concupierunt concupiscentiam in deserto.Num. 11. dr̃, ꝙ vulgus promiscuum flagrauit desiderio carnium.Et notandum,ꝙ sicut in bonis longe melius est, qđ figuratur,quàm ipsa figura,vt regnum cœlorum,quàm terrę promissiones;ita in malis longe peius est,quod figuratur,quàm figura significans,ſm aũt Aug. † illa supplicia,quæ sustinuerunt, figura gehennæ fuerunt; quæ oĩ pœna maior est. (In Psal. 77.) Hæc aũt pertinent ad sapientes inter Corinthios,qui desiderio carnes comedebant in idolio,& scandalizabant infirmos. Vnde similes erant Iudæis,carnes desiderantibus in deserto, vnde digni erant ẽt simili pœna. Deinde cũ dicit; [Neq; idolatriæ,&c.] Dehortat' pctm̃ operis, ubi tangit tria peccata. Primo idolatriȩ. Secundo, fornicationis,ibi;[Neque fornicemur &c.] Tertio, diuinæ tentationis,ibi; [Neque tentemus &c.] In prima,primo dissuadet idolatriæ uitium. Secundo,deterret per exemplum,ibi; [Sicut quidam ex ipsis &c.] Tertio,explicat exemplum implicitum, ibi; [Quemadmodum scriptum est &c.] Dicit ergo; [Neque idolatræ efficiamini,]idolatitijs vescendo in uenerationem idoli, uel scandalũ infirmorum;[Sicut quidam illorũ,]supple idolatræ fuerunt Exo.32. & Psal.105. Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile;[Quemadmodum scriptum est,]Exod.32.] Sedit populus,].i. quidam de populo;[Manducare,& bibere,]corã idolo,quibus similes sunt,qui comedunt idolotita, idola uenerando; [Et surrexerunt ludere,].i. ludos facere,sicut choreas, & hmõi uenerationẽ idoli. Vel;[Surrexerunt ludere,].i.idolum adorare,qđ est simile ludo puerorum, qui faciunt imagines luteas. Deinde cũ dicit; [Neque fornicemur &c. tangit peccatũ fornicationis, ubi primo dissuadet tale peccatũ,secundo deterret per exemplum culpȩ,ibi; [Sicut quidam &c.] Tertio,penæ,ibi,[Et ceciderunt vna die.] Dicit ergo:[Neque fornicemur,]vt quidam ex uobis supra 5. Omnino auditur fornicatio inter uos.[Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt,] cum Madianitis.s. Nume.25. Et ideo:[Ceciderunt una die.]23.immo.24.[Milia.]sed maior numerus, non excludit minorẽ,unde non dr̃ hic cũ præcisione,uel forte uitiũ scriptorũ est. Deinde cũ dicit:[Neque tentemus Christũ &c.] tãgit peccatum diuinæ tentationis,quod dissuadet primo,uerbo: secundo, exemplo,ibi:[Sicut quidam &c.]Tertio,supplicio, ibi:[Et a serpentibus &c.]Dicit ergo:[Neque tentemus Christum.] diffidendo de eius potentia, sicut illi qui in uobis desperant de resurrectione: [Sicut quidam eorum tentauerunt.] Deum uel Christũ in Moyse dicentes,Nunquid poterit parare mensam in deserto?[Et] iõ; [A serpentibus perierunt,] donec, scilicet serpens æneus erectus est,ad cuius aspectum sanabantur. De hoc habetur Num. 21. & Deut.6. Non tentabis dominũ Deum tuum. Deinde cum dicit: [Neque murmurauerìtis &c.] Post peccatum cordis, & operis, dehortatur peccatum oris. Vbi primo, dissuadet murmurationis vitium. Secundo,adducit quosdam in exemplum, & primo culpæ, ibi: [Sicut quidam &cæt.] Secundo,pœnæ,ibi:[Et perie-

F runt a serpentibus.]Dicit ergo; [Neque murmurauerìtis,] contra me,vel minores contra maiores Sap. 1. Custodite vos a murmuratione; [Sicut quidam eorum murmurauerunt,]cõtra Moysen Nume. 16. Murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, [Et] ideo.[Perierunt ab exterminatore,]ab angelo, scilicet, qui extra terminos terre eos percussit Baruc.3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Notandum super illud; [In Moyse baptizati sũt,] quòd Damas. lib.4.cap.de baptismo distinguit nouem genera baptismatum, accipiendo baptismata large. Primum, est aqua diluuij, de quo habetur Gen.6. Secũdum, mare rubrũ, de quo Exod.14. Tertiũ, aqua expiationis, de qua Num.19. Quartũ, baptismus Ioannis, de quo Matth. 3. Quintũ, baptismus,de quo Xp̃s baptizatus fuit Luc.3. Sextum, baptismus spiritussancti,super discipulos Act.1. Vos autem baptizamini spiritusancto. Septimum,baptismus pœnitentiæ, & contritionis,de quo Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo &cæt. Octauum, baptismus sanguinis.de quo Luc.12. Baptisma habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur. Nonum, baptismus H aquȩ,& spiritus,de quo Io 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto Matth.vlt. Baptizantes eos in nomine patris, & filij,& spiritussancti.] Deinde cum dicit; Hęc aũt omnia in figura &c.] Habito, quòd propter nos prædicta facta sunt,hic ostendit, quòd propter nos etiam scripta sunt. Et primo quòd in significatione. Secundo,quòd in correctione,ibi:[Scripta sunt autẽ &c.] Dicit ergo: [Hęc autem &c.] quasi dicat,Ista contigerunt illis, & hoc non tantum propter sua peccata, non autem pro se, sed [Omnia in figura] nostri, scilicet: [Contingebant illis:]erat.n. tunc tempus figurarum. Deinde cum dicit:[Scripta sunt autem ad correctionem.] Tangit, quòd scripta sunt ad correctionem nostram. Vbi implicantur tria incitantia ad correctionem nostram. Primo, antiquorum exempla, quę notantur in scripturis. Secundo, exemplorum causa, quę est correctio nostra. Tertio,ętas nouissima,quę est finis seculorum. Dicit ergo: [Scripta sunt autem ad correctionem nostram, quia quęcumque scripta I sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt Rom.15. Nos dico: [In quos fines seculorum deuenerunt,] idest,sexta ætas, quæ est ultima ętas laborantium 1.Ioan.2. Filioli mei, nouissima hora est. Quia ergo in ultima seculi ętate sumus, tot exemplis priorum corrigi debemus. Vel:[In quos fines seculorum deuenerunt,] i. in quibus per fidem,& amorẽ Christi finita est secularitas: quia Phil.tertio,dicitur, Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde temporalia non promittuntur tempore gratię,sicut tempore legis. Vnde nec in pactum deducuntur,sed adijciuntur,Matth.6. Primum quærite regnum Dei &c. Sed antiquitus erant in pactum Esa.1. Si nolueritis, & audieritis &cęt. Ecce ergo exempla certa, quia scripta sunt:utilia,quia ad correctionem nostram:durabilia, qa in quos fines &c.

LECTIO III.

G ITaque qui se existimat stare, uideat ne cadat. Tẽtatio uos non apprehendat, nisi humana. Fidelis aũt Deus est, qui non patietur uos tẽtari, supra id quod potestis: sed faciet ẽt cũ tentatione prouentum,ut possitis sustinere.

LECTIO III.

K HAbita primo Iudæorũ punitione. Secũdo,punitionis rõne. Hic tertio concludit,ꝙ exẽplo eorũ debẽt a malo cauere, vbi primo monet,ut caueant cãsum. Secundo,cauendi docet modum,ibi:[Vos non apprehendat &c.] Tertio, promittit firmum adiutorium,ibi: [Fidelis autem Deus est &c.]In primo, implicat quatuor solicitantia sapientem, .s.multitudinem cadentium, cũ dicit:[Itaque.]Incertitudinem stantium,cum subdit,[Qui se existimat stare &c.]Necessitatem cautelæ,cum addit:[Videat.]Facilitatẽ ruinę,cum dicit,[Ne cadat.]Dicit ergo,[Itaque &c.]Quasi dicat, Illi & si beneficijs Dei vsi sint, nihilominus pp peccata perierunt.[Itaque]ex eorum consideratione,[Qui existimat,]aliqua coniecturatione,[Se stare,]idest, quòd sit in gratia, & charitate [Videat,]diligenti attentione,[Ne cadat]peccando,uel alios faciendo peccare Esa.14. Quomodo cecidisti Lucifer Psalm. 90. Cadent

Cadent a latere tuo mille &c. Ideo Eph.5. Videte,quomodo, caute ambuletis. Deinde cum dicit; [Tentatio uos non apprehendat &c.] Docet modum cauendi causam, scilicet,cauendo tentationem. Vbi primo,docet aliquam tentationem fugiendam. Secundo,aliquam sustinendam,ibi;[Nisi humana.] Primo, notificat, qa pulsat ut introeat. Vnde dr̃; [Tentatio.] Secundo, quia impugnat, ut prȩualeat. Vnde subditur;[Non uos apprehendat.] Dicit ergo;[Tentatio &c.] Quasi diceret,ne cadatis;[Tentatio,] scilicet, peccati;[Non uos apprehendat] trahendo in consensum peccati; [Nisi humana.] hoc dupliciter exponitur. Vno modo,de tentatione interiori mala,& tunc est permissio,quasi dicat,nulla peccati delectio uos apprehendat, nisi forte uenialis, sine qua uita humana non ducit. Non.n.est homo,qui semper faciat bonum,& nõ peccet 3. Reg. 8.& 2. Paralip. 6. Alio modo exponitur de tentatione exterioris boni. Et tunc est exhortatio. sic, Tentatio uos non apprehendat, nisi humana,.s.tribulationum præsentium pp Christum tolerantia. (quæst. & lectio. 9.) Aug. † Propter Christum pati humana tentatio est. Thob. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit,ut tentatio probaret te. Deinde cum dicit; Fidelis Deus.]Ostendit paratum adiutorium in tentatione. Vbi commendat Deum adiutorem, qui dat nobis resistendi potentiam, quod notatur ibi; [Sed faciet cum tentatione &cęt. [Perseuerantiam,quod notatur,ibi;[Vt possitis sustinere,]Vere fidelis Deus,qui dat potẽtiam,ne uincamur,gratiam ut mereamur,constantiam ut uincamus. Dicit ergo; [Fidelis &c.] Quasi diceret, uos ad hoc hortor & moneo,quod potestis. Fidelis dñs in omnibus uerbis suis; [Qui non patietur uos tẽtari supra id,quod potestis:] quod vtique ppiser diabolus, si permitteretur, quia non est potestas super terram, quę ei comparetur. Iob 41. & Esa.40. Dat lasso uirtutem. Ideo Iac.1. Omne gaudium existimate fratres cum in uarias tentationes incideritis. (Psal.61. & Esa.) Aug. † Qui dat diabolo tentandi licentiam,ipse dat tentatis misericordiam; [Prouentum,] inquam;[Ita ut possitis sustinere,] ne deficiatis in lucta,sed vincatis: quod fit per humilitatem, ut dicit Aug. Illi.n.non crepant in fornace, qui non habent uentum superbię. Notandum est super illud, Qui se existimat stare &c. qđ ad casum impellunt nos. primo,debilitas uirium, sicut cadũt pueri. decrepiti,infirmi, Es.40. In infirmitate cadent,quod contingit per tepiditatem bene operandi,& instabilitatem. Secundo, onus peccatorum,sicut cadunt asini sub onere nimio ps.35. Ceciderũt qui operantur iniquitatem, quod contingit per negligentiã pœnitendi: quia peccatum,quod per pœnitentiam &c. Tertio, multitudo trahentium,sicut arbor vel domus multis trahentib. deorsum cadit. supra eodem, Neque fornicemur &c. quod contingit per impulsum hostium. Quarto, lubricitas uiarum sicut incauti cadunt in lubrico Eccl.28. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas, & in conspectu &c. Quod contingit per incautam custodiam sensuum. Quinto, uarietas offendiculorum, sicut auis capta,in medio laqueorum ps.19. Hi in curribus &c. Prou.24. Septies in die cadit iustus. qđ contingit per corruptionem creaturarum. Sexto,ignorantia agendorum, sicut cæci cadunt de facili Matth.15. Si cæcus cęco ducatum prestet &c. quod cõtingit per negligentiam addiscendi necessaria. Septimo,exempla cadentiũ, sicut angeli ad exemplum Luciferi ps. 90. Cadent a latere tuo mille &c. Prou. 25. Fons turbatus pede & uena corrupta, iustus cadens coram impio,quia contingit per imitationem malorum. Octauo, põderositas corporum: corpus.n. quod corrumpitur, aggrauat animam, sicut lapis in collo natantis. Iob 14. Mons cadens defluit, quod contingit per carnis fomentum superfluum.

LECTIO IIII.

PRopter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentib. loquor, uosipsi iudicate, quod dico, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est. Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de uno calice participamus.

LECTIO IIII.

SVperius ex consideratione Iudeorum pęnę, monuit abstinere a perpetratione peccatorum similium, hic specialiter monet cauere a comestione idolis immolatorum. Vbi primo, ponit commonitionem cauendi ab idolotitis. Secundo,subdit causam commonitionis,ibi:[Quod ergo dico &c.] Tertio,docet modum cauendi a dictis,ibi:[Omne quod in macello uenit, manducate &c.] In prima, cauere ab idolotitorum comestione monet. Primo ex timore pœnę consimilis. Secundo,ex communione sancti altaris,ibi: [Vt prudentibus loquor &c.] Tertio, ex similitudine sacrificij legalis, ibi: [Videte Israel secundum carnem &c.]In prima, ut eius obediant dictis. Primo, arguit inferendo,

A cum dicit; [Propter quod.] Secundo, allicit blandiendô, cũ subdit; [Charissimi mei.] Tertio,instruit exhortando,cũ addit,[Fugite &c.] Dicit ergo; [Propter quod &c.] Quasi diceret,quia sacramenta sola non saluant,& qui cadit punitur,& auxilium Dei non deest,propter quod charissimi mei, [Fugite ab idolorũ cultura,] idest, ab omni idoli ueneratione. Glos. Ideo hos Apost. hortatur fugere ab idolatrię superstitione, vel ne sapientes comedant idolotita, cum offendiculo infirmorũ, quibus idolatrare uiderentur. Vel ne ipsi infirmi idolatræ sint, edendo in idoli ueneratione. Fugite ergo ab idolorum B cultura. Vel putatiua, quo ad esum sapientium, vel vera quo ad esum infirmorũ. Deinde cum dicit; [Vt prudentib. loquor &c.] Monet cauere ab idolotitorum comestione ex cõione sacramẽti altaris. Vbi primo,quod dicturus est supponit eorum iudicio. Secundo,ostendit quid est illud.s. ꝙ per cõionem eucharistiæ efficimur unũ cũ Christo,ibi;[Calix benedictionis &c.] Tertio,probat,ꝙ ita est,ꝙ omnes sumus unum in corpore eius mystico,ibi: [Qm̃ unus panis &c.] Dicit ergo, [Vt prudentib.&c.]q.d. Vt sapientibus,[Loquor,] uobis, [Vt prudẽtib.] Vel sic, [Loquor,] vobis altum quid.s.quod sequitur,[Vt prudẽtibus.] Vel sic loquor infirmis.s.qui sunt inter uos,ut supra locutus sum prudentibus. Et ideo, [Vos ipsi,] maiores, [Iudicate quod dico,] Iob.21. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, [Iudicate,] inquam,hoc quod sequitur, [Calix benedictionis,] i. potus calicis, per quem C participãtes benedicuntur Luc.22. Similiter & calicem postquã cenauit,dicẽs,Hic calix &c.] Cui benedicimus,] idest, quod nos fideles exaltamus credendo,& gratias agendo. Vel,[Cui benedicimus,] idest, quem nos sacerdotes consecramus] Nonne cõicatio sanguinis Christi est?] faciens nos unum cum ipso, ſm illud Aug. Nec tu me mutabis in te,sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Est ergo sua ratio talis. Sicut participans calicem domini fit unum cum eo,sic participans calicem dæmoniorũ fit vnum cum eis,sed dæmonum vnitas est maxime fugienda, ergo & participatio idolotitorum in eorum ueneratione. Et ideo fugite ab idolorum cultura,] Et panis quem frangimus,] i. sumptio panis fracti in altari, [Nonne participatio corporis domini est?] faciens nos unum cũ Christo, quia sub specie panis sumitur corpus Christi. Deinde cum dicit; [Quoniam unus panis &c.] Ostẽdit,quod omnes sumus unum in corpore eius mystico. Vbi pro- D ponit,primo unitatem. Secũdo,subdit unitatis rationem,ibi:[Omnes qui de uno &c.] In prima,tangit duplicem unitatem. Primã incorporationis, qua in Christum transformamur, cum dicit, Vnus panis &c.] Aliam uitæ, & sensus, quam a Christo capite accipimus, cum addit, [Et unum corpus &c.] Dicit ergo,[Quoniam unus &c.]quasi dicat,per hoc patet,quòd unum sumus cũ Christo, quoniam, [Vnus panis,] unione fidei,spei & charitatis, [Et unum corpus multi sumus,] per subministrationem operum charitatis. Corpus, scilicet, illius capitis, qui est Christus, [Multi,] dico, scilicet, omnes,[Qui de uno pane,] idest,corporis Christi, [Et uno calice,] idest, sanguine, [Participamus] digna participatione, scilicet spirituali, non tantum sacramentali Augu. † Accipite. quia unus panis & unum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo, quòd sicut unus panis ex multis granis, & unũ corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulatis, connectitur. (Super 10. tract. 25.) De ista unitate in- E fra 12. dicitur. Hic quæritur super illo, Omnes in Moyse baptizati Glo. per uisa illa legalia purgati. Contra, legalia non iustificabant. Respondeo, iustificabant dispositiue a remotis,non causatiue, quia per modum signi, non causæ. Item super illud. Petra aũt erat Christus Glos. Non petra dedit aquas, sed Christus. Contra Num.20. Loquimini ad petrã, & ipsa dabit uobis aquas. Respondeo,Petra dabat originaliter,non effectiue. Item super illud, Omnes eandem escam. Glo. Si quis manducauerit ex hoc pane,non morietur in æternum, scilicet,qui manducat corde,nõ qui premit ore. Contra, ergo non oportet sacramentaliter manducare. Respondeo, non qui premit ore solum, scilicet. Item super illud, Eundem potum spiritalem Glo. Idem est effectus in illis sacramentis, sed non tantum quantum in nostris. Contra, sacramenta uetera non efficiebant, quod figurabant. Respondeo, idem est effectus, sed aliter: nam illorum per modum signi: nostrorum per modum causæ. Item super illud, Hæc autem in figura facta sunt; Glo. Omnes pœnæ minores sunt gehenna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

henna. Contra, Caretia uisionis Dei maior est, quam gehenna, F secundum Chryso. Respond eo, loquitur de penis temporalibus. Item super illud, Qui stat, uideat ne cadat Glo. Non q̃ sit aliquis sine casu. Contra, multi sunt sine mortali. Respondeo, duplex est casus, unus a domino per mortale, alter in domino per ueniale. Itē super illud, Fidelis Deus. Glo. Qui dat tēptandi diabolo licentiā, dat tentatis misericordiā. Cōtra, quod fit de licentia, licitē fit. Ergo licet diabolo tentare. Respondeo, licentia accipitur hic pro permissione, non pro concessione. Itē uosipsi indicate. Contra, nō est inferiorū iudicare de factis superiorū. Respōdeo, non debent iudicare iudicio superordinationis, sed licet iudicio discretionis. Itē super illud, Benedicimus. Glo. Nos sacerdotes. Contra, Quod minus est, a maiori benedicitur. Respondeo, in sacramento altaris, benedictio sacerdotis fertur super terminum a quo, i. super panem, non super terminum, ad quem, ideſt, corpus Christi. Item. Panis, quem frangimus, &c. Contra, tam tunc non est ibi panis. Respondeo, ponitur significatum pro signo, ideſt panis, pro specie panis. Item super illud. Nōne participatio, &c. Glo. per partes manducatur in sacramēto, & manet integer in cœlo. Contra Christus sub sacramento est impartibilis. Respondeo, manducatur per partes sacramenti, nō sui. Item ibidem Glo. in illo sacramento corpus suum, & sanguinem commendauit, quod est, fecit nos ipsos. Contra, fecit nos corpus Christi uerum. Respondeo, quod id est cuius significatū: H Vnde relatio est simplex.

LECTIO V.

SVperius monuit abstinere a comestione idoloritorū. Primo ex timore pœnæ consimilis. Secundo ex communione altaris hic tertio monet ad idem ex similitudine sacrificij legalis. Vbi primo excitat attentionē. Secundo ostendit propositū, ibi: [Nonne qui edunt hostias.] Dicit ergo; [uidete.] Hoc dupliciter legitur. Vno modo de sacrificiis Iudæorum. Alio modo de ritu gentilium. Primo modo hoc, q̃ dico, Israel, est accusatiui casus, Alio modo uocatiui. Primo modo sic, Quasi dicat, Multi unum corpus sumus, qui de uno pane, & de uno calice participam⁹. Et hoc patet per hanc similitudinem: [Videte Israel secundū carnem,] supple ambulantem. i. carnalibus sacrificijs deseruientem. Hoc dicit ad differentiam Israel secundū spiritū. De utroque Rom. 2. Non enim, qui in manifesto Iudæus, &c. [Nonne qui edunt hostias] legales, [Participes sunt altaris] legalis? Sicut qui edūt carnem Christi & sanguinem, participes sunt corporis eius; Secūdo modo legitur sic; [Videte, o Israel,] o uos qui estis Israel, spiritualis videntes. ſ. Deum; [uidete] inquam, ea quæ sunt; [Secundum carnem,] i. in idolatriæ ritu carnali; [Nonne qui edūt hostias] idolis. ſ. immolatas, [Participes sunt altaris] dæmonum, & idolorum? Quasi dicat sic. Est ergo sua ratio talis, [Qui edūt hostias] oblatas altari; [participes sunt altaris.] A simili, qui edūt hostias immolatas idolis, participes sunt idolorum siue dæmoniorum. Deinde cum dicit; [Quid ergo? dico, &c.] Superius posuit monitionem cauendi ab idolotitorum comestione, hic ponit causam admonitionis. Ponit autem quatuor causas quare debent ab idolotitis abstinere. Primo, propter uitandam dæmonis societatem. Secundo, propter uitandam sacræ communionis exclusionem, ibi; [Quia non potestis calicem domini bibere, &c.] Tertio, propter uitandam Dei indignationem, ibi; [An æmulamur dominum, &c.] Quarto, propter fratrum læsionem, ibi; [Omnia mihi licent, &c.] In prima, primo ostendit per hoc, quòd nō dicit hoc, eo quòd alicuius uirtutis reputet idolum, uel idolotitū. Secundo, quòd potius ideo, quia dæmonibus est immolatum, ibi; [Sed quæ immolant, &c.] Tertio, quòd non uult eos esse socios dæmonum, ibi; [Nolo autem uos socios, &c.] Dicit ergo; [Quid ergo?] Quasi dicat, Moneo cauere ab idolotitis; [Quid ergo dico,] ideſt, quid dicere uideor hoc monendo? Nūquid hoc, supple quòd illud; [quod idolis est immolatum sit aliquid] uel alicuius uirtutis, ut noceat; [aut quod idolum sit aliquid ueneratione dignum? Quasi dicat, Non. Psal. 134. Neque enim est spiritus in ore ipsorū; [Sed hoc potius dico, [quòd quæ immolant gentes] idolo; [dæmoni immolant, & non Deo.] psal. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Deut. 32. Immolauerunt dæmonibus, & non Deo. Deinde cum dicit; [Nolo autem vos fieri, &c.] Ostendit, q̃d non uult eos fieri socios dæmonum, quod fieret si communicarent mensæ idolorum. Et hoc est, quod dicit. [Nolo autem uos] qui fideles estis [Socios fieri dæmonum,] edēdo, scilicet, de his, quæ idolis immolantur, secundæ Cotinthiorum sexto. Quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial? Deinde cū dicit; [Nō potestis calicem, &c.] Ecce secūda ratio, qua re abstinendum est ab idolotitis, quæ est talis. Omne quod excludit a cōmunione corporis & sanguinis Christi, uitandum est: Comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo uitanda est. Primo ergo ostendit, quod huiusmodi comestio excludit a communione sanguinis Christi. Secūdo, quod & a communione corporis Christi, ibi; [Non potestis, mensę domini participes esse, &cæt.] Dicit ergo; [Non potestis, &c.] quasi dicat, [Nolo uos fieri socios dæmoniorum.] Hoc autē ideo dicit, quia; [Non potestis calicem domini bibere] potu spirituali, non sacramentali tantum psal. 115. Calicem salutaris accipiam; [Et calicem dæmoniorum] simul, & hoc quoad sacramentum sanguinis; [Non potestis mensæ domini participes esse] quoad sacramentum corporis; [Et mensæ dæmoniorum.] Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Ecce ergo calix fructuosus, quia ad bibendum spiritualiter pretiosus, quia domini specialiter purus & mundus: quia non datur immundis utiliter. Similiter potest dici de mensa. Deinde cum dicit; [An æmulamur Dominum, &cæt.] Ecce tertia ratio talis. Omne illud quod prouocat iram Dei, uitandum est: Comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo uitanda est. Primo ergo ostendit, quòd Deus prouocatur ex tali comestione. Secundo, quòd stultum est eum prouocare, ibi; [Nunquid fortiores illo, &cæt.] Dicit ergo; [An æmulamur,] ideſt, ad iram prouocare uolumus; [Dominum] comedendo idola? Vel sic; [An emulamur dominum, ideſt, innidemus ei, quasi in contemptum eius hoc faciamus? Deut. 32. Prouocauerunt eū in nō dijs. [Nūquid, quasi dicat. Non debemus eum prouocare; [Nunquid illo fortiores sumus? quasi dicat, Non. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Fatuum est enim prouocare fortiorem se. Notadum super illud, Nolo autem uos socios fieri, quod est societas bona & mala, & utraq; quadruplex. Est ergo societas bona. prima personarum diuinarum, de qua primæ Ioannis primo, ut societatem habeamus cum Deo, & societas nostra sit cum patre & cū filio eius Iesu Christo. Et hoc exigit summa iucunditas, quia nullius rei sine socio iucunda est possessio. Secunda angelorum sanctorum, de qua Thobiæ 5. Credo. n. quod angelus Dei bonus comitetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Hieronymus, Magna est dignitas animarum, &c. Tertia, uirorum iustorum, de qua Galat. 2. Iacobus, & Ioannes dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Et hoc exigit nostra utilitas. Eccle. 4. Melius est duos, &c. Quarta beatorum, de qua Apocalypsis primo, Ego Ioannes socius uester & frater in tribulatione & regno, & hoc exigit communis felicitas, quia si socij sumus pœnis, erimus & consolationis, supra primo. Societas mala similiter quadruplex. Prima, a parte malorum, de qua Esa. primo, Principes tui infideles socij furum. Hæc est societas Herodis & Pilati in crucifixione Christi. Secunda hypocritarum, de qua Iob 30. Frater fui draconum & socius struthionum, quæ alas habere uidetur & uolare non potest. Hæc est societas uulpis & lupi. Tertia dæmonum, de qua Iob 18. Habitent in tabernaculo eius socij eius, qui non est: hæc societas carti & muris, carnificis & potuis. Quarta damnatorum, de qua secundę Cotinthiorum 6. Quę societas lucis ad tenebras, hæc est societas incarceratorū in igne. Deinde cum dicit; [Omnia mihi licent, &c.] Ponitur quarta ratio talis. Omne illud, quòd lædit proximorum salutem, uitandum est: sed comestio idolotitorum est huiusmodi; ergo uitanda est. Primo ostendit, quod talis comestio comedenti non proficit. Secundo, q̃ alterū lędit, ibi; [Omnia mihi licēt &c.] Dicit ergo; [Omnia mihi. &c.] quasi dicat. Si illos peccare dicam, qui comedunt idolotita. Non tamen dico cibos in se illicitos, quia omnia quæ ad escam pertinent, mihi licent. Vel & si omnia mihi licent, [sed non omnia expediunt,] ideſt, adiuuant me in cursu meo. Similе

mile supra sexto, [Omnia mihi licent,] ideſt, & si omnia mihi licerent. [Sed non omnia ædificant,] proximos, sed ea quæ charitatis sunt: supra 8. Scientia inflat, charitas ædificat: & quia non omnia ædificant. [Nemo quod suum est quærat] tantum. Charitas enim non quæ sua sunt quærit, infra 13. [Sed quod alterius,] ideſt, quod alteri, ꝓficit. Sed, [heu,] Philip. secundo, dicitur, Omnes quæ sunt sua quærunt. Audiendus est ergo Apostolus, qui & docet uerum, & monet bonum. Docet uerum duplex, scilicet expedientiæ sibi, quia; [Omnia licent, sed non expediunt:] & ædificationis alijs, quia; [Omnia licent, sed non omnia ædificāt;] Monet bonum duplex, scilicet expedientiæ sibi. [Nemo quod suum est quærat,] & ædificationis alij, [Sed quod alterius.]

LECTIO VI.

OMne quod in macello uęnit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra, & pleni tudo eius. Si quis uocat uos infidelium ad cænam, & vultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiā. Si quis autem dixerit, Hoc immolatū est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiā

LECTIO SEXTA.

SVPERIVS monuit cauere ab idolorhytis, & posuit rōnē quadruplicem suæ monitionis: hic tertio docet modū cauendi a prædictis, ostēdendo qño liceat edere, & quomodo non. Primo ergo ostendit, an liceat edere. Secundo, quando non licet; [Si quis autem dixerit &c.] Tertio quid in utrisque debeat attendere, ibi; [Siue ergo manducatis &c.] In prima, primo ponit duos casus, in quib. licet idoloth yta comedere. Primus, quando comedit per se, secundus, qñ cū aliis, ibi; [Si quis autem infidelis, &c.] Vel primus, qñ nescit idolis immolatum: secundus qñ non in proximi scandalum. In primo casu primo tangit comedendi licētiam, secundo comedendi præstat cautelam, ibi; [Nihil interrogantes &c.] Dicit ergo; [Omne quod in macello uenit,] i. uendi tur & c. q. d. quia licet edere, sed non expedit aliquando, ideo sic edite; [Omne quod in macello uenit,] i. venditur: [Manducate sanuitis. Omnis enim creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, &c. 1. Tim. 4. Vos dico; [Nihil interrogantes,] ſ. an sit idolis immolatum, vel non, & hoc; [Propter conscientiam,] astantis infirmi: [Domini est terra, &c.] q. d. Hoc secure potestis facere, quia; [Domini est terra, & plenitudo eius,] ideſt omnia quibus terra impletur Psal. 49. Quoniam meæ sunt omnes ferę &c. Ambrosius hoc in loco, Non potest esse immundum, quod domini est: sed omnes carnes sunt domini. ergo de se mundæ sunt & licitæ. Deinde cum dicit, [Si quis autem uocat &c. [Ostendit quando licet comedere idolothyta cum aliis, qñ. ſ. dantur in conuiuio, & iguoratur ab infirmis, quod sint idolis immolata. Vbi implicā tur quatuor expedientia cuiuslibet conuiuæ. ſ. ne sit impudēs seu ingerendo, quod notatur ibi; [Si quis uocat vos,] quod nō sit offendens in respuendo, quod notatur ibi; [Et uultis ire.] quod nō sit onerosus in petendo, quod notatur ibi, [Omne quod uobis apponitur,] quod non sit indiscretus in loquendo, ibi, Nihil interrogantes.] Dicit ergo, [Si quis infidelium,] ideſt, gentilium. Nā cum Iudęis comedere, prohibitum est. 28. q. 1. c. omnes. ubi sic dicit; Omnes demeeps sine clerici, sine laici, Iudæorum conuiuia uitent, nec eos ad conuiuium quisquam recipiat, quia cum Iudęi apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum atque sacrilegium est, eorū cibos a Christianis sumi. [Si quis ergo infidelium,] ideſt gētilium; [Vocat uos ad cœnam & uultis ire.] placet uobis inuitatio, [Omne] comestibile; [Quod uobis apponitur, manducate.] Concessio est; non iussio Luc. 10. Manducare, quæ uobis apponuntur. Vos dico; [Nihil interrogātes] an sit immolatū idolis, vel non. Et hoc; [Propter conscientiā] infirmorū. Deinde cū dicit; [Si quis aūt dixerit &c.] Ostendit qñ non licet comedere. Vbi assignat triplicem causam, quare non licet comedere. Primo, pp alterius conscientiam. Secundo, pp damnationem propriā, ibi, [Vt quid. n. libertas mea &c.] Tertio, pp impetitorum blasphemiam, ibi; [Si cū gratia participo &c.] Prima ratio talis est: Nihil faciendum est scienter, quod lædat conscientiā eius qui facit: sed comestio idolotiti est hmōi. ergo nihil tale est faciendum. Primo ergo proponit idolotiti cognitionem. Secūdo dissuadet eius comestionem, ibi; [Nolite mānducare &c.] Tertio, subdit huius rōnem, ibi; [Propter illum qui indicauit.] Dicit ergo; [Si quis aūt dixerit,] ēt non interrogatus; [Hoc est immolatum idolis, nolite mānducare:] & hoc [Propter illum, qui indicauit; hoc esse immolatum idolis, ſ. credat te manducare sub uene ratione idoli, non quod cibus de se sit immundus, Ro. 14. Scio & confido in dño, q̃ nihil cōe est per ipsum, nisi illi qui existimat aliquid cōe esse, sed ēt; [Propter conscientiā] aliorum infirmorum. [Conscientiam autē non tuam,] quæ firma est, [Sed alterius,] ſ. infirmi 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem. Deinde cū dicit, [Vt quid. n. libertas mea &c.] Ecce iā secunda ratio, quæ est talis. Quod facit ad iudicium dānationis, ꝓprię uitandum est: sed comestio idolotiti cū scandalo proximi est hmōi, ergo talis comestio uitanda est: & hoc est, quod dicit: [Vt quid &c.] q. d. Nolite manducare pp conscientiam infirmi. [Vt quid. n. libertas mea,] ideſt, quod liberum mihi est; [Iudicatur ab aliena cōscientia,]. i. mihi fit damnabile propter conscientiam alienam rōne scandali, quasi dicat, si comedo cum alterius scandalo, sic ago vt reddam me damnabilem Matth. 18. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis expedit ei, vt suspendatur mola asinaria &c. Vt quid ergo sic ago. q. d. male ago. Deinde cum dicit: [Si ego cum gratia participo &c.] Ecce ratio tertia talis, Cauendus est casus in blasphemiam, & vituperium aliorum: sed comedendo idolotitum, cum scandalo comedo sic. ergo &c. Vbi primo tangit modum edendi debitum. Secundo nihilominus blasphemiam insipientium, ibi; [Quid blasphemor.] Dicit ergo. [Si ego cum gratia,]. i. cum gratiarum actione, [Participo,]. i. comedo: sic. n. semper fumendus est cibus Io. 6. Gratias agens benedixit & fregit: [Quid blasphemor] ab imperitis dicentibus idolatrare. Blasphemor, inquam, [Pro eo quod gratias ago,]. i. q̃ gratias agendo participo Roma. 14. Non ergo blasphemetur bonum nomen uestrum.

LECTIO VII.

SIue ergo māducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Si ne offensione estote Iudæis, & Gentibus, & ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

HAbito quando licet de idolotitis comedere, & qñ non: hic ostendit, quid in utroque debent intendere. Primo respectu Dei, quia debent quærere eius gloriam. Secundo quid respectu proximi: quia debent cauere eius offensam, ibi, [Sine offensione estote &c. In prima, primo inducit actum multiplicem: secundo persuadet actuum intentionem debitam, ibi: [Omnia in gloriam Dei &c.] dicit ergo, [Siue ergo &c.] q. d. Quia hæc mala contingunt, [Ergo siue manducatis siue bibitis,] quæ sunt opera necessitatis,] Vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite,]& cum inuocatione creatoris ea intentione, ut Deus laudetur & glorificetur. Matth. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus &c. Colosſ. 3. Omne quodcunque facitis in uerbo, aut opere, omnia in glorią Dei facite. Aug. in Psal. 34. concione 2. in fine. Hęc si rectę fiunt, laudes Dei sunt. Non ergo solum uox tua sonet laudes Dei, sed ēt opera tua concordent cum tua. Cum. n. Deus laudatur de bono opere, Deum laudas: & cum blasphematur Deus de malo opere tuo, Deum blasphemas. Deinde cum dicit, [Sine offensione estote &c. Monet ut caueant ab offensa aliorum, & persuadet hoc primo, uerbo: secundo, exemplo, ibi, [Sicut & ego per omnia &c.] vbi ponit se in exemplum, primo pacificæ cōuersationis: secundo fructuosę operationis, ibi: [Non quærens, q̃ mihi utile &c.] Tertio rectæ intentionis, ibi: [Vt salui fiant.] Felix cuius conuersatio amabilis, operatio utilis, intentio salubris dicit ergo: [Sine offensione &c.] q. d. Vt omnia in glorią Dei fiant: [Sine offensione estote Iudęis,]q nō adorant idola, & ideo in tali comestione scandalizātur: [Et Gentib.] qui adorant idola, & ideo p huiusmodi comestionem in errore confirmantur, [Et ecclesiæ Dei] quantū ad infirmos in fide, qui inde offendūtur. Iudæi sunt sub lege, sed nō sunt sub fide: Gentes nec sub lege, nec in fide. Ecclesia Dei & sub lege, & in fide, Rom. 12. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes; [Sicut, & ego per omnia omnib. placeo, tanquam conuersus sine scandalo: [Ego,] inquam, [Non quærens q̃ mihi utile est] tantum, [Sed q̃ ultis

Universidad de Deusto Biblioteca

multis.]Ecce optimus modus placendi omnibus, si omnium vtilitas, non priuatum commodum procuretur. Charitas, inquam, non quærit quæ sua sunt; [Quod est utile,] inquam, multis, & non hoc ad aliquod commodum temporale; [Sed] ad hoc; [Vt salui fiant] Phil. vlt. Non quęro datum, sed fructum. Notandum, ꝙ multa sunt, quæ merito placere faciūt hominibus. Primum prudentia in consilijs, sicut aduocatus, clienti. Dispensator principi placet. Gen. 4. Placuit Pharaoni consilium, & omnibus seruis eius. Eccle. 20. Vir prudens placebit magnatis. Secundum, mundicia in factis, sicut coniunx coniugi, instrumentum vtenti placet. 1. Reg. 2. Puer aūt Samuel crescebat & proficiebat, placens tam Deo, quàm hominibus. Non sic filij Heli. Tertium, pietas in suffragijs, sicut medicus infirmanti, baculus seni placet. Vnde de sepultura Abner dicitur 2. Regum 3. Placuerunt eis omnia, quæ fecit Dauid &c. Quartum, sapientia in uerbis, sicut lumen uiatori. viror visui placet. Iosuæ 22. Placuit sermo cunctis audientibus. Ecclesia. 20. Sapiens in uerbis producit seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Quintum, clementia in responsis: sicut sapor gustui, melodia auri, placet, 2. Paralipome. 10. Si placueris populo huic, & lenieris eos uerbis clementibus, seruient tibi omni tempore. Sextum, fortitudo in bellis: sic ut pugil conductori, miles principi, placet 1. Reg. 18. Dixerunt serui Saul ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Septimum, largitas in beneficijs, sicut pluuia terræ arenti, sicut fons sitienti, placet 1. Mach. 12. de Simone: Quæsiuit bona gentis suæ; & placuit illis potestas eius. Hic quæritur super illud, Nolo uos esse socios dæmoniorum Glo. ad hoc genus pertinent, quæ fiunt in quibusdam rebus suspendendis, uel alligandis. Contra ergo suspensio herbarum ad collum, uel carminarum, quæ fieri solet, ad idolatriam pertinet. Responsio, Aut herbæ habent a natura uim naturalem ad effectum illum, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. Similiter schedulæ, aut continent solum uerba sacra, & ex hoc credūtur habere uim, aut non. In primo casu, non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. Item super illud, Omnia mihi licent Glo. potestate liberi arbitrij, & doctrina legis naturalis. Contra. Secūdum legem naturalem multa sunt illicita. Respondeo, hic loquitur de cibis specialiter. Item ibidem Glo. Pręcepto domini illa prohibentur. Respondeo: illa præcepta ad tempus fuerunt: & reuocata sunt. Item. Nihil interrogantes. Contra, Th. 2. Videte nū forte furtiuus sit. Respōdeo: non est simile, quia cibum furtiuum non est licitum in se comedere, sed idolo immolatum licet edere, nisi propter scandalum alterius. Item, Omnia in gloriam Dei facite. Contra ergo nullus actus est indifferens. Respondeo. Relatio hæc in gloriam Dei intelligitur, uel in actu, uel in aptitudine referendi, quę non est solum in bonis, sed etiam in indifferentibus. Item Domini est terra & plenitudo. Contra: eadem ratio fuit sub lege: Ergo si omnia sunt modo mūda, quia domini sunt, & tunc fuerunt. Respondeo, Reputatione legis immunda dicta sunt, sed non sui natura. Item. Sicut ego per omnia omnibus placeo. Contra. Galat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Item quomodo placebat persecutoribus suis? Respondeo: ad primum, Placere uolebat hominibus propter Deum, non propter se. Ad argumentum secundum, intelligitur hoc, non de omnibus generaliter, sed ecclesiasticis uiris secundum glosam.

CAP. XI. LEC. I.

IMITATORES mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autē uos, fratres, quòd per oīa mei memores estis, & sicut tradidi vobis, pcepta mea tenetis. Volo autē uos scire, ꝙ oīs uiri caput Chrs ē; caput aūt mulieris, vir; caput vero Chri Deꝰ.

CAP. XI. LECTIO PRIMA.

SVpra Apost. remouit a fidelibus id, quod est contrarium Eucharistiæ sacramento, scilicet participationem mensę idolorum. Nunc autem instruit fideles de ipso Eucharistiæ sacramento. Et pręmittit quandam ammonitionem generalem. Secundo accedit ad propositum, ibi; [Volo autem uos scire &c.] Circa primum, duo facit. Primo proponit ammonitionem. Secundo significat quomodo Corinthij ad prædictam ammonitionem se habebant, ibi; [Laudo autem uos fratres &c.] Circa primum considerandum est, quòd ita se habet naturalis ordo rerum, quòd ea, quę sunt inferiora in entibus imitantur ea, quæ sunt superiora secundum suum posse. Vnde etiam naturale agens tanquam superius, assimilat sibi patiens. Primordiale autem principium totius processionis rerum est filius Dei, secundum illud Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et ipse ideo est primordiale exēplar, quod omnes creaturę imitantur tanquam ueram & perfectā imaginē patris,

F Vnde dicitur Colossens. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt uniuersa. Speciali tamen quodam modo, exemplar est spiritualium gratiarum, quibus spirituales creaturæ illustrantur. secundum illud qđ in psalm. 109. dicitur ad filium, In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te, quia scilicet genitus est ante omnem creaturam per gratiam lucentem, habens exemplariter in se splendores omniū sanctorum: hoc autē exemplar Dei prius erat a nobis valde remotum, secundum illud Eccles. secundo. Quid est homo, ut sequi possit regem factorem suum? Et ideo homo fieri uoluit, ut hominibus humanum exemplar præberet. Vnde Augustinus dicit in libro de agone

G Christiano. Quæ peruersitate non careat, qui dicta facta illius hominis inuieri diligit & sectatur, in quo se nobis, ad exemplum vitę, prębuit filius Dei? Et sicut diuinitatis eius exemplar, primo quidem imitantur angeli, secundario uero reliquæ creaturæ, ut Dionysius dicit decimo, capitulo, angelicæ Hierarchiæ, ita humanitatis exempla principaliter quidem imitanda proponitur, prælatis ecclesiæ tanquam superioribus. Vnde & dominus Apostolis dicit Ioan. 13. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Secundario uero ipsi prælati informati exemplo Christi, proponuntur exemplar uitæ subditis, secundum illud 1. Petr. ulti. Forma facti gregis ex animo. Et 2. Thes. 3. Vt nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Et ideo Apostolus signanter dicit, Dixi ut sine offensione omnibus sitis, & hoc quidem facere poteritis, si hoc quod dico serueris. [Imitatores mei estote, sicut & ego Christi] scilicet sum imitator. Imitabatur enim eum primo quidem in mentis deuotione Galat. 2. Viuo ego, iam non ego, uiuit

H uero in me Christus. Secundo in subditorum solicitudine. Vnde dicebat Phil. 2. Si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sicut & Christus obtulit semetipsum pro nobis, vt dicitur Ephes. 5. Tertio quantum ad passionis tolerantiam 2. Corin. 4. Semper mortificationem Iesu in corpore circunferentes. Et Galat. vlt. Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Est autem notandum quod non simpliciter dicit, imitatores mei estote, sed addit, sicut & ego Christi, quia, scilicet, subditi prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficiēs sanctitatis exēplar. Deinde cū dicit, [Laudo autem uos fratres.] Ostendit qualiter Corinthij se habeant ad ammonitionem prædictam. Circa quod considerandum est, quod subditi suos prælatos sequuntur dupliciter scilicet quantum ad facta, & dicta. Quantum quidem ad facta, dum subditi prę-

I latorum exempla imitantur. Vnde dicitur Iacob. 5. Exemplum accipite, fratres mei prophetarum, qui loquuti sunt in nomine domini. Quantum vero ad dicta, dum eorum præceptis obediunt Prouer. 3. Custodi præcepta mea, & uiues. In his autem Corinthij deficiebant, & maxime, quantum ad maiorem multitudinem, & ideo Apostolus alloquens eos dicit; [Laudo autem uos fratres,] quasi dicat, Super hoc laudandos uos præbere debetis, sed non facitis; [Quod per omnia memores estis.] quasi ad imitandū mea exēpla. Non.n. possumus illorum exempla imitari, quorum memoriam non habemus. Vnde dicitur Hebr. 13. Memento prępositorum uestrorum, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Quantum uero ad dicta, subdit; [Et sicut tradidi uobis pręcepta mea tenetis,] q.d. eodē tenore obseruatis, quo ego tradidi: hoc.n. dicit, quia ab obseruantia præceptorum eius recesserant. Io. 15. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed uidetur hic modus loquendi non esse con-

K ueniēs ueritati sacræ scripturæ, q̄ nihil patitur falsitatis, ſm illud Prouer. 8. Iusti sunt oēs sermones mei, & nō est in eis prauū quid, neq; peruersum. Sed dicēdum, qđ ironica loquutio est una de locutionib. figuratiuis, in quibus ueritas nō attendit, ſm sensum, quē uerba faciunt, sed ſm id, quod loquens exprimere intendit per simile, uel contrarium: uel quocunq; alio modo. Et ideo in ironica locutione ueritas attenditur ſm contrarium eius, quod uerba sonant, sicut metaphorica ſm simile. Deinde cum dicit; [Volo autem uos scire fratres &c.] Accedit ad propositum, instruens scilicet fideles de Eucharistię sacramento. Et circa hoc tria facit. Primo redarguit eorum errores circa ritum huius sacramenti. Secundo, ostendit huius sacramenti dignitatem, ibi; [Ego enim accepi a domino &c.] Tertio docet conuenientē ritum, ibi; [Itaque fratres mei.] Circa primum tria facit. Primo redarguit eorū errorem, quo scilicet errabant in habitu, quia scilicet mulieres

ad

ad sacra mysteria conueniebant capite non uelato. Secundo arguit errorem in conuentu, quia. s. dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant, ibi; [Hæc autem præcipio non laudans, &c.] Tertio, quantum ad certum cibū, quia. s. pransi ad sacra mysteria sumenda accedebant, ibi: [Conuenientib. autem vobis &c.] Circa primū duo facit. Primo præmittit quoddā documentū, ex quo sumitur ratio subsequentis monitionis. Secundo, ponit monitionē, ibi; [Omnis aūt vir orans &c.] Circa primū ponit triplicē comparationē, quarum prima est Dei ad hominē, dicens, Dixi, ꝙ præcepta mea teneris per contrarium. Sed ut appareat vos irrationabiliter agere: [Volo vos scire] tanquā rem necessariā, ſm illud Esa. 5. Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scietiā; [Quod omnis viri caput, Christus est.] quod quidem dr̄, secundū similitudinem capitis naturalis, in quo quatuor cōsiderantur. Primo quidem perfectio, quia cum cętera mēbra unum solum sensum habeant. s. tactum: in capite uigent omnes sensus, & similiter in aliis uiris inueniuntur singulæ gratiæ, ſm illud quod dicitur infra 12. Alii datur per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ &c. Sed in homine Christo, est plenitudo omnium gratiarum. Non enim ad mensurā dat ei Deus spiritum, ut dr̄ Ioan. 3. Secundo in capite inuenitur sublimitas; quia ut. s. in homine, est superius omnibus membris, ita etiam Christus supereminet, non solum omnib. hominibus, sed etiā omnib. angelis, secundum illud Ephes. 1. Constituens illum ad dexterā suam in cęlestib. super omnem principatum & potestatem. Et infra, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Tertio, in capite inuenitur influentia, quia. s. quodam modo influit cęteris mēbris sensum & motū, ita a capite Christo in cætera mēbra ecclesiæ, motus & sensus spiritualis deriuatur, secundum illud Col. 2. Non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. Quarto in capite inuenitur conformitas naturæ ad cætera & similiter in Christo ad alios homines, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominū factus & habitu inuentus ut homo. Secundam comparationem ponit hominis ad hominem, cum dicit; [Caput autem mulieris uir.] Quod etiam, secundum prædicta quatuor uerificatur; nā primo quidem uir est perfectior muliere, non solum quantum ad corpus, quia ut Philosophus dicit in lib. de Generatione animalium. Fęmina est masculus occasionatus; sed etiam quantum ad animæ uigorem, secundum illud Eccles. 7. Virum ex mille reperi unum, mulierem ex omnibus non inueni. Secundo, quia uir naturaliter supereminet fœminæ; secundum illud Ephe. 5. Mulieres uiris suis subiectæ sint sicut domino, quoniam uir caput est mulieris. Tertio, quia uir influit gubernando mulierem, secundum illud Gen. 3. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quarto, uir & fœmina conformes sunt in natura, secundum illud Gene. 2. faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertiam comparationem ponit Dei ad dominū cum dicit: [Caput uero Christi Deus] Est autem considerandū, quòd hoc nomen, Christus, significat personam prædicatam ratione humanæ naturæ, & sic hoc nomen, Deus, non supponit solum personam patris, sed totam trinitatem, a qua in humanitate Christi, sicut a perfectiori, omnia bona deriuantur, & cui humanitas Christi subijcitur. Alio modo, potest intelligi, secundum quod hoc nomen Christus, supponit dictam personā ratione diuinæ naturę, & sic hoc nomen, Deus, supponit solum personam patris; quæ dicitur caput filii, non quidem secundum maiorem perfectionem, uel secundum aliquam suppositionem, sed solum originem, & secundum conformitatem naturæ, sicut in Psal. 2. dicitur, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Possunt tamen hæc mystice accipi, prout in anima est quoddam spirituale coniugium. Nam sensualitas fœminæ comparatur, ratio uero uiro, per quam sensualitas regi debet. Vnde & caput eius dicitur. Vel potius ratio inferior, quæ inhæret temporalibus disponēdis, mulieri comparatur; uiro autem ratio superior, quæ uacat contemplationi æternorum, quæ caput inferioris dicitur: quia secundum rationes æternas sunt temporalia disponēda, secundum illud Exo. 25. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in montę monstratum est. Dicitur autem caput uiri Christus; quia sola ratio secundum superiorem sui partem Deo inhæret.

LECTIO II.

OMnis autem vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suum. Vnum est enim ac si decaluetur. Nam etsi non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, uelet caput suum. Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniā imago & gloria Dei est; mulier autem gloria uiri.

A

LECTIO.

PRemisso documento subiungit ammonitionem, cuius ratio sumitur ex documento prædicto. Et circa hoc duo facit, Primo, ponit ammonitionem ex parte uiri. Secundo ex parte mulieris, ibi; [Omnis autem mulier &c.] Dicit ergo primo, Dictum est ꝙ caput mulieris est uir; [Omnis aūt uir orans aut prophetās uelato capite, deturpat caput suū.] Circa quod considerandum est, ꝙ quilibet homo iudici assistens, suā conditionem, uel dignitatē de-

B bet profiteri, & præcipue assistens Deo, qui est omnium iudex, & ideo, qui Deo assistunt, ordinatissime & conuenientissime se gerere debent secundum illud Eccles. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Dupliciter autē homo Deo assistit. Vno modo, humana in Deum referens, quod quidem fit orando, secundū illud Eccles. 39. In conspectu altissimi deprecabitur, aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Alio modo diuina ad homines deferens, quod quidem fit prophetando, secūdum illud Ioel 2. Effundam spiritum meū super omnem carnē, & prophetabunt filii uestri. Vnde signanter Apostolus dicit; [Vir orans & prophetans. His enim duobus modis uir Deo tanquam iudici, uel domino assistit. Dicitur autem prophetans dupliciter. Vno modo inquantum homo aliis annuntiauit, quæ ei diuinitus reuelantur, ſm illud Luc. 1. Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens, Benedictus dominus Deus Israel &c. Alio modo, dicitur homo prophetans, inquantum profert ea, quæ sunt aliis reuelata: unde illi, qui in ecclesia dicunt

C prophetias, uel alias sacras scripturas legunt, dicuntur prophetātes. Et sic accipitur infra 14. Qui prophetat & ecclesiā ædificat, & ita ēt hic accipitur. Pertinet autē ad dignitatem uiri (ut infra patebit) carere uelamine capitis, & ideo dicit, quod; [Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum;] i. rem inconuenientem sibi agit. Sicut enim in corpore pulchritudo dicitur ex debita proportione membrorum in conuenienti claritate, uel colore: ita in actibus humanis dicitur pulchritudo ex debita proportione uerborum uel factorum, in quibus lumen rationis resplendet. Vnde & per oppositū, turpitudo intelligitur, qū contra rationem aliquid agitur & non obseruatur debita proportio in uerbis & factis. Vnde supra septimo dictū est. Si quis turpem se uideri existimat super uirgine sua, ꝙ sit super adulta. Sed contra hoc obijcitur, Nā multi uelato capite, in ecclesia orāt absq; omni turpitudine secretius orare volentes. Dicendū est autem, ꝙ duplex est oratio. Vna priuata, quam. s. quis Deo offert in

D propria persona: alia publica, quā quis offert Deo in persona totius ecclesiæ, ut patet in orationib. quæ in ecclesia per sacerdotes dicuntur, & de talib. orationib. Apostolus hic intelligit. Itē obijcitur de hoc, quod dicit Glo. ꝙ prophetans dicitur, scripturas referans, & ſm hoc, ille. qui prædicat, prophetat. Episcopi aūt prędicant capite tecto mitra. Sed dicēdum est, ꝙ ille, qui prædicat, uel docet in scholis ex propria persona loquitur. Vnde & Apostolus Rom. 2. nominat euangeliū suum. s. propter industriam qua vtebatur in prædicatione euangelii: qui sacram scripturā in ecclesia recitat, puta legendo lectionem, vel epistolam, uel euangeliū, ex persona totius ecclesiæ loquitur. Et de tali prophetante intelligitur, ꝙ hic Apostolus dicit. Sed tunc remanet obiectio de his, qui cantant psalmos in choro capite tecto. Sed dicendum, ꝙ psalmi non cantantur, quasi ab uno singulariter se Deo præsentāte, sed quasi a tota multitudine. Deinde cum dicit; [Omnis autem mulier &c.] ponit ammonitionem quantum ad mulieres, dicens; [Omnis autem mulier orans, aut prophetans, ut supra;] Non

E velato capite, quod repugnat propter conditionem eius: [Deturpat caput suum,] idest rem inconuenientem facit circa sui capitis detectionem. Sed contra hoc, obijcitur, quia Apostolus dicit 1. Timo. 2. Docere in ecclesia mulieri non permitto. Quomodo ergo competit mulieri vt oret, aut prophetet publica oratione, aut doctrina? Sed dicendum est, hoc intelligendū esse de orationibus ac lectionib. quas mulieres in suis collegijs proferunt. Deinde cum dicit; [Vnum est enim &c.] probat ammonitionē prædictam. Et primo inducit probationem. Secundo probationis iudicium auditorib. committit, ibi. [Vosipsi iudicate &c.] Circa primū duo facit. Primo, inducit probationem. Secundo, excludit obiectionē, ibi; [Veruntamē neque vir &c.] Circa primū ponit triplicem probationem, quarū prima sumitur per cōparationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad humanam naturã. Secunda, per comparationem ad Deũ, ibi; [Vir quidem non debet &c.] Tertia, per cõparationem ad angelos, cũ dicit; [Et propter angelos.] Circa primũ considerandum est, q̃ natura, quæ exteris animalibus prouidit auxil a fuisse entia vitæ, hominibus præbuit ea imperfecta, vt per rationem artes, usũ, manu sibi ea perfi cerẽt, sicut tauris dedit cornua ad defensionem; homines aũt arma ad defensionis sibi pparant, manuali artificio rationis, & inde est, q̃ ars imitatur naturam, & perficit ea, quę natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura homini dedit capillos; sed quia hoc tegumentũ sufficiens non erat, per artẽ præparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur ratio est de velamine naturali capillorum, & de velamine artificiali. Naturale autem est mulieri, q̃ comam nutriat: habet enim ad hoc dispositionem naturalem, & vlterius inclinatio q̃dã ineſt mulieribus ad comam nutriendam. In pluribus enim hoc accidit, quod mulieres magis studeant ad nutriendam comã, quã viri. Videtur ergo conditioni mulierum conueniens esse, q̃ magis vtantur artificiali velamine capitis, quàm viri. Circa hoc ergo tria facit. Primo, ponit cõuenientiam velaminis naturalis, & artificialis, dicens, Dictum est; [Mulier non velans caput, deturpat caput suum, unum est enim,] s. vnius rationis priuari, s. velamine artificiali; [Ac si decaluetur, Ji. ac si priuetur naturali velamine capillorum, quod in pœnam quibusdam præciditur. Esa. 3. Decaluabit dominus uerticem filiarum Sion, & crinem earũ nudabit. Secundo, ducit ad inconueniens, dicens; (Nam & si nõ uelatur mulier, tõdeatur) q.d. si abilcit velamen artificiale, abijciat pari ratione ẽt naturale quod est inconueniens. Sed contra hoc vr esse, quod sanctimoniales tondentur. Ad quod dupliciter põt respõderi: primo quidem, quia ex hoc ipso, q̃ votum virginitatis, vel virginitatis assumunt Christo desponsante, promouentur in dignitatem virilem, vt pote liberatæ à subiectione virorũ, & immediate Christo cõiunctæ. Secundo, quia assumunt pœnitentiæ lamentum religionem intrantes. Est autem consuetudo viris, q̃ tempore luctus comam nutriant, quasi hoc sit suæ conditioni cõueniẽs: mulieres aũt e contrario tempore luctus comã deponunt. Vnde dr Hier. 7. Capillum tuum tonde & proijce, & sume in directum plantum. Tertio, concludit propositum, dicens; [Si uero turpe.] i. indecens; [Est mulieri tonderi aut decaluari,] i. priuari naturali uelamine, arte, vel natura; [Velet caput suum,] vtens. s. velamine artificiali. Deinde cum dicit; [Vir quidem &c.] ponit secundam probationem, quæ accipitur per comparationem ad Deum. Et primo, inducit ad probationem. Secundo probat, quod supponebatur, ibi; [Non enim est uir &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ponit rõnem eius, quod est ex parte uiri. Secundo, illud q̃ ex parte mulieris, ibi; [Mulier autem &c.] Dicit ergo primo, Dictum est, q̃; [Turpe est mulieri tonderi,] sicut & non velari: viro aũt non est turpe, cuius ratio est hæc; [Vir quidem non debet uelare caput suum, quia est imago, & gloria Dei.] Per hoc autem, quod dicit; [Est imago Dei,] excluditur quorundam error dicẽtium, quod homo solum est ad imaginem Dei, nõ autem est imago, cuius contrarium hic Apostolus dicit. Dicebant autem, q̃ solus filius est imago, secundum illud Coloss. Qui est imago inuisibilis Dei. Est ergo dicendum, q̃ homo imago Dei dicitur, & ad imaginem. Est enim imago imperfecta: filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod de ratione imaginis in communi duo sunt. Primo quidem similitudo, non in quibuscunque, sed uel in ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo. Vel in aliquo, quod fit signũ speciei, sicut figura in rebus corporalibus. Vnde qui figuram equi describunt, dicuntur imaginem eius depingere. Et hoc est, quod dicit Hilarius in lib. de synodis, † q̃ imago est species indifferens. Secundo, requiritur origo. Non enim duorum hominum, qui sunt similes specie, unus imago alterius dicitur, nisi ex eo oriatur, sicut filius a patre. Nam imago dicitur ab exemplari. Tertio, ad rationem perfectæ imaginis requiritur æqualitas. Quia igitur homo similatur Deo secundum memoriam, intelligentiam, & uoluntatem mentis, quod pertinet ad speciem intellectualis naturæ, & hoc habet a Deo, dicitur esse Dei imago; quia tamen deest æqualitas, est Dei imago imperfecta. Et ideo dicitur ad imaginem, secundum illud Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Sed filius, qui est æqualis patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. Considerandum est, quòd gloria Dei dupliciter dicitur. Vno modo, qua Deus in se gloriosus est, & sic homo non est gloria Dei, sed potius Deus est gloria hominis, secũdum illud Psalm. 3. Tu domine susceptor meus es & gloria mea. Alio modo, dicitur gloria Dei, claritas eius ab eo derivata, secundum illud Exod. ult. Gloria domini implenit il lud. Et hoc modo, hic dicitur, quod vir est gloria Dei, inquantum claritas Dei immediate super uirum refulget, secundum illud Psalmo quarto. Signatum est super nos lumen uultus tui domine: Deinde cum dicit; [Mulier autem, &cætera.] ponit id quod est ex parte mulieris, dicens: [Mulier autem est gloria uiri &c.] quia claritas mulieris derivatur a uiro, secundũ illuc Genes. 2. Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est. Sed contra hoc objicitur, quia imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia maris, & fœminæ, ut dicitur Coloss. 3. non ergo magis debet dici, quod uir dicitur imago Dei, quam mulier. Dicendum est autem, quod uir dicitur hic specialiter imago Dei, secundum quædam exteriora, scilicet quia uir est principium totius uniuersi, & quia de latere Christi dormientis in cruce, fluxerunt sacramenta sanguinis, & aquæ, a quibus fabricata est ecclesia. Potest etiam quantum ad interiora dici, q̃ uir specialius dicitur imago Dei secundum mentem, inquantum in eo ratio magis uiget. Sed melius dicendum est, quòd Apostolus signãter loquitur. Nam de uiro dixit, quod uir imago & gloria Dei est: de muliere autem non dixit, quod esset imago & gloria uiri, sed solum, quod est gloria uiri, ut detur intelligi, quod esse imaginem Dei, commune est uiro & mulieri: esse autẽ gloria Dei, immediate proprium est uiri. Restat autem considerandum, propter quid uir non debeat uelare caput, sed mulier. Quod quidem dupliciter accipi potest.

Primo quidem, quia uelamen, quod capiti superponitur, designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ; & ideo uir sub Deo existens, non debet uelamen habere super caput, ut ostendat se immediate Deo subesse, mulier autem debet uelamen habere, ut ostendat se præter Deum alteri naturaliter subesse. Vnde cessat obiectio de seruo & subdito, quia hæc subiectio non est naturalis. Secundo ad ostendendũ, quòd gloria Dei non est occultanda, sed reuelanda: gloria autem hominis est occultanda: unde in Psal. 113. dicitur, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

LECTIO III.

Præmiserat Apostolus, q̃ mulier est gloria uiri, quod hic probare intendit. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit probationem. Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, ibi. [Etenim non est creatus &c.] Tertio, infert conclusionem intentam, ibi; [Ideo debet &c.] Circa primũ considerandũ est, q̃ sicut supra dictũ est, mulier dr gloria uiri per quãdã derivationem: & ideo ad hoc probandũ, subdit; [Non enim] prima. s. rerum conditione, [Vir est ex muliere,] s. formatus; [Sed mulier ex uiro.] Dicitur enim Gen. 2. Quod ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. De uiro autem dr, Formauit dominus Deus hominẽ de limo terræ. Deinde cum dicit. [Etenim &c.] assignat rationem eius, quod dixerat. Ad cuius euidentiam, considerandus est talis ordo perfecti, & imperfecti, q̃ imperfectũ in uno & eodem subiecto prius est tempore quam perfectũ. Prius enim aliquis homo est puer, quam uir, simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto, tempore & natura. Nam puer producitur ex uiro. Hæc igitur est ratio, quare mulier producta est ex uiro, quia perfectior est mulier, quod ex hoc probat Apostolus, quia finis est perfectior eo, quod est ad finem; uir autem est finis mulieris. Et hoc est, quod dicit; [Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed [illegible] propter uirum] in adiutorium, scilicet generationis: sicut patiens est propter agẽs, & materia propter formam. Vnde dr Gen. 2. Non est bonum hominẽ esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Deinde cum dicit; [Ideo debet &c.] Infert conclusionem intentam dicens; [Ideo], s. quia vir est imago & gloria Dei, mulier autem est gloria viri: Mulier debet habere velamen super caput suum, quando. s. Deo assistit orando, vel prophetando, vt per hoc ostẽdatur q̃ non immediate subest Deo, sed subijcitur ẽt viro sub Deo; hoc enim significat velamen, quod capiti superponitur. Vnde alia littera habet, quod mulier debet habere potestatem super caput suum, & idem est sensus: nam velamen est signum potestatis, secundum quod in psal. 65. dicitur, Imposuisti homines super capita nostra.

Deinde cum dicit; [Et propter angelos &c.] assignat tertiam rationem, quæ sumitur ex parte angelorum, dicens. Et etiam mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos. Quod quidem dupliciter intelligi potest, Vno modo, de ipsis angelis cæleſtibus, qui conuentus fidelium visitare creduntur, precipue quando sacra mysteria celebrantur: Et ideo tunc tam mulieres, quam viri ad reuerentiam eorum honeste & ordinate se debent habere, secundum illud Ps. 137. In conspectu angelorũ psallam tibi. Alio modo, potest intelligi, secundum quod angeli dicũtur sacerdotes, inquantum diuina populo annuntiant, secundum illud Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Debet ergo mulier velamen habere semper in ecclesia propter angelos, ideſt propter sacerdotes duplici ratione. Primo quidem propter eorum reuerentiam, ad quam pertinet q̃ mulieres coram eis honeſte se habeat. Vnde dr Eccl. 7. Honora Deum ex tota anima tua, & sacerdotes illius. Secundo propter eorum cautelam, ne. s. ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. Vnde dr Eccl. 9. Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Aug. † autẽ aliter exponit prædicta. Ostendit. quod dr Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginẽ eius, qui creauit eum, vbi non est masculus & fœmina. Et sic patet, q̃ imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia masculi & fœminæ: & ideo mulier est imago Dei sicut & vir. Expresse enim dr Gene. 1. quod creauit Deus hominem ad imaginem suam, masculum, & fœminam creauit eos: & ideo Aug. dicit hoc esse intelligendum in spirituali coniugio, quod est in anima nostra, in qua (sicut supra dictum est) sensualitas, vel etiam inferior ratio se habet per modum mulieris: ratio autem superior per modum viri, in qua attenditur imago Dei, & secundum hoc mulier est ex viro, & propter virum, quia administratio rerum temporalium, vel sensibilium, cui tendit inferior ratio, vel etiam sensualitas, dẽt deduci ex contemplatione æternorum, quæ pertinent ad superiorem rationem, & ad eam ordinari. & ideo mulier dr habere velamen, vel potestatem super caput suum, ad significandum, quod circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem quandam & refrænationem habere, ne vltra modum homo progrediatur in eis diligendis: quę quidem cohibitio circa amorem Dei adhiberi nõ debet, cum præceptum sit Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nã circa desiderium finis non apponitur mensura, quam necesse est apponi circa ea, quæ sunt ad finem. Medicus enim sanitatem inducit quanto perfectiorem potest, non tamen dat medicinã quam to maiorem potest, sed secundum determinatam mensuram; sic vir non debet habere velamen super caput. Et hoc debet propter angelos sanctos, quia sicut in Glosa dr, gratuita est sanctis angelis facta & pia significatio. Vnde & Aug. dicit † de Ciuitate dei, quod dæmones allicuntur quibusdam sensibilibus rebus non sicut animalis cibis, sed sicut spiritus signis. Deinde cum dicit. [Veruntamen neque vir &c.] excludit dubitationem, quæ posset ex dictis oriri. Quia enim dixerat, q̃ uir est gloria Dei, mulier autem est gloria viri. Posset aliquis credere uel quòd mulier non esset ex Deo, uel quod non haberet potestatem in gratia.

Vnde primo hoc excludit, dicens, Licet mulier sit gloria viri, qui est gloria Dei, [Veruntamen neque uir est in domino,] ideſt a domino productus, [Sine muliere, neque mulier sine viro,] utrunque enim Deus fecit, secundum illud Gen. 1. Masculum & fœminam creauit eos. Vel aliter. [Neque uir est sine muliere in domino,]. s. in gratia domini nostri Iesu Christi: [Neque mulier sine viro,] quia vterque per gratiam Dei saluatur, secundum illud Gala. 3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et postea subdit, Non est masculus neque fœmina, s. differens in gratia Christi. Secundo, assignat rationem dicens, Nam sicut in prima rerum institutione, mulier est de viro formata, ita & in subsequẽtibus generationibus per mulierem productus est, secũdum illud Iob 14. Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit sine viro, & muliere, quando Deus formauit hominem de limo terræ, vt dicitur Genes. Secũda autem fuit de viro sine muliere, quando formauit Euam de costa viri, ut ibidem legitur. Tertia autem est ex viro, & muliere, sicut Abel natus est ex Adam & Eua, vt legitur Gen. 4. Quarta autem est ex muliere sine uiro, vt Christus ex virgine, secundum illud Gala. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Tertio, ostendit rationem esse conuenientem, dicens; [Omnia autem ex Deo, iqa. s. & hoc ipsum, quòd mulier primo fuit ex viro, & hoc q̃ postmodum uir est ex muliere, est ex operatione diuina. Vnde ad Deum pertinent tam uir, quam mulier. Vn de dicitur Rom. vndecimo. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Deinde cum dicit; [Vosipsi iudicate &c.] committit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primo, committit iudicium rationalibus auditoribus. Secundo, cum primũ procerus auditores, ibi; [Siquis autem uidetur &c.] Circa primum quatuor facit. Primo, committit auditoribus iudicium eius quod dixerat, more eius, qui confidit se sufficienter probasse. dicens; [Vosipsi iudicate &c.] Pertinet enim ad bonum auditorẽ iudicare de auditis. Vnde dicitur Iob 6. Loquentes, id quod iustũ est iudicate. Et duodecimo. Nonne auris uerba dijudicat? Secundo, proponit sub qua estione id de quo debet esse iudicium, dicens; [Decet mulierem non uelatam orare Deum?] Hoc prohibetur. s. Pet. tertio. nbi dicitur, Quarum sit non exterius capillatura. Tertio, ostendit unde debeant sumere suum iudicium, quia ab ipsa natura, & hoc est quod dicit; [Nec ipsa natura docet uos.] Et uocat hic naturam, ipsam inclinationem naturalem, quæ ineſt mulieribus ad nutriendum comam, quæ est naturale uelamen, non autẽ uiris. Quæ quidem inclinatio naturalis esse ostenditur, quia in pluribus inuenitur. Oportet autem ab ipsa natura doceri, quia est Dei opus, sicut in pictura instruitur aliquis artificio pictoris, & ideo contra quosdam dicitur Esa. vigesimoquarto. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, ideſt ius naturale. Quarto autem a natura sumit rationem, & primo ponit id quod est ex parte uiri, dicens; [Quod uir quidem si comã nutriat,] more mulieris; [Ignominia est illi,] ideſt ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur muliebris esse. Et Ezech. 44. dicitur. Sacerdotes comam non nutriant. Nec est instantia de quibusdam, qui in ueteri lege comam nutriebant, quia hoc erat signum, quod tunc erat ponitum in lectione ueteris testamenti, ut dicitur 2. Corint. 3. Secundo ponit, id quod est ex parte mulieris, dicens; [Mulier & si comam nutriat: gloria est illi,] quia uidetur ad ornatum eius pertinere. Vnde dicitur Cant. 7. Comæ capitis eius sicut purpura regis. Et assignat cõsequenter rationem, cum dicit; [Quoniam capilli dati sunt ei,] scilicet mulieri. [Pro uelamine: & ideo eadem ratio est de capillis nutriendis, & de uelamine artificiali apponendo Cant. 3. Capilli tui, sicut grex caprarum &c. Deinde cum dicit; [Siquis autem uidetur &c.] Comprimit proteruos auditores, dicens; [Siquis autẽ uidetur contentiosus esse,] ut scilicet rationibus prædictis non acquiescat, sed confidentia clamoris ueritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem, ut Ambr. dicit, contra id quod dicitur Iob 6. Respondе obsecro absque contentione. Et Prouerb. vigesimo. Honor est ei, qui separat se a contentionibus. Hoc sufficiat ad cõprimendum talem: [Quod nos] Indæi in Christum credentes: [Talem consuetudinem non habemus]. s. q̃ mulieres orent non velato capite, [Neque]etiam tota: [Ecclesia Dei]per gentes diffusa. Vnde si nulla esset ratio hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communem ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim in Psal. 67. Qui habitare facit unius moris in domo. Vnde Aug. dicit in epistola ad Casulanum, q̃ omnibus in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi Dei, atque institutа majorum pro lege habenda sunt.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthios de eorũ errore in habitu, quia scilicet mulieres ad sacra mysteria

Universidad de Deusto Biblioteca

conueniebant capite non velato, consequenter arguit eorum errorem de scissuris in conuentu, quia.s.dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant. Et primo tangit eorum defectum in generali. Secundo in speciali, ibi; [Primum quidē &c.] Dicit ergo primo; [Hoc aūt,] q dictum est supra, q mulieres velatæ sint in ecclesijs; [Præcipio,] vt sic triplicitur eos induceret ad huiusmodi obseruātiam. Primo quidē ratione. Secundo cōsuetudine. Tertio præcepto, q solum sine alijs

dominicam cœnā manducare. Vnusquisq;.n. suam cœnā præsumit ad manducandū. Et alius quidem esurit, alius aūt ebrius est. Nunquid domos non habe-

necessitatem induceret, Prou.3. Custodi præcepta mea, & viues. Et Eccl.4.dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur. [Non laudans,] sed magis vituperans, q conuenitis in ecclesiam; [Nō in melius,] sicut deberet esse; [Sed in deterius] ex culpa vestra. Omnia enim animalia gregalia, puta, columbæ, grues, oues, naturali instinctu in unum conueniunt, vt sit eis corporaliter melius. Vnde & homo cum sit animal gregale, vel sociale, vt Philosophus probat 1.lib.Polit. secundum rationem agere debet, vt multi in vnum conueniant propter aliquod melius, sicut in rebus secularibus multi in unitatem ciuitatis conueniunt, vt sit eis melius seculariter.s.propter securitatem & sufficientiam vitę. Et ideo fide-
Psal.110. les in unum conuenire debent propter aliquod melius spirituale, secundum illud Psal.101. In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino. Et alibi, In consilio iustorum & cōgregatione, magna opera domini. Sed isti in deterius conueniebant propter culpas, quas committebant dum cōuenirent Esa.1. Iniqui sunt cœtus vestri Eccles.21. Stupa collecta synagoga peccantium. Deinde cum dicit: [Primū quidem &c.] ponit in speciali, quomodo in deterius conuenirent, Et primo ponit indiciū culpæ, dicens; [Primum quidem] inter cætera.s.quod in deterius cōuenitis; [Conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse inter vos,] .s. per contentiones quas exercebant, quod quidē ecclesiæ non conuenit, quæ in unitate constituitur, secundum illud Ephes.4. Vnum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe vocationis vestræ. Hoc tamen prædicitur Esa.22. Scissuras ciuitatis Dauid uidebitis, quia multiplicatæ sunt. Dicit aūt Glo. q dicendo; [Primum] ostendit q primum malū est dissensio, vnde cætera oriuntur: vbi enim est dissensio, nihil rectum est. Sed contra uidetur esse, quod dicitur Eccl.10. Initiū omnis peccati superbia Et 1.Timot.vlt. Radix omnium malorum cupiditas.

Dicendum est autem, q hæ authoritates loquuntur quantum ad peccata personalia singularium hominum, quorum primum est superbia ex parte auersionis, & cupiditas ex parte conuersionis. Sed Glo. hic loquitur de peccatis multitudinis, inter quę primum est dissensio, per quam soluitur rigor disciplinæ. Vnde dicitur Iaco.3. Vbi est zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo ponit credulitatem auditorum, cum dicit: [Et ex parte credo,] idest quantum ad aliquos vestrū, qui erant ad cōtentionem proni, secundum illud quod dixerat supra 1.ca. Contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, q unusquisque uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego Apollo, ego uero Cephæ. Alii uero non erant contentiosi, ex quorum persona ibi subditur, Ego autem Christi. Vnde & Cant.2. dicitur, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, idest boni inter malos. Tertio assignat rationem suæ credulitatis, dicens; [Nam oportet] non solum quascunque scissuras, sed etiam, [hæreses esse.] Vbi duo consideranda sunt. Primo quid sit hæresis. Secundo quomodo oportet hæreses esse. Circa primum sciendum, q sicut Hieron. dicit super epist. ad Galat. Heresis græce ab electione dicitur, quia.s. eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quā putat esse meliorem, ex quo duo accipi possunt.

Primo quidem quōd de ratione hæresis est, quōd aliquis priuatam disciplinam sequatur, quasi per electionem propriam, non autem disciplinam publicam, quę diuinitus traditur. Secūdo quōd huic disciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmam importat inhæsionem: & ideo hæreticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter. Vno modo directe, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur; unde error circa hos secundū se facit hæreticum, si pertinacia ad sit. Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipue quantum ad ea, de quibus ecclesia solennizat, & quæ communiter uersantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, natiuitatis Christi, & alia huiusmodi. Quędam uero indirecte pertinent ad fidei disciplinam, inquantum scilicet ipsa non proponuntur, ut propter se credenda, sed ex negatione eorum sequitur

F aliquid contrarium fidei: sicut si negetur Isaac fuisse filius Abrahæ sequitur aliquid contrarium fidei, s.sacram scripturam continere aliquid falsi. Ex talibus autem non iudicatur aliquis hæreticus, nisi adeo pertinaciter perseueret, quod ab errore non recedat etiam viso quid ex hoc sequitur. Sic igitur pertinacia quia aliquis contemnit in his, quę sunt fidei directe, uel indirecte subire iudicium ecclesiæ, facit hominem hæreticum: talis autem pertinacia procedit ex radice superbiæ, qua aliquis præ-

tis ad manducandum & bibendum? An ecclesiam Dei contēnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicā uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.

fert sensum suum toti ecclesiæ. Vnde Apostolus dicit 1. ad Tim.6. Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas
G uerborum. Secundo considerandum est, quomodo oporteat hæreses esse. Si enim opportunum est hæreticos esse, uidetur quod sint commendabiles, & non sint extirpandi. Sed dicendum est, q dupliciter de aliquo dr, q oportet illud esse. Vno modo, ex intentione illius qui hoc agit, puta si dicamus, q oportet iudicia esse, quia scilicet iudices iudicia exercentes intendunt iustitiam & pacem in rebus humanis constituere. Alio modo, ex intentione Dei, qui etiam mala ordinat in bonum, sicut persecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum. Vnde Aug. dicit in Enchyridio, quod Deus est adeo bonus, quod nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi esset adeo potēs, quod de quolibet malo posset elicere bonum; & secundum hoc dr Matt.18. Necesse est vt veniant scandala; ueruntamen vę homini illi, per quem scandalum uenit. Et secundum hoc, hic dicit Apostolus; [Quod oportet hęreses esse,] ex eo, quod Deus malitiam hęreticorum ordinauit in bonum fidelium. Et hoc dicit, primo quidem ad maiorem declaratio-
H nem veritatis. Vnde dicit Aug. de Ciu. Dei li.16. & Glo. Ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine excogitantur, ut aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur instantius. Vnde & Prou.27. Ferrū ferro acuitur, & homo exacuit faciē amici sui. Secundo ad manifestandā infirmitatem fidei in his, qui recte credunt. Et hoc est quod hic subdit. Apost. [Vt & qui probati,] i. approbati sunt a Deo; [Manifesti fiant in vobis,] i. inter uos Sap.3. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Deinde cum dicit [Conuenientib. ergo vobis &c.] redarguit eos de tertio delicto, quia.s. peccabant in modo & ordine sumendi corpus Christi. Et potest totum quod sequitur dupliciter exponi. Secundum autem primam expositionem redarguuntur de hoc, quod corpus Christi pransi accipiebant. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo, ponit detrimentum, quod incurrebant. Secundo; ponit culpā, ibi; [Vnus-
I quisque.n.&c.] Tertio; inquirit de causa culpæ, ibi: [Nunquid domos &c.] Quarto concludit eorum vituperationem, ibi: [Quid dicam uobis, &c.] Dicit ergo primo, ita: [Conuenientibus vobis] scissuræ sunt inter uos. Ergo: [Conuenientibus uobis in unum] corpore, non animo; [Iam] ad hoc aduenistis, quod, [Non est] idest non licet, uel non cōpetit vobis: [Dominicam cęnam manducare] i. sumere eucharistiæ sacramentum, quod dominus in cęna discipulis dedit. Hoc.n. sacramētū, vt Aug. ait super Io. est sacramentū vnitatis & charitatis; & ideo non competit dissentientibus. Can.5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Vel melius potest referri ad ea, quæ sequuntur, ut sit sensus. Non laudo; [Conuenientib. vobis;] scissuræ sunt inter vos, sed conuenientibus uobis conuenientibus; [Iam,] i. in præsenti, hoc determinatū habetis, quod; [Non est] i. non licet uobis. [Dominicam cenam manducare,] ad quā pransi acceditis. Quia.n. dñs discipulis suis post cenam hoc sacramentum tradidit, ut legitur Mat.26. volebant & Corinthi post communem cœnam sumere corpus Christi. Sed
K dominus hoc rationabiliter fecit propter tria. Primo quidem, quia ordine congruo figura præcedit ueritatem. Agnus autem paschalis erat figura, siue umbra huius sacramenti; & ideo post esum agni pascalis, Christus hoc sacramentum dedit. Dr enim Coloss.2. de omnibus legalibus, quod sunt umbra futurorum, corpus autem Christus. Secundo ut ex hoc sacramento statim ad passionē transiret, cuius hoc sacramentum est memoriale: & ideo dixit discipulis, Surgite, eamus hinc, s. ad passionem. Tertio, ut arctius imprimeretur hoc sacramentum cordibus discipulorum, quibus ipsum tradidit in ultimo suo recessu. Sed in reuerentiam tanti sacramenti postmodum ecclesia instituit, quod non nisi a ieiunis sumatur, a quo excipiuntur infirmi, qui in necessitate, quæ legem non habet, possunt non ieiuni sumere corpus Christi. Quia uero aqua non soluit ieiunium, existimauerunt quidam, quod post potum aquæ

aquæ; posset aliquis sumere hoc sacramentum, præsertim quia vt dicunt, aqua non nutrit, sicut nec aliquod aliud simplex elementum. Quamuis autem aqua secundum se non nutriat, & ob hoc non soluat ieiunium ecclesiæ, secundum quod dicuntur aliqui ieiunantes, nutrit tamen alijs admista, & ideo soluit ieiunium naturæ: & secundum hoc dicuntur aliqui ieiuni, qui scilicet eadem die nihil sumpserunt, nec cibi, nec potus. Et quia

LECTIO V.

Ego enim accepi a domino,

reliquiæ cibi, quæ in ore remanent, sumuntur per modum saliuę, hoc non impedit aliquos esse ieiunos: similiter, & non impedit aliquos esse ieiunos, si tota nocte nihil dormierint, vel si etiam non sint plene digesti, dummodo eadem die omnino cibi, vel potus nihil sumpserint: Vnde, quia principium diei est sumendum secundum vsum ecclesiæ a media nocte, ideo quicunque post mediam noctem aliquid sumpserit, quantumcunque modicum cibi, vel potus, non potest eadem die sumere hoc sacramentum. Deinde
B cum dicit: [Vnusquisq; enim, &c,] ponit culpam; & primo secundum quod peccabāt in Deum, secundo prout peccabant in proximum, ibi: [Et alius quidem, &c.] Dicit ergo primo, Ideo dico, qd non licet vobis dominicam cœnam manducare, quia; [Vnusquisque vestrum: [Præsumit,] idest ante sumit; [Suam cęnam]. s.cibum communium; [Ad manducandum.] Quilibet enim eorum portabat ad ecclesiam fercula præparata, & comedebat quilibet seorsum, antequam sumeret sacra mysteria. Oseæ.4. Separatū est conuiuium eorum, nunc interibunt. Eccl.11. dicitur in persona parci, Inueni requiem mihi, & comedebam de bonis meis solus.

Deinde cum dicit; [Et alius quidem, &c.] arguit culpam eorū inquantum erat contra proximum. Diuites enim laute comedebant in ecclesia, & bibebant vsque ad ebrietatem, pauperibus autem nihil dabant, ita quod remanebant esurientes. Et hoc est, qd dicitur; [Et alius quidem esurit,] i. pauper, qui non habebat, vnde sibi præpararet; [Alter autem ebrius est,] .s. diues, qui superflue
C comedebat & bibebat, contra id quod dicitur Neem.8. Comedite pinguia & bibite mulsum & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi: Iob.31. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Deinde cum dicit: [Nunquid domos, &c.] inquirit de causa huius culpæ. Et primo excludit causam per quā poterant excusari. non enim est licitum, domum Dei quæ est deputata sacris vsibus, communibus vsibus applicare. Vnde & dominus Io.2. eijciens ementes & uendentes de templo, dixit, Domus mea domus orationis vocabitur, uos autem fecistis eam domum negotiationis. Et Augustinus dicit in Regula, In oratorio nemo aliquid faciat nisi ad quod factum est. vnde & nomen accepit: tamen propter necessitatem, quando.s.aliquis aliam domum non inueniret, licite posset ecclesia vti ad manducandum, vel ad alios huiusmodi licitos vsus. Hanc ergo excusationem excludit Apostolus, dicens. [Nunquid nō habetis domos,] s. proprias. [Ad manducandum & bibendum, ut propter hoc excusemini si in ecclesia conuiuia celebretis, quæ debetis in proprijs domibus face-
D re. Vnde & Luc.5. dicitur, quod Leui fecit Christo conuiuium magnum in domo sua. Secūdo, cum dicit; [Aut ecclesiam Dei &c.] asserit causam, quæ eos inexcusabiles reddit, quarum prima est, cōtemptus ecclesię Dei. Et hanc ponit dicens; [Aut ecclesiam Dei contemnitis;] Et ideo in ecclesia præsumitis cænam uestram ad manducandum. Et potest hic sumi ecclesia, tam pro congregatione fidelium, quam pro domo sacra, quæ non est contemnēda, scd'm illud ps.92. Domum tuam decet sanctitudo. Et Hier.7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatū est nomen meum in oculis vestris? Isti autem vtrunq; contemnebāt, dum præsente conuentu fidelium in loco sacro conuiuia celebrabant; Secundo ponit contemptum proximorum in hoc quod subdit; [Et confunditis eos qui non hūt?] In hoc.n. pauperes erubescebant, q ipsi esuriebant in conspectu totius multitudinis, alijs laute comedentibus & bibentib. Dicitur autem prou.17. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius. Et Eccl.4. Animam esurientem ne despexeris. Deinde cū dicit; [Quid dicam, &c.] Con-
E cludit eorum vituperationem, dicens. [Quid dicam vobis?] ex cōsideratione prædictorū Nunquid; [Laudo vos.] Et respondet, Et si in alijs factis laudo uos, [In hoc] tamen facto. [Nō laudo.] Et est aduertendum q supra dum de habitu mulierum loqueretur, falsem ironice laudauit eos, dicens, [Laudo uos, quod per oīa mei, &c.] Hic vero nec ironice vult eos laudare, quia in grauiorib. delictis nullo modo sunt peccatores palpandi. Vnde & in psal. 9. dr, Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator. Et Esa.3. Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Secundū aliam uero expositionem, arguuntur de alia culpa. In primitiua enim ecclesia fideles panem & vinū offerebant, quæ consecrabantur in san-

A guinem & corpus Christi, quibus iam consecratis, diuites q multa obtulerant, eadem sibi repetebant, & sic ipsi abundanter sumebant, pauperibus nihil sumentibus, qui nihil obtulerant. De hac ergo culpa, Apostolus eos hic reprehendit, dicens: [Conuenientibus enim uobis in vnum, iam non est,] idest contingit inter vos [Dominicam cęnam manducare.] Cœna.n. domini est communis toti familiæ, vnusquisque autem uestrum su-

quod & tradidi uobis, quoniam dominus Iesus, in qua nocte

mit eam, non quasi communem, sed quasi propriam, dum sibi vult vendicare quod Deo obtulit: & hoc est quod subdit; [Vnusquisque præsumit] .i. præsumptuose attentat; [Ad manducandū cęnam] .s. dñi, i. panem & vinum consecratum quasi suam, i. quasi propriam vendicans, s. ea quæ consecrata sunt domino in suos vsus; [Et] ita sequitur quōd; [Alius. s. pauper, qui nihil obtulit; [Esurit,] nihil.s. sumens de consecratis: [Alius autem], s. diues, q
B multa obtulit: [Ebrius est,] ad literam: propter hoc q nimium sumpsit de vino consecrato, quod scilicet quasi proprium repoposcit. Sed videtur hoc esse impossibile, quōd de vino consecrato aliquis inebrietur, vel etiam nutriatur de pane, quoniam post consecrationem sub speciebus panis & vini, nihil remanet nisi substantia corporis Christi & sanguinis, quæ non possunt cōuerti in corpus hominis, ad hoc q ex eis nutriatur, aut inebrietur. Dicunt ergo quidam, quōd hoc non fit per aliquam conuersionem, sed per solam immutationē sensuum hoīs ab accidentibus panis & vini, quæ remanent post consecrationem. Consueuerunt enim homines ex solo ciborum odore confortari, & ex multo odore vini stupefieri, & quasi inebriari. Sed confortatio vel stupefactio, quę prouenit ex sola immutatione sensuum paruo tempore durat, cum tamen post consecrationem panis aut uini, si vinum in magna quātitate sumeretur aut panis, diu sustentaretur homo propter panē, aut stupefieret propter vinum. Et præterea manifestum est, q panis consecratus, in aliā substantiam cōuerti pōt, ex hoc q per pu-
C trefactionem resoluitur in pulueres, aut per cōbustionem in cineres. Vnde nulla ratio est, quare negetur posse nutrire, cum ad nutriendum nihil aliud requiratur, quàm quōd cibus conuertatur in substantiam nutriti. Quidam ergo posuerunt, q panis aut vinū consecratum, possint conuerti in aliud, & sic nutrire; quia remanet ibi substantia panis aut vini cum substantia corporis Christi & sanguinis. Sed hoc repugnat uerbis scripturæ. Non.n. uerum esset quod dñs dicit Matt.26. Hoc est.n. corpus meum: quia hoc demonstratum, est panis, sed potius esset dicendum, hic. i. in hoc loco, est corpus meum. Et præterea: corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem; quia iam desineret esse in cœlo. Vnde relinquitur, q ibi incipiat esse per conuersionē alterius. s. panis in ipsum: vnde non potest esse q remaneat substantia panis. Et ideo alij dixerunt, q remanet ibi forma substantialis panis, ad quam pertinet operatio rei: & ideo nutrit sicut & panis nutriret. Sed hoc non potest esse, quia nutrire est conuerti in substantiam nutriti, quod non competit nutrimento ratione
D formæ, cuius est agere, sed magis rōne materię, cuius est pati. Vnde si esset ibi forma substantialis, panis nutrire non posset. Alij vero dixerunt, quod aer circunstans, conuertitur, uel in substantiam nutriti, uel in quodcunq; aliud huiusmodi: sed hoc non posset fieri absque multa condensatione aeris, quæ sensum latere nō posset. Et ideo alij dixerunt, q diuina uirtute ad hoc q sacramentum non deprehendatur in huiusmodi conuersionibus, redit substantia panis & vini; sed hoc videtur esse impossibile, quia cum substantia panis conuersa sit in corpus Christi, non uidetur quōd possit substantia panis redire, nisi econuerso corpus Christi conuerteretur in panem. Et præterea; si substātia panis redit, aut hoc est manentibus accidentibus panis: & sic simul erit ibi substantia panis & substantia corporis Christi, quod supra improbatum est. Nam tandiu est ibi substantia corporis Christi, quando species remanent. Aut redit speciebus non manentibus, quōd etiam est impossibile, quia sic esset substantia panis absque proprijs acciden-
E tibus: nisi forte intelligatur, quōd Deus in termino conuersionis causaret ibi quandam materiam, quæ sit subiectum huius conuersionis: sed melius est ut dicatur, quōd sicut uirtute consecrationis miraculose, conferuntur speciebus panis & uini, ut subsistant sine subiecto ad modum substantiæ, ita etiam eis miraculose confertur ex consequenti, quōd agant, & patiantur quicquid agere aut pati posset substantia panis aut uini, si adesset. Et hac ratione species illæ panis & vini possunt nutrire & inebriare, sicut si esset ibi substantia panis & uini. Cætera non mutantur a prima expositione.

LECTIO V.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthiorū inordinationes, quas committebant conueniendo ad eucharistiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacramentum sumendum: hic agit de ipso sacramento. Et primo agit de dignitate huius sacramenti. Secundo inducit fideles ad reuerenter sumendum, ibi; [Itaq; quicunq; manducauerit &cæt.]

Circa primum duo facit. Primo commẽdat authoritatem doctrinæ quam daturus est. Secundo, ponit doctrinam de dignitate huius sacramenti, ibi;

[Quoniam dominus noster &c.] Circa primum duo facit. Primo, commẽdat authoritatem doctrinæ ex parte authoris, qui est Christus, dicens; Dixi q̃ iam non est vobis dominicam cœnam manducare, sacramentum eucharistiæ dominicam cœnam vocans; [Ego enim accepi a domino] scilicet Christo, qui est author huius doctrinæ, non ab aliquo puro homine, Gala. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum &c. Secundo, commendat authoritatem doctrinæ ex parte ministri, qui est ipse Paulus, cum subdit; [Quod & tradidi uobis.] Esa. 21. Quæ audiui a domino exercituũ Deo Israel, annuntiaui vobis. Sap. 7. Quam sine ficticne didici, & sine inuidia communico. Deinde cum dicit; [Quoniam dominus Iesus] commendat dignitatem huius sacramenti, tradens institutionem ipsius. Et primo ponit institutionem. Secundo tempus institutionis, cum dicit; [In qua nocte tradebatur &c.] Tertio, modum instituendi, ibi; [Accepit panem &c.] Institutor autem sacramenti est ipse Christus. Vnde dicit; [Quoniam dominus noster Iesus Christus, &c.] Dictum est enim supra cum de baptismo ageretur, q̃ Christus in sacramentis habet excellentiæ potestatem, ad quam quatuor pertinent: Primo quidem, quod virtus & meritum eius operetur in sacramentis. Secundo, quòd in nomine eius sanctificetur sacramentum. Tertio, q̃ effectum sacramenti sine sacramento præbere potest. Quarto, institutio noui sacramenti. Specialiter tamen congruebat, vt hoc sacramentum ipse in sua persona institueret, in quo corpus & sanguis eius cõmunicatur. Vnde & ipse dicit Io. 6. Panis quem ego dabo uobis, caro mea est pro mũdi vita. Deinde cum dicit; [Quia nocte tradebatur,] deficit tempus institutionis huius sacramẽti, quod quidem congruũ fuit. Primo quidem, quantum ad qualitatem temporis. Fuit. n. in nocte. Per virtutem. n. huius sacramenti anima illuminatur. Vnde 1. Reg. 14. dicitur, quòd Ionathas intinxit virgam in fauũ mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius, propter quod & in psal. 138. dicitur, Nox illuminatio mea in deliciis meis. Secundo quantum ad negocium quod in illo tempore gerebatur, quia, s. quando tradebatur ad passionem, per quã transiuit ad patrem, hoc sacramentũ, quod est memoriale passionis instituit. Vnde dr̃ Eccl. 29. Transi hospes, & orna mensam, & quę in manu hẽs, ciba eęteros. Deinde cum dicit; [Accepit panem &c.] ostendit modum institõnis. Et primo ponit ea, q̃ fecit & dixit Xps instituendo hoc sacramentum. Secundo exponit, ibi; [Quotiescunque. n. &c.] Circa primũ duo facit. Primo agit de institõne sacramenti huius, quantũ ad corpus Christi. Secundo quantũ ad eius sanguinẽ, ibi; [Similiter & calicẽ &c.] Circa primũ ante expositionẽ literæ, oportet primo considerare necessitatẽ institutionis huius sacramenti. Est aũt sciendum, q̃ sacramenta instituta sunt pp necessitatẽ uitæ spũalis. Et quia corporalia sunt quędam similitudines spũalium, oportet sacra proportionari eis, quæ sunt necessaria ad uitã corporalem. In qua, primo inuenitur generatio cui proportionatur baptismus, per quem regeneratur aliquis in uitam spũalem. Secundo, ad uitam corporalem requiritur augmẽtum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & uirtutem perfectam: & huic proportionatur sacramentum confirmationis, in quo spiritus sanctus datur ad robur. Tertio ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis sustentatur. Et similiter uita spũalis per sacramentum eucharistiæ reficitur, secũdum illud, Psal. 22. In loco pascuæ ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me. Est autem notandum, q̃ generans non coniungitur genito ẽm substantiam, sed solum secundum virtutem, sed cibus coniungitur nutrito secundum substantiam. Vnde in sacramento baptismi, quo Xps regenerat ad salutem, non est ipse Christus ẽm suam substantiam, sed solum ẽm suam virtutem. Sed in sacramento eucharistiæ, quod est spũale alimentum, Xps est secundum suam substantiam. Continetur autem sub alia specie, propter tria. Primo quidem, ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc sacramentum, si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. Secundo, ne hoc ipsum esset detestabile infidelibus. Tertio, ut cresceret meritum fidei, quæ consistit in hoc, quòd creduntur ea quæ non videntur. Traditur autem hoc sacramentum sub duplici specie propter tria. Primo quidem, propter eius perfectionem, quia cũ sit spiritualis refectio, dẽt habere spiritualem cibum, & spiritualem potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo. Vnde & supra 10. dicitur est, quod omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu. Secũdo, propter eius significationem. Est enim memoriale dominicæ passionis, p quam sanguis Christi fuit separatus a corpore, & ideo in hoc sacramento, seorsum offertur sanguis a corpore. Tertio, propter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis, & ideo offertur corpus: & valet ad salutem animæ, & ideo offertur sanguis. Nam anima in sanguine est, vt dicitur Gene. 9. Offertur autem specialiter hoc sacramentum sub specie panis & vini. Primo quidem, quia pane & vino communius vtuntur homines ad suam refectionem. Et ideo assumuntur in sacramento hæc, licut aqua ad ablutionem in baptismo, & oleum ad unctionem. Secundo, propter virtutem huius sacramenti. Nam panis cõfirmat cor hominis, vinum vero lætificat. Tertio, quia panis qui ex multis granis fit, & vinum ex multis uuis, significant ecclesiæ unitatem, quæ constituitur ex multis fidelibus. Est autem hæc eucharistia specialiter sacramentum unitatis & charitatis, vt dicit Aug. super Io. † His autem visis circa literæ expositionem. Primo considerandum est, quid Christus fecerit. Secundo quid dixerit ibi; [Et dixit &c.] Tria autem facit. Primum quidem designatur cum dicit: [Accepit panem.] Per quod, duo significari possunt. Primo quidem, quod ipse voluntarie passionem accepit, cuius hoc sacramentum est memoriale, secundum illud Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secundo, potest significari q̃ ipse accepit a patre potestatem perficiendi hoc sacramentum, secundum illud Matth. 11. Omnia tradita sunt mihi a patre meo. Secundum tangit, cum dicit; [Et gratias agens.] In quo datur nobis exemplũ gratias agendi de omnibus, quę nobis diuinitus dantur, ẽm illud 1. Thess. 5. In omnib. gratias agite: Tertiũ tangit eũ dicit: [Fregit.] Esa. 58. Frange esurienti panẽ tuũ. Sed vt hoc esse contrarium vsui ecclesiæ, ẽm quam prius consecratur corpus Christi, & postea frangitur, hic aũt dr̃ q̃ prius fregit, postea protulit verba cõsecrationis. Et ideo quidam dixerunt q̃ Christus consecrauit prius verbis aliis, & postea protulit verba, quibus nos consecramus; sed hoc non potest esse, quia sacerdos dum consecrat, non profert ista verba quasi ex persona sua, sed quasi ex persona Christi cõsecrãtis. Vnde manifestũ est, q̃ eisdem verbis quib. nos cõsecramus & Christus cõsecrauit. Et ideo dicendum est, q̃ hoc quod hic dr̃, [Et dixit, non est sumendũ consequenter, quasi Christus acceperit panem & gratias agens fregerit, & postea dixerit uerba q̃ sequuntur, sed concomitanter, quod dum accepit panẽ, gratias agens fregit & dixit. Et ideo cum Matt. 26. dicatur, q̃ Iesus accepit panẽ & benedixit ac fregit, Apostolus non curauit hic de benedictione facere mentionẽ, intelligens nihil aliud esse illã benedictionem, q̃ hoc quod dns dixit, Hoc est corpus meum. Deinde cum dicit: [Et dixit.] Ostendit quid Christus dixerit instituendo hoc sacramentũ. In verbis autẽ, primo quidem iniunxit sacri vsum. Secundo expressit sacramenti veritatem. Tertio docuit mysterium. Vsum quidem sacramenti iniunxit, dicens; [Accipite.] Quasi diceret, Non ex potestate vel merito humano cõpetit nobis vsus huius sacramenti, sed ex eminẽti Dei beneficio Sap. 16. Angelorum esca ministrasti populum tuum domine. Supra. 14. Quid habes, quod non accepisti? Et determinat speciem vsus cum dicit; [Et manducate,] Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hois. Iob. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur? Sciendum est tũ, q̃ hæc uerba non sunt de forma consecrationis. Est. n. hęc differentia inter hæc & alia sacramenta, quia alia sacramenta perficiuntur, non quidem in consecratione materiæ, sed in vsu materiæ consecratæ, sicut in ablutione aquæ, aut in unctione olei seu chrismatis, & hoc ideo, quia in materijs aliorum sacramentorum non est aliqua natura rationalis, quę sit gratiæ sanctificantis susceptiua, & ideo in forma aliorum sacramentorum fit mentio de vsu sacramenti, sicut cum dr̃, Ego te baptizo, uel confirmo te chrismate salutis &c. Sed hoc sacramentum perficitur in ipsa consecratione materiæ, in qua continetur ipse Christus qui est finis totius gratiæ sanctificantis. Et ideo uerba quæ pertinent ad vsum sacramenti, non sunt de substantia formæ, sed ipsum illa quę continent veritatem & continentiam sacramenti q̃ consequenter ponit, subdens; [Hoc est corpus meum.] Circa quæ uerba, tria oportet considerare. Primo quidem, de re significata per hæc verba, quòd scilicet sit ibi corpus Christi. Secundo, de veritate huius locutionis. Tertio, utrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Circa primum considerandum est, quidam dixerunt, corpus Christi non esse in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, sic exponente quod hic dr̃, [Hoc est corpus meum,] idest, hoc est signũ & figura corporis mei: sicut & supra 10. dictum est, Petra autẽ erat Christus, i. figura Christi. Sed hoc est hæreticum, cum expresse dominus dicat Io. 6. Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Vnde alii dixerunt, q̃ est ibi uere corp⁹ Christi, sed simul cum substantia panis, quod est impossibile, vt supra ostensum est. Vnde alii dixerunt, q̃ est ibi solum corpus Christi, substantia panis non remanente, quæ annihilatur uel in præcẽtem materiam resolutur. Sed hoc non potest esse, quia sicut Augu. † dicit in lib. 83. q. Deus non est author tendendi in nõ esse. Secundo, quia ẽt per hanc positionem tollitur hoc, q̃ substantia panis conuertatur in corpus Christi, & sic eũ corpus Christi non incipiat esse in hoc sacramento per conuersionem alterius in ipsum, relinquitur q̃ incipiat ibi esse per motũ localem, quòd est impossibile, vt supra dictum est. Oportet igitur dicere, q̃ corpus Christi uere sit in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum. Considerandum tamen, q̃ hæc conuersio differt ab omnib. conuersionibus quæ sunt in natura. Actio enim naturæ præsupponit materiam, & ideo eius actio non se extendit nisi ad immutandum aliquid, secundum formam vel substantialem vel accidẽtalem. Vnde omnis conuersio naturalis dicitur esse formalis. Sed Deus qui facit hanc cõuersionem, est author materiæ & formæ, & ideo tota substantia panis, materia non remanente, potest conuertere in totã substantiã corporis Christi. Et quia materia est individuationis principium, totum hoc individuum signatũ, quod est substantia particularis, conuertitur in aliam substantiam particularem, propter quod dicitur ista conuersio, substantialis, seu transubstantiatio. Contingit igitur in hac conuersione contrarium eius, quod accidit in conuersionibus naturalibus, in quibus manente subiecto fit trãsmutatio interdum circa accidentia: hic autem transmutata substantia, manent accidentia sine subiecto virtute diuina, quæ sicut causa prima sustentat ea sine causa materiali, quæ est substantia causata ad hoc, q̃ corpus Christi, & sanguis sumatur in specie aliena rationib. supradictis, & quia ordine quodam accidentia referuntur ad substantiã, ideo dimensiones sine subiecto remanent, & alia accidentia remanent in ipsis dimensionibus, sicut in subiecto. Si aũt sub illis dimensionibus nulla substantia remaneat nisi corpus Christi, dubium potest esse de tractionibus hostiæ consecratæ, eum corpus Christi glorificatum sit, & per consequens intangibile. Vnde non potest huic fractioni substare, sed nec etiam aliquid potest fingi q̃ substistat, quia sacramentum veritatis non decet aliqua fictio. Vnde, nihil sensu percipitur in hoc sacramento, quod non sit ibi secundũ veritatem. Sensibilia enim per se sunt qualitates, quæ quidem remanent sicut prius fuerant in hoc sacramento, ut dictum est. Et ideo alii dixerunt, quod est quædam ibi uere fractio sine subiecto, vnde nihil ibi frangitur. Sed nec hoc dici potest, quia cũ fracto sit in genere passionis, quæ habet debilius esse, quàm qualitas, non potest esse in hoc sacramẽto sine subiecto, sicut nec qualitas. Vnde restat dicendum, quòd fractio illa fundatur sicut in subiecto in dimensionibus panis & uini remanentibus: corpus autem Christi non attingitur ab huiusmodi fractione, quia totũ remanet sub qualibet parte dimensionum diuersarũ. Quod quidem hoc modo considerari potest. Nã corpus Christi est in hoc sacramento ex conuersione substantiæ panis in ipsum. Non aũt fit conuersio ratione dimensionum, nam dimensiones panis remanent, sed solum ratione substãtiæ. Vnde & corpus Christi est ibi ratione suæ substantiæ, non autem ratione suarum dimensionum, licet dimensiones eius sine ibi ex consequenti, inquantum eis separantur a substantia ipsius. Quantum autem ad naturã substantiæ pertinet, tota est sub qualibet parte dimensionum. Vnde sicut ante consecrationem tota ueritas substantiæ & natura panis erat sub qualibet parte dimensionum, ita post consecrationem, totum corpus Christi est sub qualibet parte panis diuisi. Significat autem hostiæ consecratæ diuisio; primo quidem passionem Christi, per quam corpus eius fuit multeribus fractũ, secundum illud Psalm. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos. Secundo, distributionem donorum Christi ex ipso progredientium, secundum illud infra 12. Diuisiones gratiarum sunt. Tertio, diuersas partes ecclesiæ. Nam eorum qui sunt membra Christi, quidam adhuc in hoc mundo peregrinantur, quidam viuũt in gloria cum Christo, & quantum ad animam & quantum ad corpus: quidam autem expectant finalem resurrectionem in fine mundi, & hoc significat diuisio hostiæ in tres partes. Secundo, considerandum est de ueritate huius locutionis, uidetur enim

hæc locutio esse falsa; [Hoc est corpus meum.] Conuersio enim panis in corpus Christi, fit in termino prolationis horum verborum: tunc enim completur significatio huius locutionis. Formę enim sacramentorum significando efficiunt: & ideo sequitur, q̃ in principio locutionis quando dicitur, q̃ nõ sit ibi corpus Christi, sed sola substantia panis, quæ demonstratur per hoc pronomẽ; [Hoc,] quando est demonstratiuum substãtiæ. Idem est ergo, hoc cum dicitur; [Hoc est corpus meum,] acsi diceret, substantia panis est corpus meum, q̃ manifeste falsum est. Dixerunt ergo quidam, q̃ sacerdos hæc uerba materialiter, & recitatiue profert ex persona Christi: & ideo demonstratio huius pronominis, non refertur ad præsentem materiam, ut ex hoc locutio falsa reddatur, secundum quod obiectio procedebat. Sed hoc non potest stare. Primo quidem, quia si hæc locutio nõ applicetur ad præsentem materiam, nihil faciet circa eam, quod est falsum. Dicit. n. Aug. super Io. † Accedat uerbum ad elementũ, & fit sacramentum. Vnde necesse est dicere, q̃ uerba ista formaliter accipiantur, referendo ea ad præsentem materiam. Profert autem ea sacerdos ex persona Christi, a quo virtutem sumpserũt ad ostendendum, q̃ eandem efficaciam nunc habent, sicut quãdo Christus ea protulit. Non enim virtus his uerbis collata euanescit, neque temporis diuersitate, neque ministrorum varietate. Secundo, quia eadem difficultas remanet de prima prolatione qua Christus ea protulit. Ideo alii dicunt, q̃ sensus huius est; [Hoc est corpus meum,] idest; hic panis designat corpus meum, vt ly, [Hoc,] designet id, quod est in principio locutionis. Sed hoc etiam esse non potest, quia cum sacramenta efficiant, quod figurant, hæc uerba nihil efficiunt, nisi quod significant. Secundo, quia ex hoc sequeretur, q̃ per hæc verba nihil efficeretur, quàm quòd corpus Christi esset ibi sicut sub signo, quod supra improbatum est. Et ideo alij dicunt, q̃ ly hoc, facit demõstrationem ad intellectum, & demonstrat id, quod erit in fine locutionis, s. corpus Christi. Sed nec hoc uidetur conuenienter dici, quia secundum hoc, sensus esset, Corpus meum, est corpus meum, quod non fit per hæc verba, cum hoc ante uerba consecrationis fuerit uerum. Et ideo aliter dicendum est, q̃ formæ sacramentorum non solum sunt significatiuæ, sed etiam factiuæ, significando enim efficiunt. In omni autem factione, oportet subiici aliquid commune tanquam principium. Commune autem in hac conuersione non est aliqua substantia; sed accidentia, quæ & prius fuerunt & postea manent, & ideo ex parte subiecti in hac locutione non ponitur nomen, quod significat substantiam sine determinata specie. Est ergo sensus; [Hoc,] idest contentum sub his accidentibus, [Est corpus meum,] & hoc est quod fit per verba consecrationis. Nam ante consecrationem, id quod erat contentum sub his accidentibus, non erat corpus Christi, quod tamen fit corpus Christi per cõsecrationem. Tertio autem oportet considerare quomodo est hæc conueniens forma huius sacramenti. Nam hoc sacramentum, ut dictum est, non consistit in usu materiæ, sed in consecratione ipsius. Consecutio autem non fit per hoc, q̃ materia consecrata solum sumpsit aliquam virtutem spiritualem, sed per hoc, quòd transubstantiatur secundum esse in corpus Christi, & ideo nullo alio uerbo utendum fuit, nisi uerbo substantiuo, ut dicatur; [Hoc est corpus meũ.] Per hoc enim significatur id quod est finis, quod significando efficitur. Deinde cum dicit. [Quod pro uobis tradetur] tangit mysterium huius sacramenti. Est enim sacramentum repræsentatiuum diuinæ passionis, per quam corpus suum tradidit in mortem pro nobis; secundum illud Esa. 50. Corpus meum dedi pertcutientibus, & Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et vt ostendat rationem frequentandi hoc mysterium, subiungitur: [Hoc facite in meam commemorationem,] hoc recolendo. s. tam magnum beneficium, quo pro uobis me tradidi in mortem. Vnde & Treno. 3. dicitur, Recordare paupertatis meæ, absinthii, & felis. Et in Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus in se.

SECTIO VI.

Similiter & calicem postquã cœnauit, dicẽs. Hic calix nouũ testamẽtũ est in meo sanguine.

LECTIO VI.

Postquam Apostolus posuit institutionẽ huius sacri quantũ ad cõsecrationẽ corporis, hic ponit institutionẽ eius quantũ ad sanguinis consecrationẽ. Et primo, ponit ordinẽ institutionis. Secũdo uerba, cũ dicit; [Hic calix &c.] Ordo aũt attenditur quãtũ ad duo. Primo, ad concomitantia utriusq; speciei cũ dicit; [Similiter & calicẽ.] Vtrumque enim est de perfectione huius sacramenti, tum propter perfectionẽ refectionis, tum propter repræ-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſcuſationem paſſionis, tum propter efficientiam ſalutis animæ & corporis. vt ſupra dictum eſt: ſed ſi prius conſecratur in hoc ſacramento corpus Chriſti, & poſtea ſanguis, videtur ſequi, ꝙ ante conſecrationem ſanguinis, corpus Chriſti in hoc ſacramento ſit exangue; ꝙ quidam inconueniens reputantes, dixerunt, ꝙ duæ formæ ſe expectant in efficiendo, ita.ſ. ꝙ prima forma cõſecrationis corporis, nõ conſequitur ſuum effectũ, antequam perficiatur forma conſecrationis ſanguinis, ſicut & dictum eſt, ꝙ verba quæ proferuntur in conſecratione corporis, non conſequuntur ſuum effectum vſque ad finem prolationis verborum. Sed hoc non eſt ſimile. Nam ſignificatio verborum quibus conſecratur corpus Chriſti, non completur niſi in termino prolationis eorũ. Et quia verba ſacramentalia ſignificando efficiunt, ideo non poſſunt habere effectũ ante terminum prolationis. Tunc aũt habent plenã ſignificationem, & antequam proferantur uerba conſecrationis ſanguinis, & ideo neceſſe eſt, ꝙ etiam tunc habeant ſuũ effectũ: alioquin ſacerdos peccaret ſtatim poſt uerba conſecrationis, proponens hoſtiam non conſecratam populo adorandam, niſi iam eſſet corpus Chriſti, quia induceret populũ ad idolatriam. Eſt ergo dicendum, ꝙ ante conſecrationem ſanguinis eſt in hoc ſacramento corpus Chriſti, non ſine ſanguine ſciendum eſt enim, ꝙ in hoc ſacramento dupliciter aliquid eſt. Vno modo ex ui conſecrationis, illud.ſ. in quod terminatur cõuerſio panis & vini, ſicut per formã conſecrationis ſignificatur, & ſic ſub ſpecie panis, eſt corpus Chriſti. Alio modo eſt aliquid in hoc ſacramento ex reali concomitantia, ſicut diuinitas uerbi eſt in hoc ſacramento propter indiſſolubilem unionẽ ipſius ad corpus Chriſti, licet nullo modo ſubſtantia panis in diuinitatem cõuertatur. Et ſimiliter eſt ibi anima, quæ cõiuncta eſt realiter ipſi corpori. Si uerò in triduo mortis Chriſti, fuiſſet corpus Chriſti ab aliquo apoſtolorũ conſecratũ, non fuiſſet ibi anima quæ tunc realiter erat a corpore ſeparata. Et idem dicendum eſt de ſanguine. Nam ſub ſpeciebus panis ex ui conſecrationis eſt corpus Chriſti, in ꝙ ſubſtantia panis conuertitur. Sanguis autẽ eſt ibi, ex reali concomitantia, quia tunc, realiter ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus; & eadẽ ratione ſub ſpecie vini eſt ſanguis Chriſti ex ui cõſecrationis: corpus autẽ ex reali concomitantia, ita quòd ſub utraque ſpecie eſt totus Chriſtus. Si uero tempore paſſionis quando ſanguis Chriſti erat ex corpore effuſus, fuiſſet hoc ſacramentum ab aliquo apoſtolorum perfectum: ſub panis ſpecie fuiſſet ſolum corpus Chriſti exangue, ſub ſpeciebus autem uini fuiſſet ſolus ſanguis Chriſti. Secundo attenditur ordo per comparationẽ ad cibos materiales, qui præceſſerant, ubi ſubdit [Poſtquã cœnauit,] quod videtur ſignanter addidiſſe. Nã Chriſtus corpus ſuũ tradidit inter cœnam. Vnde Matth.26. dicitur, ꝙ cœnantib. illis, accepit Ieſus panem &c. Sed ſanguinem dedit expreſſe poſt cœnam. Vnde & Luc.22. dicitur; Similiter & calicem poſtquã cœnauit, dicens &c. Cuius ratio eſt, quia corpus Chriſti repræſentat myſterium incarnationis, quæ facta eſt adhuc legalibus obſeruãtiis ſtatum habentib. inter quae præcipua erat cœna agni paſchalis. Sed ſanguis Chriſti in ſacramento, directè repræſentat paſſionem per quã eſt effuſus, & per quã ſunt terminata omnia legalia Vnde Heb.9. dr̃, ꝙ per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Deinde ponit uerba, dicens; [Hic eſt calix &c.] Et primo demonſtrat ueritatem huius ſacramenti. Secundo iniungit vſum, ibi, [Hoc facite &c.] Quantũ ergo ad primum, dicit: [Hic calix &c.] Quod quidẽ dupliciter ſumi poteſt. Vno modo methonymice, vt.ſ. ponatur continens pro contento. q.d. Contentum in hoc calice quod conuenientius ponitur in conſecratione uini quod ratione ſuæ humiditatis indiget aliis terminis contineri, quàm in conſecratione panis, qui ratione ſuæ ſiccitatis propriis terminis continetur. Alio modo põt accipi metaphorice, ut ſit ſenſus; Sicut calix inebriat & perturbat ita & paſſio. Vnde Matth.22. dicit, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Et Matth.26. Tranſeat a me calix iſte.

Eſt ergo ſenſus: Hic calix] i. contentum in hoc calice, uel hæc mea paſſio, [Eſt nouum teſtamẽtum in meo ſanguine.] Vnde cõſiderandum eſt, ꝙ teſtamentum dupliciter ſumitur in ſcripturis, Vno modo cõiter pro quolibet pacto, quod quidem teſtib. cõfirmatur, & ſic conſiderandũ eſt, ꝙ Deus dupliciter pactum iniit cũ humano genere. Vno modo promittendo bona temporalia, & a malis temporalibus liberando, & hoc uocatur vetus teſtamentũ, uel pactum. Alio modo promittendo bona ſpiritualia & a malis oppoſitis liberando, & hoc uocatur teſtamentum nouum. Vnde dr̃ Hier.31. Feriã domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſm pactum quod pepigi cũ patribus ueſtris, vt educerem eos de

Hoc facite quotieſcũq; bibetis in meã cõmemorationem. Quotieſcunque.n. manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.

F terra Aegypti, ſed hoc erit pactum. Dabo legem meã in uiſceribus eorum & ero eis in Deum. Eſt autem conſiderandum, ꝙ apud antiquos erat conſuetudo, ut alicuius victimæ ſanguinẽ funderent ad confirmationem pacti. Vnde Gen.31. legitur, ꝙ poſtquã inierunt fœdus Laban & Iacob, immolatis victimis in monte, vocauit fratres ſuos. Vnde & Exod.24. legitur, ꝙ Moyſes ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait, Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit dominus uobiſcum. Sicut ergo uetus teſtamentũ ſeu pactum confirmatum eſt ſanguine figurali taurorum, ita nouũ teſtamentum ſeu pactum cõfirmatum eſt in ſanguine Chriſti, qui per paſſionem eſt effuſus. Et in hoc calice ſacramentum taliter continetur. Alio modo teſtamentum accipitur magis ſtricte, pro diſpoſitione hæreditatis percipiendæ, quam neceſſe eſt ſecundũ

G leges certo numero teſtium confirmare. Non autem teſtamentũ ſic acceptum confirmatur, niſi per mortem, quia ut Apoſtolus dicit Heb.9. Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum ualet, dũ uiuit qui teſtatus eſt: Deus autem primo quidem diſpoſitionem fecerat de æterna hęreditate percipienda, ſed ſubfigura temporalium bonorum, quod pertinet ad uetus teſtamentum; ſed poſtmodum fecit nouum teſtamentum, expreſſe promittens hæreditatem æternam, quod quidem confirmatum eſt per ſanguinem mortis Chriſti, Et ideo dominus de hoc dicit, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine quaſi dicat. Per id quod in hoc calice continetur, commemoratur nouum teſtamentum per Chriſti ſanguinem confirmatum. Eſt autem aduertendum, quòd eadem uerba quæ hic Apoſtolus ponit, habentur Lucæ 22. niſi quòd ibi additur, qui pro vobis effundetur. Lucas enim diſcipulus fuit Pauli, & cum in conſcriptione euangelij eſt ſecutus. Sed Matth.26. dicitur, Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem pec-

H catorum. Eadem uerba ponuntur in Mar.14. Dicunt ergo quidam, quòd quæcunque formæ horum uerborum proferantur, quæ ſunt ſcripta in canone ſufficere ad conſecrationem. Probabilius autem dici uidetur, quòd illis ſolis uerbis perficitur conſecratio, quibus eccleſia utitur ex traditione apoſtolorum ſtricta. Euangeliſtæ enim verba domini recitare intenderunt quantum pertinet ad rationem hiſtoriæ, non autem ſecundum quod ordinantur ad conſecrationem ſacramentorum, quas in occulto habebant in primitiua eccleſia propter infideles. Vnde Dion. dicit in ult. ca. eccleſiaſticæ hierarchiæ. Perfectiuas inuocationes non eſt fas in ſcripturis exponere, neque myſticum ipſarũ ante factas in ipſis ex Deo virtutes ex occulto in commune adducere. Sed circa iſta verba quibus eccleſia vtitur in conſecratione ſanguinis, quidam opinantur, quòd non omnia ſint de neceſſitate formæ, ſed ſolum quod dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei, non autem reſiduum quod ſequitur, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro nobis & pro multis effundetur in remiſſio-

I nem peccatorum. Sed hoc non uidetur conuenienter dici. Nam totum illud quod ſequitur eſt quædam determinatio prædicati. Vnde & ad eiuſdem locutionis ſententiam ſeu ſignificationẽ pertinet. Et quia, vt ſæpe dictum eſt, formæ ſacramentorum ſignificando efficiunt, totum pertinet ad uim effectiuam formę. Nec obſtat ratio quam inducunt, quia in conſecratione corporis, ſufficit quod dicitur, Hoc eſt corpus meũ, quia ſanguis ſeorſum cõſecratus, ſpecialiter repræſentat paſſionem Chriſti, per quã eius ſanguis ſeparatus eſt a corpore: & ideo in conſecratione ſanguinis, oportuit exprimere Chriſti paſſionis virtutem, quæ attenditur. Primo quidẽ reſpectu noſtræ culpæ quam Chriſti paſſio abolet, ſm illud Apocal.1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et quantum ad hoc dicit, Qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Effuſus eſt ſiquidem ſanguis in remiſſionem peccatorum, non ſolum pro multis, ſed etiam pro omnibus, ſecundum illud 1. Ioan.2. Ipſe eſt propitiatio pro

K peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Sed quia quidam ſe reddunt indignos ad recipiendũ talem effectum, quantum ad efficaciam dicitur eſſe effuſus pro multis, in quibus habet effectum paſſio Chriſti. Dicit autem ſignanter pro uobis & pro multis, quia hoc ſacramentum valet in remiſſionem peccatorum ſumentibus per modum ſacramenti: quod notatur ſignanter, cum dicitur, pro uobis, quibus dixerat accipite. Valet etiam per modum ſacrificii multis non ſumentibus. pro quibus offertur; quod ſignificatur, cum dicitur, Et pro multis. Secundo uirtus eius conſideratur per comparationem ad vitam iuſtitiæ. quam facit per fidem, ſecundum illud Roma.3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit propitiationem per fidẽ in ſan-

guinem

guinem ipſius. Et quantum ad hoc dicit, Myſterium, i. occultum

A fidei, quia.ſ. fides paſſionis Chriſti erat occulta in omnib. ſacrificiis veteris teſtamenti, ſicut veritas in ſigno. Hoc aũt eccleſia habet ex traditione apoſtolorum, cum in canone ſcripturæ nõ inueniatur. Tertio uirtus eius attenditur quãtum ad uitam gloriæ, in quã per paſſionẽ Chriſti introducitur, ſm illud Heb.10. Habentes fiduciã in introitũ ſanctorũ ĩ ſanguine Chriſti. Et quantum ad hoc dicit Noui & æterni teſtamẽti. Aeterni ſiquidẽ, quia eſt diſpoſitio de hæreditate æterna. Noui autem, ad differentiam ueteris, quiã temporalia promittebat, Vnde Hebr.9. dr̃, ideo noui teſtamẽti mediator eſt. ut morte intercedẽte, repromiſ-

LECTIO VII.

Itaque, quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis domini. Probet aũt ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi maõducat & bibit, nõ diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & ĩbecil-

B ſionem accipiant qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Deinde cũ dicit. [Hoc facite &c.] iniungit vſum huius ſacramenti, dicens. [Hoc facite quotieſcũq; ſumitis in meam cõmemorationem.] ſ. in memoriã meæ paſſionis. Vnde & Treno.3. dicit Propheta, Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima. Et Eſa.43. Miſerationũ dñi recordabor. Eſt aũt notandum, quod in calice principaliter quidem debet poni uinum rationib. ſupradictis. Debet aũt apponi & aqua, Probabile enim eſt, quod Chriſtus in cęna uinum miſtũ diſcipulis dederit propter conſuetudinẽ terræ illius, in qua, vt temperetur fortitudo uini, ab omnibus uinum bibitur aqua miſtum. Vnde & Prou.9. Sapientia, dicit, Bibite uinum ꝙ miſcui vobis. Nihilominus tñ aqua uino miſta ſignificat populũ Chriſtianum Chriſto per paſſionem coniunctum, ſecundũ illud Apoc.17. Aquæ, populi ſunt & gentes. Et participatio ſanguinis Chriſti a fidelib. pertinet ad uſum ſacramenti, qui non eſt de neceſſitate huius ſacramenti. Sed poteſt uinũ cõſecrari abſq; aqua, licet peccet qui ſic conſecrat, nõ ſeruans ritum eccleſiæ. Et ideo,

C ſi ſacerdos ante conſecrationem vini aduertat, ꝙ aqua nõ fuerit appoſita calici, debet apponere. Si uero poſt conſecrationem aduertat, nõ debet apponere, ſed debet perficere ſacramentũ. Nihil enim poſt cõſecrationem eſt ſanguinis Chriſti miſcendum, quia talis permiſtio non poſſet eſſe ſine qualicunque corruptione vini conſecrati, quod pertinet ad crimen ſacrilegii. Dicunt aũt quidam, ꝙ cum de latere Chriſti pendẽtis in cruce fluxerit ſanguis, & aqua, vt legitur Io.19. Sicut uinum conuertitur in ſanguinẽ, ita aqua in aquam. Sed hoc non competit, quia illa aqua figuratur ablutio quæ eſt per baptiſmum. Et ideo alii dicunt, ꝙ facta conuerſione uini in ſanguinem, aqua remanet in ſua ſubſtantia, & circumtegitur accidentib. uini. Sed hoc non cõpetit, quia aqua admiſcetur vino ante conſecrationem, qñ non differt ab alio uino. Vnde non ſeorſum manet, ſed permiſcetur. Et ideo dicendũ eſt, ꝙ aqua cõuertitur in uinum & ſic totum conuertitur in ſan-

D guinem Chriſti. Propter quod mos eſt modicũ de aqua apponere, & pręcipue ſi ſit vinum debile, ꝙ non poteſt niſi modicũ aquę in ſeipſum conuertere. Deinde cum dicit. [Quotieſcunque &c.] Exponit verba domini, quæ dixerat. Hoc facite in meã commemorationem, dicens. [Quotieſcũque. n. manducabitis panẽ hũc &c.] Et dicit. [Panẽ,] propter ſpecies remanentes. Dicit autem. [Hunc,] propter idẽ numero corpus ſignificatum & contentum. [Et calicem,] ſ. hunc bibetis. [Mortem domini annuntiabitis,] repræſentando, ſ. eam per hoc ſacramentum. Et hoc. [Donec veniat,] i. vſque ad ultimum eius aduentum, in quo datur intelligi, ꝙ hic ritus eccleſiæ non ceſſabit vſque ad finem mundi, ſecundũ illud Matt. vlt. Ecce ego uobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Et Luc.21. Non prętcribit generatio hæc. ſ. eccleſiæ, donec omnia fiant.

LECTIO VII.

Poſtquam Apoſtolus oſtendit dignitatem huius ſacramenti, hic excitat fideles ad ſumendum illud reuerenter; & primo

E ponit periculum, quod imminet indigne ſumentib. ſecundo adhibet ſalutare remedium, ibi. [Probet aũt &c.] Dicit ergo primo; [Itaque,] ex quo hoc quod ſacramentaliter manducatur, eſt corpus Chriſti, & quod bibitur, eſt ſanguis Chriſti; [Quicunq; manducauerit hunc panẽ, uel biberit calicẽ dñi indigne, reus erit corporis & ſanguinis dñi.] In quib. uerbis primo conſiderandũ eſt, qualiter aliquis indigne manducat & bibit: quod quidẽ ſm Glo. cõtingit tripliciter. Primo quidẽ quantum ad celebrationẽ huius ſacramenti, quia.ſ. aliquis aliter celebrat ſacramentum euchariſtiæ, quàm a Chriſto traditũ eſt puta ſi offerat in hoc ſacramento alium panem, quàm triticeum, vel alium liquorem, quàm uinũ de uite. Vnde Leui.10. dicitur, ꝙ Nadab & Abiu, filii Aaron,

A obtulerunt coram dominó ignem alienum, quod eis præceptum non erat, egreſſuſque ignis a domino, deuorauit eos. Secũdo ex hoc, ꝙ aliquis non deuota mente accedit ad euchariſtiam, quæ quidem indeuotio quandoque eſt ueniale: puta cum aliquis diſtracta mente ad ſecularia negocia, accedit ad hoc ſacramentum habitualiter retinens debitam reuerentiam ad ipſum, & talis indeuotio licet impediat fructũ huius ſacramẽti, qui eſt ſpiritualis refectio: non tamẽ facit reũ corporis & ſanguinis domini, ſicut hic Apoſtolus loquitur. Quædam vero indeuotio eſt peccatum mortale, quæ.ſ. eſt cum contemptu huius ſacra-

B menti, prout dr̃ Malac.1. Vos polluiſtis nomen meum in eo, ꝙ dicitis, Menſa domini contaminata eſt, & quod ſupponitur contemptibile. Et de tali indeuotione loquitur Gl. Tertio modo dicitur aliquis indignus, ex eo ꝙ cum uoluntate peccandi mortaliter, accedit ad euchariſtiam. Dicitur enim Leu.12. Non accedat ad altare, qui maculam habet. Intelligitur aliquis maculam peccati habere, quandiu eſt in uoluntate peccandi, quæ tamen tollitur per pęnitentiam. Per contritionem quidem, quę tollit voluntatem peccandi cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi, quantum ad remiſſionem culpę & pœnæ æternæ; per confeſſionẽ autem & ſatisfactionem quantum ad totalem remiſſionem pœnæ, & reconciliationem ad membra eccleſiæ. Et ideo in neceſſitate quidem, puta quando aliquis copiam confeſſionis habere nõ poteſt, ſufficit contritio ad ſumptionem huius ſacramenti. Regulariter autem debet confeſſio præcedere cum aliqua ſatisfactione, cap.52.
Vnde in lib. de eccle. † dogmatibus dicitur. Communicaturus, ſatisfaciat lachrymis & orationibus, & cõfidens de domino, miſi-

C dus accedat ad euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia peccata, & mortalia non grauant. Nanque, quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premũt, hortor prius publica pęnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi non vult ad condẽnationem euchariſtiam percipere. Sed uidetur quod peccatores nõ indigne accedant ad hoc ſacramentum. Nam in hoc ſacramento ſumitur Chriſtus, qui eſt ſpiritualis medicus, qui de ſe dicit Mat.9. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Sed dicendum, ꝙ hoc ſacramentum eſt ſpirituale nutrimentum ſicut baptiſmus eſt ſpiritualis natiuitas. Naſcitur aũt aliquis ad hoc ut uiuat, ſed non nutritur niſi iam uiuus: & ideo hoc ſacramentum non competit peccatorib. qui nondum viuunt per gratiam competit eis tamen baptiſmus. Et præterea, euchariſtia eſt ſacramentum charitatis & eccleſiaſticæ vnitatis, ut dicit Aug. ſuper Ioã. † tract.36.
Cum igitur peccator careat charitate, & ſit ſeparatus merito ab

D eccleſiæ unitate, ſi accedat ad hoc ſacramentum, falſitatem committit, dũ ſignificat ſe habere charitatem quã nõ habet. Quia tñ peccator qñque habet fidem huius ſacramenti, licitum eſt ei hoc ſacramentum inſpicere, quod omnino infidelibus denegatur, ut Diony. dicit 3. ca. eccleſiaſticę hierarchię. Secundo conſiderandũ eſt, quomodo ille qui indigne ſumit hoc ſacramentũ, ſit reus corporis & ſanguinis domini. Quod quidem in Gloſ. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter. Incurrit enim reatũ cũ peccato cõmiſſo circa corpus & ſanguinem dñi, prout in hoc ſacramento continetur, quod indigne ſumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur. Tanto eſt enim eius culpa grauior, quanto maior eſt contra quem peccatur. Heb.10. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia eũ qui filiũ Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamẽti pollutũ duxerit? Secundo exponitur per ſimilitudinem, vt ſit ſenſus; [Reus erit corporis & ſanguinis domini.] & mortis domini pęnas dabit, hoc eſt, ac ſi Chriſtum occiderit, punietur, ſm illud Heb.6. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtẽtui

E habentes. Sed ſecundum hoc uidetur grauiſſimum eſſe peccatũ eorum qui indigne ſumunt corpus Chriſti. Sed dicendum quod peccatum aliquod habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipſa ſpecie peccati, quæ ſumitur ex obiecto, & ſm hoc grauius eſt peccatum quod cõtra diuinitatem committitur, puta infidelitas, blaſphemia, uel aliquid huiuſmodi, quàm quod cõmittitur contra humanitatem Chriſti. Vnde & ipſe dominus Matt.12. dicit. Quòd qui dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui aũt dixerit contra ſpiritum ſanctum, nõ remittetur ei. Et itetum, grauius eſt peccatum quod committitur cõtra humanitatẽ in propria ſpecie, quàm ſub ſpecie ſacramenti. Alio modo grauitas peccati attenditur ex parte peccantis. Magis autem peccat, qui ex odio, aut inuidia, vel ex quacunque malitia peccat, ſicut

peccauerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccauerunt illi, qui Christum crucifixerunt, quàm qui peccat ex infirmitate, sicut interdum peccant illi qui indigne sumũt hoc sacramentum. Non ergo per hoc intelligitur, ꝙ peccatum indigne sumentium hoc sacramentum, comparetur peccato occidentium Christum ſm æqualitatem, sed secundum similitudinem speciei, quia utrũque est circa eundem Christum. Tertio modo exponitur: [Reus erit corporis et sanguinis dñi,] .i. corpus & sanguis dñi facient eũ reum, Ita.n. bonũ male sumptum nocet, sicut prodest malum quo quis bene utitur, sicut stimulus sathanæ Paulo. Per hęc autem uerba, excluditur error quorundam dicentium, ꝙ q̃ statim hoc sacramentum tangitur a labijs peccatoris, desinit sub eo esse corpus Christi. Contra quod, est qđ Apostolus dicit; [Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem dñi indigne.] Secundum.n. prædictam opinionem, nullus indignus manducaret vel biberet. Contrariatur aũt prædicta opinio veritati huiõi sacramenti, ſm quam, tandiu corpus & sanguis Christi manent in sacramento, quandiu remanent spẽs in quocunq; loco existant. Deinde cum dicit [Probet aũt &c.] Adhibet remedium contra prædictum periculum. Et primo ponit remedium. Secundo assignat rõnem, ibi. [Qui.n. manducat &c.] Tertio rõnem manifestat per signum, ibi [Ideo inter uos &c.] Dicit ergo primo. Quia tñ reatum incurrit qui indigne sumit hoc sacramentum, ideo necesse est, vt primo homo seipsum probet .i. diligenter examinet suam conscientiam, ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritum, de quo non sufficienter pœnituerit; [Et sic,] post diligentẽ examinationẽ securus, [De pane illo edat & de calice bibat,] quia digne sumentibus non est venenum, sed medicina. Gal. vlt. Opus autem suum probet vnusquisque 2. Cor. 13. Si estis in fide Christi, uos probate. Deinde cum dicit: [Quicunque.n. manducauerit &c.] Assignat rationem prædicti remedij, dicens, Ideo probatio præexigitur. [Qui.n. indigne manducat & bibit, iudicium] .i. cõdemnationem, [Sibi manducat & bibit.] sicut dr̃ Io. 5. Resurgent qui male egerunt in resurrectionem iudicij. [Non dijudicãs corpus dñi,] .i. ex eo ꝙ non discernit corpus dñi ab alijs, indifferenter ipsum assumens, sicut alios cibos. Leu. 22. Omnis hõ qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immũditia, peribit coram domino. Sed contra videtur esse, quod dicit Io. 6. Qui mãducat me, viuit propter me. Sed dicẽdum est, quod duplex est modus manducandi hoc sacramentum, .s. spiritualis & sacramentalis. Quidam ergo manducant sacramentaliter & spiritualiter, q. scilicet ita sumunt hoc sacramentum, quod etiam rem sacramenti participant, .s. charitatem per quam est ecclesiastica unitas. Et de talibus intelligitur uerbum domini inductum, Qui manducat me, viuit propter me. Quidam vero manducant sacramentaliter tantum, qui, .s. ita hoc sacramentum percipiunt quod rem sacramenti, .i. charitatem non habent, & de talibus intelligitur, quod hic dicitur. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Est autem præter duos modos quibus sumitur sacramentum hoc, tertius modus sumendi, quo manducatur per accidens dum .s. sumitur non vt sacramentum, quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, sicut quando aliquis fidelis, sumit hostiam consecratam, quam non credit esse consecratam. Talis.n. habet habitum vtendi hoc sacramento, sed non utitur eo actu, ut sacramento.

les & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur aũt a dño, corripimur, ut non cũ hoc mundo dãnemur.

Alio modo, sicut quando hostiam consecratam sumit aliquis infidelis, qui nullam fidem habet huius sacramenti. Talis.n. non habet habitum vtendi hoc sacramento, sed solum potentiã. Tertio modo, sicut qñ hostiam sacratam comedit mus, vel quodlibet animal brutum, quod etiam non habet potentiam vtendi hoc sacramento. Ex hoc igitur, quòd spiritualiter sumentes hoc sacramentum acquirunt vitam, alliciuntur quidam ad hoc, ꝙ frequenter hoc sacramentum assumant.

Ex hoc autem, ꝙ indigne sumentes acquirunt sibi iudicium, plures deterrentur, vt rarius sumant, & utrũque commẽdandum vr̃. Legimus enim Luc. 19. Quod Zacheus recepit Christum gaudens in domum suam, in quo eius charitas commendatur. Legitur ẽt eodem 7. ꝙ Centurio dixit Christo, Non sum dignus ut intres sub tectum meum; in quo comendatur honor, & reuerentia eius ad Christum. Quia tamen amor præfertur timori per se loquendo, commendabilius esse videtur, ꝙ aliquis frequentius sumat, quàm quòd rarius. Quia tamen quod est in se eligibilius, potest esse minus eligibile quantum ad hunc uel illum considerare quilibet in seipso debet, quem effectum in se habeat frequens susceptio huius sacramenti. Nam si aliquis sentiat se proficere

F in feruore dilectionis ad Christum, & in fortitudine resistendi peccatis, quæ plurimum consequuntur homines, debet frequẽter sumere. Si vero ex frequenti sumptione sentiat aliquis in se minus reuerentiam huius sacramenti, monẽdus est: ut rarius sumat. Vnde & in lib. de Ecclesiasticis dogmatib. dicitur. Quotidie eucharistiã sumere, nec laudo, nec vitupero. Deinde cũ dicit. [Ideo inter vos &c.] Manifestat prædictam rationem per signum. Et primo ponit signum. Secundo assignat causam illius signi ibi. [Quod si nosmetipsos &c.] Circa primum considerandum est, quòd sicut Aug. dicit in Primo. de Ciui. dei cap. 8. Si omne peccatum nunc manifeste Deus plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus, si nullum pecca-
G tum nunc puniret, nulla esse diuina prouidentia crederetur. In signum ergo futuri iudicij, Deus etiam in hoc mundo pro peccato quosdam temporaliter punit, quod maxime obseruatum videtur in principio legislationis, tam nouæ quam veteris. Legimus.n. Exo. 32. Propter peccatum vituli aurei adorati, multa milia hominum perempta. Rursum legitur Act. 5. Propter peccatum mendacij & furti, Ananiam & Saphiram interijsse. Vnde & propter peccatum huius sacramenti indigne sumpti, aliqui in primitiua ecclesia puniebantur a Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit, Ideo scilicet in signum futuri iudicij, Inter vos multi indigne sumentes corpus Christi, sunt infirmi corporaliter psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates. [Et imbecilles,] i. longa infirmitudine laborantes. [Et dormiunt multi] .s. morte corporali, secundum quod sumitur dormitio 1. ad Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus. Deinde cum dicit. [Quòd si nosmetipsos &c.] Assignat duplicem rationem prædicti signi, quarum prima sumitur ex parte nostri. Secunda ex parte Dei, ibi. [Cum iudicamur au-
H tem &c.] Ex parte autem nostra, causa diuinę punitionis est a negligentia, quia in nobisipsis peccata cõmissa punire negligimus. Vnde dicit. [Quòd si nosmetipsos dijudicaremus,] redarguendo & puniendo peccata nostra. [Non vtique iudicaremur,] i. non puniremur a domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. Sed contra est, quod supra 4. dictum est. Sed neq; meipsum iudico. Et Rom. 14. dicitur, Beatus qui non iudicat semetipsum. Sed dicendum est, quòd aliquis potest seipsum iudicare tripliciter. Vno modo, discutiendo, & sic aliquis debet iudicare seipsum, & quantum ad opera præterita, & quantum ad futura, secundum illud Galat. vlt. Opus suum probet vnusquisque. Alio modo sententialiter seipsum absoluendo, quasi iudicando se innocentem quantum ad præterita, & secundum hoc, nullus dẽt iudicare seipsum, ut .s. se innocentem iudicet, ſm illud Iob 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostende-
I ro, prauum me comprobabit. Tertio modo repræhendendo, ut .s. faciat aliquid, qđ ipse iudicat esse malum. Et hoc modo intelligitur qđ inductum est, Beatus est qui nõ iudicat semetipsum, in eo qđ probat. Sed quantũ ad ea quæ iam fecit, dẽt quilibet seipsum iudicare, repræhendendo & puniendo pro maleficijs. Vnde dicit Iob. 13. Vias meas in conspectu eius arguã & 23. Ponam coram eo iudiciũ, & os meum replebo increpationib. & de hoc iudicio Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, & inducitur hic in Glo. Versetur ante oculos nostros imago futuri iudicij, & ascendat homo aduersum se ante faciem suã, atq; constituto in corde iudicio, adsit accusans cogitatio, & testis conscientia, & carnifex cor. Inde quidã sanguis animi cõfitentis per lachrymas profluat, postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participem corporis & sanguinis domini. Deinde cũ dicit; [Cum iudicamur aũt &c.] Ponit causam quæ est ex parte Dei, dicens. [Cum iudicamur autem a domino,] .i. in hoc mundo punimur.
K [Corripimur,] i. hoc fit ad correctionem nostram, ut .s. quilibet propter pœnam quã sustinuit, a peccato recedat. Vnde & Iob 5. dicitur, Beatus vir qui corripitur a domino. Et Prouer. 3. Quẽ diligit dñs, corripit. Vel etiam dũ per pęnam vnius, alius peccare desistat Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. & hoc ideo. [Vt non damnemur,] æterna damnatione in futuro. [Cũ hoc mundo,] i. cũ hominib. mũdanis. Deinde cũ dicit; [Itaq; fratres mei &c.] reducit eos ad debitã obseruantiã, & primo ponit id, qđ nũc ordinat. Scđo ponit promissio de ordinatione futura, ibi; [Cętera aũt.] Circa primũ tria facit. Primo ponit ordinationẽ suã, dicens: [Itaq; fratres mei &c.] Ne unusquisq; cœnã suam præsumat ad mãducandũ; [Cũ cõuenitis] .s. in ecclesia: [Ad mãducandum] .s. corpus Christi: [Inuicem expectate,] vt. s. simul omnes sumatis. Vnde Exod. 12. dicitur, Immolabit hedum multitudo filiorũ Israel. Secundo excludit excusationem dicens. [Siquis autem

Itaq; fratres mei, cũ conuenitis ad mãducãdũ, inuicẽ expectate. Siquis esurit, domi mãducet, vt non in iudiciũ conueniatis. Cætera aũt cum uenero, disponã.

esurit &c.] Et non potest tantum expectare. [Domi manducet,] .s. cões cibos, postmodum eucharistiam nõ sumpturus. Eccle. 36. Omnem escam manducabit uenter. Tertio rõnem assignat, dicens. [Vt non conueniatis,] .s. ad sumendum corpus Christi. [In iudicium,] .i. in uestram condemnationem. Deinde ponitur promissio, cum dicit. [Cætera, [.s. quæ non sunt tanti periculi.] Cum venero præsentialiter. [Disponã] qualiter .s. ea conseruare debeatis. Ex quo patet ꝙ ecclesia multa habet ex dispositione apostolorum, quæ in Sacra scriptura non continentur. Eccl. 10. Ciuitates inhabitabũtur, idest ecclesiæ disponentur per sensum prudentium scilicet apostolorum.

CAPVT XII.

LECT. I.

DE Spiritualibus autẽ nolo uos ignorare fratres. Scitis aũt quoniam cum gẽtes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum uobis facio, ꝙ nemo in spiritu Dei loquens, dicit: Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem aũt spũs. Et diuisiones ministrationũ sunt, idem autem dñs. Et diuisiones
B operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur oĩa in oĩbus

LECTIO I.

POstquam Apostolus prosecutus est de tribus sacramentis, .s. baptismo, matrimonio, & eucharistia, hic incipit determinare de his quæ pertinent ad rem sacramentorum. Est aũt duplex res sacramenti. Vna significata & contenta, .s. gratia, quæ statim cum sacro confertur. Alia significata, & non contenta .s. gloria resurrectionis, quæ in fine expectaẽ. Primo ergo agit de donis gratiarum. Secundo de gloria resurrectionis 15. c. ibi. [Notum autẽ uobis facio &c.] Circa primum agit de gratis datis. Secundo præfert omnibus his charitatem, quæ pertinet ad gratiam gratũ facientẽ 15. c. ibi. [Si linguis hominum &c.] Tertio comparat gratias datas adinuicem 14. c. ibi. [Sectamini charitatem &c.] Circa primum duo facit. Primo principaliter exponit quid intendat, dicens, Dixi quod cætera quæ pertinent ad vsum sacrorum, cũ uenero disponam. Sed quædã statim uobis tradere oportet, & hoc est quod dicit. [De spũalibus aũt;] .i. de donis gratiarum, q̃ sunt a spiritu sancto, o fratres.] Nolo uos ignorare.] Est.n. maximum genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta, ut Seneca dicit in lib. de beneficijs, & ideo ut hõ non sit Deo ingratus, non debet spũales gratias ignorare. Supra 2. Spiritũ accepimus qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia nõ habuit scientiam, .s. spiritualium. Secundo ibi [Scitis qm̃ cum gentes &c.] Prosequitur suam intentionem: & primo ostendit spũalium gratiarum necessitatem. Secundo ponit gratiarum distributionem, ibi. [Diuisiones uero &c.] Necessitas aũt alicuius rei, maxime cognoscitur ex defectu ipsius. Vnde circa primũ duo facit. Primo ponit defectũ quem patiebantur ante susceptam gratiam. Secundo concludit gratiæ necessitatem, ibi.]Ideo notum uobis &c.] Dicit ergo primo. [Scitis.] quasi experti. [Quoniam cum gentes essetis,] .i. gentiliter uiuentes, nondum suscepta gratia per baptismum. Gal. 2. Nos.n. natura Iudæi, non ex gentibus peccatores. Ephes. 4. Gentes ambulant in uanitate sensus sui. Etatis euntes, quasi prompte & assidua, ſm illud Hier. 8. Oẽs conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prelium. Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt. [Ad simulachra muta,] .s. adoranda & colenda. ſm illud psal. 113. Os habent & non loquentur. Et ponitur spũaliter in eis defectus locutionis, quia locutio est proprius effectus cognitionis, vnde ostẽditur non intelligere simulachra, & per consequens nihil diuinitatis habere si sunt muta. Et hoc. [Prout ducebamini,] .i. sine aliqua resistentia, Ducebantur autẽ vel allecti ex pulchritudine simulachrorum. Vnde dr̃ in epistola Hiere. Videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos, uidete ne metus uos capiat in ipsis. Aut ẽt ex imperio alicuius principis. sicut legitur Dan. 3. Quod Nabuchodonosor cogebat hoĩes adorare statuam auream; & 1. Macha. 6. dr̃ de quibusdam, quod ducebantur cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Vel ẽt instinctu dæmonum qui ad hoc præcipue anhelant, ut diuinus cultus eis exhibeatur, ſm illud Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ibant ergo ad idola colenda prout ducebantur, .i. sine aliqua resistentia, sicut de iuuene etiam uecorde dicitur Prouerb. septimo. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam. Per hoc ergo apparet, quod homo ante susceptam gratiam, prompte currit in peccatũ sine resistentia. Specialiter autem facit mẽtionem de peccato idolatriæ propter tria. Primo quidem, quia hoc est peccatum grauissimũ, introducere aliũ Deum, sicut grauissime peccaret contra regem, qui aliũ regẽ in regnum eius introduceret. Vnde dicitur Iob 31. Si uidi so-
A lem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam, .s. quasi cultor solis, & lunę, quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Secundo quia a peccato idolatriæ omnia alia peccata oriebantur, ſm illud Sap. 14. Nephandorum idolorum cultura, omnis mali causa est. Tertio, qa hoc peccatũ apud gentiles cõe erat, & non reputabatur. Vnde in psal. 95. dr̃, Oẽs dij gẽtium dęmonia. Est autem considerandum, ꝙ quidam dixerunt hominem in peccato mortali existentem, sine gratia quadã nõ posse a peccato cui subiacet, liberari: quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiã, secundum illud Ro. 3. Iustificati per gratiam eius: posse autem se præseruare a peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hæc positio non videtur uera.

Primo quidem, quia non põt aliquis se a peccato mortali præseruare, nisi omnia legis præcepta seruando: cum nullus mortaliter peccet, nisi transgrediendo aliquod legis præceptũ; & ita posset aliquis obseruare oĩa legis præcepta sine gratia quod est hæresis Pelagiana. Secundo, quia charitatem per quam Deus diligitur super omnia, nullus põt habere sine gratia, ſm illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctũ qui datus est nobis. Non põt aũt esse ꝙ hõ oĩa peccata declinet, nisi Deum super oĩa diligat: sicut illud magis contemnitur, qđ minus diligitur. Poterit ergo esse per aliquod tp̃s, ꝙ ille qui caret
C gratia, a peccato abstinebit quousque occurrat illud pp qđ Dei præceptum contemnet, a quo ducitur ad peccandum, signanter aũt Apostolus dicit, [prout ducebamini.] Deinde cũ dicit, [Ideo notum uobis facio &c.] Concludit duos effectus gratiæ quorum primus est, ꝙ facit abstinere a peccato. Secundus est ꝙ facit operari bonum & hoc ponit, ibi; [Et nemo põt &c.] Dicit ergo primo, ex quo qñ sine gratia eratis prumpte ad peccandum currebatis; [Ideo notum uobis facio,] ꝙ si gratiam habuissetis, hoc uobis non contigisset; [Nemo.n. in spiritu Dei &c.] .i. per spiritum Dei; [Loquens dicit, Anathema Iesu &c.] .i. blasphemiam contra Iesum, ſm illud Io. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Notãdum ꝙ supra posuit grauissimum peccatum quod est blasphemia, quod per gratiam declinatur, ut de alijs minoribus peccatis intelligatur. Põt aũt per hoc quod dr̃; [Anathema Iesu] intelligi quodlibet peccatum mortale. Anathema.n. separa-
D tionem significat. Dr̃ ab Ana, quod est sursum, & thesis, quod est positio, quasi sursum positum, quia olim res quæ ab vsu hominũ separabantur, suspendebantur in templis, uel in locis publicis. Omne aũt peccatum mortale separat a Iesu. ſm illud Esa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum. Quicunque ergo mortaliter peccat, dicit corde uel ore, Anathema, .i. separationem a Iesu; [Nemo ergo in spiritu Dei, loquens Dicit Anathema Iesu,] quia nullus per spiritum Dei peccat mortaliter, quia ut dr̃ Sap. 4. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. sed ſm hoc vr̃ ꝙ quicunque habet spiritum sanctum, non possit peccare mortaliter, qa ẽt dr̃ 1. Io. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Sed dicendum est, ꝙ quantum est ex spiritu Dei, hõ non facit peccatum, sed magis a peccato retrahitur, põt tamen peccatum facere ex defectu uoluntatis humanæ, quæ spiritui sancto resistit, secundum illud Act. 7. Vos autem semper spirituisancto restitistis. Non.n.
E per spiritum sanctum inhabitantem, tollitur facultas peccandi a libero arbitrio totaliter in uita præsenti, & ideo signanter Apostolus non dixit, Nemo spiritum Dei habens, sed, Nemo in spiritu Dei loquens. Deinde cum dicit; [Et nemo põt &c.] Ponit secundum effectum gratiæ, .s. quòd sine ea homo non põt bonum operari. Dicit ergo. [Et nemo põt dicere] ꝙ Iesus est dñs, [Nisi in spiritu sancto.] Contra quod uidetur esse, quia per spiritum sanctum homo introducitur in regnum cœlorum: secundum illud psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã. Dominus autem dicit Matth. 7. Non omnis qui dicit dñe, dñe, intrabit in regnum cœlorum. Non omnis ergo qui dicit, dominum Iesum, dicit hoc in spiritusancto. Dicendum est autem, quòd dicere aliquid in spiritu sancto potest intelligi dupliciter. Vno modo in spiritusancto mouente, sed non habito. Monet.n. spiritussanctus corda aliquorum ad loquẽdum quos non inhabitat sicut legitur Io. 11. Quod Caiphas hoc quod de utilitate mortis Christi prædixerat, a semetipso non dixit, sed per spiritum prophetiæ.

Balaam

Balaam etiam multa vera prædixit, motus a spiritu sancto, ut legitur Num. 23. & 24. licet eum non haberet. Secundum hoc ergo intelligendum est, quod nullus põt dicere quodcunq; uerum, nisi a spiritu sancto motus, qui est spiritus veritatis, de quo dr̃ Ioan. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatem. Vnde & in Glo. Ambr. hoc in loco dicit, Omne uerũ a quocunque dicatur, a spiritu sancto est. Et specialiter in illis q̃ sunt fidei, quæ per specialem reuelationẽ spũs sancti sunt habita, inter quæ est, quod Iesus sit omniũ dñs: unde Act. 4. dr̃. Certissime sciat omnis domus Israel, quia Deus fecit hunc dñm Iesum, quem vos crucifixistis. Alio modo, loquitur aliquis in spiritu sancto mouente & habito. Et ſm hoc, ẽt põt verificari qd hic dr̃, ita tñ, quod dicere, accipiatur nõ solum ore, sed ẽt corde & opere. Dr̃. n. aliquid corde, ſm illud Ps. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Dicitur ẽt aliquid opere, inquantum exteriori opere aliquis suum conceptum manifestat. [Nemo] ergo nisi habendo spiritumsanctum [potest dicere, Iesum dominum] ita. s. quod nõ solum hoc ore confiteatur, sed etiam corde reuereatur ipsum ut dominum, & opere obediat ipsi quasi domino. Sic igitur ex uerbis præmissis, tria circa gratiam considerare possumus. Primo, quod sine ea peccatum homo uitare non potest, secundum illud Psal. 93. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus in inferno habitasset anima mea. Secundo, quod per eam vitatur peccatum secundum illud 1. Io. 3. Qui natus est ex Deo, non peccat. Tertio, quod sine ea non potest homo bonũ facere, secundum illud Ioan. 13. Sine me nihil potestis facere. Deinde cum dicit; [Diuisiones uero &c.] Incipit distinguere gratias gratis datas, & primo distinguit eas in generali. Secundo manifestat in speciali, ibi; [Vnicuique autem datur &c.] In his autẽ quæ per gratiam spiritussancti conferuntur, tria oportet considerare. Primo quidem, facultatem hominum ad operãdum, secundo authoritatem, tertio, executionem vtriusque. Facultas quidem hr̃ per donum gratiæ, puta per prophetiam, uel potestatem faciendi miracula, aut per aliquid huiusmodi. Authoritas autem habetur per aliquod ministerium, puta, per apostolatum uel aliquid huiusmodi. Executio autem pertinet ad operationem. Primo, ergo distinguit gratias. Secundo, ministeria. Tertio, operationes. Quãtum ergo ad primum, ostendit necessitatem gratiæ, quæ tamen non totaliter aduenit omnibus, nisi Christo, cui datus est spiritus non ad mensuram, ut dicitur Ioan. 3. sed quantum ad alios sunt diuisiones gratiarum, quia quidam abundant in una, quidam in alia. Sicut. n. in corpore naturali caput habet omnes sensus, non autem alia membra, ita in ecclesia solus Christus hẽt omnes gratias, quæ in alijs membris diuiduntur, quod significatatur Gen. 2. Vbi dicitur quod fluuius, . s. gratiarum, egrediebatur ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Et Matth. 25. dr̃. Et quod uni dedit quinque talenta, alij duo, alij vnum. Et quãuis dona gratiarũ sint diuersa, quæ a diuersis hñr, non tñ procedunt a diuersis authoribus, sicut ponebant gentiles, qui sapientiã attribuebant Mineruæ, locutionem Mercurio, & sic de alijs. Ad quod excludendum subdit, [Idem aũt spiritus;] . s. sanctus qui est author omnium gratiarum. Eph. 4. Vnũ corpus & unus spiritus. Et Sapien. 7. Est spiritus unus & multiplex. Vnus in substantia, multiplex in gratiis. Deinde ponit distinctiones ministrationum, dicens; [Et diuisiones ministrationum sunt,] idest diuersa ministeria & officia requiruntur ad gubernationem ecclesiæ. Prælati enim ecclesiæ ministri dicuntur. Sup. 4. Sic nos existimet ut homo ut ministros Christi: pertinet autem ad decorem & perfectionem ecclesiæ, ut in ea diuersa ministeria sint quæ significantur per ordines ministrantium, quod mirabatur regina Sabba in domo Salomonis, ut legitur 3. Reg. 10. Omnes tamen uni domino seruiunt. Vnde subditur; [Idem autem dñs] supra 8. Nobis unus dñs Iesus Christus per quem oĩa. Deinde ponit distinctionem operationum, dicens; [Et diuisiones operationum sunt,] quibus aliquis in se ipso bonum operatur, sicut per ministrationem ad proximum. Psal. 103. Exibit homo ad opus suum, . s. sibi propriũ. Eccl. 33. Immutauit, . i. distinxit uias, . i. operationes eorum quæ tamen omnes procedunt ab uno principio. Vnde subdit; [Idẽ uero Deus, qui operatur omnia,] sicut prima causa creans omnes operationes. Ne tñ aliæ causæ uideantur esse superfluæ subdit; [In omnibus,] quia in causis secundarijs prima causa operatur. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et notandum, F quod Apostolus valde congrue gratias attribuit spiritui qui est amor: quia ex amore procedit quod aliquid gratis detur ministerij a dño, cui ministratur, operationes Deo sicut primæ causæ mouenti. Et quod dicit; [Spiritus,] põt referri ad personam spiritussancti. Quod dicit. [Dns.] ad personam filij, qd dicit; [Deus,] ad personam patris. Vel hæc tria possunt attribui spiritusancto, qui est dominus Deus.

LECTIO II.

VNicuique autẽ datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ, secundũ eundem spiritum: alteri uero fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in uno spiritu: alij operatio uirtutũ: alij prophetia alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hæc aũt omnia operatur unus atq; idem spũs, diuidens singulis prout vult.

LECTIO II.

POsita in generali distinctione gratiarum & ministrationum, & operationum, hic manifestat ea quæ dixerat in speciali, & G primo quantum ad diuisionem gratiarum: Secundo quantum ad diuisionem ministrationum, ibi. [Et quosdam quidẽ posuit Deus &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit distinctionem gratiarum in speciali. Secundo adhibet similitudinem, ibi. [Sicut. n. corpus &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit conditionem gratiarum gratis datarum. Secundo ponit earum distinctionem, ibi; [Alij quidem datur &c.] Tertio describit earum actionem, ibi; [Hæc aũt oĩa &c.] Dicit ergo primo, dictũ est quod sunt diuisiones gratiarum; [Vnicuique aũt datur,] in quo designatur earũ subiectum. Sicut. n. nullum membrum est in corpore, qd non participet aliquo modo sensum uel motum a capite: ita nullus est in ecclesia qui non aliquid de gratijs spiritussancti participet, ſm illud Matt. 25. Dedit unicuique ſm propriam uirtutem. Et Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia: [Manifestatio spiritus,] in quo designatur officiũ gratiæ gratis datæ. Pertinet aũt ad gratiam H gratum facientem, quod per eam spiritus inhabitet, quod quidẽ non pertinet ad gratiam gratis datam, sed solum ut per eam spiritussanctus manifestetur sicut interior motus cordis per uocem. Vnde Io. 3. dr̃, Vocem eius audis. Et in psal. 97. dr̃, Notum fecit dñs salutare suum. Manifestatur aũt per huiusmodi gratias spiritussanctus dupliciter. Vno modo, ut inhabitans ecclesiam & docens & sanctificans eam, puta, cum aliquis peccator quem non inhabitat spiritussanctus, faciat miracula ad ostendendum quod fides ecclesiæ quam ipse prædicat, sit uera. Vnde dr̃ Hebr. 2. Contestante Deo signis, & prodigijs, & uarijs spiritussancti distributionibus. Alio modo, manifestatur per hmõi gratia spiritussancti, ut inhabitans eum, cui tales gratiæ conceduntur. Vnde dr̃ Act. 6. qd Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & signa multa, quẽ spiritu sancto plenum elegerunt, sic aũt non conceduntur hmõi gratiæ nisi sanctis. Et ne hmõi manifestatio vana uideatur, subdit [Ad utilitatem, . s. cõem. In quo designatur finis harum, & hoc I uel dum probatur uera doctrina ecclesiæ, & fideles confirmantur & infideles conuertuntur, uel dum sanctitas alicuius proponitur alijs in exemplum. Vnde & infra 14. Ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis. Et supra 10. Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. Deinde cum dicit: [Alij quidem &c.] Ponit distinctionem gratiarum, quæ quidem, ut dictum est, dantur ad utilitatem communem. Et ideo oportet earum distinctionem accipere, secundum quod per unum, potest aliorum salus procurari. Quod quidem homo non potest facere interius operando, hoc. n. solius Dei est, sed solum exterius persuadendo. Ad quod quidem tria requiruntur. Primo quidẽ facultas persuadendi: secundo, facultas persuasionem confirmandi; tertio, persuasionem intelligibiliter proponendi. Ad facultatem aũt persuadendi, requiritur quod homo habeat peritiã conclusionum & certitudinem principiorum, circa ea in quib. debemus persuadere. Conclusiones autem in his quæ pertinent ad salutem, quędam sunt principales, . s. res diuinæ & ad hoc pertinet sapientia, quæ est co- K gnitio diuinarum rerum, ut Aug. dicit lib. 13. † de Trin. & quantum ad hoc dr̃? Alij quidem per spiritum datur,] . s. sanctũ. [Sermo sapientiæ,] ut possit persuadere ea, quę ad cognitionem diuinorum pertinent. Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere & contradicere oẽs aduersarij uestri. supra 2. Sapientiã loquimur inter perfectos. Secundariæ conclusiones sunt, quæ pertinent ad notitiã creaturarum, quarum cognitio dr̃ scientia, ſm Aug. ibidem. Et quantum ad hoc subdit, [Alij aũt,] scilicet. [Datur sermo scientiæ secundum eundem spiritum,] ut . s. per creaturas ea quæ sunt Dei, manifestare possit. Huic. n. scientiæ attribuitur illud, quo pia fides defenditur & roboratur, non autem quicquid curiositatis in humanis scientijs inuenitur, ut August. ibidem dicit Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Est tamen notandũ quòd

quòd sapientia & scientia inter septem dona spiritussancti computantur sicut hr̃ Esa. 11. Vnde Apostolus signanter inter gratias gratis datas, non ponit sapientiam & scientiam, sed sermonem sapientiæ & scientiæ, quæ pertinent ad hoc, ut homo alijs persuadere valeat per sermonem ea, quæ sunt sapientiæ & scientiæ. Principia aũt doctrinæ salutis, sunt articuli fidei; & ideo quantum ad hoc subditur; [Alteri,] . s. datur [Fides in eodem spiritu.] non aũt hic accipitur pro fidei virtute, quia hoc commune est omnibus membris Christi, ſm illud Heb. 11. Sine fide, impossibile est placere Deo; sed accipitur pro sermone fidei, prout . s. homo põt recte proponere ea quæ fidei sunt: uel pro certitudine fidei, quã aliquis hẽt excellenter, secundũ illud Mat. 15. Mulier, magna est fides tua. Ea uero quæ pertinent ad salutarem doctrinam, non põt confirmari seu probari rõne, quia rationem humanam excedunt, ſm illud Eccl. 3. Plurima supra sensũ hoĩs ostensa sunt tibi. Confirmanť seu probãtur signo diuino, un de Moyses mittendus ad populum Israel, signum accepit a Deo, per quod confirmaret ea, quæ ex parte Dei dicebat, ut patet Exo. 4. Sicut & signo regio confirmatur, quod aliquid sit de mandato regis. Signum aũt Dei sumitur, vno quidem modo ab eo, quod solus Deus facere põt; sicut sunt miracula quæ Apostolus hic in duo distinguit. Nam primo dicit. [Alij] . s. datur; [Gratia sanitatum] . i. per quam alicuius possit sanare infirmitatem. [In uno,] . s. & eodem. [Spiritu.] Hier. 17. Sana me dñe & sanabor. Ex his. n. persuadetur aliquid, non solum pp magnitudinem facti, sed etiã propter beneficium. Secundo aũt dicit. [Alij datur operatio uirtutum,] ex quib. aliquis persuadetur solum propter magnitudinẽ facti, puta cum mare diuiditur, ut legitur Exod. 14. Vel quod sol & luna stetit in cœlo, sicut legitur Iosue 10. Gal. 3. Quis tribuit nobis spiritum & operatur virtutes in nobis? Alio aũt modo, accipitur signum diuinum ab eo, quod solus Deus cognoscere põt. Hoc aũt est vel futurum contingens, secundum illud Esa. 41. Annunciate quæ uentura sunt, & sciemus quia Dij estis uos. Et quã tum ad hoc dicit. Alij. s. [Datur prophetia,] quæ est diuina reuelatio inter euentus immobili veritate denuntians. Ioel 2. Effundã de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri. Aliud autem est cognitio humani cordis, ſm illud Hier. 17. Prauum est cor hoĩs & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda & probans renes. Et quantum ad hoc subdit. [Alij discretio spirituum,] vt. s. homo discernere possit, quo spiritu aliquis moueatur ad loquendum uel operandum, puta: utrum spiritu charitatis uel spiritu inuidiæ 1. Io. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Facultas aũt persuasionem pronuntiandi consistit in hoc, quod homo possit loqui intelligibiliter alijs. Quod quidem impeditur dupliciter. Vno modo per diuersitatem idiomatum. Cõtra quod remedium adhibet per hoc, quod dicit. [Alij,] . s. [Datur genera linguarũ,] vt. s. possit loqui diuersis linguis ut intelligatur ab omnib. sicut de apostolis legitur Act. 2. quod loquebantur uarijs linguis. Alio modo, per obscuritatem scripturæ inducendæ. Contra quod remedium datur per id, quod subditur. [Alij interpretatio sermonum,] . i. difficilium scripturarum. Dan. 5. Audiui de te quòd possis obscura interpretari. Gen. 40. Nunquid non Dei est interpretatio? Deinde cum dicit. [Hæc aũt omnia &c.] Determinat authorem prædictarum gratiarum. Circa quod tres errores excludit. Primo quidem gentilium attribuentium diuersa dona diuersis dijs. Contra quod dicit. [Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus.] Eph. 4. Vnum corpus & unus spiritus. Secundo errorem eorum qui Deo attribuebant solum uniuersalem prouidentiam rerum, ponentes quod distinctiones particularium fiunt solum per causas secundas. Contra quod subditur. [Diuidens singulis prout vult.] Eccl. 33. in multitudine disciplinæ domini separauit eos. Tertio excludit errorẽ eorum, qui diuersitatem gratiarum attribuebant uel fato uel humano merito, & non solum uoluntati diuinæ, sicut Macedonij qui dicebant spiritumsanctũ esse ministerium patris & filij & hoc excludit per hoc quod subdit. [Prout vult.] Io. 3. Spiritus, ubi vult spirat.

LECTIO III.

POsita distinctione gratiarum, hic manifestat eam per similitudinem corporis naturalis. Et primo ponit similitudinẽ A in generali. Secundo, explicatam in speciali ibi; [Nam & corpus &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponitur similitudo. Secundo, similitudinis adaptatio, ibi; [Ita & Christus &c.] Circa primum considerãdum est, quod sicut in 5. Meta. tripliciter dr̃ aliquid unum per se. Vno modo, indiuisibilitate, ut unitas & punctum, ſm quem modum unitas excludit totaliter multitudinem, non solum actualem, sed etiã potentialem. Alio modo dr̃ unum, continuitate, ut linea & superficies, quæ quidẽ unitas excludit multitudinẽ actualem, sed nõ potentialem. Tertio modo, integritatẽ quæ nõ excludit multitudinẽ neque potentialẽ, neque actualẽ: sicut domus est una, quæ cõstituitur ex diuersis lapidib. & lignis. Et eodem modo, corpus hominis aut cuiuslibet animalis est unũ, quia eius perfectio integratur ex diuersis membris, sicut ex diuersis animæ instrumentis. Vnde, & anima dr̃ esse actus corporis organici. i. ex diuersis organis constituti. Proponit ergo primo Apostolus quod unitas corporis membrorum, multitudinem non excludit dicens, quod [Sicut corpus unũ est, & multa membra habet.] Vnde & Ro. 12. dr̃. In uno corpore, multa membra habemus. Item proponit quod multitudo membrorũ non tollit corporis unitatem. Vnde subdit; [Omnia aũt membra corporis, cũ sint multa.] nihilominus; [Vnum corpus sunt,] quod ex omnib. perficitur. Vnde & Iob 10. dr̃, Pelle & carne uestisti me, ossib. & neruis compegisti me. Deinde cũ dicit; [Ita & Christus &c.] Ponitur adaptatio similitudinis, Et primo adaptat similitudinem, di C cens, [Ita & Christus,] . s. est unus, ſm illud, supra 8. Vnus dñs noster Iesus, per quem oĩa. Et tñ multa, & diuersa habet mẽbra. s. oẽs fideles, ſm illud Rom. 12. Multi unũ corpus sumus in Christo. Secundo, ponitur ratio adaptationis. Vbi ponitur duplex ratio distinctionis, Vna quidem ratio unitatis est spiritussanctus, ſm illud Eph. 4. Vnum corpus & unus spiritus. Sed per uirtutẽ spiritussancti duplex beneficiũ consequimur. Primo quidẽ, quia per ipsum regeneramur, ſm illud Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Vnde dicit; [Etenim in uno spiritu,] . s. Per uirtutem unius spiritus sancti: [Oẽs nos,] qui sumus mẽbra Christi; [Sumus baptizati in unum corpus] . i. in unitatem ecclesiæ, quæ est corpus Christi, ſm illud Ephe. 2. Ipsum dedit caput super oẽm ecclesiam, quæ est corpus eius. Et Galat. 3. Oẽs qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Secundo, per spiritũ sanctũ reficimur ad salutem. Vnde subdit; [Et oẽs potati sumus in uno spiritu,] i, per uirtutem unius spiritussancti. Potest autem hic potus intelligi dupliciter. Vno modo, de interno refrigerio, D quod spiritussanctus cordi humano præbet, extinguendo sitim carnalium desideriorum, & concupiscentiarum. Vnde Eccle. 15. Aqua salutaris sapientiæ potauit eum. Et Io. 7. Flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ. Alio modo, potest intelligi de potu sacramentali, qui per spiritum sacratur supra 10. Oẽs eundem potum spiritualem biberunt. Interponitur aũt duplex ratio diuersitatis. Vna ex parte ritus cum dicit: [Siue Iudæi, siue Gẽtiles &c.] Alia ex parte conditionis cum dicit; [Siue serui, siue liberi.] Nulla enĩ huiusmodi diuersitas impedit unitatem corporis Christi. Vnde Galat. 3. dicitur; Non est Iudæus, neque Græcus; non est seruus, neque liber: unum enim est in Christo Iesu. Deinde cum dicit; [Nam & corpus,] explicat similitudinem in speciali. Et primo, describit cõditionem corporis naturalis, & membrorum ipsius. Secundo, adaptat ad corpus mysticum Christi, ibi; [Vos autem estis &c.] Circa primum duo facit. Primo, describit integritatẽ corporis naturalis. Secundo habitudinem membrorum adinuicem, ibi; [Non potest autem oculus dicere &c.] Circa primum E tria facit, Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat exemplificando, ibi, [Si dixerit pes &c.] Tertio probat dicendo ad inconueniens, ibi; [Si totum corpus oculus &c.] Dicit ergo primo, Dictum est, quod omnes nos in unum corpus mysticum baptizati sumus, quod repræsentat similitudo corporis naturalis: [Nam corpus naturale hominis;] Non est unum membrũ, sed multa,] quia. s. eius perfectio non saluatur in uno membro, sed integratur ex multis, quæ necesse habent deseruire diuersis potentiis, & actibus animæ. Vnde & Roma. duodecimo, Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Deinde cum dicit. [Si dixerit pes &cæt.] Manifestat quod dixerat exemplificando in membris quibusdam. Et

LECTIO III.

SIcut enim unum corpus est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamẽ corpus sunt; ita & Christus. Et. n. in uno spiritu. omnes nos B in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: non iõ nõ est de corpore? Et si dixe-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et primo in membris deseruientibus motu: & ponit duo membra, pedem tāquam ignobilius membrum, eo quod calcat terrā, & portat totius corporis pondus; manum autem tanquam membrum nobilius, eo quod ipsa est organum organorum. Et hoc est quod dicit: [Si dixerit pes non sum de corpore,] quoniam non sum manus, num ideo non est de corpore? q. d. perfectio corporis non tota consistit in uno membro quam uis nobiliori, sed ad eius perfectionem requruntur et ignobiliora. Per membra autē deseruientia motui, designantur in ecclesia homines dediti uitæ actiuæ ita q̄ pedes sūt subditi, de quib. dī Eze. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autem figurantur prælati, p quos alij dispōnūtur. Vnde & Cant. 5. dī, Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hiacinthis. Sunt autem in ecclesia necessariæ nō solum manus, i. prælati: sed et pedes, i. subditi. Vnde Prouer. 14. dī. In multitudine populi dignitas regis. Sed o, exēplificat de mēbris seruientib. ait uti apprehensiuæ, & ponit oculum qui deseruit visui, & aurem q̄ deseruit auditui. Nam isti duo sensus præcipue deseruiūt humanæ sapīæ, visus quidem quantum ad inuentionem, eo q̄ plures rerū dotes ostendit, auditus aūt quantū ad discipliná q̄ fit per sermonē. Horum tñ sensuum dignior est visus, q̄ auditus, qa & spūaliior est & plura demonstrat, ac p̄ hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo: [Et si dixerit auris] q̄ est ignobilius membrum: [Non sum de corpore, quia non sum oculus] qui est membrū nobilius: [Num ideo non est de corpore? &c.] Per membra ergo deseruientia uirtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi, qui student uitæ contemplatiuæ inter quos sunt sicut oculi, doctores, qui p̄ seipsos ueritatem inspiciunt. Vnde dī Cant. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ residēt iuxta fluenta plenissima. Per aures autem significant discipuli qui a magistris ueritatē audiendo recipiunt. Vnde & Matth. 13. dicit, qui hēt aures audiendi, audiat. Sunt. n. in ecclesia necessarij nō solum doctores, sed et discipuli. Vnde & Iob 29. dī. Auris audiens beatificauit me. Deinde cum dicit: [Si totū corpus &cet.] Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorū primū est subtractio necessariorum a corpore: s̄m est remotio integritatis corporis, ibi; [Quod si essent oīa &c. Circa primū duo facit. Primo ponit inconueniens quod sequitur dicens; [Si totū corpus esset oculus, q̄d est membrū nobilius; [Vbi esset auditus,] i. instrm audiendi, q. d. si in ecclesia essent oēs magistri. Vnde dī Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et iterū. [Si totū corpus esset auditus,] idest instrm audiendi; Vbi esset odoratus? &c. Per quē pōt in ecclesia intelligi illi, q̄ & si non sint capaces uerborum sapīæ, percipiūt tñ q̄dam eius indicia a remotis quasi odorē. Vnde & Can. 1. dī. In odorē unguentorum tuorū currimus. Scdo, asserit contrariā ueritatē. s. q̄ nec unius, nec auditus corpori dēr deesse, dicens; [Nunc aūt Deus posuit] i. ordinate disposuit: [Mēbra diuersa.] Nā & si mēbrorū distinctio sit opus naturæ, hoc tñ agit natura ut instrum diuinæ prouidētiæ. Et ió prima cām dispositionis, mēbrorum assignans, subdit; [Vnumquodq; eorū in corpore,] q. d. Nō sic posuit mēbra diuersa, ut unūquodq. eorū s̄m se separatim existeret, sed ut oīa cōuenirent in uno corpore: [Et sicut uoluit.] Nā prima cā institutionis rerū est uoluntas diuina s̄m illud psal. 113. Oīa quæcumq; uoluit fecit. Sic aūt & in ecclesia dispōsuit diuersa officia, di uersos status s̄m suā uoluntatē. Vnde & Eph. 1. dī. Prædestinati s̄m propositum eius qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. Deinde cum dicit; [Quod si esset &c.] Ducit ad aliud inconueniens, quod est defectus integritatis corporis. Vnde primo ponit hoc inconueniens, dicens; [Quod si essent oīa unū mēbrum, ubi esset corpus?] i. ubi esset integritas corporalis? q. d. non esset. Ita si omnes in ecclesia unius condōnis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesiæ, quę in psal. 44. describitur. Circumamicta uarietate. Secundo asserit ueritatem contrariam, dicens; [Nunc aūt multa quidē sunt mēbra,] sed [Vnum corpus] quod ex omnib. integratur. Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cant. 6. describitur, Terribilis ut castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit: [Non pōt aūt oculus &c.] Ponit comparationem membrorum ad inuicem. Et primo quātum ad necessitatem. Secundo quantum ad cultum membris adhibitum ibi; Et quæ putamus &cet.] Tertio quantum ad mutuam solicitudinem. ibi; [Sed in ipsum &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit omnia membra corporis infirmiora esse, ne cessaria sunt, & quæ putamus ignobiliora mēbra esse corporis his honorē abundantiorē circūdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta aūt nostra nullius egent. Sed Deus temperauit corpus ei cui deerat, abundātiorem tribuendo honorem, ut nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, compatiūtur omnia membra. Siue gloriatur unum membrum, congaudent tua non indigeo. Indigent. u. contemplatiui per opera actiuorū sustentari. Vnde & Luc. 10. dī. Quod cum Maria seeus pedes domini sederet audiens uerba eius, Martha fatagebat circa frequens ministeriū. Secundo ostēdit idem s̄m diuām prælatorū, qui significantur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est qđ subdit: [Aut, iterum: [Caput,] i. prælatus: s̄m illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es: [Non potest dicere pedibus,] i. subditis; [Non estis mihi necessarij,] quia ut dī Prouer. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cum dicit. [Sed multo magis &c.] Cōparat diuersa membra adinuicem, quo ad necessitatem eorum, dicens; [Quod membra corporis, quæ uidentur esse infirmiora, sunt magis necessaria,] sicut intestina; ita et in ecclesia sine officio aliquarum abiectarum personarum, puta, agricultorum & aliorū huiōi, præsens uita transiri non posset, quę et posset duci sine aliquib. excellentioribus personis contemplatiui & sapientiæ deputatis, q̄ ecclesiæ deseruiunt, ad hoc q̄ sit ecclesia melior & melius se habens. Ex hoc. n. aliquid dī necessarium, quod est utile ad finem. Illa uero quæ sunt nobilissima, non se habent in rōne utilium, sed sunt per se ipsa appetenda ut fines. Et ió Iob 21. Si fructus terræ comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Deinde cum dicit; [Et q̄ putamus &c.] Comparat mēbra quantum ad exteriorem cultum. Et primo ponit diuersitatem quæ diuersis mēbris adhibet. Secundo cām diuersitatis assignat, ibi: [Deus temperauit &c.] Cultus aūt exterior mēbra adhibitus ad duo pertinet. s. ad honorē, sicut ea quæ apponuntur ad ornatū, ut monilia, & inaures; & ad honestatem, sicut quæ apponunt ad tegumentum, ut brachæ & alia hmōi. Quantum ergo ad primum cultū dicit primo; [Et quæ putamus esse ignobiliora mēbra corporis, his circundamus abundantiorem honorē, i. maiorē ornatū: sicut aurib. aliquibi suspenduntur inaures, oculis aūt nihil apponitur, & pedib. apponuntur calceamēta depicta & gēmata: s̄m illud Can. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamētis, filia principis. Manus aūt nudæ hūr. Et s̄m hoc in ecclesia imperfectiorib. sunt magis consolationes adhibendæ, quib. perfectiores non egent. Vñ dī Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Et 1. Pet. 3. dī. Vri quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorē. Scdo prosequitur quātum ad cultū honestatis, dicens; [Et quæ inhonesta sunt, abundantiorē honestatē habent,]. i. per studiū humanū. Dīr aūt mēbra aliqua inhonesta in sanctis non pp aliquā peccati turpitudinē, sed pp inobedientiam membrorum genitæ illi subsecutam ex peccato originali. Vel ēt quia sunt ignobili usui deputata, sicut oīa membra quæ deseruiunt emissioni superfluitatū, quib. abundantior honestas adhibetur dum studiosius tegunt. quo non indigent mēbra nobilibus usib. deputata. Vnde subdit: [Honesta aūt nostra nullius egent,]. s. exterioris honestatis: vnde nec faciei velamen apponitur. Et s̄m hoc in ecclesia illi qui sunt in aliquo culpabiles, sunt admonendi & custodiendi, s̄m illud Eccle. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Et Gal. 6. dicitur. Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, illi aūt qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandū q̄ triplicem defectum circa membra notauit. s. inhonestatis, ignobilitatis, & infirmitatis. Quorū primum, in membris ecclesiæ pertinet ad culpā. Secundum ad conditionem seruilem. Tertium ad statum imperfectionis. Deinde cum dicit: [Et Deus temperauit &c.] Ponit causam prædicti cultus, & primo assignat causam efficientē principalem. s. licet. n. hoīes taliter se habeāt ad cultum membrorū, hoc tñ procedit ex ordinatione diuina. Vnde dicit; [Sed Deus tēperauit corpus, abundantiorē honorē tribuēdo ei membro cui deerat.] Nā hoīes hoc faciunt ex quodā diuino instinctu, s̄m illud Iob 33. Aperit aures uirorū & erudiēs eos, instruit disciplina. Secūdo ponit causam finalem, dicens; [Vt non sit schisma in corpore.] Quod quidem requireretur, si defectui membrorū non subueniretur. hoc aūt sciūtur quantum ad membra corporis mystici manifestę uitatur, dum pax ecclesiæ custoditur per hoc, q̄ singulis ea, q̄ sunt necessaria, attribuuntur. Vnde & supra dictum est c. 1. Idipsum dicatis oēs & non sint in uobis schismata. Sed quātū ad mēbra corporis naturalis, schisma esset in corpore, si debita proportio membrorū tolleretur. Deinde cū dicit. [Sed in idipsum &c.] Ponit comparationē membrorū adinuicem, quantum ad mutuā solicitudinē. Et primo proponit eam, dicēs, Non solum prædicta mēbra operantur adinuicem, quantū ad mutuam solicitudinem. Et primo proponit eā, dicens, Non solū prædicta mēbra operantur adinuicem; [Sed ēt per se inuicē sunt solicita in idipsum,] i. in quietatem corporis conseruandā. Et hoc quidē manifeste in corpore naturali apparet. Nā quodlibet membrū naturalē quandā inclinationē habet ad iuuamentū aliorū membrorū. Vnde & naturaliter homo opponit manum ad protegendum alia mēbra ab ictibus. Et similiter alii fideles qui sunt membra corporis mystici, pro se inuicem solicitudinem gerunt, s̄m illud Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Et Galat. 6. Alter alterius onera portate. Secundo specificat hanc solicitudinē, & primo in naturalis, in quibus magis est manifestū. Vnde dicit. [Et si quid.] s. Malī, patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.] Quod quidem manifestū est in corpore naturali. Nam uno mēbro languente, totū corpus quasi languescit, & ad locū languoris confluunt spiritus & humores quasi ad subueniendum. Et simili ter debet esse in fidelib. Christi, ut unus malo alterius cōpatiatur, s̄m illud Iob 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur. Secundo in bonis. Vnde subdit, [Siue glorietur,] i. quocunque modo uigoratur, [Vnum membrū, congaudent omnia mēbra.] Quod ēt manifestū est in corpore naturali, in quo uigor unius membri, in iuuamēntum cedit aliis membris. Sic debet ēt esse in membris ecclesiæ, ut unusquisq; bonis alterius congaudeat. Phi. 2. Gaudeo & congratulor omnib. uobis. Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flētibus. Deinde cū dicit. [Vos aūt estis.] Adaptat similitudinem ad propositū. Et primo quantum ad corporis unitatem, dicens. [Vos autē,] s. qui estis in unitate fidei congregati. [Estis corpus Christi,] secundū illud Ephe. 1. Ipsum dedit caput super oēm ecclesiā quæ est corpus eius. Secundo quantum ad membrorum distinctionem, cū subdit. [Et estis membra de membro.] Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo, sic, Estis membra dependētia de Christo mēbro, quod quidem dicitur membrum s̄m humanitatem, secundū quam præcipue dicitur ecclesiæ caput. nam secundum diuinitatem non habet rationem membri aut partis, cum sit commune bonum totius uniuersi. Alio modo, sic; [Vos estis memb. a depēdentia de membro,] inquantum per me, Christo acquisiti estis: secundum illud supra 4. m Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Tertio modo posset exponi ut designaretur distinctio, & series membrorum, ut sit sensus; [Vos estis mēbra de membro,] idest ita distinguimini & ordinamini adinuicem, sicut unū membrum ad aliud. Deinde cum dicit. [Et quosdam quidē &c.] prosequitur de distinctione ministrationum. Circa quod tria facit. Primo assignat ordinem ministrationum. Secūdo manifestat earum distinctionē, ibi; [Nunquid apostoli omnes &c.] Tertio ordinat eorū affectionē circa diuersas administrationes & gratias, ibi. [Aemulamini aūt &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit maiores, seu principales administrationes. Secundo ministrationes secundarias, ibi. [Opitulationes &c.] Maiores aūt ministri in ecclesia sunt apostoli, ad quorū officiū tria pertinent, quorum primum est, authoritas gubernandi fidelem populum, quæ proprie pertinent ad officium apostolatus: secundo facultas docendi: tertio, potestas miracula faciēdi ad cōfirmationem doctrinæ: & de his trib. habemus Luc. 9. vbi dī, Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis uirtutē & potestatē super oīa dæmonia, & ut lāguores curarēt, & misit illos prædicare regnū Dei. In omnib. aūt potestatib. seu virtutib. ordinatis, illud quod est principale, reseruatur supremæ potestati. Alia uero, ēt inferiorib. cōicantur. Potestas aūt faciēdi miracula, ordinatur ad doctrinā sicut ad fidem, s̄m illud Mar. vlt. Sermonē confirmante sequēt. signis. Doctrina aūt ordinatur ad gubernationē populi sicut ad finē s̄m illud Hier. 3. Dabo uobis pastores s̄m cor meū, & pascent uos in scientia & doctrina. Et ideo primus gradus inter ecclesiastica ministeria est apostolorum quib. specialiter cōpetit ecclesiæ regimen. Et propter hoc dicit; [Et Deus posuit,] i. ordinate collocauit in ecclesia. [Quosdam,] s. in determinatis ministeriis, s̄m illud Io. 15. Posui uos ut eatis. Primū;] Quidem apostolos,] quorū regimini cōmisit ecclesiam, s̄m illud Luc. 22. Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnū. Vnde & Apoc. 21. Super duodecim fundamēta ciuitatis, describuntur 12. apostolorum nomina. Propter q̄ & ipsi inter cęteros fideles, primatū in spiritualib. gratis obtinuerunt, s̄m illud Ro. 8. Nos ipsi primitias spiritus habētes. Et cuiuis ad apostolos spectat pertineat doctrinæ officium, quib. dictū est Marc. vlt. Euntes docete omnes gentes, tñ alii in cōionem huius officij assumuntur, quorum quidam per seipsos reuelationes a Deo accipiunt, qui dicuntur prophetæ; quidā uero de his, quæ sunt aliis reuelata populū instruunt, qui dicuntur doctores. Vnde subdit secundo. [Prophetas,] qui ēt in nouo testamēto fuerunt. Quod. n. dī Mat. 11. Lex & prophetæ, usque ad Ioannem intelligitur de prophetis, qui futurum Christi aduentum prænūtiauerunt. Tertio; [Doctores.] Vnde & Act. 13. dī, Erant in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores. Similiter ēt & gratia miraculorum fuit aliis cōicata, quæ primitus a Christo data fuit apostolis. Vnde subdit; [Deinde uirtutes,] qui. s. miracula faciunt circa ipsa elementa mundi. Gal. 3. Operatur uirtutes in nobis. Quantum aūt ad miracula, quæ fiunt in corporib. humanis, subdit; [Exinde gratias curationum.] s̄m illud Luc. 9. Vt lāguores curarent. Deinde cum dicit; [Opitulationes &c.] Ponit minores siue secūdarias administrationes, quarū quædā ordinantur ad regimen ecclesiæ, quod ad apostolatus dignitatem pertinere diximus. Quædam uero ad doctrinam. Ad regimen ecclesię pertinent in generali quædam opitulationes, i. illi qui opem ferunt maiorib. prælatis in uniuersali regimine, sicut archidiaconi episcopis, s̄m illud Philip. 2. Adiuua illas, quæ mecū laborauerunt in euangelio cū Clemente & cęteris adiutorib. meis. In speciali aūt ponit; [Gubernationes, sicut sunt parochiales sacerdotes, qui bus committitur gubernatio aliquarum particularū plebium, Prou. 11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Ad doctrinā aūt pertinet secundario, quod subdit; [Linguarum genera,] quātum ad illos qui uariis linguis loquūtur magnalia, ut dicit Act. 2. Ne scilicet propter uarietatem idiomatum euangelica doctrina impediretur. Quātum uero ad amouendum impedimentum doctrinæ, quod posset prouenire ex obscuritate sermonū, subdit. [Interpretationes sermonū,] infra 14. Qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Deinde cum dicit. [Nunquid oēs a postoli, &c.] Manifestat distinctionem prædictarum ministrationum, dicens, [Nunquid omnes in ecclesia sunt apostoli? q. d. Non. [Nūquid prophetæ &c.] Ex quo patet diuersitas harum administrationū. Eccle. 33. in multitudine disciplinæ domini separauit eos & 37. Non omnia omnibus expediunt. Deinde cum dicit. [Aemulamini autem &c.] Ordinat eorum affectum, circa prædicta spiritualia dona dicens, Cum multa sint dona spiritus sancti, ut dictū est. [Aemulamini,] i. desiderate: [Charismata,] i. gratia potiores, ut. s. magis desideretis ea, quæ sunt meliora, puta, prophetiā quam donum linguarum, ut infra 15. dicetur 2. ad Thess. ultim. Omnia probate, quod bonum est tenete. Et ne in præmissis donis eorum affectus quiesceret, subdit. [Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro,] s. charitatem, qua directius in Deum itur. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Esa. 30. Hęc est uia, ambulate in ea.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

APostolus gratiarum gratis datarũ distinctionẽ assignauit, & ministrationũ quib. membra ecclesiæ distinguuntur; hic agit de charitate q̃ inseparabiliter concomitatur gratiã gratũ facientem. Et quia promiserat eis se demonstraturũ uiam excellẽtiorem, ostendit pẽminentiã charitatis ad cætera gratuita dona. Et primo quantũ ad necessitatem, quia. s. sine charitate alia dona gratuita non sufficiũt. Secundo quãtũ ad utilitatem, quia. s. per charitatem oĩa mala uitãtur, & omnia bona aguntur, ibi; [Charitas patiens est &c.] Tertio, quantum ad permanentiam, ibi: [Charitas nunquã excidit, &c.] Omnia aũt dona gratuita reducere uř Apostolus ad tria. Nã primo ostendit ꝙ donum linguarum quod pertinet ad locutionẽ sine charitate non ualet. Secundo, ꝙ etiam non ualent ea, quæ ꝑtinent ad cognitionẽ, ibi; [Et si habuero prophetiam &c.] Tertio ostendit idem de his, q̃ pertinent ad operationẽ, ibi: [Et si distribuero I cibos pauperũ &c.] Erat aũt apud Cor. multũ desiderabile donũ linguarũ, ut infra 14. patebit: & ideo ab eo incipiẽs, dicit. Promisi me demõstraturũ excellentiorem uiã, & hoc primo patet in dono linguarũ, quia. [Si linguis hominũ.] s. omniũ. (Loquar,] i. si habuero donum gratię, per quod loqui possim linguis oĩum hominum, & ad maiorem abundantiam, subdit, [Et angelorũ, charitatem aũt non habeam, factus sum uelut æs sonãs aut cimbalum tinniens,] recta cõparatione vtitur. Anima enim per charitatem viuit, quæ uiuit Deo, qui est aĩæ uita ſm illud Deut. 30. Ipse est uita tua. Vnde & 1. Io. 3. dř, Translati sumus de morte ad uitã, qm̃ diligimus fratres, qui non diligit mãnet in morte. Recte ergo cõparat loquelam charitate carentẽ, sono rei mortuę s. æris aut cimbali, qui licet clarum sonũ reddat, non tñ est uiuus, sed mortuus, ita & locutio hominis charitate carentis, quantumcunque sit diserta, tñ habetur pro mortua, quia non proficit ad meritũ uitæ æternæ. Est aũt dřia inter æs sonans & cimbalũ tinniens, quia æs cum sit planũ, ex percussione simplicem sonũ emittit. Cimbalum aũt cum sit concauum ex una percussione sonum multiplicat, ꝙ pertinet ad tinnitum. Aeri ergo cõparantur, qui ueritatem simpliciter pronuntiant: cimbalo uero qui veritatem multiplicant & pronuntiãt multas rõnes & similitudines apponendo, & conclusiones plurimas eliciendo, quæ tñ omnia sine charitate habentur, ut mortua. Considerandum est aũt, quæ linguæ angelorum dicantur. Nam cum lingua sit membrum corporeum, & ad eius vsum pertineat donum linguarũ, quod interdũ lingua dř, ut patebit infra 14. neutrum uř angelis competere qui membra non habent. Potest ergo dici, ꝙ per angelos intelliguntur homines angelorũ officium habentes, qui. s. aliis hominibus diuina annuntiant, secundum illud Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sub hoc ergo sensu dř. [Si linguis hominum loquar & angelorum]. i. nõ solum minorum, sed & maiorũ qui alios docent. Potest & intelligi de ipsis incorporeis angelis, prout in psal. 103. dicitur, Qui facit angelos suos spiritus. Et quã uis non habeant linguam corpoream, per similitudinẽ tñ lingua in eis dici potest uis, qua manifestant aliis quod habent in mente. Est aũt sciendum, ꝙ in cognitione mẽtis angelicæ aliquid est, de quo superiores angeli non loquuntur inferiorib. neq; ecõuerso. s. ipsa diuina essentia, quam oẽs immediate uident, Deo se oĩbus mõstrante ſm illud Hier. 31. Nõ docebit ultra uir proximũ suũ & uir fratrem suum, dicẽs. Cognosce dñm. Omnes. n. cognoscent me a minimo usq; ad maximũ eorũ. Aliquid aũt est in cognitione mentis angelicæ, de quo superiores loquuntur inferiorib. sed non econuerso. Et huiusmodi sunt diuinæ prouidentiæ mysteria, quorũ plura cognoscũt in ipso Deo superiores, qui clarius eũ uident q̃ inferiores. Vnde superiores de hmõi inferiores ĩstruũt, uel illuminãt quod locutio põt dici. Aliquid uero est ĩ cognitione mẽtis angelicæ, de quo superiores loquũtur inferiorib. & ecõuerso, & huiusmodi sunt occulta cordiũ, quæ ex lib. arb. dependent, quæ soli Deo patent, & his quorum sunt, ſm illud supra 2. Quę sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quæ in notitiam alterius deueniũt. eo cuius sunt manifestante, siue sit inferior, siue superior. Fit autem huiusmodi manifestatio dũ inferior angelus superiori loquitur, non per illuminationem, sed per quendam significationis modũ. Est enim

CAPVT XIII.

LECTIO I.

SI linguis hominũ loquar & angelorum, charitatẽ autẽ non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

F in quolibet angelo aliquid quod naturaliter ab altero angelo cognoscitur. Dum ergo id quod est naturaliter notum proponitur, ut signum eius quod est ignotũ, manifestatur occultum, & talis manifestatio dř locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordiũ manifestant aliis per uoces sensibiles, aut per quodcunque aliud corporale exterius apparens. Vnde, & ea quæ sunt in angelis naturaliter nota, inquantũ assumũtur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa uel nutus. Potestas aũt manifestandi conceptum suum hoc mõ metaphorice lingua nominatur. Deinde cum dicit. [Et si habuero &c.] ostendit idem de his, q̃ pertinent ad cognitionem. Est autem attendendum, ꝙ supra proposuit quatuor dona gratuita ad cognitionem pertinentia. s. sapientiam, scientiam, fidẽ, & prophetiam. Incipit ergo hic a prophetia, dicẽs, [Et si habuero prophetiam] per quam diuinitus occulta reuelantur: secundũ illud 2. Pet. 1. Nõ enim voluntate humana allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Secundo quantum ad sapientiã, subdit. [Et nouerim omnia mysteria] idest occulta diuinitus, quod pertinet ad sapientiã: ſm illud supra 2. Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Tertio quantum ad scientiam, dicit: [Et omnem scientiam,] siue humanitus acquisitam, sicut habuerunt philosophi: siue diuinitus infusam, sicut habuerunt eam apostoli. Sap. 7. Dedit mihi eorũ, quæ sunt ueram scientiam. Quarto quantũ ad fidem, subdit. [Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam.] Potest aũt exponi id quod dicit, [Omnem fidem,] idest omnium articulorum, sed melius est ut exponatur. [Omnem,] i. perfectam fidem, propter illud quod subditur: [Ita ut montes transferam.] Dicitur Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis monti huic, transi hinc, & transibit. Et quamuis granum sinapis sit minimum quantitate, non tamen intelligitur parua, sed perfecta fides grano sinapis comparari. Dicitur enim Mat. 21. Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mari, fiet. Fides ergo quæ non hæsitat, grano sinapis comparatur, quod quanto magis atteritur, tanto magis eius fortitudo sentitur. Obiiciunt aũt aliqui ꝙ cum multi sancti perfectam fidem habuerint, nullus legitur montes transtulisse, quod quidem soluitur per id, quod supra dictum est. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Illo enim modo, loco & tempore miracula per gratiam spiritus sancti fiunt, quo ecclesiæ requirit utilitas. Fecerunt autem sancti multa maiora, quam translationem mõtium, prout erat fidei utile, puta suscitando mortuos, diuidendo mare, & alia huiusmodi opera faciendo. Et hoc & fecissent, si necessitas fuisset. Potest & hoc transferri ad expulsionem dæmonũ de humanis corporibus, qui montes dicuntur propter superbiã. Hier. 13. Antequã offendant pedes uestri ad montes caliginosos, ecce ego ad te mons pestifer, qui corrũpis uniuersam terrã. Attribuitur aũt operatio miraculorum fidei non hæsitanti, quia fides innititur omnipotentiæ, per quã miracula fiunt. [Si,] inquam. [Habuero] oĩa prædicta ad perfectionem intellectus pertinentia. [Charitatem autem nõ habuero,] per quam perficitur uoluntas. [Nihil sum,] scilicet secundum esse gratiæ, de quo dicitur Ephes. 2. Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde & contra quendam dicitur Ezech. 28. Nihil factus es, & non eris in perpetuum. Quod quidem fit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto. Sine charitate K autem eius usus bonus non est. Vnde & supra octauo dicitur, ꝙ scientia inflat, charitas ædificat. Est autem notãdum quod Apostolus hic loquitur de sapientia & scientia, secundum quod pertinent ad dona gratiæ gratis datæ, quæ sine charitate esse possunt. Nam secundum quòd computantur inter septem dona spiritus sancti, nunquam sine charitate habentur. Vnde & Sap. 1. dicitur, In maliuolam animam non intrabit sapiẽtia. Et Sap. 10. dicitur, Dedit illi scientiam sanctorum. De prophetia autem & fide, manifestum est, quòd sine charitate haberi possunt. Sed notandum est hic, quod fides firma, etiam sine charitate miracula facit. Vnde Matt. 7. dicentibus. Nonne in nomine tuo prophetauimus & multas uirtutes fecimus? dicitur. Nunquam noui uos. Spiritus enim sanctus operatur uirtutes etiam per malos, sicut & per eos loquitur ueritatem. Deinde cum dicit [Et si distribuero &c.] ostendit idem in his, quæ pertinent ad opera, q̃ consistit in hoc

hoc, quòd homo faciat bona, secundum illud Gal. 6. Bonum facientes non deficiamus, & in hoc ꝙ patienter sustineant mala, secundum illud psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Inter cætera vero bona opera, magis cõmendantur opera pietatis, secũdum illud ad Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis est. Circa quod opus quatuor cõditiones designat. Quarũ prima est, ꝙ opus pietatis nõ totum congregetur in unum, sed diuidatur in plures, secundum illud psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus. Et hoc designatur, cum dř; [Si distribuero.] Secundo, ut opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruiendum superfluitati, ſm illud Esa. 58. Frange esurienti panẽ tuum, & hoc designatur, cum dicitur; [In cibos pauperum.] Tertio, ut opus pietatis exhibeatur indigentibus, ſm illud Luc. 14. Cum facis conuiuium, uoca pauperes: & hoc designatur, cum dicitur; [Pauperum.] Quarto, ad perfectionem pertinet, ut homo omnia bona sua in opera pietatis expendat, secũdum illud Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & hoc designatur, cum dicitur; [Omnes facultates meas.] Inter mala uero quæ quis sustinet patienter, potissimum est martyrium. Vnde dicitur Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quod etiam quadrupliciter commendat. Primo quidem, quia laudabilius est, quòd necessitate imminente, puta propter defensionem fidei, seipsum offerat passioni, q̃ si deprehensus patiatur. Et ideo dicit: [Si tradidero.] Sicut & de Christo dř Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Secundo, quia grauior est corporis humani iactura, q̃ rerum, de quo tamẽ quidam commendantur. Heb. 4. Rapinam bonorum uestrorũ cum gaudio sustinuistis. Et ideo dicit; [Corpus.] Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus. Tertio, laudabilius est quod aliquis exponat corpus suum supplicio, q̃ corpus filij vel cuiuscunque propinqui, de quo tamen commendatur quædã mulier 2. Mach. 7. Supra modum uidetur mirabilis & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub unius diei tpe conspiciens, bono animo ferebat. Et ideo dicit; [Meum.] Iudith. 5. Qui propria uoluntate obtulistis nos discrimini pro domino. Quarto, redditur martyriũ laudabilius ex acerbitate pœnæ, de quo subditur; [Ita ut ardeam,] sicut Laurẽtius. Eccle. 48. Quasi ignis effulges, & thus ardens in igne Si, inquam, prædicta opera tam excellentia fecero: [Charitatem autẽ non habuero,] uel quia simul cum prædictis operibus adest uoluntas peccandi mortaliter: uel quia fiunt propter inanem gloriam: [Nihil mihi prodest]. s. quantum ad meritum uitæ æternæ, quæ solis diligentibus Deum repromittitur: secundum illud Iob. 37. Annuntiat de ea amico suo, ꝙ possessio eius sit. Et notandum ꝙ locutionem, quæ est uox animalis, si sit sine charitate, comparat non existenti, opera autem quæ fiunt propter fidem, si sint sine charitate, dicit esse infructuosa. Sap. 3. Vacua est spes eorum & labores sine fructu.

LECTIO II.

CHaritas patiẽs est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

POstquàm Apostolus ostendit charitatem esse ad adeo necessariã ꝙ sine ea nullum spũale donum sufficiat ad salutẽ: hic ostendit eam adeo esse utilem & efficacis uirtutis, ꝙ per eam cuncta opera uirtutis implentur. Et primo, præmittit duo quasi generalia. Secundo, subiungit in spãli uirtutũ opera q̃ per charitatẽ cõplentur, ibi: [Charitas nõ ęmulatur &c.] Circa primũ duo facit. Nam oĩs uirtus cõsistit in hoc, ꝙ aliquis in operando bene se habeat in sustinẽdo mala, uel in operãdo bona. Quantũ ergo ad tolerantiam malorũ, dicit: [Charitas patiens est], i. facit patienter tolerari mala. Cum. n. homo diligit aliquẽ pp eius amorem, de facili tolerat quæcunque difficilia. Et similiter qui diligit Deũ, pp eius amorem patienter tolerat quæcunque aduersa. Vnde & Cant. 8. dř. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent eam. Iac. 1. Patientia opus perfectum hẽt. Quãtum autem ad operationem bonorum, subdit: [Benigna est,] Benignitas autem dř quasi bona igneitas, ut. s. sicut ignis liquefaciendo effluere facit, ita charitas hoc efficit, ut bona quæ homo habet, non sibi soli retineat, sed ad alios deriuet, secundum illud Prou. 5. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quod quidem charitas facit. Vñ 1. Io. 3. dicitur, Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quõ charitas Dei manet in eo? Vñ & Eph. 4. dicitur, estote inuicem benigni & misericordes. Et Sap. 1. dř, Benignus est spũs sapię. Deinde cum dicit; [Charitas non æmulatur &c.] Proponit in speciali virtutum opera, quæ charitas efficit; & quia ad uirtutem duo pertinent, s. abstinere a malo, & facere bonum, secundum illud Psalm. 33. Declina a malo & fac bonum, & Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Primo ostendit quomodo charitas facit omnia mala uitare. Secundo, quomodo facit omnia bona efficere, ibi; [Cõgaudet autem ueritati &c.] Malum autem efficaciter non potest homo Deo facere, sed solum sibi & proximo, secundum illud Iob 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et postea subditur, Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua. Primo ergo ostendit, qũo per charitatẽ uitantur mala, quæ sunt contra proximum. Secundo, qũo uitantur mala, quibus aliquis deordinatur in seipso, ibi; [Nõ inflatur &c.] Malum autem qđ est contra proximum, põt esse in affectu & in effectu. In affectu aũt præcipue est, cum per inuidiam quis dolet de bonis proximi, quod directe contrariatur charitati, ad quã pertinet, ꝙ homo diligat proximum sicut seipsum, ut hř Leu. 19. Et iõ ad charitatem pertinet, ut sicut homo gaudet de bonis proprijs, ita gaudeat de bonis proximi. Ex quo sequitur, ꝙ charitas excludat inuidiam. Et hoc est quod dicit; [Charitas non æmulatur.] idest non inuidet, quia. s. facit cauere inuidiã. Vnde & in Ps. 36. dř. Noli æmulari in malignantibus. Et Prou. 23. Non ęmuletur cor tuum peccatores. Quantum ad effectum, subdit; [Nõ agit perperam,] i. peruerse contra aliquem. Nullus. n. iniuste agit cõtra illum, quẽ diligit sicut seipsum. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Deinde cum dicit; [Non inflatur &c.] Ostẽdit qũo charitas facit uitare mala quibus aliquis deordinatẽ in seipso. Et primo quãtũ ad passiones. Secundo quãtũ ad electionem, ibi: [Non cogitat malum] Ostendit ergo primo ꝙ charitas repellit inordinatã passionẽ quãtũ ad tria. Primo quidẽ quantũ ad superbiam, quæ est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. Tunc aũt inordinate suã excellentiã qs appetit, qñ non sufficit ei cõtineri in eo gradu, qui sibi est a Deo præstitus. Et iõ dř Eccl. 10. Initium superbiæ hoĩs, apostatare a Deo. Quod quidem fit, dũ homo nõ vult contineri sub regula ordinationis diuinæ. & hoc repugnat charitati, qua quis super oĩa Deũ diligit. Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenens caput &c. Recte aũt superbia inflationi cõparatur. Nã id qđ inflatur, nõ hẽt solidã magnitudinẽ; sed apparentẽ: ita superbi videnẽ quidẽ esse sibi magni, cũ tñ vera magnitudine careant, quæ nõ põt esse absq; ordine diuino. Sap. 4. Dirumpet illos inflatos sine uoce. Est aũt principalis superbiæ filia, ambitio, per quã aliquis quærit præesse, quã & charitas excludit, quæ potius proximis eligit ministrare. ſm illud Gal. 5. Per charitatem spũs seruite inuicẽ. Et iõ subdit; [Nõ est ambitiosa,] i. facit hoĩem ambitionẽ uitare Eccl. 7. Noli quærere ab hoĩe ducatũ, neq; a rege cathedrã honoris. Scdo, ostendit qũo charitas excludit inordinationẽ cupiditatis, cũ dicit; [Nõ q̃rit quæ sua sunt,] vt intelligatur cũ præcisione. i. neglectis bonis aliorũ; nã qui diligit alios sicut se ipsum, bona aliorum quærit, sicut & sui ipsius. Vñ & supra 10. Apostolus dixit, Non quærens quod mihi utile est, sed qđ multis; ut salui fiant. Contra qđ de quibusdam dř Phil. 2. Omnes quę sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Põt & aliter intelligi, nõ quærit quę sua sunt. i. non repetit ea quæ sunt sibi ablata. s. in iudicio cũ scandalo: quia magis amat salutẽ proximi, quã pecuniã: ſm illud Philip. vlt. Non quæro datum, sed requiro fructũ abundantẽ in iustitia uestra. Quod tñ qualiter intelligendum sit, supra 6. dictum est. Tertio ostendit qũo charitas excludat inordinationem iræ, dicẽs; [Non irritatur,] i. non prouocatur ad iram. Est. n. ira inordinatus appetitus uindictæ. Ad charitatẽ aũt pertinet magis remittere offensas, q̃ supra modum aut inordinate vindicari: secundum illud Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam. Iaco. primo. Ira uiri iustitiam Dei non operatur. Deinde cum dicit: [Non cogitat &c.] ostendit quomodo per charitatem excluditur inordinatio electionis. Est autem electio, ut dicitur in tertio Ethic. appetitus præconsiliati. Tunc ergo homo peccat ex electione, & non ex passione, qñ ex consilio rationis affectus eius prouocatur ad malum. Charitas ergo primo quidẽ excludit peruersitatem consilij. Et ideo dicit; [Nõ cogitat malum,] idest non permittit excogitare qũo aliquis perficiat malum. Mic. secundo. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus uestris. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel; [charitas non cogitat malum,] quia non permittit hominem per uarias suspitiones, & temeraria iudicia cogitare malum de proximo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mart. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Secundo, charitatis excludit inordinatum affectum malorum, cum dicit: [Nō gaudet super iniquitate.] Ille enim qui ex passione peccat, cum quodam remorsu & dolore peccatum committit, sed ille qui peccat ex electione, gaudet ex hoc ipso quod peccatum committit, secundum illud Prou. 2. Qui lętantur cū male fecerint & exultant in rebus pessimis. Hoc aūt charitas impedit in quātum est amor summi boni, cui repugnat omne peccatū. Vel dicit: Quod charitas [nō gaudet super iniquitate,] i. a proximo commissa, quinimo de ea luget, inquantum contrariatur proximorū saluti quam cupit 2. Cor. 12. Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerūt. Deinde cum dicit: [Congaudet autem &c.] Ostendit quomodo charitas facit operari bonum. Et primo, quantum ad proximum. Secundo, quantum ad Deum, ibi: [Omnia credit &c.] Quantum ad proximum autem, homo operatur bonum dupliciter. Primo, quidem gaudendo de bonis eius. Et quantum ad hoc dicit: [Congaudet autem veritati,] i. proximi, vel vitæ, vel doctrinæ, vel iustitię, ex eo quod proximum diligit sicut seipsum, in secunda Io. Gaudens sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentib. veritati tuæ, sicut in charitate ambulas. Secundo, in hoc q̄ homo mala proximi sustinet prout decet. Et quantum ad hoc dicit: [Omnia sustinet,] idest absque turbatione sustinet omnes defectus proximorum, vel quęcunq; aduersa. Rom. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, s. charitatem. Deinde cum dicit: [Omnia credit.] Ostendit quomodo charitas faciat operari bonum in comparatione ad Deum, quod quidem fit præcipue per virtutes theologicas, quæ habent Deum pro obiecto. Sunt autem præter charitatem duę virtutes theologicę, vt infra dicetur. s. fides & spes. Quantum ergo ad fidem dicit: [Omnia credit.] s. quę dicuntur a deo tradantur. Gen. 15. Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Credere vero omnia quę ab homine dicuntur, est leuitatis, secundum illud Eccle. 11. Qui cito credit leuis est corde. Quantum autem ad sp̄em dicit: [Omnia sperat, quę. s. promittuntur a Deo. Eccl. 12. Qui timetis Deum spetate in eum. Et ne spes frangatur per dilationem, subdit: [Omnia sustinet.] i. patienter expectat quę promittuntur a Deo quamuis dilata, secundum illud Abac. 2. Si moram fecerit expecta eum. Ps. 26. Confortetur cor tuum, & sustine dominum.

LECTIO III.

Charitas nunquā excidit: sive prophetię euacuabunt, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruet. Ex parte. n. cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Postquam Apostolus ostendit, quod charitas excellit alia dona spiritus sancti necessitate & fructuositate, hic ostendit excellentiam charitatis ad alia dona, quantum ad permanentiā. Et circa hoc tria facit. Primo proponit differentiam charitatis ad alia dona spiritus sancti, quantum ad permanentiā. Secūdo, probat quod dixerat, ibi: [Ex parte. n. cognoscimus &c. Tertio, infert cōclusionē intentā, ibi. [Nunc autē manent &c.] Circa primū duo facit. Primo, proponit permanentiā charitatis. Secūdo cessationem aliorū donorū, ibi: [Sive prophetię &c. Dicit ergo primo: [Charitas nunq̄ excidit.] Quod quidā male intelligentes, in errore exciderunt dicentes, q̄ charitas semel habita, nunq̄ potest amitti, cui vī consonare quod dī. 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatū non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, sed huius dicti primo quidē ista falsa est; potest. n. aliquis charitatem habeas, a charitate excidere per peccatum ſm illud Apoc. 2. Charitatē tuā primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam. Et hoc ideo est quia charitas recipitur in anima hois ſm modum ipsius, vt. s. possit ea vti, vel non vti. Dum uero ea utitur homo peccare nō potest; quia vsus charitatis est dilectio Dei sup omnia: & ideo nihil restat, propter quod homo Deum offendat, & per hunc modum intelligitur verbum Io. inductum. Secundo, prędicta sententia non est ſm intentionem Apostoli, quia non loquitur hic de cessatione donorū spiritualium per peccatum mortale, sed potius de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hanc vitam per gloriam superuenientem. Vnde sensus Apostoli est, [Charitas nunquam excidit,] quia scilicet sicut est in statu vię, ita permanebit in statu patriæ, & cum augmento, secundum illud Esa. 31. Dixit dominus cuius ignis est in Sion. s. in ecclesia militante, & caminus eius in Ierusalem. i. in pace cœlestis patriæ. Deinde cum dicit: [Sive prophetiæ &c.] proponit cessationem aliorum donorū spiritualium, & specialiter eorum, quæ præcipua videntur. Primo quantum ad prophetiam, dicit: [Sive prophetiæ euacuabuntur,] idest cessabunt, quia scilicet in futura gloria, prophetia locum non habebit propter duo. Primo quidē, quia prophetia respicit futurum, status autem ille non expectabit aliquid in futurum, sed erit finale complementum omnium eorum q̄ ante fuerant prophetata. Vnde in Psal. 47. dicitur, Sicut audiuimus, scilicet per prophetas, ita & vidimus præsentialiter in ciuitate domini & virtutum. Secundo quia prophetia est cum cognitione figurali & ænigmatica, quæ cessabit in patria. Vnde dī Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta dominus per somnium, aut in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Et Osee 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Secundo, quantum ad donum linguarum, dicit: [Sive linguę cessabunt.] Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa membra corporea, quę linguę dicuntur, vt dicitur infra 15. Mortui resurgent incorrupti. i. absque diminutione membrorū. Neque autem intelligendum est quantum ad vsum linguę corporeę. Est. n. futura in patria laus vocalis, secundum illud Psal. 49. Exultationes Dei in gutture eorum, ut glosa ibidem exponit. Est ergo intelligendum quantum ad donum linguarum, quo. s. aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur, vt dī Act. 2. In futura. n. gloria, quilibet, quamlibet linguam intelliget. Vnde non erit necessarium variis linguis loqui. nam ēt a primordio generis humani, vt dicitur Gen. 11. Vnus erat sermo, & unum labium omnibus, quod multo magis erit in vltimo statu, in quo erit vnitas consummata. Tertio, quantum ad scientiam, subdit: [Sive scientia destruetur.] Ex quo quidam accipere voluerunt, q̄ scientia acquisita, totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet, q̄ duplex est uis cognitiua, s. vis sensitiua, & vis intellectiua. Inter quas est differentia, quia uis sensitiua est actus organi corporalis; & ideo necesse est, q̄ desinat corpore corrupto: vis autem intellectiua non est actus alicuius organi corporei, vt probat in tertio de anima, & ideo necesse est, q̄ maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid scientiæ acquisitę conseruetur in parte animæ intellectiuę, necesse est, q̄ id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt q̄ species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili, nisi quandiu intelligit. Conseruantur autem species phantasmatum in potentiis animę sensitiuę, puta in memorativa & imaginativa, ita. s. quōd semper intellectus possibilis q̄n de nouo vult intelligere, etiam quę prius intellexit, indiget abstrahere a phantasmatibus per lumen intellectus agentis, & ſm hoc consequens est, q̄ scientia hic acquisita non remaneat post mortem. Sed hęc positio, est primo quidem contra rationem. Manifestum est. n. q̄ species intelligibiles in intellectu possibili, recipiuntur ad minus dum actu intelligit. Quod autem recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Cum ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis & fixa, consequens est, q̄ species intelligibiles remaneāt in eo immobiliter. Secundo est contra authoritatem Aristotelis in tertio de Anima, qui dicit q̄ cum intellectus possibilis est sciens vnumquodq; filr etiam est intelligens in potentia. Et sic patet, q̄ habet species intelligibiles per quas dicitur sciens, & tamē adhuc est in potentia ad intelligendum in actu, & ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etiam qñ non intelligit actu. Vnde etiam ibidem Philosophus dicit, q̄ anima intellectiua est locus specierū, quia. i. in ea conseruantur species intelligibiles. Indiget tamen in hac vita conuertere se ad phantasmata, ad hoc quōd actu intelligat, non solum ut abstrahat species a phantasmatibus, sed etiam vt species habitas phantasmatibus applicet: cuius signum est, quōd lesto organo uirtutis imaginatiuæ, vel etiam memoratiuę, non solum impeditur homo ab acquisitione nouę scientiæ, sed ēt ab vsu scientiæ prius habitæ. Sic ergo remanet scientia in anima post corporis mortem, quantū ad species intelligibiles, non autem quantū ad inspectionē phantasmatum, quibus anima separata non indigebit, habens esse & operationem absq; corporis communione. Et ſm hoc Apostolus hic dicit, q̄ scientia destruetur. s. secundum conuersionem ad phantasmata. Vnde & Esa. 29. dicitur, Peribit sapientia a sapientibus, & intellectus prudentiū eis absconde. Deinde cū dicit: [Ex parte. n. cognoscimus] probat, q̄ dixerat. Et primo inducit probationem. Secundo manifestat ea; q̄ in probatione continentur, ibi: [Cum essem parvulus &c.] Inducit ergo primo ad probandum propositum, talem rationem. Adueniente perfecto

perfecto cessabit imperfectum, sed dona alia præter charitatem habent imperfectionem. ergo cessabunt superueniente perfectione gloriæ. Primo ergo proponit minorem propositionem quo ad imperfectionem scientiæ, cum dicit: [Ex parte enim cognoscimus,] idest imperfecte. Nam pars habet rationem imperfecti. Et hoc præcipue verificatur quantum ad cognitionem Dei, secundū illud Iob trigesimo sexto. Ecce Deus magnus vincens scientiā nostram. Et trigesimo sexto. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Proponit etiam imperfectionem prophetiæ, cum subdit: [Et ex parte]. i. imperfecte: [Prophetamus.] Est enim prophetia cognitio cū imperfectione, vt dictum est. Tamen autem de dono linguarum, q̄ est imperfectius his duobus, ut infra 14. patebit. Secundo, ponit maiorem. dicens: [Cum autem venerit q̄ perfectum est,] idest perfectio gloriæ; [Euacuabitur q̄ ex parte est,] idest omni imperfectio tolletur. De qua perfectione dī 1. Per. vlt. Modicum passos ipse perficiet. Sed secundū hoc vī, quōd etiam charitas euacuetur per futuram gloriam, q̄a ipsa est imperfecta in statu viæ per comparationē ad statum patriæ. Dicendum ergo, q̄ imperfectio dupliciter se habet ad id, q̄ dicitur imperfectum. Quandoque enim est de ratione eius, quandoque vero non, sed accidit ei: sicut imperfectio est de rōne pueri, non autem de ratione hominis. Et ideo adueniente perfecta ætate, cessat quidē puericia, sed humanitas sit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hic de Deo habetur, inquantū s. cognoscitur ex sensibilibus: & similiter de rōne prophetiæ, inquantum est cognitio figuralis, & in futurum tendens: nō est aūt de ratione charitatis ad quam cognitum bonum diligere pertinet; & ideo superueniente perfectione glorię cessat prophetia & scientia. charitas autem non cessat, sed magis perficitur: quia quanto perfectius cognoscetur, tāto etiam perfectius amabitur. Deinde cum dicit: [Cū essem parvulus &c.] manifestat ea, quæ præmissa sunt. Et primo manifestat maiorem, s. quōd veniente perfecto, cessat imperfectum. Secundo manifestat minorem, s. quōd scientia & prophetia sint imperfecta, ibi: [Videmus nunc &c.] oñdit autem primū per similitudinem perfecti & imperfecti, q̄s imeniatur in ętate corporali. Vnde & primo describit imperfectū ętatis corporalis, dicens: [Cū essem parvulus]. s. ętate; [Loquebar ut parvulus]. i. prout congruit parvulo. s. balbutiendo. Vnde, ꝓpter naturalem defectum locutionis q̄ est in parvulis, comēdatur sapiētia. Sap. 10. Quōd linguas infantiū facit disertas, & ut parvulus loquitur, qui vana loquit. Psal. 11. Vana locuti sunt vnusq̄sq; ad proximū suū. Quantum vero ad iudicium subdit, [Sapiebam ut parvulus,] idest approbabam, uel reprobabam aliqua stulte, ut faciunt parvuli, qui quandoque pretiosa contemnunt, & ulia appetunt, ut dī Prou. 1. Vsque quo parvuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient? Sapiunt ergo ut parvuli, q̄ stulti ea quæ sunt sibi noxia cupiunt? Sapiunt ergo ut parvuli, q̄ spiritualibus contemptis, terrenis inhærent, de quib. dī. Phil. 3. Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Quantum autē ad rationis discursum dicit; [Cogitabam ut parvulus]. i. aliqua vana; vnde & in Psalm. 93. dicitur, Dominus scit cogitationes hominum, qñ vanæ sunt. Et uidetur Apostolus ordine præposterō hæc tria ponere. Nam locutio præexistit iudicium sapientię: iudicium uero pręsupponit cogitationes rōnis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine iudicio: & iudicium sine deliberatione. Potest autem referri quod dicit: [Loquebar ut parvulus,] ad donum linguarum. cum dicit: [Sapiebam vt parvulus] ad donum prophetiæ: quod autem subdit: [Cogitabam ut parvulus,] ad donum scientiæ. Secundo, ponit id q̄ pertinet ad perfectionem ætatis, dicens: [Quando autem factus sum vir]. i. quando peruenit ad perfectā & virilem ætatem; [Euacuaui,] i. abieci; [Quæ erant parvuli:] quia ut dī Esa. 65. Puer cēnum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et est attendendum, q̄ Apostolus hic comparat statum præsentem pueritiæ propter imperfectionem: statum autem futuræ gloriæ propter perfectionem uitili ętati.

LECTIO. IIII.

Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tūc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manēt fides, spes, charitas, tria hæc: Maior autem horum est charitas.

Hic loquitur de uisione quæ est cognitio Dei. Vnde omnia præcedentia dona euacuanda, sunt intelligenda secundum quōd ordinantur ad cognitionem Dei. Circa hoc duo facit. Primo enim probat id quod intendit in generali. Secundo, in speciali de seipso, ibi: [Nunc cognosco &c.] Dicit ergo, dixi quōd ex parte cognoscimus, quia: [Nunc uidemus per speculum in ænigmate, sed: [Tunc,] s. in patria uidebimus: [Facie ad faciem.] Vbi primo considerandum est, quid sit uidere per speculum in ænigmate. Secundo quid sit uidere facie ad faciē, Sciendum est ergo, quod sensibile aliquid potest tripliciter videri, scilicet aut per sui præsentiam in re videntē, sicut ipsa lux quæ præsens est oculo, aut per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediate derivatam, ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete uidetur, non existente in ipsa albedine præsentialiter in oculo, sed eius similitudine, licet ipsa similitudo non videatur ab eo; aut per presentiam similitudinis non immediate derivatæ ab ipsa re, sed derivatæ a similitudine rei in aliquid aliud, sicut cum videtur aliquis homo per speculum. Non enim similitudo hominis immediate est in oculo, sed similitudo hominis resultantis in speculo. Per hunc ergo modum loquendo de visione Dei, dico q̄ naturali cognitione solus Deus videt seipsum; quia in Deo idem est sua essentia, & suus intellectus. Et ideo sua essentia est præsens suo intellectui. Sed secūdo modo forte angeli naturali cognitione Deum vident, inquantū similitudo diuinæ essentiæ relucet immediate in eos. Tertio vero modo cognoscimus nos Deum in vita ista, in quantum inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, vt dicit Rom. primo. Et ita tota creatura est nobis sicut speculum quoddam; quia ex ordine, & bonitate, & magnitudine, quæ in rebus a Deo causata sunt, venimus in cognitionē sapientiæ, bonitatis, & eminentiæ diuinæ, & hæc cognitio dicitur visio in speculo. Vlterius autem sciendum est, q̄ huiusmodi similitudo, quæ est similitudinis in alio relucentis, est duplex: quia aliquando obscura & occulta, & tunc illa vi sio dicitur ænigmatica: sicut dum dico, me mater genuit, & eadem gignitur ex me. Istud est per simile occultum, & dicitur de glacie, quæ gignitur ex aqua congelata, & aqua gignitur ex glaciæ resoluta. Sic ergo patet, quōd visio per similitudinem similitudinis est, in speculo per simile occultum in ænigmate, sed per simile clarum, & apertum facit aliam speciem allegoricæ visionis. In quantum ergo inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, dicimur videre per speculum. Inquantum uero illa inuisibilia sunt nobis occulta, videmus in ænigmate, vel aliter; [videmus nūc per speculū,] idest per rationem nostram; & tunc ly: [Per,] designat virtutem tantum. Quasi dicat, [videmus per speculum,] idest, virtute animæ nostræ. Circa secundum vero sciendum est, quōd Deus, secundū q̄ Deus, non habet faciem: & ideo hoc, quod dicit; [Facie ad faciem,] metaphorice dicitur. Cum enim videmus aliquid in speculo, non videmus ipsam rem, sed similitudinē eius, sed quando videmus aliquid secundum faciem, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cum dicit: [videbimus] in patria; [Facie ad faciem,] quām q̄ videbimus ipsam Dei essentiam 1. Ioan. 3. Videbimus eū sicuti est &c. Sed contra est. qa Gen. 32. dicitur Vidi Dūm facie ad faciem &c. Sed constat, q̄ tunc non vidit essentiam Dei. ergo videre facie ad faciem, nō est videre essentiam Dei. Respōnsio, dicendum est, q̄ illa visio fuit imaginaria: visio aūt imaginaria est quidam gradus altior, scilicet, videre illud q̄ apparet in ipsa imagine, in qua apparet; est alius gradus infimus, scilicet, audire tantum verba. Vnde Iacob, vt insinuaret excellentiam visionis imaginariæ sibi ostensæ, dicit, Vidi Dominū facie ad faciem, idest, vidi Dominum imaginarie apparentem in sua imagine, & non per essentiam suam. Sic enim non fuisset visio imaginaria. Sed tamen quidam dicunt, q̄ in patria; ipsa diuina essentia videbitur per similitudinem creatam: sed hoc est omnino falsum & impossibile, quia nunquā potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem, q̄ non cōueniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secundum illud quod est, nisi per speciem lapidis, quæ est in anima. Nulla enim similitudo ducit in cognitionem essentiæ alicuius rei, si differat a re illa ſm speciem, & multo minus si differt ſm genus. Non enim per speciem equi, vel albedinis potest cognosci essentia hominis, & multo minus essentia angeli. Multo ergo minus per aliquam speciem creatam, quęcunque sit illa, potest videri diuina essentia, cum ab essentia, diuina plus distet quæcunque species creata in anima, quām species equi, vel albedinis ab essentia angeli. Vnde ponere, quōd Deus videatur solum per similitudinem, seu per quandam refulgentiam claritatis suæ, est ponere diuinam essentiam non videri. Et præterea, cum anima sit quædam similitudo Dei, visio illa non magis esset specularis, & enigmatica, quæ est in via, quam visio clara & aperta, quæ repromittitur sanctis in gloria, & in qua erit beatitudo nostra. Vnde Augustinus † dicit hic in Glosa, quōd visio Dei, quæ est, per

De Trin. li. 15. cap. 9.

Universidad de Deusto Biblioteca

similitudinē pertinet ad visionem speculi & ęnigmatis. Sequeretur etiam, quod beatitudo hominis vltima, esset in alio quam in ipso Deo, quod est alienum a fide. Naturale etiam hominis desiderium, quod est perueniendi a primam rerum causam, & cognoscendi ipsam per seipsam, esset inane. Sequitur [Nunc cognosco ex &c.] Hic illud qđ probauit in generali, probat in speciali de cognitione suipsius, dicens: [Nunc,] idest in pręsenti vita, ego paulus; [Cognosco ex parte,] i. obscure & imperfecte; [Tūc aūt,] s. in patria: [Cognoscā sicut & cognit⁹ sum,] idest sicut Deus cognouit essentiā meam, ita Deum cognoscā per essentiam: ita quod, ly sicut, non importat hic æqualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum. Consequenter infert principalem conclusionē, cum dicit: [Nunc autem manent &c.] Causa aūt quare non facit mentionem de omnibus donis, sed de istis tribus tantum, est, qa hęc tria coniungunt Deo: alia autem non coniungunt Deo, nisi mediantibus istis. Alia ēt dona sunt quędā disponentia ad gignēdum ista tria in cordib. hominum. Vnde & solum ista tria. s. fides spes, & charitas, dicuntur virtutes theologicæ, quia habent immediate Deum pro obiecto. Sed cum dona sint ad perficiendum, vel affectum, vel intellectum: & charitas perficiat affectum, fides intellectum, non vř, q spes sit necessaria, sed superflua. Ad hoc sciēdum est q amor est quędam uis vnitiua, & omnis amor in vnione quadam consistit. Vnde & secundum diuersas vniones, diuersæ species amicitię a philosopho distinguuntur. Nos autem habemus duplicem coniunctionem cum Deo. Vna est quantum ad bona naturæ, quæ hic participamus ab ipso; alia quantū ad beatitudinem, inquantum nos hic sumus participes per gratiam supernæ fœlicitatis, secundum quòd hic est possibile: speramus etiam ad perfectam consecutionē illius æternę beatitudinis peruenire, & fieri ciues cęlestis Hierusalem. Et s̄m primam communicationem ad Deum, est amicitia naturalis, s̄m quam vnumquodque, secundum quòd est, Deum ut causam primam & summum bonum appetit & desiderat, vt finem suum. Secūdum uero communicationem secundū, q est amor charitatis, qua solum creatura intellectualis Deum diligit. Quia vero nihil potest amari nisi sit cognitū, ideo ad amorē charitatis exigitur primo cognitio Dei. Et quia hoc est supra naturā, primo exigitur fides, q̄ est non apparentiū. Secundo, ne homo deficiat, vel aberret, exigitur spes, per quā tendat in illum finē, sicut ad se pertinentē: & de his trib. dř Eccl. 2. Qui timetis Deū, credite in illum, quantū ad fidē: qui timetis Deum, sperate in illū quantum ad spem: qui timetis Deū, diligite eum, quantū ad charitatē. Ista ergo tria manent nūc, sed charitas maior est omnibus, propter ea, quæ dicta sunt supra.

CAPVT XIIII.

LECTIO I.

Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem, ut prophetetis. Qui.n. loquitur lingua, non hominib. loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat; qui autem prophetat, ecclesiá Dei ædificat.

LECTIO I.

Posita excellentia charitatis ad alia dona, hic consequenter Apostolus comparat alia dona adinuicem, ostendens excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit excellentiam prophetię ad donum linguarum. Secundo, quō sit vtendum dono linguarum, & prophetiæ, ibi; [Quid ergo est fratres &c.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit, q donum prophetiæ est excellentius quā donum linguarū, rationib. sumptis ex parte infidelium. Secūdo, ex parte fideliū, ibi; [Fratres mei &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primo ostendit, q donum prophetiæ est excellentius dono linguarum quantum ad usum eorū in exhortationibus, seu prædicationibus. Secundo, quantum ad usum linguarum, qui est in orando. Ad hæc. n. duo, est usus linguæ, ibi: [Et ideo loquitur &c.] Circa primum duo facit. Primo. n. præmittit unum, per quod continuat se ad sequentia; & hoc est quod dicit, Dictum est, quòd charitas omnia dona excellit; si ergo ita est; [Sectamini,] s. viribus; [Charitatem,] quę est dulce & salubre uinculum mentium, 1. Pet. 4. Ante omnia charitatem &c. Col. 3. Super omnia autem charitatem habete &c. Secundo subdit illud, per quod continuat se ad sequentia. Et hoc est quod dicit; [Aemulamini &c.] Quasi dicat Licet charitas si maior omnibus donis, tamen alia non sunt contemnenda. Sed [Aemulamini] i. feruēter ametis: [Spiritualia dona] spiritus sancti 1. Pet. 3. Quid est, qđ uobis noceat? &c. Licet aūt æmulatio qñque sumatur pro feruenti dilectione, qñque p inuidia tñ non est ęquiuocatio; immo unū procedit ab alio; zelari enim & ęmulari designat feruentem amorem alicuius rei. Cōtingit autem, q res amata, ita diligatur feruenter ab aliquo, q nō patitur ibi consortem, sed ipse vult eam solus & singulariter, & iste est zelus, qui secundum quosdam est amor intensus, non patiens consortium in amato. Hoc tamen nō contingit in spiritualibus, quæ possunt perfectissime a multis participari; sed solum in illis, quę non possūt a multis participari. Vnde in charitate nō est huiusmodi zelus, non patiens consortiū in amato, sed tantum in corporalibus, in quibus prouenit, quod si aliquis habet illud quod ipse zelat, doleat, & ex hoc consurgit æmulatio, quæ est inuidia; sicut si ego amo dignitatem, seu diuitias, doleo q aliquis habeat eas, unde & ei inuideo. Et sic patet, q ex zelo surgit inuidia. Cum ergo dicitur, æmulamini spiritualia, non intelligitur de inuidia, quia spiritualia possunt a multis haberi, sed dicit, æmulamini, vt inducat ad feruenter amandum Deum. Et quia inter spiritualia est gradus quidam, quia prophetia excedit donum linguarū, ideo dicit: [Magis autem, vt prophetetis,] quasi dicat, Inter spiritualia magis æmulamini donum prophetiæ. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Ad explanationem autē totius capituli prænotanda sunt tria. s. quid sit prophetia, quot modis dicatur in Scriptura Sancta prophetia, & quid sit loq linguis. Circa primum sciendum est, q propheta dicitur, quasi procul uidens, & secundum quosdam dicitur a for faris, sed melius dř a pharos, quod est videre. Vnde 1. Regum nono, dicitur, q qui nunc dicitur propheta, olim videns dicebatur. Vnde visio eorum quæ sunt procul, siue sint futura contingentia, siue supra rationem nostram, dicitur prophetia. Est igitur prophetia visio, seu manifestatio futurorum contingentium, seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi autem visionem quatuor requiruntur. Cum enim cognitio nostra sit per corporalia & per fantasmata a sensibilibus accepta, primo exigitur, q in imaginatione formentur similitudines corporales eorum, quæ ostenduntur; vt Dionysius dicit, q impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Secundum quod exigitur, est lumen intellectuale, illuminans intellectum ad ea, quæ supra naturalem cognitionem nostram ostenduntur cognoscenda. Nisi. n. ad similitudines sensibiles in imaginatione formatas intelligendas adsit lumen intellectuale, ille cui similitudines huiusmodi ostenduntur, nō dicitur propheta, sed potius somniator, sicut Pharao, qui licet uiderit spicas & vaccas, quæ erant indicatiua futurorū quorundam, quia tñ non intellexit, quod vidit, non dicitur propheta, sed potius ille, scilicet Ioseph, qui interpretatus est; & similiter est de Nabuchodonosor, qui uidit statuam, & non intellexit. Vnde nec propheta dicitur, sed Daniel. Et propter hoc dicitur Dan. 10. Intelligentia opus est in uisione. Tertium quod exigitur, est audacia ad annunciandum ea, quæ reuelantur, ad hoc. n. Deus reuelat, ut alijs denuntientur. Hier. primo. Ecce dedi uerba mea in ore. Quartum est operatio miraculorum, quæ sunt ad certitudinem prophetiæ. nisi. n. facerent aliqua, quæ excedunt operationem naturæ, non crederetur eis in his, quæ naturalem cognitionem transcendunt. Secundum ergo hos modos prophetiæ, dicuntur aliqui diuersis modis prophetæ. Aliquando enim aliquis dicitur propheta, qui habet omnia ista quatuor scilicet; quòd uidet imaginarias uisiones, & habet intelligentiam de eis, & audacter annuntiat alijs, & operatur miracula: & de hoc dicitur Num. 12. Siquis fuerit inter uos propheta &c. Aliquando autem dicitur propheta ille, qui habet solas imaginarias uisiones, sed tamen improprie, & ualde remote. Aliquando etiam dicitur propheta, qui habet intellectuale lumen ad explanandum etiam uisiones imaginarias, siue sibi, siue alteri factas: uel ad exponendum dicta prophetarum, uel scripturas Apostolorum. Et sic dicitur propheta omnis, qui discernit doctorum scripturas, quia eodem spiritu interpretatæ sunt, quo editę sunt. Et sic Solomon & Dauid possunt dici prophetę, inquantum habuerunt lumen intellectuale, ad clare & subtiliter intuendum. Nam uisio Dauid intellectualis tantum fuit. Dicitur etiam propheta aliquis solum ex hoc, quòd prophetarum dicta denuntiat, seu exponit, seu cantat in ecclesia; & hoc modo dicitur 1. Reg. 19. quòd Saul erat inter prophetas, idest inter canentes dicta prophetarum. Dicitur etiam aliquis propheta ex miraculorum operatione, secundum illud Eccles. 48. quòd corpus Helisei mortuum prophetauit, idest miraculum fecit. Quod ergo dicit hic Apostolus per totum cap. de prophetis, intelligendum est de

secundo

secundo modo scilicet, quòd dicitur prophetare, qui per lumen intellectuale diuinum visiones sibi, & alijs factas, exponit. Et secundum hoc planum erit, quod hic dicitur de prophetis.

Circa secundum sciendum est, quòd quia in ecclesia primitiua pauci erant, quibus imminebat fidem Christi prædicare per mundum, ideo Dominus, vt commodius & pluribus uerbū Dei annunciarent, dedit eis donum linguarum, quibus omnibus prædicarent, non quòd una lingua loquentes ab omnibus intelligerentur, vt quidam dicunt, sed ad literā, quòd linguis diuersarum gentium, immo omnium loquerentur. Vnde dicit Apostolus. Gratias ago Deo, q omnium uestrum lingua loquor. Et Act. 1. dicitur, Loquebantur varijs linguis &c. Et hoc donū multi adepti sūt a Deo in ecclesia primitiua. Corinthij autem, quia curiosi erant, iō libentius volebant illud donum quā donum prophetię. Quod ergo dř hic loq lingua, vult Apostolus intelligi linguā ignotā, & non explanata: sicut si lingua Theutonica loquatur aliquis Gallico, & non exponat, hic loquitur lingua. Vel ēt si loquatur visiones tantum & non exponat, loquitur lingua. Vnde omnis locutio non intellecta nec explanata, quęcunq; sit illa, est proprie loqui lingua. His ergo visis ad expositionem literę accedamus, quę plana est. Circa hoc ergo duo facit. Primo probat, q donum prophetię excellentius est dono linguarum. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi: [Volo aūt uos &c.] Quod aūt donum prophetię excedat donum linguarum, probat duab. rationibus, quarum prima sumitur ex comparatione Dei ad ecclesiam. Secunda ratio sumitur ex cōparatione hominū ad ecclesiā. Prima aūt ratio talis est. Illud per quod facit homo ea non solum quę sunt ad honorē Dei, sed etiam ad vtilitatem proximorū est melius, q̄ illud quod fit tñ ad honorem Dei: sed prophetia est non tñ ad honorem Dei, sed ēt ad proximi vtilitatem: per donū vero linguarum solum illud fit qđ est ad honorem Dei. ergo &c. Huius aūt rationis ponit medium, & primo quantum ad hoc qđ dicit, quod; [Qui loquitur lingua,] honorat tñ Deum. Et hoc est quod dicit, [Qui loquitur lingua] .s. ignota; [Nō loquitur hominibus,] i. ad intellectum hominum; [Sed Deo,] i. ad honorem Dei tantum. Vel; [Deo,] quia ipse Deus solus intelligit. Sap. 5. Auris zeli Dei audit omnia &c. Et quòd non loquatur homini, subdit; [Nemo enim audit,] idest intelligit. Sic enim frequenter accipitur non audire, pro non intelligere. Matt. 13. Qui habet aures audiendi audiat. Quare autē soli Deo loquatur, subdit q ipse Deus loquitur. Vnde dicit; [Spūs autem Dei loquitur mysteria,] idest occulta. Mat. 10. Non enim uos estis qui loquimini &c. Supra 2. Nemo nouit, quę sunt spūs Dei &c. Secundo, probat id quod dicit, quòd prophetia est ad honorem Dei & vtilitatem proximorum. Vnde dicit; [Nam qui prophetat &c.] idest explanat visiones seu scripturas; [Loquitur hominibus], i. ad intellectum hominum, & hoc; [Ad ędificationem] incipientium; [Et ad exhortationem] proficientiū 1. Thess. cōsolamini pusillanimes ad Titū 2. Loquere & exhortare; [Ad consolationē] desolatorum. Vel ędificatio pertinet ad spiritualē affectionē, quia ibi primo incipit ędificiū spirituale. Eph. 2. In quo & uos coędificamini &c. Exhortatio uero ad inductionē ad bonos actus, quia si affectus est bonus, tunc actus est bonus Tit. 2. Hęc loquere & exhortare. Consolatio uero inducit ad tolerantiam malorum. Rom. 15. Quęcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad hęc. n. tria inducunt prędicantes diuinam scripturam. Secunda ratio talis est. Illud quod est vtile soli facięti, est minus quàm illud quod prodest etiam alijs: loqui autem linguis est utile soli ei qui loquitur, prophetare vero alijs prodest. Igitur &c. Huius autem rationis ponit medium, & primo quantum ad primam partem medij, & hoc est quod dicit; [Qui loquitur lingua, semetipsum &c.] Ps. 38. Concaluit cor meum intra me &c. Secundo quantum ad secundam partem, & hoc est quod dicit; [Qui autem prophetat, ecclesiam.] i. fideles; [Aedificat] instruēdo Eph. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

LECT. II.

Volo autem oēs loqui linguis, magis autem prophetare. Nā maior est, qui prophetat, quā q loquitur linguis, nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat. Nunc aūt fratres, si venero ad uos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tñ quę sine anima sunt vocem dātia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionē sonituū dederint, quō scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertā vocem det tuba, quis parabit se ad bellū? Ita & uos per linguā nisi manifestum sermonē dederitis, quō scietur q dicitur? Eritis, n. in aera loquentes. Tā multa, ut puta, genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis.

LECTIO II.

Hic Apostolus excludit obiectionem, seu falsum intellectū qui posset esse circa præmissa: possent. n. aliqui credere, q ex quo Apostolus præfert prophetiam dono linguarum, q donū linguarum esset cōtemnendum. Vnde vt hoc excludat, dicit [Volo aūt uos &c.] Vbi primo ostendit, quod intenderit insinuare. Secundo, rationem horū assignat, ibi [Nam maior &c.] Dicit ergo. Licet hæc quæ dicta sūt, supra dixerim, non tñ volo vos donū linguarum spernere, sed [Volo vos omnes loqui linguis,] tñ; [Magis volo vt prophetetis.] Num. 11. Quis tribuat, vt omnis populus &c. Cuius rationem assignat, cū dicit [Nā maior &c.] Quasi dicat, Ideo uolo vt magis prophetetis, quia [Maior est &c.] Et huius ratio est, quia aliquando aliqui mouentur a Spiritu sancto loqui aliquid mysticum, quod ipsi non intelligunt: vnde isti habent donū linguarum. Aliquando autem non solum loquunt linguis, sed etiam ea quæ dicunt, interpretantur. Et ideo dicit [Nisi forte interpretetur.] Nā donum linguarū cum interpretatione est melius, q̄ prophetia: quia sicut dictū est, interpretatio cuiuscūque ardui pertinet ad prophetiam. Vnde qui loquitur & qui interpretatur, propheta est, & donū linguarū habet, & interpretatur vt ecclesiam Dei ædificet, ideo dicit [Vt ecclesia &c.] s. non solum intelligat se, sed ēt vt ecclesia ædificetur. Ro. 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus, & Ro. 15. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum ad ædificationē [Nunc autem fratres &c.] Hic probat donum prophetiæ esse excellentius, quam donū linguarum per exempla, & hoc tripliciter. Primo per exemplum a seipso sumptum. Secundo, per exemplū sumptum a rebus inanimatis, ibi [Tñ quę sine anima &c.] Tertio, per exemplum sumptum ab hominib. diuersimode loquentibus, ibi [Tā multa &c.] Ex seipso aūt argumentatur sic. Constat ergo, q ego non minus habeo donū linguarum, quā uos: sed si loquerer uobis solum linguis, & nō interpretarer, nihil uobis prodessem. ergo nec uos ab inuicem. Et hoc est quod dicit [Nunc aūt fratres si uenero ad uos linguis loquens.] Hoc dupliciter pōt intelligi. s. uel linguis ignotis, uel ad literā quibuscunq, signis non intellectis [Quid nobis prodero, nisi loquar vobis aut in reuelatione &c.] Vbi notandū, q ista quatuor. s. [Aut in reuelatione &c.] possunt dupliciter distingui. Vno mō penes ea de quib. sunt. Et sic sciendum est, q illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, quia uel est de diuinis, & hęc illustratio pertinet ad donum sapientiæ. Diuinorum. n. ut supra dictū est 2. est reuelatio, quia quę sunt Dei, nemo nouit &c. Et ideo dicit [In reuelatione] qua. s. illuminatur mēs ad cognoscendū diuina: Vel est de terrenis, & non de quibuscunq; sed de illis tñ, quę sunt ad ędificationē fidei: & hoc pertinet ad donū scientię: & ideo dicit [In scientia] non geometrię nec astrologiæ, quia hęc non pertinent ad ędificationē fidei, sed in scientia, q̄ est sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctorū &c. Vel est de euentib. futurorū, & hoc pertinet ad donum prophetiæ. Et ideo dicit [Aut in prophetia] Sap. 8. Signa & monstra scit anteq̄ fiant, & euentus temporū & seculorum. Notandum aūt, q prophetia non accipitur hic cōiter, s. secundum q supra dictum est: sed accipitur hic particulariter, prout est manifestatio futurorū tantum. Et s̄m hoc diffinitur a Cassiodoro, Prophetia est diuina inspiratio rerum, futura immobili ueritate denuntians. Ecclesia. 24. Adhuc doctrinam, quasi prophetiam effundam &c. Vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Et ideo dicit [Aut in doctrina.] Rom. 12. Qui docet, in doctrina. Prouerb. 13. Doctrina bona dabit gratiam. Alio modo possunt hęc distingui penes diuersos modos acquirendi cognitionem. Et sic sciendum est, q omnis cognitio, aut est a supernaturali principio, s. Deo, aut naturali, scilicet lumine naturali intellectus nostri. Si autem a supernaturali principio, scilicet lumine diuino infuso, hoc pōt esse dupliciter: quia aut infunditur subito cognitio, & sic est reuelatio: aut infunditur successiue, & sic est prophe-

Universidad de Deusto Biblioteca

tia, quam non subito habuerunt prophetæ, sed successiue & per partes, vt eorum prophetiæ ostendunt. Si vero cognitio acquiratur a naturali principio, hoc est aut per studium proprium, & sic pertinet ad scientiam; aut traditur ab alio, & sic pertinet ad doctrinam.

LECT. IIII.

ET ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidē bene gratias agis, sed alter non ædificatur.

[Tamen quæ sine anima &c.] Hic ostendit idem per exempla, sumpta ex rebus inanimatis. s. per instrumenta, quæ videntur vocem habere. Et primo per instrumenta gaudij; secundo per instrumenta pugnæ, ibi. [Etenim si incertam &c.] Dicit ergo, Hoc non solum patet per ea, quę supra dicta sunt, sed ēt quantū ad ea, quę sine anima vocem dant, quòd loqui linguis non solum non prodest alijs, [Et quę sine anima sunt vocem dantia.] Contra, Vox est sonus ab ore animalis prolatus naturalib. instris formatus. Non ergo ea, quæ sunt sine anima, dant vocē. Dicendū est, q licet vox non sit nisi animalium, tñ potest dici per quandā similitudinem, s. sm q quædam, sicut instra, habent quandā consonantiā & melodiā: & ideo de illis facit mentionem. s. [de cithara,] quæ dat vocem tactu; [& tibia,] quæ flatu. Si ergo hæc dant vocem sine distinctione. [qñ scietur &c.] Cum n. homo per instrumenta aliquid intendat exprimere, s. aliquos cantus, qui ordinantur vel ad fletum, vel ad gaudium. Esa. 30. Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini. Vel ēt ad lasciuiā, non poterit diiudicari ad quid canitur tibia, aut ad quid cithara, si sonus sit cōfusus & indistinctus. Ita si homo loquitur linguis, & non interpretatur, nō poterit sciri quid velit dicere. [Etenim si incertam vocem dederit &c.] Hic ostēdit idem per exempla inanimatorum, s. per instra ad pugnam ordinata. Et sumitur hęc similitudo ex libro Num. 10. Ibi n. legitur, quod dominus præcepit Moysi, vt faceret duas tubas argenteas, quæ essent ad conueniendum populū ad mouendum castra, & ad pugnandum. Et p quolibet istorum habebant certū modum tubandi: quia aliter dabant vocem qñ debebant conuenire ad concilium, aliter quando mouebant castra, & aliter qñ pugnabant; & ideo arguit Apostolus, quod sicut. [Si tuba det incertam uocem,] .i. indistinctam, nescitur vtrum se debeant parare ad bellum, & ita vos si loquimini tantum linguis nisi distinctum sermonem dicatis interpretando, uel exponendo, non poterit quis scire quid loquamini. Per tubam potest intelligi prędicator. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. Ratio aūt quare non potest sciri quid loquamini, est quia, [eritis in aere loquentes,] .i. inutiliter. Supr. 9. Sic pugno non quasi aera verberans &c. [Tam multa &c.] Hic sumit exemplum a diuersis linguis loquentium. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersitatem linguarum. Secundo inutilitatem loquentium sibi ad inuicem in linguis extraneis, ibi, [Si ergo nesciero &c.] Tertio concludit quod intendit, ibi. [Sic & vos quoniam æmulatores &c.] Dicit ergo primo, Multæ & diuersæ linguæ in mundo sunt, & quilibet potest loqui quacunque vult, si tamen non loquatur determinate, non intelligitur. Et hoc est qđ dicit; [Tam multa &c.] hoc potest dupliciter exponi, quia potest continuari cum præcedentibus, vt dicatur: [Eritis in aera loquentes, & tam multa vt puta &c.] quasi dicat, Ideo, [in aera,] idest, inutiliter loquemini omnibus linguis, quia loquimini sine intellectu. quæ tamen proprias significationes uocum ad hoc habent, ut intelligantur. Nihil enim sine uoce est. Vel potest sic punctuari; [Eritis in aera loquentes,] Tam multa, [vtputa sunt genera linguarum,] idest singulis linguis, [Si ergo nesciero &c.] Hic ostendit horum inutilitatem. Et hoc est quod dicit. [Si loquar omnib. linguis, sed si nesciero uirtutem uocis,] .i. significationem uocis; [Ero cui loquar barbarus.] Hier. 5. Adducam super te gentem de longinquo, gentem cuius ignoras linguam. Nota quòd Barbari secundum quosdam dicuntur illi, quorum idioma discordat omnino a Latino. Alij uero dicunt, quòd quilibet extraneus est barbarus omni alij extraneo quando. s. non intelligitur ab eo. Sed hoc non est uerum, quia secundum Isidorum, Barbaria est specialis natio. Col. 3. In Christo Iesu non est Barbarus & Scitha &c. Sed secundum quod uerius dicitur, Barbari proprie dicūtur illi, qui uirtute corporis uigent, in uirtute rationis deficiunt & sunt quasi extra leges, & sine regimine iuris.

Et hoc uidetur consonare Aristoteles in politicis suis, Consequenter cum dicit; [Sicut &c.] concludit quod intendit: & hoc potest dupliciter construi. Primo ut punctuetur hoc modo, quasi dicat; [sic ego ero barbarus vobis, si loquar,] sine significatione et F interpretatione, sicut & vos eritis barbari adinuicem: & ideo quę rite, [Vt abundetis &c.] & hoc, quoniam estis æmulatores, & cæt. Vel alio modo, vt totum ponatur sub distinctione, quasi diceret, Ne ergo sitis barbari, sic scilicet sicut ego facio, quoniam, [Estis æmulatores spirituum,] .i. donorum spiritus sancti, [Quærite a Deo, [vt abundetis.] Prouerb. 15. In abundāti iustitia, uirtus maxima est, quæ quidem iustitia est ædificare alios. Matt. 7. Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis.

LECT. IIII.

SVpra ostendit Apostolus excellentiā G doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis. hic vero ostendit idem rationib. sumptis ex parte orationis. hæc enim duo per linguam exercemus, orationē. s. & exhortationem. Et circa hoc duo facit. Primo enim probat excellentiam prophetiæ ad donum linguarum rationibus. Secundo, exemplis, ibi, [Gratias ago Deo meo, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit necessitatem orationis. Secundo, ostendit quo modo in oratione plus valet donum prophetiæ, quam donum linguarum; [Nam si orem lingua, &c.] Dicit ergo primo, Dixi quòd donum linguarum sine dono prophetiæ non valet: & ideo quia interpretari est actus prophetiæ, quæ est excellentior ille, [Qui loquitur lingua] ignota, uel extranea, uel aliqua mysteria occulta, [Oret,] scilicet Deum, [Vt interpretetur,] idest, ut interpretandi gratia detur sibi. Colos. 4. Orantes vt Deus aperiat ostium. Glosa aliter exponit, [Oret,] Orare enim dicitur dupliciter, scilicet, vel deprecari Deum, vel persuadere: quasi dicat. [Qui loquitur lingua oret,] idest ita persuadeat, [vt interpretetur, & sic H accipit orare hic Glosa per totum capitulum. Sed non est hæc intentio Apostoli, sed pro deprecatione ad Deum, [Nam si orem, & cæt.] Hic ostendit, quòd in orando plus ualet prophetia, quàm donum linguarum, & hoc dupliciter. Primo, ratione sumpta ex parte ipsius orantis. Secundo, ratione sumpta ex parte audientis, ibi, [Cæterum si benedixeris, & cæt.] Circa primum duo facit. Primo, ponit rationem ad propositum ostendendum. Secundo remouet obiectionem, ibi, [Quid ergo, & cæt.] Circa primum sciendum est, quòd duplex est oratio. Vna est priuata, quando scilicet quis orat in seipso, & pro se. Alia publica, quando quis orat coram populo, & pro alijs: & in utraque contingit vti & dono linguarum, & dono prophetiæ. Et ideo vult ostendere, quòd in vtraque plus ualet donum prophetiæ, quàm donum linguarum.

Et primo, in oratione priuata, dicens, quòd si sit aliquis idiota, qui faciat orationem suam, dicens Psalmum, uel Pater noster, & non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, & uoce I refert verum oret uerbis sibi a spiritu sancto concessis, siue uerbis aliorum. Et si sit alius, qui orat, & intelligit quæ dicit, hic quidem orat, & prophetat: constat quòd plus lucratur qui orat & intelligit, quàm qui tantum lingua orat, qui scilicet non intelligit quæ dicit. Nam ille, qui intelligit, reficitur & quantum ad intellectum, & quantum ad affectum: sed mens eius, qui non intelligit, est sine fructu refectionis. Vnde & cum melius sit refici quantum ad affectum & intellectum, quàm quantum ad affectum solum, constat q in oratione plus ualet prophetiæ donum, quā solum donum linguarum. Et hoc est quod dicit, Dico q; [Oret vt interpretetur. Nam si orem lingua], i. orando utor dono linguarum, ita q proferam aliqua quæ non intelligo: Tunc; Spiritus meus], .i. spiritus sanctus mihi datus; [Orat,] qui inclinat & mouet me ad orandum. Et nihilominus mereor in ipsa oratione, quia hoc ipsum, q moueor a spiritu sancto, est mihi meritū. Rom. 8. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spūs sanctus K postulare nos facit. Vel, [Spūs meus,] .i. ratio mea; [Orat,] idest dictat mihi, q ego loquar ea, quæ ad bonum sunt, siue verbis proprijs, siue aliorum sanctorum. Vel, [Spūs meus,] idest virtus imaginatiua; [Orat,] inqtantum voces seu similitudines corporales sunt tantū in imaginatione absq; hoc q intelligantur ab intellectu: & ideo subdit; [Mēs aūt mea] .i. intellectus meus. [Sine fructu est: quia non intelligit. Et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio, q̄ donum linguarum. Sed nunquid quandocunque quis orat, & non intelligit quæ dicit, sit sine fructu orationis? Dicendum, quòd duplex est fructus orationis. Vnus fructus est meritū, quod homini prouenit. Alius fructus est spūalis consolatio & deuotio concepta ex oratione. Et quantum ad fructū deuotionis spūalis priuatur, qui non attendit ad ea q orat, seu non intelligit, sed quantum ad fructum meriti, non est dicendum, quod priuetur; quia sic multæ orationes essent sine merito, cum vix vnum Pater noster, potest homo dicere quin mēs ad alia feratur.

LECT. IIII.

GRatias ago Deo meo, q omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinq, uerba sensu meo loqui ut & alios instruam, quam decem millia uerborū in lingua. Fratres nolite pueri effici sēsib. sed malitia paruuli estote, sensibus aūt perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec exaudient me dicit Dñs. Itaque linguæ in signū sunt nō fidelibus, sed infidelibus: prophetia autē non infidelibus, sed fidelibus.

Et ideo dicendum est, quod quando orans aliquando diuertit ab his, quæ dicit, seu quādo quis in uno opere meritorio nō cōtinue cogitat in quo liber actu, quod facit hoc propter Deum, nō perdit rationem meriti. Cuius ratio est, quia in omnibus actib. meritorijs, qui ordinantur ad finem rectum, non requiritur, quod intentio agentis coniugatur fini secundum quemlibet actum: sed vis prima, quæ mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat; & sic prima vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ diuertat a fine prędicto ad finem contrarium. Sed sciendum est, quod triplex est attentio. Vna est ad verba, quæ homo dicit, & hæc aliquādo nocet, inquantum impedit deuotionē. Alia est ad sensum uerborum, & hæc nocet, non tñ est multum nociua. Tertia est ad finem, & hæc est melior & quasi necessaria. Tamē id qđ dicit Apostolus; [Mēs est sine fructu,] intelligitur de fructu refectionis; [Quid ergo est, &c.] quia posset aliquis dicere, ex quo orare lingua est sine fructu mentis, sed tamen spiritus orat, numquid ergo non est orandū spiritu? ideo Apostolus hoc remouet dicens, quod vtroque modo orandū est, & spiritu & mente: quia homo debet seruire Deo de omnibus quæ habet a Deo; sed a Deo habet spiritum & mentem, & ideo debet de vtroque orare. Eccl. 47. De omni corde suo laudabit Dominum &c. Et ideo dicit: [Orabo spiritu, orabo & mente; psallam spiritu &c. Et sic dicit orabo, & psallam; quia oratio, uel est ad deprecandum Deum, & sic dicit orabo; vel laudandum, & sic dicit, psallam. De istis duobus, Iac. 5. Tristatur quis in uobis, oret: æquo animo est psallat. Psal. 91. Psallite domino &c. [Orabo ergo spiritu,] i. imaginatione [& mente,] idest voluntate. [Cæterum si benedixeris &c.] Hic secundo ostendit, quod donum prophetiæ plus valet, quam donum linguarum, etiam in oratione publica, quæ est qñ sacerdos publice orat, vbi aliquando dicit quædam, quæ non intelligit, aliquando aliqua quæ intelligit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo exponit eam, ibi; [Quomodo dicet, &c.] Tertio probat; q supposuerat, ibi; [Quoniam quid &c.] Dicit ergo, Dixi q donum prophetiæ in oratione priuata plus valet, [cæterum,] pro sed; & in publica, quia. [Si benedixeris,] .i. si benedictionē dederis:] Spiritu], i. in lingua, quæ non intelligatur, seu imaginatione & motus a spiritu sancto: [qs supplet locum idiotæ?] Idiota proprie dr̄, qui scit tantum linguā in qua natus est; quasi diceret. Quis dicit illud quod debet dicere ibi idiota? quod est dicere; [Amen.] Et ideo dicit; [Quomodo dicet super tuam benedictionem;] Vbi Gl. exponit idest quomodo consentiet benedictioni a te factæ in persona ecclesię; Es. 65. Qui benedictus est super terram benedicetur in Deo, amen: [Amen] idem est, quod fiat, vel uerum est. q. d. si non intelligit, quæ dicis, quo conformabit se dictis tuis; potest quidem se conformare ēt si non intelligat, sed in generali tantum, non in speciali, quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi q benedicas tantum. Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, vt intelligantur a populo, & conforment se magis eis? Dicendum est, q hoc forte fuit in ecclesia primitiua, sed postquam fideles instructi sunt & sciūt, quæ audiunt in communi officio, fiunt benedictiones in Latino. Consequenter probat, quare non potest dicere; [Amen, cum dicit; [Nam tu quidem,] .i. licet, [tu gratias agas bene] Deo inquantum intelligis. [Sed alter] qui audit, & non intelligit: [Non ædificatur,] inquantum non intelligit in speciali, & si in generali intelligat & ædificetur. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed siquis bonus est ad ædificationem fidei. Et ideo melius est, ut non solum lingua benedicat, sed etiam, vt interpretetur & exponat, licet tu qui gratias agis, bene agas.

LECTIO IIII.

HIc ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, per rationes sumptas ex parte suiipsius. Et circa hoc duo facit. Primo, agit gratias de dono linguarum sibi a Deo dato. Secundo, se eis in exemplum proponit, ibi. [Sed in ecclesia uolo &c.] Dicit ergo, Gratias ago &c. Quasi dicat. Nō ideo vilipendo donum linguarum, quia ego dico quòd donū prophe- A tiæ sit excellentius, sed debet charum haberi. Vnde & ego, [Gratias ago &c.] Est ergo de omnibus gratias agendum 1. Thes. 5. in omnibus gratias agite &c. [Vel,] Gratias ago, quasi dicat. Non ideo vilipendo donum linguarum, quasi eo carens, immo etiam ego habeo. & ideo dicit: [Gratias ago &c.] Et ne intelligatur, q omnes loquerentur una lingua dicit, [Quod omnium uestrum lingua loquor. Act. 2. Loquebant varijs linguis Apostoli &c. [Sed in ecclesia. Hic ponit se in exemplum, quasi dicat. Si ego habeo donū linguarū sicut & vos, debetis facere illud q facio, Sed ego uolo .i. magis uolo loqui; [In B ecclesia quinque,] idest pauca verba: [Sensu meo,] i. intellectu, ut scilicet ego intelligam, & intelligar, & ex hoc instruam alios: [Quam decem milia,] idest quamcunque multitudinem: [Verborum in lingua,] q est loqui non ad intellectum quocunq; modo fiat, ut supra expositū est. Dicunt quidam, q ideo dicit: [Quinque,] quia Apostolus vr̄ velle, q magis velit dicere solum unam orationem ad intellectum, quàm multas sine intellectu. Oratio autem secundum grammaticos ad hoc, q debeat facere perfectū sensum, debet habere quinque. s. Subiectum, Prædicatum, Copulam uerbalem, Determinationem subiecti, & Determinationem prædicati. Alijs videtur melius, q quia ad hoc loquendum est cū intellectu, ut alij doceantur: ideo ponit quinque, quia doctor debet quinque docere scilicet. Credenda. Titum 3. Hæc loquere & exhortare &c. Agenda Mat. vlt. Euntes in mundum &c. Vitanda. s. peccata. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge &c. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera, &c. Speranda. s. mercedem æternā. 1. C Pet. 1. De qua salute exquisierunt &c. Timenda. s. pœnas æternas. Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum &c. [Fratres mei; Nolite &c.] Hic ostendit excellentiam doni prophetiæ ad donū linguarum, rōnib. sumptis ex parte infidelium. Et circa hoc duo facit. Primo, excitat attentionem & reddit attentos, Secundo, arguit ad propositum, ibi; [In lege quid scriptū est? Circa primū vr̄ Apostolus excludere palliū excusationis aliquorum, qui nō docēt quædā rudia & superficialia, quasi ostēdunt se volentes viuere in simplicitate, & ideo non curantes de subtilitatibus ad quas sm rei veritatē non attingunt, habentes verbū domini ad hoc Matt. 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli &c. sed hoc Apostolus excludit, cum dicit; [Nolite pueri effici sensu,] idest nolite puerilia & inutilia & stulta loqui & docere. Supra 3. Cum essem paruulus, &c. Sed quomodo debetis effici pueri? affectu, non intellectu. Et ideo dicit, [Sed malitia.] Vbi sciendum est, q paruuli deficiunt in cogitando mala, & sic debemus effici paruuli: & ideo dicit, [Sed malitia paruuli estote: & deficiunt in cogi- D tando bona, & sic non debemus esse paruuli, immo viri perfecti. Et ideo dicit; [Sensibus autem perfecti &c.] idest ad discretionem boni & mali, perfecti sitis. Vnde Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus &c. Non ergo laudatur in uobis simplicitas, quæ opponitur prudentiæ, sed simplicitas, quæ astutiæ. Et ideo Dominus dicit. Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Rom. 16. Volo uos sapientes esse in bono, simplices in malo. Consequenter cum dicit, [In lege quid scriptum est?] arguit ad propositum. ubi sciendum est, qđ hoc argumentum, sicut patet per Gl. distinguitur per multa: sed sm intentionem Apostoli, non uidetur quod attendatur in loco hoc, nisi una ratio. Et ratio sua ad probandum, quod donum prophetiæ est excellentius, quàm donum linguarum, est talis, Omne quod plus ualet ad illud, ad quod alterum principaliter ordinatur, est melius illo altero ordinato ad hoc: sed tam donum prophetiæ, quam donum linguarū, ordinatur ad conuersionem infidelium. sed prophetiæ plus ualent ad hoc, q̄ donum lin- E guarum. ergo prophetia est melior. Circa hanc ergo rationē duo facit. Primo, ostendit ad quid ordinatur donum linguarum, & ad quid ordinatur donū prophetiæ. Secundo, q plus valet donum prophetiæ, ibi. [Si ergo conueniat uniuersa &c.] Circa primum duo facit. Primo, inducit authoritatem. Secundo, ex authoritate arguit ad propositū, ibi; [Itaque linguæ &c.] Circa primum sciendum est q hoc quod dicit: [In lege quid scriptum est?] potest legi uel interrogatiue. quasi dicat, non debetis effici pueri sensibus sed perfecti, & hoc est uidere & scire legem. Vnde si estis perfecti sensibus, sciatis scilicet legem: & in lege quid scriptum est? de linguis, quæ sunt inutiles aliquando ad id ad quod ordinatæ sunt, quia licet in diuersis linguis loquar, scilicet populo Iudæorum, tamen homo non exaudit &c. Potest etiam legi remissiue,

Universidad de Deusto
Biblioteca

[In lege quid scriptum est.] Quasi dicat, Nolite moueri sicut pueri ad aliquid appetendum non discernentes, vtrum bonum, vel minus bonum sit, quod affectatis, & præponatis meliori bono, sed estote perfecti sensibus, i. discernatis inter bona & magis bona, & sic affectetis. Et hoc fit si cogitatis quid scriptū est in lege: [Quoniã in alijs &c.] Sapien. 6. Cogitare ergo de illa, sensus est cō summatus. Et dicit: [In lege, non accipiendo legem stricte pro quinque libris Moysi tantum, sicut accipitur Lucæ vltimo. Necesse est impleri omnia, quę scripta sunt de me in lege &c. sed pro toto veteri testamēto, sicut accipitur Ioan. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quod tñ in Psal. 119. scriptū est. Accipitur tñ hæc authoritas ex Esa. 28. vbi litera nostra habet, In loquela labij, & lingua altera loquetur ad populum istum. Hoc igitur scriptū est: [Qñ in alijs linguis,] idest in diuersis generib. linguarum: [Et labijs,] i. in diuersis idiomatib. & modis pronuntiandi: [Loquar populo huic,] s. Iudaicos; quia hoc signum specialiter fuit datum ad conuersionem populi Iudæorum; [Nec si exaudier,] quia s. signis vtis non crediderunt. Esa. 6. Excæca cor populi huius &c. Sed quare Deus dedit eis signa, si non debebant conuerti? Ad hoc fuit duæ rationes. Vna ratio est, quia licet non oēs conuerti fuerint, tñ aliqui sunt conuersi eo ꝙ non repellit Dñs plebem suam &c. Alia ratio est, vt iustior appareat eorum damnatio, dum manifestius apparet eorum nequitia. Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, &c. Consequenter cum dicit: [Itaque linguæ &c.] Ex inducta authoritate argumentatur ad propositum, quasi dicat: Ex hoc manifeste apparet, ꝙ donū linguarum datum est: [Non fidelibus] ad credendum, quia iam credunt. Ioan. 4. Non propter tuam loquelam &c. [Sed infidelibus,] vt conuertantur. In Glosa autem ponuntur duæ expositiones Ambrosij hoc in loco, quæ non sunt literales, quarum una est, ut dicatur, Sicut in veteri testamēto locutus sum populo Iudæorum per linguas, i. per figuras & per labia. i. promitendo bona temporalia: sic adhuc in nouo testamēto loquar huic populo in alijs linguis, idest aperte & clare, & alijs labijs, idest spiritualibus, nec tamen sic exaudient me, s. quantum ad eorum multitudinem; [Itaque linguæ datæ sunt non infidelibus, sed fidelibus,] ad manifestandum, s. eorum infidelitatem. Alia est: [In alijs linguis,] idest obscure: & parabolice loquat, vt quia sunt indigni. [Non exaudient,] idest non intelligent. Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia, s. ad instructionem fidelium, qui iã credunt. Et ideo quòd: [Prophetiæ datæ sunt non infidelibus,] qui non credunt. Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? [Sed fidelibus,] vt credant & instruantur. Ezech. 3. Fili hominis speculatorem dedi te &c. Prouer. 29. cum defecerit prophetia &c. dissipabitur populus.

LECTIO V.

GLosa vult, quòd hic incipiat alia ratio ad propositum ostendendum. Sed secundum quod dictum est, non est nisi vnum pointa ratione, & est quasi manifestatio mediæ ip sius rationis, scilicet quòd prophetia plus valet ad illud, ad quod specialiter ordinatur donum linguarum. Vnde circa hoc duo facit. Primo ostendit inconueniens, quod sequitur quantum ad infideles ex dono linguarum, ibi; [Si autem omnes linguis.] Secundo ostendit bonum, quod sequitur ex dono prophetiæ, etiam ad infideles, ibi: [Si autem omnes.] Inconueniens, quod sequitur ex dono linguarum, sine prophetia, etiam quantum ad infideles est, quia reputantur insant, qui sic loquuntur solis linguis, cum tamen donum linguarum ordinetur ad conuersionem infidelium, vt iam patet, & hoc est quod dicit: [Si autem omnes &cæt.] quasi dicat. Ex hoc patet, quòd linguæ non sunt præferendæ prophetijs, quia; [Si conueniant,] scilicet omnes fideles; [In vnum,] non solum corpore, sed etiam mente. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor &cæt. [Et omnes,] qui iam conuenerunt; [Loquātur linguis] ad literam extraneis, vel loquantur ignota & obscura, & dum sic confuse loquuntur: [Inter et aliquis idiota] idest, qui non intelligit nisi linguam suam: [Vel infidelis,] propter quem datæ sunt linguæ: [Nonne dicent] his, qui sic loquuntur: [Quid insanitis?] Qđ enim non intelligitur, reputatur insanitio: quòd si intelligatur lingua, nihilominus quæ loquuntur sunt occulta, tamen malum est si non exponatur, quia poterunt credere de vobis si occulta loquimini, quæ creduntur de Gentilibus, qui occultabant ea, quæ faciebant in titu eorum, propter eorum turpitudinem. Et hæc est insanatio quædam est. Contra, Idem est loqui linguis, & loqui literaliter quantum ad idiotas; cum ergo omnes loquantur literaliter in ecclesia, quia omnia dicuntur in latino, videtur quod similiter sit insania. Dicendum est ad hoc, quod ideo erat insania in primitiua ecclesia, quia erant rudes in ritu ecclesiastico.

Vnde nesciebant, ꝙ fiebant, ibi, nisi exponeretur eis. Modo vero oēs sunt instructi, vnde licet in latino oīa dicatur, sciunt tñ illud quod fit in ecclesia. Consequenter aūt cum dicit; [Si autē oēs prophetēt &c.] ostendit ꝙ bonum sequitur ex dono prophetiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit quid per bonum propheticæ sequatur quantum ad infideles. Secundo ostendit, qūo hoc sequatur, ibi; [Occulta. n. &c.] Tertio, subinfert quis effectus inde prouenat, ibi; [Et ita cadens in faciem &c.] Dicit ergo, constat ꝙ ex dono linguarum non conuincuntur infideles: [Autem,] pro sed, si hi, qui conueniunt, [Prophetent,]. i. oēs ad intellectum loquantur, vel exponant scripturas, vel ēt reuelationes eius factas interpretentur. Oēs dico non simul, sed vnus post altum sic prophetent: [Inter autem,]. s. ecclesiam; [Idiota aliquis,]. s. non habens nisi linguā maternam, hoc est bonum, ꝙ inde sequitur, quia conuincitur de aliquo errore, qui ostenditur sibi. Hier. 31. Postquam ostendisti mihi, confusus sum; [Ab omnibus,] qui prophetant; [Diudicatur,] quasi dicat, damnabilis ostēditur de malis moribus & vitijs suis 1. Cor. 2. Spiritualis, i. doctor, omnia diiudicat &c. Ad hæc. n. duo valet prophetia s. ad confirmationem fidei, & instructionē morum. Quomodo autem hoc bonum sequatur ex prophetiæ dono, subdit cum dicit; [Occulta enim cordis.] Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo ex hoc ad literā, ꝙ aliqui in primitiua ecclesia gratiā habuerunt, vt secreta cordium & peccata hominum scirent. Vnde legitur de Petro Act. 5. ꝙ damnatur Ananiam de fraudato pretio agri. secundum hoc legitur; [Occulta. n. &c.] quasi dicat, ideo conuincitur, quia: [Occulta]. i. secreta ecata sua: [Manifesta fiunt ab illis,] qui ea reuelant. Alio modo, ex hoc, ꝙ aliquando quis in prædicatione tangit multa, ꝙ homines gerunt in corde sicut patet in libris beati Gregorij, vbi quilibet inuenire potest fere oēs motus cordis sui. Et s̄m hoc legitur [Occulta cordis,] quasi dicat. Ideo conuincuntur, quia: [Occulta cordis sui]. i. ea quæ gerunt in corde. Prouerb. 17. Quomodo in aquis resplendet vultus aspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus: [Manifestātur,]. i. tanguntur ab eis. Alio modo, quia aliqñ occultum cordis dī illud, quod est alicui dubium, & non potest per se certificari. Et s̄m hoc legitur; [Occulta cordis sui]. i. ea de quibus in corde suo dubitabat, & quę nō credebat manifestantur, dum. s. vadens ad ecclesiam frequenter fiunt sibi manifesta, sicut de seipso dicit Augu. †quod ipse ibat ad ecclesiam solum pro cantu, & tamen ibi multa de quib. dubitabat, & pp quæ non iuerat, manifestabantur sibi. Ex hoc. n. sequebatur reuerentia quia conuictus reuerebatur Deum. Et hoc est, quod dicit: [Et ita cadens,]. i. ex quo ita conuincebatur & manifestabantur occulta cordis sui: [Cadens in faciem adorabit Deum,] Matt. 2. Procidentes adorauerunt eum, quod signum est reuerentiæ. De reprobis autem legitur, ꝙ cadunt retrorsum. Prou. 14. Viæ impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruent. Electus vero in faciē cadit, quia videt ubi prosternitur, qđ signum est reuerentię. Matt. 2. Et Leu. 9. Laudauerunt Deum tuentes in facies suas. Psal. 71. Coram illo procident Aethiopes. Et non solum exhibebit reuerentiam Deo, sed etiam ecclesiæ, quia; [Pronuntians dicet, quod vere Deus est in uobis,] qui prophetaris in ecclesia. Zach. 8. Ibimus vobiscum; audiuimus enim, quod Deus est uobiscum. Apparet igitur quod donum prophetiæ est vtilius, quantum ad infideles: [Quid ergo est fratres?] Hic ordinat eos ad usum donorum dictorum. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit qualiter se debeant habere ad usum horum dōnorum. Secundo, concludit principale intentum ibi; Itaque fratres æmulamini prophetare, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit quomodo ordinate se debeant habere in usu dictorum donorum. Secundo, ex primit eorum præsumptionem, ibi: [An a uobis sermo, &cæt.

Circa primum tria facit. Primo ostendit in generali, quomodo se debeant habere in omnibus donis. Secundo, qūo se habeant quantum ad donum linguarum, ibi: [Siue lingua quis loquatur &c.] Tertio ostendit qūo se habeant quantum ad donum prophetiæ, ibi: [Prophetent duo aut tres &c.] Dicit ergo, prophetare est melius, quam loqui linguis. [Quid ergo fratres] agēdum est? hoc scilicet agendum est. Nam: [eum conueniti,] constat ꝙ vnus non habet omnia dona: & ideo non dēt uti aliquis vestrum omnibus donis, sed eo dono qđ specialius accepit a Deo, & quod melius sit ad ædificationem. [Nam vnusquisq; vestrum hēt] aliquod donum spāle: [Alius hēt psalmum,]. i. ad canticum laudandum nomen Dei, vel psalmos exponit. Abac. 3. Super excelsa mea deduxit me &c. [Alius] vero: [Doctrinam,]. i. hēt prædicationem ad instructionem morum, vel expositionem & spiritualem sensum. Prouer. 12. Doctrina sua cognoscitur vir: [Alius Apocalypsim hēt,]. i. reuelationem, vel in somnijs, vel in uisione aliqua. Dan. 2. Est Deus in cœlo reuelans mysteria &c. [Alius linguam hēt.] idest donum linguarum, uel legendi prophetias. Act. 2. Et cœperunt loqui varijs linguis &c. [Alius interpretationem.] Supr. 12. Alij interpretatio sermonum &c. Hæc aūt sic ordinantur, quia vel sunt ex ingenio naturali, vel ex solo Deo. Si sunt ex solo ingenio naturali, vel sunt ad laudem Dei, & sic dicit; [psalmum habet,] vel ad instructionem proximi, & sic dicit; [doctrinam hēt.] Si sunt a solo Deo, sic dupliciter: vel sunt aliqua occulta interius, & sic dicit, [Apocalipsim hēt;] uel occulta exterius, & sic dicit, [linguam hēt.] Et ad horum manifestationem est tertiū, s. [interpretatio.] Et dēt fieri. [Vt oīa ad ædificationem fiant.] Ro. 15. Vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonū ad ædificationē.

LECTIO VI.

HIc Apostolus ordinat eos qūo se habeant ad vsum doni linguarum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter debent uti dono linguarum. Secundo qñ debent cessare ab usu, ibi; [Si aūt non fuerit &c. [Dicit ergo primo, ꝙ modus utendi dono linguarum talis sit inter uos, vt; [Siue quis,]. i. si aliquis: [Loquatur lingua,]. i. dicat visiones, vel somnia, hmōr locutio non fiat a multis pp occupationem temporis in linguis, & non restet locus prophetijs, & confusionem generet. Sed. [Secūdum duos.]. i. duo tm, & si necesse fuerit s̄m. [Multum tres,] vt sit satis a trib. Deu. 17. In ore duorum, vel trium &c. Sed notandū, ꝙ hæc consuetudo adhuc partim seruatur in ecclesia. Nam lectiones & epistolas, & euangelia habemus loco linguarum, & ideo in Missa. [Secundum duos] seruatur, quia solum duo dīr, quæ pertinent ad donū linguarum, s. epistola & euangelium. In matutinis secundum multa fit, scilicet, tribus lectionibus dictis in uno nocturno. Antequitus enim dicebantur nocturna diuisim secundum tres vigilias noctis, nunc uero dicuntur simul. Non solum autem debet seruari ordo quantum ad numerum loquentium, sed etiam quātum ad modum & hoc est, quod dicit. [Et per partes,] idest, vt illi qui loquuntur, succedant sibi ad inuicem. s. quòd vnus post alium loquatur. Vel: Per partes,] idest, intercise, vt. s. loquatur unā partem visionis, seu instructionis, & eam exponat, & post aliam & ipsam exponat, & sic deinceps, quem modum consueuerunt seruare prædicatores, quando prædicant per interpretationem hominibus ignotæ linguæ, & ideo dicit. [Et unus interpretetur.] Consequenter cum dicit. [Si autem non fuerit &cæt.] Ostendit quando non est utendum linguis, dicens, quòd quidem est per partes, & vnus debet interpretari. [Sed si non fuerit] aliquis [Interpres,] idest, qui interpretetur, ille qui donum habet linguarum. [Taceat in ecclesia,] idest, non loquatur, seu prædicet multitudini in lingua ignota, quia non intelligitur ab eis, sed; [sibi loquatur,] quia ipse se intelligit, & hoc tacite orando, uel meditando. Iob 10. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, &c. [Prophetæ autem duo &c.] Hic Apost. ordinat eos, quomodo se habeant ad usum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter utendum est dono prophetiæ, & quantum ad numerum & ad ordinem. Secundo ostendit, quibus usus propheticæ interdicitur, ibi: [Mulieres in ecclesia &c.] Circa primū tria facit. Primo docet ordinem utendi dono propheticę. Secundo huius rationē assignat, ibi: [Potestis enim omnes &c.] Tertio obiectionem excludit, ibi; [Spiritus prophetarum & c.] Circa primū duo facit. Primo determinat ad numerum utentium dono dicto. Secundo, docet modum seu ordinē utendi, ibi; [Quod si alij &c.] Circa primum sciendum est, quod vsus prophetiæ s̄m quod hic vī accipere Apostolus, est proponere uerbum exhortationis ad plebem, exponēdo scripturas factas: & quia erant in primitiua ecclesia plures, q̄ a Deo hoc donū habebāt, & fideles non erant adhuc multiplicati, ideo ne esset confusio & tædium, vult Apostolus, ꝙ non oēs qui sciunt exponere prophetas, & sacram scripturam, propheretent, sed aliqui & determinati: & hoc est quod dicit: [Propheteę &c.] Quasi dicat, Nolo ꝙ omnes, qui cōueniunt, sed [Duo] tantum, [Aut ad plus, [Tres,] prout hoc loquendi necessitas exigit; [Dicatur,]. i. exhortentur. Et hoc etiam consonat scripturæ Deut. 17. & Matth. 18. In ore duorum, uel trium &c. [Cæteri uero,]. s. illi qui non debent: [Diudicent] ea quæ ab his proponuntur, utrum. s. bene, uel male dicta sint, bene dicta approbando, & male dicta retractari faciendo, supra 2. Spiritualis homo, omnia diiudicat. Est ēt seruandus ordo in utendo dicto dono, ut si alteri illorum, qui sedebant, & tacebant & diiudicabāt, fuit aliquid melius reuelatum, quam illi qui exhortatur & stat prior, tunc iste qui stat, dēt sedere, & ille cui melius reuelatum est, dēt surgere & exhortari. Et hoc est, quod dicit: [Quod si alij] sederiti, [Reuelatum fuerit,]. s. per spiritum sanctum: [Prior] ista. [Taceat] & eę dat ei. Ro. 11. Honore inuicem prævenientes. Et ratio huius est, quia s̄m hunc modum [Potestis] succedere prophetare. [Per singulos,]. i. omnes. s. [Vt sic oēs,]. i. maiores. [Discāt, & omnes,]. i. minores. [Exhortēntur.] Prou. 1. Audiens sapiens &c. Et si aliquis dicat, o Apostole, ego non possum tacere dum alius prophetat, vel cedere sedenti ex quo inceepi, quia non possum retinere spiritum, qui in me loquitur, secundum illud Iob 4. Conceptum sermonem tenere quis pōt? Ideo Apostolus hoc remouet cum dicit. [Et spiritus prophetarum &c.] Quasi dicat, immo bene pōt tacere, vel sedere, quia. [Spiritus prophetarum,]. i. spiritus qui dat prophetias, & ponit in plurali numero propter multas reuelationes eis instinctas. [Prophetis subiecti sunt,] quidem quantum ad cognitionem, quia sicut dicit Gre. † ꝙ non semper spiritus prophetiæ adest prophetis. Vnde non est habitus, sicut scientia. Sic. n. sequeretur, quod ēt quantum ad cognitionem eis subiectus esset, & possent uti eo quando eo uellent, & non uti: sed est quædam uis aut impressio a Deo, illuminans & tangens corda prophetarum, & tunc solum quando sic tanguntur, cognoscunt. Vnde nō est sic eis subiectus, nec secundum hoc intelligitur uerbum Apostoli, sed spiritus prophetarum sunt subiecti prophetis quantum ad pronuntiationem, quia. s. in eorum potestate est pronuntiare ea, quæ reuelantur eis quando volunt, & non pronuntiare. Et sic nihil valet excusatio, quia non cogit te spiritus quin tacere possis. Et ꝙ hoc sit uerum, probat cum dicit. [Non. n. est dissensionis &c.] Et facit talem rationem. Deus nunquam cogit ad id, unde oriantur rixa, vel dissensio: quia Deus non est dissensionis, sed pacis: sed si cogeret homines spiritus prophetiæ ad loquendū, tunc esset causa dissensionis: quia sic vellet semper loqui, uel non docere, vel tacere alio loquente, de quo alij turbarentur. Ergo spiritus sanctus non cogit homines ad loquendum

2. Corinth. vlti. Deus pacis & dilectionis erit vobiscum &c. Veruntamen, quia adhuc posset obijcere, ꝙ hoc non faceret, quia solum eis ista mādabat, & non alijs ecclesijs: unde & in grauamē posset ui deri, ideo Apostolus sub-

dit, hoc non solum in eis, sed etiam in omnibus ecclesijs docere: & hoc est, quod dicit: [Sicut in omnibus ecclesijs] sanctorum doceo scilicet de vsu linguarum & prophetię, supra primo. Idipsum dicatis omnes.

Mor. lib. 2. Cap. 41.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO VII.

HIC Apostolus ponit personas quibus interdicit vsum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quibus prophetiæ vsus interdicitur. Secundo, remouet obiectionem, ibi; [Si quid autẽ volũt &c.]

LECTIO VII.

Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Si quid autem volunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a uobis uerbum Dei processit, aut in uos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia Domini sunt mandata. Si quis aũt ignorat, ignorabitur. Itaq; fratres, æmulamini prophetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Oĩa aũt honeste & secundũ ordinẽ fiãt in uobis.

Circa primum duo facit. Primo, ponit mandatum de interdicto. Secundo, huius rationem assignat, ibi; [Nõ enim pmittitur &c.] Dicit ergo. Volo vt viri hoc modo utantur dono prophetiæ. sed; [Mulieres in ecclesia] nolo loqui, sed; [Taceant in ecclesijs.] 1. Timo. 2. Mulierẽ docere in ecclesia non permitto. Et rationem huius assignat Chrysostomus,† dicens, ꝙ semel est locuta mulier, & totum mundũ subuertit. Sed contra hoc vr̃, quia de multis mulieribus legitur, ꝙ prophetarunt, sicut de Samaritana. Ioan. 4. Et de Anna vxore Phanuel. Luc. 2. Et de Delbora. Iudi. 4. Et de Oldam propheta vxore Sellum. 4. Regum 22. Et de filiabus Philippi. Act. 12. Sup. 10. etiam dicitur, Omnis mulier orans, vel prophetans &c.

Ad Tit. 1. c. 2. Hom. 9.

Responsio, dicendum ꝙ in prophetia sunt duo, .s. reuelatio, & manifestatio reuelationis, sed a reuelatione non excluduntur mulieres, sed multa reuelantur eis sicut & uiris. Sed annuntiatio est duplex. Vna publica, & ab hac excluduntur. Alia est priuata, & hæc permittitur eis, quia non est prædicatio, sed annuntiatio: huius autem rationem assignat, dicens; [Non. n. permittitur eis loqui] .s. ab ecclesiæ authoritate, sed hoc est officium earum, ut sint subditæ viris. Vnde cum docere dicat prælationem & præsidentiam, non decet eas, quæ subditæ sunt. Ratio aũt quare subditæ sunt, & non præsunt, est, quia deficiunt ratione, quæ est maxime necessaria præsidenti. Et ideo dicit Philosophus in Politica sua, ꝙ corruptio regiminis est, quando regimen peruenit ad mulieres. Consequenter cum dicit: [Si quid volunt &c.] Quia possent aliqui dicere, ꝙ ad minus de dubijs possunt quærere in ecclesia: ideo Apostolus hoc excludit. & circa hoc duo facit.

Pol. lib. 4. c. 4.

Primo. n. remouet obiectionem. Secundo, rõnem assignat, ibi: [Turpe est &c.] Dicit ergo Dico ꝙ mulieres taceant in ecclesia, sed si aliquæ de quibus dubitant: [Addiscere uolunt, interrogent uiros suos domi.] 1. Timo. 2. Mulier in silentio discat cum omni &c. Huius aũt ratio est, quia turpe est non solum indecẽs: in mulieribus. n. commendatur verecundia. Ecclesia. 26. Gratia super gratiam &c. Si ergo in publico quęreret, & disputaret, signũ esset inuerecundiæ, & hoc est ei turpe, & inde est ẽt, ꝙ in iure interdicitur mulierib. officium aduocandi. Consequẽter cum dicit: [An a uobis sermo Dei &c.] Confutat contradicentes, & quia possent oẽs simul contradicere, uel ad minus sapientes inter eos: ideo circa hoc duo facit. Primo. n. confutat eos quantum ad totam eorũ ecclesiam. Secundo quantum ad sapientes tantum, ibi; [Si quis videtur &c.] Circa primum sciendum est, ꝙ causa quare populus consueuit contradicere Domino, uel rectori; est singularitas, Singularitas enim potest causari, uel ex prioritate in aliquo bono, uel excellentia. Et ideo Apostolus uolens contradicentes Corinthios cõfutare, excludit primo ab eis prioritatem, cum dicit; [An a uobis sermo Dei processit.] quasi dicat non, sed a Iudæis. Esa. 2. De Sion exibit lex & cæt. q. d. si in ecclesia Iudæorum facerẽ aliquas ordinationes contra ordinationes suas, possent contradicere, quia ipsi prius habuerunt uerbum Dei, sed uos non, quia non processit a uobis sermo Dei. Secundo, excludit ab eis excellentiã; [An in vos solos &c.] q. d. non solum vos credidistis, sed ẽt alij. Vnde vos non excellitis eos. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. & ideo debetis facere, ut alij faciunt. Consequẽter cum dicit. [Si quis autem videtur &c.] In speciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit; Primo, confutat eos: Secundo, respondet cuidam tacitæ obiectioni, ibi, [Si quis autem ignorat &c.] Dicit ergo, esto quòd tota ecclesia non contradicat, sed [aliquis qui vr̃ esse propheta &c.] Et dicit videtur, quia si contradicit non uere est propheta, uel sapiens seu spiritualis, quia non cõtradiceret. Dicit etiam, propheta & spiritualis, quia multi sunt spirituales, qui non sunt prophetæ, licet omnes prophetæ sint spirituales. Iste inquam, qui sic uidetur propheta & spiritualis

F non contradicat, sed cognoscat, idest sciat, quia ea, quæ scribo uobis, sunt mandata Dei, & non tantum mea. Quasi dicat, ex quo nullus ausus est mandatis Domini contradicere, & ea, quæ scribo, sunt mandata Dei, non audeat aliquis contradicere. secundæ Corinthiorum vltimo. An experimentum quæritis &cæt. Et ex hoc possumus colligere, quòd uerba Apostolorum sunt ex familiari reuelatione spiritussancti & Christi, & ideo seruanda sunt sicut præcepta Christi.

Vnde & signanter apostolus distinguit illa, quæ ex se mandat, cum dicit, De virginibus autem mandatum Domini non habeo. Sed posses dicere, O Apostole, quomodo ego cognoscam, quòd hæc sunt mandata Dei? nõ possũ hoc scire. hoc Apostolus excludit, dicens. Non valet tibi hoc, quia non debes ignorare. Quare? [Quia omnis ignorans &cæt.] Matth. 25. Amen dico vobis, nescio uos. Ex quo patet, quòd omnes tenentur scire ea, quæ sunt de necessitate salutis, quæ ipse prius mandat, & Apostoli, & prophetæ. Vel aliter, Si quis videtur &cæt. Vt sit confirmatio præcedentium, quasi dicat, Ita scribo, sed uos non potestis ea agnoscere propter eorum difficultatẽ, & quia simplices estis, sed vt sciatis, quod ea, quæ scribo, iusta sunt & honesta: Volo adducere testimonium prophetarum & spiritualium uirorum, H qui sunt inter uos, & ideo dicit. [Si quis autem &cæt.] supra secundo, Spiritualis iudicat omnia. Et ne aliquis dicat, non curamus scire ista, subdit quòd tenentur scire; [Quia omnis ignorans &cæt.] Esa. quinto. Propterea captiuus ductus &cæt. Psal. octuagesimoprimo. Nescierunt neque intellexerunt &cæt. [Itaque fratres mei &cæt.] Apostolus hic concludit generalem admonitionem.

Et circa hoc tria facit. Primo, monet eos ad appetitum omnium donorum, dicens, Itaque & loqui linguis & prophetare est bonum. [Aemulamini,] idest, desideretis.]Prophetare,] causa est, quia sicut dicitur Prouerb. 29. Deficiente prophetia dissipabitur populus. Et accipitur prophetare hic, secundum quod totum capitulum expositum est, & tamen licet desideretis prophetare, nolite prohibere loqui linguis, ne fiat dissensio. Secundo inducit ad modum debitum, cum dicit. [Omnia autem honeste,] ut scilicet uno loquente alij taceant, & mulieres in ecclesia I non loquantur, & similia. Roma. decimotertio. Sicut in die honeste ambulemus &cæt. Tertio, inducit eos ad congruum ordinem, cum dicit; Et secundum ordinem, ut. s. primo unus, & postea alius loquatur, & per partes, & similia quæ dicta sunt Iudicum 5. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sysaram pugnauerunt.

CAPIT. XV.

LECTIO I.

G Notum uobis facio fratres, euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: qua rõne prædicauerim

LECTIO VII.

Postquam apostolus instruxit Corinthios de ipsis sacramentis, & de re contenta, & significata in sacramentis, .s. de gratia & eius effectibus, hic consequenter instruit eos de re non contenta, sed significata in sacramentis, .s. de gloria resurrectionis, quæ non est contenta in sacramento, cum non statim habeat eã qui suscipit sacramenta, sed significatur gloria resurrectionis in ipsis, inquantum confertur in eis gratia, per quam ad beatitudi- K nem peruenitur.

Circa hoc aũt duo facit. Primo, præmittit tractatum de resurrectione. Secundo, per hoc probat resurrectionem cõem omnium hominum, ibi: [Si aũt Christus prædicatur &c.] Circa primum duo facit. Primo commendat euangelicã doctrinã. Secundo annuntiat, quæ oportet scire circa resurrectionem Christi, ibi; [Tradidi. n. uobis &c.] Commendat. n. eminentiam euangelicæ doctrinę quantum ad quatuor. Primo, quantum ad prædicantium authoritatem, quia ipsi apostoli. Et hoc est quod dicit, O fratres, continuando se ad præcedentia: [Facio uobis notum euangelium] quod idem est, ꝙ bona annuntiatio, quę incipit a Christo.

Vnde quicquid pertinet ad Christum, uel est de ipso Christo, dicitur euangelium; [Quod predico uobis,] quasi dicat, Illud quod prædicaui uobis de Christo, notum facio uobis

uobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi: quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus; & quia resurrexit tertia die secundum scripturas; & quia uisus est Cephæ, & post undecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam aut dormierunt. Deinde uisus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui nõ sum dignus uocari Apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia eius B in me uacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui. non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis.

vobis, idest, reduco vobis ad memoriam, quasi non sint noua ea quæ scribo. Philip. 3. Eadem scribere vobis &c. Prædicaui, ego. s. vobis: & alij Apostoli, alijs. Et in hoc apparet authoritas huius doctrinæ, quia a Christo, a Paulo, & ab alijs Apostolis. Hebr. 2. Quæ cum initium accepisset enarrandi. Secundo quantum ad cõem fidem omnium populorum, & ideo dicit; [Quod & accepistis] omnes: sed hoc August. dicit pertinere ad conuentiam huius fidei, faciẽs tale argumentum. † Ad credenda ea quæ sunt fidei, aut sunt miracula facta, aut non.

Si sunt facta miracula, habeo propositum, ꝙ dignissima & certissima est. Si non sunt facta, hoc est maximum omnium miraculorum, ꝙ per quosdam paucos conuersi sunt [ad] fidem infinita [multitu]do hominum, per paupẽres prædicantes paupertatem, ditiores per idiotas prædicantes ea, quæ rationem excedunt, conuersi sunt sapientes & philosophi Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Sed si obijciatur, ꝙ ẽt lex Machometi recepta est a multis. Dicendum est ꝙ non est simile, quia ille opprimendo & armorum subiugauit eos, sed isti Apostoli moriendo ipsi alios ad fidem duxerunt, & faciendo signa & prodigia. Ille. n. promittebat quædam, quæ ad delicias & lasciuias pertinent, sed Christus C & Apostoli terrenorum contemptum 1. Thes. 2. Cum accepissetis a uobis uerbum Dei &c. Tertio quantum ad uirtutem: quia confirmat & eleuat ad cœlestia. Ideo dicit. [In quo statis,] .i. eleuati ad cœlestia. Ille. n. dr̃ stare qui rectus est, & hoc solius Christi facit. Ro. 5. Iustificati ergo per fidem &c. Lex, n. vetus non faciebat stare, sed curuabat ad terrena. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti & uini. Quarto quantum ad utilitatem, quia sola noua lex perducit ad finem salutis, uetus aũt non. Heb. 7. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Et ideo dicit; [Per quod & saluamini.] Hic iam ex certitudine spei per inchoationem, ꝗ per fidem, saluamini, & in futuro in ueritate rei & spei. Iacob 1. In mansuetudine suscipite insitum uerbum &c. Io. 20. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, & ut credentes &cæt. Et apponit hic duas conditiones. Prima cum dicit. [Si tenetis &c.] Glo. sic exponit; Si tenetis qua rõne prædicaui uobis] illud euangelium, .i. resurrectionem mortuorum ea rõne, qua confirmaui uobis, i. per D resurrectionem Christi. Vel aliter, Saluamini ita tñ si tenetis, .i. si seruatis ea rõne qua prædicaui uobis euangelium Christi. Secundam conditionem ponit, cũ dicit, nisi frustra credidistis. Quasi dicat, Saluamini per fidem. [Si non frustra credidistis,] .i. si fidei addantur bona opera, quia fides sine operibus mortua est. Iacob. 2. Illud. n. dr̃ esse frustra, quod est ad finem quem non consequitur. Finis aũt fidei est uisio Dei. Vnde si nõ saluamini, frustra credidistis, non simpliciter, sed inquantũ non peruenit ad finẽ; uel aliter, si tenetis, quasi dicat, teneatis nisi frustra &c. [Tradidi enim.] Hic ostendit propositũ &c. Circa hoc tria facit. Primo ostendit originem doctrinę de resurrectione Christi. Secundo ostendit ea, quæ in doctrina hmõi continentur, ibi. [Quoniam Christus mortuus.] Tertio consonantiam, seu conuenientiam prædicantium ad hanc doctrinam, ibi. [Siue. n. ego &c.] Dicit E ergo primo, Istud debetis tenere, .i. memoria habere. [Quid tradidi uobis in primis,] & adhuc trado. Et dicit. [In primis,] .i. inter prima credenda. Credenda. n. uel pertinent ad Trinitatem, uel ad fidem incarnationis.

Et primo debet homo credere ea, quæ ad fidem incarnationis pertinent, & postea quæ ad Trinitatem pertinent. Vnde qd tradidi uobis in primis, .s. de incarnatione, & nõ a me, uel ex mea authoritate tradidi, sed; [Quod accepi] a Christo, uel a Spiritu sancto, .s. Paulus Apostolus &c. supra 11. Ego accepi a Dño &c. Esa. 21. Quæ audiui a Dño exercituum &c. Ea aũt quæ accepit & tradidit, sunt quatuor. s. mors, sepultura, resurrectio, apparitio Christi. Dicit ergo primo, tradidi uobis primo mortem Christi, & ideo dicit. Quoniam Christus mortuus est. In quo remouet duplicem suspicionem, quæ suboriri posset circa mortem Christi. Prima est, ꝙ mortuus esset pro peccatis suis actualib. uel originali. Et hoc excludit, cum dicit. Pro peccatis nostris, non suis. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum: primę Petr. tertio,

A Christus semel pro peccatis nostris &c. Alia suspitio est, ꝙ mors Christi esset casualis, vel violentia Iudæorum; & hoc excludit cũ dicit, [Secundum scripturas,] .s. veteris & noui testamenti. Et iõ signanter spãliter dicit s̃m scripturas. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est Hier. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimã &c. Matt. 20. Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Tradidi. n. uobis. secundo, sepulturam Christi, & ideo dicit. [Et quia sepultus est.] Sed nunquid sepultura est articulus fidei specialiter, quia facit hic mentionem specialiter de ea? Dicendum, ꝙ s̃m illos, qui numerant articulos secundum credenda, nõ est specialis articulus fidei, sed includitur cũ articulo passionis & mortis Christi. cuius rõ est, quia fides est eorum, quæ sunt supra rõnem. Vnde ibi incipit articulus fidei, ubi deficit ratio. Hoc autem primum est, quod Dominus sit conceptus, & ideo conceptio est articulus fidei. Secundum, quòd Deus est natus de uirgine, & ideo hic est alius. Tertium, quòd impassibilis patiatur & moriatur, & hic est alius, & cum hoc intelligitur etiam de sepultura: unde non est specialis articulus. Facit autem Apostolus hic mentionem de sepultura propter tria.

C Primo, ut ostendat ueritatem mortis Christi. Euidens enim mortis signum alicuius est, quod sepeliatur. Secundo, ad ostendẽdum ueritatem resurrectionis: quia si non fuisset sepultus, nec custodes fuissent iuxta sepulchrum illis dieb. possent dicere, quod discipuli fuissent eum furati. Tertio, quia Apostolus vult eos inducere ad fidem resurrectionis, & hoc uidetur magis difficile, ꝙ sepultus resurgat. Et de hoc dicitur Esa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 53. Dabit impios &c. Tradidi etiam uobis resurrectionẽ, quia resurrexit tertia die. Oseæ 6. Viuificabit nos post &c. Et etiam dicit; [Tertia die,] non quòd fuerint tres dies integri, sed duæ noctes, & vna dies per sinedochen. Et huius causa fuit, sicut dicit Aug. † quia Deus per suum simplum, i. per malum pœnæ, quod significatur per unum diem, destruxit nostrum duplum, idest pœnam & culpam, quod significatur per duas noctes. Tradidi etiam uobis quarto Christi apparitiones, quia uisus est Cephæ. Et ponit primo apparitiones factas alijs. Secundo D apparitiones factas sibi soli, ibi; [Nouissime.] Sciendum est autẽ circa primum, quòd apparitiones Christi non sunt factæ omnibus communiter, sed aliquibus specialibus personis. Act. 10. Dedit eum manifestum fieri &c. Et huius ratio fuit, ut seruaretur ordo in ecclesia, ut per quosdam speciales, fides resurrectionis deueniret ad alios. Notandum autem est, quòd apparitiones Christi non ponuntur hic omnes, nec illę quæ factæ sunt mulieribus. Ponuntur autem hic quædam, quæ non leguntur in euangelijs. Et horum ratio fuit: quia Apostolus vult ex ratione confutare infideles: & ideo noluit ponere testimonia nisi authentica, & ideo tacuit apparitiones mulierib. factas; & posuit quasdam quæ non inueniuntur, vt ostendat, quod etiam alijs pluribus apparuit: sed facit mentionem specialem de Petro & Iacobo, quia erant quasi columnæ, ut dicitur Gal. 2. Dicit ergo. [Tradidi uobis, quia uisus est Cephę] .i. Petro. Luc. vlt. Surrexit Dominus uere &c. Et credi- E tur, quòd inter uiros primo apparuit Petro, quia erat in maxima tristitia. Vnde & Angelus dixit Mar. vlt. Ite, dicite discipulis eius & Petro &c. [Postea,] .i. in alia vice. [Visus est undecim Apostolis.] Semel quidẽ uisus est decem tñ, qñ Thomas erat absens, & post octo dies undecim, qñ Thomas erat cum eis. Augu. dicit, ꝙ debet dicere duodecim, sed corruptum est uitio scriptorum, & dicit quòd non refert, quòd Iudas iam obierat, & Mathias nondum erat electus; quia consuetum est, quòd quando maior pars collegij facit aliquid, dicitur quòd totum collegium hoc facit.

De trin. lib. 4. c. 5.

De consens. euang. li. 3. c. 25.

Vnde quia Dñs elegerat duodecim, ideo põt dici, ꝙ visus est duodecim, idest toti collegio Apostolorum, sed non est uirũ, siue dicat duodecim, siue undecim. [Deinde] iterum: [Visus est plusquã quingentis fratrib.] Sed de hoc nihil legimus in sacra scriptura, nisi hoc quod hic dr̃. Potest tamẽ dici, quòd hæc apparitio fuit de qua loquitur Dionysius in tertio de diuinis nominib. quãdo omnes discipuli conuenerunt ad uidendum corpus, qd ferebat principẽ uitæ. Sed contra hoc uidetur esse, quia hoc fuit ante ascen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascensionem, qñ. s. Christus apparuit Iacobo. Sed cõgregatio discipulorũ ad uidendũ beatã Virginẽ, de qua vt loqui Dion y si fuit multum post. Et ideo melius vt dicendum, q̃ apparuit, tum gẽtis fratrib. simul ante ascensionem ista, & non refert, q̃ dr, discipuli er ant centum uiginti, quia licet illi qui erant in Hierusalem, essent centũ uiginti, tñ in Galilæa erãt multi discipuli, & forte omnes congregati sunt simul cũ apparuit. Et ut huius testimonium fit magis certum, dicit q̃ ex eis adhuc multi manent, i. viuunt, quidam aũt ex eis dormierunt, i. mortui sunt in spe resurrectionis. Et uocat sanctorum mortem, dormitionem: quia moriuntur carne corruptibili, ut resurgant incorruptibiles. Rom. 6. Christus resurgens, &c.] Deinde,] 1. post. [Visus est Iacobo] s. Alphæi. Et ratio huius pot assignari, quia ut legitur, Iacobus nouit se non sumpturũ cibũ, nisi prius videret Christũ; sed secundum hoc non seruaretur ordo apparitionis, quia si post oẽs numeratas apparitiones apparuisset Iacobo, numq̃ fuisset sine cibo, & hoc est difficile.

Et ideo dicẽdum est, q̃ ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialem deuotionem Iacobus ad Christũ habuit. Et de ista ẽt apparitione nihil habẽt in euãgelio. Deinde post hoc. s. visus est omnib. Apostolis in ascensione, ut legitur Matth. ult. & Act. 1. [Nouissime aũt omnium &c.] Hic apostolus cõmemorat apparitionem factam sibi soli. Et circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit ordinem apparitionis. Secundo, rõnem eius assignat, ibi. [Ego enim sum &c.] Dicit ergo ita, Dixi q̃ omnibus manifestatus est Christus, [Nouissime,] 1. vltimo, & post ascensionem: [Visus est & mihi tanquam abortiuo,] & ideo nouissime. Dicit aũt tanquã abortiuo propter tria. Abortiuus dr aliquis fetus, uel qua nascitur extra tempus debitum, vel cũ violentia educitur, vel quia nõ perducitur ad debitam quãtitatem, & quia hæc tria uidebat in se Apost. ideo dicit tanquam abortiuo. Primo enim ipse extra tempus aliorum Apostolorũ renatus est Christo. Nam alii Apostoli renati sunt Christo ante aduẽtũ spiritus sancti, Paulus uero post. Secundo, quia alii Apostoli spontanee conuersi sunt ad Christũ, sed Paulus coactus. Act. 9. Prostrauit eũ ad terrã &c. Et hoc multum ualet contra hæreticos, qui dicunt, quòd nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et sicut dicit Aug. plus profecit in fide Paulus cum coacte conuersus est, quam multi qui spõtanee venerunt. Tertio, quia reputat se aliis minorem, & nõ pertenuisse ad uirtutẽ aliorum Apostolorũ. Et ideo quasi rõnem assignans, dicit: [Ego enim sum minimus &c.] Circa hoc duo facit. Primo enim ostendit suã paruitatem. Secundo, rationẽ huius exponit, ibi. [Qũ persecutus sum &c.] Paruitatem aũt suã manifestat primo in cõparatione ad Apostolos cũ dicit. Ego enim sum minimus. Esa. 60. Minimus erit in mille, & parulus in gẽtẽ fortissimã. Eccl. 3. Quanto maior es &c. Et licet sit minimus in cõparatione ad Apostolos, posset tñ dici, q̃ est magnus in cõparatione ad alios, quia est Apostolus: & ideo secundo ostendit suã paruitatem in cõparatione ad alios, cũ dicit. [Qui non sum dignus,] non solũ esse, sed; [Vocari Apostolus,] licet uocer 2. Cor. 3. Non quod sufficiẽtes &c. Sed posses dicere, O Apostole propter humilitatem nullus debet dicere falsum: cũ ergo tu sis magnus, quare uocas te minimum? & ideo cum dicit: [Qũ persecutus &c.] ostẽdit quomodo sit minimus, & quomodo non minimus: minimũ aũt dicit se, considerando præterita facta sua & dicit, Non sum dignus &c. Quare? [Quia persecutus sum ecclesiam Dei,] quod alii Apostoli non fecerunt. Gal. 1. Supra modũ persequebar, &c. 1. tib. 1. Qui fui blasphemus, & persecutor &c. Et licet ex me sim minimus, tamẽ ex Deo non sum minimus, & ideo dicit, [Gratia Dei sum id quod sum.] Et circa hoc duo facit. Primo, commendat conditionem suam quantum ad statum.

Secundo, quantum ad executionẽ status, ibi. [Et gratia eius, &c. Dicit ergo primo, ex me nihil sum. sed id quod sum, gratia Dei sum, i. ex Deo, non ex me. Eph. 3. Cuius factus sum minister &c. Et dicit, id quod sum, quia homo sine gratia nihil est, supra 15. Si habuero omnem prophetiam &c. Sed qualiter usus sit & executus statum suum ostendit dicens. [Et gratia eius &c.] Vbi primo ostẽdit quomodo usus si gratia ista, quia ad bonũ, & ideo dicit, In me uacua nõ fuit. i. otiosa, quia ea usus est ad id ad quod data est sibi. Gal. 2. Non in uacuum cucurri &c. Secundo manifestat quomodo, alios excessit, & ideo subdit. [Sed abundãtius illis omnibus,] i. Apostolis sigillatim. [Laboraui] prædicando, quia nullus per tot loca prædicauit & annuntiauit Christũ. Vnde dicit Rom. 15. Ita q̃ a Hierusalem usq; ad Illiricum &c. Et ẽt usq; ad Hispaniam, operando, quia licet ipse sicut alii Apostoli posset exigere sumptus sibi necessarios, tñ specialiter voluit de laboribus manuũ quærere sumptus suos, ut ipse dicit 2. Thess. 3. Nocte & die manib. uostris &c. Tribulationes sustinendo. Nullus an. Apostolorũ tot persecutiones, & tribulationes sustinuit, ut ipse enumerat 2. Cor. 11. In laboribus plurimis, & carceribus. &c. Tertio ostendit usus efficaciã, quia hoc non a se solo, sed ex instinctu & adiutorio spiritus sancti, & ideo dicit; [Non autem ego] sol⁹ operor. [Sed gratia Dei mecum,] quæ mouet nolintem ad hoc. Esa. 26. Omnia opera nostra &c. Philipp. 2. Qui operatur in nobis uelle &c. Deus. n. non solum infundit gratiam, qua nostra opera grata fiũt & meritoria, sed etiam mouet ad bene utendum gratia infusa & hæc uocatur gratia cooperans. [Sive ego enim &c.] Hic ostendit concordiã prædicantium, & hoc potest dupliciter legi. Primo ut sit confirmatio dictorum, q. d. aliquis, Tu ista prædicas, sed tñ non credimus tibi soli, quia tu minimus es inter Apostolos. Ideo respondens Apostolus ait, Immo debetis mihi credere, quia ego, non prædico alia, Siue ego, siue alii Apostoli sic prædicamus. s. Christum resurrexisse & uisum fuisse &c. Et uos ẽ credidistis, sicut ego & illi prædicauerunt. s. quod Christus resurrexit, & uisus est &c. 2. Cor. 1. Habentes eundem spiritum &c. Secundo potest legi, ut efficacia prædicationis sit omnibus Apostolis ex uno, idest, a gratia Dei, q. d. [Sive ego prædicem, sive illi idest Apostoli, sicut prædicamus, hoc fecimus adiuti & firmati per gratiam Dei, & ẽtam, [Vos ipsi credidistis,] scilicet inspirati spiritu sancto, & gratia Dei, sine qua nihil facere possumus. Ioan. 15. Sine me ni hil potestis facere.

LECTIO II.

Supra Apostolus astruxit fidẽ per resurrectionem Christi, hic uero probat per resurrectionẽ Christi, resurrectionẽ mortuorũ futuram. Et primo probat futurã resurrectionẽ. Secundo ostendit qualitatẽ resurgentium, ibi. [Sed licet aliquis &c.] Tertio rõ describit ordinem resurrectionis, ibi: [Ecce mysterium vobis dico &c.] Circa primũ duo facit. Primo probat resurrectionem mortuorum futurum ratione sumpta ex resurrectione Christi. Secundo ratione sumpta ex uita sanctorum, ibi. [Alioquin quid facient &c.] Probat autem mortuorum resurrectionẽ ex resurrectione Christi tali rõne. Si Christus resurrexit ergo & mortui resurgẽt.

Circa ergo hanc rationem tria facit. Primo ponit conditionalem, scilicet, si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Secundo uero probat antecedens ipsius conditionalis, ibi. [Si autem resurrectio mortuorum &c.] Tertio probat conditionalem esse ueram ibi. [Nunc autem Christus resurrexit &c.] Dicit ergo primo, si quòd siue ego prædicauerim, siue illi. s. alii Apostoli, sic credidistis: sed si prædicatur a nobis, quod Christus resurrexit a mortuis, quomodo [quidam in nobis,] idest, inter uos dicũt &c. q. d. Si Christus resurrexit a mortuis secundum q̃ nos prædicamus. 1. Thess. 4. Si credimus, quòd Christus &c. nullus debet dubitare resurrectionem mortuorum futuram. Vnde Rom. 8. Qui suscitauit Iesum &c. Sed uidetur, quod hæc argumentatio non teneat, cum sit locus a maiori affirmando; quia licet Christus resurrexerit specialiter ex uirtute diuinitatis suæ, non sequitur, quòd alii homines resurgant. Sed ad hoc dicitur aliqui, quod non est locus a maiori, sed a simili. Mori enim & resurgere conuenit Christo ẽm humanam naturam, & dicunt q̃ est simile argumentum, sicut si diceremus, Anima fortis est immortalis; ergo omnes. s. animæ hominũ sunt immortales. Videtur autem quòd melius dicendum, quod sit locus a causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Et ideo secundum Glos. dicendum est. [Si Christus,] qui est causa efficiens nostræ resurrectionis. [Resurrexit, quomodo dicunt &c.] Sed tamen non est dicendum, q̃ sit causa efficiens tantum per modum meriti, quia resurgendo non meruit eam, cum iam esset comprehensor, & uniuersa gloriosa. nisi forte meriti resurrectionis mortuorum referatur ad passionem Christi. Nec est causa exemplaris tantum, ut quidam dicunt: sed est causa efficiens & exemplaris. Vnde Aug. dicit super Io. quòd uerbum caro factum uiuificat animas, & resuscitat mortuos. Sic ergo patet, q̃ si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Sed contra, Resurgere a mortuis est supra naturam

turam: hoc aũ tem non est nisi uirtutis infinitæ, quæ Deus est, nõ ergo resurrectio corporis Christi est causa efficiens resurrectionis mortuorum, cũ humanitas Christi, seu corpus sit creatura: licet Christo, vel de homine non possit dici, q̃ est creatura. Respõsio dicendum, q̃ inquantum Deus, siue inquãtum diuinitas est Christo, Christus est & exemplar, & causa efficiens resurrectionis mortuorũ per humanitatem suam, sicut per instrumentũ diuinitatis suæ. Ad illud q̃ obijcitur, dicendum, q̃ caro Christi seu humanitas, non dr facere effectum uirtutis infinitæ inquãtum caro, vel humanitas, sed inquãtum caro Christi, uel humanitas Christi. Sed quæritur adhuc. Nam posita causa sufficienti, statim ponitur effectus: si ergo resurrectio Christi est sufficiens causa resurrectionis mortuorum, statim deberent mortui resurgere, & nõ tñ differre. Respõdeo dicendum, q̃ effectus sequitur ex causis instrumentalibus ẽm conditionem causæ principalis. Et ideo, cũ Christi sit principalis causa nostræ resurrectionis, resurrectio uero Christi sit instrumentalis, resurrectio nostra sequitur resurrectionem Christi ẽm dispositionem diuinam, quæ ordinauit ut tali tempore fieret. Sed numquid si Deus non fuisset incarnatus, homines resurrexissent? Dicendũ uꝰ q̃ non, quia Christus non fuisset passus, nec resurrexisset. Dicendum est aũt ad hoc, q̃ hæc obiectio nulla est, quia quando aliquid ordinatur ab aliqua causa, debet argumentari ad illud, seruato ordine illius causæ. Et ideo dicendum est, q̃ Deus ordinauit resurrectionem mortuorum fore per istũ modũ: potuisset tamẽ & alius modus adhuc inuenire a Deo, si uoluisset. Deinde cum dicit. [Si autem resurrectio mortuorũ non est &c.] Probat antecedens. s. quòd Christus resurrexit, & hoc ducẽdo ad inconuenientia. Et circa hoc duo facit. Primo ducit ad inconuenientia. Secundo ostendit illa esse inconueniẽtia, ibi; [Inuenimur aũt & falsi testes &c.] Circa primum facit deductionem suã supponendo, quòd si Christus non resurrexit, neque mortui resurgent, quod si ita est, sequuntur duo inconuenientia.

Vnum est, q̃ inanis est prædicatio Apostoli & inutilis. Aliud est, quòd inanis est fides Corinthiorum. Vnde dicit. [Si autem Christus non resurrexit, inanis est &c.] Et hoc est quod dicit. Ex hoc, q̃ siue ego, siue illi, si sic prædicaut &c. Dicit ergo. Si aũt Christus non resurrexit, inanis est, idest falsa prædicatio nostra, quia sic credidistis, & hoc magnum est inconueniens, quòd prædicationem eorum non suffulserit ueritas, cum Apostolus dicat Philip. 2. Non in uacuum cucurri, neq; laboraui. [Inuenitur autem &c.] Hic ostendit illa duo esse inconuenientia. Et primo ostendit, quòd sit inconueniens, si prædicatio Apostolorũ esset inanis, seu falsa. Secundo ostendit, quòd sit inconueniens, si fides illorum esset inanis, ibi; [Quod si Christus non resurrexit, &c.] Ostenditur autem primum esse inconueniens, quia essent falsi testes non solum dicendo aliqua uana, uel aliqua contra aliquem hominem falsse, quod est mortale peccatũ: sed falsi testes aduersus Deum, quod est sacrilegium. Quia si Deus non suscitauit Christum a mortuis secundum quod nos prædicamus: [Inuenimur falsi testes, & si mortui non resurgunt, Deus non resuscitauit Christum a mortuis.] Iob 13. Numquid Deus indiget uestro mendacio? &c. Et hoc est peiissimum. s. quòd aliquid attribuatur Deo, quod non fecit, & laudare in eo, quod non est. Vnde dicit Aug. † Non minori, sed maiori fortassẽ scelere in Deo laudatur falsitas, quàm uituperetur ueritas. Cuius ratio est, q̃ intellectus noster nunquam potest tñ laudare Deum, quin deficiat a perfectione eius: & ideo si non totaliter intellectus omnem ueritatem possit de Deo intelligere, hoc est ad excellentiam Dei: sed si attribuitur aliquid Deo, quod non habet, uel non facit, vꝰ q̃ intellectus noster est maior Deo, & intelligat aliquid malus eo, quod si sibi fuisse attribuit. Et hoc cõtra illud 1. Ioan. 3. Deus maior est cordestro. [Quod si Christus.] Hic ostendit, q̃ inconueniens sit, si fides illorum esset inanis. Et hoc ostendit per tria inconuenientia, quæ sequuntur inde. Primum est, quia constat, quòd falsitas non habet uirtutem purgandi, sed constat quòd fides purgat peccata. Act. 15. Fide purificans &c. Si ergo fides nostra sit inanis, quod esset si Christus non resurrexerit, quia sic credidistis, scilicet, quod resurrexit, peccata uestra nõ sunt uobis dimissa. Et hoc est, quod dicit; [Adhuc estis in peccatis uestris.] Sed quia posset aliquis dicere, licet fides non purget peccata, possunt tamẽ purgari ab eis per bona opera: ideo addit ẽm inconueniens. s. q̃ mortui, qui non possunt purgari in alia uita perierunt absq; spe salutis, & ideo quasi concludens, dicit: [Ergo qui in Christo,] i. in fide Christi: [Dormierunt,] i. mortui sunt in spe salutis; [Perierunt:] quia in alia uita nulla sunt opera meritoria. Sed quia posset adh uc dicere, Non curo de peccatis, nõ curo de mortuis, dũmodo habeam in uita ista quietem & tranquillitatem: ideo addit tertium inconueniens cũ dicit: [Si in hac tñ uita &c.] Et innititur tali argumento. Si resurrectio mortuorũ non est, sequit̃ q̃ nihil boni habeatur ab hominib. nisi solum in uita ista, & si hoc est, tũc illi sunt miserabiliores, qui in uita ista multa mala, & tribulationes patiuntur. Cum ergo plures tribulationes Apostoli, & Christiani patiantur. sequitur q̃ sint miserabiliores cæteris hominib. qui ad minus perfruuntur huius mundi bonis. Sed circa hanc rationem, uidentur duo dubitanda. Vnum, quia non uꝰ, q̃ sit uerũ vniuersaliter q̃ Apostolus dicit. i. q̃ Christiani sint confidentes in hac uita tñ, quia posset dicere illi, q̃ licet corpora nõ habeãt bona nisi in uita ista, quæ est mortalis, tamen ẽm animã habent multa bona in alia uita. Ad hoc obuiatur dupliciter. Vno modo, quia si negetur resurrectio corporis, non de facili, immo difficile est sustinere immortalitatem animę. Constat enim, q̃ anima naturaliter unitur corpori, separatur aũt ab eo contra tuam naturã, & per accidens. Vnde anima exuta corpore, quãdiu est sine corpore, est imperfecta. Impossibile autem est, q̃ illud quod est naturale & per se, sit finitum, & quasi nihil & illud, quod est cõtra naturam, & per accidens sit infinitũ, si anima semper duret sine corpore. Et ideo Platonici ponentes immortalitatem, posuerũt reincorporationem. licet hoc sit hæreticum, & ideo si mortui non resurgunt, solum in hac uita cõbidentes erimus. Alio modo, quia constat q̃ homo naturaliter desiderat salutẽ suipsius, anima aũt cum sit pars corporis hominis, nõ est totus homo; & anima mea non est ergo. unde licet anima consequatur salutem in alia uita, non tñ ego, uel quilibet homo. Et præterea cũ homo naturaliter desideret salutem ẽt corporis frustraretur naturale desiderii. Secundum dubium est quia vꝰ, q̃ dato q̃ corpora non resurgant, nõ essemus nos Christiani miserabiliores cæteris hominibus, quia illi qui sunt in peccatis, sustinent maximos labores. Hier. 9. Vt ini que agerent, laborauerunt. Et Sap. 5. Dicunt impii, Ambulauimus uias difficiles. At uero de bonis & iustis dr Gal. 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Ad hoc dicendum, q̃ mala quæ sunt in hoc mundo, non sunt secundum se appetenda, sed secundum quod ordinantur ad aliquod bonum. Apostoli autem & Christiani multa mala passi sunt in hoc mũdo. Nisi ergo ordinarentur ad aliquod bonũ, essent miserabiliores cæteris hominibus. Aut ergo ordinantur ad bonum futurum, aut ad bonũ præsens; sed ad bonum futurum non ordinantur, si non est resurrectio mortuorum. Si autem ordinantur ad bonum præsens, hoc uel est bonũ intellectus, sicut philosophi naturales & pauperates, & alia multa mala passi sunt, ut peruenirent ad ueritatem. Sed ad hoc nõ possunt ordinari, si non est resurrectio mortuorum: quia sic fides eorum esset falsa, quia ipsi prædicauerũt resurrectionem futuram: falsitas autem non est bonum intellectus. Vel est bonum moris, sicut morales philosophi multa mala passi suot, ut peruenirent ad uirtutes & famã. Sed nec ad hoc ordinari possunt, quia si resurrectio mortuorum non sit, non reputatur uirtus & gloria uelle deelectabilia dimittere, & sustinere pœnas mortis & contemptus, sed potius reputatur stultitia. Et sic patet, quòd miserabiliores essent cæteris hominibus.

LECTIO III.

Nvnc autẽ; Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. quoniam quidẽ per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ.

LECTIO III.

Hic probat posita superius conditioaalem esse ueram. s. si Christus resurrexit, mortui resurgunt. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo se habeat resurrectio Christi ad resurrectionem aliorum. Secũdo ostendit ordinem resurrectionis, ibi; [Vnusquisque autem in suo ordine &c.]

Tertio ostendit finem resurrectionis, ibi. [Deinde finis &c.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit habitudinẽ resurrectionis Christi

Christi ad resurrectionem aliorum, per conditionalem prædictam probans hoc. Secundo, probat ipsam habitudinem, ibi; [Quoniam quidem &c.] Dicit ergo; [Nunc,] i. ex quo dicta inconuenientia sequuntur; [Si Christus non resurrexit,] ideo ad ipsa uitanda dicamus, ꝙ [Christus resurrexit.] Hoc autem uerum est secundum quod

Et sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij q sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cũ euacuauerit omne principatũ, & potestatẽ, & virtutem. Oportet autem illum regnare do-

Mat. vlt. dicitur, & alijs locis euangeliorum. Sed resurrectionis Christi habitudo ita se habet ad resurrectionem aliorum, sicut primitiæ fructuũ ad sequẽtes fructuus, quæ excedunt alios fructus tẽpore & melioritate, seu dignitate; & ideo dicit, quòd resurrexit, nõ sicut alij, sed [Primitiæ,] i. primo tempore & dignitate. Apoc. 1. Primogenitus mortuorum. Primitiæ dico dormientium, i. mortuorum, qui in spe resurrectionis quiescunt. Ex hoc potest inferri conditionalis posita, quia sicut dicimus, & verum est, Si Christum, qui est primitiæ dormientium resurrexit ergo & alij dormientes. Sed contrarium vr̃, s. ꝙ Christus non resurrexit primitiæ dormientium, quia Lazarus fuit resuscitatus a Christo nondum passo, & aliqui prophetæ suscitauerunt alios a mortuis, ut habetur in veteri testõ. Ad hoc dicendum, ꝙ duplex est resurrectio. Vna est ad uitam mortalem, & ad istam Lazarus, & alij qui suscitati fuerunt, resurrexerunt ante Christum. Alia ad uitam immortalem, & de hac loquitur hic Apostolus. Sed cõtra Mat. 27. dr̃, ꝙ multa corpora sanctorum surrexerunt. Cum ergo hoc legatur ante Christi resurrectionem, & constet, ꝙ non resurrexerunt ad uitam immortalem, vr̃ ꝙ adhuc restet quæstio prima, Responsio, Dicendum, ꝙ hoc quod Mat. dicit de resurrectione illorum, dicit per anticipationẽ, quia licet dicatur in tractatu de passione, non tunc resurrexerunt, sed post quam Christus resurrexit; [Quoniam quidem &c.] Hic probat habitudinẽ positam, s. ꝙ Christus sit primitiæ dormientium. Et primo, probat in generali. Secundo, in speciali, ibi; [Et sicut in Adam &c.] Probat in generali tali ratione Deus uoluit reintegrare humanã naturã: sed humana natura corrupta est per hominẽ, quia mors intrauit per hominem. pertinebat ergo ad dignitatem humanæ naturæ, vt reintegraretur per hominem: hoc aũt est, vt reducatur ad uitam: conueniens ergo fuit, sicut mors intrauit per hominẽ. s. per Adam, ita; [Resurrectio mortuorum] fieret; [Per hominem,] s. per Christum. Ro. 5. Si. n. vnius delicto &c. [Et sicut in Adã.] Hic probat idẽ in speciali dicens, ꝙ sicut in Adam oẽs morimur morte corporali, ita & omnes uiuificamur in Christo. Ro. 5. Per vnum hominem &c. Et non dicit per Euam, quod vr̃ contra illud Eccl. 25. Per illam oẽs morimus. Dicendum, quod hoc est per illam Euam. s. suggerentem, sed per Adam sicut causantem. Nam si solum Eua peccasset, peccatum originale non fuisset traductũ in posteros, [Viuificabuntur inquam, in Christo. s. boni, & mali uita naturæ: sed uita gratiæ non nisi boni: sed tñ Apostolus loquitur hic de resurrectione ad uitam naturæ, ad quam oẽs uiuificabuntur Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam hr̃e, i. uiuificandi virtutẽ Io. 5. Oẽs, qui in monumentis sunt &c. [Vnusquisq; aũt in suo ordine &c.] Hic ostendit ordinẽ resurrectionis. Et primo insinuat ipsum ordinem. Secundo, manifestat id qđ dixerat, ibi; [Primitiæ Christus &c.] Dicit ergo quod uerũ est, ꝙ oẽs in Christo uiuificabunt̃, sed tñ differẽter, quia differentia erit inter caput, & mẽbra: & differentia quantum ad bonos, & malos. Et iõ dicit ꝙ; [Vnusquisq;] resurget. [In suo ordine,] s. dignitatis. Ro. 13. Quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt.

Sed hunc ordinem consequenter manifestat, quia; [Primitiæ Christus,] quia ipse est prior tempore, & dignitate, quia plus de gloria. Ioan. 1. Vidimus eum quasi unigenitum &c. Deinde resurgent oẽs. [Qui sunt Christi] posteriores tempore & dignitate, isti sunt qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs &c. Gal. 4. At ubi uenit plenitudo 1. Tim. 6. Serues mandatũ sine macula irreprehensibile usq; in aduentum dñi nostri. Qui aũt Christi, exponit, dicẽs. [Qui crediderunt] per fidem, p dilectionem operantem Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. [In aduentum eius,] primo & secundo. Sed sciendum, ꝙ inter alios sanctos non erit ordo tp̃is, quia omnes resurgent in ictu oculi, sed bene secundum dignitates, quia Martyr resurget, ut Martyr; Apostolus ut Apostolus, & sic de alijs. [Deinde finis.] Hic ostendit finẽ resurrectionis, & hunc duplicẽ, Vnum quantum ad adeptio-

F nem boni. Alium quantum ad remotionem mali, ibi; [Oportet illum regnare &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd adeptio ipsius boni consistit in inhęrentia ad Deum. Secundo ostendit, quod in immediata inhęrentia, ibi. [Cum euacuauerit &c.] Dicit ergo ꝙ deinde, idest, post hoc, erit finis resurrectionis

nec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum aũt dicat. Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Cũ autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus

G erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.

& finis huiusmodi erit, ut uiuant uita corporis & uoluptatibus ut Iudæi, & Saraceni fingunt, sed quòd inhęreant Deo per immediatam uisionem & beatam fruitionem, & hoc est tradere regnum Deo & patri. Et ideo dicit. [Cum tradiderit,] idest, perducerit. [Regnum] i. fideles suos, quos proprio sanguine acquisiuit. Apoca. quinto. Redemisti nos Deo in sanguine tuo: [Deo & patri,] i. ante conspectũ Dei, i. creatoris sui inquantum est homo, & patris inquãtum est Deus. Et hoc est quod petebat Philippus Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem &c. Sed sic tradet, ut sibi non adimat, immo ipse unus Deus cum patre & sancto spiritu regnabit. Vel: [Cum tradiderit regnum Deo & patri,] i. cum ostendet Deum patrem regnare. In scriptura. n. tunc dicuntur aliqua fieri, quãdo primo innotescunt, & huiusmodi innotescentia fit per Christum. Mat. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui &c. [Cũ euacuauerit.] Hic ostendit immediationem dictæ inhærentiæ. Sicut enim dr̃ Gal. 4. Quanto tp̃e hæres paruulus est, est sub tutoribus &c. Sed qñ iam est magnus & perfectus, tunc immediate absq; pedagogo & tutore sub patre est in domo. Status aũt huius uitæ præsen-

H tis assimilatur pueritiæ, & ideo in uita ista sumus sub angelis sicut sub tutoribus, inquantum præsunt nobis & dirigunt nos. Sed qñ tradetur regnum Deo, & patri, tunc immediate erimus sub Deo, & cessabunt omnia alia dominia: & hoc est quod dicit; [Cum euacuauerit omne principatum, & potestatẽ, & uirtutem.] i, cum cessauerit omne dominium tam humanum, quàm angelicum; tunc immediate erimus sub Deo. Esa. 2. Exaltabitur dñs solus in die illa. Hier. 31. Non docebit ultra vir proximum suum &c. Sed nunquid non remanebunt ordines angelorum distincti? Dicendum ꝙ sic, quantum ad eminentiam gloriæ, qua unus alteri præeminet, sed non, quantũ ad efficaciam executionis ad nos, & ideo illos dicit euacuari, quorum nomina pertinent ad executionem, s. principatus, potestates, & uirtutes. Illos aũt qui sunt in superiori hierarchia, non nominat, quia non sunt exequẽtes. Nec angelos, quia est nomen commune. Dominationes aũt non dicit euacuari, quia licet sint de exequentib. non tñ ipsi exequuntur, sed dirigunt & imperant. Dominorum. n. est dirigere & imperare, non exequi. Archangeli uero intelliguntur cum principibus:

I archos. n. idem est ꝙ princeps. Hi tres ordines ẽm Greg. ponuntur descendendo, quia secundum ipsum, principatus sunt super potestates, & potestates super uirtutes; sed ẽm Dio. ascendendo, quia uult ꝙ uirtutes sint super potestates, & potestates super principatus. Vel aliter, [cum euacuauerit &c.] i. tunc erit notum ꝙ principatus & potestates, & dominationes nihil potestatis habuerunt ex seipsis, sed a Deo, ex quo sunt oĩa. Deinde cum dicit; [Oportet aũt illum &c.] Ostendit Apostolus finem resurrectionis, quo ad remotionẽ mali; quod quidẽ ostendit per destructionẽ oĩum inimicorum ad Christum. Et primo ponit ipsorum destructionẽ. Scdo subiectionis perfectionẽ, ibi. [Nouissime autem &c.] Tertio subiectionis finem, ibi. [Cum aũt subiecta fuerint.] Dicit ergo primo, Dixi ꝙ finis erit, cum tradiderit regnũ Deo & patri. Sed nunquid Christus habet regnum, ita ꝙ oportet illum regnare? sic. n. dr̃ Mat. ultimo. Data est mihi, &c. Luc. 1. Et regna-

K bit in domo Iacob; [Oportet,] inquam. [Donec ponat inimicos suos sub] pedibus eius. Sed nunquid modo non sunt inimici eius sub pedib. eius, i. sub potestate Christi? Dicẽdum, ꝙ modo inimici Christi sunt sub potestate eius; sed dupliciter. Vel inquantum per ipsum conuertuntur, sicut Paulus, quẽ prostrauit Act. 9. Vel inquantum Christus facit uoluntatem suã, ẽt de his, qui faciunt hic contra uoluntatẽ Christi. Sic ponit inimicos suos sub pedibus suis, puniendo eos; sed in futuro ponet sub pedib. i. sub humanitate Christi. Sicut. n. per caput deitas Christi intelligitur, quia caput Christi, Deus, 1. Cor. 11. ita per pedem, humanitas, psal. 131. Adorabimus in loco ubi steterũt pedes eius &c. Sic ergo inimici erunt non solũ sub deitate, sed ẽt sub humanitate Chri. Ph. 2. In nomine Iesu omne genu &c. Sed quid est quod dicit? Donec ponat.

&c. Nunquid non regnabit priusquã posuerit inimicos sub pedibus? Dicendum, ꝙ hoc potest intelligi dupliciter, nã ly Donec, qñque determinat tempus, & ponitur pro finito: sicut si dicerem, non uidebo Deum donec moriar, quia vsque tunc non uidebo, sed postea uidebo. Quandoque ponitur pro infinito sicut cũ dicitur, Non cognouit eam donec peperit filium suum. Non ꝙ velit dicere, ꝙ non cognouit eam solũ vsque ad partum filii, sed nec ẽt postea vnquã cognouit: sicut dicit Hiero. Iste modus seruatur qñ aliqui intendũt excludere illa solum de quib. est dubiũ. Vnde euangelium exclusit illud solum, quod vr̃ esse dubium. s. ꝙ Ioseph cognouisset beatã uirginem ante partum. Hoc vero, ꝙ post partum non cognouit eã, nulli est dubium, cum tot mysteria pueri uiderit, & toties ab angelis mõnitus sit, & adoratus ẽt a Magis fuisset, unde poterat eã iam matrem cognoscere, & ideo non curauit hoc excludere: sic ẽt loquitur hic Apostolus. Quòd enim aliquis regnet adhuc inimicis non subiugatis, vr̃ esse dubium: sed ꝙ regnet postquã inimici subiugati sunt, nulli est dubiũ: & ideo illud excludit principaliter, dicens; [Donec ponat &c.] Quasi dicat, verum est, quòd Christus habet regnum: & licet sint aliqui inimici, dum non faciunt voluntatem suam, tamen regnat donec ponat, &c. Potest etiam alio modo intelligi, donec ponat &c. ut ly. [Donec, determinet tempus, & ponatur pro futuro, ut dicatur sic: [Oportet illum regnare. [Sed quando? [Donec ponat &c.] Quasi dicat, usque tunc regnabit, quousque ponat inimicos sub pedibus, postea

LECT. IIII.

A Lioquin quid facient, qui baptizãtur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Ie

C uero non regnabit. Sed secundũ hanc expositionem, regnare nõ importat regnum habere, sed in regnando proficere, & regnũ augeri: & hoc quantum ad manifestationem perfectã regni Christi. q. d. Regnum Christi paulatim proficit, inquantum. s. manifestatur, & innotescit, [donec ponat inimicos sub pedibus,] idest quousque omnes inimici regnare eum fateantur. Boni quidem cum gaudio beatitudinis: mali uero cum cõfusione, & postea nõ regnat, idest regnum suum non proficit, & non amplius manifestatur, quia iam plene manifestum erit. Sic ergo patet omniũ aduersantium subiectio, quæ quidem subiectio perfectissima erit, quia ẽt illud quod maxime inimicatur, subijcietur sibi; hoc autẽ est mors, quæ maxime cõtrariatur uitæ; & ideo dicit, Nouissime aũt &c. ubi tria facit. Primo ponit subiectionem mortis. Secũdo probat hoc per authoritatem, ibi. [Omnia enim subiecit, &c.] Tertio ex ipsa authoritate arguit, ibi. [Cum autem dicat &c.] Dicit ergo, dixi ꝙ omnes inimicos subiecit sub pedibus eius. Sed

D qualiter? perfectissime, inquam, quia [Nouissime inimica mors destruetur,] s. in fine, quia non poterit esse cum uita, ubi omnes per resurrectionẽ uiuent. Osee 13. Ero mors tua, o mors. Esa. 25. Præcipitabit mortẽ in sempiternũ. Sciendum est autem ꝙ Origenes ex hoc uerbo sumpsit occasionem erroris sui, quem ponit in Periarchon. Ipse enim uoluit. ꝙ pęnæ damnatorum essent purgatoriæ & non æternæ, & uoluit, ꝙ omnes, qui sunt in inferno, qũque conuerterentur ad Christum & saluarentur, & etiam diaboli. Et hoc confirmat per ista uerba. [Donec ponã inimicos &c.] Et intelligit, ꝙ hoc, quod dicitur inimicos sub pedibus: solũ intelligitur de subiectione, quæ fit per conuersionem peccatorum ad Deum, non de subiectione qua sunt subiecti Christo etiam illi, qui nunquam conuertuntur ad Christum inquantum punit eos in inferno. Et ideo dicit; [Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedib.] quia tunc oẽs damnati, & qui sunt in inferno saluabuntur, inquantum, scilicet conuertentur ad ipsum, & seruient ei, & non solum ipsi homines damnati; [Autem,] pro sed;

E [Nouissime ipsa mors,] i. diabolus.] Destruetur,] non ꝙ non sit omnino, sed ꝙ non sit mors, quia ẽt ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est hæreticum & damnatum in cõcilio. Iterum sciẽdum est, ꝙ Apostolus signanter posuit hoc quod dicitur, [Nouissime aũt &c.] Ad remouendũ duas quæstiones, quæ possent fieri circa prædicta de resurrectione. s. utrum Christus posset uiuificare mortuos? Et hoc soluitur; quia omnes inimicos posuit sub pedib. eius, & ẽt ipsam mortẽ. Et quare nõ statim oẽs resuscitauit? Ad quod r̃ndetur, ꝙ oportet, ꝙ primo subiiciat inimicos sub pedib. & nouissime cum destruetur ipsa mors, tunc resurgent omnes ad uitam. Non ergo differt, quia non potest, sed ut seruet ordinem, quia q̃ a Deo sunt, ordinata sunt. Quòd aũt ipsa mors subiũ-

A ciatur Christo, probat per authoritatem Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedib. i. sub humanitate eius. s. Christi. Phil. 2. Omnis lingua &c. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. Ex hac aũt authoritate argumentatur, dicens; [Cum aũt dicat &c.] Et est ratio sua talis. Propheta dicit omnia subiecisti &c. Sed dicendo, omnia constat, ꝙ nihil exclusit, nisi illũ qui subiecit. ergo subiecta sũt Christo omnia & ipsa mors. Dicit ergo; [Cũ aũt dicat] psalmista. s. [Omnia subiecta sunt ei] s. Christo, inquantũ homini præter eũ. s. patrẽ, qui subiecit sibi omnia. Hebr. 2. In eo, qui omnia sibi subiecit &c. Mat. ulti. Data est mihi omnis potestas &c. Sed contra si pater subiecit omnia

su domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & no-

B lite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerẽtiam nobis loquor.

filio, ergo filius est minor patre. Responsio. Dicendum est, ꝙ pater subiecit omnia filio inquantum est ut homo, ut dictum est, & sic pater est maior filio. Est enim minor patre ẽm humanitatem, æqualis uero ẽm diuinitatem. Vel dicendum, ꝙ etiam ipse filius inquantum Deus subiecit sibi omnia, quia sic potest omnia, quę pater potest. Philip. 3. Saluatorem expectamus &c. ẽm operationem qua potens est subiicere omnia. Consequenter cum dicit; [Cum aũt subiecta fuerint illi omnia &c.] Ostendit finem huius resurrectionis non esse in humanitate Christi, sed ulterius perducetur rationalis creatura ad contemplationem diuinitatis, & in ea est beatitudo nostra, & finis noster ipse Deus est, & ideo dicit; [Cum autem subiecta &c.] Quasi dicat. Nondum Deus subiecit omnia Christo. sed cũ omnia fuerint ei subiecta. s. Christo, tunc

C ipse filius ẽm humanitatem subiectus erit illi. s. patri. Io. 14. Pater maior me est: ꝙ subiectus est, nunc ẽt Christus ẽm quòd homo patri: sed hoc tunc manifestius erit. Et ratio huius subiectionis est: [Vt sit Deus omnia in omnibus,] idest ut anima hominis totaliter requiescat in Deo, & solus Deus sit beatitudo. Modo. n. in uno est uita, & salus, & uirtus in alio, & gloria in alio, sed tũc Deus erit uita, & salus, & uirtus, & gloria, & omnia. Vel aliter ita: [Vt sit Deus omnia in omniubs.] quia tunc manifestabitur quòd quicquid boni habemus, est a Deo.

LECTIO IIII.

O Stensa resurrectione mortuorũ, ex resurrectione Christi, hic consequenter ostendit resurrectionem mortuorum ex uita sanctorum. Et circa hoc duo facit. Primo probat propositũ. Secundo subiungit ammonitionem, ibi; Nolite seduci &c.] Pro-

D bat aũt propositum ducendo ad tria inconuenientia. Primũ incõuenienś est, ꝙ frustraretur deuotio hominum ad baptismũ. Secũdũ est, ꝙ frustraretur labor sanctorũ. & hoc ponit, ibi. [Vt quid & nos periclitamur &c.] Tertiũ est, ꝙ daretur occasio fruẽdi uoluptatib. Et hoc ponit, ibi: [Manducemus & bibamus &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ponit primũ inconueniens. Secũdo, explicat illud, ibi: Si omnino mortui &c.] Dicit ergo primo. Dixi quòd mortui resurgunt; [Alioquin.] s. si nõ est resurrectio mortuorum futura, ut nos prędicamus; [Quid facient, qui &c.] hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut per hoc, ꝙ dicit mortui, intelligantur opera peccati, quæ sunt mortua, quia carẽt uita gratiæ & ducunt ad mortẽ. Heb. 9. Sanguis Christi emũdabit &c. Et ẽm hoc plana est litera: [Quid]: s. [Facient illi qui baptizantur pro mortuis,] idest pro peccatis abluendis, si non sint uitam gratiæ habituri? Alio modo, quia quidam tũc temporis uolebant, ꝙ homines possent primo baptizari, ut sibiipsis remis-

E sionem peccatorum consequerentur, & iterum baptizabantur pro aliquo consanguineo suo defuncto, ut ẽt post mortẽ dimitterentur ei peccata. Et secundum hoc sit litera; [Quid facient: qui baptizantur pro mortuis,] s. consanguineis, pro quorũ salute baptizantur, si non sit resurrectio mortuorum? sed isti in aliquo commendari possunt, s. in hoc, ꝙ fidem resurrectionis uidebantur habere, sed in aliquo possunt reprehendi, in hoc. s. quod unum credebant posse pro alio baptizari. Sed tunc est quæstio. Si oratio unius prodest alteri, quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio: una est, quòd opera, quæ faciunt uiui, prosunt mortuis propter unionem charitatis, & fidei.

Et ideo non prosunt nisi illis, qui decedunt cum charitate & fide. Vnde infidelibus, nec oratio, nec baptismus uiuorum prosunt, tamen oratio prodest illis, qui sunt in purgatorio. Aliare-

Universidad de Deusto Biblioteca

responsio,& melior, quia bona opera valent mortuis,non solum ex ui charitatis: sed et ex intentione facientis. Sicut si ego dicerē psalterium pro aliquo, qui est in purgatorio, qui tenebatur dicere,ut satisfaciā pro eo, valet quidem quantum ad satisfactionem solum illi,pro quo dico. Dicendū est ergo ſm hoc, ꝙ baptismus non habet uirtutē ex intentione nostra, sed ex intentione Christi. Intentio autem Christi est ut baptismus illis proficiat,qui ī Christi fide baptizātur. Cōsequenter istud inconueniēs explicat, dicēs, Si omnino &c.]Et ista explicatio vr̄ magis cōuenire secundæ expositioni supra positæ q.d. Vt quid baptizantur pro illis,i.pro mortuis, si non resurgunt? sed si secundum primam expositionem exponatur, tunc sic potest dici. [Si omnino mortui non resurgunt] ut quid ēt baptizantur pro illis, i.pro peccatis cum ipsa nō dimittantur? [Vt quid periclitamur &c.] Hic ponit ſm inconueniens,& circa hoc duo facit. Primo,ponit incōuenіens in cōi. Secundo,in speciali,ibi; Quotidie &c.]Dicit ergo non solum frustra baptizantur aliqui pro remissione peccatorū, sed nos etiam frustra affligimur, si resurrectio mortuorū nō est; hoc est quod dicit: [Vt quid.] & nos sancti Apostoli: [Periclitamur,] i.pericula patimur omni hora. 2.Cor.11. Periculis fluminū,periculis &c.Constat enim,quòd sancti exponunt se tribulationibus & affligunt seipsos propter spem uitæ æternæ, ſm illud Ro.5.Non solum autem,sed & gloriamur &c. [Spes aūt nō confundit &c.] Si ergo resurrectio mortuorum nō fit totaliter, spes derit. Frustra ergo affligerent se,si mortui non resurgūt. Nec obstat si dicatur, ꝙ anima separata præmiatur, quia ut probatū est, supra,non posset probari,ꝙ anima esset mortalis. Consequenter cum dicit; [Quotidie &c.] Enumerat pericula in speciali, & primo quantum ad personam. Secundo,quantum ad locum,ibi; [Si secundum homines ad bestias &c.] Manifestat ergo in speciali pericula,quantum ad personam suam. vnde dicit: [Quotidie morior &c.] Quasi dicat. Non quæcunque pericula patimur,sed ēt mortis, quia; [Quotidie morior,] idest sum in periculis mortis, Psal. 43. Propter te mortificamur tota die. Et hoc ostendit Apostolus Rom. in persona Apostolorum esse dictum 2. Corinth.4. Semper mortificationem &c. [Propter gloriam uestram,] i. vt ego acquiram gloriam, quam expecto ex uestra conuersione ad fidem 1.Thes.2.Vos estis gloria nostra,& gaudium habeo, idest spero me habiturū in Christo Iesu domino nostro, idest per charitatem Christi. Alia litera habet per gloriā &c. Et tunc ly: [Per gloriam] est uerbum iurantis. q.d. [Per gloriam uestram,] quā scilicet expectatis,quæ est Deus,ac si diceret. Iuro per Deū, quē habeo in spe in Christo Iesu, idest per passionem &c. Ex quo apparet,ꝙ etiam Apostolus iurauit, & quòd in uiris perfectis iurare non est peccatum; Si secundum hominem &cæt.] Hic specificat pericula quantum ad locum. Vbi sciendum est,quòd hoc legitur. Act.19. vbi dicitur, quòd cum Paulus apud Ephesum multos conuertisset ad fidem,quidam concitauerunt contra eū populum, intantum quòd non esset ausus exire in theatrum, & quòd multa pericula sit ibi passus. Ergo forte facit hic de hoc mentionem, quia euicino passus hoc fuerat.

Dicit ergo; [Si secundum hominem,] idest secundum rationem,ex qua homo est, hoc disputando de resurrectione concludens,quòd homo non moritur sicut bestia: [Pugnaui ad bestias,] idest ad homines bestialiter uiuentes ad Ephesum. Vel; [Si pugnaui ad bestias Ephesi,] & hoc dico non ex reuelatione diuina sed [Secundum hominem,] idest ex instinctu humano si tot pericula passus sum &c.

Deinde cum dicit; [Manducemus &c.] Ponit tertium inconueniens,quod est,si resurrectio mortuorum non esset,daretur occasio fruendi uoluptatibus. Quasi dicat si non est alia uita, stulti sumus si affligimus nos, sed: [Manducemus & bibamus,] idest vtamur delicijs & fruamur uoluptatibus. Sap.2. Non est qui sit agnitus &c. Venite fruamur &c. [Cras enim,] idest in proximo [Moriemur,] totaliter enim deficiemus in anima & corpore, si mortui non resurgunt.

Deinde cum dicit; [Nolite seduci.] Ex prædictis cōcludit ammonitionem,& primo,quantum ad infirmos. Secundo uero quātum ad perfectos,& iustos,ibi; [Vigilate iusti &c.] Circa primū duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens, [Nolite seduci.] Quasi dicat dictum est,quod si resurrectio mortuorū nō sit,stultum esset nō uti lasciuijs & uoluptatibus. Ne ergo ad lasciuias inducamini,nolite seduci ab his,qui negant resurrectionē. Colo.2.

LECTIO V.

Sed dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur, & quid seminas? Nō corpus,quod futurum est seminas, sed nudum granum,ut puta, tritici,aut alicuius cæterorū. Deus autem dat illi corpus sicut uult & vnicuique seminum propriū corpus.

F Videte ne quis vos seducat &c. Secundo rationem an[...] gnat, dicens: [Corrumpunt &c.] q.d. Ideo nolite seduci, quia [...] Colloquia mala] illorum. [qui negant resurrectionem.] Corrumpunt bonos mores.] 2.Timoth.2. Sermo eorum serpit,ut cancer Hiero.dicit,ꝙ hoc est sumptum ex dictis gētilium, & est uersiculū Menandri. Et ex hoc,ut ipse dicit, [...]gumentum habem[...] ꝙ licet nobis [...] sacra scriptura [...] thoritatib. gentil[...] Deinde cum dicit; [Vigilate &c.] Ponit [...] monitionem qu[...] ad perfectos. Possent dicere, ꝙ a colloq[...] illorum debent cauere infirmi, qui de facili seducuntur [...]

G autem non sic seduci possunt. Apostolus autem uult, quod [...] perfecti sint cauti. Vnde circa hoc duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens: [Vigilate iusti,] idest, uos qui reputamini iusti, vigilate, idest soliciti sitis, Matth.24. vigilate, quia nescitis &c. Apoc.16. Beatus qui uigilat &c. Secundo rationem assignat, dicens: [Nolite &c.] Et hanc duplicem, quarum unam propter ipsos. Nullus enim est adeo perfectus quin debeat sibi cauere a peccatis. Inertia autem & torpor frequenter inducit ad peccatum, vnde ne peccent inducit eos ad uigiliam, & ideo dicit; [Et nolite peccare,] idest ne peccetis. Tob.4. In mentem habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias. Aliam rationem addit propter alios: quia non solum propter seipsos sint soliciti, sed propter alios ne illi seducantur, & hoc est, quod dicit. [Quidam enim habent ignorantiam Dei,] idest non rectam fidem Ro. Ignorantes Dei iustitiam &c. [Et hoc loquor uobis ad reuerentiam uestram,] ut sitis cauti; uel ad uerecundiam uestram, quia

H verecundum est uobis, qui reputamini sapientes, & instructi in fide, quòd sint aliqui inter uos ignorantiam Dei habentes, idest non rectam fidem.

LECTIO V.

Svperius Apostolus probauit resurrectionem mortuorū, [...] ostendit qualitatem & modum resurgētiū. Et circa hoc [...] facit. Primo mouet quæstionem circa qualitatē resurgentium. Secundo soluit,ibi: [Insipiēs tu &c.] Circa resurrectionem fuerunt duo errores. Quidam enim totaliter negabant resurrectionem mortuorū futuram. Cum enim non considerarent nisi principia naturæ & posse & uiderent, ꝙ secūdum principia naturæ [...] se, nullus de morte potest redire ad uitam, nec cæcus potest recuperare visum; ideo totaliter negauerunt resurrectionem, ex quorum

I persona dicitur. Sap.2. Vmbræ transitus est tempus nostrum &c. Et ibidem, de nihilo nati sumus &c. Iob 14. Putasne mortuus homo rursum uiuat? &c. Alij autem dixerunt resurrectionem mortuorum futuram esse, sed dicebant quòd resurgent ad eundem modum uiuendi, & ad eosdem actus. Et hoc [...] fuerunt quidam Philosophi. qui dicunt post multa annorum curricula, Plato adhuc resurget, & habebit eosdem scholares Athenis, quos aliquando habuit. Hoc etiam asserunt Pharisæi [...] 22. de muliere septem uirorum, unde dicebant. In resurrectione cuius erit? Saraceni ēt fingunt, quòd habebunt post resurrectionem uxores, & voluptates, & delicias corporales; Iob 20. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Contra quod dicitur Matt.22. Quod erunt sicut angeli Dei in cœlo. Has duas quæstiones mouet hic Apostolus, Primam cū dicit: [Quomodo resurgunt mortui?] quomodo est possibile, ꝙ mortui [...] sunt cinis, possint resurgere? Secundam cum dicit? [Quali

K autem corpore uenient?] quasi dicat: Nunquid cum tali corpore resurgent cum quali sumus modo? Has duas quæstiones soluit cum dicit: [Insipiens &c.] Primo soluit secundam. Secundo uero soluit primam, ibi: [Ecce mysterium uobis dico &c.] Ad intellectum autem eorū quę Apostolus ponit in prima parte, oportet inuestigare quid Apostolus intendat, Intendit autē in [...] te Apostolus ostendere ꝙ mortui resurgunt & ꝙ erit eadem substantia, Vnde primo ponit similitudines. Secundo adaptat, ibi: [Sic ēt resurrectio mortuorum &c.] Tertio probat, ibi: [Si est corpus animale &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit similitudines in una specie. Secundo in diuersis specieb. ibi; [Non omnis caro,eadem caro &c.] Circa primum sciendum est, ꝙ uidemus in una & eadem specie, ꝙ una res in uia generationis habet diuersas qualitates, & formas sicut granum aliam formam & qualitatem habet quando seminatur, aliam qn̄ pullulat, aliam quando

quando iam est in herba. Et ideo, ex hac similitudine Apostolus

A intendit ostendere qualitatem resurgētium. Vnde circa hoc tria facit. Primo comparat ordinem seminationis ad pullulationem. Secūdo,differentiam qualitatis in semine,& in pullulatione, ibi; [Tu quod seminas &c.] Tertio, causam qualitatis in pullulatione,ibi;[Deus autē&c.]

Dicit ergo; [Insipiens &c.] Sed cōtra Matth. 5. Qui dixerit fratri suo Racha &c. Dicendum, ꝙ dominus prohibet dici fratri, Racha, seu fatue, ex ira, nō ex correctione. Causa autē quare dicit insipiens,est quia hęc obiectio cōtra resurrectionem,procedit ex principijs humanæ sapientiæ,q̄ tandiu est sapientia,quandiu est subiecta sapientię diuinæ, sed qn̄ recedit a Deo,tunc vertitur in insipientiā, vnde cum contradicat sapientiæ diuinæ,vocat eum insipientē. Quasi dicat. [Insipiens,] nonne quotidie experiris; [Tu,] quia; [Quod seminas] in terra,[Non viuificatur,]i.vegetatur,[Nisi prius moriatur,]. i. putrescat? Io.12. Nisi granū frumenti &c. Ex hoc vr̄ apostolus facere cōparationem,ꝙ qn̄ corpus hominis ponitur in sepulchro ī terra,tunc est quædam seminatio: qn̄ vero resurgit,tunc est quædam viuificatio. Vnde ex hoc opinantur aliqui, resurrectionem mortuorū esse naturalem, propter hoc ꝙ apostolus hic resurrectionē cōparat pullulationi seminis,q̄ est naturalis. Opinant̄. n. in pulueribus resolutis in quos resoluuntur humana corpora, esse quasdam virtutes seminales actiuas ad corporum resurrectionē. Sed istud non vr̄ esse verum. Fit.n. resolutio corporis humani in elementa,sicut & aliorū mistorum corporum: vnde pulueres in quos humana corpora resoluuntur,nullam aliam habent virtutē actiuā quàm alij pulueres,in quibus constat non esse aliā virtutē actiuam ad corporis humani constitutionē, sed solum in semine hominis: differunt autem pulueres in quos humana corpora resoluuntur ab alijs pulueribus. solum ſm ordinationem diuinā, pro ut huiusmodi pulueres sunt ex diuina sapientia ordinati, vt iterū ex eis humana corpora reintegrentur. Vnde resurrectionis actiua cā,solus Deus erit, & si ad hoc vtatur ministerio angelorum, quantum ad puluerum collectionem. Propter quod Apostolus infra,modum resurrectionis exponens,attribuit sono tubæ, & supra attribuit Christo resurgenti,non autem alicui virtuti actiuæ in pulueribus. Non ergo intendit hic probare Apostolus,ꝙ resurrectio sit naturalis,per hoc,ꝙ semen naturaliter pullulat, sed intendit hic manifestare per exempla quædam, ꝙ non sit eadem qualitas corporū resurgentium,& corporum morientium: & primo per hoc, ꝙ non est eadem qualitas seminis & pullulationis, vt ex sequentib. manifeste ostendetur. Nā consequenter cum dicit;[Et quod seminas &c.] Ostendit qualitatem seminis, differentem esse a qualitate pullulationis, cum dicit; [Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas,] i.non quale futurum est seminas. Quod exponens subdit;[Sed nudum granū,puta, tritici vel alicuius cęterorum,] s.seminum, quia seminatur nudum semen,pullulat autem ornatum herba,& aristis & huiusmodi. Et similiter corpus humanum aliam qualitatem habebit in resurrectione,quàm nunc habet, vt infra exponetur. Est tn̄ differentia inter resurrectionem humani corporis, & pullulationem seminis: nam surget idem corpus numero,sed habebit aliam qualitatem, sicut infra dicit Apostolus, ꝙ oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Et Iob.16. dicitur. Quem visurus sum ego ipse, & non alius. Sed in pullulatione,nec est eadem qualitas, nec idem corpus numero,sed solum idem specie. Et ideo signanter Apostolus de pullulatione loquens dixit;[Nō corpus quod futurum est, seminas,]dans intelligere quòd non sit idem numero: Et in hoc opus naturæ deficit ab opere Dei. Nam uirtus naturæ reparat idē

E specie,sed non idem numero: virtus aūt Dei reparare potest etiā idem numero. Et sic etiam ex hoc quod hic dr̄,potest sumi probatio ad hoc ꝙ resurrectionē futuram fieri nō est impossibile, sicut insipiens obijciebat: quia si natura ex eo ꝙ mortuum est potest reparare idem specie,multo magis Deus pōt reparare idem numero: quia & hoc ipsum ꝙ natura facit,opus Dei est. Habet. n. hoc natura a Deo,quòd hoc facere possit. Et ideo consequenter describens qualitatē pullulationis, attribuit eam primum quidē Deo,secundo proportioni naturæ. Dicit autem primo,[Deus autem dat illi corpus sicut vult,]quia. s. ex ordinatione diuinæ uoluntatis procedit, quòd ex tali semine talis planta producatur, quæ quidem planta est quasi corpus seminis. Vltimus enim fructus plantæ,est semen. Et hoc, ideo attribuit operationi diuinę quia omnis operatio naturæ est operatio Dei. ſm illud supra. 12. Idem autē Deus,qui operatur omnia in omnibus. Et hoc sic pōt considerari. Manifestum est.n.ꝙ res naturales absq; cognitione, operantur ad finem determinatum, alioquin non semper vel in maiori parte eundē finem consequerentur. Manifestum est ēt, ꝙ nulla res cognitione carens in certum finē tendit, nisi directa ab aliquo cognoscente, sicut sagitta tēdit ad certum signum ex directione sagittantis. Sicut ergo si aliquis videret sagittam directe tēdere ad certum signū, quāuis sagittantē non videret,cognosceret statim qđ dirigeretur a sagittante. ita cū videamus res naturales absque cognitione tendere ad certos fines, possumus pro certo cognoscere,ꝙ operantur ex voluntate alicuius dirigentis,quē dicimus Deum. Et sic dicit Apostolus qđ Deus dat semini corpus,i.ex semine producit plantā sicut vult. Sed rursus,ne aliquis crederet huiusmodi naturales effectus ex sola Dei voluntate prouenire absq; operatione & proportione naturę, subiungit;[Et vnicuiq; seminū proprium corpus,] puta, ex semine oliuę,generatur oliua, & ex semine tritici,generatur triticū. Vnde & Gen.1. Germinet terra herbam uirentem & facientem semē,iuxta genus suū. Sic ergo & in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgentis,quę tn̄ proportionabitur meritis morientis.

LECTIO VI.

Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorū, alia volucrum,alia aūt pisciū. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestiū gloria: alia aūt terrestrium. Alia claritas solis,alia

B claritas lunæ,& alia claritas stellarū. Stella. n. a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. Seminatur ī corruptione, surget in incorruptione. Seminat̄ in ignobilitate,surget in gloria. Seminat̄ in infirmitate,surget in virtute. Seminat̄ corpus animale, surget corpus spūale.

LECTIO VI.

Hic Apostolus ponit exemplum de diuersitate qualitatis corporis resurgentis in diuersis specie bus. Et primo,comparā

C do cælestia ad terrestria. Secundo,terrestria ad cęlestia, ibi; [Sunt corpora cælestia &c.] Tertio corpora cęlestia adinuicē, ibi; [Alia claritas solis &c.] Quia posset aliquis dicere,qūo est possibile, ꝙ mortui resumant corpus & carnem,si non sint habituri eandem corporis qualitatem: ideo ad hoc excludendum,introducit diuersas qualitates corporis & carnis,vt sic manifestum sit,ꝙ nō oportet si non erit eadem qualitas; ꝙ non resumatur idem corpus, vel eadem caro. Dicit ergo primo,ꝙ; [Non omnis caro est eadem caro,] secundum formam; [Sed alia] est caro; [Hominum, alia piscium,alia pecorum,alia volucrum &c.] Et similiter est alia morientis,& alia resurgentis: sicut autem exemplū superius inductū de semine & pullulatione deficiebat in hoc, ꝙ in seminatione, & pullulatione non est idem numero nec eędem qualitates, ita hæc exempla deficiunt,quia in his exemplis,nec est eadē species, nec eadem qualitas; sed caro hominis resurgentis est eadem secundū speciem cum carne morientis,sed tamen erit alia secundum qua

D litatem. Erit enim eiusdem naturæ, † sed alterius glorię: vt Greg. de corpore Christi dicit. si quis autem hæc quæ dicta sunt ad diuersum statum resurgentium referre vellet,posset dici, quod per homines intelliguntur boni secundum rationem uiuentes: secundum illud Ezec. trigesimoquarto. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Per pecora uero intelliguntur luxuriosi,secundum illud. 2.Pet.2. Hi vero uelut irrationabilia pecora &c. Per volucres, superbi, per pisces cupidi. secundum illud Psal.8. Volucres cœli,& pisces maris &c. Ad idem autem introducit diuersitatem cælestium,& terrestrium corporum, cum subdit;[Sunt corpora cælestia,] vt sol,& luna,& huiusmodi; [Et sunt corpora terrestria,] vt ignis,aqua, &c. [Sed alia quidem est gloria,] idest pulchritudo & decor; [Cœlestium corporum; [Alia autem terrestrium,] Eccl.43. Species cęli,gloria stellarum. Et possunt per cœlestia corpora intelligi contemplatiui. Phil.3. Nostra conuersatio in cœlis est. Per terrestria actiui,qui circa terrena occupantur. vnde Marthæ dictum est, Turbaris erga plurima. Luc.

E 10. Et ad idem vlterius introducit diuersam qualitatem cœlestiū corporum,cum dicit;[Alia claritas &c.] Similiter inter stellas est differentia;[Stella enim differt &c.] Et potest intelligi per solem Christus, Malach. vlt. Orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ &c. Per lunam beata virgo,de qua Cant.6. Pulchra vt luna. Per stellas,adinuicem ordinatas cæteri sancti. Iudith.5. Stellæ manentes in ordine suo &c. Consequenter cum dicit; [Sic erit resurrectio mortuorum.] Adaptat prædicta exempla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est quantum ad literalem expositionem,quod Apostolus hoc dicat ad designandū in resurgentib. generis diuersitatē, propter id quod præmiserat, Stella differt &c. Sed hoc refert ad omnia præcedentia,ut ostendatur ex omnibus præmissis,ꝙ sicut in rebus inueniuntur diuer-

Hom.26 super Euang.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæ qualitatis corporum: ita erit diuersa qualitas resurgentium a qualitate morientium. Vnde sequitur, Seminatur corpus &c. Vbi Apostolus maxime ostendit aliam esse qualitatem corporis morientis, & corporis resurgentis. Et agit hic de corpore resurgente glorioso, cuius propriæ qualitates, dotes corporis glorioſi dicuntur. Quæ quidem sunt quatuor, quas hic Apostolus tangit. Primo, n. tangit dotem impassibilitatis, cum dicit; [Seminatur in corruptione &c.] Et quamuis seminatio accipi posset pro prima corporis origine, secundum quod generatur ex semine, tamen conuenientius est, secundum intellectum Apostoli, vt semi natio referatur ad mortem & sepulturam, vt respondeat ei, quod supra dictū est. Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Dicitur autem mors & resolutio, seminatio, nō ꝙ in corpore mortuo, vel in cineribus ex eo resolutis sit aliqua virtus ad resurrectionem, sicut est virtus actiua in semine ad generationem; sed quia a Deo talis ordinatio est deputata, vt ex eo iterato reformetur corpus humanum. Sic igitur corpus humanum qñ seminatur, i. qñ moritur, est in corruptione, i. fm suam proprietatē est corruptioni subiectum, secundum illud Ro. 8. Corpus quidem mortuū est propter peccatum; [Sed resurget in incorruptione.] Dicitur autē hic incorruptio, nō solum ad excludendum separationem animæ a corpore: quia hanc incorruptionem & corpora damnatorū habebunt, sed ad excludendum tam mortē quam quamlibet noxiā passionem, siue ab interiori siue ab exteriori. Et quantum ad hoc intelligitur impassibilitas corporis glorioſi; secundum illud Apo. 7. Non esurient, neque sitient amplius &c. Secundo, tangit dotem claritatis, cum dicit, [Seminatur in ignobilitate,]. i. corpus quod ante mortem, & in morte est deformitatibus, & miseriis multis subiectū: fm illud Iob. 14. Homo natus de muliere &c. Sed [Resurget in gloria,] quę claritatem significat, vt Aug. † dicit super Io. Erunt, n. corpora sanctorum clara & fulgentia, secundū illud Matt. 13. Fulgebunt iusti sicut sol &c. Tertio, tangit dotem agilitatis, cum dicit, [Seminatur in infirmitate,] i. corpus animale, qđ ante mortem est infirmum & tardum, & ab anima non facile mobile, secundum illud Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed; [Surget in virtute,] qua scilicet fiet, vt ex tanta virtute, ab anima moueri possit, vt in nullo difficultatem ad motum exhibeat, quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas, quanta fœlicitas, vt Aug. dicit. Vnde dicitur Sap. 3. de iustis, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. & Esa. 40. Qui sperant in domino habebunt fortitudinem, assument pennas &c. Quarto, tangit dotem subtilitatis, cum dicit; [Seminatur corpus animale &c.] quam quidam ad hoc referre volunt, quod corpori glorioso, secundum hanc dotem competat, vt possit simul esse cum corpore non glorioso in eodem loco. Quod quidem sustineri posset, si corpori secundum statum præsentem cōpeteret, quod non posset simul cum alio corpore esse in eodem loco fm aliquid, quod a corpore remoueri posset. Nūc autem, si diligenter consideretur, quod secundum nihil aliud hoc corpori competit, nisi secundum quod habet dimensiones corporales. Vnde videmus corpora quantumcunque subtilia, non compati secum alia corpora, vt patet in aere & in igne, & vlterius, si essent corpora separata omnino absq; materia, sicut quidam posuerunt, non possent simul cum corporibus naturalibus esse in eisdem locis, vt Philosophus dicit. Remanentib. igitur dimensionibus in quocunque corpore, est contra suam naturam, quòd sit cum alio corpore in eodem loco. Vnde si hoc aliquando contigit erit ex miraculo. Propter quod Greg. † & Augu. miraculo ascribunt, ꝙ corpus Christi, ad discipulos ianuis clausis intrauit. Nulla. n. virtus terminata potest facere miraculum: hoc, n. solius Dei est. Relinquitur ergo, quod esse simul cum alio corpore in eodem loco, non possit esse ex dote seu ex qualitate corporis glorioſi: nō tamen negandum est, quin corpus glorioſum possit esse simul cū alio corpore in eodem loco: quia corpus Christi post resurrectionem intrauit ad discipulos ianuis clausis, cui corpus nostrum in resurrectione conformandū speramus, sed sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis, sed ex virtute diuinitatis vnitæ, ita corpus cuiuslibet alterius sancti hoc habebit, non ex dote, sed ex virtute diuinitatis existentis in eo. Per quem modū corpus Petri habuit, ꝙ ad umbram eius sanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipsius. Est ergo dicendum, quod ad dotem

Trust. 109.

Homil 26. super Euan.

LECT. VII.

SI est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus homo Adam in spiritum uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cęlo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, talēs & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autē, dico fratres, qa caro & sanguis, regnū Dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptelam possidebit.

LECTIO VIII.

Ece mysteriū uobis dico, omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur.

F

G

H

I

K

A

B

C

D

E

pus animale', est & spirituale: & non intendit Apostolus ex hoc arguere ad propositū, sed hoc supponit, intēdens probare ipsum quod dicit; [Si est corpus, &c.] Eccl. 33. Intuere in ośa opera altissimi, duo contra duo, & unum contra unum; [Sicut scriptum est, &c.] Hic probat propositum. Est autem sua probatio talis. Duo sunt principia humani generis. Vnum, secundum uiam naturæ, scilicet Adam: aliud, fm uiam gratiæ. s. Christus: sed animalitas est derivato in oēs homines à primo principio, s. Adam, ergo cōstat ꝙ multo amplius à secundo principio, s. Christo, spūalitas derivabitur in oēs hoīes. Huius rationis, primo probat primam diuersitatem principiorū. Secundo, mediam. s. determinationē similitudinis ex vtroq; principiorum ibi; [Qualis terrenus, &c.] Circa primum tria facit. Primo, ostendit principiorum differentiam. Secundo, principiorū ordinem ad inuicem, ibi; [Sed nō prius quod spirituale, &c.] Tertio, rationis ordinem assignat, ibi; [Primus, &c.] ponit ergo primo, conditionem primi principij, fm viam naturæ, sumens authoritatem, Gen. 2. Vnde dicit, Sicut scriptum est; [Factus est] a Deo; [Primus homo Adam in animam viuentē,] vita. s. animali, qualē anima potest dare, cum. s. spirauit dñs in faciē eius spiraculum vitæ. Gen. 2. Forma. n. humana, & anima dr̄ & spiritus. Inquātum enim intendit cūrę corporis. s. vegetando, nutriendo, & generando, sic dr̄ anima: inquantum autem intendit cognitioni. s. intelligendo, volendo, & huiusmodi, sic dr̄ spiritus. Vnde cum dicit; [Factus est primus homo Adam in animam viuentem. intendit hic Apostolus de vita, qua anima deseruit circa corpus, nō de spiritu sancto, sicut quidam fingunt, propter hoc quod prędecit, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, dicentes hoc esse spiritum sanctum. Secundo, ponit conditionem secundi principij dicens; [Nouissimus vero Adam] ideſt Christus, & dr̄ nouissimus, quia Adam induxit vnum statum, s. culpæ, Christus vero gloriæ & vitæ. Vnde cum post statū istum, nullus alius sequatur in vita ista, ideo dr̄ nouissimus Esa. 44. Desiderauimus cum despectum & nouissimum virorum. Et alibi. s. Apoc. 1. Ego primus & nouissimus. Et alibi, Ego sum alpha & o &c. Dicit autem Adam, quia de natura Adæ factus, in spiritū viuentem. Et ex hoc, conditionibus principiorum visis, apparet eorum diuersitas, quia primus homo factus est in animā, nouissimus in spiritum. Ille aūt in animā viuentē solū, iste vero in spiritum viuentem & viuificantē. Cuius ratio est: quia sicut Adā consecutus est perfectionē sui esse p animam, ita & Christus perfectionē sui esse inquantū homo per spiritum sanctum. Et ideo, cū anima non possit nisi proprium corpus viuificare, ideo Adam factus est in animam, non viuificantē, sed viuentem tm: sed Christus factus est in spiritum viuētem, & viuificantem: & ideo Christus habuit potestatē viuificandi Io. 1. De plenitudine eius, &c. & Io. 10. Veni vt vitā habeant, & abundantius habeant. Et in simbolo. Et in spiritū sanctū viuificātem. Sed ne aliquis diceret, si Christus factus est in spiritū viuificantē, quare dicitur nouissimus? Ideo consequenter cum dicit; [Sed nō prius, &c.] Ostendit ordinē principiorum. Videmus. n. in natura, ꝙ in vno & eodem prius est imperfectum q̄ perfectū. Vnde, cum spiritualitas se habeat ad animalitatē, sicut perfectū ad imperfectū, ideo in humana natura non prius debet esse spirituale, quod est perfectū, sed vt seruetur ordo, prius debet esse imperfectum, s. quod animale est: deinde perfectū, s. quod spirituale est: supra 13. Cum venerit quod perfectum est, &c. Sicut dicit Aug. † Huius signum est, ꝙ primogeniti antiquitus consueuerunt esse animales, sicut Cayn ante Abel natus: Ismael ante Isaac: & Esau ante Iacob. Rationē autē dictæ diuersitatis assignat, dicens: [Primus homo, &c.] quasi dicat, vere primus homo factus est in animam viuentem, quia de terra. Gen. 2. Formauit Dñs hominē de limo terræ: & ideo dicitur esse terrenus, ideſt animalis: secundus homo, scilicet Christus, factus est; [In spiritum viuificantē, quia de cœlo: quia diuina natura quæ fuit huic naturæ vnita, de cœlo est. Et ideo debet esse cœlestis, ideſt, talem perfectionem debet habere, qualem decet de cœlo venire, scilicet perfectionem spiritualem. Ioan. 3. Qui de cœlo venit, super omnes est. Dicit autem primum hominem de terra, secundum modum loquendi, quo res de illo esse dicuntur: quia prima pars est in eorum esse; sicut cultellus dicitur de ferro, quia prima pars vnde est cultellus, est ferrum. Et quia prima pars vnde Adam factus est, terra est: ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de cœlo: non ꝙ assumserit corpus de cœlo, cū de terra assumpserit, scilicet de corpore beatæ virginis; sed quia diuinitas, quæ naturæ humanæ vnita est, de cœlo venit, quæ fuit prior quā corpus Christi. Sic ergo patet principiorum diuersitas, quod erat maior propositio rationis principalis. Consequenter cū dicit; [Qualis terrenus &c.] Ostendit derivationē similitudinis horū principiorū ex vtroque, & primo in cōi. Secundo, diuidit eā per partes, ibi; [Igitur sicut portauimus, &c.] Dicit ergo; [Qualis terrenus, &c.] q. d. Primus homo, quia terrenus, fuit & mortalis, ideo derivatum est, vt oēs essent & terreni & mortales: supra eodem. Et sicut in Adam oēs moriuntur. Zach. 13. Adam eximplum meum, &c. Quia vero fuit secundus homo cœlestis, i. spiritualis & immortalis: ideo oēs, & immortales & spirituales erimus. Rom. 6. Sed complantati facti sumus similitudini, &c. [Igitur sicut portauimus, &c.] Hic concludit, qualiter in speciali debeamus conformari homini, s. cœlesti. Possumus aūt dupliciter conformari cœlesti in vita, s. gratiæ & gloriæ, & vna est via ad aliam quia sine vita gratiæ, nō peruenitur ad vitā gloriæ, & ideo dicit; [Sicut portauimus, &c.] ideſt quandiu peccatores fuimus, in nobis fuit similitudo Adæ. 2. Re. 7. Ista est lex Adam dñe Deus, &c. Vt ergo possimus esse cœlestes, i. peruenire ad vitam gloriæ; [Portemus imaginē cœlestis,] per vitam gratiæ. Col. 3. Exuentes veterem hoīem, induite nouū hominem, s. Christum. Rom. 8. Quos præscivit & prędestinauit conformes, &c. Sic ergo debemus conformari cœlesti in vita gratiæ, quia alias non peruenietis ad vitam gloriæ. Et hoc est quod dicit; [Hoc aūt dico fratres.] q. d. Nisi viuatis, s. vita gratiæ, non poteritis peruenire ad regnū Dei, s. ad vitam gloriæ: Quia caro & sanguis regnū Dei nō possidebūt. Quod quidem non est intelligendum, sicut quidam Hæretici dicunt, quod non resurget caro & sanguis fm substantiam, sed qđ totum corpus, vel uertetur in spiritum, uel in aerem, quod est hæreticum & falsum: nam Apostolus dicit, quod conformabit corpus nostrum corpori claritatis suæ. Vnde cum Christus post resurrectionem habuerit carnem & sanguinem, sicut dicitur Lucæ ultimo, Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa nō habet, &c. confitar ꝙ & nos in resurrectione carnem, & sanguinē habebimus. Non est intelligendum caro & sanguis, i. substantia carnis & sanguinis, regnum Dei non possidebunt, sed caro & sanguis, ideſt carni & sanguini operam dantes, scilicet homines diditi ritijs & uoluptatibus, regnum Dei non possidebunt. Et sic accipitur caro, ideſt homo carnaliter uiuens. Rom. 8. Vos autem non in carne, &c. Vel caro & sanguinis, ideſt opera carnis & sanguinis, regnum Dei non possidebunt, quod est contra Iudæos & Saracenos, qui fingunt se habituros post resurrectionem uxores, fluuios mellis & lactis. Vel; [Caro & sanguis,] ideſt corruptio carnis & sanguinis; [Regnum Dei non possidebunt,] ideſt, post resurrectionem, corpus non subijcietur corruptioni carnis & sanguinis, secundum quam uiuit homo. Vnde, & secundum hoc subdit; [Neque corruptio incorruptionem possidebit,] ideſt neque corruptio mortalitatis quæ nomine carnis hic exprimitur, possidebit incorruptionem, ideſt, incorruptibile regnum Dei, quia resurgemus in gloria Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis &c.

LECTIO OCTAVA.

HIC Apostolus postquam respondit quæstioni de qualitate resurgentium. respondet consequenter quæstioni, qua quærebatur de modo & ordine resurgendi. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit modum & ordinem resurrectionis. Secundo, confirmat per authoritatem, ibi; [Cum autem mortale hoc, &c.] Circa primum duo facit. Primo enim proponit intentum. Secundo, ostendit quo ordine fiat, ibi; [In momento, in ictu oculi, &c.] Primo igitur reddit eos attentos, ostendens id quod proponit esse arduum & occultum, dicens; [Ecce mysterium,] ideſt occultum quoddā [Dico uobis,] ideſt aperio uobis fratres, quod debet uobis aperiri, & omnibus credentibus. Lu. 8. Vobis datum est nosse, &c. supra secundo. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et post, Sed loquimur Dei sapientiam, quæ abscondita est, &c. Quid autem sit istud misterium, subdit. Omnes quidem, &c. Circa primum sciendum est, quod sicut Hieronymus dicit in quadam epistola ad Minerunum & Alexandrum monachos. † Hoc quod hic dicitur, Omnes quidem resurgemus, &c. In nullo libro Græcorum habetur, sed in quibusdam habetur, Omnes quidem dormiemus, ideſt omnes morientur. Et dicitur mors somnus, propter spem resurrectionis. Vnde idem est, ac si diceret

Tom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Omnes quidem resurgemus,] quia nullus resurget, nisi moriatur; [Sed non omnes immutabimur.] Hoc non mutatur in libris Græcis, & hoc est verum, quia ista mutatio de qua hic loquitur, non erit nisi secundum corpora beatorum, quia immutabuntur ad illa quatuor, quæ supra posita sunt, quæ dicūtur dotes corporum gloriosorum & hanc desiderabat Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. In quibusdam uero libris inuenitur, Non oēs quidem dormiemus, idest moriemur, sed oēs immutabimur. Et hoc intelligit dupliciter. Primo ad literā, quia quorundam opinio fuit, quod non omnes homines morientur, sed quod aliqui in aduentu Christi ad iudiciū venient uiui, & isti nō morientur, sed isti mutabuntur in statum incorruptionis: & pp hoc dicunt. non omnes quidem dormiemus, idest moriemur, sed oēs immutabimur tam boni quā mali, & tam viui quam mortui. Vnde secundum hoc, immutatio non intelligitur de statu animalitatis ad statum spiritualitatis: quia ſm hanc, soli boni immutabuntur, sed de statu corruptionis ad statū incorruptionis. Alio modo, exponitur mystice ab Origene, & dicit quod non dr̄ de somno mortis, quia oēs morientur. Ps. 88. Quis est homo qui viuet, &c. Sed de somno peccati, de quo in Ps. 12. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiā, vt sic dicat, Non oēs moriemur, idest nō oēs peccabimus mortaliter, sed oēs immutabimur, sicut supra de statu corruptionis ad incorruptionem. Et licet hæc litera. s. non omnes moriemur, &c. nō sit cōtra fidem, tñ ecclesia magis acceptat primā, s. q omnes moriemur siue resurgemus, &c. quia oēs morientur etiam si sint tunc aliqui uiui. Ordinem aūt & modum resurrectionis manifestat consequenter cum dicit; [In momento, in ictu oculi, &c.] Et hoc quantum ad tria. Primo. n. manifestat ordinē quantum ad tēpus. Secundo, quantum ad causam resurrectionis, ibi; [In nouissima tuba.] Tertio, quantum ad progressum effectus à causa, ibi; Canet enim tuba, &c.] Dicit ergo, q oēs resurgemus, sed quō? [In momento.] Per quod excludit errorē dicentiū, resurrectionem non esse futuram omnium simul. Sed dicunt q martyres resurgent ante alios per mille annos, & tunc Christus descendet cū illis, & possidebit regnū corporale Ierusalē mille annis cum eis. Et hæc fuit opinio Lactantij. Sed hoc patet esse falsum, quia oēs in momento resurgemus, & in ictu oculi. Excluditur etiā per hoc alius error eiusdem, qui dicebat, q iudicium duraturū erat per spatiū mille annorū. Sed hoc est falsum, quia nō erit ibi aliquod perceptibile tempus, sed in momento, &c. Sciendum est autem, quod momentum potest accipi uel pro ipso instanti tēporis, quod dicitur nunc: vel pro aliquo tpe imperceptibili: tñ vtroque modo potest accipi hoc, referendo illud ad diuersa: quia si nos referimus hoc ad collectionem puluerum (quæ fiet ministerio angelorum) tūc momentū accipitur pro tpe imperceptibili. Cū enim in collectione illorū puluerū sit mutatio de loco ad locū, oportet quod sit ibi tēpus aliquod. Si aūt referamus ad reunitionē corporum, & pro unione animæ, quæ oīa fient à Deo, tunc momentū accipitur pro instanti temporis: quia Deus in istanti unit animā corpori & uiuificat corpus. Potest etiam hoc quod dicit; [In ictu oculi] ad utrunq; referri, quia si in ictu oculi intelligitur tñ apertio palpebrarum (quæ fit in tempore perceptibili) tunc refertur ad collectionem puluerum. Si uero in ictu oculi intelligitur ipse subitus contuitus oculi, & qui fit in istanti, tunc refertur ad unionem animæ ad corpus. Consequenter cum dicit; [In nouissima tuba.] Ostendit ordinem resurrectionis quantum ad causam immediatam: & ista tuba est uox illa Christi, de qua Matth. 25. dicitur, Media nocte clamor factus est. Ioan. 5. Audient uocem filij Dei, & qui audierint, &c. Vel ipsa præsentia Christi manifesta mundo, secundum quod dicit Greg. Tuba nihil aliud esse designat quam præsentiam Christi mundo manifestatam, quæ dr̄ tuba propter manifestationem: quia omnibus erit manifesta. Et hoc modo accipitur tuba. Matth. 6. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Item, dr̄ tuba propter officium tubæ quod erat ad quatuor, vt dicitur Num. 10. scilicet ad uocandum consilium, & hoc erit in resurrectione, quia tunc conuocabit ad consilium, idest ad iudicium. Esa. 3. Dominus ad iudicium ueniet, &c. Ad solennizandum festum. Ps. 80. Buccinate in Neomenia tuba: sic & in resurrectione. Esa. 33. Respice Sion ciuitatem solemni-

LECTIO IX.

OPORTET enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? stimulus autē mortis, peccatū est; uirtus uero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriā per dominum nostrum Iesum Christum. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere domini G semper, scientes, quòd labor vester non est inanis in domino.

F tatis nostræ. Ad pugnam: & hoc in resurrectione. Sap. 5. Pugnabit pro illo, &c. Esa. 30. In cytharis & tympanis, &c. Ad mouendum castra: sic & in resurrectione, quidam eundo ad paradisum, quidam eundo ad infernum. Matth. 25. Ibunt qui bona fecerunt in uitam æternam, qui uero mala in ignē æternum. Consequenter cum dicit; [Canet enim tuba, &c.] Ponit progressum effectus à causa prædicta. Et circa hoc duo facit. Primo. n. ponit progressum effectus. Secundo, necessitatem huius assignat, ibi; [Oportet enim mortale, &c.] Progressus effectus est, quia statim ad sonitum tubæ sequetur effectus. [Quia mortui, &c.] Psalm. 67. Dabit uoci suæ uocē uirtutis, &c. Ponit autem duplicem effectum. Vnus est cōis, quia; [Mortui resurgēt incorrupti,] idest integri sine aliqua diminutione membrorū. Quod quidem est cōe omnibus, quia in resurrectione est cōe omne quod pertinet ad reparationē naturę, quia omnes habent cōionem cum Christo in natura. Et licet Aug. † relinquat sub dubio: utrum deformitates remaneant in damnatis, ego tñ credo, q quicquid pertinet ad reparationem naturæ, totū confertur eis: sed quod pertinet ad gratiā, solū electis confertur. Et ideo, oēs resurgent incorrupti. i. integri, etiā dānati. Hieronymus aūt † exponit; [Incorrupti,] idest in statu incorruptionis, ut. s. ulterius post resurrectionē non corrumpantur, quia isti ad beatitudinē æternā ibunt, mali uero ad penam æternam. Dan. 12. Multi de terræ puluere euigilabunt. Alius effectus est proprius, i. apostolorum tñ, quia; [Nos immutabimur,] scilicet H apostoli, & non solū erimus incorrupti, sed etiā immutabimur de statu miseriæ ad statum gloriæ, quia seminatur animale, surget autem spirituale. Et ſm hunc modum exponendi apparet melior est litera illa quæ dicit. Oēs quidem resurgemus, sed non oēs immutabimur, quàm illa quæ habet. Omnes immutabimur quia licet omnes resurgant, tñ soli sancti & electi immutabuntur. Posset tñ etiam ſm illos qui habent. Non omnes quidē moriemur, sed omnes immutabimur, legi sic, Mortui resurgent incorrupti, i. ad statum incorruptionis: & nos qui uiuimus, licet non resurgamus, quia nō morimur, tñ immutabimur de statu corruptionis ad incorruptionem. Et uidetur consonare ijs quæ dicit primæ Thesa. 4. Nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis, &c. ut sicut & ibi, & hic connumeret se uiuis.

LECTIO IX.

I HIC Apostolus ponit necessitatē effectus resurrectionis ab ipsa causa progredientis. Et circa hoc duo ponit, correspondentia duobus quæ posuerat in progressu effectuum ab ipsa causa. Primum fuit generale omnium. s. q mortui resurgent incorrupti. Et ideo primo quantum ad hoc dicit; [Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.] Secundum fuit speciale apostolis & bonis. s. Et nos immutabimur. Et ideo secūdo quantum ad hoc dicit, Et mortale hoc induere immortalitatem: quia. n. corruptibile opponitur incorruptibili, & in statu præsentis uitæ subijcimur corruptioni: ideo dicit, q cum resurgemus; [Oportet hoc corruptibile, &c.] necessitate, s. congruentiæ. Et hoc propter tria. Primo propter completionem humanæ naturæ: nam sicut etiam dicit Aug. † Anima quandiu est separata à corpore, est imperfecta, non habens perfectionē suæ naturæ, & ideo non est in tanta beatitudine separata existens, in quanta erit corpori unita K in resurrectione. Vt ergo perfruatur beatitudine perfecta; [Oportet corruptibile hoc,] idest corpus induere ut ornamentum, incorruptionem, ut ulterius aliquatenus non lædatur mortale. Secundo, propter exigentiā diuinæ iustitiæ, ut scilicet illi qui bona fecerunt, seu mala in corpore, præmientur uel puniantur, etiā in ipsis corporibus. Tertio, propter conformitatem membrorū ad caput: ut sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Rom. 6. Notandum autem, q ipsam incorruptionem, seu immortalitatē assimilat uestimento, cum dicit, induere: uestimentum enim adest uestito, & abest, manente eadem numero substantia uestiti, ut per hoc ostendat quòd corpora eadem numero resurgant: & ijdem homines ijdem numero erunt in statu incorruptionis & immortalitatis, in quo sunt modo. Vnde ex hoc excluditur error dicentium, q corpora non resurgent eadem numero. Vnde signanter dicit,

CAP. XVI. LEC. I.

DE collectis autē quæ fiūt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ: ita & uos facite per vnam sabbati. Vnusquisque uestrum apud se reponat recondens quod ei beneplacuerit, vt non cum uenero tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero, quos approbaueritis, per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eā, mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo, apud uos autem forsitan manebo, uel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; iero, nolo enim vos modo in trāsitu uidere. Spero. n. me aliquātulum tēporis manere apud uos, B si dominus permiserit: permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidēs & aduersarij multi.

dicit. Oportet corruptile hoc. s. corpus: nam anima non est corruptibilis. Excluditur etiam error dicentium, q corpora glorificata non erunt eadem cum istis, sed cęlestia, & de isto modo simile habetur secundæ Cor. 5. Nā in hoc ingemiscimus, &c. Esa. 52. Induere uestimentis gloriæ tuæ. Iob 40. Circunda tibi decorem &c.] Sed contra hoc est, q̄a uidetur impossibile, q corruptibile hoc induat incorruptionem, idest, q corpora resurgant eadem numero: quia impossibile est ea quæ differūt genere uel specie, esse eadē numero: sed corruptibile & incorruptibile nō solū differunt specie, sed genere, ergo impossibile est quòd corpora resurgentium sint incorruptibilia, & remaneant eadem numero. Pręterea. Philosophus dicit, quòd impossibile est, q illa quorum substantia corruptibilis mota est, reintegrētur eadem numero, sed eadem specie: substantia aūt corporū humanorū est corruptibilis, ergo impossibile est reintegrari eadē numero. R̄ndeo, dicendū est ad primum, q unumquodq; consequitur genus & speciē ex sua natura, & nō ex aliquo extrinseco suæ naturæ, & ideo dico, q si resurrectio corporū futura esset ex principijs naturæ corporū, impossibile esset q corpora resurgerēt eadem numero: sed dico, q incorruptio corporū resurgentiū dabitur ab alio principio, q̄ à natura ipsorum corporum, s. à gloria animæ, ex cuius beatitudine & incorruptione tota beatitudo & incorruptio corporum deriuabitur. Sicut ergo eiusdē naturæ & idem numero est liberum arbitrium modo, dum est uolubile ad utramque partem, & cum erit firmatū in fine ultimo, ita & eiusdem naturæ & idem numero erit corpus quod modo est corruptibile, & tunc qū per liberum arbitrium firmatum erit per gloriam animæ, erit incorruptibile. Ad secundum dicendum, quòd ratio Philosophi procedit contra illos, qui ponebant oīa in istis inferioribus causari ex motu corporum cęlestium, & q reuolutis eisdem reuolutionibus corporum superiorū, sequebantur ijdē effectus numero, qui aliquando fuerant. Vnde dicebāt, q adhuc Plato idem numero leget Athenis, & q habebit easdem scholas & eosdem auditores, quos habuit. Et ideo Philosophus contra eosdem arguit, q licet idem cęlum numero & idem sol sit in eisdem reuolutionibus, tamē affectus, qui inde proueniunt, nō consequuntur identitatem numero, sed specie, & hoc secundū uiam naturæ. Similiter dico, q si corpora induerent incorruptionem & surgerent secundum uiam naturæ, q non resurgerent eadem numero, sed eadem specie. Sed cum reintegratio & resurrectio, sicut dictū est, fiant uirtute diuina, dicimus q corpora erunt eadē numero, cum neq; principia indiuiduantia huius hominis sint aliud quàm hæc anima & hoc corpus. In resurrectione autē redibit & anima eadem numero cum sit incorruptibilis, & hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus, in quibus resolutū fuit ex uirtute diuina reparatum, sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio uim in formis intermedijs, quia non pono esse aliquam aliam formam substantialem in homine nisi animam rationalem, à qua habet corpus humanum quòd sit animatum natura sensibili & uegetabili, & quòd sit rationale. Formæ uero accidentales nihil impediunt identitatem numeralem quam ponimus. Consequenter cum dicit; [Cum autem corruptibile, &c.] Confirmat quod dixerat per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit authoritatem. Secundo ex ea concludit tria ibi; [Vbi enim est mors, &c.] Dicit ergo primo. Dixi quòd oportet; [Corruptibile hoc induere, &c.] Sed cum mortale hoc induerit immortalitatem; [Tunc.] scilicet in futuro: quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionem factam; [Fiet sermo qui scriptus est,] scilicet; [Absorpta est, &c.] Hoc secundum translationē nostram non inuenitur in aliquo libro Bibliæ. Si tamen inueniatur in translatione 70. non est certum, unde sumptum sit. Potest tñ dici hoc esse sumptum. Esa. 26. Viuent mortui, &c. Et 25. Præcipitabit mortē in sempiternum. Oseæ 13. ubi nos habemus, Ero mors tua ò mors 70. habēt;] Absorpta est mors in uictoria,] idest pp uictoriam Christi. Et ponit preteritū pro futuro propter certitudinē prophetiæ 1. Pet. 3. Degluttiens mortem, &c. Consequenter cum dicit; [Vbi est mors uictoria tua? &c.] Concludit tria ex præmissa authoritate. Insultationem sanctorum contra mor-

A tem: Gratiarum actiones ad Deum, ibi; [Deo autem gratias.] Et ammonitionē suam Corinthijs, ibi; [Itaq; fratres mei &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit insultationem: secundo exponit, ibi; [Stimulus aūt &c.] Loquens ergo Apostolus de victoria Christi cōtra mortē, quasi in quodam speciali gaudio positus, assumit personam uirorum resurgentiū, dicens; [Vbi est mors victoria tua?] Hoc non inuenitur in aliquo loco sacro sacræ scripturæ: vtrum autē ex se, vel aliūde habuerit hoc Apostolus, incertum est. Si tñ aliunde accepisset, videtur accepisse de Esa. 14. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? &c. Dicit ergo; [Vbi est mors victoria tua? &c. scilicet corruptionis? victoria tua, idest potentia qua totū humanū genus prosternebas, de omnib. triūphabas. 2. Reg. 14. Omnes morimur &c. Iob. 18. Calcet super eū quasi rex interitus & c. [Vbi est mors stimulus tuus?] Quod autem sit stimulus, consequenter exponit, dicens; [Stimulus autē &c. Vnde duo ponit. Vnum per quod exponit quod dixit; aliud per quod obiectionem excludit ibi; [Virtus peccati &c.] Sciēdum est aūt, quod stimulus mortis potest dici vel stimulans ad mortem, vel quo vtitur, seu quē facit mors, sed literalis sensus est, stimulus mortis, i. stimulans ad mortē, quia homo per peccatū est impulsus & deiectus ad mortē. Ro. 6. Stipendia peccati, mors &c. Sed quia aliquis C posset obijcere q iste stimulus est remotus per legē, ideo cōsequēter hoc Apostolus excludit, subdens; [Virtus vero, i. augmentū; [Peccati lex.] q. d. Non est remotū peccatū per legē, immo virtus peccati lex, i. augmentum occasionaliter, s. nō q induceret ad peccatum, sed inquantū dabat occasionē peccati, & non conferebat gratiam ex qua magis accendebatur cōcupiscentia ad peccandū. Ro. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictum. Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mandatum &c. Est autem alius sensus, sed non literalis, vt stimulus mortis dicat, quo utitur mors, & sic per mortem intelligitur diabolus. Apo. 6. Nomen illi mors. & sic stimulus mortis est tentatio diaboli: & sic totum quod dr̄ de morte, exponitur de diabolo. vt in Glosa habet. Vel; [Stimulus mortis] i. a morte factus idest a carnali concupiscentia. Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit &c. Concupiscentia. n. primo volentes allicit, sicut in intemperatis: secundo repugnantes trahit, vt in incontinentibus. postea debilitatur eius contentio, sicut in temperatis, & vltimo totaliter deficit sicut in beatis, quib. dicere competit. Vbi D est mors, contentio, uel uictoria tua? Quia ergo stimulus mortis destructus est non per legem, sed per uictoriam Christi, iō Deo sunt reddendæ gratiarū actiones. Et hoc est quod dicit, [Deo autem gratias,] s. ago, seu agamus, [Qui dedit nobis victoriam] mortis & peccati [Per Iesum Christum,] non per legem. Ioā. 16. Hęc est victoria &c. Roma. 15. Quis me liberabit &cæt. Gratia Dei &c. Nā quod impossibile &c. Cōsequenter cū dicit; [Itaq; fratres mei &c.] Subdit ammonitionem: sicut enim dictum est, pseudo apostoli corrumpebant Corinthios negando resurrectionem, & ideo postquam iam astruxit fidem resurrectionis & per exempla ostendit, ammonet eos q bene se habeant, ne seducantur a pseudo apostolis, Et circa hoc tria facit. Primo enim eos in fide confirmat, dicens; [Itaque,] scilicet iam ostensa resurrectione; [Fratres mei;] per fidem per quam omnes sumus filij Dei. Io. 1. Dedit eis potestatem &c. [Dilectissimi] per charitatem qua debemus nos inuicem diligere. 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus a Deo &c. [Stabiles estote.] s. in fide resurrectionis, ne recedatis a fide. Eph. E 4. Non simus sicut paruuli fluctuantes &c. [Et immobiles,] ne scilicet ab alijs seducamini. Col. 1. In fide fundati, stabiles & immobiles &c. Secundo inducit ad bona opera, dicens; [Abundantes in omni opere bono semper.] Gal. vlt. Dum tempus habemus &c. Prou. 3. In abundanti iustitia. Tertio roborat eos per spem, dicens; [Scientes quod labor uester &c.] Sap. 3. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.

LECTIO. I.

SVPRA per totam seriem epistolæ proposuit Apostolus Corinthijs quandam doctrinam generalem, in hoc ultimo capit. proponit eis quædam specialia & familiaria. Et circa hoc duo facit. Primo monet eos, quid ipsi debeant alijs facere.

Secundo, ostendit quid alij faciant ipsis, ibi; [Salutat vos ecclesia &c.] Circa primum duo facit. Primo, instruit eos de his quę dēnt facere ad absentes. Secundo vero de his, quæ debent facere ad pſentes, ibi; [Vigilate, & state in fide &c.] Circa primum tria facit. Primo instruit eos de his quę pertinent ad absentes pauperes sanctos, qui sunt in Ierusalem. Secundo, de his q̄ pertinent ad Apostolum ibi; [Veniā ad vos cum &c.] Tertio, de his quę pertinēt ad discipulos, ibi; [Si autem venerit &c.] Circa ea quæ debent fieri sanctis qui erant in Ierusalem, de tribus instituit eos Apostolus. Primo, qualiter eleemosyna sanctis facienda, ut colligenda. Secundo, qualiter sit cō

LECTIO II.

SI autē uenerit Timotheus videte ut sine timore sit apud uos: opus .n. domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace ut ueniat ad me. Expecto enim illum cū fratribus. De Apollo autem fratre, vobis notum facio, quoniam

seruanda, ibi; [Vnusquisq; aūt vestrum &c.] Tertio, qualiter sit in Ierusalem transmittēda, ibi; [Cum aūt præsens fuero &c.] Circa primum sciendum est, ꝙ sicut legitur. Act. 4. mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidē, venderent possessiones & omnia quę habebant, & pretiū ponerent ad pedes apostolorū, & de eis vnicuiq; (prout erat opus) prouideretur, vt sic nullus haberet propriū, sed essent illa oīa cōīa. Et sicut dr̄ in collationib. patrum omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordiū. Contigit aūt vt fame præualida exorta, pauperes sancti qui erant in Ierusalē, inopia maxima laborarent: vnde factū est, vt Apostoli ordinarent ad ipsorum subuentionē ꝙ per alias ecclesias Christi collectæ fierent, & hęc cōmissio facta est Paulo & Barnabæ. Gal. 2. Dederūt mihi & Barnabæ &c. Et quia Apost. super hoc solicitus erat, monebat illos, quos conuerterat vt eis subuenirent, quia sicut ipse ad Ro. dicit, Iustum est vt a quib. spiritualia receperant, tēporalia ministrent. Et hoc est quod dicit; [De collectis aūt q̄ fiunt] per ecclesias; [In anctos]. i. in vsum sanctorū & non quorūlibet. Eccl. 12. Da iusto & ne recipias peccatorē: non, ꝙ peccatorib. nō sit aliqd dandū, sed quia magis dēt quis dare eleemosynā iusto indigēti q̄ peccatori; [Sicut ordinaui in ecclesia Galatiæ, ita & vos facite] idest colligite; [Per vnā,] s. [Diē sabbati] .i. septimanæ. Et hoc iō ordinatum est, vt paulatim qualibet hebdomada aliquid paruum soluerent, ne si simul totū soluissent, grauarentur. Et licet eis paululum videretur & quasi insensibile paulatim dare, tū cōpleto anno, eleemosynæ in simul collectę, magnæ erant. Vel per vnā sabbati intelligitur prima dies post sabbatum. s. dies Dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit Apostolus, quia iam inoleuerat consuetudo, vt populus in dominicis dieb. ad Ecclesiam conueniret. Leu. 23. Dies primus celeberrimus erit atq; sanctissimus &c. Et post. Est. n. cętus atq; collectæ &c. De huiusmodi eleemosyna dr̄. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Et Eccl. 29. Eleemosyna viri quasi sacculus &c. Quia vero non solum debet apponi modus in colligendo, sed ēt in cōseruando, ideo cōsequenter instruit qualiter collectę conseruentur, cū dicit; [Vnusquisq; autem vestrū &c.] In quo ostenditur maxima industria Apostoli ne aliqui crederent, ꝙ Apostolus faceret collectas istas magis causa q̄stus proprij, q̄ propter necessitatem sanctorum. Ideo suspitionem hāc vitans, & quantū ad se, & quantum ad suos ministros, noluit dictam pecuniam a se, seu a suis ministris custodiri, sed ordinauit ꝙ quilibet illud quod sibi placebat elargiri, reportaret domi, & conseruaret seorsum, faciens sic per totum annū. Et huius ratio erat; quia Apostolus nolebat ꝙ quando veniret Corinthum, vacarent collectis sed doctrinæ & reb. spiritualibus. Et ideo dicit; [Vt non cum venero &c.] Act. 6. non est æquum nos relinquere &c.

Notandum est ergo, ꝙ quilibet debet cauere sibi, ne videatur aliquid spirituale facere propter quæstum. & inde est quòd Dominus Matth. 10. voluit prædicatores nihil habere. Romanis etiam mos erat, vt nullus assumeretur ad Senatus officiū, nisi prius probatus fuisset in officio Quæstoris, quia uirtutis est magnæ, res temporales custodire. Qualiter autem debeant mitti in Ierusalem, subdit, dicens; [Cum autem præsens fuero &c.] q.d. Nec in hoc volo aliquos specialiter onerare; [Cum præsens fuero]. s. ad portandum pecuniam, sed mittā illos quos probaueritis idest approbaueritis mittēdos, mittam, inquam; [Per epistolas, i. cum epistolis missis a uobis & a nobis, laudatorijs & commendatorijs. s. in quib. contineatur quantitas pecuniæ, commendatum studium vestrum, & charitas. Mittam, inquam; [Perferre gratiā vestram.] i. quod gratis dabitis sanctis pauperibus in Ierusalem. 2. Corin. 8. Notam facimus vobis gratiam Dei &c. In Ierusalem. .i. sanctis qui sunt in Ierusalem, & non solum mittam illos quos

F probaueritis; [Sed si dignū fuerit &c.] idest si magna quantitas fuerit; [Mecum ibunt,] in quo inducit eos ad bene & liberaliter soluendum. Rom. 15. Nunc igitur proficiscar Ierusalem ministrare sanctis, &c. Consequenter Apostolus instruit eos de his q̄ pertinent ad seipsum. Et circa hoc tria facit. Primo promittit eis suam præsentiam, dicens; [Veniam ad vos cum Macedoniam pertransiero, &c.] Secundo dicit se facturū apud eos diutinā morā. Tertio, excusat suæ præsentiæ dilationem. Circa primum sciēdum est, quod sicut dicit Act. 16. Vir Macedo apparuit Apostolo cum esset in Troade, deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedo-

multū rogaui eū vt veniret ad vos cum fratribus: & vtiq; non fuit volūtas eius vt nunc veniret. Veniet aūt cū ei vacuū fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. oīa enim vestra in charitate fiant, Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam

G niam libera nos. Vt ergo Apostolus iussa impleret, disposuit in Macedoniā iturum. Et quia Macedonia erat media inter Asiā & Achaiam, in qua est Corinthus: ideo dicit; [Cum per transiero in Macedoniam, veniam ad vos,] immo veniam ad vos inde, quia tunc ero vobis propior. Secundo, promittit se facturum apud eos diutinam moram, dicens, Apud vos forsitā manebo, i. morā contraham; [Vel etiā hyemabo,] idest per totam hyemem permanebo vobiscum, quia multa corrigenda sunt in vobis. Vel causam quare ad eos vadit, subdit, cum dicit: [Vt vos me deducatis quocunq; iero,] Et dicit quocunque, quia nesciebat determinate quo iret, nisi secundum ꝙ spiritus sanctus inspirabat sibi. Deducatis inquā, non defendatis me, sed vt doceatis vias. Tertio cum dicit; [Nolo enim vos &c.] Excusat dilationē suæ præsentiæ dupliciter. Vno modo, quia Corinthij possent dicere: non est necesse

H tantum differas venire, & ꝙ primo vadas in Macedoniam, quia tu potes venire in Achaiam & permanere, ita ꝙ nō transeas per Macedoniam. Et ad hoc dicit: licet sic possem venire ad vos, tamen nō diu possem manere vobiscum, quia statim oportet me ire in Macedoniam, vel redire in Asiam. Vnde quia nolo vos modo in transitu videre, ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquā moram cōtrahere vobiscum; [Si dominus permiserit.] Dicit si dominus permiserit, quia forte vel antequam esset ibi, vel postquam iam esset ibi, dominus inspiraret ei quòd iret ad aliud locum, vbi faceret maius bonum. Alio modo excusat se, & hoc videtur magis literale, quia oportebat eū diu manere apud Ephesum, quæ est in Asia, & ideo dicit; [Permanebo autē Ephesi vsque ad Pentecostem, &c.] Forte hæc epistola missa fuit in hyeme, seu in vere, & tunc post Pentecostem debebat ire in Macedoniam & morari ibi vsq; ad hyemē, & tunc ire Corinthū & hyemare. Rationem autē quare volebat morari Ephesi vsq; ad Pen-

I tecostem, subdit cum dicit; [Ostium autem &c.] idest magnū effectum facio in Epheso. Et dicit ostium esse apertū magnum, idest multa corda hoīm ad credendum parata, [Et euidēs,] quia sine contradictione Col. 4. Orantes simul & pro nobis vt Deus aperiat nobis ostium &c. Sed quia sunt; [Multi aduersarij,] qui conantur impedire vel subintrare: si ergo absentarē me, tantus effectus posset de facili impediri, ideo nolo recedere quousque sint bene firmati, Apoc. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum.

LECTIO II.

HIC instruit eos de his quæ pertinent ad discipulos suos. Et primo de his quæ pertinent ad Timo. Secundo de his quæ pertinent ad Apollo, ibi; [De Apollo, &c.] De Timotheo tria mandat. Primo vt securè custodiatur. Vnde dicit. [Si autem venerit ad vos Tim.] videte, studeatis vt sine timore sit apud vos. Forte aliqua commotio fuerat ibi propter pseudo apostolos. 2. Corin. 7. Foris pugnæ, intus timores, &c. Et hoc debetis facere quia opus domini operatur, sicut & ego, prædicando 2. Tim. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora. Secundo, vt in honore habeatur, & ideo dicitur, Ne quis ergo illum spernat. Et ratio huius est forte, quia iuuenis erat 2. Tim. 4. Nemo adolescentiam tuam spernat. Lucæ 10. Qui vos spernit me spernit. Tertio, ut pacifice deducatur, & hoc est quod dicit; [Deducite autem illum, &c.] Et ratio huius est, quia expecto illum cum fratribus qui sunt cum eo; [De Apollo &c.] Iste est ille Apollo, de quo habetur Act. 18. quòd Iudæus quidam, &c. & iste iuit in Achaiam, & fuit quasi specialis doctor eorum post Apostolum 1. Corin. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, &c. & ut Glo. dicit, Episcopus erat. Et quia Cor. male se habuerant, recesserat ab eis, & iuerat ad

Postmodum vero Cor. rogauerunt Apostolum, vt remitteret illum ipsum, ad quod respondet eis, dicens De Apollo autem fratre, quem rogastis remitti ad vos, notum vobis facio tria. Primo preces meas sibi factas, quoniam multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. Et dicit, rogaui eum, licet possit precipere, quia magnis viris non de facili debet fieri præceptum 1. Tim. 5. Seniorem obsecra & cæt. Eccles. 32. Rectorem te posuerunt &c. Sed nunquid licuit sibi relinquere populum suum? Ad hoc dicēdum, quòd sicut Gregorius dicit, quando omnes subditi male se habent, & nolunt corrigi, licet episcopo recedere ab eis. Vnde, quia isti erant tales, licuit ei. Vel dicendum est, quòd forte nō erat episcopus eorum, sed specialiter prædicauerat eis.

sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinaue runt seipsos: & vt uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti, & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim, & meum spiritum. & uestrum. Cognoscite ergo, qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domi-

Secundo, responsum Apollinis, quia renuit venire ad eos, ibi; [Et vtique non fuit voluntas eius vt nunc &c.] Et ratio huius est, quia forte nondum erant bene correcti. Vel quia ipse erat in alijs arduis occupatus. Tertio, promittit eum aliquando ad eos iturum. Vnde dicit; [Veniet autem cum ei uacuum,] idest opportunum fuerit, scilicet, quando vos eritis correcti. Consequenter postquam instruxit eos, quid debeant facere absentibus, hic instruit eos qualiter se habeant ad presentes. Circa hoc duo facit. Primo; ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes in communi. Secundo, quantum ad quosdam in speciali, ibi; [Obsecro autem uos fratres.] Instruit autem eos Apostolus in communi de

C tribus, scilicet, de fide, de bona operatione, & de modo bene operandi. Sed tamen istis tribus præmittit vnum, quod est omnibus necessarium, idest solicitudo. Vnde dicit, Vigilate, & orate. Luc. 12. Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes &c. & Matt. 26. Vigilate, & orate &c. De fide ergo instruit, cū dicit; [State,] scilicet: [In fide,] Ephe. 6. State succincti &c. De bona operatione, cum dicit: [Viriliter,] idest fortiter agite, quia fides sine operibus mortua est, Iac. 2. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis, sed Deo: ideo subdit; [Et confortamini in domino.] Psal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum & cæt. De modo agendi, cum dicit: [Omnia uestra in charitate fiant,] idest omnia debent referri ad finem charitatis, scilicet vt fiant propter Deum, & proximum. Col. 3. Super omnia charitatem &c. Consequenter cum dicit; [Obsecro autem &c.] Instruit eos quomodo se habeant ad quosdam in speciali. Et primo, quantum ad illos, qui videntur habere aliquam prærogatiuam in spiritualibus. Secun-

D do, quantum ad illos qui in corporalibus operibus, ibi; [Gaudeo autem &c.] Dicit ergo; [Obsecro autem vos fratres nostis,] idest approbastis inquam, propter duo, & quia sunt primitiæ, i. primo conuersi, quia ab ipso Apostolo in primis baptizati, supra 1. Baptizaui autem & cæt. Et quia magis deuoti, & prompti ad ministeria sanctorum. Vnde dicit; [Et in ministerio sanctorum ordinauerūt seipsos.] Rom. 12. Necessitatibus sanctorum &c. Et ideo obsecro vt & vos subditi &c. Heb. 12. Obedite præpositis &c. Et omni cooperanti. Phil. 4. Adiuua eos, qui mecum laborauerunt. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus &c. Hic instruit eos quantum ad illos qui præeminent in ministerijs, & potest dupliciter exponi, Vno

A modo, vt dicatur, Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, Fortunati, & Achaici, qui sunt præsentes vobis, quorum presentia, est vobis proficua. Quoniam ipsi id quod vobis deerat, suppleuerunt, docendo vos. Et in hoc quidem, refecerunt spiritum meum, inquantum gaudeo de bono vestro: & spiritum vestrum, inquantum instructi estis. Phil. 4. Gauisus sum valde, quia inueni &c. Et ideo, qa sic se habuerunt, ergo agnoscite, idest honorate eos &c. Alio modo, vt dicatur, Gaudeo in pręsentia Stephanę. Fortunati, & Achaici, quia scilicet personaliter mecum sunt, & seruiunt mihi, in quo supplent, quod deerat vobis, idest, quod vos non poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quides refecerunt spiritum meum, inquantum mihi seruierunt, & pa-

no multum Aquila, & Prisca, cum domestica sua ecclesia, apud quos, & hospitor Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Siquis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranata. Gratia Domini nostri Iesu

B Christi uobiscū. Charitas mea, cum omnibus uobis in Christo Iesu Amen.

uerunt me: & vestrum, inquantum de bono meo gaudetis, & ideo cognoscite &c. Salutat vos &c. Hic Apostolus insinuat, quid alij faciant Corinthijs. Et circa hoc duo facit. Primo, insinuat quomodo salutentur ab alijs. Secundo, subdit suam salutationem, ibi; [Salutatio mea &cæt.] Circa primum tria facit. Primo, insinuat quomodo salutat eos tota ecclesia Asiæ in communi. Vnde dicit; [Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ] Rom. vlt. Salutant vos omnes ecclesię Christi. Secundo, quomodo salutant eos specialiter hospites Pauli. Vnde dicit; [Salutant vos in domino multum Aquila &c.] Isti erant hospites Apostoli, & de his habetur Ro. 16.

C Act. 18. Tertio quomodo salutant eos apostoli, & familiares sui, Vnde dicit; [Salutant uos omnes fratres] qui. s. mecum sunt. Phil. vlt. Salutant vos, qui mecum sunt fratres; Ex quo ergo omnes salutant vos, & vos etiam salutate inuicem in osculo sancto, non libidinoso, quo mulier apprehensum de osculatur iuuenem. Prou. 7. Non fraudulento, quo Iudas osculatus est Christum, Matt. 26. & Marc. 14. Salutatio &c. Hic suā salutationē subdit, & circa hoc duo facit. Primo, ponit titulū salutationis, dicēs; [Salutatio mea,] scilicet scripta est manu mea Pauli. Et hoc faciebat in epistolis suis, propter quosdā, qui sub specie Apostoli, scribebant falsas literas, Vnde ut nō deciperentur, postquā scripta erat epistola per aliquē, in fine consequenter scribebat Apostolus manu sua. Secundo, ponit ipsam salutationē, in qua primo, maledicit malis, dicēs; [Siquis non amat &c. Anathema sit.] i. separatus vel excōicatus, maranatha, i. dominus veniet, quasi dicat. Qui non amat dominū nostrū Iesum Christum, sit anathema in aduentu domini. Sed nū

D quid sunt excommunicandi, oēs qui non sunt in charitate? Respondeo. Dicendum, ꝙ hoc intelligitur, siquis non amat dominū Iesum Christum, i. fidem Christi: & isti sunt heretici, & sunt excommunicati. Vel siquis vsque ad finem mortis, non perseuerat in amore domini Iesu Christi. in aduentu erit separatus a bonis. Secundo benedicit bonis, bene optans eis, s. gratiam Christi. cum dicit. [Gratia domini nostri Iesu Christi.] Et hoc optans, optat eis omne bonum: quia in gratia domini nostri Iesu Christi, continetur omne bonum. Optat etiam eis charitatem suam, dicens; [Charitas mea &c.] Vt uos inuicem, & Deum diligatis ea charitate, qua ego vos diligo, & non propter aliquod aliud, nisi in Christo Iesu idest propter amorem Christi; [Amen.] Idest fiat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER SECVNDAM EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

PROLOGVS S. THOMAE.

MINISTRI Dei nostri dicetur vobis. Esa. 16. In his verbis congrue tangit materia huius secundę epistolę ad Corinthios. Nã in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda egit de ministris ipsorum sacrorum, tam bonis q̃ malis. Ratio autem hanc epistolã scribendi fuit, ꝙ Corinthij post prædicationem eius admiserant pseudo apostolos, quos Apostolo prę ferebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolã, in qua cõmendat Apostolos & ostendit verorum apostolorum dignitatẽ: ostendit etiam & vituperat falsorũ apostolorũ falsitatem: cõmendat autem verorum Apostolorum dignitatẽ, ex hoc ꝙ sunt ministri Dei. Ministri (inquit) Dei dicetur vobis, s. apostolis, qui quidẽ dicunt ministri quantũ ad tria. Primo, quantũ ad dispensationẽ sacramentorũ 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt mini. &c. Christus. n. institutor est sacramentorũ, sed Apostoli & eorũ successores ea dispensant, & ideo subditur in pdicta authoritate, & dispensatores mysteriorũ Dei. Secundo, quantum ad gubernationem, s. inquantum gubernant populum Dei. Sap. 6. Cum essetis ministri, non recte iudicastis &c. Deus. n. gubernat omnia per prouidẽtiam. Vnde quicũque aliquid gubernat, dicitur minister Dei. Tertio, quantum ad humanæ salutis operationem, inquantum, s. eorum ministerio & prædicatione, homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis solus Deus est author, quia ipse est qui venit saluum facere qd perierat: Apostoli uero ministri. Cor. 3. Quid ergo est Apollo? quid Paulus? ministri eius, cui credidistis &c.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei: & Timotheus frater: ecclesiæ Dei quæ est Corinthij cum omnibus sanctis, qui sunt in uniuersa Achaia: gratia uobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo.

LECTIO PRIMA.

DE istis ergo ministris tractat hic Apostolus, ostendens in hac epistola eorũ dignitatem & scribens Corinthijs. In qua quędam prẽmittit. Primo, salutationẽ. Secundo prosequitur epistolã, ibi; [Benedictus Deus &c.] In salutatione aũt tria ponit. Primo enim describit personas salutantes. Scdo, personas salutatas, ibi; [Ecclesię q̃ est &c.] Tertio, bona optata, ibi; [Gratia vobis &c.] Circa primũ, primo describit persona salutans principalis, quia Paulus. Secundo, persona adiuncta, quia; [Timotheus.] Persona salutans describit ab humilitate, quia Paulus (qui latine dr̃ modicus) Iste est ille modicus de quo Esa. 60. Minimus erit in mille &c. Vel a doctrina, quia Paulus dicitur os tubæ. Ista est illa tuba de qua Zach. 9. Dominus in tuba canet &c. Et competit quod dicitur. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. A dignitatis authoritate, quia [Apostolus &c.] Vbi tria ponuntur. Primo, quòd sit legatus. Vnde dicitur Apostolus, idest principaliter missus. Soli enim duodecim Apostoli electi missi sunt a Christo. Lucæ 9. Elegit duodecim quos & Apostolos &c. Alij autem discipuli non missi sunt principaliter, sed secundario. Et inde est, quod apostolis succedunt episcopi, qui habent specialem curam gregis domini. Alij autem sacerdotes succedunt septuagintaduob. discipulis qui gerunt vices cõmissas sibi ab episcopis. Est ergo eius dignitas, qa; [Apostolus] 1. Corin. 9. Si alijs non sum Apostolus, sed tamen uobis sum &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro &c. Sed quare vocat se hic Apostolum dicens, Paulus Apostolus, cum in epistola ad Romanos scribit se seruum? Ratio huius est, quia Romanos reprehẽdit de dissensione & superbia quæ est mater dissensionis, quia inter superbos semper iurgia sunt. Vnde vt eos reuocet a dissensione, inducit eos ad humilitatẽ uocando se seruum. Corinthij vero erant pertinaces & rebelles, & ideo ut reprimat eorum potentiã, usus est hic nomine dignitatis, dicens se Apostolum. Secundo, ponitur cuius sit legatus, quia; [Iesu Christi,] infra 5. Pro Chri-

F sto legatione fungimur. Tertio, ponitur modus quo adeptus est legationẽ, quia non intecit se vt pseudo. Hier. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant. Non est datus populo ex diuino furore, iuxta illud Iob. 34. Qui facit regnare hypochritã &c. Oseę 13. Dabo tibi regem, sed in furore meo. Est adeptus apostolatum ex voluntate Dei & beneplacito. Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Ei dicit; [Per voluntatem Dei.] Persona aũt adiuncta est Timotheus. Vnde dicit; [Et Timotheus frater.] Frater, inquam, propter fidẽ, Matt. 23. Oẽs vos fratres estis, &c. Et pp dignitatem, G quia Episcopus: & inde est, ꝙ Papa vocat oẽs episcopos fratres. Connumerat aũt sibi Timotheũ, quia cũ ipse transisset per eos, sicut dixit in prima Epistola vlt. cap. possent credere, ꝙ malitiam retulisset Apostolo ea de quib. ipse scribit ad eos. Consequenter ponuntur personæ salutatę, & primo, principales: scdo, adiunctę principalib. In hoc qd dicit; [Ecclesię Dei,] q̃ est totus populus fidelis tã clerici, quã laici 1. Tim. 3. Vt scias quõ oporteat te conuersari. [Quæ est Corinthi.] quia Corinthus erat metropolis Achaię. Sed adiunctæ personæ sunt oẽs sancti, qui sunt vnius spiritus sancti gratia renati 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati &c. [Qui sunt in Achaia,] cuius metropolis est Corinthus. Istis autem personis salutatis optat Apostolus bona, vnde dicit. [Gratia vobis &c.] H & circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsa bona, Scdo ipsorum authorẽ ibi; [A Deo patre &c.] Ponit aũt ista duo extrema bona, vt in eis intelligantur media. Primũ. n. bonum est gratia, quę est principium omniũ bonorũ, nã ante gratiã nihil est nisi diminutum in nobis. Vltimum aũt omnium bonorum est pax, quia pax est generalis finis mentis, nam qualitercunque pax accipiatur, habet rõnem finis & in gloria ęterna, & in regimine, & in conuersatione finis est pax. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ. Quis autem sit author horũ bonorum, ostendit, subdens; [A Deo patre &c.] Et hæc duo possunt dupliciter distingui, quia cum dicit a Deo patre, potest intelligi pro tota trinitate, nã licet persona patris dicatur pater Christi per naturã, tñ tota trinitas est pater noster per creationẽ & gubernationẽ. Esa. 63. Et nunc Dñe pater noster es tu. Hier. 3. Patrẽ uocabis me. A Deo ergo patre nostro, i. a tota trinitate proueniunt bona. Matt. 7. Si vos cũ sitis mali &c. Sed si Deus I pater noster accipiatur pro tota trinitate, quare additur persona filij, cum dicit; [Et domino Iesu Christo,] nunquid est alia persona a trinitate? Dicendum, quòd additur non propter aliam personam, sed propter alia naturam, scilicet humanitatis assumptę a filio in personam diuinam: quam quidem trinitati connumerat, quia omnia bona proueniunt nobis a trinitate per incarnationem Christi. Et primo, gratia. Ioan. 1. Gratia & veritas &c. Secundo, pax. Ephesio. 2. Ipse est pax nostra &c. Item cum dicit; [A Deo patre nostro.] Potest intelligi persona patris solum, & licet tota trinitas sit pater noster ut dictum est, tamen persona patris est pater noster per appropriationem, & sic hoc, quod dicit; [Et domino Iesu Christo,] intelligitur de persona filij. De persona autem spiritussancti non fit hic mentio, quia sicut dicit; [Augustinus,] cum sit nexus patris & filij, vbicunque ponitur persona patris & K persona filij, intelligitur persona spiritussancti.

LECTIO II.

BENEDICTVS Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in oĩ tribulatione nostra, ut possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur, & ipsi a Deo; quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat cõsolatio nostra.

LECTIO III.

SIne autem tribulamur pro uestra exhortatione & salute, siue consolamur pro uestra consolatione, siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur, ut spes nostra firma sit pro uobis; scientes, quoniam sicut socii passionũ estis, sic eritis & consolationis. Non enim uolumus ignorare uos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet adiuuantibus uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierũ, eius quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.

LECTIO II.

HIC incipit epistola, in qua Apostolus duo facit. Primo enim excusat se Deo eo quod non iuerat ad eos, sicut promiserat. Secundo, prosequitur intentionem suam cap. 3. ibi; [Incipimus iterum &cæt.] Circa primum duo facit. Primo, ponit excusationem de mora. Secundo, moræ assignat causam, se-

cundo

A cundo, cap. ibi; Statui aũt, &c.] Circa primum duo facit. Primo enim reddit eos beneuolos. Secũdo, excusationem ponit, ibi; [Et hac confidentia, &c.] Circa primum duo facit. Primo, captat eorũ beneuolentiam recitando quædam in generali. Secundo quædam in speciali, ibi; [Non enim &c.] Beneuolentiã aũt eorũ captat Apostolus ostẽdẽdo, ꝙ quicquid facit, totum facit ad eorum utilitatẽ. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit vtilitatem, q̃ ex ipso alijs prouenit. Secundo, rationẽ eorum assignat, ibi; [Quoniam sicut abundant &c.] Circa primũ tria facit. Primo. n. ponitur gratiarũ actio. Secũdo, actionis gratiarum modus, ibi: [Qui consolatur, &c.] Tertio, causa, ibi; [Vt possimus, & ipsi consolari.] Agit ergo gratias toti trinitati a qua puenit oẽ bonũ; Et ideo dicit; [Benedictus Deus,] i. tota trinitas. Itẽ personæ patris, cũ dicit; [Et pater Dñi nostri Iesu Christi,] per quem. s. Christũ, pater nobis omnia donauit. Sed sciendũ, quòd nos benedicim' Deum, & Deus benedicit nobis, sed aliter, & aliter, nam dicere Dei, est facere. Psal. 150. Dixit & facta sunt. Vnde benedicere Dei est bonum facere, & bonum infundere: & sic habet rationẽ causalitatis, & Genes. 1. & 22. Benedicens benedicam tibi, &c. Dicere aũt nostrum non est causale, sed recognoscitiuũ, seu expressiuum. Vnde benedicere nostrum, idem est quòd bonũ recognoscere. Cum ergo gratias agimus Deo, benedicimus sibi, idest recognoscimus eum bonum, & datorem omnium bonorũ. Tob. 12. Benedicite Deum cœli, &c. Dan. 3. Benedicite oĩa opera, &c. Recte ergo gratias agit patri, quia misericors est. Vnde dicit: [Pater misericordiarũ.] Et quia consolator. vnde dicit; [Et Deus totius cõsolationis.] Et agit gratias de duobus, quibus homines maxime indigent. Primo. n. indigent ut auferantur ab eis mala, & hoc facit misericordia, quæ aufert miseriam, & misereri est propriũ D patri. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorũ &c. Secundo indigent, ut sustententur in malis quæ adueniunt. & illud est proprie consolari, quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius qñ superueniunt mala, non subsisteret. Tunc ergo aliquis consolatur aliquem, qñ affert ei aliquod refrigeriũ, in quo quiescat in malis. Et licet in aliquib. malis homo possit in aliquo cõsolari & quiescere & sustentari, tñ solus Deus est, qui nos cõsolatur in omnib. malis. & ideo dicit: [Deus totius consolationis:] quia si peccas, consolatur te Deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, cõsolatur te, uel eruendo ab afflictione per potentiã suã, uel iudicando per iustitiã. Si laboras, consolatur te remunerãdo. Gene. 15. Ego merces tua &c. Et ideo dr̃ Matt. 5. Beati qui lugẽt, &c. Materiam aũt gratiarũ actionis subdit, dicens: [Qui cõsolatur &c.] quasi dicat. Ideo benedictus, quia. [Consolatur nos in omni tribulatione,] infra 7. Qui consolatur &c. Causam autem E huius ponit cum dicit: [Vt possimus & ipsi consolari. Vbi notãdum est, ꝙ in donis diuinis est ordo. Ad hoc. n. Deus dat aliquib. specialia dona, vt ipsi effundãt illa in utilitatem aliorũ, nõ enim dat lumen Soli ut sibi soli luceat, sed ut toti mundo. Vnde uult ꝙ de omnib. bonis nostris, siue sint diuitiæ, siue potentia, siue scientia, siue sapiẽtia, accrescat aliqua vtilitas alijs. 1. Pet. 4. Vnusquisque gratia quã accepit &c. Hoc est ergo quod Apostolus dicit; [Consolatur nos in omni tribulatione.] Sed quare? non ut solũ nobis hoc sit ad bonũ, sed vt ẽt alijs prosit. Vnde dicit; [Vt possimus & ipsi consolari eos, &c.] possumus. n. consolari alios per exempli consolationis nostræ, qui. n. non est consolatus nescit consolari. Eccl. 34. Qui non est tentatus, qualia scit quæ sunt in omni, idest in qualibet pressura. Esa. 61. Spiritus domini misit me &c. ut consolarer omnes lugentes &c. Eccl. 48. Cõsolatus est lugentes &c. Possumus, dico consolari per exhortationem ad tolerantiam passionum, promittendo præmia æterna, qua. s. exhortamur uos per scripturas & internas inspirationes, ut patienter sustineamus, & alios exhortemur exemplo nostro, & per ipsas scripturas 1. Corint. 11. Ego enim accepi a domino &c. Esa. 21. Quæ audiui a domino, &c. Posita utilitate, q̃ ex Apostolis alijs prouenit, dictorum consequenter rationem assignat, dicẽs, [Quoniam sicut abundant &c.] Et quia duo dixerat. s. ꝙ Deus consolatur nos in omni tribulatione; ꝙ possimus & ipsi &c. Hic rationem horum duorum exponit, & primo ostendit quõ Deus cõsolatur nos in omni tribulatione. Secundo, quõ consolatio nostra conuertitur in cõsolationẽ aliorum, ibi. [Siue autem tribulamur &c. Dicit ergo; recte dico, ꝙ consolatur nos in omni tribulatione nostra, [Quia ẽm, quod abundant passiones Christi in nobis, &c.] Dicit Christi, idest, inchoatæ a Christo. Ezec. 9. A sanctuario meo incipite. In Christo enim inceperunt passiones pro peccatis nostris, quia ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. 1. Petr. 2. Deinde per Apostolos qui dicebant, Mortificamur tota die, Psal. 43. &c, quæ. Deinde per martyres qui secti sunt, tẽtati sunt &c. Heb. 11. Vltimo ipsi peccatores pro suis peccatis patienter iram dñi portabunt, quia peccauerunt. Vel passiones Christi, i. quas sustinemus propter Christũ. Act. 5. Ibãt apostoli gaudentes &c. & Ps. 43. Propter te mortificamur &c. Sicut, inquã huiusmodi [Passiones abundant.] sic [Abũdat per Christũ consolatio nostra,] Ps. 93. Secundum multitudinẽ dolorum &c.

LECTIO III.

POstquam Apostolus ostendit, ꝙ Deus cõsolatur seruos suos in tribulationibus. s. ministros fidei, & prædicatores: hic cõsequenter manifestat, ꝙ eorum consolatio cedit ad bonũ aliorũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eorũ consolatio sit ad aliorũ utilitatem & salutem. Secundo ordinẽ huius consolationis & salutis insinuat ibi [Quæ operantur tolerãtiã &c.] Circa primũ aduertẽdum est, ꝙ tria dicit Apostolus se recepisse. Tribulationem, cũ dicit, In omni tribulatione nostra. Cõsolationem cũ dicit, Qui consolatur nos. Exhortationem, cũ subdit. [Vt possimus & ipsi &c.] Accipiendo ergo hæc tria passiue dicimus, ꝙ Apostoli consolantur, tribulantur, & exhortãtur. Vnde & tria ostendit Apostolus cedere ad consolationẽ aliorũ, & hoc in quodã ordine. Et primo eorũ tribulationẽ, cũ dicit; [Siue,] inquit tribulamur &c.] q. d. vere quicquid recipimus, est in bonũ uestrũ, quia siue tribulamur pro vestra exhortatione, & salute, quia. s. nostro exemplo monet uos Deus ad passionũ tolerantiam, unde prouenit uobis salus æterna. Vnde 1. Mach. 6. legitur, ꝙ ostenderunt Elephantis sanguinem uuæ, & mororũ, ut acuerẽt eos ad bellum, quod fit, qñ tepidis & pigris adhibẽtur passiones sanctorum in exemplum. Secundo ostendit, ꝙ eorũ consolatio in aliorum utilitatem cedit, cum dicit, [Siue consolamur,] quasi dicat, ipsa nostra cõsolatio, qua nos spe præmij cõsolamur, est ad cõsolationem uestram, inquantum exemplo nostro vos etiam eandem spem præmij habentes, gaudetis. Tertio ostendit, quòd eorum exhortatio passiua est ad bonum aliorum, dicens, [Siue exhortamur] per internam inspirationem, uel per flagella, hoc est pro uestra exhortatione, scilicet vt uos ad maiora animemini, & salutem speretis unde dicitur 2. Mach. ultimo, quòd exhortati sermonibus Iudæ &c. [Adiuuantibus autem uobis &c.] Huius autem consolationis, & salutis ordinem insinuat, cum subdit, [Quæ operantur tolerantiam &c.] Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo, manifestat fructum qui ex patientia prouenit, ibi, [Vt spes firma &c.] Dicit ergo. Dico, quod hæc ad uestram salutem cedũt, quæ salus est uobis in hoc, inquãtum exemplo nostri estis fortes ad tolerantiã passionũ, & ut patienter sustineatis passiones quas

&

Universidad de Deusto Biblioteca

& nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 5. Exemplum accipite fratres mei &c. Ex qua quidem patiētia prouenit vobis fructus: quia ex hoc spes nostra firma est pro vobis, ꝙ vos efficiamini hæredes vitę æternæ, Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia vero spem. Greg. Tanto spes in Deum solidior surgit, quāto quis grauiora pro nomine eius pertulerit. Nam ex passionib. quas sustinent sancti Dei pro Christo, cōsurgit eis spes vitę æternæ: & cā spei huius est, quia sumus scientes, quia sicut estis socij nostri in passionib. eritis socij & consolationis, i. vitę æternæ, 2. Tim. 2. Fidelis sermo. nā si cōmortui sumus, & conuiuemus, &c. 1. Pet. 4. Cōicantes Christi passionibus, gaudete &c. Consequenter cum dicit; [Non. n. volumus vos] Captat eorū beniuolentiam, recitando quędam in speciali. Et circa hoc tria facit. Primo. n. describit persecutionem q̄ passus est in Asia Secundō speciale ei consolationem collatam, ibi [Qui de tantis.] Tertio subdit consolationis causam, ibi. [Nam gloria &c.] Dicit ergo primum. Non solū ea q̄ dicta sunt de tribulationib. in generali, bonū est uos scire, sed [Nō volumus vos ignorare,] quia scire est vtile vobis inquantum exēplo nostri patientiores estis [Nolumus,] inquā, [Vos ignorare de tribulatione nostra &c.] Tren. 2. Recordare paupertatis meę &c. Hęc est illa persecutio, de qua legitur Act. 9. quę facta est Apostolo ab Asiano quodam argentario, concitante plebem contra eū, quam quidem Apostolus exaggerat a tribus. Ex loco, quia in Asia, & hoc est quod dicit [Quæ.] s. tribulatio [Facta est in Asia.] i. apud Ephesum, quæ est in Asia, vbi debuisset magis honorari & consolari. Ex acerbitate, quia supra consuetudinem humanarum passionum, & ideo dicit, [Quoniam supra modum sumus &c.] Item [Supra posse, & ideo dicit [Supra virtutem.] Sed contra 1. Corin. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra &c.

Rndeo. Dicendum ꝙ pati supra virtutem potest intelligi dupliciter, uel supra virtutem naturalem, & de hac loquitur hic, supra quam Deus aliqñ permittit sanctos tentari: vel supra virtutē gratiæ, & de hac intelligitur illud 1. Cor. 10. Fidelis Deus &c. supra quam non permittit aliquem Deus tentari. Et ꝙ Apostolus loquatur hic de virtute naturali, ostendit cōsequenter cum dicit [Ita vt tæderet nos viuere.] Constat enim, ꝙ inter alia, viuere magis desideratur. qñ ergo est tanta persecutio, vt & ipsa uita reddatur tædiosa, manifestum est, ꝙ est supra virtutē naturę. & hoc est quod dicit. [Ita vt &c.] q. d. Sic erat grauis persecutio, vt vita esset nobis tædiosa. Iob 10. Tædet animam meam vitæ meæ. Contra, Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres mei &c. Respondeo. Dicendum ꝙ tribulatio potest considerari dupliciter, vel ſm se, & sic est tædiosa: vel in comparatione ad finem, & est iucunda, in quantum pp Deum, & spem vitæ æternæ sustinetur. Et non solū erat nobis tædiosa vita, sed eramus certi de morte. vnde dicit [Sed ipsi in nobis responsum mortis,] i. certitudinem mortis [Habuimus,] q. d. Opinio mea dictabat mihi hoc, ꝙ deberem mori. Vel aliter, rñsum mortis. i. ipsa rō diceret & eligeret mori propter tędium vitæ Exaggerat ēt tribulationem ex cā. vnde dicit [Vt non simus in nobis &c.]. s. vt reprimatur humana superbia. Hier. 16. Domine fortitudo mea, & robur &c. Sed in omnib. confidamus de Deo. Hie. 17. Benedictus qui confidit in dño &c. Et ideo dicit [Sed in Deo qui suscitat &c.] 1. Reg. 2. Dñs mortificat & viuificat. Sed quia dñs non relinquit sperantes in se, ideo subdit Apostolus consolationem ei factam a dño, dicens; [Qui de tantis periculis &c.] Et circa hoc tria facit. Primo, describit cōsolationē præsentem, contra mala præterita. Secundo, consolationem futurā. Tertio causam spei. Dicit ergo. Consolati sumus a Deo, qui eripuit nos in præterito de tantis periculis & eripit in præsenti, quia non cessat liberare. Esa. 43. Cū transieris per aquas &cæt. In quem speramus qñ eripiet, & adiecit in futuro. Eccl. 2. Qui timetis dñm sperate in illum. Huius aūt spei causam, nobis prębent orationes vestræ. Vnde dicit [Adiuuātib. uobis nos in orationib.] quas pro nobis facitis. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre, &c. Ro. 15. Obsecro vos fratres per dñm Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationib. vestris &c. Quæ quidem orationes necessariæ sunt, quia Deus multa bona confert vni ad preces multorum: cuius ratio est, quia Deus de bonis quæ confert vult exhiberi sibi gratias, & ꝙ multi ex hoc teneantur ad gratiarum actiones. hoc autem fit quādo ex eo, quod dat vni ad preces multorum, obligat sibi omnes ad quorum pre-

F ces confert bonum aliquod, vt sic non solum ille cui confert, sed etiam ipsi rogantes gratias referant Deo. Et hoc est quod dicit; [Vt ex multarum personis. [Et dicit; [Ex multarum facierum, vel quantum ad ętatem, vel quantum ad conditionem, vel quantum ad diuersitatem gentium uel morum; [Eius quæ in nobis est donationis,] i. pro illa donatione, i. fidei quæ in nobis est. [Per multos agātur gratię Deo pro nobis.] Eph. 5. Gratias agentes Deo & patri. Vel aliter. Vt ex multarū personis facierum, i. cōdinorum psonis. [Dico eius donationis quæ est in nobis,] i. quæ habent donum, s. fidei vel charitatis, i. ex multis personis illorum, qui sunt in fide Christi [Agatur &c.] Et sic secundum hanc expositionem per diuersas facies, intelliguntur diuersæ virtutes, vt facies vnius dicatur illa virtus in qua prçeminet: sicut facies Iob, patientia: facies Dauid, humilitas, & sic de alijs.

G

LECTIO IIII.

Nam gloria nostra hæc ē, testimonium cōsciētiæ nostræ, qđ in simplicitate cordis, & in sinceritate Dei, & non in sapiētia carnali, sed in gratia Dei cōuersati sumus in hoc mūdo: abūdantius aūt ad uos. Non enim alia scribimus vobis, quā quæ legistis & cognouistis. Spero aūt ꝙ vsque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi.

LECTIO. IIII.

Posita consolatione Apostolo a Deo facta post persecutionē, hic consequenter consolationis causam assignat, q̄ est de spe diuini auxilij. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit causā spei. Secundo, adducit ad hoc testimoniū eorū, quib. scribit, ibi. [Nō. n. alia &c.] Dicit ergo, Dico ꝙ speramus adhuc eripi a Dño & consolari; [Nā gloria &c.] q. d. cā huius est bona conscientia nostra. Spes. n. est expectatio futurorū ex gratia & meritis proueniens. Vnde & circa hoc tria facit. Primo, ostēdit gloriā q̄ habet de testimonio purę cōscientiæ. Scđo, causam huius glorię insinuat, ibi; [Quod in simplicitate.] Tertio, manifestat vnde prouenit hæc cā, ibi; [Et non in sapīa carnali.] Dicit ergo. Ideo spero & confido de Deo; [Quia gloria nostra,] i. glorior ex testimonio & puritate [Cōscientiæ nostrę:] ex quib. secure pōt confidere de Deo. 1. Ioan. 3. Si cor nostrū nō reprehenderit &c. Ro. 8. Ipse spiritus testimoniū &c. Notandū aūt, ꝙ conscientię testimoniū verū est, quia nō decipit. Multi. n. exterius videntur boni, qui in conscientia sua non sunt boni: & semper durat. Sed non dicit conscientię aliorum, sed nostrę, quia semper homo plus dēt stare testimonio conscientiæ suæ de se, q̄ testimonio aliorum, qđ non faciunt illi, qui reputant se bonos ex hoc, ꝙ alij sunt mali, non ex hoc, ꝙ ipsi in veritate boni sint. & illi qui gloriantur de bonitate alicuius boni viri, qui ei aliqua affinitate coniungitur Causam autem huius gloriæ insinuat, dicens, ꝙ [In simplicitate &c.] quę consistit in duobus. In duob. n. consistit puritas conscientię, vt. s. ea quę facit sint bona, & ꝙ intentio facientis sit recta, & ista dicit Apostolus de se. Primo, ꝙ habet intentionē rectā ad Deū in operib. suis, & ideo dicit [Quod in simplicitate,] idest in rectitudine intentionis. Sapien. 1. In simplicitate cordis, &cæt. Prouerb. 11. Simplicitas iustorū &c. Scđo, ꝙ ea quæ facit sunt bona & ideo dicit; [Et sinceritate operationis. Phil. 1. Vt sitis sinceri & sine offensa, Vnde autem proueniat huius glorię causa, manifestat subdens. Sed non in sapiētia carnis. Hoc pōt dupliciter leg. Primo, vt referatur ad hoc ꝙ immediate præcedit, s. Dei. Et tunc est insinuatiuū, vnde ueniat ei sinceritas & simplicitas, q. d. Multi antiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena, sicut Philosophi, & multi Iudei pure vixerunt cōfidentes in iustitia legis, sed nos nō in sapīa carnali, quę ſm naturas rerū, vel desideria carnis est, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, Ro. 8. Prudētia carnis mors est, &c. 1. Cor. 2. Non in persuasibilibus humanę sapientię verbis &c. 1. Corin. 15. Gratia Dei sum. Vel ēt secundum hunc modum; [Non in sapientia &c.] idest quasi innixus humanę sapientię, sed gratię Dei. Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Alio modo potest exponi, vt hoc quod dicit; [In simplicitate &cæt.] referatur ad puritatem vitę: hoc uero quod dicit; [Non in sapientia &c.] referatur ad ueritatem doctrinæ, quasi dicat sicut uita nostra est in simplicitate & sinceritate Dei, sic doctrina non est in sapientia carnali, sed in gratia Dei. Sed tamen duæ primæ magis valent. Et licet sic bene conuersati simus in mundo isto, tamen abundantius quantum ad vos quia scilicet ab alijs ecclesijs receperat sumptus, ab eis non, infra 11. Alias ecclesias expoliaui. Et ratio huius potest esse, quia auari erant: vnde ne contristaret eos, noluit ab eis recipere sumptus. Consequenter huius sanctæ suæ conuersationis, testimonium eorum inuocat, dicens; [Non enim alia, &cæt.] quasi dicat. hæc quæ scribimus vobis, non sunt uobis incognita, quia

iam

iam legistis ea in prima epistola & cognouistis per experientiam operum. 2. Ioan. 2. Non mandatum nouum. Et licet non perfecte cognoueritis, quia comparastis uobis pseudo apostolos: spero tamen, ꝙ vsque in finem, scilicet uitæ cognoscetis, scilicet perfecte, sicut usque modo cognouistis nos ex parte: Cuius rō est, quia cū quis uidet aliquem aliquid bene incipere, debet sperare ꝙ semper bene proficiat. Et quare? quia qui cœpit in uobis opus bonum, &c. ut dicitur Phil. 1. Et cognoscetis quia nos sumus gloria uestra, idest p nos debetis consequi gloriam æternam, ad quā homo peruenit per fidem Christi, quā prædicamus uobis. Prou. 17. Gloria filiorū sunt patres eorum. Ita dico sumus gloria uestra, sicut &; [Vos gloria nostra estis,] quia per uos a nobis instructos habere speramus præmium æternæ gloriæ. 1. Thess. 2. Quæ est spes nostra, aut corona gloriæ nostræ, nonne uos? Et hæc gloria erit nobis ex uobis; [In die Domini nostri Iesu Christi,] idest in die iudicij, qui dicitur Christi, quia tunc faciet uoluntatem suam cum peccatoribus, puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt uoluntatem suam, contra Christi Domini uoluntatem peccando Psalm. 74. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo &c. Apoc. 20. Libri aperti sunt, &c.

LECT. V.

Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis: & per uos transire in Macedoniam, & iterum a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo, est, & non, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in illo est & non, sed est in illo, fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est, ideo & per ipsum amen Deo ad gloriam uestram. Qui autem confirmat nos uobiscū in Christo, & qui unxit nos Deus: qui & signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens nobis non ueni ultra Corinthū: non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri: nā fide statis.

LECTIO V.

Apostolus captata beneuolentia Corinthiorū, cōsequēter excusationē suā addit, & circa hoc tria facit. Primo, n. ponit intentū. Scđo, sub qōne accusationē contra eū ab eis factā exponit ibi; [Cū ergo hoc &c.] Tertio, excusat se, ibi; [Fidelis aūt Deus.] Circa primū sciēdū est, ꝙ Apostolus in prima epistola (quā nos non habemus) missā ab eo Corinthiis, uel p nunciū promiserat eis ꝙ primo iret ad eos antequā iret in Macedoniā, & p eos iret in Macedoniā, & iterū inde rediret in Achaiā in qua est Corinthus, & de Achaia in Iudæā, postmodū in scđa epistola, quā nos habemus primā, scribit eis ꝙ primo iret in Macedoniā, & postmodū iret in Corinthū. Quia ergo vī ſm hoc cōtrariū primæ pmissioni, Apostolus excusat se mō de hoc: ponēs primo, ipsā promissionē primo factam, & iō dicit; [Et hac confidentia,] quasi dicat, uos scitis puritatem & sinceritatem meā, & estis testes mei, & gloria mea, ideo in hac confidentia, idest in hoc confisus, quia per alterutrū glorificari speramus;] Volui primo uenire ad nos, ut scđā gratiā haberetis: quia secunda uisitatio & confirmatio in fide, dī secunda gratia respectu conuersionis, quam primo habuerunt ministerio & prædicatione ipsius; [Et per uos trāsire in Macedoniā, & iterū a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudęā.] Iste est ordo primæ promissionis, sed in præcedenti epistola est ordo contrarius, sicut dictum est. Consequenter huius mutationis accusationē qua accusabāt eum Corinthij ponit sub qōne, dicēs; [Cū ergo hoc voluissem &c.] Duo imponebāt ei ex hoc, leuitatē, qa mutauerat propositum. Eccl. 27. Stultus ut luna mutatur. Et carnalitatē, quia uisum erat eis ꝙ ex aliquo carnali & humano affectu hoc fecisset. Vnde hæc duo tangit & primo leuitatem, unde dicit; [Nunquid leuitate usus sum?] si non feci quod aliquando uolui? Absit. Hester 16. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi leuitate uenire. Psalm. 34. In populo graui &c. Secundo, tangit carnalitatem, cum dicit; [Aut nunquid ea quæ cogito] facienda uel dimittenda; [Secundum carnem cogito,] idest secundum aliquem carnalem affectum; [Vt sit apud me est & non, i.] affirmatio & negatio, infra 10. Arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. Iac. 1. Vir duplex animo &c. Exposita eorum accusatione, consequenter excusat se, dicēs, [Fidelis autem Deus, &c.] & circa hoc duo facit. Primo, insinuat se non fuisse mentitum. Secūdo, ostendit modum qūo non fuit mentitus, ibi; [Qui autem confirmat, &c. [Quòd autem non fuerit mentitus, excusat se dupliciter scilicet ex consuetudine, & ex causa. Ex consuetudine quidem, quia non debet credi quòd aliquis de facili mentiatur, qui nunquam inuentus est mendax

A secundum hanc expositionē; [Fidelis Deus &c.] accipitur in uia iuramenti, quasi testis sit mihi Deus, [Quod sermo meus,] scilicet prædicationis [Qui fuit apud uos, non est in illo, est & non] idest non est in illo falsitas. Deu. 32. Deus fidelis & absq; vlla &c. Si autem sumatur fidelis Deus &c. pro ueritate diuinæ promissionis, tunc est sensus [Fidelis est Deus,] i. seruat promissa sua. Promiserat autē mittere ad nos prædicatores ueritatis. Hier. 3. Dabo uobis pastores iuxta cor &c. Et ideo cum sim missus ab eo, sermo noster, qui fuit &c. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit [Dei. n. filius.] & hoc dupliciter, scilicet motiua, & efficiente, ibi [Qui autem cōfirmat &c.] Causa autem motiua ad non mentiendum est, quia qui assumit aliquod officium, naturaliter mouetur ad ea, quæ congruunt illi officio, & non ad contraria. Sed constat ꝙ officium apostolicū est prędicare ueritatem: nō ergo mouetur ad cōtrariū ueritatis, qđ est mētiri. Et circa hoc tria facit. Primo, probat ueritatē dicti sui p dictū Christi. Scđo, ueritatē Christi p dictū Dei, ibi [Quotquot aūt &c.] Tertio, cōcludit suū propositū, ibi [Iō & per ipsum &c.] Dicit ergo primo, dico ꝙ dicta nostra debent reputari uera, & uera sunt, qa prædicamus Christū in quo non fuit aliqua falsitas & hoc est qđ dicit, [Dei. n. filius Christus,] qui est pdicatus per nos in uobis [Per me,] s. principaliter [Et Syluanum] secundario. Iste est Sylas de quo hr. Act. 18. & [Timotheum] de quo supra; isti. n. duo fuerunt cū Apostolo, qñ primo cōuertit eos [In illo,] s. filio Dei [Non fuit, est & non,] idest falsitas, uel non fecit quod non conuenit; [Sed fuit in illo est] i. veritas, nam uerum & ens conuertuntur. Ioan. 14. Ego sū uia, ueritas, & uita. Sed quia posset uideri dubiū hoc, qđ dicit, ꝙ in Christo non fuit falsitas, iō statim hoc probat, subdēs [Quotquot aūt &c.] & probat hoc mō. Cōstat, ꝙ in illo qđ est manifestatiuū diuinæ ueritatis, non pōt esse falsitas; filius Dei uenit ad manifestādū diuinā ueritatē in promissionibus a Deo factis complēdis p ipsū: ergo in ipso nō est falsitas. Et hoc est, qđ dicit. [Nō est in filio Dei est & nō.] sed [est,] quia [quotquot promissiones Dei,] s. sunt factæ hoībus [In illo,] i. in Christo est, i. in Christo verificātur & cōplentur, Rom. 15. Dico Iesū Christū ministrū fuisse &c. Ad confirmandas &c. Ex his ergo concludit, ꝙ postquā dicta sua uera sunt, quia prædicat filiū Dei in quo est ueritas: iō & p ipsū; s. Christū dicimus; [Amē Deo,] i. uerū. Apoc. 1. Hæc dicit amen testis fidelis &c. Esa. 65. Qui benedictus est in terra, benedicetur in Deo amen &c. Et istam ueritatē dicimus Deo, i. ad honorem Dei, scilicet manifestantes eius ueritatē & gloriā nostrā, quia gloria nostra est conuersio uestra, uel gloria nostra, quia gloria nostra est ostendere & prædicare uerbum Dei. Consequenter cum dicit [Qui autem confirmat nos &c.] Probat apostolus, quòd non est mentitus per causam efficientem. Licet enim homo ex libero arbitrio possit uti lingua sua ad uerū, uel ad falsum loquendum: nihilominus tamen, Deus potest confirmare hominem sic in vero, ut non nisi uera loquatur. Si ergo Deus aliquem confirmaret in uero, manifestum est, quòd non diceret falsum, sed Deus confirmat nos in veritate, ergo &c. Et ideo dicit, quòd Deus est qui confirmat nos nobiscum in Christo, i. in uera predicatione Christi, quasi dicat: si Christus esset extra nos, possemus mentiri sed quia est nobiscum & nos sumus in Christo; non mentimur. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Sumus ergo in Christo dupliciter, scilicet per gratiam, & per gloriam. Per gratiam quidem sumus, inquantum uncti sumus spiritussancti gratia, & effecti sumus membra Christi & iuncti sibi, qua etiam gratia Christus unctus est secūdum quod homo. Psal. 44. Vnxit te Deus &c. Et ex plenitudine istius unctionis redundauit in omnes suos, sicut unguentum in capite, scilicet Christo, quòd descendit &c. Et ideo dicit quòd [Vnxit nos Deus,] Vnxit inquam, in reges & sacerdotes. Apocal. 5. Fecisti nos Deo &c. 1. Petr. 2. Vos autem genus electum &c. Vnionem autem quæ est per gloriam non habemus in re, sed in spe certa, inquātū ha-

ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

habemus firmam spem uitæ æternæ. Et habemus duplicē certitudinē ſpei animis uitionis conſequentiæ. Vna eſt per ſignū, alia per pignus. Per ſignū eandem, quia fidei. Vnde dicit [Si ſignauit nos ſigno fidei Chriſti.] Item ſignum Crucis. Ezech. 9. Signa thau, i. ſignum crucis. Apoc. 7. Quoadusque ſigneмus ſeruos Dei noſtri &c. Et hoc per ſpiritū ſanctū. Ro. 8. Si quis ſpiritū Chriſti non habet &c. Et ideo ſpeciale, & certum ſignū eſt uitæ æternæ conſequēdæ cōfigurari Chriſto. Cant. 8. Pone me ut ſignauit ſigno uitæ, per pignus uero maximū, quia ſpiritus ſancti, & ideo dicit, [Dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.] De quo certū eſt, q̄ nullus poteſt eū accipere a nobis. Sed nota, in pigno ſe duo ſunt conſideranda. ſ. q̄ faciat ſpem habendæ rei, & q̄ ualeat tantum quātum ualet res uel plus, & hæc duo ſunt in ſpiritu ſancto, quia ſi conſideremus ſubſtantiam ſpiritus ſancti, ſic ualet tantum ſpiritus ſanctus, quantum uita æterna, q̄ eſt ipſe Deus, quia. ſ. ualet quantum omnes tres perſonæ. Si uero conſideretur modus habendi, ſic facit ſpem, & non poſſeſſionem uitæ æternæ, quia nondū perfectē habemus ipſum in uita iſta. Et ideo non perfectē beati ſumus niſi qū perfectē habuimus in patria. Ephe. 5. Signati eſtis ſpiritu. Conſequenter cum dicit [Ego autem teſtem &c.] Excuſat ſe de eo, q̄ non uenit, & hoc per ira mentum quod manis eſt. Et circa hoc tria facit. Primo ponit ſuā excuſationem. Secundo, reſpondet tacitę quæſtioni, ibi. [Nō quia dominamur.] Tertio, exponit quod dicit, ibi. [Nam fide ſtatis.]

Excuſat aūt ſe per iuramentum duplex. Vnum atteſtationis, cū dicit. [Ego autem teſtem Deum inuoco.] Aliud execrationis cū dicit [In animam meam.] i. contra animam meam. Ro. 1. Teſtis eſt mihi Deus &c. Teſtem, inquā, inuoco Deum, quia [Non ueniſtra,] i. poſt prima uicem, uel poſtquam diſceſſi a uobis, & hoc feci parcens uobis. ſ. quia ipſe ſciebat eos incorrigibiles. Vnde ſi iuiſſet tūc, aut puniſſet, & ſic forte receſſiſſent totaliter a fide, aut non puniſſet, & ſic dediſſet occaſionē magis peccādi. Sed quia aliquis poſſet dicere, quare dicis, [Parcens uobis.] Nunquid dominus noſter eſt? Ideo conſequenter hoc remouet, dicens, [Non dico, quia dominamur fidei ueſtræ, ſed adiutor &c. q.d. nō dico hoc, ut dominus, ſed ut coadiutor, 1. Per. 5. Non enim dominātes in cleris &c. Adiutor, inquā [Gaudii ueſtri,] uel emēdationis ueſtræ. Quare aūt dicat, fidei ueſtræ, exponit conſequenter, dicens, [Nam fide ſtatis,] ideſt ſtatis in gratia iſta Chriſti per fidem.

CAPIT. II. LEC. I.

STatui autē hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia uenirem ad uos. Si enim ego contriſto uos, & quis eſt, qui me lętificet, niſi qui contriſtatur ex me? Et hoc ipſum ſcripſi uobis, ut non cum uenero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus uobis, quia gaudium meum omnium ueſtrum eſt. Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi uobis per multas lachrymas, non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis quā charitatē habeam abundantius in uobis.

LECTIO II.

SI quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit, ſed ex parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt obiurgatio hæc, q̄ fit a pluribus: ita ut econtrario magis donetis & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro uos, ut confirmetis in illū charitatē. Ideo enim, & ſcripſi uobis, ut cognoſcam experimentum ueſtrū, an in omnibus obedientes ſitis, cui autem aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui (ſiquid donaui) propter uos in perſona Chriſti, ut non circunuaniamur a Sathana, nō enim ignoramus cogitationes eius.

LECTIO IIII.

CVm uenisſem autē Troadem propter euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in domino: nō habui

fructus ut auferatur peccatum. Contra Apoſt. non ſolum per rationem, ſed ex aliis cauſis inducit eos ad hoc, cū dicit [propter q̄ obſecro &c.] Et inducit eos tribus modis. Primo, precib. dicens; [Propter quod,] ſ. abſorbeatur; [Obſecro] qui poſſum præcipere. Philem. Multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu, impetādi tibi, &c. Contrariū faciēt mali ſpiritus Ezech. 34. Cū auſteritate imperabaris eis &c. [Vt confirmetis in illū charitatē, quod fit ſi oſtenditis charitatem veſtrā ad eum, & nō abominamini eū propter peccata, nec contemnitis; ſed propter conſolationem ueſtrā facitis eū habere odio peccatum ſuum, & diligere iuſtitiam. Luc. 22. Et tu cōuerſus cōfirma fratres tuos &c. Secūdo, inducit eos præcepto, dicens, [Ideo enim ſcripſi hoc,] ſ. [Vt cognoſcā experimentum ueſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.] Et dicit, in omnib. ſ. ſiue in his quæ placent uobis; ſiue in his, quæ diſpliacent. Primo enim mandauerat eis, q̄ excōicarent eum, & ſic fecerunt mandatum Apoſtoli; nunc uero ſecundo mandat eis, q̄ pareant, & ideo dicit: [An in omnibus obedientes ſitis.] Tertio, ex commemoratione beneficii, cum dicit; [Cui autem aliquid donaſtis, &c.] q.d. Vos debetis hoc facere, quia ēt ego feci. Sic enim uos remiſiſtis alicui & rogaſtis me, q̄ ego remitterem, & ego remiſi. Et hoc eſt quod dicit [Cui aūt aliquid donaſtis uos. & ego,] ſ. donaui. Et hoc patet. [Nam & ego quod donaui &c.] Vbi quatuor tanguntur ad huiuſmodi donationem ſeu remiſſionem neceſſaria. Primū eſt differtio, vt. ſ. nō paſſim & temere remittatur. Et ideo dicit, Si quid. ſ. in debito modo. Prou. 4. Palpebræ tuæ p̄ecedant &c. Secundum eſt finis, quia non propter amorē, uel odiū debet fieri, ſed propter vtilitatem aliquam eccleſiæ uel aliquorū. Et ideo dicit [Propter vos.] Tertium, eſt authoritas, quia nō debet fieri authoritate propria, ſed Chriſti, qui remittit peccata authoritatiue, alii uero quib. cōmiſſum eſt, miniſterio, & ſicut mēbra Chriſti. & ideo dicit [In perſona Chriſti,] ſ. non mea authoritate. Et tñ quodcunque remittitur, Chriſtus remittit. Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata &c. Quartum eſt neceſſitas. Vnde dicit [Vt non circumueniamur a Sathana.] Diabolus enim multos decepit, quoſdā. ſ. trahendo ad peccatorum perpetrationem, quoſdam uero ad nimiam rigiditatem contra peccantes, vt ſi nō poteſt eos habere per perpetrationē facinoruū, ſaltē perdat quos tam habet per prælatorum auſteritatem, qui eos non miſericorditer corrigentes in deſperationem inducunt, & ſic hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. Eccl. 7. Noli eſſe nimis iuſtus 1. Petr. 5. Aduerſarius ueſter diabolus &c. Et hoc continget nobis, ſi non remittamus peccantibus. Et ideo vt non circumueniamur a ſathana, ego donani ſi quid donaui; [Non enim ignoramus cogitationes eius.] ſ. ſathanæ: uerum eſt in generali, ſed in ſpecialī, nullus poteſt ſcire eius cogitationes niſi ſolus Deus. Iob 41. Quis reuelauit faciem indumenti eius? &c.

LECTIO III.

POſita prima cauſa ſuæ dilationis ne. ſ. cū triſtitia iret ad eos, hic ponit cauſam ſecūdam, q̄ eſt ex fructu quē alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ſui itineris proceſſum. Secūdo, ipſius proceſſus effectū, ibi. [Deo autem gratias &c.] Circa primū duo facit. Primo, oſtendit impedimentū fructificandi, q̄ habuit in Troade. Secūdo, ſubiūgit proceſſum ſuum in Macedoniā, ibi [Sed uale faciens &c.] Dicit ergo [Cū uenisſem in Troadē pp euangeliū.] i. ad p̄dicandū Chriſtū. Io. 15. Poſui uos ut eatis &c. [Et oſtium mihi apertū eſſet,] i. mēres hominū paratæ, & diſpoſitæ eſſent ad recipiendū prædicationis uerba & Chriſti. 1. Corin. 16. Oſtiū mihi apertum eſt &c. Apoc. 3. Ecce ſto ad oſtium &c. Sed non in quocunque. imò in dño, quia ipſa præparatio mētis humanæ eſt ex uirtute diuina. Nam licet facilitas qua mēres præparantur, ſit cauſa conuerſionis, tamen ipſius facilitatis, & præparationis cauſa eſt Deus. Tren. vlti. Conuerte nos domine ad te & conuertemur, Cum inquam, ita eſſet apertum mihi oſtiū in dño [Non habui requiem ſpiritui meo] i. non potui facere, q̄ ſpiritus mens uolebat. i. dictabat. Tunc enim dicitur habere ſpiritus requiem, qñ efficit quod uult: ſicut tūc dicitur caro requieſcere, quando habet qd concupiſcit. Luc. 12. Anima mea habes

multa

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa bona &c. Apostolus non dicit, Non habui requiem carni meæ vel corpori, sed spiritui meo, idest uoluntati meæ spirituali, q̃ est, ut Christũ firmem in cordib. hominũ. Et impediebar, quia videbam corda parata & dispositа, & nõ poteram prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit, [Eo quod nõ inueni Titum fratrẽ meũ. [i. propter absentiã Titi, & hoc duplici de cã. Vna causa est, q̃ licet Apostolus sciret oẽs linguas, ita ut diceret Gratias ago Deo meo q̃ omnium vestrũ lingua loquor, tñ magis expeditus, & edoctus erat ī lingua Hebræa, quàm in Græca. Titus aũt magis in Græca. Et ideo uolebat eũ habere præsentem, vt p̃dicaret in Troade. Et quia erat absens, nam Corinthij detinuerant eũ dicit: [Nõ habui requiẽ spiritui meo,] sed quia dona Dei non sunt imperfecta, & donũ linguarum fuit specialiter Apostolis collatum ad prædicandum per totum mundum. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ &c.] Et ideo alia causa est melior, q̃ est, quia Apostolo imminebant in Troade multa facienda. Nam ex una parte imminebat ei p̃dicare his, qui parati erant recipere Christũ per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersarijs qui impediebant, & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui instituisset prædicationi & conuersioni bonorũ, & Apostolus resistisset aduersarijs. Et specialiter ẽt hoc scribit eis, vt innuat, q̃ non solum prima causa dilationis suę fuit ex eis, sed ẽt secunda, nam ipse propter dũritiam & dissensionem eorũ, detinuerat tanto tẽpore Titum, & ideo dicit [Ego quod non inueni Titũ fratrem,] uel in Christo, vel coadiutorẽ. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Et quia non inueni Titũ in Troade, non remãsi ibi. [Sed valefaciens eis,] qui erant conuersi, & in quib. ostium apertum erat; [Profectus sum in Macedoniã,] vbi credebam eũ inuenire. Causa aũt essendi in Macedonia, legitur Act. 26. vbi dr, q̃ uir Macedo. &c. Consequenter cum dicit, [Gratias autem Deo &c.] Ponit profectum sui processus, & circa hoc duo facit. Primo enim describit ordinem sui processus. Secũdo, excludit ab isto processu pseudo apostolos, ibi. [Ad hoc quis tam idoneus &c.] Circa primum duo facit. Primo, insinuat profectũ quem faciebat. Secũdo, exponit quoddã quod dixerat ibi. [Christi bonus odor &c.] Circa primũ sciendum, q̃ Apostolus profectum, & fructũ quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ uirtuti, sed Deo 1. Cor. 6. Abundantius omnib. laboraui, non ego, sed gratia &c. & ideo dicit, Gratias aũt Deo. I. ago. 1. Thes. 5. In omnibus gratias agite. Eph. 5. Gratias agentes &c. [Qui semper triumphat nos in Christo Iesu.] i. triumphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciendũ est, q̃ prædicatores veritatis duo debẽt facere. I. exhortari in doctrina sacra, & contradicentem deuincere, & hoc dupliciter dispũtatione hæreticos, patientia uero perse cutores. Vnde per ordinem ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit, [Qui triumphat nos.] Quantũ ad contradicentes. Ro. 8. In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 2. Non in fortitudine exercitus uictoria belli, sed de cęlo &c. [Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in oĩ loco,] quantum ad exhortationẽ sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit Glo. i. filium suum: sed melius est, ut dicatur ad differentiã notitię de Deo, quã faciunt aliæ scientiæ, & quã facit fides. Nam notitia de Deo quæ habetur per alias scięntias, illuminat intellectum solũ ostendens, q̃ Deus est causa prima, q̃ est unus & sapiens &c. Sed notitia de Deo, q̃ habetur per fidem, & illuminat intellectũ, & delectat affectũ; quia non solum dicit, q̃ Deus est prima causa, sed q̃ saluator noster, quod est redemptor & quod diligit nos & est incarnatus pro nobis, quæ omnia affectum inflammant. Et ideo dicendum, q̃ odorem notitiæ suæ. i. notitiã suæ suauitatis, credenti per nos in omni loco manifestat, quia iste odor longe lateq; diffunditur Eccle. 24. Ego quasi uitis fructificaui &c. Gene. 27. Ecce odor filii &c. Quia uero aliqui possent dicere, quid est odor Dei in omni loco? nam multa loca sunt in quibus non recipitur prædicatio nostra: ideo Apostolus exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiãt prædicationem, siue non, tñ notitia Dei manifestatur ubique per nos [Quia sumus bonus odor Christi Deo.] i. ad honorem Dei, & loquitur ad similitudinem legis, ubi dr, q̃ sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimũ Deo, q. d. Nos sumus holocaustũ, quod offertur Deo in odorem suauitatis. Et tam. [In his qui salui fiunt,] ut. s. non pereant, quod est eis a Deo, quàm; [In his qui pereunt,] quod est eis ex seipsis. Vnde Oseæ 13. Perditio tua Israel ex te &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodẽ modo? Non, sed, [Aliis quidem est odor mortis in mortem,] i. inuidiæ & emulitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortẽ æternam, illis. I. qui inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant p̃dicationẽ Christi, & conuersionẽ filiorum Luc. 2. Positus est hic in ruinã, & in resurrectionem &c. [Aliis autem odor uitæ] dilectionis & bonæ opinionis, ducentis eos, [In uitam] æternam. I. illis, qui gaudent & cõsentiunt ad prędicationẽ Apostoli 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntib. &c. His aũt qui salui &c. Sic ergo, ex odore Apostoli, boni uiuunt, mali moriuntur, sicut legitur q̃ ad odorem unearum florentiũ moriuntur serpentes. Consequenter ẽt dicit: [Sed ad hæc quis tam idoneus &c.] excludit ab isto processu pseudo apostolos, dicens, Quis illorum pseudo apostolorũ, q̃ est tam idoneus ad ista. I. quæ nos apostoli ueri facimus? quasi dicat, nullus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Sed contra Prouerb. 27. Laudet te alienus &c. Ad hoc rñdet Greg. supra Ezec. q̃ sancti duplici ex causa seipsos laudant, & non propter gloriã suam & vanitatem. Prima causa est, ut non desperẽt in tribulationibus, sicut Iob, quando amici mitebãtur eum ad desperationem inducere; reduxit ad memoriam sua bona, quæ fecerat, ut confortatus non desperaret; Vnde dicebat, Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Legitur ẽt de quodam sancto patre, q̃ quũ tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriã bona quæ fecerat, vt confortaretur; quũ tẽtabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, ut humiliaretur. Secunda causa est, propter utilitatem, vt. s. haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ ipsi. Et propter hanc causam hic Apostolus laudat se. Nã Corinthij præferebant sibi pseudo apostolos & condemnabant eũ, & ideo non sic obediant sibi. Vt ergo non uilipenderet eum, sed obederent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit; [Sed ad hæc quis tam idoneus,] sicut nos? non pseudo apostoli, quia licet ipsi prædicent adulterant uerbum Dei quod nos non facimus. Vnde dicit [Non sumus, sicut plurimi,] I. pseudo apostoli; [Adulterãtes uerbum Dei,] adminiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet confiteantur Christum, tñ non dicunt eum esse uerum Deum, sic dicunt pseudo apostoli qui dicunt eum euangelio debere obseruari legalia. Itẽ, [Non adulterantes uerbũ Dei.] i. prædicantes, sed propter quæstũ, uel propter fauorem laudis. Sic. n. mulieres adulterę dicũtur, qñ recipiunt semen ex alio uiro, ad propagationem prolis. In p̃dicatione aũt, semẽ nihil aliud est, quàm finis seu intentio tua, uel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus, si intentio tua est fauor gloriæ propriæ, adulteras uerbum Dei. Hoc fa ciebant pseudo apostoli, qui pp quæstũ prędicabãt, infra 4. Neque adulterantes uerbum Dei, &c. Apostoli aũt p̃dicabant, neque propter quæstũ, neq; gloriam propriã, sed propter laudẽ Dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit: [Sed ex sinceritate,] i. sincera intentione; non pro quæstu, & sine admistione contrapționis. supra 2; Ex sinceritate &c. Ponit aũt triplicẽ rõnẽ huius sinceritatis. Prima rõ sumitur ex dignitate mittentis. Nũtũ enim ueritatis decet uera loqui. Et ideo dicit; [Ex Deo,] i. illa sinceritate, quæ est digna nuntio Dei 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Secunda sumitur ex authoritate p̃dicentis cui astat. Ideo dicit: [Coram Deo,] coram quo ex sinceritate loqui debemus 3. Reg. 17. Vmit dñs in cuius conspectu sto &c. Tertio, sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nã prædicatio apostolorum est de Christo, & ideo debet esse sincera; sicut & ipse Deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solum, non de legalibus, ut pseudo apostoli faciunt 1. Corin. 2. Neque existimaui me scire aliquid inter uos nisi Christum, & hunc crucifixum.

odor uitæ in uitam. Et ad hæc, quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPIT. III. LEC. I.

INcipimus iterũ nosmetipsos commendare? Aut nunquid egemus sicut quidam, cõmendatijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus manifestati quod epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

LECTIO I.

POstquam Apostolus suã excusationẽ posuit, in qua benenolentiã captauit auditorum, hic consequenter prosequitur suam intentionem, scilicet tractans de minist ris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat dignitatem bonorum ministrorum. Secundo vero, exaggerat malitiã malorum ministrorum: & hoc a 10. cap. & deinceps. Circa primũ duo facit. Primo. n. commendat ministerium noui testamenti. Secundo, commendat vsum huius ministerij in alijs, exhortãdo eos ad hoc, ibi 6. cap. [Adiuuantes aũt, &c.] Circa primum commendat huiusmodi ministerũ noui testamenti ex tribus. Primo, ex dignitate ut isto cap. Secũdo, Ex 9ũ, ca. 4. ibi; [Ideo habentes, &c.] Tertio, ex præmio 5. cap. ibi; [Scimus autem qñ si &c.] Circa primũ duo facit. Primo, remouet quandam obiectionẽ. Secundo, commendat ministros noui testamenti, ibi; [Qui & idoneos nos fecit &c.] Circa primum sciendum est, q̃ Apostolus intendit commendare ministros noui testamenti, quorũ ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthij obijcerent sibi, q̃ in hoc vellet commendare seipsum, statim excludit, dicens; [Incipimus iterum nosmetipsos &c.] vbi duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo, respondet, ibi, I. [Aut nũ quid egemus &c.] Quæstio sua talis est, Dico, quòd non sumus adulterantes verbum Dei, sicut pseudo, sed ex sinceritate, sicut ex Deo. Sed nunquid hoc dicendo; [Incipimus iterum nos commendare,] i. dicimus ista, ut velimus nostram gloriam quærere, & non Dei? Et dicit iterum, quia in epistola prima commendauerat se satis, cum dixit, Vt sapiens architectus &c. Non ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriam nostram, sed Dei. Prou. 27. Laudet te alienus &c. Huic aũt quæstioni rñdet, cum dicit; [Aut nunquid egemus &c.] & ostendit q̃ non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, q̃ non indiget commendatione horũmum. Secundo q̃ neque etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi; [Fiduciam autem talem &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd non indiget commendatione eorum ad gloriam propriam. Secundo, huius causam assignat, ibi; [Epistola nostra vos estis &c.] Dicit ergo, Dico quòd non incipimus commendare nosmetipsos, quia non indigemus commendatione, Et hoc est quod dicit; [Aut nunquid egemus nos] veri ministri; [Sicut quidam] scilicet pseudo, [Commendatitijs epistolis,] idest laudibus essitis; [Ad vos] ab alijs, [Aut ex uobis] alijs missis? Sed contra Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mandatum &c. Etiam legati Papæ semper portant literas commendatitias. non est ergo malum. Respondeo: Dicendum, quòd accipere literas huiusmodi a personis famosis, vt solum per illas commendentur & honorentur, quousque ipsi ex bonis operibus eius veniant in notitiam, hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. A postolus vero, ita iam erat notus, & commendatus apud illos per opera sua, quòd non indigebat literis commendatitijs. Et ideo statim causam huius assignans, subdit; [Epistola nostra vos estis,] quasi dicat. Ego habeo bonas literas, non indigeo alijs. Et ideo circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quæ sit ista litera quam habet. Secũdo, exponit hoc idem, ibi; [Manifestati &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit quæ sit illa litera. Secundo, ostendit eam esse sufficientem ad commendationem propriam, ibi; [Scripta &c.] Dicit, ergo sic, epistola nostra vos estis, idest epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos cõmendamur, ita vt epistolis alijs non indigeamus: supra 2. Gloria nostra vos estis. Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia; [Scripta & cæt.] vbi duo tangit, sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est, quod intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, alias adhuc quæreret, nisi sciret se eam habere. Et quantum ad hoc, dicit, [Scripta in cordibus nostris:] quia semper vos habemus in memoria, habentes de uobis specialem curam, Phil. 1. Eo quòd habeam vos &c. Secundum est, quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam alias non curarer, de commendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit; [Quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus. Scitur in quam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem, quia exemplo nostri etiam alij imitantur vos. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas vt percurrat, qui legerit eum. Quomodo autem scitur hæc epistola, exponit, dicens; [Manifestati &c.] Et circa hoc tria facit. Primo, exponit cuius sit hæc litera. Secundo, quomodo sit scripta: & tertio in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit: [Manifestati quoniam estis Christi,] i. a Christo informati & inducti, I. principaliter & authoritatiue. Matt. 23. Vnus est magister uester. Sed a nobis secundario, & instrumẽtaliter. Et ideo dicit; [Ministrata a nobis.] 1. Cor. 4. Sic nos existimet hõ &c. 1. Cor. 3. Quid igit Cephas &c.

A Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia [Non atramento.] idest non admixta erroribus, sicut pseudo apostolorum, non mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex; quæ neminem ad perfectũ adduxit. Heb. 7. Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error: & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Nõ inquam atramẽto est scripta, [Sed spiritu Dei uiui,] idest spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instituti estis Ephes. 5. In quo signati estis &c. Vbi autem sit scripta instruat, subdens, Non in tabulis lapideis] sicut lex uetus, ut excludat duritiem; quasi dicat,

B Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi Act. 7. Dura cervice &c. [Sed in tabulis cordis carnalibus,] I. in cordibus laris ex charitate, & carnalibus, idest, mollibus ex affectu implendi & intelligendi. Ezech. 36. Auferam a uobis cor lapideum, &c. [Fiduciam autem talem &c.] Apostolus supra excusauit se, q̃ non quærebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hic vero probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immo omnia bona, quæ facit, non attribuit sibi, sed Deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona, quæ habet, & facit, Deo. Secundo, causam huius assignat, ibi. [Non quod sufficientes &c.] Dicit ergo primo. Dico quod non egemus epistolis commendatitijs, & q̃ nos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostram, sed Christi & [Fiduciam talem,] idest dicendi talia [Habemus ad Deum.] 1. referimus in Deum. Vel fiduciam tendentem in Deum, ex cuius viribus hoc dico, quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciã habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem,

C vt dicitur Rom. 5. Qui unimit nos Deo. Hier. 17. Benedictus uir, &c. Et quia vnitas Deo per Christum, habeo hanc fiduciã. Psal. 11. Fiducialiter agam &c. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, ẽt ipsum principium operis Deo attribuo. Et ideo dicit [Non quod simus sufficientes cogitare,] saltem nõ dicere, uel implere. Nam in quolibet processu operis, primo est assensus qui fit cogitãdo, deinde collatio per uerbum, & postmodum impletio per opus; unde fit, ut sic nec cogitare quis a se habeat, sed a Deo, sed ẽt inchoatio. Phil. 1. Qui cepit in uobis opus bonum &c. & hoc est contra Pelagianos dicentes, q̃ inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est a Deo. Esa. 26. Omnia opera nostra &c. Sed ex hoc ne uideatur tollere libertatem arbitrii, dicit [A nobis, quasi ex nobis,] q. d. Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc quod facio, non est ex me, sed a Deo, qui hoc ipsum posse cõfert, ut sic, & libertatem hominis defendat, cum dicit, A nobis. I. a nostra parte, & diuinam gratiam commendat, dum dicit, [Quasi ex nobis,] I. procedat, sed a Deo. Hoc etiam Philosophus uidit, q̃ nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddã bonum facere, sine adiutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, propter quod facimus. Non est autem procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliquid primum, puta ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est a Deo. Vnde dicit, q̃ consilium boni est ab aliquo, quod est supra homi nem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt ad actiones suas, sed aliter, & aliter. Cum enim huiusmodi motus sit quoddam receptũ in moto, oportet, q̃ hoc fiat secundum modum suæ naturæ. Ea ergo quorum natura est, ut sint libertæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet libere ad operationes suas: sicut creaturas rationales, & intellectuales. Alia autem non libere, sed secundum modum suæ naturæ; licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis, tamen habemus aliquam sufficientiam, quia scilicet bonum possimus uelle & credere incipiamus & hoc a Deo est, 1. Corin. 4. Quid habes, quod non accepisti?

D

E

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Commendato ministerio noui testamenti, hic cōsequenter commendat ministros eius. Et primo, ponit duo, quæ respō dent verbis præmissis. Præmiserat enim donum a Deo acceptū, cum dixit; [Sufficiētia nostra &c.] Et fiduciā ex dono conceptā, cū dixit, [Fiduciam talē &c.] Primo ergo, determinat ea, quę pertinent ad donum perceptum. Secundo ea, quę ad fiduciam conceptā, ibi. [Habentes igitur talem &c.] Circa primū, tria facit. Primo, ostendit donū a Deo susceptum. s. ministerium noui testamenti. Secundo, describit nouum testamentum, ibi: [Non litera, sed spiritu.] Tertio, ex dignitate noui testamenti, ostendit dignitatem ministrorum eius, ibi. [Si ministratio &c.] Dicit ergo, Dico q̧ sufficiētia nostra ex Deo est; [Qui & fecit nos idoneos ministros noui testamenti.] Esa. 61. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus locū angelorum. Psal. 103. Qui facit angelos &c. Sed nō solum fecit nos ministros, sed idoneos. Deus enim cuilibet rei dat ea, per q̄ possit consequi perfectionem suæ naturæ. Vnde, quia Deus constituit ministros noui testamenti, dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exercendum, nisi sit impedimentum ex parte recipientiū, sup. 2. Et ad hæc quis tam idoneus. s. sicut Apostoli a Deo instituti? Hoc autem nouum testamentum quid sit describit, subdens; [Non litera &c.] Et describit ipsum quantum ad duo. s. quantū ad illud in quo consistit, & quantū ad causam propter quā datū est, ibi. [Litera enim occidit &c.] Circa primum sciendum est, q̧ Apostolus loquitur profunde: dr enim Hier. 31. Feriā domui Israel, & domui Iuda fędus nouum, non s̄m pactum, quod pepigi cum patrib. vestris. Et post. Dabo legem meam in uiscerib. eorū; & in corde eorū superscribam eam &c. Vetus ergo testamentum scribitur in libro; postmodum sanguine aspergendo, ut dr Hebr. 9. Accepit sanguinem & aspersit librum &c. dicens, Hic est sanguinem & aspersit librum &c. dicens. Hic est sanguis &c. Et sic patet, q̧ uetus lex est testamentum literæ, sed nouum testamentum, est testamētum spiritusancti, quo charitas Dei diffunditur in cordib. nostris, ut dr Ro. 5. Et sic dum spiritusanctus facit in nobis charitatem, quæ est plenitudo legis, est testamentū nouū; [Non litera,] i. per literam scribendum: [Sed spiritu,] i. per spiritum, qui uiuificat. Ro. 8. Lex spiritus vitæ. i. viuificantis. Causa aūt, quare datum sit nouū testamētū, per spiritū subditur, Quia [Litera occidit,] occasionaliter. Nā litera legis dat solā cognitionem peccati. Ro. 3. Per legem aūt cognitio peccati. Ex hoc aūt, q̧ cognosco peccatum, solū duo sequuntur. Nā lex dum per eā cognoscitur, non reprimit concupiscentiā, sed magis occasionaliter auget, inquantū concupiscentia feruentius fertur in rē prohibitam. Vnde huiusmodi cognitio, nondū destructa causa cōcupiscentiæ, occidit. hinc uero addit præuaricationē. Nā grauius est peccare contra legem scriptā, & naturalē simul, quā contra legē naturalem solū. Ro. 7. Occasione accepta, non data, peccatū &c. Licet aūt occasionaliter occidat, inquantū. s. auget concupiscentiam, & addit præuaricationē, non tñ est mala lex uetus, quia ad minus prohibet mala. Est tñ imperfecta, inquantū non remouet causam. Est ergo lex sine spiritu interius imprimens legē in corde; occasio mortis. Et ideo necessariū fuit dare legem spiritus, q charitatem in corde faciens uiuificet. Io. 6. Spiritus est, qui viuificat. Consequenter ex his ostēdit dignitatē sui ministerij. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit, q̧ ministerium noui testamēti præfertur ministerio ueteris testamenti. Secundo, q̧ non solum præfertur, sed q̧ ministeriū ueteris testamenti, quasi nihil habet de gloria in comparatione ad nouum, ibi. [Nam nec glorificatū, &c.] Circa primū, duo facit. Primo, ostendit, q̧ ministeriū noui testamenti præfertur ueteri. Secundo, rōnem huius assignat, ibi. [Nam si ministratio &c.] Circa primū sciendū est, q̧ Apostolus argumētatur ex hoc, q̧ habetur Exo. 24. Vbi litera nostra habet, q̧ Moyses habebat faciem cornutā, ita q̧ non possent &c. Alia litera habet faciē splendidam, q̧ melius dr. Non enim intelligendum est, eum habuisse cornua ad literā, sicut quidam eū pingūt: sed dr cornuta propter radios qui videbantur esse quasi quædā cornua. Arguitur aūt ex hoc, sic & primo per unū simile, & est locus a minori. Cōstat enim, q̧ si aliquid quod minus est, habet ali

LECTIO II.

Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quę euacuatur, quō non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nā, nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentē gloriam. Si enim, quod euacuatur per gloriam est, multo magis, quod manet, in gloria est.

F quid de gloria, q̧ multo magis illud quod est maius. Sed uetus testamentum est minus quā nouum, cum ergo illud fuerit in gloria, ita ut non possent &c. Videtur q̧ multo magis nouum est in gloria. Quod aūt testamētum minus sit nouo, probat tripliciter. Primo, quantū ad effectū, quia illud est testamentū mortis, illud vitæ, ut dictum est; Et quātū ad hoc, dicit; [Si ministratio mortis] i. vetus, quæ est occasio mortis, & hoc est quod dicitur; [Litera occidit &c.] Secundo quantū ad modum tradendi, quia uetus fuit tradita literis in tabulis lapideis; nouum uero, fuit impressum spiritu, in cordib. carnalibus & hoc innuit, cū dicit, [Literis deformata,] i. perfecte formata; [In lapidibus,] i. in tabulis lapideis. Et hoc ei rndet, quod dr; [Non litera sed spiritu &c.] Tertio, quantum ad perfectionem, quia gloria ueteris testamēti sine fiducia est, quia neminem ad perfectum adduxit lex. In nouo uero, est gloria cum spe melioris gloriæ, scilicet sempiternæ; Esa. 51. Salus mea in sempiternum erit. Et hoc innuit cum dicit, [Quæ euacuatur.] Gal. 5. Quod si circūcidimini, Christus nihil &c. Conclusio ponitur, cū dicit: [Quomodo non magis] quod planum est. Horum aūt rationem assignat cōsequenter, cum dicit; [Nā si ministratio &c.] Et est ratio sua talis, Gloria magis debetur iustitiæ, quàm damnationi; sed ministerium noui testamenti est ministerium iustitiæ, quia iustificat interius viuificando. Ministerium aūt ueteris testamenti est ministerium damnationis occasionaliter; supra eodem; Litera occidit spiritus aūt viuificat. Cum ergo ministratio damnationis. i. ministratio veteris testamenti, quæ occasionaliter est causa damnationis, ut dictum est, est in gloria, quæ apparuit in facie Moysi, constat, q̧ multo magis abundat in gloria. i. dat abundantem gloriam ministris eius; [Ministerium iustitiæ,] i. noui testamenti, per quod datur spiritus per quem est iustitia & cōsummatio uirtutum. Prou. 3. Sapientes gloriam possidebunt. Consueuerunt hoc in loco, fieri quęstiones de cōparatione Moysi & Pauli: sed si recte considerentur verba Apostoli, non sunt necessariæ, quia hic non fit cōparatio personæ ad personam, sed ministerii ad ministerium. Sed quia possent pseudo apostoli dicere, q̧ licet maius ministerium sit noui testamenti, quàm ministeriū ueteris testamenti; non tñ est multū maius, & ideo bonū est, q̧ illi ministerio & isti intendamus, quod & faciebant, quia simul seruabant legalia cum euangelio. Ideo hic consequenter Apostolus hoc improbat, cum dicit: [Nam nec glorificatum &c.] Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit, q̧ ministerium noui testamenti absque aliqua comparatione excedit ministerium ueteris. Secundo, causam huius assignat, ibi; [Si enim quod euacuatur &c.] Dicit ergo, Dixi q̧ ministerium iustitiæ abundat in gloria, & intantum, q̧ gloria ueteris ministerii, non est dicenda gloria; quia nec glorificatū &c. quod dupliciter exponitur. Primo modo, sic [Quia nec &c.] i. illa gloria nihil est in comparatione ad istā noui testamenti, quia illa gloria non est omnib. ministris collata, sed soli Moysi: & non claruit in toto Moyse, sed in parte, i. in facie solum particulariter. Et ideo; [Nec glorificatum est,] i. nec glorificari debet; [Propter excellentem gloriam,] i. comparatione excellentis gloriæ noui testamenti, quæ abundat gratia, ut per eam purificati homines possent uidere non gloriā hominis, sed Dei. Secundo modo, ut punctetur sic, nec glorificatum est quod claruit, q.d. Nam in hac parte, idest in respectu huius naturæ particularis, qui sumus serui, non est glorificatum idest non gloriosum illud, quod claruit in ueteri testamento, & hoc propter excellentem gloriam, quæ est in nouo, quia illa est gloria Dei patris. Huius autem causam, assignat consequenter, cum dicit. [Si enim quod euacuatur &c.] Et est ratio sua talis. Illud quod datur, ut transeat, nihil est in respectu ad illud quod datur, ut semper maneat. Sic ergo testamentum vetus, quod euacuatur, tollitur 1. Corint. 13. Cū venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est, &c. Per gloriam enim Moysi ministratum saltem per particularem gloriam, constat quòd testamentum nouum manet, quia hic inchoatur & perficitur in patria. Luc. 21. Cœlum, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt; [Erit multo magis in gloria] æterna, in qua perficietur. Erit, inquam nobis qui sumus eius ministri.

LECTIO

LECTIO III.

Positis his, quæ pertinent ad cōmendationem doni percepti a Deo: hic consequenter ponit ea, quæ pertinent ad commendationem fiduciæ de ipso dono conceptæ. Circa hoc autem duo facit. Primo ponit fiduciam ex dono conceptam. Secundo vero comparat fiduciam veteris, & noui testamenti, ibi [& nō sicut Moyses.] Dicit ergo primo [Habentes igitur talē spem] ex hoc scilicet, quod nobis dictū est, scilicet videndi gloriā Dei. Rom. 8. Spe. n. salui facti sumus, [Multa fiducia utimur.] idest, confidenter operamur, ea, quæ pertinent ad usum huius ministerii, & quo crescit nobis, spes. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Hier. 17. Benedictus uir qui confidit in Domino, Consequenter, sicut prætulit donum doni, ita præfert fiduciā noui testamenti fiduciæ veteris testamenti cum dicit; [Et non sicut Moyses &c.] Et circa hoc duo facit. Primo proponit factū in ueteri testamēto. Scdo exponit, ibi; [Quod euacuatur &c.] Factum aūt, q̧ proponit, legitur Exod. 24. vbi dicitur, q̧ Moyses qū loquebat ad populum, velabat faciem suam, qa ppter claritatem vultus eius, nō poterant respicere in eū filij Israel. Et ideo dicit; [Et non sicut Moyses &c.] Quasi dicat. Dico q̧ vtimur multa fiducia, & tanta, q̧ non accidit nobis, sicut Moyses faciebat eis, s. non reuelando faciem suam populo, qa nondū venerat tempus reuelandi claritatē veritatis. Habemus ergo nos fiduciam absque uelamine. Cōsequenter exponit hoc q̧ dixerat de velamine, dicens; [Quod euacuatur &c.] uelamen. n. illud erat obscuritas figurarum, quæ per Chrm euacuata est. Et circa hoc tria facit. Primo ponit euacuationē huius velaminis. Secundo, quomodo hæc euacuatio habet locum in Iudæis, ibi; [Sed obtusi, &c.] Tertio, quomodo hæc euacuatio habet locū in ministris noui testamenti, ibi [Nos vero reuelata &c.] Dicit ergo, q̧ [Moyses ponebat uelamen,] i. figuras; [Super faciem suā, q̧] i. velamen; [Euacuatur] idest tollitur per Christum, s. implendo in veritate q̧ Moyses tradidit in figura, qa omnia in figura cōtingebāt illis, ut. 1. Chr. Christus p mortem suam remouit uelamen de occisione agni paschalis. Et ideo statim cum emisit spiritum, uelū tēpli scissum est. Item, in mittendo spiritum sanctum in corda credentium, ut intelligerent spiritualiter, q̧ Iudæi carnaliter intelligūt. Et hoc uelamen remouit, cum aperuit eis sensum, ut intelligerēt scripturas. Luc. vlt. Qualem aūt effectum habeat in Iudæis hæc euacuatio, ostendit dicēs; [Sed obtusi &c.] Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit q̧ remotum ab illis non fuit in statu infidelitatis. Secundo, ostendit q̧ remouebitur in eorum conuersione ibi; [Cū aūt conuersus fuerit &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit rationem, quare hæc euacuatio non habet locum in Iudæis. Secundo, ex hoc ostendit eos adhuc habere uelamē, ibi: [Sed vsque in hodiernū diē &c.] Dicit ergo, q̧ euacuat in his q credunt, sed non quantū ad Iudæos infideles, & rō huius est, qa obtusi sūt sensus eorū, i. ratio eorum hebes est, & sensus eorum imbecilles & obtusi sunt, nec possunt videre claritatem diuini luminis, idest diuinæ veritatis absque uelamine figurarum. Et huius rō est, qa claudunt oculos, vt non videant, qa velum templi scissum est. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis, non ex defectu veritatis, qa remoto uelamine oībus aperientibus oculos mentis, per fidē clarissime veritas manifestatur. Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel. [Ioan. 9. In iudicium veni in hunc mundum, &c. Sic enim prophetauerat Esa. 6. c. Excæca cor populi huius &c. Et vere intantum obtusi sunt sensus eorum, ut ueritatem nobis manifestatam [Vsque in hodiernum diem] non intelligant. Sed idipsum velamen, quod erat in ueteri testamento, antequàm velum templi scissum esset in lectione ueteris testamenti, quia non aliter intelligunt illud, quàm ante quia adhuc innituntur figuris, vt ueritatem non reuelent, idest non intelligant, sic uelamen Dei, non figuram, sed ueritatem credunt, quòd scilicet euacuatur quantum ad fideles, & quantum in se est omnibus per Christum, id est, in fide Christi, sed in eis non manet, qa non credunt venisse Chrm. Cōsequenter cum dicit; Sed vsque in hodiernū diē &c. Ostendit quomodo adhuc apud Iudæos est velamen quantū

LECTIO III.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quod in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad dominum, auferetur velamen. Dominus aūt, spiritus est. Vbi aute spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tāquam a domini spiritu.

A ad infideles, licet remotum sit per Christum. Circa quod sciēdū est, quòd velamen dicitur apponi alicui dupliciter. Aut, quia apponitur rei uisæ, ne possit uideri. Aut, quia apponitur videnti ne videat, sed Iudæis in veteri lege vtroq; modo appositum erat velamen. Nam & corda eorum excęcata erant, ne cognoscerent veritatem propter eorū duritiem, & uetus testamentum nondum, completum erat, quia nondum veritas venerat. Vnde in figuram huius, velamen erat in facie Moysi, & non in faciebus eorum: sed veniente Christo, velamen remotum est a facie Moysi, idest a veteri testamento, qa iam impletum est, sed tamen non est remotum a cordibus eorum. Et hoc est, q̧ dicit; [Sed vsque in hodiernum, diem.] Quasi dicat amotum est a fidelibus veteris testamēti velamen. Sed adhuc; [cū legitur Moyses,] idest, cum exponitur eis uetus testamentū. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatib. q eum prædicent in synagogis, &c. Velamen. i. cæcitas est positum sup cor eorum. Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit, &c. Quando aūt, & quomodo remouet ab eis illud velamen, ostendit cōsequēter, cū dicit, [Cum aūt conuersus. &c.] Et primo, describit modū remouendi hoc velamen. Secundo rōnem huius reddit, ibi, [Dominus aūt spiritus, &c.] Dicit ergo, q̧ illud velamen adhuc est in eis, sed non q̧ vetus testamentū sit uelatum, sed qa corda eorum velata sunt. Et ideo adhoc, vt remoueatur, nihil restat, nisi q̧ conuertant, & hoc est, q̧ dicit, [Cum aūt conuersus fuerit] scilicet aliquis eorum ad Deum p fidem in Christum, ex ipsa conuersione, [Auferetur velamen.] Esa. 10. Reliquiæ conuertent, &c.] Et hoc idem habetur Ro. 11. Et nota q̧ cum ageret de cæcitate, loquitur in plurali. Vnde dicit, Super corda eorum: cum uero loquitur de conuersione, loquitur in singulari, dicens [Cū aūt conuersus,] vt ostendat eorum facilitatem ad malum, & difficultatem ad bonū, quasi pauci conuertantur. Ratio aūt quare conuertantur, & velamen remoueatur, hoc modo est, quia Deus vult. Posset enim dicere, quòd velamen illud appositum est ex præcepto domini, & ideo non potest remoueri. Sed Apostolus ostendit, quòd non solum potest remoueri, imo, quia remouetur per eum, qui est dominus: & hoc est, quòd dicit; [Dominus enim, &c.] Quod potest dupliciter legi. Vno modo, vt spiritus teneatur ex parte subiecti, ut dicatur spiritus, idest Spiritussanctus, scilicet, qui est author legis, est dominus, id est, operatur ex proprio libertatis arbitrio. Ioan. 3. Spiritus vbi uult spirat. 1. Corint. 12. Diuidens singulis prout uult, [Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.] quasi dicat. Quia spiritus est dominus, potest dare libertatem, ut possimus libere vti scriptura ueteris testamenti absq; velamine. Et ideo, q non habent Spūmsanctum, non possunt libere uti Gal. 5. Vos in libertatem vocati estis; 1. Pet. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habētes malitiæ libertatem. Alio modo, ut per dnm intelligatur Christus, & tunc legit sic, Dns,] idest Christus, [Est spiritus] idest spiritus potestatis: & ideo, [Vbi est spiritus domini, idest lex Christi spiritualiter intellecta, non scripta literis, sed per fidem cordibus impressa, [Ibi] est, [Libertas] ab omni impedimēto velaminis. Sciendū est aūt, q̧ occasione istorū uerborū, scilicet Vbi spiritus domini, ibi libertas, & illorū, 1. Iusto lex non est posita, aliqui erroneè dixerunt, q̧ uiri spirituales non obligant præceptis legis diuinæ: sed hoc est falsum, nā præcepta Dei sunt regula uolūtatis humanæ. Nullus aūt homo est, nec etiā angelus, cuius volūtatē nō oporteat regulari & dirigi lege diuina. Vnde impossibile est aliquē hoīem preceptis Dei non subdi. Hoc aūt, q̧ dicitur, Iusto lex non est posita, exponit, idest ppter iustos, q interiori habitu mouentur ad ea, quæ lex Dei præcipit lex non est posita: sed propter iniustos, non quin etiā iusti ad eam teneantur. Et similiter, Vbi spiritus domini ibi libertas, intelligitur, qa liber est qui est causa sui: seruus aūt est causa domini: quicunque ergo agit ex seipso, libere agit, qui vero ex alio motus, non agit libere. Ille ergo, qui vitat mala, non quia mala, sed propter mandatum domini, non est liber: sed qui uitat mala, quia mala, est liber. Hoc autem facit Spiritussanctus, qui mentem interius perficit per bonum habitum, ut sic ex amore caueat, ac si præciperet lex diuina: & ideo dicitur liber, non quin subdatur legi diuinæ, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciẽdum, quod lex diuina ordinat. Deinde cum dicit; [Nos vero omnes, &c.] Ostendit, q̃ñ Christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico q̃ ab illis aufertur velamen hoc, cum aliquis conuersus fuerit sicut nos: nõ aliquis, sed omnes qui sumus Christi fideles. Luc. 8. Vobis datũ est, &c. [Reuelata facie] non habentes velamẽ supra cor, sicut illi: & intelligitur per faciẽ, cor, seu mens, quia sicut per faciẽ videt q̃s corporaliter, ita p mẽtem spiritualiter. Psal. 118. Reuela oculos meos, &c. [Gloriã domini] non Moysi: gloria. n. significat claritatem, vt dicit August. Iudæi autem videbãt quandam gloriã in facie Moysi ex hoc, q̃ locutus est cum Deo: sed hæc gloria est imperfecta, quia non est claritas ex qua ipse Deus est gloriosus: & hoc est cognoscere ipsum Deum; vel gloriam dñi, i. filium Dei. Prou. 10. Gloria patris, filius sapiens, &c. Speculantes non sumit̃ hic a specula, sed a speculo, i. ipsum Deũ gloriosum cognoscentes per speculum rõnis, in qua est quædam imago ipsius: hunc speculamur qñ homo ex consideratione suiipsius assurgit in cognitionem aliquã de Deo, & transformatur. Cũ. n. omnis cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, oportet q̃ qui vident, aliquo modo transformentur in Deum. Et siquidem perfecte vident, perfecte transformantur: sicut beati in patria per fruitionis visionem 1. Io. 3. Cum autẽ apparuerit, &c. Si vero imperfecte, imperfecte, sicut hic per fidem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. & ideo dicit, [In eandem imaginem,] i. sicut videmus. Transformamur, inquam; [A claritate in claritatem,] in quo distinguit triplicem gradũ cognitionis in discipulis Christi. Primus est, a claritate cognitionis naturalis, in claritatẽ cognitionis fidei. Secundus est, a claritate cognitionis veteris testamenti, in claritatẽ cognitionis gratiæ noui testi. Tertius est, a claritate cognitionis naturalis & veteris & noui testamenti, in claritatem visionis æternæ. infra 4. Licet is, qui foris est, &c. Sed vnde est hoc? Non ex litera legis, sed; [Tanquam a spiritu Domini.] Ro. 8. Quicũque spiritu Dei aguntur. Psal, 142. Spiritus tuus bonus deducet, &c.

CAP. IIII. LEC. I.

IDeo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiã consecuti sumus non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei: sed in manifestatione veritatis, G commendãtes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

LECTIO PRIMA.

OStensa dignitate ministerij noui testamenti, hic consequẽter Apostolus determinat de vsu ministerij. Et circa hoc duo facit. Primo. n. ostẽdit vsum huius ministerij, qui dẽt esse in agendis bonis. Secundo illum, qui dẽt esse in malis patienter tolerandis, ibi. [Habemus autem thesaurum, &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit huius ministerij vsum. Secundo, obiectionem excludit, ibi. [Quod si, &c.] Dicit ergo, quia igitur hmõi ministeriũ est tantæ dignitatis in se & in ministris; [Ideo habentes hanc administrationẽ,] i. hanc dignitatẽ administrãdi spũalia 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros, &c. Ro. 11. Quamdiu sum Gentium Apostolus ministerium &c. Habentes inquã, non ex nobis, seu ex meritis nostris, sed. [iuxta quod miam consecuti sumus a Deo,] i. ex mĩa Dei, quam in hoc consecuti sumus a Deo. 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, &c. Consequenter cũ dicit, [Nõ deficimus, &c.] describit usum huius ministerij, qui debet esse circa bona agenda: & hoc quantũ ad duo. Primo, quantum ad vitationem malorũ. Secundo, quãtũ ad operationem bonorum, [in manifestatione, &c.] Docet autem uitari mala in vsu huius ministerij, & quantũ ad vitã & quantũ ad doctrinam. Sed quantum ad uitam dupliciter, s. quantum ad operationem & quantũ ad intentionẽ. Nã siquis uitat mala operari & bona intẽtione, pfecte vitat mala. In operatione aũt uitat̃ malũ, in aduersitate patienter mala sustinendo: & iõ dicit, [Non deficimus] per impatientiam. Gal. 6. Bonum aũt facientes nõ deficiamus. 2. Cor. 1. Cum infirmor, tũc fortior sum & potens. Vitatur ẽt in prosperitate temperate vtendo eis, quæ prospere succedũt: & ideo dicit, [Sed abdicamus occulta dedecoris,] i. amouemus a nobis, q̃ hoĩem turpẽ & dedecorosum faciunt, s. immũda & turpia, & ẽt occulta, non solũ manifesta Iac. 1. Abijciamus omnem immunditiã. Ephe. 5. Quæ in occulto ab eis fiunt turpe, &c. in intentione aũt uitatur malum vitæ, si est intentio recta, & quantũ ad hoc dicit, [Non ambulãtes in astutia,] i. ĩ astutia & simulatione & hypocrisi, quod faciunt pseudo, qui aliud prætendunt exte-
F rius, & aliud gerunt interius in corde. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. In doctrina aũt vitatur malum, qñ verbum Dñi debito modo proponitur, & quantũ ad hoc, dicit, [Nõ adulterantes verbum.] Quod dupliciter exponitur, vt patet sup. 2. Et primo, non permiscẽtes doctrinæ Christi, falsam doctrinã sicut faciebant pseudo, dicentes legalia debere seruari cum euangelio. Secundo, non prædicantes propter lucrum, vel gloriam propriam. Et istorum primus, est lupus. Secundus, mercenarius. Sed qui vera prædicat, propter gloriam Dei, est pastor. Vnde secundum August. Pastor est amandus, lupus vitandus, mercenarius ad tẽpus tolerandus. Sed quia non sufficit ad perfectã iustitiam solũ vitare mala, sed requiritur operatio bona, ideo consequenter subiungit de operatione bonorum, in ipso vsu huius ministerij. Et ponitur triplex bonum, quod facit contra triplex malum. Primum bonum contra malum doctrinæ. Secundum, contra malum operationis. Tertium, contra malum intentionis. Contra malũ doctrinæ, qđ dẽt vitari, facit bonũ manifestæ veritatis. Et quantum ad hoc dicit; [In manifestatione veritatis.] Quasi dicat, non deficimus, sed vitantes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis. i. veritatẽ purã manifestamus. Io. 19. Ad hoc natus sum, ut testimonium perhibeam veritati. Eccl. 24. Qui elucidant me, uitã æternã habebũt. Cõtra malum operationis, facit bona opera: & quantum ad hoc dicit; [Commendãtes nos &c.]
H Et hoc non facimus, dicendo de nobis bona: quia non de illo creditur ei, qui seipsum commendat, sed operando bona: quia talia opera facimus, ut ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos commendabiles; [Ad oẽm conscientiam hoĩum.] 1. Pet. 2. Conuersationem uestram inter Gentes &c. Contra malum intentionis facimus bonum, reddendo nos commendabiles, non solum ad omnem conscientiam hoĩum, sed ẽt coram Deo, qui intuetur cor. infra. 10. Non. n. qui seipsum commendat, ille probatus est &c. Rom. 12. Prouidentes bona, non solum coram &c. Et sm̃ Aug. in Glo. Apostolus implet in hoc mandatum Dñi. Mat. 5. Sic luceat &c. Itẽ. Attendite ne iustitiã &c. Primum in hoc, quod dicit [Commendantes nos &c.] Secundum uero in hoc, quod dicit [Coram Deo.] Ro. 2. Non. n. qui in manifesto &c. Vel potest hoc, magis sm̃ continuationẽ literæ legi, sic, vt dicatur: Ideo habẽtes hãc administrationẽ, iuxta qđ &c. Non deficimus, sustinendo, sed bñ operãdo, sed abdicamus &c. Et iterũ, nõ deficimus ĩ manifestatiõe veritatis, seruato tñ eodẽ mõ exponẽdi, sicut ĩ prima lectione.
I

LECTIO II.

QVòd si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum: in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt nõ fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesũ: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientię claritatis Dei in facie Christi Iesu.

LECTIO SECVNDA.

HIc consequenter Apostolus respondet cuidã tacitæ obiectioni. Posset. n. dici sibi ab aliquo. tu dicis, q̃ non deficis in manifestatione veritatis Christi, sed hoc non vr̃, quia multi contradicunt tibi. Huic ergo q̃õni respondet. Et circa hoc duo facit. Primo. n. respondet q̃õni prædictæ. Secundo, excludit quoddam dubium, quod vr̃ ex rñsione sua sequi, ibi; [Non. n. nosmetipsos &c. Circa primũ tria facit. Primo, ostendit quibus occultatur veritas Christi. Secundo, occultationis cãm assignat, ibi; [In quibus Deus huius seculi. Tertio ostendit, q̃ hoc non est ex defectu veritatis euangelij, ut occultetur, ibi; [Vt non fulgeat &c.] Dicit ergo. Dixi q̃ non deficimus in manifestatione; [Quod,] idest, sed euangelium nostrum, quod scilicet nos prædicamus; [Est opertum,] idest occultum: non est opertum omnibus, sed illis tan-
K tum; [Qui pereunt,] scilicet præbendo impedimentum ne eis manifestetur. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, &c. Causa ergo huius occultationis est, non ex parte euangelij, sed propter eorum culpam & malitiã. Et hoc est, quod subdit; [In quibus Deus huius seculi &c.] Et hoc potest exponi tribus modis. Primo modo sic. Deus huius seculi, idest, Deus qui est Dominus huius seculi, & omnium rerum creatione & natura, iuxta illud Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum. [Excęcauit mentẽ infidelium.] non inducendo maliciam, sed merito: immo demerito præcedentium peccatorum, subtrahendo gratiã. Esa. 6. Excæca cor populi huius &c. Vnde & præcedentia peccata insinuat, cum dicit; [Infidelium,] quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excęcationis. Secundo modo sic; [Deus huius seculi,] idest diabolus, qui dicitur Deus huius seculi, idest

seculariter

seculariter viuentium non creatione, sed imitatione, qua seculares eũ imitantur. Sap. 2. Imitantur eum, qui sunt &c. Et hic excęcat suggerendo, trahendo, & inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis, operiũtur in tenebris peccatorum ne videant. Eph. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectũ &c. Tertio modo sic, Deus habet rationem vltimi finis, & complementũ desideriorũ totius creaturæ. Vnde quicquid aliquis sibi pro fine vltimo cõstituit, in quo eius desiderium quiescit, potest dici Deus illius. Vnde cũ habes pro fine delitias, tunc deliciæ dicuntur Deus tuus. Similiter ẽt si voluptates carnis, vel honores. Et tunc exponitur sic, Deus huius seculi, idest illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine constituunt, utputa, voluptates, uel diuitiæ & huiusmodi. Et hic Deus excæcat mentes inquantum impedit, ne homines lumẽ gratiæ hic, & gloriæ in futuro videre possint. Psal. 57. Supercecidit ignis, s. concupiscentiæ, & non viderũt solem. Sic ergo excæcatio infidelium nõ est ex parte euangelij, sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit; [Vt nõ fulgeat &c.] Vbi sciẽdum est, q̃ Deus pater est fons totius luminis. 1. Ioã. 1. Deus lux est, & tenebrę in eo non sunt &c. Ex hoc aũt fontanoso lumine, deriuatur imago huius luminis, s. filius verbũ Dei. Hebr. 1. Qui cũ sit splendor &c. Hic ergo splendor gloriæ, imago fontanosæ lucis, carnẽ nostrã accepit, & multa gloriosa & diuina in hoc mũdo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium: vnde, & euangelium dr̃ notitia claritatis Christi, quæ quidẽ notitia
C uirtutẽ hẽt illuminatiuã. Sap. 6. Clara est, & quæ nunquã marcescit sapia &c. Et quidem quãtũ est de se, in oĩbus refulget & oẽs illuminat, sed illi qui præbent impedimentũ, non illuminantur, & hoc est quod dicit, Ideo; [Excęcauit mentes infideliũ] vt, s. nõ; [Effulgeat] in eis, s. in mentibus infideliũ, licet in se effulgens sit [Illuminatio euangelij] illuminãtis quod quidẽ est illuminans, quia est gloria Christi, i. claritas Io. 1. Vidimus gloriã &c. Quæ quidẽ gloria ,puenit Christo ex eo, q̃; [Est imago Dei] Colo. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Nota sm̃ Glo. q̃ Christus perfectissima imago Dei est. Nam ad hoc q̃ aliqđ perfecte sit imago alicuius, tria requiruntur, & hæc tria perfecte sunt in Christo. Primum, est similitudo. Secundum, est origo. Tertiũ, est perfecta æqualitas. Si. n. inter imaginẽ, & eũ cuius est imago, esset dissimilitudo, & vnũ non oriretur ex alio, similiter ẽt, si non sit æqualitas perfecta, quæ est secundum eandem naturam, non esset ibi p fecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis, quia deest ibi æqualitas secundum ean-
D dem naturam, sed similitudo regis in filio dicitur perfecta imago regis, quia sunt ibi illa tria, quæ dicta sunt. Cũ ergo ista tria sint in Christo filio Dei, quia scilicet est similis patri, oritur a patre & æqualis est patri, maxime, & perfecte dicitur imago Dei. Consequenter cum dicit; [Non enim nosmetipsos &c.] Remouet Apostolus quoddam dubium. Posset enim aliquis contra pręmissa dicere Apostolo. Supra dixisti, Euangelium vestrum esse opertum, modo dicis, Euãgelium Christi illuminare: si ergo det, q̃ Euangelium Christi sit illuminans, non potest hinc sequi, q̃ opertũ sit Euangelium uestrum. Et ideo ad hoc remouendũ, duo facit. Primo ostendit, q̃ idem est Euangelium suum & Christi. Secundo ostendit unde sit, q̃ euangelium suum sit illuminatiuũ, ibi; [Quoniam Deus, qui dixit &c.] Dicit ergo primo, Dico, q̃ manifestatio claritatis Christi, est euangelium Christi & nostrũ. Nostrum quidẽ, tanquam per nos prædicatum: Christi uero, tanquam in ipso euangelio prædicati. Et hoc est q̃;] Non prædicamus nosmetipsos,]idest non cõmendamus nos, nec ad nos,
E i. ad laudem, uel lucrum nostrum conuertimus prædicationẽ nostrã, sed ad Christum totum referimus, & laudem eius. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum &c. Psal. 72. Vt annutiẽ omnes prædicationes tuas, non meas, in portis &c. Sed Iesum Dñm nostrum, nos autem seruos uestros per Iesum. q. d. [Iesum prædicamus,]ut Dñm; [Nos autem seruos,] Et huius rõ est: quia principaliter quærimus laudẽ Christi, & non nostram. Nam seruus est, qui est propter vtilitatem Dñi. Et inde est, q̃ minister ecclesiæ, qui non quærit honorẽ Dei & utilitatẽ subditorum, non dicitur uerus rector, sed tyrannus. Nam quicunque bene regit, dẽt esse sicut seruus quęrens honorem, & utilitatem subditorũ, Gen. 25. Maior seruiet minori, 1. Cor. 9. Cum essem liber, omniũ ve-
A strum me seruum feci. Consequẽter cum dicit; [Quoniam Deus qui dixit, &c.] Ostendit, vnde euangelium suum habet virtutem illuminatiuam. Vbi nota ordinem procedendi seruatum ab Apostolo, qui talis est. Nos aliquãdo, s. antequam cõuersi essemus ad Christum, eramus tenebrosi sicut & vos, & alij in quibus nõ fulget claritas gloriæ Christi. Nunc vero, postquã Chr̃s vocauit nos per gratiam suam ad se, tenebrę istæ remotæ sunt a nobis, & iã fulget in nobis virtus gloriæ claritatis Christi: & in tantũ refulget in nobis, q̃ nõ solũ illuminamur ad hoc, quòd videre possimus, sed etiam, quod alios illuminemus. Ex spirituali ergo gratia & abundanti refulgẽtia claritatis gloriæ Christi in nos, hẽt euangelium nostrum virtutem illuminatiuam: & hoc est quod dicit, Dico q̃ ideo illuminat euangelium nostrum, qm̃; [Deus, qui dixit,] idest præcepto solo fecit, [Lucem splendescẽre,] quod fuit in separatione elementorum, quando chaos tenebrosum illuminauit per lucem quam fecit. Gen. 1. Dixit, Fiat lux. Eccl. 24. Ego feci, vt in cęlis oriretur lux, &c. Iste inquam Deus illuxit in cordibus, idest in mẽtibus nostris prius tenebrosis per absentiam luminis gratię, & obscuritatem peccati. Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris &c. [Illuxit,] inquam nõ solum, vt nos illuminaremur, sed, [ad illuminationem,] idest vt & alios illuminemus. Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est, &c. Matth. 5. Vos estis lux, &c. Ad illuminationem dico, [Scientiæ,] idest vt faciamus alios scire. Dico. [Claritatis Dei,] idest claræ diuinæ visionis, [In facie Iesu Christi.] Glo. idest, per Iesum Christũ, qui est facies patris, quia sine ipso non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic, Ad illuminationem sanctæ claritatis Dei, quæ quidem claritas fulget in facie Christi Iesu, idest, vt per ipsam gloriam & claritatem cognoscatur Christus Iesus, q. d. in summa, ad hoc Deus illuxit nobis ad illuminationem, vt ex hoc Iesus Christus cognoscatur, & prædicetur in gentibus.

LECTIO III.

HAbemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus; ut sublimitas sit uirtutis
B Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur,

LECTIO III.

SVpra tractauit de vsu ministerij noui testamenti quantum ad bona agenda: hic consequenter tractat de vsu eius, quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit tolerantiam malorum, quæ patiebantur. Secundo vero, hoc manifestat, ibi, [Semper enim nos q̃ uiuimus, &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponit causam quare tribulationibus exponantur a Deo. Secundo ostendit, q̃ in istis tribulationibus patienter se habeant, ibi, [In omnibus tribulationem patimur, &c.] Tertio vero, rationem huius patientiæ assignat, ibi,
D Semper mortificationem Iesu, &c.] Dicit ergo, Deus illuxit mentib. nostris ad illuminationem aliorum, quæ quidem lux est maximus thesaurus. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus, &c. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, &c. Istum autem maximum thesaurum non habemus in pretioso loco, sed in re uili & fictili: & ratio huius est, ut, s. Deo efficacia eius tribuatur. Et hoc, est quod dicit, [Habemus thesaurum istum,] idest, lucem illam qua alios illuminamus. [in vasis fictilibus,] i. in corpore fragili & vili. Psal. 102. Ipse cognouit figmentum nostrum. Hier. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic & vos in manu, &c. Esa. 64. Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum. Ideo, [Habemus in vasis fictilibus, ut sublimitas] istius lucis, [Sit uirtutis Dei,] i. Deo attribuatur; [Et non ex nobis] credatur esse. Nam si essemus diuites, si potentes, si nobiles secundum carnem, quicquid magnum faceremus, non Deo, sed nobisipsis attribueretur. Nunc vero, quia pauperes, & cõtemptibiles sumus, huiusmodi sublimitas Deo, & nõ
E nobis attribuit̃. Et ideo vult nos Deus contemptui haberi, & tribulationibus exponi. Deut. 32. Ne dicerent manus nostra excelsa, &c. Et 1. Cor. 1. Vt non gloriet̃ omnis caro, &c. Sap. 12. Misisti antecessores tuos, ne dicerent, &c. Consequenter cum dicit: [In omnibus tribulationem patimur, &c.] Ostẽdit eorũ patientiã in his, q̃ patiunt̃. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit mala, quæ patiuntur in generali. Secundo, enumerat ea in spãli, ibi, [Aporiamur, sed non destituimur, &c.] Dicit ergo. Vere hẽmus hũc thesaurũ in vasis fictilibus: quia [in oĩbus tribulationem patimur.] quasi dicat Nullus modus tribulandi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulationes, &c. Nec mirum, quia ut dicitur Luc. vlt. Oportuit Christum pati, & sic intrare, & cæt. Et licet sic tribulemur, non tamen angustiamur. Et loquitur ad similitu-

Universidad de Deusto Biblioteca

dinem viatoris,qui quando non patet ei via, qua exeat de aliquo arcto loco,angustiatur.q.d.Homines, qui solum in mundo cōfidunt,angustiantur,si vndique a mundo tribulantur:quia non patet eis uia remedij, cum non sperent nisi de mundo. Sed nos, licet tribulemur in mundo,quia tamen confidimus de Deo,& speramus in Christo, patet nobis uia euasionis & auxilij a Deo, & ideo nō angustiamur. Cōsequenter cū dicit. [Aporiamur, &c.] Enumerat tribulationes in speciali. Sunt aūt quatuor, in quibus homines consueuerunt tribulari, & in istis tribulati sūt Apostoli,s.i rebus exterioribus, inquietudine status, in læsione famæ, & in afflictione proprij corporis. Quātum ergo ad primum dicit; [Aporiamur,] .i. depauperamur. Aporos.n. Græce,Latine dicitur pauper.q.d.Adeo pauperes sumus, vt necessaria desint.1.Corin.4.Vsque in hanc horam esurimus, &c. [Sed non destituimur]a Deo,qui est thesaurus noster. Diuitiæ.n.non quæruntur propter se, sed propter sufficientiam vitæ. Vnde homines,qui sine Dei auxilio & spe sunt, si careant diuitijs, destituuntur:sed qui solum de Deo confidunt,& sperant, quantumcūque aporiantur,non destituuntur.infra 6.Tanquam nihil habētes & oīa possidentes.Sed nec sufficit, imo cū hoc inquietamur; [Persecutionem patimur].s.de loco ad locū.Mat.14. Persequentur vos,[Sed non derelinquimur]a Deo, quin præbeat auxiliū. Hebr.vlt.Non te deseram &c.Psal.9.Sperent in te, qui nouerūt te,&c.Sed & cum hoc lædimur in fama,quia, [Humiliamur.].i. contemnimur,& pro nihilo reputamur.Io.16.Venit hora,ut oīs qui interficit vos,&c.Mat.5.Beati eritis cū uos oderint, &c. Sed quia qñ quis contemnitur, & cā contemptus subest,ille qui cōtemnitur,consueuit confundi,qñ vero cā non subest, non cōfunditur,& istis non suberat cā cōtemptus:ideo dicit; [Non confundimur.]Quasi dicat.Quia non subest causa, non curamus. Psal.30.In te Dñe speraui non confundar, &c. Sed quasi hæc pauca sint,addit ad tribulationis exaggerationem,dicens,[Deijcimur] ad mortis pericula. [Sed non perimus,] idest a bono non cessamus,uel nō perimus:quia Deus sustentat nos Iob 11.Cū te cōsumptū putaueris,&c.1.Cor.4. Tanq̄ purgamenta huius mundi.&c.Psal.43.Aestimati sumus sicut oues,&c.Consequenter cū dicit;[Sēper mortificationem,&c.] Subdit rōnem huius patientiæ.Circa quod sciendum est,q in Chr̄o talis fuit processus. Nā a principio suæ conceptionis carnē habens passibilem, & passus mortuus fuit,sed tñ interius viuebat spūali uita.Post resurrectionē vero, illa spiritualis & gloriosa vita vsq; ad corpus deriuata est,& factum est ipsum corpus gloriosum & immortale: quia Christus resurgens ex mortuis,iā non moritur,&c.Vnde ex hoc accipitur duplex status in corpore Christi,s. mortis & gloriæ.Et ideo dicit.Quōd ideo pericula mortis & passiones patienter sustinemus,vt perueniamus ad gloriosam uitā.Et hoc est,quod dicit, Ita sustinemus.[Semper,].i.in omnibus, & vbique, [Mortificationem].i.pp Iesum,vel ad similitudinē mortis Iesu.Gal.vl.Stigmata dñi Iesu,&c.Quia pp ueritatem passi sumus,sicut & Iesus [In corpore nostro]nō solū in mēte,Psal.43. Propter te mortificamur tota die;[Vt vita Iesu,].i.uita gratiæ quā Iesus dat:Vel uita gloriæ ad quā Iesus p passiones peruenit.Luc.24.Nōne oportuit Chr̄m pati,& ita intrare in gloria,i. manifeste appareat etiā inimicis.Dicit ergo in futura,s.resurrectione,uel ēt nūc uita gloriæ,[In corporib.nr̄is,]non solū in animabus Iud.7.Fractis lagūculis, apparuerunt lucernæ. Et idcirco dicit Amb. Non timebat mori pp resurrectionē promissam.[Circumferentes,].i,vbiq;portātes & sustinētes,quia quocunq; eamus,[patimur, & non cedimus.Et hoc iō,[Vt uita Iesu,]quæ latet nunc in corde nr̄o,i corporib.nostris,[Manifestetur,quando scilicet reformabit corpus humilitatis nostræ,&c.Phili,4.Col.3.Mortui estis & uita uestra, &c.Tim.2.Si commortui sumus,& conuiuemus.

sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circumferentes,ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

LECTIO IIII.

SEmper enim nos, qui viuimus,in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes, quoniam qui suscitauit Iesum,& nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gratia abūdans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

LECTIO IIII.

POsita patientia Apostolorum in malis, & causa patientiæ ostensa,hic Apostolus consequenter manifestat ea, & primo manifestat id,quod dixit de spe gloriæ. Secūdo vero id, quod dixit de sua sapientia,ibi[Propter quod non deficimus &c.]Circa primum duo facit.Primo,manifestat spem gloriæ quam habet. Secundo,ostendit vnde hæc spes sibi proueniat,ibi[Habentes autem eundem &c.]Circa primum,tria facit.Primo ostendit, quomodo mortificationem Iesu in corpore suo portet. Secūdo vero, manifestat qūo portet vitam Iesu,ibi [Vt & vita &c.] Tertio, manifestat quid ex hoc sibi & alijs p̄ueniat,ibi [Ergo mors &c.] Dicit ergo primo. Dico, q portamus mortificationem ī corporibus nostris, nō quod moriamur, sed quia nos [Qui viuimus] corporali vita, vel virtutibus, semper [Tradimur in mortem,] id est in pericula mortis. Et hoc quidem [Propter Iesum.]Psal.43. Aestimati sumus sicut oues &c. Qualiter autem vitam Iesu portemus in corpore,exponit subdens,ita.s.[vt vita Iesu] immortalis & impassibilis [manifestetur in carne nostra,] nunc [mortali,] ita scilicet caro nostra mortalis,recipiat immortalitatem in resurrectione. 2.Cor.14.Oportet aūt mortale hoc induere &c. Sed ex hoc quid proueniat,subdit,dicens[Ergo mors operatur,i.exercet dominium suū [in nos. Vita aūt.] s.præsens operatur [In vobis,] quia estis in prosperitate,iuxta illud.1.Cor.4.Nos stulti &c. Vt mors operetur in nobis magnum bonum.s.cōsecutionem vitæ spiritualis. Psal.115. Preciosa est in conspectu Dñi mors sanctorū eius &c. Sed vita terrena q̄ amatis,operatur in vobis magnū malū.s.mortē æternā.Prou.10.Opus iusti ad vitā &c.Io.12. Qui amat animam suā in hoc mundo &c.Vel aliter. Duo fuerunt in Christo, mors corporalis,& uita spiritualis.Dicit itaq; [Ergo mors &c.] Quasi dicat.[In nobis]nō solū uita spiritualis operatur, inquantum imitamur spiritualiter, sed ēt mors[Operatur.]i. pp spem resurrectionis,& pp amorē Christi, vestigia mortis Christi in nobis apparent,inquātū passionib.mortis exponimur.Psal.43. Propter te mortificamur tota die, sed in uobis operatur solum uita Christi,per q̄ vitā fides plātatur in uobis & uita spiritualis. Vnde aūt proueniat Apostolo hæc spes certitudinis, subdit,dicēs [Habētes aūt &c.]Et circa hoc,duo facit.Primo,ponit cām certitudinis.Secūdo,cōcludit ipsam certitudinē,ibi[Scientes qm̄ &c.] Causa aūt huius certitudinis est,spiritus infundēs fidē in cordibus nr̄is.Vn̄,primo ponit cām hanc.Secūdo vero, manifestat eā per exemplum,ibi[Sicut scriptū est &c.]Dicit ergo, ex hoc speramus, & non deficimus,qa sumus[Habentes eundē spiritum fidei,]quem antiqui habuerunt:quia licet tpa mutata sint,spiritus tñ & fides nō est mutata,nisi q illi credebant Christum uenturū & passurum,nos autem credimus ipsum uenisse & passum fuisse. Et hic spiritus,est Spiritussanctus,qui est spiritus fidei.1.Cor.12. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus &c. Et ibidem. Alteri fidès in eodem spiritu. Hunc ergo spiritum habentes, quem antiqui habuerūt,facimus eadem, quæ illi, & credimus. Illi aūt quid fecerunt,dicit Psal.115. Credidi scilicet Deo,& perfecte.Et hoc omnes antiqui fecerunt.Heb.11. Hi omnes testimonio fidei &c. [Propter quod,] scilicet [credidi, locutus sum,]id est confessus sum fidem. Roma.10. Corde creditur ad iustitiam &c. Quod etiam [nos]facimus, quia [propter] hoc quod[credimus, loquimur,] & confitemur fidem, & prædicamus. Act.4. Non enim possumus, quæ uidimus, & audiuimus non loqui. Spiritus ergo sanctus, est causa huius certitudinis. Vltimo ergo concludit conclusionem intentam, scilicet ipsam certitudinem. Et primo de salute propria. Secundo de salute aliorum ibi [Et constituet uobiscum &c.] Dicit ergo [Scientes,]idest certam scientiam habentes [Quoniam qui suscitauit Iesum,] idest Deus pater, uel tota trinitas [Et nos cum Iesu suscitabit,] ut scilicet sumamus eandem gloriam cū Iesu: quia cum simus membra eius, debemus esse cum capite.Io.12. Volo pater,ut ubi ego sum,illic sit & minister meus &c.Ro.8. Et Qui suscitauit Dominum Iesum a mortuis suscitabit &c. Et non solum sum certus de salute nostra; sed etiam de vestra: quia[constituet]nos[vobiscum,] idest simul erimus: quia sicut nos sumus membra Christi,ita & vos per nos.1.Thessal.4. Et sic semper cū Domino erimus.Matt.24. Vbicunque fuerit corpus

corpus,&c. Et ideo dicit vobiscū,vt animet eos ad bonum,inquantum ostendit eos non esse inferiores, sed pares. Et bene hoc possum certe dicere,quia omnia sunt propter vtilitatem uestrā. Nā omnia, quæ sustinemus, omnes gratiæ quas recipimus a Deo, sunt; [Propter nos,] s.instruendos nostro exemplo. Et hoc ideo; [Vt gratia abundans a nobis, in uos, abundet per multos in gloriam Dei,] i.multi agāt gratias Deo super beneficio tanto.Eph.5. Gratias agentes Deo & patri, &c.

LECTIO V.

PRopter quod non deficimus: Sed licet is,qui foris est noster homo corrumpatur, tamē is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ:supra modū in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non cōtemplantibus nobis, quæ uidentur, sed quæ non videntur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ autē non videntur, æterna sunt.

LECTIO V.

POsita patientia, q̄ Apostoli habebāt in tribulationib. & p̄mio, quod expectabāt manifestato: hic consequenter agit de patientiæ causa,& patientiæ modo,seu ratione. Et circa hoc tria facit.Primo enim insinuat sanctorum patientiam.Secundo,patientiæ causam,ibi; [Non contemplantibus nobis &c.] Tertio,patiētiæ remunerationem,ibi; [Id enim &c.] Circa primum intendit ostendere, q sanctorum patientia est inuincibilis. Et hoc est, q dicit; [Propter quod,] s.quia sumus scientes,q qui suscitauit Iesum a mortuis,suscitabit nos,& constituet nobiscum, ideo; [Nō deficimus,] s.in tribulationib. i. non deducimur ad hoc, q non possimus propter Christum amplius ferre & sustinere. Nā deficere,idem est quod ferre non posse. Hier.20. Defeci,ferre nō sustinens. Causa aūt quare non deficimus,est,quia licet quantum ad aliquid deficiamus. s.quantum ad exteriorem hominem, tñ quantum ad aliquid semper renouamur. s. quātum ad interiorem hominem.Et hoc est quod dicit: [Sed licet is,qui foris est &c.] Vbi sciendum est, q occasione istorum verborum hæreticus, Tertullianus nomine,dixit q anima rationalis, quæ est in hominis corpore,habet corpoream figurā,& membra corporea, sicut & corpus habet,& hoc dicitur homo interior: corpus vero cū sensibus suis dr̄ homo exterior. Quod quidem falsum est. Vnde ad intellectum huius verbi,sciendū est,q ēt s̄m Philosophum; In Ethi.& s̄m consuetudinem loquendi. Vnumquodque dr̄ esse illud,quod est principalius in ipso,puta, quia in ciuitate principalius est potestas & concilium,id quod facit potestas & cōcilium,dr̄ tota ciuitas facere. Principalius autem in homine potest aliquid iudicari,& secundum veritatem,& s̄m apparentiam, s̄m veritatē quidem,principalius in homine est ipsa mens. Vnde secundum iudicium spiritualium virorum,mens dicitur homo interior; s̄m apparentiam vero,principalius in homine est corpus exterius cum sensibus suis: vnde secundum iudicium illorum, qui tñ corporalia & sensibilia considerant,& terrena sapiunt, quorū Deus vēter est: corpus cum sensibus dr̄ homo exterior: Et ideo s̄m hunc modum loquitur hic Apostolus, dicens; [Licet homo noster.] s. corpus cum natura sensitiua; [Corrumpatur] in tribulationib. ieiuniis,& abstinentiis,& vigiliis.Rom.6.Vetus homo noster simul &c.Aba.3.Ingrediatur putredo &c. Tñ is homo; [Qui intus est,] s.mens, seu ratio munita spe futuri præmij, & firmata munimine fidei: [Renouatur.] Quod sic intelligendū est. Vetustas.n.est uia ad corruptionē. Heb.8. Quod antiquatur & senescit &c. Natura aūt humana fuit in integritate condita, & si in illa integritate permāsisset, semper esset noua: sed per peccatū incepit corrūpi;quo fit,q quicquid consecutū est,sicut ignorantia, difficultas ad bonū,& pronitas ad malū, pęnalitas & alia hmōi, totum pertinet ad vetustatem. Cum ergo natura humana hmōi peccatum sequentia deponit,tunc dicitur renouari. Quæ quidē depositio hic incipit in sanctis, sed perfecte consumabitur in patria. Hic enim deponitur vetustas culpę, nam spiritus deponit vetustatem peccati,& subiicitur nouitati iustitiæ. Hic, intellectus deponit errores,& assumit nouitatē ueritatis: & s̄m hoc, is, qui intus est homo.s.anima,renouatur. Ephes.4. Renouamini spiritu mētis vestræ. Sed in patria tolletur ēt vetustas pęnæ. Vnde ibi erit consummata renouatio. Psalm.102. Renouabitur, ut aquilæ, &c. Sed quia sancti quotidie proficiunt in puritate conscientiæ, & in cognitione diuinorum, ideo dicit; [De die in diem.] Psalm. 84. Ascensiones in corde suo. Sic ergo patientia est inuincibilis, quia renouatur de die in diem. Tertium principale. s. huius patientiæ causa, est recogitatio præmij, quæ est efficacissima, quia secundum Greg. Recogitatio præmii diminuit uim flagelli. Et hoc est quod dicit; [Id enim quod, &c.] q.d. nihil sunt tribulationes quas hic patimur, si respiciatur ad gloriam, quam ex eis consequimur. Vnde comparat statum sanctorum,qui sunt in uita ista,ad statū eorum,qui sunt in patria,& ponit quinq; in vtroque statu,correspondentia sibiinuicē. Nā primo, status istius vitæ in sanctis, est status quantum in se est, paruus & quasi imperceptibilis. Vnde dicit, Id.i.minimū. Esa.54. Ad punctum,in modico dereliqui te. Item transitorium, Vnde dicit, [In præsenti,] i.in vita ista, quę est in afflictionib.& erumnis. Iob 7. Militia est uita hominis,&c. Item tēporis breuitas. Vnde dicit,[Momentaneū.] Esa.54. In momento indignationis abscōdi faciem meam parum per a te, &c. Nā totū tempus huius uitæ cōparatum ad æternitatem,non est nisi momentaneum. Itē est leuis: vnde dicit, [Leue.] Nā licet supra 1.dicatur, Grauati sumus supra modum,quia.s.graue est corpori, tñ spiritui charitate feruenti leuissimum est. Aug. Omnia grauia & immania, facilia & prope nulla facit amor. Item est pęnosus,& ideo dicit,[Tribulationis.] Mich.7.Iram dñi portabo,&c. Sed quantum ad statum beatitudinis ponit quinq; quia contra hoc, quod dicit, Id, ponit supra modū.i.supra mensurā.Rom.8.Existimo,q non sunt cōdignæ passiones,&c.Sed contra.Matt.16.Reddet unicuique iuxta opera sua.Nō ergo supra mensurā.Respondeo, dicendum est,q ly,sed,nō designat æqualitatem quantitatis, ut.s. quantum quis meruit,tm̄ præmietur,sed designat ęqualitatē proportionis,vt.s. qui plus meruit,plus p̄mij accipiat.Itē contra id, quod dicit, [in præsenti] ponit,[in sublimitate,].i.in statu sublimi absq; perturbatione.Esa.58.Sustollā te super altitudinem nubiū,&c. Cōtra id, quod dicit,momentaneum,ponit æternū.Esa.35.Lætitia sempiterna super capita eorū,&c.Contra id,quod dicit,leue,ponit pōdus.Et dicit, [Pondus,] propter duo.Pondus.n.inclinat,& trahit ad motum suū, quæ subsunt sibi. Sic gloria æterna erit tanta, q totū hominem faciet gloriosum,& in anima,& in corpore,nihil erit in homine,q nō sequatur impetum gloriæ. Vel dr̄,[Pōdus,] propter pretiositatem. Nā pretiosa solū ponderari consueuerūt. Contra hoc,q dicit,tribulationis,ponit [Gloriæ,] uel hoc, quod dicit, gloriæ, potest esse cōe ad alia quatuor, quæ de statu patriæ dicuntur. Hoc uero,quod dicit, [Tribulationis,] ad quatuor, q̄ de statu præsentis uitæ dicta sunt, [Operat' supra id,] s.q tribulationes patimur; nā hæc sunt causa & meritum, quare Deus istā gloriā nobis conferat. Est ergo sanctorum patientia inuincibilis, eorū remuneratio ineffabilis: sed remunerationis eorū recōpensatio,recta & delectabilis. Vnde dicit. [Non contemplantib. nobis,&c.] q.d.Licet hæc,quæ speramus sint futura,& interim corpus nostrū corrumpatur,nihilominus tñ renouamur,quia nō attendimus ad ista tēporalia,sed ad cęlestia.Et hoc est, quod dicit, [Operatur in nobis pondus gloriæ,] nobis,dico, [Non contēplātib.] i.non attendentibus ad,[Ea quæ uidentur,] i.ad terrena; sed ad ea, quæ non uidentur.s.cęlestia.Phili.3.Quæ retro sunt obliuiscens,&c.1.Cor.2. Oculus non uidit,&c. Et quare cęlestia cōtemplamur? quia [Ea quæ uidentur,] i.terrena, [Sunt temporalia,] & transitoria. [Ea autem, quæ non uidentur,] s. cœlestia, [Sunt æterna.]Esa.49.Salus autem mea in sempiternum erit.

CAP. V. LEC. I.

SCimus autem, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non ma-

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus commendauit ministerium noui testamenti, & quantum ad dignitatem; & quantum ad usum: consequenter hic commendat illud quantum ad præmium, licet de præmio quantum ad aliquid, aliqualiter, & incomplete supra tractauit: hic tamen de hoc complete tractat. Circa quod tria facit. Primo enim agit de præmio. Secundo vero,de præparatione & premii susceptione,ibi,[Et ideo contendimus siue, &c.] Tertio uero,de causa utriusque.s.preparationis & præmii,quod expectatur, ibi, [Omnia autem ex Deo,] qui reconciliauit, & cæt.] Circa primum duo facit. Primo, ponit præmium, quod expectatur. Secundo, exprimit desiderium præmii expectati, ibi, [Nam in hoc ingemiscimus,&c.] Sed quia præmium,quod expectatur est inæstimabile.s.gloriæ cęlestis, & ideo dicit, [Scimus qm̄, &c.] Quasi dicat,secundum Gl. Vere operatur in nobis pondus gloriæ, quia in corporibus erit hæc gloria, non tantum

Universidad de Deusto Biblioteca

nufactam, sed æternam in cęlis. Nam, & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo, quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est a uita.

eum in animab. [Enim] idest quia; [Scimus,] idest certi sumus qa iam habemus in spe, [Quoniam si terrestris domus nostra,] idest corpus. Homo enim, ut dictum est, dicitur mens, cum sit principalius in homine, quæ quidem mens se habet ad corpus, sicut homo ad domum. Sicut enim destructa domo non destruitur homo eam inhabitãs, sed manet, sic destructo corpore, non destruitur, mens seu anima rationalis, sed manet. Corpus ergo terrestre dicitur domus; [habitationis,] idest in qua habitamus Iob. 4. Qui habitant domos luteas, &c. [Dissoluatur;] idest destruatur; [Scimus,] inquã; [Quod habemus ædificationem,] idest ædificium; [Ex Deo,] idest paratum a Deo. Aedificium, dico, domum; [Non manufactam,] idest non opere hominis, nec opere naturæ: sed corpus incorruptibile, ꝙ assumemus: ꝙ quidem non est manufactũ; quia incorruptibilitas in corporibus nostris prouenit solum ex operatione diuina. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, &c. [Domum ęternam,] idest domum ab ęterno præparatam. Isa. 33. Tabernaculum quod nequaquam destruetur in cœlis. Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Hanc autem commutationem, ut scilicet pro terrestri domo, habeant cœlestem, desiderabat Iob dicens 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expositio est secundum Glo. Sed tamen non est ſm intellectum Apostolicum, nec præcedentibus, nec sequentibus concordat. Nam ipse cum habeat unam materiã continuam, de qua loquitur, non interponit aliam. Et ideo videamus quid intendat Apostolus dicere. Sciendum est autem, quod Apostolus uult hic ostendere, ꝙ sancti rationabiliter sustinẽt tribulationes, ex quibus vita præsens corrumpitur, quia ex hoc statim perueniunt ad gloriam, non ad gloriosum corpus, ut dicitur in Glo. Et ideo dicit; Ideo sustinuimus enim, idest quia scimus, i. pro certo habemus, [Quoniam si terrestris domus nostrę huius habitationis,] i. corpus dissoluatur. i. corrumpatur per mortem; [Habemus,] statim non in spe, sed in re meliorem domum, s. ædificationem; [Domum non manufactam] .i. gloriam cælestem, nõ corpus gloriosum. De hac autem domo dr̃ Io. 14. In domo patris mei mansiones multæ, &c. Quæ quidem est ex Deo non manufacta, quia gloria ęterna est ipse Deus. Psal. 30. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum, &c. [Et æternam.] ad literam, qa ipse Deus est æternus; [In cælis.] i. in excelsis; qa statim corrupto corpore, anima sancta consequit̃ hanc gloriam non in spe, sed in re, Nam & antequam corpus dissoluat̃, habemus hanc domũ in spe. Sic ergo præmium sanctorum est admirabile, & desiderabile, qa gloria celestis est: ideo consequenter subiungit desiderium sanctorum ad ipsum præmium, dicens; Nam in hoc ingemiscimus, &c.] Vbi tria facit. Primo, exprimit desideriũ gratiæ ad præmiũ ipsum. Secundo, ostendit, ꝙ desideriũ gratiæ retardat̃ ex desiderio naturæ, ibi; [Nã & qui sumus in hoc tabernaculo, &c.] Tertio ostendit qũo desideriũ gratiæ vincit desideriũ naturæ, ibi, [Aduerte igit̃, &c.] Sed desideriũ gratiæ est cũ feruore, [Nam in hoc ingemiscimus, &c.] q.d. hęc est uera probatio, ꝙ habemus domũ non manufactã, quia si desiderium naturæ non est frustra, multo minus desideriũ gratiæ frustra est. Cũ igit̃ nos habeamus feruẽtissimũ desiderium gratiæ de gloria cælesti, impossibile est, ꝙ sit frustra: & hoc est, ꝙ dicit, [Ingemiscimus,] .i. ingemendo desideramus. [In hoc, [s. animæ desiderio retardati. Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus; &c. In hoc. n, ꝙ [Cupientes sumus,] idest cupimus: [Superindui habitationẽ nostram,] .i. fruitionem gloriæ: [Quæ de cœlo est,] .i. cœlestis, quæ dicitur habitatio, quia in ipsa gloria sancti habitant sicut in suo consolatorio. Mat. 25. Intra in gaudiũ dñi tui. Per hoc aũt ꝙ dicit: [Superindui,] dat intelligere, ꝙ illa domus cęlestis de qua supra dixerat, non est aliquid ab homine separatũ, sed aliquid homini inhærens. Non. n, dr̃ homo inducere domũ, sed vestimentum, domum aũt dr̃ aliquis inhabitare. Hæc ergo duo coniungit, dicens: [Superindui habitationẽ,] per ꝙ illud desiderium est aliquid inhęrens, quia induitur: & aliquid continens & excedens, quia inhabitatur. Sed qa non simpliciter; dixit; indui, sed superindui, rõnem sui dicti subdit, dicens: [Si tñ vestiti & non nudi inueniamur.] q.d. si anima indueretur habitatione cœlesti, ꝙ non exueretur habitatione terrena. i. non corrũperetur corpus nostrum per mortem, sed cœlestis adeptio illius habitationis esset superinduitio. Sed quia oportet, ꝙ euacuet̃ habitatione terrena, ad hoc, ꝙ induatur cęlesti, non potest dici superinduitio, sed induitio simplex. Et ideo dicit: [Si tñ vestiti & nõ nu

F di inueniamur,] q.d. superinduęremur quidem, si inueniremur induti, & non nudi, Nudus enim non dicitur superindui, sed indui tantum. Glo. vero aliter exponit de vestimento spirituali, dicens, Cupimus superindui, quòd utique fiet, tamen hac conditione, si nos inueniamur [vestiti,] scilicet virtutibus, [& non nudi,] scilicet virtutibus. De istis vestib. dicit̃, Col. 3. Induite vos sicut electi Dei, &c. quasi dicat. Nullus ad illã gloriam perueniet, nisi habeat uirtutes, quæ quidem expositio non videtur concordare intentioni Apostoli. Sic ergo, desiderium gratiæ ferret ad præmium, sed tamen retardatur,

LECTIO II.

QVi autem efficit nos, in hoc ipsum Deus, qui dedit nobi pignus spiritus. Audentes igitur semper, & scientes,

a desiderio naturæ, ꝙ ostendit, cum dicit; [Nam dum sumus in tabernaculo isto, &c.] Vbi primo ponit conditionem desiderij naturalis. G Secundo ostendit, ꝙ etiam hic status desiderij naturalis est a Deo, ibi; [Qui autem efficit nos, &c.] Conditio autem desiderij est naturalis retardans desiderium gratiæ, quia uellemus inueniri uestiti & non nudi, idest ita uellemus, ꝙ anima perueniret ad gloriam, ꝙ corpus non corrumperetur per mortem. Cuius ratio est, quia naturale desiderium inest animæ, esse unitam corpori. Alias mors non esset pœnalis, & hoc est, ꝙ dicit; Nam nos qui sumus in hoc tabernaculo, idest, qui habitamus in isto mortali corpore. 2. Petr. 1. Scio ꝙ uelox sit depositio tabernaculi mei. [Ingemiscimus,] idest intus in corde, non solum extra in [...] gemimus. Esa. 59. Vt columbę meditantes gememus, quia durum est cogitare mortem, & tamen grauati, quasi aliquo existente contra desiderium nostrum, eo quòd non possumus peruenire ad gloriam nisi deponamus corpus, quod est ita contra naturale desiderium, H ut dicit Augustinus, quod nec ipsa senectus a Petro timorẽ mortis auferre potuit. Et ideo dicit; [Eo quod nolumus spoliari,] scilicet tabernaculo terreno; [Sed superuestiri] gloria super cœlesti. Vel secundum Glo, corpore glorioso. Sed quia posset uideri alicui, quòd corpus ex una parte esse corruptibile ex sui natura, & non fuisset ante dissolutum: & ex parte gloriæ esset gloriosum, subdit modum, quomodo fieri uellet, dicens, [Vt absorbeatur, quod mortale est, &c.] Quasi dicat. Non sic superuestiri uolumus, quòd corpus remaneat mortale, sed ita quod gloria auferat totam corruptionem corporis absque corporali dissolutione. Et ideo dicit, [Absorbeatur, quod mortale est] idest ipsa corruptio corporis [A uita,] scilicet gloriæ. 1. Cor. 15. Absorpta est mors in uictoria, &c.

LECTIO II.

I HIc ostendit authorem supernaturalis desiderij de habitatione cœlesti. Causa enim naturalis desiderij, quod nolumus expoliari, est, quia scilicet anima naturaliter unitur corpori, & e conuerso. Sed hoc, quòd cęlestem inhabitationem superinduere cupiamus, non est ex natura: sed ex Deo. Et ideo dicit; [Qui aũt efficit nos in hoc, &c.] q.d. Volumus superinduere cœlestem habitationem, ita tamen, quòd non spoliemur terrena; & tamen hoc ipsum, ꝙ uolumus sic superuestiri, efficit in nobis Deus. Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis, &c. Cuius ratio est, quia quamlibet naturam consequitur appetitus conueniens fini suæ naturæ, sicut graue naturaliter tendit deorsum, & appetit ibi quiescere. Si autem sit appetitus alicuius rei supra naturam suam, illa res non mouetur ad illum finem naturaliter, sed ab alio ꝙ est supra naturam suam. Constat autem, ꝙ perfrui cęlesti gloria & uidere Deum per essentiam, licet sit rationalis creaturæ, est tamen supra naturam K ipsius. non ergo mouetur rationalis creatura ad hoc desiderandum a natura, sed ab ipso Deo; qui in hoc ipsum efficit nos, &c. Sed quomodo hoc efficit, subdit, dicens, [Qui dedit pignus, &c.] Circa ꝙ sciendum est, ꝙ Deus efficit in nobis naturalia desideria & supernaturalia. Naturalia quidem, quando dat nobis spiritum naturalem conuenientem naturæ humanæ, Genesis. 2. Inspirauit in faciem eius, &c. Supernaturalia uero dat, quando infundit in nobis supernaturalem spiritum, scilicet spiritũ sanctũ. Et ideo dicit. [Dedit nobis pignus spiritus,] idest spiritum sanctũ causantem in nobis certitudinem huius rei, qua desideramus impleri. Ephes. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto, &c. Dicit autem pignus, quia pignus debet tantum ualere, quãtum ualet res pro qua ponitur: sed in hoc differt a re pro qua ponitur, quia pleniori iure possidetur res, quando iam habetur quam pignus; quia res possidetur, ut quid suum, pignus uero seruatur & tenetur, quasi pro certitudine rei habẽdę. Ita est de Spiritu sancto, quia Spiritussanctus tantum valet, quantum gloria cęlestis: sed differt in modo habendi, quia nunc habemus eum quasi ad certitudinem consequendi illam gloriam. In patria vero habebimus, vt rem iam nostram, & a nobis possessam. Tunc enim habebimus perfecte. Sic ergo retardatur desiderium gratiæ, a desiderio naturæ. Sed nunquid impeditur? Nõ sed desideriũ gratię vincit. Et hoc est, quod dicit; [Audẽtes igitur, &c.] q.d. Duo desideria sũt in sanctis. Vnum, quo desiderant cęlestẽ habitationem: aliud, quo nolunt expoliari.

quoniam dũ sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidẽ enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam uoluntatẽ habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad dñm. Et ideo contendimus, siue absentes, siue pręsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. *

Et si hæc duo essent cõpossibilia, non essent contraria, & unum nõ retardaretur ab alio. Sed Apostolus ostendit ea esse incompossibilia, & ꝙ oportet, ꝙ vnum vincat alterũ. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim ostendit incompossibilitatem dictorum desideriorum. Secundo, interponit quandam probationem, ibi: [Per fidem enim, &c.] Tertio, ostendit quod horum vincat, ibi. [Audemus autem, &c.] Incompossibilitatem ostendit cũ dicit; [Audentes igitur, &c.] Audere, proprie est immiscere se in pericula mortis, & nõ cedere propter timorem. Licet aũt sancti naturaliter timeãt mortem, tñ audent ad pericula mortis, & non cedunt timore mortis. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens. Eccl. 48. In diebus suis non pertimuit principem; [Et scientes,] s. sumus hoc, quod confirmat in nobis audaciam, ut pro Christo mori non timeamus, qm̃ [Dum sumus in hoc corpore mortali peregrinamur,] i. elongamur a Deo. Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus, &c. Peregrinamur, inquam, quia sumus extra patriam nostram, qui Deus est: alias non diceremur peregrinari ab eo. Et hoc, nõ est ex natura nostra, sed ex eius gratia. Quod autem peregrinamur a dño, probat cum dicit, [Per fidem enim ambulamus,] i. procedimus in uita ista per fidem, [Et non per speciem,] i. non per perfectam uisionem. Fidei enim uerbum, est sicut lucerna a qua illuminamur ad ambulandum in uita ista. Psal. 118. Lucerna pedibus meis uerbũ, &c. In patria aũt, non erit huiusmodi lucerna, quia ipsa claritas Dei. i. ipse Deus illuminabit illam. Et ideo tunc per speciem. i. per essentiam videbimus eum. Dicit aũt; [Per fidem ambulamus,] quia fides est de non uisis. Est enim fides substantia sperandarum rerũ, argumentum non apparentiũ. Heb. 11. Quandiu aũt anima corpori mortali vnitur, non videt Deũ per essentiam. Exo. 33. Nõ videbit me homo, &c. Vnde inquantũ assentimus, credendo his, quæ nõ uidemus, dicimur ambulare per fidem; [Et non per speciẽ.] Sic ergo patet, duorum desideriorum incõpossibilitas: quia non possumus cum hoc corpore superindui cęlestem habitationem; & probatio huius, quia per fidem ambulamus. Sequitur consequenter victoria vnius desiderij de duobus. s. desiderium gratiæ, cũ dicit; [Audemus, &c.] Et debet resumi, scientes supra positum, quia littera suspẽsiua est, vt dicat̃ sic. Hoc, inquã, sciẽtes, quia dũ sumus in hoc corpore, &c. [Audemus & bonam voluntatem habemus] duo dicit, quorũ vnum importat repugnantiam, quam habet in volendo, quæ fit per timorẽ mortis. Vbi enim non est timor, nõ est audacia. Nam ex appetitu naturæ, surgit timor mortis, ex appetitu gratiæ surgit audacia. Ideo dicit; [Audemus.] aliud importat imperfectionem animi in desiderãdo, quia nisi bene desideraretur, non uinceretur timor mortis, cum sit ualde naturalis. Et ideo, non solum oportet audere, sed bonam voluntatem habere. i. cum gaudio velle. Licet. n. ſm Philosophum, in actu fortitudinis non requiratur gaudiũ ad perfectionẽ uirtutis, sicut in aliis virtutib. sed solum non tristari, tñ quia fortitudo sanctorũ perfectior est, non solũ non tristantur in periculis mortis, sed ẽt gaudent. Phil. 1. Habens desideriũ dissolui, &c. Sed quid audemus? [Magis peregrinari a corpore. i. remoueri a corpore per corporis dissolutionem, quod est contra desideriũ naturæ: [Et præsentes esse ad dñm. i. ambulare per speciem, quod est desideriũ gratiæ. Hoc desiderabat. Ps. 41, qui dicebat, Sitiuit anima mea ad Deũ, &c. Et nota, ꝙ hic concludit eadem duo, quæ proposuit in principio supra secũdo. s. ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod idem est, quod hic dicit peregrinari a corpore, & ꝙ habemus habitationem in cęlis non manufactam, & hoc quod idem est, præsentes esse ad Deũ. Confutatur per hæc verba error dicentium, animas sanctorum decedentium non statim post mortem deduci ad uisionem Dei, & eius præsentiã, sed morari in quibusdam mansionib. vsque ad diem iudicii. Nã frustra sancti auderent, & desiderarent peregrinari a corpore, si separati a corpore non essent præsentes ad Deum. Et ideo dicendũ

A est, ꝙ sancti statim post mortem uident Deum per essentiam, & sunt in cęlesti mansione. Sic ergo patet, ꝙ premium, quod sancti expectant, est inæstimabile. Sequitur de præparatione ad pmiũ, quæ fit per pugnam contra tentationes, & per exercitium bonorum operum, & hoc est, quod dicit: [Ideo cõtendimus, &c.] Pręparantur aũt sancti ad hoc præmium tripliciter. s. placẽdo Deo. Secundo, proficiẽdo proximo, ibi; [Sciẽtes aũt timorem Dei,] Tertio, abdicando a se carnales affectus ibi: [Itaq; nos, &c.] Deo aũt placent, resistendo malis, & ideo dicit; [Ideo,] quia. s. totum desiderium nostrum est, ꝙ simus præsentes Deo; B [Contendimus,] i. cum conatu nitimur; seu studemus cũ pugna, & lucta, contra tentationes diaboli, carnis, & mundi, Luc, 13. Cõtendite intrare per angustam portam, &c. [Placere illi,] s. Deo ad quem desideramus esse præsentes, & hoc: [Siue absentes, siue præsentes] illi sumus, quia nisi studeamus ei placere in uita ista dum sumus absentes, nõ poterimus ei placere, nec esse ei præsentes in alia uita. Sap. 4. Placens Deo factus dilectus, &c. Cõsequẽter cum dicit: [Omnes enim nos manifestari, &c.] Subdit causã, quare sancti cõtendunt placere Deo, quæ quidem causa sumitur ex cõsideratione futuri iudicii, ubi nos omnes manifestari oportet. Ponit aũt Apostolus quinque conditiones futuri iudicii. Primo enim, ponit ipsius vniuersalitatem, quia nullus excipietur ab illo iudicio. Et ideo dicit; [Omnes nos] i. omnes homines, bonos & malos, magnos & paruos. Ro. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Apoc. 20. Vidi mortuos pusillos & magnos, stantes in conspectu agni &c. Sed contra hoc, obiicitur dupliciter. Primo, quia uidetur, ꝙ infideles non uenient ad iudicium: nam. C Qui non credit iam iudicatus est, ut dicitur Io. 3. Secundo, quia quidam erunt ibi, ut iudices. Matt. 19. Sedebitis super sedes, &c. Non ergo omnes erunt ante tribunal, ut iudicentur. Responsio. Dicendum, ꝙ in iudicio duo erunt. s. prolatio sententiæ, & discussio meritorum, & quantum ad hoc, non oẽs iudicabuntur, quia illi qui totaliter abrenunciauerunt sathanæ & põpis eius, & per oĩa adhæserunt Christo, nõ discutientur, quia iã dij sunt. Illi vero, qui in nullo adhæserunt Christo nec p fidẽ, nec per opera, similiter non indigent discussione, quia nihil habent cũ Christo: sed illi qui cum Christo aliquid habent. s. fidem, & in aliquo recesserunt a Christo. s. per mala opera & praua desideria, discutientur de his, quæ contra Christum commiserunt. Vnde quantum ad hoc, soli Christiani peccatores manifestabuntur ante tribunal Christi. Item, erit in iudicio prolatio sententiæ, & quantũ ad hoc oẽs manifestabuntur. Sed de pueris non vr̃, quia dr̃, ut referat vnusquisq; propria corporis prout gessit: sed pueri nihil gesserunt in corpore ergo, &c. Sed hoc soluit Glo. quia non iudicabũ- D tur pro his, quæ ipsi gesserunt per se sed de his; quæ gesserũt per alios, dum per eos crediderunt, uel non crediderunt, baptizati, uel non baptizati fuerunt. Vel damnabuntur, pro peccato primi parentis. Secundo uero, ponit iudicii certitudinem. Iñ iudicio hominum multi decipi possunt, dum quidam iudicantur mali, qui tñ sunt boni, & econuerso. Et huius ratio est, quia non manifestãtur corda, sed in illo iudicio perfectissima certitudo erit, quia erit ibi manifestatio cordium. Vnde dicit; [Manifestari.] 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, &c. Tertio, ponit iudicij necessitatem, quia nec per interpositam personam, nec per contumaciã poterit quis effugere iudicium illud. Vnde dicit; [Oportet,] i. necessarium est. Iob 19. Scitote esse iudicium. Eccle. vlt. Cuncta, q̃ fiunt adducet Deus, &c.] Quarto, ponit iudicis authoritatem. Vnde dicit [ante tribunal Christi,] ut. s. veniat ad iudicandũ homines in eadem forma, in qua iudicatus est ab hominib. vt existens in forma humana uideatur a bonis & malis. Mali enim nõ E possunt videre gloriam Dei Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudiciũ facere, &c. Tribunal autem dicit iudiciariã potestatem, & sumptum est ab antiqua consuetudine Romanorum, qui elegerunt tres tribunos plebis, ad quorum officium pertinebat diiudicare excessus Consulum, & Senatorum, & loca istorum uocabantur tribunalia. Quinto, ponit iudicis æquitatem, quia secundũ merita propria, erunt præmia, uel pœnæ. Vnde dicit: [Vt referat vnusquisque &c.] Rom. 2. Reddet vnicuique secundum opera sua. Et dicit. [Corporis] non solum pro his quę fecit motu corporis, sed pro his quæ mente gessit, alias infideles non punirentur. Et ideo cum dicit: [Corporis, intelligendum est, idest pro his, quæ gessit dum uixit in corpore.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Ostenso qualiter sancti se præparant ad præmiũ æternę gloriæ placendo Deo: hic ostendit consequenter quõ pparãt se ad hoc proficiendo proximo. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit sollicitudinem suã quã habet de salute proximorũ. Secũdo, uero huius solicitudinis causam assignat, ibi; [Charitas Christi, &c.] Circa primũ tria facit. Primo ponit curã quã habet de salute proximorũ persuadendo eis. Secundo, excludit quandã falsam suspitionẽ, ibi; [Nõ iterũ nos, &c.] Tertio, ostẽdit ꝙ ẽt in modo docẽdi, proximorũ utilitatẽ intẽdat, ibi; [Siue. n. mente, &c.] Circa primũ duo facit. Primo,

LECT. III.

Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non enim iterum commendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas eñ Christi vrget nos æstimantes hoc; quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

ponit studium suũ de utilitate proximorum. Secũdo, manifestat hoc, ibi; [Deo aũt, &c.] Dicit ergo, dico ꝙ oportet nos manifestari ante tribunal, &c. Et hæc cõsideratio inducit homines ad timẽdum iudiciũ. Et ideo dicit; [Scientes ergo timorem dñi,] i. quam pure & caste timendus sit dominus Iesus Christus. [Suademus hominib.] ut timeant & credant Iob 23. Cõsiderans eum timore solicitor. Hier. 10. Quis non timebit te o rex gẽtiũ? Esa. 8. Dñm exercituũ ipsum sanctifica te, &c. Sed quia aliquis posset dicere, ꝙ non ex conscientia bona, sed ex cõmodo suo suadebat hominibus. Et ideo manifestat hoc esse falsũ duplici testimonio. s. Dei, Vnde dicit; [Deo aũt manifesti sumus] ꝙ. s. ex timore Dei loquimur. Deus. n. uidet intentionem cordis nostri. Hier. 17. Prauũ est cor hominis & inscrutabile & qs cognoscet illud? Ego dñs, &c. Io. 2. Ipse sciebat &c. Item testimonio conscientiarũ ipsorũ. Vnde dicit; [Spero aũt in cõscientiis uestris, &c.] Et uere spero, quia sic me exibui, ut uos scire possitis nos esse probatos, & firmiter hoc tenere, & si non confiteamini ore; sup. 4. Cõmendantes nosmetipsos ad oẽm concupiscentiam &c. Consequenter, quia possent credere ꝙ hoc dixerit Apost. ad cõmẽdationẽ propriã, remouet hanc suspitionẽ falsam, dicens, [Non iterum nos commendamus uobis,] i. non dicimus hoc ad cõmendationẽ nostrã, ut quasi iterũ uelimus nos cõmẽdare: sup. enim 3. & ẽt 1. Cor. 3. aliqua dixerat ad cõmendationem suam. Et ideo dicit, iterum infra 10. Non enim qui seipsum cõmendat, &c. Sed hoc dicimus propter vtilitatem uestram. q. d. [Damus uobis occasionem gloriandi,] i. materiã gloriandi. Pseudo apostoli. n. per elationẽ gloriabãtur, dicentes se fuisse doctos ab Apostolis qui fuerunt a dño. s. a Petro & Iacobo, qui erant columnæ fidei detrahẽtes in hoc Apostolo, quasi non fuerit cum dño Iesu, & uolentes eius doctrinam destruere. Vt ergo & Corinthii haberent in quo gloriarentur cõtra ipsos pseudo apostol. s. de gratia Apostolo data, ut eos & refellãt, & non seducantur ab eis: ideo dicit hoc. Vnde subdit; [ut habeatis ad eos.] i. contra eos, vel ad eos reprimendos quid possitis dicere. Ad eos dico; [Qui in facie gloriãtur, & nõ in corde.] Quod tripliciter exponitur sic; [In facie gloriantur,] i. exteriorib. obseruantiis legalib. quia ad literã docebant seruare legalia. Et in corde. i. in uirtute Christi, quæ est in corde, quia in spiritualib. sicut Apost. qui in uirtute crucis Christi dicebat, Mihi aũt absit gloriari, &c. Item; [In facie gloriabantur,] i. in conspectu hominũ, sicut hypocritæ faciunt, & [Non in corde,] i. in testimonio conscientiæ, sicut Apostolus. Vnde dicit, Gloria nostra hæc est, &c. Vel [in facie gloriantur,] quia aliqua ptendebant exterius, quæ tñ non ita sentiebant interius in corde. s. ꝙ dicebant se doctos ab Apostolis, & sequerentur eorũ doctrinã, quam tñ nitebantur destruere. Patet ergo, qualiter Apostolus in docendo, proximorũ salutẽ procurabat. Sequitur videre quõ ipsorũ salutẽ procurabat, ẽt in modo docendi. Vnde dicit; [Siue. n. mente, &c.] Quod exponitur dupliciter: uno modo sic, ut Aposto. dicat se excedere qñ loquitur eis cõmendando se sobrium esse, qñ loquitur de cõmendatione propria ſm hoc dicit, Quocunque modo doceamus, uel est honor Dei, uel utilitas proximi, quia si excedimus mente. i. cõmendamus nos Deo. s. est. i. ad honorem Dei, vel de seruando iudicio Dei; [Siue sobrii sumus,] i. non alta dicamus de nobis. Hoc est uobis, i. ad utilitatem uestram. Sed aliter, & est magis literalis sensus. Dico ꝙ, [Damus uobis occasionem gloriandi pro nobis,] quia nos in omnib. quæ facimus, & ẽt in modo faciendi, intendimus bonum vestrum. Vnde sciendũ, ꝙ Apostoli sunt medii inter Deũ & populũ. Deu. 5. Ego sequester medius fui, &c. Oportebat ergo, ꝙ haurirẽt a Deo, quod effunderent populo. Et ideo neces-

F sarium erat, ꝙ quandoque eleuarent se per contemplationem in Deum ad percipiendum cælestia, quandoq; conformarent se populo ad tradendum, quæ a Deo perceperant, & hoc totũ in eorũ vtilitatem cedebat. Et ideo dicit; [Siue enim excedimus mente,] i. eleuamur ad hoc, ꝙ pcipiamus dona gratiarũ, & hoc [ut Deo] sumamur, quod fit p excessum rerũ temporalium. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo, Diony. Est enim extasim faciens diuinus amor, &c. [Siue sobrij sumus.] i. cõmensurati mus nos uobis tradendo diuina pcepta. Hoc est [Vobis,] i. ad utilitatem vestram. Sobrietatis enim idem est, ꝙ commensuratio. Sobria enim Græce, idem ꝙ mensura. Hæc sobrietas non opponitur ebrietati, quæ est de uino, quæ ad bella trahit in terra, sed opponitur ebrietati, quæ est a Spiritusancto, quæ rapit hominẽ ad diuina, de qua dicitur Can. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. Nam illa. s. sobrietas est propter utilitatem proximi: sed hæc ebrietas, est propter amorem Dei. Huiusmodi autem descensus, signatus est per descensum angelorum per scalam quam uidit Iacob. Gen. 28. Io. 1. Videbitis cęlum apertum, &c. Consequenter cum dicit, [Charitas aũt Christi, &c.] Subiungit Apostolus causam pmissæ solicitudinis, quæ quidem est charitas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primo, ostendit se urgeri a charitate Christi, ad procurandã salutem proximorũ. Secundo ostendit, vnde prouocetur charitas Christi in ipso, ibi, [Aestimantes hoc, &c.] H Dicit ergo. Dico, ꝙ siue excedimus Deo, siue sobrii simus uobis, est ad utilitatem uestrã. Et huius causa est, quia [charitas Christi urget nos] ad hoc. Et dicit, [Vrget,] quia urgere idem est, ꝙ stimulare. q. d. Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea, q̃ charitas imperat, ut. s. procuremus salutem proximorũ. Hic est effectus charitatis. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur. i. agitantur, &c. Cant. 8. Lampades eius, ut lampades ignis, &c. Vnde autem proueniat iste stimulus charitatis, ostendit consequenter subdens, [Aestimantes hoc, qm̃ si unus, &c.] Et primo assignat rationẽ huius. Secundo exponit, ibi; [Et pro omnib. mortuus est, &c.] Dicit ergo, dico, ꝙ omnia pro uobis facimus, quia [urget nos charitas Christi,] quia [æstimantes quod si unus,] s. Christus, pro omnibus mortuus est, ꝙ ẽt nos uiuamus. i. ad utilitatem uestram, ꝙ etiam nobis mortui simus, & nihil curemus de nobis, sed de Christo, & de his, q̃ Christi sunt. Et hoc est, quod dicit, [Si unus.] Ro. 5. Cõmendat Deus suã charitatem in nobis, &c. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, &c. I Quod ergo infertur, [Ergo oẽs mortui sunt,] exponitur trib. modis. Primo ut dicatur [Omnes mortui sunt, morte peccati in Adã.] Non enim esset necessarium, ꝙ Christus pro omnib. moreretur, nisi omnes mortui fuissent morte peccati in Adam. 1. Cor. 15. Sicut in Adã oẽs, &c. Secundo ut dicatur, [Omnes mortui sunt,] s. veteri uitæ. Christus enim mortuus est delendo peccata, ergo oẽs debent mori veteri uitæ. s. peccati, & uiuere uita iustitię. Rom. 6. Quod eñ mortuus est peccato, &c. ita & uos æstimate uos mortuos esse, &c. Tertio, & magis literaliter. [Ergo mortui sũt oẽs] i. ita debet se quilibet reputare, ac si esset mortuus sibiipsi. Col. 3. Mortui estis, &c. Et hunc modum exponit cõsequenter cũ dicit: [Et pro omnib. mortuus est Christus est, ut uiuamus Christo.] Vnde subdit, [Vt & qui uiuit,] s. uita naturali, [Iã non sibi uiuat,] i. non propter seipsum, & propter bonũ suum tñ, [Sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.] s. Christo. i. totam vitã suam ordinet, K ad seruitium, & honorem Christi. Galat. 2. Viuo ego iam non ego, &c. Eccle. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, &c. Et horum ratio est, quia unusquisque operans, sumit regulam operis sui a fine. Vnde si Christus est finis vitæ nostræ: uitam nostram debemus regulare, non secundum uoluntatem nostram, sed secundum voluntatem Christi. Sic enim & Christus dicebat, Ioan. 6. Descendi de cœlo, non ut facerem uoluntatem meam, &c. Nota autem, quod duo dicit, scilicet, quod mortuus est Christus, & quòd resurrexit pro nobis; vbi duo exiguntur a nobis. Quia enim mortuus est pro nobis, & nos debemus mori nobisipsis. idest pro ipso abnegare nosipsos. Vnde dicebat, Luc. 9. Qui uult uenire post me abneget semetipsum, &c. Quod idem est ac si diceret, moriantur sibiipsi. Quia vero Christus resurrexit pro nobis, & nos debemus ita mori peccato, & veteri uitæ, & nobisipsis, quòd tamen resurgamus ad nouam uitam Christi. Roma. 6. Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate &c. Et propter hoc Dñs non dixit solum, abneget semetipsum & tollat crucem suam, sed addit, & sequatur me. s. in nouitate uitæ, proficiẽdo in uirtutib. Ps. 83. Ibunt de virtute in virtutẽ, &c.

LECTIO IIII.

LECTIO IIII.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundũ carnẽ. Etsi cognouimus secũdum carnem Christũ, sed nunc iam nõ nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

Posito quomodo sancti præparãt se ad susceptionem gloriæ cęlestis, placendo Deo & proficiendo p ximo; hic consequẽter quõ pparãt se ad hoc idẽ, abdicando a se carnalem affectum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit abdicationẽ carnalis affectus. Secundo, excludit instantiã, ibi: [Et si cognouimus, &c.] Tertio, concludit intentum, ibi: [Si qua ergo in Christo, &c.] Dicit ergo primo, Ex quo ergo adeo certi sumus de gloria æterna, ita ꝙ, [Nos ex hoc neminem ſm carnem nouimus.] Vbi nota, ꝙ secundum carnem, est quædam determinatio, & potest dupliciter exponi, ſm quod dupliciter constructio fieri põt. Vno modo, ut ly: [Secundum carnem, construatur cum hoc accusatiuo, neminem, & sic exponit Glo. [Neminem ſm carnem,] i. carnaliter viuentem approbamus. Ex quo. n. quilibet debet mori, non approbamus eum, qui carnaliter uiuit. Et hoc modo accipitur caro. Rom. 8. Vos autem in carne non estis, &c. Alio modo; [Neminem ſm carnem,] i. secundum carnales legis obseruantias, viuentem; [Nouimus,] i. approbamus. Et hoc modo, accipitur caro. Phil. 3. Qui confidunt in carne. i. in carnalibus legis obseruantiis, &c. Tertio: [Neminem ſm carnem,] i. secundum carnis corruptionem, [Nouimus,] i. reputamus. Licet enim fideles, adhuc carnem corruptibilem gerant, tamen in spe iam habent corpus incorruptibile: Vnde non reputant se secundum quod modo carnem corruptibilem habent, sed secundũ quod habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipitur caro. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Alio modo potest construi, vt ly: [Secundum carnem,] construatur cum hoc verbo: [Nouimus.] Et sic est sensus. Dico, ꝙ ex quo non debemus nobis uiuere, sed ei qui pro nobis mortuus est; itaque nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus. i. nõ sequimur in aliquo carnalem affectum, nec aliquem hoc modo reputamus. Et hoc modo accipitur illud Deuter. 33. Qui dixerit patri suo, & matri, nescio uos &c. Et sic ly [Secundum carnem,] refertur ad cognoscẽtem: sed in prima expositione referebatur ad cognitũ. Quia uero aliquis posset dare instantiam de Christo, ꝙ saltẽ cognouisset eum ſm carnem; ideo consequenter hoc remouet, dicens; [Quod si cognouimus, &c.] Circa hoc sciendum est, ꝙ Manicheus adducebat uerba ista pro se in fulcimentũ sui erroris. Ipse enim dicebat, Christum nõ habuisse uerum corpus, nec fuisse ex semine Dauid natũ. Et sic Aug. dicit in lib. contra Faustũ. Si quis cõtra eum allegaret verbũ Apostoli ad Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid ſm carnem, & illud 1. Tim. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatũ est in carne, &c. & 2. Tim. 2. Memor esto dominum Iesum Christũ resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, &c. Respondebat, ꝙ Apostolus aliqñ fuerat huius opinionis. s. ꝙ fuisset ex semine Dauid, & ꝙ verum corpus habuisset: sed postea hanc opinionem mutauit & correxit se hic. Vnde dicebat; [Et si cognouimus ſm carnem Christum.] i. si fuerimus aliqñ huius opinionis, ꝙ Christus habuisset veram carnem; [Sed nunc iã non nouimus,] i. modo mutauimus illam opinionem, & non credimus ita. Quod quidẽ dupliciter improbat Augu. Primo quia de eo, quod falso putamus nullus dicit, nouimus, sed opinamur. Cũ ergo Apostolus utatur hic hoc uerbo, cognouimus videtur ꝙ non aliqñ falso putauerit. Secundo, quia supra Apostolus dicit, Neminem nouimus secundum carnem. Si ergo uerum esset, quod dicit Manicheus, Apostolus nullum cognosceret habere verũ corpus, quod est falsum. est ergo falsum, quod Manicheus dicit. Et ideo aliter exponendum ſm ueritatem & dupliciter. Vno modo, ut sumatur, hic, caro pro corruptione carnis 1. Cor. 15. Caro & sanguis, &c. & tũc est sensus; [Et si cognouimus aliqñ Christum secundum carnem,] i. habere eum carnem corruptibilem ante passionem; [Sed nunc iam non nouimus,] s. eum habere carnem incorruptibilem, quia Ro. 6. dicitur, Christus resurgens ex mortuis iã nõ moritur, &c. Alio modo ſm Glo. ut ly; [Si aliqñ secundum carnem Christum cognouimus,] referatur ad statum Pauli ante conuersionẽ ad Christum.

A Quod uero sequitur [Sed nunc iam non nouimus] refertur ad statũ eius post conuersionẽ. Et sic est sensus. Et ego & alii iudæi infideles aliqñ, idest ante conuersionem meã, cognouimus Christum secundum carnem, i. secundum quod carnaliter opinati sumus de Christo. s. eum esse tm̃ hominem, & quod uenit tm̃ ad carnales obseruantias legis [Sed iam,] i. post quã cõuersus sum [Non nouimus] i. hęc opinio cessauit, immo credo, ꝙ sit uerus De⁹, & ꝙ non sit colendus per carnales obseruantias. Vnde dicebat Gala. 5. Si circũcidimini, Christus nihil uobis proderit. Põt & aliter exponi, ut hoc, quod dicit; [Et si cognouimus, &c.] Dicat Apostolus in persona oĩum Apostolorum Christi, & sic vĩ respondere vltimæ expositioni huius, quod dicitur; [Neminem cognouimus.] Vnde sciendum est, quod Aug. exponens illud Ioan. 16. Expedit uobis, ut ego uadam. ubi ratio domini ad hoc subditur. Si. n. non abiero, paraclitus non ueniet ad vos dicit, ꝙ hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amantes Christũ, afficiebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalẽ amicum, & sic non poterant eleuari ad spiritualem dilectionẽ, quæ ẽt pro absente, multa facit pati. Vt ergo radicaretur in eis affectus spiritualis, qui est a Spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis dñs, Pax vobis, &c. Hoc ergo Apostolus in persona omnium discipulorum commemorans dixit; [Et si cognouimus,] idest si adhæsimus Christo aliqñ. s. quando nobiscũ erat præsentia corporali. [Secundum carnem,] idest secundum carnalem affectũ, [Sed iam non nouimus,] i. iam iste affectus cessauit a nobis per C Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Consequenter cum dicit: [Si qua igitur in Christo, &c.] Ex præmissis concludit quendam effectum esse consecutum. s. nouitatis in mũdo, & ideo dicit; [Si qua igitur,] i. si aliqua: [In Christo,] i. in fide Christi, vel per Christum; [Noua creatura est facta.] Galat. 5. In Christo Iesu, neque præputium neque circuncisio &c. Vbi notandum, ꝙ innouatio per gratiam dr̃ creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad esse. Est autem duplex esse. s. esse naturæ, & esse gratiæ. Prima creatio facta fuit, qñ creaturæ ex nihilo productæ sunt a Deo in esse naturæ, & tunc creatura erat noua, sed tñ per peccatum inueterata est. Tren. 3. Vetustam fecit pellem meam, &c. Oportuit ergo esse nouam creationem, per quam produceretur in esse gratiæ, quæ quidem creatio est ex nihilo, quia qui gratia carent, nihil sunt 1. Corin. 1. Si nouerim mysteria omnia &c. charitatem, aũt, non habeam, &c. Iob 18. Habitent in tabernaculo illius socii eius, qui non est. i. peccati. Aug. dicit. Peccatum enim nihil est D & nihil fiunt homines cum peccant, & sic patet, ꝙ infusio gratiæ, est quædam creatio: [Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum, uetera transierunt ei.] Hoc quidem sumptũ est Leui. 26. vbi dicitur, Nouis superuenientib. uetera proijcietis, ex quo sic argumentatur. Si omnia noua facta sunt & secundum legem nouis superuenientibus uetera sunt proijcienda, ergo si qua creatura est; [Vetera transierunt ei,] idest transire debent ab eo, uetera autem, quæ transire debent, sunt legalia. Ro. 7. Seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. Item errores gentilium. Isa. 26. Vetus error abiit. Item corruptiones peccati. Ro. 6. Vetus homo noster, &c. Quibus quidem in nobis transeuntibus, virtutes contrariæ his uitiis debent in nobis innouari Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

LECTIO V.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Qm̃ quidẽ Deus erat in Christo, mũdum recõcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & po B

LECTIO V.

E Postquam Apostolus in superiorib. tractauit de præmio sanctorũ & de pparatione ad susceptionem eius. Hic cõsequenter agit de causa utriusq;. Et circa hoc tria facit: quia primo ostẽdit authorem omnium pdictorum esse Deum. Secundo commemorat beneficium a Christo collatũ, ibi [Qui recõciliauit, &c.] Tertio, beneficii usum, ibi: [Pro Christo ergo legatione.] Dicit ergo, Dixi ꝙ intendimus salutem proximorum, & uetera transierunt, sed hæc omnia sunt nobis ex Deo patre, uel ex Deo authore. Ro. 1. Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Iac. 1. Omne datum optimum, &c. Sequitur beneficium susceptum a Deo, ibi; [Qui reconciliauit, &c.] Vbi primo ponit ipsum beneficium collatum. Secundo exponit, ibi; [Qm̃ quidem Deus, &c.] Commemorat aũt duplex beneficium per Christum collatum. Vnũ cõe, aliud speciale. Cõe quidem toti mundo. s. reconciliationis ad Deum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum, & hoc est, quod dicit; [Qui] scilicet Deus pater; [Reconciliauit,]idest pacificauit; [Nos sibi,] & hoc; [Per Christum,]idest per incarnatum uerbum. Homines enim erant inimici Dei propter peccatum, Christus autem hanc inimicitiam abstulit de medio, satisfaciens pro peccato. Et fecit concordiam. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis, &c. Et ideo dicit; [Per Christum] Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem, &c. Speciale autem beneficium est Apostolis collatum, scilicet, q̃ ipsi sint ministri huius reconciliationis. Vnde dicit; [Et dedit nobis] Apostolis vicarijs Christi; [Ministerium] huius, [Reconciliationi,] supra 3. Ministros nos elegit, &c. Psal. 71. Suscipiant montes, idest Apostoli, pacẽ populo, scilicet a domino. Consequenter cum dicit; [Quonam &c.] Exponit quæ dixit. Primo, primum. Secundo, secundum, ibi; [Posuit in nobis &c.] Dicit ergo. Dico quòd Deus reconciliauit nos sibi, hoc modo. Inimicitiæ enim inter Deum, & hominem erant propter peccatum, vt dictum est, secundum illud Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt, &c. Destructo ergo peccato per mortem Christi, inimicitiæ iam solutæ sunt. Et hoc est, quod dicit; [Quoniam quidem Deus erat in Christo] per vnitatem essentiæ. Ioan. 14. Ego in patre & pater in me est. Vel; [Deus erat in Christo,] per Christum; [Mundum sibi reconcilians.] Rom. 5. Reconciliati sumus Deo, &c. Et hoc; [Non reputans illis delicta ipsorum,]idest non habens, in memoria illorum delicta eam actualia, quàm originalia ad puniendũ, pro quibus Christus plene satisfecit. Et, secundum hoc dicitur non reconciliasse sibi, inquantum non imputat delicta nostra nobis. Psal. 31. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Consequenter cum dicit [Et posuit in nobis, &c.] Exponit secundum, scilicet de beneficio Apostolis collato, quasi dicat. Hoc modo dedit nobis ministerium reconciliationis; [Quia posuit in nobis verbum reconciliationis,] idest, dedit virtutem & inspiratur in cordibus nostris vt annuntiemus mundo, hanc reconciliationem esse factam per Christum. Et hoc faciendo inducimus homines, vt conformentur se Christo per baptismum. Hiere. 1. Ecce dedi verba mea. Consequenter cum dicit; [Pro Christo ergo legatione, &c.] Ostendit vsum beneficij. Et primo, quantum ad secundum beneficium collatum Apostolis. Secundo, quantum ad primum collatum omnibus, ibi; [Obsecramus pro Christo, &c.] Dicit ergo. Ex quo Deus posuit verbum reconciliationis, debemus eo vti. Et hoc est ergo quod; [Fungimur legatione pro Christo,]idest sumus legati Christi. Ephe. 6. Pro quo legatione fungimur in cathena ista, &c. Et idoneitas ad hanc legationem est nobis ex virtute Dei, quæ est in me. Et ideo dicit; [Tanquam Deo exhortãte per nos,]quia Deus qui in nobis loquitur, dat nobis idoneitatem ad hanc legationẽ. Mat. 19. Non vos estis qui loquimini, &c. infra 13. An experimẽtum quæritis eius, qui in me, &c. Consequenter cum dicit; [Obsecramus, &c.] Subdit quantum ad vsum primi beneficij. Et primo, in lucit ad vsum. Secundum ostendit, vnde adsit nobis facilitas ad ipsum vsum, ibi; [Eum qui non &c.] Dicit ergo. Ex quo deus fecit reconciliationem, & nos sumus legati dei in hoc [Obsecramus, &c.] Blande alloquitur cum posset imperare 2. Tim. vlt. Argue, obtecta, increpa, &c. Ad Phile. 1. Potestatem habens imperandi &c. [Obsecramus,]inquam; [Pro Christo,] idest propter amorem Christi; [Reconciliamini deo.] Videtur autem hoc esse contrarium ei quod dicit, quod deus reconciliauit nos sibi. Si ergo ipse reconciliauit, quid necesse est, ut nos reconciliemur? Iam enim reconciliati sumus. Ad hoc dicendum, q̃ deus reconciliauit nos sibi, ut causa efficiens, scilicet ex parte sua: sed ut sit nobis meritoria, oportet etiam q̃ fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidem in baptismo & in pœnitentia, & tunc cessamus a peccatis. Vnde autem adsit nobis huiusmodi facultas reconciliandi deo, ostendit ex hoc, scilicet q̃ dedit nobis potestatem iuste viuẽdi qua possumus abstinere à peccatis, & hoc faciẽdo, reconciliamur deo. Et ideo dicit; [Eum qui non, &c.] quasi dicat. Bene potestis reconciliari, quia deus, scilicet pater; [Eum] scilicet Christum;] Qui nõ nouerat peccatum. 1. Pet. qui peccatum non fecit, &c. Io. 8. Quis ex uobis arguet me, &c. [Pro nobis fecit peccatum,]Quod tripliciter exponitur. Vno modo, quia consuetudo ueteris legis est, vt sacrificium pro peccato, peccatũ nominetur. Osee 4. Peccata populi mei comedent, i. oblata pro peccato. Tunc est sensus; [Fecit peccatum,] i. hostiam, vel sacrificium pro peccato. Alio modo, quia peccatum aliquando sumitur pro similitudine peccati, vel

F pro pœna peccati. Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem peccati, &c. idest de similitudine peccati, damnauit peccatum. Et tunc est sensus; [Fecit peccatum,]idest fecit eum assumere carnem mortalem & passibilem. Tertio modo, quia aliquando dicitur hoc esse hoc, vel illud, non quia sit: sed quia opinantur ós id esse. Et tunc est sensus; [Fecit peccatum,]idest fecit eũ reputari peccatorẽ, Isa. 53. Cum iniquis reputatus est. Et hoc quòd fecit; [Vt nos efficeremur iustitia,] idest, vt nos qui peccatores sumus, efficeremur non solum iusti, immo ipsa iustitia, i. iustificaremur a Deo; [vel iustitia,] quia non solũ nos iustificauit, sed etiam voluit, q̃ per nos alij iustificarentur; [iustitia,]dico; [Dei,] non nostra. Et [In Christo,]. i. per Christum, vel aliter, vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tunc est sensus, [vt nos efficeremur iustitia;]. i. vt inhæreremus Christo p amorẽ & fidẽ qa Christus est ipsa iustitia. Dicit aũt; [Dei,] vt excludat iustitiã hominis, q̃ est, qua homo cõsidit de propriis meritis. Rom. 10. Ignorantes dei iustitiam &c. [In ipso. scilicet Christo,]. per Christum, quia ipse factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1.

G

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus cõmendauit ministerium Apostolatus, hic consequenter ipsum ministeriũ sibi cõmissum ad vtilitatem laboriosorum exequit. Et circa hoc, duo facit. Primo, hortat eos in generali ad omnia, quæ cõmuniter sunt necessaria ad bonã vitã. Secundo, hortatur eos de quodam speciali suffragio, fiet. 20. sancti in Hierusalẽ, & hoc 8. ca. ibi; [Nõ in aũt vobis facimus scandalum, &c.] Circa primũ aũt duo facit. Primo, hortat eos ad bona patientia. Secũdo, cõmendat eos de bonis in præterito factis, & hoc in cap. ibi; [Has igit̃ habentes promissiones, &c.] Circa primũ, duo facit. Primo, hortat in generali, q̃ gratia dei nõ utantur in vanum. Secũdo, ostendit gratiã dei eis esse collatã, ibi; [Ait enim tempore accepto, &c.] Tertio, docet eos in speciali, modũ utendi dicta gratia; [Nemini dantes vllam offensionẽ, &c.] Dicit ergo primo. Et quo facultas adest nobis ad bene operandũ, & hæc est gratia dei nos aũt ad hoc, q̃ Christo legatione fungimur. Ideo; [Adiuantes,]nos. i. prædicationibus, exẽplis & exhortationibus. Prou. 18. Frater q̃ adiuuatur a fratre, &c. Vel [Adiuantes,]. i. Deũ 1. Corin. 3. Adiutores dei sumus. Sed contra. Isa. 40. Quis adiuuit spiritum domini, &c. Non ergo bene dr, Adiuuantes deũ. Respondeo, q̃ adiuuare deũ potest intelligi, uel ei vires ministrare ad aliquid agendũ, & sic nullus iuuat deum, nec iuuare potest. Vel eius mandatis quis, & sic sancti hoies deũ iuuare dicuntur, exequendo eius mandata. Nos inquã, sic iuuates; [Hortamur uos.]Ro. 12. Qui exhortatur, &c. Hoc. 6. exhortamur, [Ne in vacuũ gratiã dei recipiatis,] q. d. Ne receptio gr̃æ sit vobis inutilis & vacua, cũ tunc coniungitur ei ex perceptione gr̃æ, quis non sentit fructũ. Qui quidẽ duplex est. f. remissio peccatorũ Isa. 27. Hic est omnis fructus, &c. Et vt homo iuste viuendo perueniat ad gloriã cælestẽ. Ro. 6. Habetis fructũ vestrũ. Quicunq; ergo gratia percepta nõ vtitur ad vitandũ peccata, & cõsequendũ vitam eternam, hic gratiã dei in vanũ recipit. Phil. 2. Nõ in vacuũ cucurri, &c. Et ne aliquis dubitaret de perceptione huius gratiæ a deo, ideo consequẽter Apostolus probat eos iam recepisse gratiã hãc, vel parata habere ad recipiendũ, dicẽs; [Ait enim, Tempore &c.]Et circa hoc, duo facit. Primo, inducit authoritatẽ prophetæ. Secundo, inducta adaptat ad propositũ, ibi; [Ecce nũc tẽpus, &c.]Dicit ergo primo. Dico q̃ pareit vos ad fructuose percipiendũ gratiã, quæ nobis est collata, vel parata. Ait. n. dñs per Isa. 49. [Tpe accepto, &c.] Circa quod sciendũ est q̃ dñs dicitur facere nobis gratiam, vel exaudiendo nos in petitionibus nostris, vel iuuando in operationibus nostris, sed exaudit, ut percipiamus quod petimus. Iac. 1. Si quis indiget sapientia postulet, &c. Adiuuat, ut perficiamus, quod operamur. Psal. 93. Nisi quia dñs adiuuit me, &c. Et hæc duplex est gratia, præueniẽs scilicet & cooperans, vel subsequens, quæ quidem necessaria est, nobis ad obtinendum. Et primo gratiam præuenientem, qua operare debemus, ut simus accepti deo. Psa. 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Et quantum ad hoc dicit; [In tempore accepto,]idest acceptionis, & gratificationis, hoc enim tẽpore accepto sit, quod gratis fit. Romanor. 4. Beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam &c. [Exaudiui te,]idest acceptaui te. Vel [Tempore accepto,]idest in tempore gratiæ. Et hoc modo, gratia præueniẽs dicitur illa per quam liberamur à peccatis. Gratia, uero subsequens

H

I

K

quens dr, per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono conferuntur. Secundo, necessaria est nobis gratia cooperans, & hanc petebat. Psa. 22. Et misericordia eius subsequatur me &c. Et quãtum ad hoc dicit; [In die salutis adiuui te] tempus. n. ante Christum non fuit dies, sed nox. Ro. 13. Nox præcessit &c. Sed tẽpus Christi dr dies, & non solum dies, sed dies salutis. Ante. n. non erat salus, quia nullus ad finem salutis perueniebat. f. ad visionẽ Dei, sed modo q̃ iam nata est salus in mundo, homines salutẽ sequũtur. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum &c. 1. Pet. 4. Operamini vestrã salutem. Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis, qua per nostra opera perueniamus ad vitam æternã. Phil. 2. Deus est qui operatur, &c. Consequenter, authoritatem inductam adaptat ad propositum, dicens [Ecce nunc &c.] q. d. Hæc quæ dixit dñs de tempore gratiæ per prophetam, implentur modo, quia [Ecce nunc tẽpus acceptabile,]. i. gratificationis per quam exaudimur a Deo, quia ãuenit plenitudo temporis. f. incarnationis Christi. Gal. 4. Et hoc quantum ad primam partem authoritatis. Ps. 68. Tempus beneplaciti Deus [Ecce nunc dies salutis.] in quo. s. adiuti gratia cooperante possimus operari ad consequendum salutem æternã. Io. 6. Me oportet operari &c. Gal. 6. Dum tempus habemus &c. Consequenter cũ dicit [Nemini dantes &c.] Docet modũ utendi gratia eis collata. Et primo in generali, qualiter. f. in vacuũ nõ recipiatur. Secũdo, in speciali, ibi [In multa patientia &c.] Dicit ergo, Sic utendũ est gratia, vt [Dantes nemini vllã offensionẽ.] Nam gratia ad hoc datur. f. ad utendum mala, & ad operandũ bona. Et ideo duo docet, ut. f. vitemus mala, & quantũ ad hoc dicit [Nemini dantes &c.] Quod põt dupliciter exponi. Vno modo, vt referatur ad Apostolos q. d. Nos adiuuantes uos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem, quia si per malam vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium, & eõ remaneret prædicatio nostra. Ro. 2. Nomẽ Dei per uos blasphematur. Greg. Cuius uita despicitur restat, ut eius prædicatio cõtemnatur. Vnde publicus & famosus peccator, cauere debet sibi ne p̃ dicet, alias peccat. Ps. 49. Peccatori aũt dixit Deus &c. Alio modo, ut referatur ad subditos, q. d. Hortamur vos, ne in vacuũ &c. Vos dico [Nemini dantes vllam &c.] i. non facientes aliquid, vnde alij scandalizentur. 1. Cor. 10. Sine offensione estote &c. Ro. 14. Non ponatis offendiculũ &c. Et ratio huius est [Vt non vituperetur &c.] i. ita irreprehẽsibiliter uos habeatis, ut [Ministerium nostrum,] apostolatus noster, non vituperetur. Qñ enim subditi male se habent, vituperium est prælatis 1. Pet. 2. Conuersationem uestrã inter gentes &c. Vel [Vt non vituperetur] cõe [Ministerium,]quo ad nos, & nos, qui sumus ministri Dei. Nos dico sumus ministri Dei ad exequendũ voluntatem eius in nobis, & in aliis. Sed uos ad exequendam voluntatem eius in uobis tñ. Esa. 61. Vos sacerdotes dñi vocabimini &c. Consequenter cum dicit [Sed in omnib. exhibeamus &c.] Docet eos modũ utendi perceptæ gratia, quantũ ad bona opetanda. Dicit ergo. nemini domus vllam offensionẽ [Sed exhibeamus nos] & vos opere, & sermone in omnib, quæ ad virtutes pertinent tales, quales debent esse ministri Dei, vt. f. conformemur nos Deo faciendo eius voluntatem. Eccles. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius 1. Cor. 5. Sic nos existimet homo, ut ministros &c. Consequenter cum dicit [In multa patientia &c. Ostendit in speciali, quo nos debemus exhibere sicut de ministros in usu gratiæ collatæ. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad exteriorẽ operationẽ. Secundo, quantum ad maiorem deuotionẽ, ibi [Os nostrũ patet &c.] Tertio, quantũ ad infidelium vitationem ibi [Nolite iugũ ducere &c.] Circa primũ tria facit, f̃m tria in quib. consistit operatio exterior. Primo. n. consistit in sufferentia malorũ. Et quantum ad hoc dicit [In multa patientia &c.] Secũdo, in operatione bonorum: & quantum ad hoc dicit [In castitate & c.] Tertio in mutua cooperatione bonorum ad mala, & quãtum ad hoc dicit [Per arma iustitiæ &c. Est ergo necessaria in malis sustinẽdis virtus patientiæ. Vnde dicit [In multa patientia &c.] Vbi tria facit. Primo, inducit ad patientiã. Et hoc, quia in Psal. 91. legitur, Bene patientes erunt, ut annuntient. Et quantum ad hoc dicit [In multa patientia] Prou. 19. Doctrina uiri per patientiã nosciturr. Luc. 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Dicit [In multas,]. i. propter multas tribulationes, quæ occurrunt. Secundo ostẽdit materiam patientiæ in generali: & hoc dupliciter. f. in superuentione malorum. Vnde dicit; [In tribulationib.] Rom. 12. In tribulatione patientes. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Et in defectu necessariorũ. Vnde dicit [In necessitatib.] f. eorum, q̃ sunt necessaria ad uitam. Psal. 24. De necessitatibus &c. Tertio, ostendit materiam patientiæ in speciali. Et primo in his, quæ pertinẽt ad tribulationes, quæ sunt uoluntariæ, & hoc quantum ad tribulationes, quæ pertinent ad animam, & sic dicit [In angustiis,] f. cordis, quando. f. sic afflictatur aduersis, ut non pateat via euadendi. Hebr. 11. Angustiati, afflicti &c. Itẽ inquantum ad tribulationes, quæ sunt ī corpore, & sic dicit [In plagis,] f. illatis ab aliis [Et carceribus. Act. 16. Cum multas plagas ei intulissent &c. infra 11. In carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. [In seditionib.] f. totius populi conmoti. Act. 19. Periclitamur argui seditionis hodiernæ &c. Secundo, in his, quæ pertinent ad necessitates. Necessitas aũt aliquã est voluntaria. Et sic dicit [In laboribus,] propria manu operando apud Corinthios, quia auari erant, ne eos grauaret sumptib. Et apud Thessal. quia erant ociosi, ut daret exemplum exercitii. Act. 11. Ad ea, quæ mihi opus erant &c. [In uigiliis] propter prædicationes; infra 11. In uigiliis, in ieiunijs aliquã voluntarijs, aliquã inuoluntarijs propter penuriam. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra est, quod dicitur Matth. 11. Iugum meum suaue est. Hic uero dicitur in tribulationibus multis, &c. Non ergo suaue sed grauissimũ. Respondeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorem, & interiorẽ feruorem spiritus dulcorantur. Vnde Aug. Quanta grandia & immania, facilia & prope nulla facit amor.

A

B

C

D

E

in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiunijs.

LECTIO II.

IN castitate, in scientia, in lõganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo veritatis, in virtum ad tribulationes, quæ sunt ī corpore, & sic dicit [In plagis,] f. illatis ab aliis [Et carceribus. Act. 16. Cum multas plagas ei intulissent &c. infra 11. In carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. [In seditionib.] f. totius populi conmoti. Act. 19. Periclitamur argui seditionis hodiernæ &c. Secundo, in his, quæ pertinent ad necessitates. Necessitas aũt aliquã est voluntaria. Et sic dicit [In laboribus,] propria manu operando apud Corinthios, quia auari erant, ne eos grauaret sumptib. Et apud Thessal. quia erant ociosi, ut daret exemplum exercitii. Act. 11. Ad ea, quæ mihi opus erant &c. [In uigiliis] propter prædicationes; infra 11. In uigiliis, in ieiunijs aliquã voluntarijs, aliquã inuoluntarijs propter penuriam. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra est, quod dicitur Matth. 11. Iugum meum suaue est. Hic uero dicitur in tribulationibus multis, &c. Non ergo suaue sed grauissimũ. Respondeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorem, & interiorẽ feruorem spiritus dulcorantur. Vnde Aug. Quanta grandia & immania, facilia & prope nulla facit amor.

LECTIO V.

POstris his, quæ pertinent ad tolerantiam malorum, ponit cõsequenter ea, quæ pertinent ad obseruantiam bonorũ. Bonitas aũt operis consistit in tribus. In perfectione virtutum, & hoc pertinet ad cor. In veritate locutionis; & hoc pertinet ad os. In virtute operis, & hoc pertinet ad opus. Primo ergo, ostẽdit Apostolus, qualiter se habeant in his, quæ pertinent ad perfectionẽ virtutum, quæ consistunt in corde. Secundo, in his, quæ ad virtutem oris, ibi [In uerba veritatis] Tertio, in his quæ pertinent ad perfectionẽ operis, ibi [In virtute Dei. Circa primum, ponit quatuor virtutes. Et primo, virtutem castitatis, quæ maximum locũ tenet in virtute temperantiæ, & quantum ad hoc dicit [In castitate,] sanctis & corporis. Vbi notandũ est, q̃ immediate post multos labores, uigilias, & ieiunia, subdit de castitate, quia qui vult habere virtutem castitatis, necesse habet laborib. dari, vigilijs insistere, & macerari ieiunijs 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo & c. Heb. 12. Pacem sequimini &c. Si autem quæratur, quare non facit mentionem de aliis virtutib. nisi solum de temperantia, Dicendum est, q̃ sic facit, sed implicite, quia hoc, quod dicit [In multa patientia, in tribulationib. &c.] pertinet ad virtutẽ fortitudinis. hoc vero quod dicit, [Per arma iustitiæ,] pertinet ad uirtutem iustitiæ. Secundo, ponit virtutem scientiæ. Vnde dicit [In scientia.] Et si quidem scientia referatur ad scientiã qua aliquis scit bene cõuersari in medio nationis pravæ & peruersæ, sic refertur ad virtutem prudentiæ. Si uero scientia referatur ad certitudinem, qua fideles certi sunt de his, q̃ pertinẽt ad cognitionem Dei, sic pertinet ad uirtutẽ fidei. Et utraq; necessaria est Christianis; quia sine scientia primo modo, siue secundo modo acceptа, homines de facili ruunt in peccatis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Hier. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ. Tertio, ponit virtutem spei. Vnde dicit [In longanimitate,] q̃ pertinet ad perfectionem spei. Nihil aũt aliud est lõganimis, quã qui arduũ aliquod ex spe semper, ac diu dilatũ patienter expectat, & hoc a spiritu sancto. Gal. 5. Fructus aũt spiritus, charitas &c. Lõganimitas &c. Colos. 1. In omni patientia & longanimitate. Quarto, ponit uirtutem charitatis. Charitas aũt duo habet. f. effectũ exterior̃ & interiorẽ. Sed in effectu exteriori, habet suauitatẽ ad proximũ. Non. n. conuenit, q̃ aliquis non sit suauis ad eos quos diligit. Et ideo dicit [In suauitate,] i. dulci conuersatione ad proximos, ut. f. blandi simus. Prouer. 12. Qui suauis est, uiuit in moderationib. &c. Eccle. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, &c. Sed

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non in suauitate mundi, sed in ea, quæ causatur ex amore Dei. scilicet, ex Spiritu sancto, & ideo dicit; [In Spiritu sancto,] idest, quam Spiritussanctus causat in nobis. Sap. 12. O quam bonus & suauis, &c. In effectu autem interiori habet veritatem absque fictione, vt scilicet non prætendat exterius contrarium eius, quod habet interius.

tute Dei, per arma iustitię a dextris & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati; quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egē-

Et ideo dicit; [In charitate non ficta] 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua sed &c. Col. 3. Super omnia charitatē habētes. Et huius ratio est, qa vt dicitur Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Consequenter ostēdit, quomodo se habeāt in his quæ pertinent ad veritatē oris, vt, s. sint veraces.] Et ideo dicit; [In verbo veritatis,] s. vera loquendo & prædicando. Qūo aūt se habeāt in perfectione operis, subdit dicens; [In virtute Dei,] i. non in operibus nostris cō fidamus, sed solum in virtute Dei, & non in propria. 1. Corinth. 4. Regnum Dei non est in sermone &c. Consequenter cū dicit; [Per arma iustitiæ, &c. Ostendit qualiter se habeant in operatione bonorum & malorū, inter bona & mala, prospera & aduersa, & hoc pertinet ad virtutē iustitiæ. Et primo, ostendit hoc in generali. Secundo, exponit in speciali. Dicit ergo primo, q; exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patiētia. Et quod plus est; [Per arma iustitię.] Vbi sciendū est, q; iustitia ordinat & facit hominem tenere locum suū; [A dextris,] idest in prosperis, vt scilicet non eleuetur; [Et a sinistris,] i. in aduersis, vt. s. non deijciatur. Phil. 4. Vbique & in omnibus &c. scio abundare, &c. Consequenter hoc exponit per partes prosperorum, & aduersorum, dicens; [Per gloriam &c.] Vbi sciendū est, quòd in rebus temporalibus prosperitas, vel aduersitas in tribus consistit. In superbia vitæ, in concupiscentia carnis, in cōcupiscentia oculorum. Iuxta illud 1. Io. 2. Omne quod est in mundo aut est cōcupiscentia carnis, &c. Et hæc prosequitur ordine suo, quia primo dicit quomodo se habeant in aduersis & prosperis, quæ ptinent ad superbiā vitæ dicens; [Per gloriam, &c.] Secundo, qūo se habeant in his, quæ pertinent ad concupiscentiā carnis, ibi; [Quasi morientes, &c.] Tertio, qūo se habeāt in his, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum, ibi; [Sicut egentes, &c. Sunt aūt duo, quæ ad superbiā pertinent, s. sublimitas status, & operum. Et ideo dicit; [Per gloriā,] idest per statū excellentiæ q.d. Exhibeamus nos Dei ministros. s. per Dei gloriam, idest in prosperitate. Isa. 23. Dñs exercituū cogitauit, &c. Et q; Apostoli gloriosi appareāt, patet Act. 14. Quòd Paulus & Barnabas credebantur esse dij; [Et ignobilitatē,] quæ est in sinistris q. d. nec in gloria eleuemur, nec si contemptibiles sumus, deijciamur 1. Corinth. 1. Ignobilia huius mundi elegit Deus &c. quantum ad famam operum dicit; [Per infamiam & bonam famam.] Vbi sciendum est, q; sicut Greg. dicit. Homo nō dēt ex se dare cām infamiæ suæ, sed potius debet procurare bonā famam, iuxta illud Eccl. 41. Curā habe de bono nomine, & hoc propter alios: quia oportet nos bonum testimonium habere ad eos, q foris sunt 1. Tim. 3. Si uero contingat aliquē incurrere in infamiā iniuste, nō debet esse ita pusillanimis, vt propter hoc derelinquat iustitiam. Si vero sit in bona fama apud infideles, non dēt tñ superbire, sed debet inter vtrūque, medio modo incedere. Consequenter exponit ista duo quæ posuit. Et primū quā infamiā habuerant, & ostendit q; magnā, quia; [Vt seductores, &c.] Quasi dicat. A quibusdam habemur, vt seductores, a quibusdam vero habemur, vt veraces. Nec mirum, quia etiam de Christo, alij dixerunt, quia bonus est, alij vero q; non, sed seducit turbas, vt dicitur Io. 7. Secundo, ostendit quomodo fuerunt gloriosi & ignobiles, quia; [Sicut ignoti & cogniti,] idest approbati a bonis, & incogniti, idest despecti a malis 1. Cor. 4. Tanquam purgamēta, &c. Consequēter prosequitur ea, quæ pertinent ad concupiscētiam carnis. Et ponit tria, quæ concupiscit caro. Primo enim concupiscit longā vitā, & quantū ad hoc dicit; [Quasi morientes,] i. licet exponamur periculis mortis, infra 11. In mortibus frequenter &c. tñ, [Ecce viuimus,] virtute & fide. Et ideo Abachuc. 2. Iustus ex fide viuit. Ps. 117. Non moriar, sed viuam &c. Secundo, cō concupiscit incolumitatem & quietē. Et quantū ad hoc dicit; [Vt castigati & nō mortificati,] q.d. licet diuersis flagellis castigemur a dño, non tamen tradit nos morti Psal. 11. Castigās castigauit me Dominus &c. 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt &c. Tertio, concupiscit gaudium & iucūditatem, & quantū ad hoc dicit; [Quasi tristes semper autem gaudentes:] quia licet in exterioribus, & quæ ad carnem sunt patiamur tristitiam: & amaritudinem: interius tamē cōtinuum gaudium habemus, quod crescit in nobis ex consolationibus spiritus sancti, & spe remunerationis æternæ. Iac. 1. Omne gaudium existimate &c. Io. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium &c. Consequenter prosequitur de his, quæ pertinent ad concupiscentiā oculorum. Et circa hoc ponit duo, quorū vnum est, in comparatione ad alios: & secūdum hoc prosperum ī diuitijs, est q; homo abūdet, ita q; possit alijs ministrare de diuitijs suis. Sinistrū autem in hoc est, q; homo sit ita pauper, q; oporteat eū ab alijs mendicare.

tes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

LECT. III.

OS nostrum patet ad uos, o Corinthij, cor nostrū dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem au-

Et ideo dicit, q; in his temporalibus sumus [Sicut egētes,] idest ab alijs accipientes, sed tamen quantum ad spiritualia, sumus [Multos locupletantes,] & non dicit omnes [Quia non sunt] omnes locupletari parati. Prouer. 13. Est quasi pauper, cū in multis diuitijs sit. Secūdum est in comparatione ad seipsos, & ſm hoc prosperū in diuitijs est multa possidere, sinistrum autem, ut nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit, q; in exterioribus sunt [Tanquam nihil habentes,] s. in tēporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christū. Matt. 16. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus [Omnia possidentes,] s. per internā magnitudinem cordis. Et hoc ideo est, quia ipsi uiuebant, non sibi, sed Christo. Et ideo omnia, q̄ sunt Christi, reputabāt ut sua. Vnde cum Christo omnia sint subiecta, omnia possidebant, & omnia tendebant in eorū gloriam. Iosue 1. Et omnem locū quē calcauerit pes vester, vester erit. Nota autē circa præmissa, q; Apostolus utitur in præmissis miro modo loqnēdi. Nā ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & temporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam conditionem, puta, ut, sicut, quasi, tāquam, Sed in opposito, spiritualibus nō addit. Cuius ratio est; quia temporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparentia, habent tamen similitudinem uel boni uel mali. Et ideo dicit [Vt seductores, & quasi ignoti,] quia non erant in rei veritate sic, sed in opinione hominum. & sic erant transitoria, erant bona, aut mala, Bona autem spiritualia, existētia sunt & uera, & ideo non addit eis cōditionē aliquā.

LECTIO III.

POstquam Apostolus docuerat usum gratiæ collatæ quantum ad bonas operationes exteriores, Hic consequenter instruit eos circa usum prædictum quantum ad interiorem deuotionem, quæ consistit in letitia cordis, quæ latitudinem cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primo, enim exhibet se eis in exemplum latitudinis. Secundo, ostendit q; ab ipso non habent contrariū exemplum, nec possunt accipere ibi; [Non angustiamini in nobis &c.] Tertio, exhortatur eos ad cordis latitudinem ibi [Eandem autem habentes &c. Circa primum duo facit. Primo, ponit signum latitudinis cordis. Secundo, ponit ipsam latitudinem cordis quā habebat Apostolus, ibi [Cor nostrum dilatatum est &c.] Signum autem latitudinis est os latum, quia os immediate adhæret cordi. Vnde quæ per os exprimimus, sunt expressa signa conceptionum cordis. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et hoc est quod dicit [Os nostrum patet ad uos. Os n. clausum est aliquando, ut s, qñ ea quæ sunt in corde, non patent exterius. sed apertū & patens est, quando ea quæ in corde sunt, manifestātur Iob. 3. Post hæc aperuit &c. Mat. 5. Aperiens os suum &c. Et ne hoc uideatur pertinere ad vitium vanitatis, quia manifestat se, subdit rationem dicens [Ad uos,] idest propter utilitatem uestram, manifestamus vobis secreta cordis nostri. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi utile sit &c. Causa autem huius dilatationis procedit ex dilatatione & latitudine cordis. Et ideo dicit [Cor nostrū dilatatum est &c.] Prou. 11. Exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Cor autem aliquando est strictum, tunc. s. quando comprimitur & concluditur in modico, sicut cum quis non curat nisi de terrenis, & contemnit cælestia, non ualens ea intellectu capere. Aliquando aūt est latum, tunc, s. quando quis magna appetit & desiderat. & talis erat Apostolus, qui non reputans ea quæ uidentur, desiderabat cœlestia. Et ideo dicit [Cor nostrum dilatatum est,] idest ampliatum ad magna appetenda. Consequenter ostendit quod non habent ab Apostolo contrarium exemplum, dicens [Non angustiamini &c.] quasi dicat. Ex quo ostendimus uobis latitudinem cordis nostri, non habetis a nobis exemplum nec

nec causam vnde angustiamini. Sed si hoc facitis, tunc quidē angustiamini, sed nō in nobis, immo ex viscerib. vestris. i. ex vobis. Vbi sciendum est, quod angustiari, idem est q; includi in aliquo vnde non patet alius aditus euadendi. isti aūt erant seducti, adeo a pseudo, q; non credebant posse salutem consequi, nisi in obseruantiis legalib. Et ideo efficiebantur serui, cū essent liberi ſm fidem Christi. Vnde angustiatio hui⁹ seruitutis, nō proueniebat eis ab Apostolo, sed ex visceribus eorum, i. ex duritia cordiū ipsorū. Luc. 23. Nolite flere super &c. Cōsequenter hortatur eos ad latitudinē cordis, dicens; [Eandē aūt habētes, &c.] q.d. si aliqū decepti a pseudo angustiati estis, nō

tem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli? Quis autē cōsensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templū Dei viui: sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam uos & ero vobis in patrem, & uos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

omnino remaneatis in angustiatione, immo studeatis habere latū cor, sicut nos habemus, quia eandem habebitis remunerationem quam nos habemus. Et ideo dicit; [Eādem remunerationē habentes,] s. sicut & nos sup. 1. Sicut estis socij passionum, &c. &c. Tanquam filiis, non inimicis, dico vobis: vel tanquam filijs Dei, q.d. [Eandem remunerationem habentes] quam filij Dei, s. hæredes vitæ æternæ. Rom. 8. Si filii & hæredes, eandem inquam: [Habentes remunerationem dilatamini & uos,] i. habeatis cor magnū & liberum libertate spiritus, quæ est in fide Christi & non coangustiamini in seruitute obseruantiæ legalis. Consequēter cum dicit; [Nolite iugum ducere, &c.] docet eos vsum collatæ gratiæ quantū ad infidelium vitationē. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur Apostoli exhortatio. Secūdo, exhortationis ratio, ibi; [Quæ enim participatio, &c. Tertio, rationē huius authoritate confirmat, ibi; [Vos enim estis templum Dei, &c.] Dicit ergo; [Nolite iugū ducere, &c.] Vbi est sciendum, q; iugum dr omne illud quod ligat plures ad aliquid faciēdum. Vnde quia aliquando aliqui conueniunt ad faciendum aliquid boni, quod est ex Deo, & aliqui ad faciendum aliquid mali quod est ex diabolo; ideo dicitur iugum Dei & iugum diaboli. Iugum quidē Dei est ipsa charitas, quę ligat hominem ad seruiendum Deo. Matt. 10. Tollite iugum meum, &c. Iugum vero diaboli est ipsa iniquitas, quæ ligat ad malum & ad male faciendum. Isa. 9. Iugum oneris eius. Hoc ergo dicit; [Nolite iugum ducere,] idest nolite communicare in operibus infidelitatis, cum infidelibus. Et hoc propter duo. Primo, quia aliqui erant inter eos, qui reputabantur sapientiores, non abstinentes ab idolotitis, & ex hoc scandalizabant inferiores. Alii autem erant qui communicabāt cum Iudæis in traditionibus seniorum. Vnde Apostolus hortatur eos cum dicit; [Nolite &c.] ut nō cōicent cum Iudæis in traditionib. legis, neque cum Gentibus in cultu idolorum: vtrique enim infideles sunt. Rationem aūt huius assignat dicens; [Quæ eñ participatio, &c.] Quæ sumitur ex distinctione duplici. Vna distinctio est quantum ad causam, sed alia est quantū ad statum. Distinctio quantum ad causam, duplex est. s. quantū ad causam habitualem, & quantū ad causam efficiētem. Causa aūt habitualis est duplex. Vna quantū ad effectū, & hoc est quod dicit; [Quę enim participatio iustitiæ, &c.] q.d. Non debetis iugum ducere cum infidelib. quia alius habitus est in uobis, alius in illis: in uobis quidē est habitus iustitiæ, in illis uero est habitus iniquitatis. Maxima aūt iustitia est reddere Deo quod suū est, & hoc est colere ipsum. Vnde cum vos colatis Deum, est in vobis habitus iustitiæ; Summa aūt iniquitas est auferre a Deo quod suū est, & dare diabolo. Isa. 1. Iniqui sunt cętus vestri. Hier. 23. Quid paleis ad triticum? Alia causa habitualis est quantū ad intellectum, & hęc distinctio est, quia fideles sunt illuminati lumine fidei, sed infideles sunt in tenebris eorum. Et quantum ad hoc dicit: [Aut, quæ societas luci ad tenebras.] q.d. non est conueniens quòd eis communicetis, quia non est aliqua societas conueniens, quia vos estis lux per scientiam fidei. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino &c. Illi vero tenebræ sunt per ignorantiam. Prouerbiorum 4. Via impiorum tenebrosa, & cæt. Vnde Dominus a principio diuisit lucem a tenebris, ut dicitur Genes. 1; Quantum vero ad causam efficientem, dicit: [Quæ autem conuentio Christi ad Belial?] q.d. Vos estis serui Christi & membra eius 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, illi autem sunt membra diaboli. Et dicitur diabolus Belial absque iugo. quia noluit subijcere iugo Dei Hier. 2. A sæculo fregisti, &c. Quod autem nō possit esse conuentio Christi ad Belial, patet ex uerbis Christi Ioā. 14. Venit princeps mundi huius &c. Et ēt ex verbis diaboli. Matt. 8. Quid nobis & tibi Iesu, &c. Alia distinctio est quantū ad statū fidei, & hoc quantum ad duo. s. quantum ad statū fidei, & ſm hoc dicit; [Aut quæ pars est fidelis, &c.] q.d. non eadē est pars vtriusque, quia pars fidelis est ipse Deus quē habet premiū, & ut finem beatitudinis. Psal. 15. Dñs pars hæreditatis meæ, &c. Sed pars infidelis sunt bona terrena Sap. 2. Hęc est sors nostra, &c. Matth. 24. Diuidit eū & partem, &c. Item, quātū ad statū gratiæ, & ſm hoc dicit, quis aūt consensus, &c. q.d. Nō est aliqua conuenientia templo Dei, & idolis. Vnde vos estis templum Dei per gratiā. 1. Cor. 3. Templum Dei &c.

Non debetis ergo cōicare cum infidelibus, qui sunt templa idolorum. Sed notandum q; dominus prohibet per Ezechielem, q; in templo Dei non colantur idola. Ezec. 26. Multo ergo magis prohibentur homines, quorum animæ sunt templū Dei, ne uiolent illa per participationem idolorum 1. Cor. 3. Si quis templū Dei violauerit, &c. Consequenter cū dicit; [Vos estis, &c.] Cōfirmat rationem propositam per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim confirmat quod induxit ratione ammonitionis. Secundo vero, cōfirmat ipsam ammonitionem, ibi; [Propter quod exite, &c.] Circa primum duo facit. Primo, resumit quod probare intendit. Secundo vero, inducit authoritatem ad propositum, ibi; [Sicut dicit dominus qm̄ &c.] Dicit ergo. Rectè dico, q; nō est consensus templo Dei cum idolis. i. non debetis cum eis participare quia uos estis templum Dei uiui, & non mortui sicut idolatræ, ad hoc probandum adducit authoritatem probans hoc ipsum per vsum templi: vsus. n. templi est, ut Deus habitet in eo: nam templum est locus Dei ad inhabitandum sibi consecratus. Psal. 10. Dñs in templo sancto suo, &c. Quæ quidem authoritas sumitur ex Leui. 26. quæ talis est. Ponā tabernaculum meum in medio vestri, &c. In qua authoritate quatuor tangit, quantū ad hunc usum pertinet. Primum pertinet ad gratiam operationum, quod est Deum esse in aliquo per gratiā. Et hoc est q; dicit. [Inhabitabo in eis,] s. in sanctis per gratiā excolens eos, licet autem Deus in omnib. rebus dicatur esse per p̄sentiam, potētiam, & essentiam, non tñ dī in eis inhabitare, sed in solis sanctis per gratiam. Cuius ratio est, quia Deus est in omnib. rebus per suā actionem, inquantum coniungit se eis, ut dans esse, & conseruans in esse. In sanctis aūt est per ipsorum sanctorum operationē, qua attingunt ad Deum, & quodāmodo comprehendunt ipsum, q̄ est diligere & cognoscere; nam diligens & cognoscens dī in se habere cognita & dilecta. Secundum pertinet ad gratiam cooperantem, quo scilicet proficiunt sancti auxilio Dei, & quantum ad hoc dicit; [Inambulabo in eis,] idest promouebo eos de uirtute in uirtutem; nam hic profectus sine gratia Dei esse non potest primo Corinthior. decimoquinto. Gratia Dei sum id quod sum: nam sicut gratia operans facit nos esse aliquid in esse iustitiæ, ita & gratia cooperans facit nos in ipso esse proficere. Tertium pertinet ad Dei beneficium, & hoc uel protectionis per prouidentiam, & hoc tangit dicens; [Ego ero illorum Deus. idest prouidentia mea protegam eos. Psal. 143. Beatus populus cuius dñs, &c. Vel beneficium remunerationis, ut sic dicatur, [Ero illorum Deus,] i. dabo eis meipsum in mercedem. Gen. 15. Ego ero merces tua, &c. Et Hebr. 11. Non confunditur Deus eorum vocari Deus. Quartum pertinet ad debitum cultum & seruitium sanctorum, & quantum ad hoc dicit; [Et ipsi erunt mihi in populum,] i. me colent & mihi obedient ut mei, & non alterius. Psal. 49. 99. Nos autem populus eius & oues. &c. Vel possunt ad præsentiam corporalem referri, & tunc exponitur sic; [Quoniam inhabitabo in illis] per carnis assumptionem Ioā. 1. Verbum caro factum est, &c. [Et ambulabo inter illos.] corporaliter cū eis cōuersando Bar. 3. Post hæc in terris visus est, &c. [Et ero illorū Deus,] per gloriā Deut. 4. Non est alia natio tā grandis, &c. [Et ipsi erunt mihi populus,] i. per fidē me colent. Cōsequēter cū dicit: [Propter quod exite, &c.] Confirmat ipsam ammonitionē per aliam authoritatē. Et circa hoc duo facit. Primo, confirmat ammonitionem per authoritatem. Secundo, ostendit præmium promissum seruantibus monitionem, ibi; Ego recipiā uos, &c. Dicit ergo; [Propter quod.] i. quia estis templum Dei; [Exijte de medio eorū.] & sumit de Isa. 52. Recedite recedite īde, & pol-

Universidad de Deusto Biblioteca

& polluti nolite tangere. Vbi tria dicit, Exite, separamini, & immundum nolite tangere: quia tripliciter debemus nos habere ad infideles. Primo, vt exeamus ab eis relinquẽdo peccata. Zach. 2. O, o, o fugite de terra Aquilonis &c.] Sed Donatistæ dicunt, ꝙ debemus corporaliter deserere malam societatem, ꝙ non est uerum.

CAP. VII. LECT. I.

Has igitur habẽtes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Prædiximus enim, quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum, & ad conuiuendum.

Vnde quod Apostolus dicit, intelligendum est de separatione spirituali. Et ideo sic exponit, Exite spiritualiter, nõ sequẽdo vitam eorum. Can. 2. Sicut liliũ inter spinas, &c. Et hoc ideo, vt vitemus ipsas peccatorũ occasiones ab eis datas. Et ideo dicit; [Separamini,] i. longe ab eorum consensu sitis. Matt. 10. Veni.n. separare, &c. Num. 16. Recedite a tabernaculis hominũ impiorũ, &c. Tertio, vt arguamus eos, cũ male agunt. Et ideo dicit; [Immundũ ne tetigeritis,] s. consentientes eis in malis. Ro. 1. Non solũ, qui faciũt ea, sed & qui cõsentiũt, &c. Eph. 5. Nolite cõicare operib. infructuosis. Et hoc quia qui tãgit picem, &c. Eccl. 13. Præmium aũt repromissum seruantib. monitionẽ est duplex. s. diuina familiaritas, & diuina adoptio. Diuina familiaritas, quia ego recipiã vos, q.d. Secure exeatis, quia ego recipiã vos in meos. Ps. 26. Qm̃ pater meus, & mater mea, &c. Ps. 64. Beatus quẽ elegisti, &c. Isa. 42. Ecce seruus meus &c. Sed diuina adoptio, quia adoptat nos in filios, quia dicit; [Et ero vobis in patrem, & uos eritis mihi in filios.] Rom. 8. Non accepistis, &c. Et dicit: [Filios] quantũ ad perfectos, & [Filias,] quantũ ad imperfectos, & hoc sumitur ex 2. Reg. 7. vbi dicitur de Salomone, Ego ero ei in patrem, &c.

LECTIO PRIMA.

Monuit Apostolus Corinthios qualiter se in futuro debeãt habere. Hic cõmendat eos de bonis ꝑteritis. Sed ut fiat q̃dã continuatio præteritorũ ad futura. Primo, concludit ammonitionẽ. Secundo vero, cõmẽdat eos, ibi: [Multa mihi fiducia, &c.] Circa primũ tria facit. Primo, ponit ammonitionẽ. Secũdo, inducit exemplũ suiipsius ad ammonitionẽ seruãdã, ibi; [Capite nos, &c.] Tertio, ponit ammonentis intentionẽ, ibi: [Non ad condẽnationem vestrã, &c.] Circa primũ tria facit. Primo, ponit motiuum ad obseruãtiã ammonitionis, & hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit: [Has igitur habẽtes promissiones charissimi,] s. ꝙ Deus habitet in nobis, & recipiat nos, &c. Secundo, ponit ammonitionẽ cũ dicit: [Mundemus &c.] Et hoc ideo, quia promissiones istæ non dantur nisi mũdis, & ideo; [Mundemus nos ab oĩ inquinamẽto carnis & spiritus,] i. carnaliũ & spiritualiũ vitiorũ. Isa. 52. Mũdamini qui fertis vasa dñi, &c. Vbi sciendum est, ꝙ oẽ peccatum quod cõsummatur in delectatione carnis, est carnale, illud vero quod cõsumatur in delectatione spiritus, est spirituale. Et inde est ꝙ peccata carnalia, si considerentur quantũ ad sui consummationẽ, sunt duo tm̃. s. gula & luxuria: cetera uero peccata sunt spiritualia. Si vero considerentur quantũ ad sui originem, sic oĩa peccata possunt dici carnalia, quia omnia ex conceptione carnis originẽ habent, & hoc modo loquitur ad Gala. 5. Manifesta sunt aũt opera carnis, &c. Tertio, ponit modũ implẽdi ammonitionẽ, ibi; [Perficientes, &c.] Posset.n. aliquis dicere. Nunquid nõ sumus mũdati in baptismo? Et ideo addit: [Perficiẽtes sanctificationẽ,] i. perficimus emũdationẽ inchoatam in baptismo. Sanctus.n. idem est quod mundus. Leui. 11. & 19. Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum, &c. Perficiamus inquam, quia philosophi conati sunt perficere, & non potuerunt. quia nõ potuerunt omnia peccata vitare: quantumcunque enim aliqua peccata uitarent & exercerent actus virtutum, adhuc tñ remanebat in eis peccatum infidelitatis. Et ideo in vero cultu Dei solũ perficitur emũdatio, & hoc est quod dicit: [In timore] idest in cultu Dei.] Eccl. 25. Timor domini, &c. Sed contra Col. 3. Super oĩa charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis. Non igitur perficitur sanctificatio in timore Dei, sed in charitate Dei. Respondeo. Dicendum est, quòd hic loquitur de timore filiali, qui est charitatis effectus, & non de seruili, qui cõtrariatur charitati. Dicit autem in timore, ut doceat nos habere affectum ad Deum, cum qua-

F dam reuerentia & solicitudine. Amor.n. causat securitatem, quæ quãq; negligentiam parit, sed qui timet, semper est solicitus. Consequenter cũ dicit [Capite nos &c.] In exemplũ se præbet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplũ. 1. Cor. 11. Imitatores mei estote &c. Ego.n. mihi caui ab immunditia per sanctificationẽ, quia

LECTIO II.

Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum uenissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem G tribulationem passi sumus. Foris pugnæ, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu Titi. Non solum aũt in aduentu eius, sed etiam in consolatione in qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationẽ pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam, etsi contristaui vos in epistola, non me pęnitet. Etsi pęniteret, videns quòd epistola illa (& si ad horam) vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

neminẽ lęsi. Vbi notandũ, ꝙ tripliciter potest aliquis lædere proximũ, & nullo istorum modorũ læsit aliquẽ. Primo, in persona, & quãtũ ad hoc dicit [Neminem læsimus,] i. in persona sicut faciunt mali dñi. Mich. 3. Violenter tollitis pelles eorũ &c. Secundo, quantũ ad famam, inducendo eos, vel exẽplo, vel persuasionib. ad malũ, & quãtũ ad hoc dicit [Neminem corrupimus. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores. Tertio, quãtum ad subtractionem bonorũ, & quãtũ ad hoc dicit [Neminem circũuenimus,] i. in bonis fraudando. 1. Thessa. 4. Ne quis circũueniat &c. Consequenter cũ dicit [Non ad condemnationẽ vestrã &c.] Aperit suã intentionẽ. q.d. non dico hoc condẽnando vos, sed vt emendemini. Mala.n. preterita duo consueuerunt cõmemorari. Aliqñ ad condemnationem, & hoc qñ non est ultra spes correctionis. Aliqñ aũt ad emendationem, vt. s. corrigamur, & hoc modo loquitur hic [Non ad condemnationem vestrã &c.] 1. Cor. 4. Hæc ad utilitatẽ vestrã dico. H Et ratio huius est, quia gaudeo de bono uestro, prædixi.n. ꝙ estis &c. sup. 3. Epis. nostra vos estis scripta in cordib. nostris. Philip. 1. eo ꝙ habeam vos &c.] Estis,] inquã [In cordib. nostris. [Ad commoriendum & conuiuendum.] Quod põt intelligi de morte culpæ, & de morte naturali. De morte culpæ, ut non intelligatur quod nos sumus parati ad cõmoriendũ vobiscum. i. quod si peccatis, nos uolumus peccare, sed quod mortem culpæ vestræ eodem dolore accipimus, quo nostram. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? 1. Corin. 15. Quotidie morior &c. [Et ad conuiuendum,] quia ita gaudeo de bona uita uestra in gratia, sicut & de nostra. De morte vero naturali, ut intelligatur [Ad commoriendum,] idest paratus sum mori pro uobis, infra 12. Libentius impendar, & superimpendar &c. Et ad conuiuendum, idest, ut desiderem uos esse socios in uita æterna. 2. Timoth. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus.

I

LECTIO II.

Apostolus posuit supra ammonitionẽ ex ꝓmissis conclusam. Hic subdit suã cõmendationẽ. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit eorũ cõmendationẽ. Secundo, ipsam exponit, ibi: [Nam & cũ uenissem &c.] Cõmendationẽ aũt ipsorum ponit ostendens affectũ suũ, qui consurgit ex bonis operib. quæ Corinthii faciebant. Consueuit.n. quadruplex affectus in cordib. diligentium consurgere ex bonis, q̃ dilecti operantur, & hos quatuor se Apostolus concepisse de eis ostendit. Et primo affectũ fiduciæ. Vnde dicit [Multa mihi fiducia est apud uos,] Inquantum. s. confido, ꝙ qui bene cæpistis, semper proficietis in melius. Vnde ex bonis auditis de uobis, spero maiora in futurum. Philip. 1. Confidens de vobis ꝙ qui cepit in uobis opus bonũ &c. Hebr. 6. Cõfidimus de vobis charissimi &c. Et hæc fiducia bona est, & salutis. Heb. 10. K Nolite amittere fiduciam, &c. Secundo, ex hoc concipit affectũ gloriationis. Ex quo enim qui bona amici, sicut sua diligit, consequens est, ut de bonis amici, sicut de propriis glorietur. Et hoc specialiter, quoniam ipse est causa illorum bonorum, sicut magister est causa doctrinæ discipuli. Et ideo dicit [Multa mihi gloriatio pro vobis est &c.] Prou. 10. Gloria patris filius sapiens. Tertio, ex prædictis concipit affectũ consolationis, quando is qui lætatur, & gloriatur de bonis suis uel amici, habet remedium contra tristitias. Consolatio.n. est remedium contra tristitias. Naturale aũt eo, quod semper delectatio, & gaudium, tristitiæ opponitur. Et secundum Philosophum. Omnis delectatio debilitat, vel totaliter tollit tristitiam. Si delectatio sit contraria tristitiæ, totaliter absorbet tristitiam: si autem non sit contraria, debilitat & diminuit eã. Et inde est, quod quando quis est in tristitia, quãdocunque nunciantur sibi aliqua læta, diminuitur tristitia. Et ideo

ideo quia audit læta de Corinthijs, dicit; [Repletus sum cõsolatione,] audita. s. correctione vestra. sup. 1. Sicut abundãt Christi passiones, &c. Phil. 2. Si qua consolatio, &c. Implete gaudium meũ, &c. Quarto consurgit ex prædictis affectus exuperãtis gaudij. licet enim ex aliquib. delectationib. diminuatur tristitia; non tñ totaliter tollitur, nisi gaudium sit magnũ. Quamuis aũt Apostolus multas tribulationes sustineret, quia tñ multum gaudebat de bonis Corinthiorum, ideo non solũ non absorbebatur tristitia totaliter, sed & superabũdabat gaudio. Et ideo dicit; [Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra,] i. gaudium meum superat omnem tribulationẽ, q̃ erat in animo meo. 1. Thes. 2. Quæ est.n. spes nostra, aut gaudium, &c. Ro. 12. In tribulatione præsentes. Consequenter cũ dicit; [Nam cum venissem, &c.] exponit suã cõmendationẽ. Duo aũt dixerat. s. se accepisse gaudium & habuisse tribulationẽ. Primo ergo manifestat suã tribulationem. Secundo vero suã consolationem, ibi; [Sed qui consolatur, &c.] Tribulationem aũt aggrauat ex duobus. s. ex subtractione remedii, & ex tribulationis multiplicitate. Ex subtractione remedii, cũ dicit; [Nã & cum venissem, &c.] q.d. Vere tribulationẽ habeo, quia in nullo cõsolor. Nã cũ venissẽ Macedoniã; [Nullã requiẽ habuit caro nostra.] hic facit mẽtionem de persecutione quam passus est in Macedonia, qñ liberauit ancillam Phytonissam, vt legitur. Act. 16. Dicit aũt; [Nullã requiem habuit caro nostra, & nõ dicit, spiritus noster: quia sancti semper habent pacem spiritus, cũ ẽt in aduersis, anima, q̃ in corpore patitur, spe futuri præmii quiescat, quanq̃uam multa sustineat affectui carnis contraria. Ex multiplicitate vero tribulationũ aggrauat, cum dicit; [Oẽm tribulationem passi sumus,] i. omne genus tribulationis ẽm corpus, & ẽm animã. sup. 4. In omnib. tribulationem patimur, &c. Io. 16. In mũdo pressuram, &c. Et ꝙ omnem tribulationem passus fuerit, exponit consequenter cũ dicit: [Foris pugnæ, intus timores. Foris.] i. extra meipsum: [Pugnæ persecutionũ, sed tñ: [Intus,] i. in corde, est timor de malo timens persecutionẽ in futuro. Deute. 32. Foris vastabit eos gladius, &c. Sed contra Prouer. 28. Iustus quasi leo cõfidens absq; terrore erit. Respondeo. Est sine timore quantum ad spiritum, non tñ quantum ad carnem. Vel; [Foris,] i. extra ecclesiam; [Pugnæ] illatæ ab infidelib. sed: [Intus timores,] ne. s. illi qui intra ecclesiã sunt, excidãt a fide pp persecutores. Vel foris. i. in manifesto pugnæ, quib. impugnantur a manifestis inimicis. Intus timores, qui inijciuntur nobis ab illis, qui dicũt se amicos, & non sunt, quia ut dicit Boetius de conso. Nulla pestis efficacior ad nocendũ, quam familiaris inimicus. Matth. 10. Inimici hominis domestici eius. Consequenter cũ dicit; [Sed qui cõsolatur, &c. [Ponit materiã suæ consolationis, quã extollit ex duobus. s. ex grata præsentia Titi, & ex cõsolatione Titi, ibi; [Non solũ autẽ, &c.] Dicit ergo. licet hic grauiter afflicti fuerimus; [Sed qui] s. Deus; [Consolatur humiles, cõsolatus, &c.] Cuius ꝑsentia, vtpote mihi gratissima est, & in adiutoriũ. sup. Qui cõsolatur nos in oĩ tribulatione nostra. Dicit aũt qui consolatur humiles, quia superbos nõ cõsolatur, sed eis resistit, vt dr̃ Iac. 4. & 1. Pet. 5. Cõsolatur humiles dãdo eis gratiã, q̃ est cõsolatio Spiritussancti. Isa. 61. Vt cõsolarer oẽs lugentes, &c. [Non solum aũt, &c.] Hic ponitur alia materia cõsolationis Apostoli. s. cõsolatio Titi. Et materia huius cõsolationis est duplex. Prima, emendatio Corinthiorũ, quã habuerunt in præsentia Titi. Secunda est deuotio Corinthiorum, quã ostendit ad Titũ, ibi: [In consolatione aũt uestra, &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ponit cõsolationem de penitentia Corinthiorũ. Secundo, exponit quædã quæ dixit, ibi: [Contristati enim estis, &c.] Circa primũ tria facit. Primo, ponit cõsolationẽ Titi. Secundo, materiam consolationis, ibi; [Referens nobis, &c.] Tertio, effectũ cõsolationis in mente Apostoli, ibi; [Ita vt magis gauderẽ, &c.] Dicit ergo. Non solũ cõsolatur nos Deus in aduentu Titi, sed ẽt in cõsolatione, qua ipse Titus cõsolatus est de uobis, & in uobis. Et huius consolationis materia est, quia ipse Titus; [Consolatus est, referens nobis uestrũ desideriũ, &c.] Vbi tria ponit laudabilia pp tria reprehensibilia, q̃ fuerunt in eis. Fuerũt.n. pigri ad bonũ, & contra hoc dicit [Referens nobis uestrũ deside-

A rium,] de proficiendo in melius. Item, erant proni ad malum, & contra hoc dicit [Vestrum fletum,] s. de peccatis cõmissis. Hier. 6. Luctũ vnigeniti fac &c. Item, erant faciles deceptioni pseudoiũ, & contra hoc dicit [Vestram æmulationem] contra pseudos habitã, pro amore mei. Nã ante æmulabamini cõtra me pro eis.

LECTIO III.

Contristati enim estis secũdum Deũ, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deũ tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; seculi B autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secũdum Deum contristari vos quã tam in uobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed

Consequenter cũ dicit [Ita vt magis &c.] Ponit affectũ, cõceptum ex consolatione Titi. qui quidẽ affectus est gaudium. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ponit conceptum gaudium. Secundo, ostẽdit suæ ęstimationis imitationem. Tertio, subdit rationẽ gaudii. Dicit ergo, intm̃ gauisus sum de his, q̃ Titus retulit mihi, ita [Vt magis gauderem] de hoc, quam de tribulatione mea doluerim, Nã spiritualia ꝑferenda sunt temporalibus. Vel, ut magis gauderẽ de hoc, quod cõtristaui vos quã doluerim olim. Peccauerũt.n. faciendo fornicationẽ, & Apostolus increpauerat eos, ut patet in 1. epist. 5. & 6. Tunc aũt incertus erat Apostolus, quem euentũ deberet habere illa tristitia, bonũ. s. an malum. Et ideo dubitans penituit; sed uidens postmodũ, ꝙ bonum inde prouenerat, gaudebat: ideo dicit [Qm̃ etsi contristaui.] vos increpando in 1. epist. non me pęnitet modo, quia correcti estis, & si olim pęniteret, qñ. s. erã incertus, utrũ tristitia induceret vos ad correctionem vel desperationem, uidẽs quod epistola illa, etsi ad horam vos contristauit; nunc gaudeo, quia estis C conuersi. Et rationem gaudii assignat, quia non gaudeo de hoc, quia [Contristati estis;] sed de effectu. s. de correctione, quia. s. [Contristati estis] non ad desperationem, sed [Ad pęnitentiã,] sicut medicus non gaudet de amaritudine medicinæ, sed de effectu. s. de sanitate: supra 6. Quasi tristes; semper autem gaudẽtes.

LECTIO III.

Posita cõsolatione Apostoli & Titi de tristitia Corinthiorũ, eo quod fuerit ad pęnitentiam, & non ad desperationẽ: hic consequenter huius consolationis ratio assignatur, eorũ tristitiã cõmendando. Et circa hoc duo facit. Primo.n. commendat eorũ tristitiam. Secundo, ex hoc cõcludit propositum, ibi [Et si scripsi vobis &c.] Cõmendat autem Corinthiorum tristitiam ex duobus. Primo, ex causa: secundo ex effectu, ibi [Quæ enim tristitia est &c.] Causã aũt ex qua cõmendatur eorũ tristitia, hæc est, D quia est ẽm Deũ, & ideo dicit, Licet ad horã contristauerim vos per epistolã, tñ nũc gaudeo. i. quia [Cõtristati estis ẽm Deũ.] Vbi sciendũ est, ꝙ tristitia & gaudiũ, & cõiter omnis affectio ex amore causatur. Tristatur.n. quis, quia caret eo ꝙ amat. Qualis aũt est amor, talis est tristitia ex amore causata. Est aũt duplex amor. Vnus, quo diligitur Deus, & ex hoc causatur tristitia, q̃ est ẽm Deũ. Alius. Amor, quo amatur sęculũ, & ex hoc causatur tristitia sęculi. Amor quo diligimus Deũ, facit nos libẽter seruire Deo. s. quærere honorem Dei, & vacare Deo dulciter. Et quia peccando impedimur a seruitio Dei, & ideo ei nõ vacamus, nec eius honorem q̃rimus, ideo amor Dei causãt tristitiã de peccato, & hæc est tristitia ẽm Deum, quæ quidem tristitia non fuit nobis ad malũ, nec detrimẽtum, sed potius ad fructum & meritum. Et ideo dicit [Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis,] quia non solum bona, & grata q̃ vobis impendimus, vobis prosunt; sed ẽt hoc ipsum quod nos corrigimus, & cõtristamus. Heb. 12. Omnis disciplina in ꝑsenti &c. Consequenter cum dicit [Quę enim tristitia, E &c. Cõmendat eorum tristitiã ex effectu, qui quidem est ꝑmium vitæ æternæ. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit effectum in generali. Secundo, experimentum specialiter in eis cõsecutũ, ibi [Ecce.n. hoc ipsum &c.] Circa primũ duo facit. Primo.n. ponit effectũ tristitiæ, q̃ est ẽm Deum. Secundo ponit effectũ tristitiæ, quæ est secundum mundum; ibi [Sęculi aũt &c.] Dicit ergo primo. Dico, ꝙ tristitia nostra non fuit nobis detrimẽtũ [Enim,] i. quia [Tristitia, quæ est secundum Deum, operatur pęnitentiã, pęnitentiã aũt dico [In salutem stabilem,] i. sempiternã, quæ est salus stabilis, & est beatorũ, de qua Esa. 49. Salus aũt mea in sempiternũ erit. Et hanc operatur pęnitentia. Matt. 3. Agite pęnitentiam, appropinquabit.n. regnum cęlorũ. Et dicit stabilem, ut excludat salutem temporalem, quæ est transitoria, & cõis ipsis ho-

minibus

minibus & iumentis, de qua in Psal. 36. Homines & iumenta saluabis domine &c. Sed contra hoc, q dicit, quod tristitia, quæ est secũdum Deum, pęnitentiam operatur, vr esse, quia ipsa tristitia secundum Deum est pęnitentia. Pęnitere enim est tristari de malo, & secundum Deum. Non ergo operatur pęnitentiam. Respõdeo. Dicendum est, q pęnitentia habet tres partes, quarũ pars prima est tristitia. s. dolor & cõpunctio de peccatis. Aliæ duæ sunt cõfessio, & satisfactio. Cũ ergo dicit, q tristitia operatur pęnitentiam, intelligendũ est, q compunctio, seu dolor de peccato operetur in nobis pęnitẽtiã i. alias partes pęnitentiæ. s. confessionem, & satisfactionem. Vel dicendum est, q tristitia ẽm Deũ, est cõmor quam pęnitentia, quia pęnitentia est de proprio peccato, sed tristatur quis secũdum Deum, & de peccatis proprijs & de alienis. Sic ergo effectus tristitiæ, quæ est secundum Deum, est salus ęterna, effectus vero tristitiæ, quæ est secundũ mundum, est mors. Quia enim qui diligit sæculum, inimicus Dei constituitur, vt dr Iac. 4. Ideo ex amore sæculi mors causatur. Tristatur enim ẽm sæculũ quis, non quia peccans Deum offendit, sed deprehensus in peccato, punitur de eo, & detegitur. Et hæc tristitia est uitanda in peccatis. Eccle. 30. Tristitiam longe fac a te &c. Cõsequenter manifestat effectum prędictum per experimentũ sumptum in ipsis, cũ dicit [Ecce enim hoc ipsum &c.] q.d. Vere salutem stabilẽ, quia experimento patet, q in nobis multa, q̃ ad salutem ducunt, operatur. Ponit aũt sex ad hoc pertinentia, quorũ unũ est generale. s. solicitudo, qñ enim homo est in lætitia, de facili cõmittit aliquas negligentias: sed qñ est tristis & in timore solicitatur, & ideo dicit [Ecce enim. s. in uobis experti estis [Hoc ipsum[. s. [Secundũ Deum contristari uos, quantam in uobis operatur solicitudinẽ] ad vitandum mala, & ad faciẽdum bona. Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum &c. Et infra solicitũ &c. Alia vero sunt specialia, quorum quędã pertinent ad effectum interiorem, quędam ad actum exteriorem. Eorum uero quę pertinent ad effectũ exteriorem, quædam sunt ad peccati remotionem, quædam uero ad boni adeptionem. Nam verus pęnitẽs debet recedere a malo, & facere bonum. Quantũ aũt ad remotionẽ mali, ponit tria. Primum est, ut desistat facere malum. Et quantum ad hoc dicit [Sed defensionẽ,] contra illos qui nos ad malũ inducũt. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Vel ẽm Glos. ut contra pseudo me defendatis. Ephe. vlt. Accipite armaturam Dei &c. Secundum est, q homo indignetur contra se, pro peccatis, quæ fecit, & quantũ ad hoc dicit [Sed indignationẽ,] Indignatio aũt sui operatur tristitiam ẽm Deũ. Esa. 63. Indignatio mea auxiliata est mihi. Tertium est, q sit in continuo timore de futuro, ut caueat, & quantũ ad hoc dicit [Sed timorem,] de recidiuo, ne. s. in futuro similiter contingat. Eccles. 25. Timor dñi oĩa &c. Quantum aũt ad hanc boni adeptionem, duo ponit. Primo desiderium, quo ad bonum afficitur, & quantum ad hoc dicit [Sed desiderium] quo bonum facere affectetis. Prou. 11. Desiderium iustorũ oẽ bonũ. Secũdo, æmulationem bonã, qua bonos imitari conatur, & quantum ad hoc dicit (Sed æmulationẽ,] ut. s. me & alios bonos imitemini. 1. Cor. 14. Sectamini charitatẽ, æmulamini charismata meliora. Eorũ vero q̃ pertinent ad exteriorẽ actum, duo ponit. Primũ est, ut uindicẽt in seipsis quod peccauerunt, & hoc utile est. Cum. n. oẽ malũ necessariũ sit puniri, vel ab homine, uel a Deo, si hoc nõ punit, melius est, q homo malum in se puniat, quod fecit, quàm q Deus, quia ut dr Heb. 10. Horrẽdũ est incidere in manus Dei, &c. Et quantum ad hoc dicit [Sed uindictam.] i. quia peccantes punitis, & ẽt vosipsos. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Esa. 26. Iustitiam non fecimus, &c. Secundum est, q totaliter abstineat a malo. Et ideo dicit [In omnibus exhibuistis] duce. s. fide [Incontaminatos esse negocio,] s. Christiano, sup. 5. In omnib. exhibeamus. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Psal. 100. Ambulans in uia immaculata &c. Vel negocio de quo. s. correcti estis, puta de fauore quem dedistis fornicatori, sed postmodum puniendo & condemnando ipsum, ostenditis uos in hoc incontaminatos esse.

indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam. In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio.

LECTIO IIII.

IGitur, & si scripsi vobis, non ꝑp eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quã habemus pro uobis coram Deo, ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnib. uobis. Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titũ, ueritas facta est, & uiscera eius abundantius in uobis sunt, reminiscẽtis omnium uestrum obedientiã, quomodo cũ timore, & tremore excepistis illum. Gaudeo, q in omnibus confido in uobis.

LECTIO IIII.

HIc assignata rõne, quare gaudet Apostolus de ipsorũ tristitia, cõsequẽter inducit cõclusionẽ suã, in qua duo facit. Primo enim, ostendit intentionẽ suã quam habuit in scribẽdo. Secũdo, manifestat gaudiũ qđ habuit de ipsorũ correctione, ibi; [Ideo consolati, &c.] Dicit ergo primo, ex quo incontaminati estis, ut apparet quod: [Et si scripsi uobis] per epistolã increpando uos scripsi: [Propter eum, qui fecit iniuriam] incestu maculando cubile patris sui, vt dr 1. Cor. 5. [Nec ppter eum, qui passus est,] i. propter patrẽ, quando propter zelũ vindictæ solũ, sed hoc feci [Ad manifestandã solicitudinẽ nostrã, quam pro vobis habemus,] ut sciretis, quàm solliciti sim' pro vobis, & hoc dico [Coram Deo,] sic iuramentũ. i. Deo teste. Vel ad manifestãdũ corã vobis Deo de omnib. solicitudinẽ nostrã. Col. 2. Volo vos scire quã solicitudinẽ, &c. Vel aliter. Non scripsi tm propter eũ, qui fecit iniuriam, vt. s. corrigeretur, vel propter eũ, qui passus est, vt placaretur, sed ad manifestandã, &c. ut. s. uos qui indignati fuistis pro contumelia, & pęna inflicta fornicatori, reconciliaremini Deo. Cõsequenter concludit gaudiũ, quod habuit de eorũ correctionẽ, cũ dicit [Ideo & consolati sumus, &c. [q.d. Quia hoc consecutus sum ex eo, quod scripsi. s. q estis correcti, ideo consolati sumus. i. consolationẽ accepimus. Gaudium. n. hominis est, cum cõsequitur, quod cũ desiderio intendit. sup. 1. Abundantius aũt, &c. Consequenter cum dicit, [In consolatione aũt &c.]. Ponit secundã causam consolationis, q̃ sumitur ex deuotione quã ostenderunt ad Titum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit gaudiũ suum de gaudio Titi conceptũ. Secundo, gaudij rõnem assignat, ibi; [si quid apud illum &c.] Tertio, materiã gaudij Titi assignat, ibi: [Reminiscẽtis omnium vestrũ, &c.] Dicit ergo primo; [Gauisi sumus,] de correctione vestra: aũt. i. sed in consolatione nostra, abundãtius magis gauisi sumus, q̃ turbati fuerim' de tribulatione; [Super gaudio Titi.] Vel magis gauisi sumus. i. magis gaudiũ attulit consolationi nostrę gaudiũ Titi, & hoc: [Quia refectus est spiritus eius,] in quo enim reficitur animus plati, qñ subditi eius sunt obedientes, quia eũ reuerentur. Ad Phile. Refice uiscera, &c. Refectus inquã [Ab oĩbus uobis,] quia oẽs, vel correcti estis, vel estis correctioni consẽtientes. Rõnem aũt huius gaudij assignat, quãtũ ad duo. Vnũ est ex parte Apostoli, quia. s. ipse inuentus est uerax. Nã Apostolus cõmendauerat Corinthios Tito, antequã iret ad eos. Quia vero ita eos inuenit Titus, sicut Apostolus dixit, gaudet Apostolus, uerba sua vera fuisse. & hoc est q dicit; [Et si quid apud illũ de uobis gloriatus sum] cõmẽdando uos. Dicit aũt gloriatus sum, quia gaudium Apostoli erat bonũ illorũ [Non sum cõfusus,] i. nõ erubesco me falsa dixisse. Qñ. n. aliquis inuenitur mẽdax, confunditur. Eccl. 37. Ante oĩa sermo uerax, &c. [Sed sicut oĩa in ueritate uobis locutus sum] i. sicut pdicaui uobis veritatẽ: [Ita gloriatio nostra, quæ fuit ad Titũ de uobis; ueritas facta est,] i. inuenta est uera. Alterũ est ex parte Corinthiorũ. Nã amici desiderant, ut illi quos diligũt, ab oĩbus diligantur. Quia ergo Titus diligebat Corinthios ppter eorũ deuotionẽ, ideo de hoc Apostolus gaudet. Et ideo dicit Apost. [Et viscera eius, &c.] q.d. Non solũ gaudeo, quia inuentus sum verax, sed ẽt quia viscera eius. i. viscerosa charitas eius, & intimius amor abundantius, quàm antea in vobis esset, ex quo vidit profectũ vestrũ. Vel abundantius quàm in aliis. Ephe. 6. Induite vos sicut electi Dei, &c. Materiam aũt gaudij manifestat ex duobus. s. ex obedientia & reuerentia. Ex obedientia quidẽ, cũ dicit [Reminiscentis oĩum vestrã obedientiam,] qua obedientes ei obtẽperastis. In quo ẽt & laudauit nos. 1. Reg. 15. Melior est obedientia, &c. Eccle. 3. Filii sapientiæ ecclesia iustorũ. Ex reuerentia aũt, cum dicit: [Quomodo cum timore,] s. filiali, non seruili [Et tremore] corporis; [Excepistis eum.] Gala. [illegible] Testimoniũ. n. nobis; &c. Et quia ita habuistis uos ad eum, gauisus sum, quia uerax inuẽtus sum, & ipse diligit uos. Vnde [Gaudeo quod in oĩbus confido de vobis.] Non solum in bona uoluntate, sed etiam in bonis operibus in futuro, quòd bene uos habeatis. Heb. 6. Confidimus de uobis meliora, & uiciniora saluti.

LECTIO PRIMA.

POsita iam exhortatione ad bonũ in generali: hic consequẽter exhortatur eos ad quoddã bonum particulare. s. ad largitionem collectarum pro sanctis, qui erant in Hierusalẽ. Nã sicut Act. 15. dr, & Apostolus targit ad Galat. 2. Apostoli imposuerũt Paulo, & Barnabę, vt proponerent verbũ salutis Gentib. exhortãdo eos ad subueniẽdũ sanctis, qui erant in Hierusalẽ, quæ vẽditis omnibus, & positis ad pedes Apostolorũ in maxima erant paupertate: & ad hoc inducit eos ad præsens. Vbi duo facit. Primo, inducit eos ad dandũ. Secũdo, monet ad modum dandi, vt. s. cito, & abũdanter dent, & hoc 9. cap. ibi; [Nã de ministerio, &c.] Circa primum duo facit. Primo, tractat de collectis dandis. Secũdo, de ministris per quos huiusmodi collectæ fiant, ibi: [Gratias autem Deo qui dedit, &c.] Circa primum duo facit. Primo, inducit eos ad dandum. Secundo, excludit excusationem, ibi, [Si. n. voluntas prompta est, &c.] Inducit aũt eos ad dandum tripliciter. Primo, exemplo aliorũ qui dederunt. Secũdo, exemplo Christi, ibi; [Scitis. n. gratiam dñi nostri, &c.] Tertio, ex ipsorum propria vtilitate, ibi; [Hoc. n. vobis utile, &c.] Circa primũ tria facit. Primo, ponit exemplum. Secundo, ostendit se permotũ ab hoc exẽplo, ibi: [Ita ut rogaremus Titũ, &c.] Tertio, monet, vt ipsi hoc exemplũ sequantur, ibi; [Sed sicut in oĩbus abundatis, &c.] Circa primũ sciendũ est, q Apostolus ad hoc, vt Corinthij liberaliter tribuãt, proponit eis Macedones in exemplũ. Et cõmendat eos quantum ad duo. s. quantum ad patientiam in aduersis. Secundo, quãtũ ad liberalitatẽ in donis, ibi; [Et altissima paupertas, &c.] Circa primũ sciendũ est, q Apostolus inducit eos ad eleemosynas, vt merita ipsorũ crescant, & ideo in illo tempore hoc fecit, qñ possunt mereri. s. tempore gratiæ: tunc. n. eleemosynæ meritorię sunt. Et hoc est quod dicit; [Notã uobis facimus gratiã,] i. gratuitũ donũ Dei. s. eleemosynarum largitionem, & dicit hoc esse gratiã, quia quicquid boni facimus, est ex gratia Dei: [Quæ] quidem gratia non est data istis, sed [Mihi] sm tantum. s. ex mea procuratione, & sollicitudine, & monitione Macedones ad hoc moti sunt. Eph. 3. Mihi aũt oĩum sanctorum minimo, &c. [Data est,] inquam, [Mihi in ecclesijs Macedoniæ,] i. apud fideles Macedoniæ, q̃ quidem gratia est quantũ ad duo. s. quantũ ad patientiã, quia in multo experimento, &c. Vbi ponit cõditiones patiẽtiæ perfectę. Vna est, q homo sit constãs, ita q nec timore tribulationis deijciatur, sed nec ẽt in ipso tribulationis experimẽto. Et dicit q; [In multo experimẽto tribulationis,] s. cõstantes fuerũt. Alia est, q in ipsis tribulationib. gaudeant: sicut legitur de B. Laurẽtio; Et quantũ ad hoc dicit; Abundantia gaudij ipsorũ,] i. Macedonũ fuit. Iac. 1. Oẽ gaudiũ existimate, &c. Ro. 13. In tribulatione gaudẽtes, &c. Vel in multo experimento tribulationis, non quã ipsi passi fuerunt, sed quã viderunt pati in Macedonia, abundantia gaudii ipsorum fuit. Item, secũdo, gratia est quantũ ad liberalitatẽ in eleemosynis, Et quantũ ad hoc dicit: (Et altissima, &c.] Vb. duo facit. Primo, ponit eorũ liberalitatẽ. Secundo, exponit quod dixerat, ibi: [Quia ẽm virtutem, &c.] Dicit ergo primo. Nõ solũ fuerunt patientes in tribulationibus. s. Macedones: sed ẽt fuerunt liberales, quia [Altissima,] i. maxima; [Paupertas eorum,] vel nobilissima. Secundum Glo. facit paupertatem altam eleuatio spiritus, supra res temporales, & contemptus earũ. Et sic istorũ paupertas altissima erat, quia non habebant diuitias, & contẽnebant eas. Iac. 5. Nonne Deus elegit pauperes in mundo, &c. [Hæc] inquam; [Paupertas abũdauit,] i. exercuit in diuitiis copiose dãdo. Sed hæc expositio Glo. non vr esse ẽm intentionem Apostoli, & ideo aliter dicendũ est. Altissima paupertas, &c. Vbi sciendũ est, q homo ex duabus causis habet promptũ animũ est dandum s. ex abundantia diuitiarum, sicut diuites, uel ex cõtemptu diuitiarum, & sic idem facit in paupere contemptus, q facit in diuite abundantia, & ideo dicit altissima paupertas sic supra abundauit. i. effectum abundantiæ fecit in diuitias simplicitatis eorũ, quia cor eorum erat solum ad Deum, & ex hoc prouenit cõtemptus diuitiarum. Prou. 10. Simplicitas iustorum, &c. Consequenter cũ dicit: [Quia ẽm virtutem, &c.] Exponit quod dixit, commendando ipsorum liberalitatem quantũ ad tria. s. quantum ad quantitatem dati, quantum ad uoluntatem dandi, & quantũ ad ordinem dationis. Quantum ad quantitatem dati, quia dederunt supra virtutẽ, & ideo dicit: [Vere abũdauit in diuitias,] quia ego reddo illis testimoniũ q fuerunt uoluntarii ad dandum ẽm virtutem rerum suarum, & supra virtutem, quia intũ dederũt, q post eguerunt. Vel dicẽdũ est & melius, quòd est virtus interior animi, & uirtus exterior. s. facultas rerum tẽporaliũ. Virtus interior, est prõptitudo animi ad dandum, & ideo dicit, [Testimoniũ illis reddo, quod fuerũt volũtarii,] ad dãdum ẽm virtutẽ animi interiorem, & supra uirtutem exteriorem. s. diuitiarũ, Tob. 4. Si multũ tibi fuerit, &c. Cõtra. Quicunque dat supra virtutem, dat immoderate. non ergo ex hoc est dignus laude. Rñdeo. Dicendum est, q uirtus in dando potest cõsiderari dupliciter. s. simpliciter, seu absolute, & ẽm proportionẽ aliorũ. Qñ ergo dat plus quàm alii suæ proportionis, non peccat; sed si simpliciter dat supra virtutẽ, tunc immoderate dat. Sic ergo commendat eorũ liberalitatem, quantum ad quantitatem dati. Commendat aũt eam quantũ ad voluntatẽ dandi, cũ dicit; [Quia uolũtarii fuerunt.] Exo. 25. Ab oĩ qui vltroneus offert. In hoc aũt fuerunt uoluntarii, quia [Rogauerunt nos cum multa exhortatione, obsecrantes,] i. rogãtes. q.d. Non solũ rogauerunt, sed ẽt per rationes nos induxerũt. [Vt habeant gratiã & cõicationem ministerii, &c.] i. ut liceret eis dare sua pauperib. sanctis qui sunt in Hierusalem, non reputantes se facere gratiam nobis, sed q eis gratia fiat. Hebr. vlt. Beneficẽtiæ aũt & cõionis, &c. Commendat ẽt eorum liberalitatem quãtum ad ordinem dandi, quia non solũ sua dederũt, sed primo seipsos, quia talis debet esse ordo in dando, ut primo homo sit acceptus Deo, [quia nisi homo sit Deo gratus, non sunt accepta munera eius.] Gen. 4. Respexit dñs ad Abel. s. primo, & ad munera eius consequenter. Eccl. 30. Miserere aĩæ tuæ, &c. & ideo dicit: [Non sicut sperauimus.] q.d. Vere uoluntarii fuerunt, quia non sicut sperauimus, i. non ea intentione quia putabamus ut. s. darent pro culpis redimendis: sed semetipsos dederunt primũ domino, emendando uitam suam, & deinde nobis obediendo per omnia, per uoluntatem Dei, quæ est, ut subdantur homines vicariis suis. Hebr. vlt. Obedite præpositis uestris, &c. Glos. dicit, q non aliter erat ab eis recipiendum, nisi. s. prius seipsos dedissent Deo. ergo uidetur q non sint recipiendæ eleemosynę a peccatoribus. Sed dicendum est, q non est ab eis recipiendum, qñ dant ea intentione, ut foueantur in peccatis. Sic ergo posito exemplo Macedonum, ostendit se consequenter permotũ esse hoc exemplo, cum dicit; [Ita ut rogaremus Titũ] quasi diceret, Intm nos permoti fuimus hoc exemplo de liberalitate Macedonum, ut. s. [Rogaremus Titum, vt ẽt uos sitis participes ipsius gratię,] ut. s. Titus quemadmodum cępit uos monere ad benefaciendũ, postquam uidit uos correctos, & inducere vos ad cõionem, ita perficiat in uobis, & spiritualiter gratiam istam de largitione eleemosynarum, ut non desit uobis. Phil. 2. Qui cœpit in uobis, &c. Consequenter admonet eos, ut hoc exemplo ipsi inducantur, cũ dicit: [Sed sicut in omnibus, &c.] Vbi duo dicit. Primo monet, vt ipsi exemplo Macedonum sint prompti ad eleemosynas faciẽdum. Secundo, quandam suspitionem aufert, ibi: [Et non quasi imperans dico, &c.] dicit ergo; [Sed sicut in omnibus, &c.] q.d. Sic ut uos superatis Macedones in omnibus aliis gratiis, ita debetis eos superare etiam in ista. s. eleemosynis faciendis. Et hoc est quod dicit; [Sicut in omnibus aliis abundatis.] Et primo in his, quæ pertinent ad intellectum, & quãtum ad hoc dicit; [In fide,] qua creditur; [Et sermone,] quo confitemur. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, quantum ad fidem: ore autem cõfessio fit ad salutem, quantum ad sermonem & [In scientia] scripturarum. 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti estis, &c. Secundo, in his, quę pertinent ad opus, & quantum ad hoc dicit: [Et in omni solicitudine,] scilicet bene operãdi. Ro. 12. Solicitudine non pigri. Ter-

CAP. VIII. LEC. I.

NOtam autem vobis facimus fratres gratiã Dei, q̃ data in ecclesijs Macedoniæ, & q in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorũ abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secũdum virtutem (testimoniũ illis reddo) & supra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiã, & cõicationem ministerii, qđ fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederũt, primum dño, deinde nobis per uoluntatem Dei: ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodũ cępit, ita & perficiat in uobis ẽt gratiam istã. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem, ẽt uestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

gio in his quæ pertinent ad effectum, & quantum ad hoc dicit; In charitate nostra] spirituali habita in nos superabundantius. Col. 4. Super omnia charitatē habentes, &c. Sicut inquā, in omnibus istis abūdatis, ita. s. rogaui Titum, vt in hac gratia, s. eleemosynarum abūdetis. Et quæ posset haberi suspitio quod quasi ex imperio mandaret, vt darent eleemosynas, Cōtra quod, est quod dicit Ezec. 34. Vos autem cū austeritate &c. Et ideo contra remouet dicens; [Non quasi imperans dico.] hoc est, q rogaui Titū, vel q ego ipse hoc dico vobis, i. non feci quasi imperans 1. Petr. vlt. Non vt dominātes in cleris. Sed dico hoc comprobans, i. volens comprobare per aliorum solicitudinem, s. Macedonum; [Vestræ charitatis ingenium.]

LECTIO II.

HIc inducit Corinthios ad dandū eleemosynas exēplo Christi, dicens, [Volo cōprobare ingeniū vestrum bonū ad dandum. s. pauperibus, & hoc facere debetis exēplo Christi, [enim] idest,] Quia scitis gratiam dñi nostri Iesu Christi,] quam quidē humano generi contulit. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum, &c. Et hæc dicitur gratia, quia quicquid filius Dei pœnalitatum nostrarū assumpsit, totum gratiæ est imputandū: quia nec præcuente alicuius bonitate, nec alicuius virtute coactus, nec inductus sua necessitate. Est autē gratia ista; [Quoniā propter nos egenus factus est.] Et dicit; [Egenus,] quod plus est, q pauper. Nā egenus dicitur ille, qui non solum parum habet, sed qui indiget seu eget. Pauper vero ille, qui parum habet. Ad significandū ergo maiorem paupertatem dicitur egenus factus est, s. in temporalibus. Luc. 9. Filius hominis non habet, &c. Tre. 3. Recordare paupertatis, &c. Est autem factus egenus, non ex necessitate, sed ex voluntate, quia gratia ista iam non esset gratia, & ideo dicit; [Cum diues esset,] scilicet in bonis spiritualibus. Rom. 10. Idem Deus diues in omnes, &c. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ, &c. Dicit autem esse, non fuisse, ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales, cum assumpsit paupertatem. Sic enim assumpsit hanc paupertatem quōd illas inestimabiles diuitias non amisit Psal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Diues in spiritualibus, pauper in temporalibus. Causam autem quare voluit fieri egenus, subdit, cū dicit; [Vt illius inopia diuites essemus,] i. vt illius paupertate in tēporalibus; [Vos essetis diuites] in spiritualibus. Et hoc est propter duo, s. propter exemplū, & propter sacramentum. Propter exemplum quidem, quia si Christus dilexit paupertatem, & nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autem paupertatem in temporalibus, efficimus diuiter in spiritualibus. Iac. 2. Nonne Deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide &c. & ideo dicit; [Vt illius inopia &c. Propter sacramentum autem, quia omnia quæ Christus egit vel sustinuit, fuit propter nos. Vnde sicut per hoc quod subsituit mortem, liberati sumus à morte æterna & restituti vitæ, ita per hoc quōd sustinuit inopiam in temporalibus, liberati sumus ab inopia in spiritualibus, & facti diuites in spiritualibus 1. Cor. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia, &c. Consequenter cum dicit; [Consilium in hoc do &c.] Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsorum vtilitatē, quæ ex hoc prouenit. Secundo, ostendit q hoc etiam ab ipsis volitum est, scilicet vt darent eleemosynas, ibi; [Qui non solum, &c.] Dicit ergo, considerans hoc beneficium, consilium vobis do, i. hortor vos ad hoc, s. ad dandum eleemosynas, scilicet non solum propter vtilitatem sanctorū, qui sunt in Hierusalē, sed & propter vtilitatem vestrā. Prou. 27. Boni amici cōsiliis anima dulcoratur, &c. Et hoc [quia vtile est vobis. Bonum enim pietatis, plus est vtile facienti, q illi cui fit; quia faciens reportat inde commodū spirituale, recipiens vero temporale, & sicut spirituale præferti debet temporali, sic in operibus pietatis, vtilitas dantis, præfertur vtilitati accipientis. 1. Timo. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis vtile, sed etiam ipsi hoc voluerunt; & ideo dicit; [Qui nō cœperunt facere, s. dare eleemosynam, &c.] Vbi tria facit. Primo, commendat bonum principii in eis. Secundo, hortatur eos ad debitū finem, ibi; [Nunc vero & facto, &c.] Tertio, excusat quoddam quod incurrerat, ibi; [Si enim voluntas, &c.] Dicit ergo, Vere debetis habere dare eleemosynam, quia non solum est vobis vtile, sed etiam & ipsum velle spontaneū pistis, s. dare eleemosynas à priori anno quo, s. veni ad vos. Vel à [Priori anno,] præcedenti, q. d. plus est velle, quam facere iuxta illud Eccl. 18. Verbi meli' est q datū, &c. Et ideo debetis esse prōpti ad dandū, & quemadmodū estis prōpti ad dandū, ideo nūc od habuistis in alio, pficite facto, alioqn, illa volūtas esset frustra. 1. Io. 4. Non diligamus verbo neque lingua, &c. Phil. 1. Qui cepit in vobis, &c. Et huius rei vt quemadmodū promptus est animus voluntatis, i. differens voluntatis s'm Glo. prōpta est, ita sit prompta discretio perficiendi. Vel aliter, vt animus sumatur pro voluntate. Et tunc dicitur. Quemadmodum prompti fuistis ad volendum, ita promptos ad perficiendum, & hoc ex eo quod habetis. i. secundū facultatem vestram. Consequenter exponit hoc quod dicit, Ex eo quod habetis, dicens; [Si enim &c.] q. d. Dico q debetis esse prōpti ad dandū, & in hoc non intendo vos grauare, vt. s. detis supra facultatem vestras, quia forte voluntas prōpta ad hoc inducit vos, sed tm hoc opus nō potest imitari voluntatē, & ideo dicit, [Ex eo quod habetis.] Enim, pro quia, si voluntas prōpta est secundū id quod habet, accepta est. Et huius ratio est, quia volūtas acceptatur in perfectione operationis, opus aūt non perficitur, nisi ex eo quod habetur, & ideo dicit [Secundū quod habet, accepta est. Thob. 4. Secundū multū tibi fuerit, abundanter tribue, &c. Consequenter cū dicit; [Non enim vt alijs, &c.] Remouet suspitionem quandam. Posset enim dicere isti; Si damus eleemosinas pauperibus fidelibus qui sunt in Ierusalem, ipsi ociosi viuent, & nos damna patemur, & sic efficiemur miseri. Ideo Apostolus primo hanc suspitionem excludit. Secundo, suā intentionē manifestat. Tertio vero, commendat per authoritatē, & remouet suspitionem cū dicit, [Nō enim vt alijs, &c.] q. d. Non enim ita moneo vos eleemosynas dare vt alijs sit refrigerium, dum otiose viuerēt de eleemosynis vestris, vobis autem sit tribulatio, i. paupertas, quia vos affligeremini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia alijs, & ipsi postea patiuntur affligentur? Et videtur quōd sic per hæc verba Apostoli. Rndeo, dicendū est secundum Gl. q melius esset totū dare prioribus & affligi pro Christo. Illud aūt quod dicit hic, excusando facit quia infirmi erāt, & forte deficerent, si egestate premerentur. Intentionem suam manifestat, cū dicit, [Sed ex æqualitate.] q. d. Non intendo tribulationē vestrum, sed quandam æqualitatem, vt. s. vestra abundantia, &c. Quod potest exponi dupliciter. Primo, de æqualitate quantitatis. Secundo de æqualitate proportionis. Tertio, de æqualitate voluntatis. De æqualitate quantitatis, quia isti, scilicet Corinthij, abundabant in temporalibus, & deficiebant in spiritualib. sancti vero qui erant in Hierusalem, abundabant in spiritualibus & deficiebant in temporalibus. Vult ergo vt fiat inter eos æqualitas quantitatis, vt isti qui abundant in temporalibus, dent medietatē omniū istis, qui deficiunt in eis, & isti dent medietatē spiritualium eis, vt sic æqualiter diuites. Et ideo hoc potius dicit, vt. s. [Ex æqualitate] quantitatis,] i. dimidia parte bonorum vestrorum in præsenti tēpore, quod breue est, vestra abundantia terrenorū, [Supplet] Iorū inopiam,] qui deseruerūt omnia mundi, [Et vt illorū abundantiam, s. in spiritualibus, [Sit supplementum vestræ inopiæ] in spiritualibus, i. vt sitis participes vitæ æternæ. Luc. 16. Facite vobis amicos, &c. Eccl. 14. In diuisione sortis da, & accipe, vel comportalia, & accipe spiritualia. De æqualitate autem proportionis exponitur sic, et melius. Vos Corinthij habetis abundantiam temporalium, sanctī qui sunt in Hierusalem, abūdantiam spiritualium. Volo ergo ex quadā æqualitate, non q sit s'm quantitatem, sed s'm proportionem, vt. s. sicut illi sustentantur, eleemosynis vestris, ita vos ditemini scibus illorum apud Deum. Sicut. n. illi non ita dicantur de bonis vestris temporalib. sicut vos estis diuites, ita nec vos bonis illorum spiritualib. ditemini sicut illi. Et ideo dicit. [Sed ex æqualitate, &c.] pdicta vestra abundantia ter rentorum; [Illorū,] s. sanctorum; [Inopiā] in temporalib. [Supleat,] vt & illorū abundantia in spiritualibus, &c. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, &c. De æqualitate aūt volūtatis exponit sic; [Sed ex æqualitate, &c.] i. volo q sit in vobis æqualitas volūtatis, vt. s. sicut illi habent voluntatem cōicandi vobis ea in quib. abundant, ita vos habeatis voluntatem cōicandi illis ea in quib. abundatis. Cōsequenter cōfirmat hoc per authoritatē. Vnde dicit; [Si est scriptum est,] s. Exod. 16. [Qui multū,] s. collegerat de manna. i. qui amplius habuit quām Gomor; [Non abundauit,] i. non habuit vltra sufficientiā suam, [Et qui modicum non minorauit,] i. non defecit ei, quia oēs æqualiter abundabāt vt dicitur Exo. 16. Et sic, nec qui plus collegerat, plus habuit, nec qui minus parauerat, reperit minus.

LECTIO III.

POstquam tractauit de collectis dandis, hic consequenter tractat de ministris per quos collectæ fiant. Et circa hoc duo facit. Primo, nominat eos. Secundo, recōmēdat eos Corinthiis, ibi; [Ostensionē ergo quæ est, &c.] Circa primū tria facit. Primo, nominat Titū. Secūdo, Barnabā, ibi; [Misimus ēt cum illo fratrē, &c.] Tertio, Apollo, ibi; [Misimus aūt eum illis, &c.] Circa Titū duo cōmendat. s. eius solicitudinem, & solicitudinis signum, ibi; [Quin exhortationem, &c.] Dicit ergo primo. Dixi supra, q roga ui Titū vt perficeret gratiam istam de eleemosynis colligendis, quod imminet solicitudini meæ ex ordinatione Apostolorū, de quo inueni ēt ipsum solicitum. Et ideo; [Ago gratias Deo, qui dedit eandem solicitudinē] quā ego habeo; [Pro vobis] exhortādis & promouendis ad opera misericordiæ; [In corde Titi;] quia ipse ēt solicitus est, sicut & ego, vt perficiat i vobis hāc gratiā. Heb. 6. Cupimus vnumquemq; vestrum, eandem ostentare solicitudinem, &c. Ro. 12. Qui præest in solicitudine. Signū aūt huius solicitudinis est, quia qn rogati eam, ipse consensit exhortationi meæ. Et ideo dicit. [Quin exhortationem quidē suscepit. Et quia profectus est quod petii. Vnde dicit; [Sed cū solicitior esset] sua voluntate q mea exhortatione, profectus est ad vos, qui tn primo recusabat venire pp peccata vestra. Ro. 12. Solicitudine non pigri. Consequenter cū dicit; [Misimus aūt &c.] Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primo, cōmendat ipsum. Secundo, subdit rationem quare mittit tā solēnes nuncios, ibi; [Detrahentes, &c.] Frater iste s'm quosdā est Lucas, vel s'm alios Barnabas, quem quidem commendat ex trib. s. ex fama; [Quia laus eius] s. Lucæ; [Est in euāgelio] ab eo scripto; [Per oēs ecclesias,] quia est approbatus per Apostolos. Vel cuius laus. s. Barnabæ est in euāgelio pdicato ab ipso per oēs ecclesias, quia Iudæis & Gentibus. Vnde dī de Barnaba Act. 10. q erat vir bonus plenus fide, & Spiritu sancto. Ite, cōmendat ipsum ex societate sua, quia [Nō solū] est famosus;] Sed & ordinatus est ab ecclesijs Iudeæ; [Comes peregrinationis meæ,] i. pdicationis meæ, qua ut peregrini mundi circuimus, sup. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Deo, &c. Et hoc est verum de Luca, quia ipse fuit unus de 72. discipulis & socius Pauli. De Barnaba similiter, quia per Spiritumsanctum dī Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, &c. [Et factus est comes in hanc gratiā,] s. collectionis eleemosynarū. Vel in hanc gratiā. s. pdicationis, de qua dī Ephe. 3. Mihi aūt omnium sanctorum minimo, &c. Item, commendat eū ex officio, qa est minister gratiæ; [Quæ ministratur a nobis] 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, supra 3. Qui idoneos nos, &c. Ministratur aūt gratia ista; [Ad dñi gloriā,] vt. s. dñs nostet glorificetur. s. de eleemosynis factis de conuersione plurimorū populorū prædicationis nostræ, quia vt dī Prouer. 14. In multitudine populi, &c. Item ministratur, ut uolūtas nostra Ipleatur, quia nos hoc uolumus fieri. Et ideo dicit, [Et uolūtatē nostrā destinatā,] i. prædestinatā a Deo, q pdestinauit ab æterno nos talē uoluntatē habere. Cōsequenter cū dicit; [Deuitātes, &c.] Assignat causam, qua re mittat tā solemnes nūcios. Et primo, huius rōnem assignat. Secūdo, probat, ibi; [Prouidemus enim ergo &c.] Dicit ergo. Causa quare tā solēnes nūcios mittimus, est ista, ut sciatis, negocii hmōi inesse cordi nostro. Et ideo dicit; [Deuitātes hoc.] s. [Nequis, &c.] q. d. ut uitemus uituperiū quod posset mihi impingi ab aliquibus, vel negligentiæ, si non mitterem strenuos, uel fraudis, si non mitterem securos. Et isti strenui erant & prompti & securi, quia dati ab ecclesijs, & electi per spiritum sanctum, supra. 6. Nemini dantes ullam offensionem, &c. Dicit aūt [In hac plenitudine,] s. eleemosynarū, uel cōuersionis gentiū. 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrū, &c. Et hoc probat dicens; [Prouidemus. n. &c.] q. d. Bene dico, deuitantes, quia prouidemus. i. prouidere debemus bona. i. ut opera nostra bona sint: [Non solū corā Deo;] ut ei placeamus: [Sed ēt corā hominib.] ut. s. eis bona uideantur. Et hoc facit solicite procurando. & bonos imitādo. Rom. 12. Adhærentes bono, &c.] Cōsequenter cū dicit, [Misimus aūt eum illis, & fratrē nostrū, &c.] Tractat de tertio nūcio. s. de Apollo, Vbi duo facit. Primo, quia cōmendat eū de solicitudine, cū dicit; [Quē.] s. Apollo; [Probauimus sæpe soliciū esse] de salute uestra; [Nūc aūt multo solicitiorē.] Nā sicut supra apparet, Apollo fuit primus, qui post Apostolum pdicauit apud Corinthum 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit. Hic aūt turbatus de peccato ipsorū recessit, & solicitudinē quā ante pro ipsis habebat, post posuit. Nunc uero, audita cōuersione eorū, factus est de salute ipsorū solicitior, quām antea esset. Ephe. 4. Soliciti seruare unitatē spiritus, &c. Ro. 12. Qui præest in solicitudine, &c. Secūdo, subdit causam solicitudinis quā assumpsit, quia Apollo confidit de vobis ex his, q Titus dixit de uobis, cōmendans uos. Vnde dicit; [Multa confidentia in uobis, siue pro Tito. qui est socius meus;] & quia libēter venit in societatem Titi, & Lucæ, seu Barnabæ, & quia ad hoc inductus fuit ab Apostolis ecclesiarum, q sunt in Iudea. Et ideo dicit: [Siue fratres nostri Apostoli ecclesiarū] Iudeæ. s. induxerunt eū ad solicitudinem habendā pro uobis, quæ quidē ecclesiæ [Sunt gloriæ Christi,] i. ad gloriam Christi. Consequenter cum dicit: [Ostensionem ergo q̄ est, &c.] Recommēdat istos nuncios Corinthiis, dicens. Quia tales mittimus ad uos, ergo; [Ostensionem, &c.] i. ostendans opere, q charitatem habetis ad eos, q uere commendaui uos, & q ego uere gloriatus sim de uobis: [In faciem ecclesiarum ad quas perueni, & quibus prædicaui.] Vel: [In faciem omnium ecclesiarum,] quia quod facitis eis, innotescet omnibus ecclesijs.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus induxit Corinthios ad dandum eleemosynas sanctis, qui sunt in Hierusalem: hic uero inducit eos quantum ad modum dandi, ut scilicet hilariter, & abundanter dent. Vnde ad hoc, q bene darent, misit tam solemnes nuncios. Circa hoc autem duo facit. Primo, excludit opinatam causam de missione nunciorum. Secundo uero astruit ueram, ibi: [Misimus autem fratres, &c. (Circa primum tria facit. Primo, excludit suspitionem. Secundo, ad hoc causam assignat, ibi: [Scio enim promptum, &c.] Tertio causam probat, ibi; [Pro quo de uobis, &c.] Quantum ad primū, quia posset aliquis dicere Apostolo,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſplo, ut mones nos bene recipiamus nuncios quos mittis. Sed quare nõ potius mones, ꝙ bene largiamur eleemoſynas? Et ideo hoc remouens dicit, Non eſt neceſſarium, ꝙ hoc moneã; [Nam,] i. quia; De miniſterio quod fit in ſanctos ex abundanti eſt,] i. ſuperfluũ eſt: [Mihi ſcribere vobis,] & huius cauſa eſt, quia; [Scio promptũ aĩum veſtrũ]

ptum animum veſtrũ, pro quo de uobis glorior apud Macedones, quoniam, & Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra ęmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut (quẽadmodum dixi,) parati ſitis: ne cum uenerint Macedones mecum, & inuenerint uos imparatos, erubeſcamus nos, (vt non dicamus uos) in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, ut perueniãt ad uos, & præparent repromiſſam

ad ſubueniendum eis. Pſ. 107. Paratum cor meũ Deus, &c. Quòd aũt ſit promptus animus veſter, probo ex duobus. Primo, ex gloriatione noſtra de vobis. Nam niſi ſcirẽ vos eſſe promptos ad hoc, non fuiſſem glorians de vobis apud alios. Et ideo dicit; [Pro quo] ſ. promptitudine animi veſtri, ſupra 1. Gloria noſtra, &c. Et ſupra 7. Multa mihi fiducia, &c. [Glorior apud Macedones,] de hoc, ſcilicet [Qm & Achaia] ĩ qua Corinthus metropolis eſt; [Parata eſt ab anno præterito] ad largiendũ. Secundo ex effectu, quia vos prouocaſtis exemplo veſtro multos ad hoc. Et ideo dicit; Et veſtra æmulatio,] i. amor & ſtudiũ imitandi vos prouocauit plurimos, quia. n. audierunt vos bene correctos proficere, prouocantur plurimi. ſ. ad proficiendum. Prou. 27. Ferrum ferro acuitur &c. Gal. 4. Bonũ aũt æmulamini, &c. 1. Cor. 12. Aemulamini chariſmata, &c. Conſequenter cum dicit; [Miſimus aũt fratres, &c.] Ponit veram cauſam, quare miſerit tam ſolennes nũcios. Et primo, ponit in generali. Secundo, in ſpeciali, ibi: [Vt quemadmodũ dixit, &c. Circa primum duo facit. Primo, aſſignat verã cauſam, dicẽs, Cauſa aũt quare iſtos miſi, eſt non ꝙ credam vos nolle ſubuenire pauperibus, ſed: [Vt ne quod gloriamur de vobis,] i. ne gloria noſtra quã habemus de uobis: [Euacuetur] ſi. ſ. deficeret. 1. Corin. 9. Bonũ eſt mihi mori. &c. [Euacuetur] inquam; In hac parte] quia bene conſtat mihi ꝙ in aliis uirtutibus, & bonis nõ euacuabitis gloriam meam. Secundo, cum dicit; [Vt quemadmodũ &c.] hortatur eos ad debitum modũ dandi. Et primo hortatur, vt dent prompte. Secũdo, vt dent abundanter, ibi: [Neceſſarium ergo &c.] Tertio, ut dent hylariter, ibi: [Vnuſquiſq; prout deſtinauit, &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ponit modum dãdi. Secundo, rationem aſſignat, ibi; [Ne cum venero, &c.] Modus dãdi eſt, vt. ſ. prompte detur. Et ideo dicit, ideo miſi miniſtros, ut ſitis parati ad dandũ quemadmodũ dixi. ſ. exemplo Macedonum. Matt. 25. Quæ erat, &c. Prou. 3. Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras, dabo tibi &c. Ratio autem huius eſt, [Ne cum venerint mecum,] ſ. ad vos: [Macedones & inuenerint vos imparatos erubeſcamus nos,] q. d. Vobis erit confuſio, ſi promiſiſtis, & non ſoluiſtis. Sed eſto, ꝙ ſuſtineatis, & non curetis de cõfuſione veſtra, ad minus caueatis erubeſcẽciæ noſtræ, qui dicimus vos eſſe paratos. Conſequenter cũ dicit; [Neceſſariũ ergo &c.] Hortatur eos, ꝙ dent abundãter. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit admonitionẽ. Secũdo, admonitionis rationem aſſignat, ibi; [Hoc autem dico, &c.] Dicit ergo. Ne ergo euacuetur gloria noſtra, & vos non erubeſcatis: [Neceſſarium exiſtimaui rogare fratres,] ſ. Lucam, Titum & Apollo: [Vt perueniant ad vos & præparẽt repromiſſam benedictionem hanc. ſ. eleemoſynam, quæ dr̃ benedictio, quia eſt cauſa æternæ benedictionis. Nam per actionẽ dandi, homo benedicitur a Deo. Pſal. 23. Hic accipiet benedictionẽ a Domino, &c. Et ab hominib. Eccl. 31. Splendidum in panibus, Prou. 22. Qui pronus eſt ad miſericordiam, &c. Et dicit hanc benedictionem: [Paratam eſſe quaſi benedictionem,] i. abundãter, &; Non quaſi auaritiam,] i. parce. Ratio aũt quare debeant abundanter dare, eſt, quia; [Ego dico] quod; [Qui parce ſeminat,] i. qui parum dat in mundo iſto; [Parce, & metet] i. parum recipiet in alio ſæculo. Et dicit ſeminat, quia ſemina noſtra ſunt quicqd boni fecerimus. Et iterũ, quia ſi parum ſeminatur, non multum colligetur. Gal. 5. Quæ ſeminauerit homo, hęc & metet, ſed multiplicata. [Et qui ſeminat in benedictionibus,] i. abũdanter; [Metet & de benedictionibus,] ſ. Dei largam retributionem. Sed nũquid non metent omnes abundanter? Dicendum eſt, ſic quantũ ad quantitatem præmij, quia omnes affluent, & nullus ibi parce metet. Sed dicit abundanter, quaſi ad proportionem & bene ſeminantium. 1. Cor. 15. Stella a ſtella differt. Abundanter omnes

F quantum ad præmium ſubſtantiale; ſed parce in comparatione ad præmium accidentale, in quo eſt ſanctorum differẽtia. ſup. 8. Qui multum abundauit, & qui modicũ non minorauit. Exo. 16. Quia aliqñ aliquis parce dat, & cũ magna charitate, & abundanter metet. Conſequenter cũ dicit; [Vnuſquiſque enim, &c.] Hortatur eos, ut dent hylariter, & gaudenter. Et circa hoc duo facit. Primo eñ monet eos ad gaudenter dandũ. Secundo, rationẽ aſſignat, ibi: [Hilarem. n. datorem, &c. Dicit ergo, Dico ꝙ parcè [...] illud, quod vultis dare [Quaſi benedictionem] i. abundãter, & [Non] benedictione; [...] quaſi auaritiam,] i. parce. Et hoc dicit, quia illud quod ſponte [...] non põt auare fieri. Et ideo ſubdit; [Vnuſquiſque. n. &c.] quaſi non auare, quia vnuſquiſque. ſ. veſtrum, det eleemoſynas; [Prout de-

benedictionem hanc paratam eſse ſic, quaſi benedictionem, non quaſi auaritiam. Hoc autẽ dico, Qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionib, de benedictionib. & metet. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo; non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus.

LECTIO II.

Potens eſt enim Deus omnem gratiam abundare facere in uobis. ut in omnibus ſemper omnem ſufficien-

ſtinauit,] i. prædeliberauit: [In corde ſuo,] ſ. ſecum conferens: [Non ex triſtitia, &c.] q. d. Vnuſquiſque voluntarie det, nõ coacte. Ponit autem duo oppoſita uoluntario. ſ. triſtitiã & neceſſitatem. Voluntarium enim, tollitur per uiolentum. Eſt autem duplex violentum. ſ. ſimplex & miſtum. Simplex, qñ abſolute quis cogitur ad aliquid contra voluntatem ſuam faciendũ. Ad remouendum ergo illud uiolentum, dicit; [Non ex neceſſitate,] quod fieret, ſi darent coacti mandato Apoſtoli. q. d. Non cogat vos ad dandum mandatum noſtrum, ſed moueat uos ad hoc propria voluntas ueſtra. Exo. 35. Omnis uoluntarius &c.] Violentum miſtum eſt, quando quis non abſolute cogitur ad faciendũ aliquid contra uoluntatem ſuam, ſed ſecundum quid. ſ. quod niſi faciat, incurrit maius damnum, ſicut ſi non proijciuntur merces in mari, nauis ſubmergitur. Et ideo aliquo modo fit ſponte, & aliquo modo violenter, inquantum. ſ. coguntur timore maioris damni. Vt ergo hoc remoueat dixit; [Non ex triſtitia,] i. non ita quod ſit uiolentum miſtum. q. d. Non ex timore confuſionis, ne erubeſcatis, ſed ex gaudio quod concepiſtis propter amorem quem habetis ad ſanctos. Pſal. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi, &c. Conſequenter cum dicit; [Hilarem. n. datorem, &c.] rationem aſſignat, & eſt talis. Omnis remunerator remunerat ea, quæ ſunt remuneratione digna: hæc aũt ſunt ſolum actus uirtutum, in quibus autem uirtutum duo ſunt. ſ. ſpecies actus, & modus agendi, qui eſt ex parte agentis. Vnde, niſi in actu uirtutis utrumque horum concurrat, non dicitur actus ille ſimpliciter virtuoſus. Vnde nõ dicitur perfecte iuſtus ſecundum uirtutem qui operatur opera iuſtitiæ, niſi delectabiliter, & cum gaudio operetur. Et licet apud homines, qui non uident niſi ea, quæ patent, ſufficiat, quis operetur actum uirtutis ſecundum ipſam ſpeciem actus, ſ. ta, actum iuſtitiæ, tamen apud Deum, qui intuetur cor, non ſufficit ꝙ ſolũ operetur actum uirtutis ſecundum ſpeciem, niſi etiam ſm debitũ modum operetur. ſ. delectabiliter & cum gaudio. Et ideo non datorem tãtum, ſed; [Hilarem datorem diligit Deus,] i. approbat & remunerat, & non triſtem & remurmurantem. Pſ. 99. Seruite domino in lætitia. Eccl. 35. In omni dato hilarẽ, &c. Rom. 12. Qui miſeretur in hilaritate, &c.

LECTIO II.

HIC rationem trium modorum aſſignat. Et circa hoc duo facit. Primo, aſſignat rationem ſumptam ex parte ipſorum. Secundo, rationem ſumptam ex parte Dei, ibi; [Et in omnibus locupletati, &cæt.] Circa primum duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, ipſam confirmat, ibi; [Sicut ſcriptum eſt, &c.] Ratio eſt talis. Quicumque dat aliquid quod multiplicatur ſibi, debet prompte, abundanter, & hilariter dare, ſicut uidemus, quòd homines abundanter, & prompte, & cũ gaudio ſeminant ſemen, quia multiplicatum illud recolligunt. Cum ergo eleemoſynæ multiplicentur dantibus, debetis illas prompte, gaudenter, & abundanter facere. Et quod multiplicentur, patet, quia [Deus potens eſt omnem gratiam, & cætera.] quaſi dicat, [Non timeatis dare, ne indigentia grauati, pœniteat aliquando uos dediſſe, quia [Potẽs eſt Deus facere abũdare omnem

omnem gratiam] Spiritusſancti, quia. ſ. ſemper gaudeatis de bono opere quod feciſtis. Et ideo dicit: [Abundetis in omne opus bonum,] ideſt abundantem affectum habeatis ad dandum eleemoſynam, ſicut habetis ad alia opera virtutũ, & tñ habeatis plenam ſufficientiam bonorum exteriorum. Et ideo dicit: [Semper omnem ſufficientiam

tiam habentes, abũdetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandũ præſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, vt in omnibus locupletati, abunderis in omnẽ ſimplicitatem, quæ operatur p nos gratiarum actionem Deo. Quoniam miniſterium huius officij, non ſolum ſupplet ea, quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarũ actiones in

habentes,] ideſt vos reputantes habere. Iacob 1. Qui dat omnibus affluenter. & 1. Timo. 6. Habẽtes alimenta, &c. De iſta ſufficientia dicitur infra 12. Sufficit tibi gratia mea, &c. De multiplicatione vero dicitur Eſa. 30. Dabitur pluuia ſemini tuo. Matth. 19. Omnis qui reliquerit, &c. cẽtuplũ accipiet, &c. Cõſequenter cũ dicit; [Sicut ſcriptum eſt, &c.] probat poſitam rationẽ dupliciter, ſ. authoritate, & experimento, ibi; [Qui autẽ adminiſtrat, &c.] Probat autẽ authoritate, dicens. Recte debet vos mouere prædicta ratio. Quia; [Sicut ſcriptũ eſt, &c.] Sed Glo. in alio ſenſu adducit hanc authoritatem, quàm ſit intentio Apoſtoli. Nã Glo. ſic adducit, Dico ꝙ abundetis; [In omne opus bonũ,] ſ. largitione eleemoſynarum, quia ſcriptũ eſt; [Deis per ſit dedit pauperib.] Sed Apoſtolus videtur hoc velle referre ad illud, qđ dicit abũdare facere omnẽ gratiam. Et hoc, quia ille qui diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternũ. Eccleſiaſt. 12. Bene fac iuſto, & inuenies retributionẽ, &c. In authoritate autẽ propoſita notatur quibus ſit dandũ, quia pauperibus, i. indigentibus, &c. Luce 14. Cum facis prandium, &c. Quomodo dandũ, quia diſperſit: quia nõ totum vni, ſed diuiſim multis 1. Corinthio. 13. Si diſtribuero, &c. Eſa. 58. Frange eſurienti panem, &c. [Iuſtitia eius,] i. virtus iuſtitiæ; [Manet in æternum:] quia ex quo dat, augetur voluntas ad dandum vel iuſtitia eius, i. merces iuſtitiæ eius manet in æternũ. Prouerbiorum 11. Seminanti iuſtitiã merces fidelis, &c. Experimento autem confirmat rõnem prædictam, dicens; [Qui aũt adminiſtrat, &c.] Quaſi dicat, Experti eſtis, ꝙ hoc ipſum quod datis in eleemoſynas, habetis à Deo. Et ideo debetis libenter dare amore Dei 1. Paral. vltimo, Tua ſunt omnia quæ de manu, &c. Et inſinuat tria circa hoc. Primum eſt, ꝙ aliquis poſſet dicere; Si nos damus modo, quod habemus, deficient nobis neceſſaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet, quia non ſolum; [Semen miniſtrat ſeminãti, ſed panem,] ideſt neceſſaria vitæ; [Præſtabit ad manducandum.] Pſal. 135. Qui dat eſcam omni carni. Secundum eſt: quia poſſes dicere quòd ſi multum daremus, deficient nobis quæ habemus ad dandum iterum. Et hoc Apoſtolus remouet dicens, quòd non deficiet, ſed [Multiplicabit ſemẽ veſtrum;] vnde, ſcilicet plures eleemoſynas faciatis. Tertium eſt, quia poſſet aliquis dicere, quòd ſi modo damus deficiet nobis voluntas ad dãdum, & pœnitebit nos dediſſe, & ſic totum amittemus. Et hoc remouet dicens; [Et augebit incremẽta frugum iuſtitiæ veſtræ,] ideſt in tantum augebit facultatem, & voluntatem dandi eleemoſynas ex quibus procedit iuſtitia veſtra, quòd ſemper parati & prompti eritis ad dandum eleemoſynas, & quòd fruges maxime erunt in comparatione ad paruum ſemen. Prouerbiorum 3. De primitijs frugum tuarum da pauperibus Leui. 25. Dabo benedictionem, &cæt. 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia valet: Deinde cum dicit; [Vt in omnibus locupletati, &c.] Aſſignat rationem, quare prompte, abundanter & hylariter dare debeant ex parte ipſorum dantium. hic aſſignat rationem ex parte ipſius Dei, pro quo dare debent. Et primo, aſſignat rationem. Secundo, manifeſtat eam, ibi; [Quoniam miniſterium huius officij, &c.] In ratione autem aſſignanda, tria conſiderantur: quorum primum eſt ipſorum locupletatio, quod reſpondet præmiſſis. Dixerat enim ſupra, Multiplicabit ſemen veſtrum & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. & hoc primo reſumit, dicens; [Et vt in omnibus locupletati,] ideſt tam in corporalibus, quàm in ſpiritualibus bonis. Primæ Corinth. 1. Diuites facti eſtis, &c. Sed ne aliquis crederet, quòd finis ponendus ſit in abundantia diuitiarum temporalium: aut quòd diuitias ſpirituales aliquis otioſe abſque vſu poſſidere deberet, refert hoc primum ad aliud

A ſecundum, dicens; [Abundetis in omnem,] ideſt perfectã: [Simplicitatem,] ideſt largitatem ſimplici animo factam, vt largitio procedat ex diuitijs temporalibus, ſimplicitas autem ex ſpiritualibus. Prouerbiorum 10. Simplicitas iuſtorum, &c. Sed & hoc ipſum ad alium finem referendum eſt, ſ. ad Deum. Et ideo tertio

dño per probationem miniſterij huius, glorificãtes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ in euãgelio Chriſti, & ſimplicitate cõmunicationis veſtræ in illos, & in oẽs: & in ipſorũ obſecratione pro vobis deſiderãtiũ vos propter eminentem gratiã Dei in vobis, gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.

CAP. X. LEC. I.

IPſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidẽ humilis ſum

ſubdit: [Quæ. ſ. largitio ſimplex: [Operatur per nos,] ideſt mediantibus nobis: [Gratiarũ actionem Deo.] Primę Theſſal. 5. In omnib. gratias agite, &c. Deinde cum dicit: [Quoniã miniſterium, &c.] manifeſtat rõnẽ ſupra poſitam, ſ. qño eorum largitio operetur gratiarũ actionẽ Deo. Et primo hoc oſtẽdit. Sc̃do, ponit gratiarum actionis materiã, ibi: [Glorificantes Deum, &c.] Tertio, ipſe prorũpit in gratiarum actionẽ, ibi: [Gratias Deo, &c.] Dicit ergo. Dico ꝙ largitio veſtra operat gratiarum actiones Deo: Quia miniſteriũ huius officij veſtri] quo ſubuenitis ſanctis, multa bona habet, quia [Nõ ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis,] quantum ad temporalia. ſupra 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, &c. Non ſolum ergo hoc bonum ſequitur inde, ſed etiam ꝙ ipſi orant pro vobis, & agunt gratias Deo, probantes & approbantes miniſtrationem veſtram. Et hoc eſt quod dicit; [Sed etiam abundat,] ideſt excreſcit; [In actione gratiarum,] quæ fit per multos, non ſolum perfectos, ſed per alios fideles pauperes, qui inde agunt gratias Deo in domino, qui eos ad hoc monet, videntes & probantes miniſterium veſtrum. ſupra primo. Vt ex multarum perſonis facierum, & cætera. Huius quidem gratiarum actionis materia, eſt propter tria. Primo, propter eorum fidem quam acceperunt, & ideo dicit: [Dico quod abundat in gratiarum actione. Glorificantes,] ſcilicet fideles: [Deum in obedientia confeſſionis veſtræ,] ideſt de confeſſione fidei veſtræ, quam confitemini & creditis in Chriſtum. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra, &c. Prouerbiorum 21. Vir obediens loquetur victorias. Secundo, propter eorum largitionem. Et ideo dicit: [Glorificantes & in ſimplicitate communicationis veſtræ,] ideſt, pro largitione veſtra: [In illos,] ſcilicet ſanctos pauperes: [Et in omnes,] ſcilicet fideles, qui indigent ſimplici, & puro animo facta. Gala. 6. Communicet is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe cathechizat, &c.] Et iterum operemur bonum ad omnes, &c. Tertio, propter hoc, quod ipſi viri ſancti habent à Deo, vt pro eis agant gratias Deo. Et ideo dicit: [Glorificantes etiam Deum in ipſorum obſecratione pro vobis,] ideſt glorificant Deum de hoc, quòd ipſi viri ſancti obſecrant pro uobis: ipſorum dico; [Deſiderantium vos videre] in æterna beatitudine, & hoc: [Propter eminentem gratiam Dei in vobis.] Ex his ergo Apoſtolus prorumpit in gratiarum actionem Deo, dicens: [Gratias, &c.] id eſt quia tot bona inde proueniunt de miniſterio veſtro, ego: [Ago gratias Deo, &c.] ſcilicet charitatis, quæ maxime videtur vigere in vobis qui ſubuenitis etiam illis, qui ſic agũt gratias Deo, & orant pro vobis. Et hoc donum eſt inenarrabile, quia non poteſt dici, quantum vtile ſit, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.

LECTIO PRIMA.

E POſtquam tractauit de bonis miniſtris Chriſti, & fidei, conſequenter Apoſtolus inuehitur cõtra falſos miniſtros, & Pſeudo prophetas. Et primo inuehitur contra eos. Secundo vero contra illos, qui decepti ab eis adhærebant eis, in 13. cap. ibi: [Ecce Tertio, &c.] Circa primum duo facit. Primo, excuſat ſe de eis quæ imponuntur ſibi, per rationem. Secundo vero, per facti euidentiam, ibi: [Quæ autem ſecundum faciem ſunt, &c.] Circa primum duo facit. Primo, recuſat ſe excuſare per experimentum, cum tamen poſſet. Secundo vero excuſat per rationem, ibi: [Qui arbitrantur, &c.] Circa primum tria facit: Primo, præmittit obſecrationem. Secundo, interponit illud quod imponitur ſibi à pſeudo, ibi: [Qui in faciem quidem, &c.] Tertio recuſat experimentum, ibi: [Rogo autem,] Dicit ergo

[Ipse ego autem Paulus] qui vos & alios ad eleemosynas exhortor, ego, inquam, ipse: [Obsecro vos per mansuetudinē & modestiā Christi.] De mansuetudine Christi habetur Mat. 11. Discite a me quia mitis sum, &c. De modestia. Sap. 1. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti, &c. Modestia.n. nihil aliud est q̄ modum seruare in agendis. Facit autē specialiter hic mentionē de mãsuetudine & modestia Christi, qa Pseudo & Corinthij specialiter imponebant Paulo, q cum esset presens apud eos conuersaret humiliter, & cum esset absens scriberet eis valde dure. Et iō posuit illa duo, q̄ Christus habuit, vt sciant q Apostolus hæc & ostendit & seruauit exemplo Christi. Et ideo consequenter interponit vitium sibi impositū, dicens; [Ego ipse Paulus,]

inter vos, absens autem cōfido in vobis. Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrātur nos tanquam secundum carnē ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionē munitionum, cōsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus sciētiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

i. vere humilis: quia Paulus humilis & quietus interpretatur. 1. Cor. 15. Ego sum minimus, & cæt. Vnde ego ipse, i. vere Paulus. Psal. 101. Tu quidem ipse es. Eccl. 19. Est qui nequiter humiliat se, &c. Et Iac. 3. Vbi zelus & contentio, Ibi inconstantia, &c. [Ego,] inquam; [Obsecro qui in facie,] i. exterius vt dicitis; [Humilis sum inter vos,] i. humiliter conuersatus, cum sum vobis præsens; [Absens autem,] i. cum sum absens a vobis, qn̄ s. non timeo lædi ab aliquo vestrum; [Confido in vobis,] idest confidenter ago, aspere vobis per epistolam scribens. Prouerb. 8. Iustus quasi leo confidens, &c. Consequenter cum dicit; [Rogo autem &c.] Recusat sumere experimentum: isti.n. credebant, q Apostolus ex timore ductus conuersaretur humiliter inter eos, & ideo dicit, Vos ita creditis, sed ego; [Rogo vos,] qui & ipse obsecro vt velitis experiri, vtrum ego si necesse sit, faciam in præsentia, quomodo facio in absentia. Et ideo dicit; [Ne p̄sens,] idest cum fuero apud vos; [Audeam facere in vobis si necesse sit; [Per eam confidentiam,] idest ita confidenter, sicut; [Existimor] a uobis; [Audere,] idest audacter & confidenter agere; [In quosdam] incorrectos dure reprehendendo, per literas etiam corrigendo. Iob. 31. Exaltat audacter &c. Deinde excusat se per rationē, dicens; [Qui arbitrantur &c.] quasi dicat. Et licet nolim experimēto me excusare propter vos: tamen ratio in promptu est ad excusandum me sufficienter. Circa hoc ergo, tria facit. Primo, ponit causam, quare imponunt ei, quod dictum est. Secūdo, destruit causam illam. Tertio, confirmat per rationem. Causa autem quare hoc sibi imponitur, scilicet quòd p̄sens sit humilis, absens autem seuerus & austerus, est quia isti arbitrabantur, Apostolum secundum carnem ambulare. Et quia vnusquisque secundum regulam operis operatur, finis autem habet rationem regulæ, ideo quilibet dirigit opus suum ad finem quem intendit. Qui ergo ponunt finem suum in bonis carnalibus, dicuntur ambulare secundum carnem. Et inde est, quòd ita regulant opera sua, vt consequantur ea, quæ sunt carnis: quæ quidem, quia possunt subtrahi ab hominibus, ideo homines qui in carnalia tendunt, blande se habent ad homines & humiliter. Et ideo, quia credebant Apostolum ambulare secundum carnem, ideo credebant quòd propter hoc humiliter conuersatus sit inter eos. Sed hæc ratio nulla est, & vana. Et ideo destruit eam, dicens, [In carne enim, & cæt.] Quasi dicat, quòd nos simus in carne, non possumus negare, quia Roman. 8, dicitur; Debitores sumus, non carni, &c. sed quòd nos regulemur secundum carnem, ponendo in bonis carnalibus finem, siue intentionem nostram, hoc est falsum: quia; [Non secundum carnem militamus,] idest uitam nostram, quæ est quædam militia, vt dicitur Iob 7. non regulamus secundum carnem. Et quòd non militemus secundum carnem, probat cum dicit, [Nam arma nostra, &cæt.] Et primo, ex militaribus armis, sicut vnusquisque pugnator habet arma accommoda militiæ, & pugnæ suæ. Sed constat, quod arma eorum, qui pugnant secundum carnem, seu militant, sunt diuitiæ, voluptates, honores, & potentiæ mundanæ, & temporales; cum ergo arma nostra non sunt huiusmodi: [Quia arma militiæ non sunt carnalia, sed potentia Deo,] id est secundum Deum, uel ad honorem Dei: ergo nos non militamus secundum carnem. Secundo vero, cum dicit: [Ad destructionem, &c.] Ponit virtutem armorum spiritualiū quorum quidem virtus patet ex triplici effectu eorum. Primus effectus est, quod per ipsa arma confunduntur rebelles. Et quan-

F tum ad hoc dicit; [Ad destructionē munitionū,] Quasi dicat. Bene sunt potentia Deo, vt destruant rebelles, infra Titum 1. Vt potens exhortari &c. Hiere. 1. Vt euellas & destruas, &c. Muniunt autē se aliqui contra Deum dupliciter. Aliqui astutis consilijs, sicut sunt tyranni, qui machinantur prauis cōsilijs suis, destruere q̄ Dei sunt, vt ipsi tyrannizent. Et quantum ad hoc dicit: [Consilia destruentes,] s. tyrannorum Iob 5. Qui apprehendit sapientes, &c. Aliqui vero per superbiam, vel altitudinē ingenij proprij. Et quantum ad hoc dicit; [Et omnem altitudinem,] scilicet suæ superbiæ Rom. 11. Non alta sapientes, &c. i. superbia Sine profunditate intellectus, tam legisperitorum, q̄ philosophorū. Rom. 8. Neque altitudo, neque profundum. Esa. 2. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Altitudinem, dico, extollentem se: [Aduersus scientiam Dei,] s. fidem, q̄ est scientia Dei: quia quæ de Deo dicuntur, impugnant. s. partum Virginis & alia Dei mirabilia. Esa. 11. Repleta est terra scientia Dei. Apo. 2. Quam dicunt altitudinem sathanæ. Apo. 2. Qui non cognouerunt altitudinem sathanæ. Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Secundus effectus est, conuersio infidelium ad fidem. Et quantum ad hoc dicit: [Et in captiuitatem redigentes, &c.] quod fit

H qn̄ id quod homo scit, totum supponit ministerio Christi, & fidei. Psal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus, &c. Eccl. 6. Iniice pedem tuum in compedes illius, i. in documenta sua &c. Tertius effectus est, correctio peccantium. Et quantum ad hoc dicit: [Et in promptu habentes,] i. promptum, & liberum animum habentes ad puniendum omnem inobedientiam. Psal. 149. Gladij ancipites in manibus, &c. Et hoc erit: [Cum impleta fuerit vestra obedientia,] i. cum vos perfecte obedientes eritis: quia si velitis obedire, non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorū, & vestram. Vel tunc vlciscemur vos de inobedientia, qn̄ impleta fuerit obedientia vestra: idest quando destruetur inobedientia vestra: contraria enim contrarijs curantur.

LECTIO II.

G Qvæ secundū faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut & ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quā dedit nobis dominus in ædificationē, & non in destructionē vestram, non erubescam. Vt autem nō existimer tanquā terrere vos per epistolas (quoniā quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis,) hoc cogitet qui eiusmodi est, qa quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere aut cōparare nos quibusdam, qui seipsos cōmendāt: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.

LECTIO II.

I Svpra excusauit se Apostolus per rationem: hic excusat se per facti euidentiam. Et circa hoc duo facit. Primo enim, committit auditoribus iudicium suæ excusationis. Secundo, prosequitur suam causam, ibi; [Si quis cōfidit, &c.] Dicit ergo primo: Licet appareat per rationem, falsum esse quod imponunt mihi pseudo, tamen si aliqui sint inter vos, qui ratione non vincantur, & noluerint rationi acquiescere, saltem; [Videte,] idest considerate ea: [Quæ sunt secundum faciem,] idest in manifesto apparent de me euidenter. Committit autem eis iudicium causæ suæ ad ostendendam securitatem cordis sui. Iob 6. Respondete obsecro, absque contradictione. Sed contra Ioan. 7. Nolite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicitur hic: [Quæ secundum faciem sunt videte.] Respondeo. Dicendum est, quòd ibi accipitur secundum faciem pro his, quæ exterius apparent in homine, scilicet, pro sola veritatis apparentia, secundum quæ non debet homo iudicare, quia aliquando contrarium latet in corde.
K Vnde dicitur Matth. 7. Veniunt ad vos in uestimentis ouium, intrinsecus & cæt. Hic verò accipitur secundum faciem pro ipsa ueritate euangelica & facti euidentia, secundum quam potest fieri iudicium. Glo. aliter exponit, scilicet secundum faciem, idest pseudo [videte,] idest, attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum, quia impossibile est, quin inter multa bona, quæ prætendunt, non faciant aliqua, ex quibus poteritis cognoscere intentionem ipsorum prauam. Matth. 7. Ex fructibus eorum, &c. Consequenter cum dicit: [Si quis autem confidit, &c.] prosequitur causam suam. Contingit autem, quòd aliquis mouetur contra aliquem, deceptus authoritate alicuius, qui se magnum facit. Et sic Corinthij commoti erant contra Apostolum, decepti a Pseudo, qui se dicebant maioris authoritatis, quàm Paulus, quia venerant de Iudæa, & quia erant primo cōuersi. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, euacuat authoritatem illorum Pseudorum. Secundo prosequitur causam suam, ibi; [Vt autem non existimer, & cæt.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd pseudo non sunt illis præferendi.

præferendi. Secundo, q ipse est præferendus eis, ibi [Nam & si amplius &c.] Dicit ergo. Hoc inquam, secundum faciem videte, quòd siquis de Pseudo confidit [Se Christi esse] propter aliqd magnum quod fecerit, vel propter aliquod donum spirituale quod a Christo receperit [Hoc cogitet apud se,] i. consideret diligenter in corde suo: quia sicut [Ipse Christi est, & ita nos.] quasi dicat. Quicquid inuenitur in eis, totum inuenitur in nobis, vnde debemus dici & esse Christi, 1. Corinth. 7. Puto, q & ego spiritū Christi habeā. Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Non solū autem nos sumus Christi sicut & ipsi, sed multo plus possumus gloriari q sumus Christi q̄ ipsi. Et hoc est quod dicit [Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam,] scilicet, potestatem. [Dedit nobis dominus,] Act. 9. Vas electionis est mihi iste: Gala. 2. Qui operatus est Petro & cæt. dedit inquam, mihi potestatem hanc specialem ad conuertendū Gentes [In ædificationem,] s. ecclesiæ [Et non in destructionē] sicut faciunt Pseudo, abutentes potestate eis data in contrariū, ad quod data est. Nā licet potestas detur in ædificationem ecclesiæ in fide & charitate, isti tn̄ quærunt gloriam suam & non Christi, & ideo destruūt. Et hoc faciebant prædicando obseruari legalia & faciendo quæstū.
C Si ergo amplius glorior de hac potestate quam habeo, & in qua gloriam Christi quæro, & non meam [Non erubescam,] s. de huiusmodi commendatione mea, quia non facio ad ostendendum me, sed cā necessitatis, s. vt ostendens authoritatem meā esse magnam, & Pseudo nullam, non decipiamini ab eis de cætero. Vbi nota, q s̄m Gregoriū, duab. de causis potest aliquis se cōmēdare absque peccato, s. qn̄ aliquis prouocatur opprobrijs & conculcatur: & hoc vt non desperet videns se conculcari; & vt confutet aduersarios. Sic Iob. cōmendauit se multum, sicut patet 27. cap. vnde dicit. Neque. n. reprehendit me cor meum in omni vita mea &c. Item, qn̄ aliquis prædicans veritatem, & alius aduersarius veritatis contradicit sibi, & impedit manifestationē ueritatis, tunc huiusmodi prædicator debet se commendare & ostendere authoritatem suam, vt confutet illum, & ut trahat auditores ad veritatem. Et hoc facit Apostolus in multis locis & hic ēt. Consequenter cum dicit [Vt autem non existimer &c.] prosequitur causam suam ex facti euidentia. Et circa hoc tria facit. Primo, ostēdit falsum esse, quod sibi imponitur. Secundo, rationem dicti assignat, ibi [Non enim audemus &c.] Tertio, exponit rationem ipsam, ibi [Nos autem non &c.] Circa primum sciendum est, quod sicut dictum est, imponebatur Apostolo, quod in præsentia esset humilis propter timorem, uel propter gratiam & fauorem captandū, & in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit Apostolus, quòd non est ita: sed si bene volunt considerare quæ apparent, ita inuenient cum facto, qualem habuerunt scripto, & hoc possunt experiri si volunt. Et hoc est quod dicit [Vt autem non existimer] a Pseudo seu a uobis [Tanquam terrere uos, uel timorem vobis incutere [Per epistolas nostras,] quas uobis mittimus, quem quidem timorem non incutiebam uobis in præsentia. Et hoc ideo est [Quoniam] ipsi, scilicet Pseudo [Inquiunt epistolæ, scilicet Pauli [Graues sunt,] idest dure & grauiter punientes [Et fortes,] idest absque timore [Sed præsentia non talis,] immo [Infirma,] idest debilis & humilis: quod respondet ei quod dicis, fortes [Et sermo,] scilicet prædicatio sua & collocutio, & exhortatio [Contemptibilis, quod respondet ei quod dicitur, graues [Sed qui est huiusmodi,] idest qui talia dicit De nobis cogitet,] idest sciat certe quia [Quales sumus &c.] idest tales erimus præsentes cum veniemus ad vos [Quales sumus per epistolas absentes] si necesse fuerit. Causam autem quare Apostolus se habuit humiliter ad eos, manifestat Apostolus 1. Corinth. 2. Et ego fratres cum timore multo & tremore & cæt. quod faciebat, quia non erant firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinem suæ conuersationis firmare. Quare autem locutus fuerit sibi plana & prædicauerit eis non subtilia, insinuat 1. Corinth. 3. dicens, Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi uobis & cæt. Non dum enim erant capaces altioris doctrinæ. Consequenter cum

A dicit: [Non enim audemus, &c.] Ostendit rationem dicti sui dicens, Dico q non sumus similes Pseudo, nec etiam est verum qd imponitur nobis: quia ego non dico alia, q̄ facere est necesse. Et ideo dicit; [Non.n. audemus nos inserere,] i. dicere nos esse vnum ex eis; [Aut comparare,] i. similem facere; [Quibusdam,] s. Pseudo: [Qui seipsos vobis tantum; [Cōmendāt,] & tamen ab alijs, & a factis suis non cōmendantur, cōtra illud Prouer. 27. Laudet te alienus, & nos os tuū, &c. [Sed ipsi in nobis, &c.] idest secundum ea, quę sunt in nobis commensuramus facta nostra & dicta, quasi dicat. Illa dicimus de nobis, q̄ sunt proportionata nobis, i. commensurata factis nostris. Galat. vlti. Vnusquisque opus suū probet, &c. Sed contra 4. dicitur, Cōmendantes nosmetipsos ad omnem cōscientiam, &c. Ergo non bene dixit. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est commendare seipsum ad conscientiam, & aliud ad aures. Nā ad conscientias hominum commendamus nosipsos, cum bene agimus, & hoc est bonum. Ad aures autē commendamus nosmetipsos verbis tantū, & hoc est malum. Primo modo, commendant se iusti & Apostolus. Secundo modo, Pseudo & Hypocritæ.

LECTIO III.

B Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mēsuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non enim quasi nō pertingentes ad uos, superextendimus nos. Vsq; ad uos.n. peruenimus

LECTIO III.

C Svpra Apostolus ostendit rationem eorum quæ dixerat: hic consequenter ipsam rationem manifestat. Dixerat enim, q cōmensurabat se sibi, & non excedebat mensuram suam. Potest autem aliquis in gloriando & cōmendando se excedere dupliciter. primo, quantū ad id, de quo gloriatur, puta si quis gloriatur de eo quod non habet. Secundo, quantum ad id, in quo gloriatur, puta, si quis habens aliquid ex alio, gloriatur in ipso tanquā a se haberet. Et ideo Apostolus ostendit q neutro istorum modorū excedit mensurā, gloriando vel laudando se. Et primo, quantum ad primū. Secundo, quantum ad s̄m, ibi; [Qui autē gloriatur, &c.] Circa primum duo facit. Primo probat q non excedit mēsuram suam, quantum ad gloriam de præteritis. Secundo, quantum ad gloriam de futuris, ibi; [Spem autem habentes, &c.] Circa primū tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, propositū probat, ibi, [Non enim quasi non, &c.] Tertio, concludit, ibi; [Nec in immensum gloriantes, &c.]
D Dicit ergo primo, Dico quòd metimur, & comparamus nosmetipsos nobis, facientes, s. secundum quod officium nostrum exigit. Hoc aūt nos agentes; [Nō in immēsum gloriamur,] i. non excedimus mensuram nostram exercendo potestatem nostram, & commendando nos. Leui. 19. Nolite facere iniquum, &c. [Sed gloriamur secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus.] Glo. hic exponit de mensura prælationis. Apostoli, & dicit, secundum mensuram, idest secundum mensuratum mihi a Deo populum, cuius ego sum prælatus & regula ad dirigendū. Sed hoc idem potest vniuersalius accipi, vt mensura regulæ dicatur quantitas gratiæ. & tunc est sensus. Sed gloriamur; [Secundum mensuram, qua mensus est nobis Deus,] i. secundum quantitatem gratiæ quam dedit nobis Deus. Ephes. 4. Vnicuique data est gratia, &c. Quę quidē gratia est nobis regula, ne extollamur & deuiemus a Deo. Qua mensus est nobis Deus, quia quicquid boni facimus in euangelizando, & in conuersatione vestra & aliorum, totum est ex Deo, mihi s' in vobis & alijs concessum. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, &c.
E [Mensuram] dico; [Pertingendi vsque ad vos:] quia vos estis sub mensura gratiæ mihi datæ, per quam conuersi estis ad Christum, & obeditis euangelio. Hoc est ergo quod proponit, scilicet quòd non excedit mensuram suam gloriando se, quòd sit eorum prælatus & q per eum conuersi sunt. Et quòd ita sit, scilicet, quòd pertingat vsque ad eos, probat consequenter cum dicit; [Non enim quasi non pertingentes, &c.] quasi dicat. Vere gloriamur. non enim superextendimus nos in gratia vel gloria, vel in potestate nostra, quasi non simus pertingentes vsque ad vos potestate nostra, & ministerio. [Nam vsque ad vos peruenimus in euangelio Christi,] idest in prædicatione euangelij Christi 1. Corinth. 4. in Christo Iesu per euangelium ego vos genui, &c. & supra 9. Nonne opus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

meum vos estis,&c.Gal.2.Qui operatus est Petro in Apostolatũ, &c.Et ideo concludit dicens.Igitur cum glorior de vobis,nõ glorior in immensum. Vnde dicit;[Non in immensum gloriantes, &c.]Vbi alius fundamentum fidei posuisset. Consequenter cũ dicit;[Spem autem habentes,&c.] Ostendit,ꝙ non excedit mensuram suã, quantum ad gloriã de futuro. Sciendum est autem,ꝙ prædicator põt habere duplex augmentum gloriæ de pdicatione sua. Vnum est,vt cõuersi ad prædicationẽ suam ꝑficiãt in melius. Aliud, vt per ipsos conuersos, alij conuertantur:quia vt dicitur Exo.36. Cortina cortinã trahit,&c. Et Apoc. vltimo. Qui audit,dicat veni. Nam qñ quis videt alios conuerti,facilius conuertitur.Et quantum ad ista duo, Apostolus sperat

in Euangelio Christi;: nõ in immensum: gloriãtes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari, secundum regulã nostram in abundantia, etiam in illa,quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quæ præparata sunt gloriari.Qui autẽ gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, ille probatus est, sed quẽ Deus cõmẽdat.

augeri gloriam suam de Corinthijs : primo.s.de profectu eorum in melius.Et ideo dicit, Dico ꝙ nec in immensum gloriamur de conuersione vestra per nos causata olim. Sed adhuc habentes,s.sumus[Spem,]magnificari in futuro,i.augeri gloriam nostrã;[Crescentis fidei vestræ in vobis,i.de si se vestra crescente & proficiente in melius per bona opera 1. Pet 2. Lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem &c.Et iterum secundo,Speramus magnificari in conuersione aliorũ per vos.Et ideo dicit;[In abundãtia,&c.] idest,in abundantia prędicationis,non solum in vobis,sed ẽt in illa loca quę vltra vos sunt:& hoc fm [Regulam nostram,].i. fm quod iniunctum est nobis a Christo,non solum euangelizare vobis,sed omnib.gentibus.Mar.vltimo.Euntes in mundum vniuersum,&c.Nec tñ sumus habentes spem in aliena regula,i. non speramus gloriari nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quasi dicat;[Non in illis quę præparata sunt ab alijs,]. i. quos alij duxerunt ad fidem,sed faciam fructum in illis, in quibus ab alijs non est prædicatum.Rom.15.Prædicaui Euangelium hoc,non vbi nominatus est Christus.Contra est,ꝙ Petrus prædicauit Romæ antequam predicaret ibi Paulus.Respondeo. Dicendum est, ꝙ non dicit hoc,recusans prędicare,vbi alius predicasset, sed dicit ꝙ intendit prædicare etiam,vbi non prędicasset aliquis. Cõsequenter cum dicit;[Qui autẽ gloriatur,&c.]Ostendit ꝙ non excedit mensuram suam,quantum ad id in quo gloriatur,dicens. Quia si ego glorior in eo in quo gloriandum est,non excedo.Cum autem gloriandum sit in Deo : [Qui gloriatur in domino glorietur.] Hierem.9.In hoc glorietur qui gloriatur,&c.Potest autem hoc exponi tripliciter. Vno modo,in dño glorietur vt ly, domino,denotet obiectum gloriandi,quasi dicat:ex hoc glorietur,quòd habet dominum amãdo & cognoscendo.Hierem.9. In hoc glorietur &c. Alio modo,glorietur in domino,idest secundum Deum : & hoc modo gloriatur,qui gloriatur de his,quæ Dei sunt, & non de malis,sicut ille de quo dicitur in Psal.51.Quid gloriaris in malitia? Alio modo,in domino glorietur, idest, ut gloriam suam reputet se habere a Deo, totum quod cedit ad gloriam suam referens in Deum 1.Cor.4.Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti,&c.Et sic accipitur hic cum dicitur;[Qui gloriatur, in domino glorietur.]Quasi dicat,glorior de prędictis,sed non quasi hoc a me habeam,sed a Deo.Et hoc etiam est mensura vestra:quia totum bonum uestrum habet ortum a nobis.Et uere in domino debemus gloriari,non nobis imputare gloriam nostram, sed Deo. Nã non:[Est probatus,].i.cõprobatus a Deo uel hominibus ille: [Qui seipsum cõmendat.]Prou.27.Laudet te,&c.Sed ille: [Quẽ Deus commendat,]i.commendabilem facit,bonis operib. & miraculis.Nã Deus est causa totius boni operis per homines facti.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus excusauit se de his quæ falso imponebantur sibi a Pseudo:hic consequenter ut confutet eos, scilicet Pseudo,& reddat authoritatem suam honorabilem, commendat se Corinthijs. Circa hoc autem duo facit. Primo, rationem suæ commendationis assignat. Secundo, ponit suam commendationem, ibi, [In quo quis audet, &cæt.] Circa primum tria facit.Primo,petit ut eius insipientia supportetur. Secundo,subdit necessitatem suæ commendationis, ut non insi-

F piens videatur,ibi[Aemulor enim vos &c.Tertio innuit quòd ex eo ꝙ sit insipiens,supportare debẽt,ibi [Iterum dico ne quis &c.] Circa primum duo facit. Primo,præmittit suum desiderium, vt petitio sua facilius exaudiatur.Secundo,ponit suã petitionem,ibi [Sed & supportate me.]Desiderium autem Apostoli est,vt Corinthij sustineant Apostolũ cõmendantem se.Et ideo per aduerbiũ optandi incipit,dicens[Vtinam sustineretis &c.] Circa quod sciendum est, ꝙ præcepta moralia sunt de agẽdis,quæ cũ sint particularia & variabilia,non possunt determinari vna cõmuni ratione & regula definite, sed oportet quandoque præter regulam communem aliquid facere, in aliquo casu emergente.Quando autẽ hoc modo fit aliquid pręter cõmunem

CAP. VII. LECT. I.

VTinam sustineretis modicũ quid insipientię meę, sed & supportate me. Aemulor enim uos Dei æmulatione. Despondi enim uos vni uiro,uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua: ita G corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate,quæ est in Christo Iesu.

regulã,sapientes qui causam huius considerant,non turbantur,nec reputant insipienter factum esse.Indiscreti vero & minus sapientes,non considerantes ex qua cã hoc ita fiat,turbantur, & reputant stulte factum fore,sicut patet:quia præceptum morale est,Non occides.aliquãdo tamen necesse est malos occidere.Et qñ hoc fit,sapientes cõmendant,vel non reputant male factum. Stulti autem & hæretici damnant,dicentes hoc esse male factum.Quia ergo ista lex moralis est,ꝙ homo non commendet seipsum,fm quod dicitur Prou.27.Laudet te alienus &c. Potest fieri in aliquo casu præter hãc cõem regulam,vt homo commẽdet se,& laudabiliter hoc H facit,& tñ indiscreti hoc reputant insipientiam.Vnde cum immineret casus,quo Apostolus deberet se cõmendare, hortatur eos ad hoc,ꝙ istud non reputent ei ad insipientiã,dicens[Vtinam sustineretis,]s.patienter[Modicũ insipientiæ meę]supportando me.Et dicit modicũ,quia si cõmendaret se sine causa,esset maxima insipientia.Et iterum,si cõmendaret se ex cã omnino vrgente,nihil esset ibi insipientię. Sed quia cõmendat se,licet ex causa, non tñ omnino vrgente,cum alio modo posset confutare Pseudo,& quia cõmendat se multum, vr ibi esse aliquid insipientiæ, & hoc est quod dicit[Modicũ insipientiæ meæ,]infra.12. Factus sum insipiens &c.Et licet sic sim insipiens [Tamen supportate me,] Et hoc debent facere,quia subditi debent supportare prelatos,& e conuerso Gal.6.Alter alterius onera &c.Ephe.4.Supportantes inuicem in charitate. Necessitatem autem commendationis ostendit dicens[Aemulor &c.]Et circa hoc tria facit.Primo ostẽdit huius- I modi commendationem prouenire ex zelo,ut excludat insipientiam.Secundo,dicit hunc zelum non esse inordinatum,ut ostendat discretionem,ibi[Timeo autem &c.]Tertio, excludit eorum excusationem,ibi[Nam si is qui uenit, &c.] Circa primum duo facit.Primo,ponit zelum quem habet ad eos sanctum,quia Dei. Secundo ostẽdit causam huius zeli,quia incumbebat sibi ex officio, ibi[Despõdi uos &c.]Est ergo zelus sanctus,quia[Aemulor uos,] idest diligo uos feruenter[Dei ęmulatione,]idest,ad honorẽ Dei, non meum.Circa quod nota,quòd æmulatio, prout est idẽ quod zelus,non aliud est quam quidam motus animi bonus uel malus, tendentis in statum proximi, & importat feruorem amoris. Et ideo consueuit sic definiri. Zelus est amor intensus,non patiens consortium in amato. Et siquidem non patiatur consortium in aliquo bono,puta,uitij,uel alicuius imperfectionis,sed singulariter illud solus vult habere,tũc zelus est bonus & æmulatio bona,de qua dicitur.1.Corinth.12. Aemulamini charismata &c. K Galatarum. 4. Aemulamini bonum in bono &cæt. 3. Regum 17.Zelo zelatus &cæt.Psalm.68. Zelus domus tuæ &cæt. Si uero non patiatur consortium in aliqua excellentia, uel in aliqua prosperitate mundi,quia aliquis singulariter vult eam sibi, tunc zelus est malus & æmulatio mala. Hoc autem bono zelo,seu æmulatione, aliquando quis æmulatur alios pro se, sicut uir zelatur pro uxore sua,quam sibi soli vult seruari. Aliquando uero zelatur aliquis pro alio, sicut eunuchus zelatur uxorem domini sui,ut custodiat eam sibi. Sic Apostolus populum suum, quem uidebat paratum ad præcipitium, & cum sponso Christo uellet prostitui diabolo, æmulabatur, ne Christus sponsus uerus in aliquod diaboli consortium pateretur. Et ideo dicit[Dei æmulatione,]quasi dicat.non pro me,sed Christo:qui est sponsus. Io. 3.Qui habet sponsam, sponsus est. 3. Regum 19. Zelo zelatus sum pro domino &cæt. Vnde autem Apostolo incumberet huiusmo-

huiusmodi æmulatio,ostendit dicens [Despondi.n.vos,&c.Quasi A diceret:merito vos æmulor Dei æmulatione, quia ego sum paranymphus huius matrimonii, quod est inter vos & Christum, quia ego despondi vos.i.feci sponsalia, quæ sunt per fidẽ & charitatem.Osee 2.Sponsabo te mihi,&c.Et ideo pertinet ad me custodire vos. Quicunq; ergo conuertit populum ad fidem,& ad iustitiam, despondet eos Christo. Despondi,inquam, nõ multis, quia quæ multis adhæret, polluitur. Hier.3. Tu autẽ polluta es, &c. Sed vni Christo.s.viro perfecto virtutis plenitudine. Zacha.6. Oriens nomen eius. Hier.31. Nouum faciet dñs super terrã,&c. Et dr Christus vir vnus, quia singularis & quãtum ad modum conceptionis,& quantum ad modum nascendi, & quantum ad gratiæ plenitudinem.Eccle,7.Vnum de mille,&c.Isti,inquam,viro despõdi vos exhibere virginem.Nota ꝙ a plurali ad singulare descendit,dicens; [Despõsaui vos] in plurali, [Et exhibere Virginem,] in singulari, volens ostendere ꝙ ex omnibus fidelibus fit unum corpus & vna ecclesia, q̃ debet esse virgo in omnib. mẽbris suis. Et ideo dicit; [Virginem castam.] In omnibus accipitur virginitas pro integritate mentis : nam aliqñ aliqua est uirgo corpore, quæ non est casta mente. Sic ecclesia exhibet se Christo virginẽ, qñ perseuerat in fide,& infra sacramẽta absque corruptione alicuius idolatriæ,& infidelitatis.Ezech.16. Ad oẽ caput viæ ædificasti signum,&c.Castam exhibet se,qñ existens infra sacramenta & in fide Christi,exhibet puritatem corporis & operis. Ephe.5.Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentem maculã, neque rugam,&c.Sed quia Corinthii possent dicere, non necesse est ꝙ custodias nos,& zelus tuus nõ est rationabilis, quia nos bene seruabimus nosmetipsos: ideo consequenter causam huius zeli ostendit,dicens; [Timeo aũt,&c.Vbi sciendum est,ꝙ in paradiso fuit coniugium Adam & Euæ. Sed Eua corrupta fuit per serpentem non violenter,sed astute,inquantum promisit falsum & suasit iniquum.Falsum quidem, cum dixit. Eritis sicut dij, & nequaquam moriemini : cum tñ ex hoc ipsi incurrerint necessitatem mortis. Iniquum vero,ut transgrederetur, & præteriret mandatum Dei.Et secundum hanc similitudinem Apostolus loquens,dicit ecclesiam esse sicut Euam, quam diabolus aliqñ persecutus est,manifeste per tyrannos & potestates,& tunc sicut leo rugiens, circuit quærens quem deuoret,ut dr 1.Pet.5.Aliqñ molestat ecclesiam latenter per Hæreticos, qui promittunt veritatẽ & simulant se bonos,& tunc sicut serpens seducit astutia sua promittendo falsa.Et ideo dicit. [Timeo ne sicut serpens Euam seduxit] a paradiso eam eijciens. [astutia sua promittendo falsa.1. Tim.2.Adam non seductus,sed mulier, [Ita,].i.per similes deceptiones Hæreticorũ [Corrumpantur sensus vestri;] Et dicit sensus vestri,quia sicut in matrimonio carnali cauet sponsus,nec cõiux corrũpatur carnaliter, ita Apostolus in hoc matrimonio spirituali,timet ne corrumpatur spiritualiter sensus cordis. 1. Cor. 15.Corrumpunt bonos mores,&c.Vel sensus spirituales, de quibus Sap.1.Sentite de domino, &c.1.Cor.14. Nolite pueri effici sensibus, [Et excidant a simplicitate,q̃ est in Christo Iesu.] Simplex enim est illud,quod compositione caret. Pseudo ergo cõponebant vnam sectam ex Iudaismo & euangelio,mãdantes simul cum euangelio seruari legalia. Illi ergo excidunt a simplicitate Christi, qui seducti a Pseudo, simul cum Euangelio seruant legalia, & hoc timebat Apostolus de Corint.Eccles.2. Vę peccatori ingredienti terram duabus viis, & econtra. Prouerb.11. Simplicitas iustorum diriget eos.

LECTIO II.

NAm si is,qui venit, alium Christum prędicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis B apostolis. Nam & si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autẽ manifestus sum uobis. Aut nunquid peccatum feci me ipsum humilians, vt uos exaltemini? quoniam gratis euangelium Dei euangelizaui uobis, alias ecclesias expoliaui, accipiens stipnedia ad ministerium uestrum.

LECTIO II.

POsito zelo quem ad Corinthios habebat Apostolus, & ostẽso zelum esse rationabilem:hic consequenter remouet eorũ excusationem.Et circa hoc duo facit.Primo,proponit eorũ excusationem. Secundo uero, remouet eam, ibi, [Existimo enim me, &c.Circa primum sciendum est, ꝙ Corinthij possent suspicari ꝙ ideo zelum haberet de eis, quia timeat ne dimittãt doctrinam Pseudo : vnde possent dicere; constat ꝙ minus bona sunt dimittenda propter magis bona,ergo si Pseudo meliora doceant,non debes turbari,sic acquiescimus eis.Et ideo hanc excusationẽ ponit ostendendo, ꝙ nihil maius quam Apostolus docent & predicant. Nam Apostolus tria prædicauit eis, & docuit eos. Primo, quod essent Christi: supra 4. Non enim prædicauimus nosmetipsos,sed Christum Iesum. Secundo, ꝙ haberent spiritum Christi.Rom.8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Tertio, ut reciperent euangelium Christi. Roman.1.Non enim erubesco euange. &c. Si ergo Pseudo meliora uobis prædicarẽt, & vos docerent, recte faceretis, & excusabiles essetis: sed hoc non faciunt. Et hoc est quod dicit; [Nam & si is qui &c.] q.d. Timeo ne Pseudo, qui venit ad vos non missus, sed ex se,sicut fur & latro.Io.10.Quotquot uenerũt, fures sunt, & latrones. Hier.23. Non mittebã eos,& ipsi currebant.Ro.10. Quomodo prædicabũt nisi,&c.Si, inquam, talis prædicator prædicat uobis; [Alium Christum] s. excellentiorem quam illum quem nos prædicauimus,quod non potest esse, quia ut dicitur Corint;8.Vnus dominus noster Iesus Christus per quem omnia,&c.Et hoc quãtum ad primum, [Aut alium spiritum,] s.meliorem, [Accepistis,] s.per talem, quã accepistis.s.per nos, idest ministerio nostro, quod non potest esse, quia ut dicitur 1. Corin.12. Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus,&c.Et hoc quantum ad secundum. Aut prædicat uobis, [Aliud euangelium,]i. aliam prædicationem, uel doctrinam, quam per nos, [Non recepistis.] Gal.1.Miror quòd sic eam cito transferimini, &c.Si inquam, alia & meliora facerent uobis recte. [Pateremini,] i.faceretis excusando vos. Et quia non potest eis aliud euangelium.i.melius tradi; ideo Apostolus excommu- C nicat Galatas,si aliud euangelium recipiant.Gal.1. Siquis aliud vobis euangelizauerit,&c.Consequenter cum dicit;[Existimo.&c.Remouet hanc excusationem.Et circa hoc duo facit.Primo, ostendit quod ipse non minus fecit eis quam alii.Secundo,quod plus, ibi, [Aut nunquid, &c.] Circa primum tria facit. Primo, ostendit quod nihil minus fecit facto, quam alii Apostoli. Secundo,innuit, quòd non defuit ei facultas ad hoc faciendũ, ibi [Nam & si imperitus sermone, &c.] Tertio, ostendit euidentiã vtriusque, ibi, [In omnibus autem, &c.] Dicit ergo, Recte pateremini uos seduci ab eis, si melius prædicarent uobis; sed hoc non est uerum;[Enim,]idest,quia,[Existimo me nihil minus fecisse in his a magnis Apostolis,] idest, quam Petrus & Ioannes, quos isti habebant magnos. Et comparat se magnis Apostolis, tum,quia Paulus videbatur, & reputabatur ab eis minor quã illi eo quod illi fuerant cum Iesu,& Paulus non: tum ẽt, quia Pseudo dicebant se missos ab eis, & ideo ostendẽdo se parem magnis D Apostolis,istorum errorem remouet,& Pseudo confutat.Et non solum nihil minus fecit,sed plus 1.Corin,15. Plus omnib.laboraui. Et ne forte dicerent ei. Vnde tibi est facultas ad hoc faciendum cum sis imperitæ linguæ? Ostendit, quod ei facultas affuit ex magnitudine scientiæ,dicens, [Licet sim imperitus sermone, tamen non sum imperitus scientia.] 2.Pet.vlti. Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum sapientiam. Sed hoc sciendum est,quòd Pseudo quærentes gloriam propriam, & lucra sectantes,nitebantur attrahere populum per ornata & subtilia, & exquisita verba,non attendentes nisi solum aures permulcere. Apostolus vero,quia non quærebat utilitatem propriam, sed solum dilatationem fidei Christi, & profectum eius,ita proponebat uerbum fidei,ut oẽs possent capere,conformans se conditioni audientiũ & capacitati. Vnde, quia isti in principio non erant capaces altæ doctrinæ,proposuit eis fidem,non in subtilitate sermonis,sed eo modo quo capere possẽt.s.plane & aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitum sermone. 1.Corin.2.Non in sa- E pientia uerbi,&c.Et propter hoc dicit Apostolus,licet sim imperitus sermone,ut uobis uidetur,hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter uos ex quadam dispensatione,quia tanquam paruulis in Christo lac potum dedi uobis,&c. Vel dicendum ad literã, quod Apostolus fuit balbus,& ex hoc Pseudo deridebant eũ. Et ideo dicit,[Et si imperitus sermone,] i.impeditæ linguæ, non tñ sum,] Imperitus scientia.Exo.4. Impeditioris, & tardioris linguę sum.Quod aũt nihil minus fecerim a magnis Apostolis,euidenter apparet per ea,quæ feci uobis.Et ideo dicit, [In omnibus prædictis manifestatus sum in uobis, qui experti estis,quæ per me fiũt 1. Cor.9. Signaculum Apostolatus mei uos estis in dño. Et infra 12.Signa tñ Apostolatus mei facta sunt super uos, &c. Consequenter cum dicit, [Aut nunquid peccatum, &c.] Osten-

dit ꝙ plus fecit quàm omnes alii,& hoc, quia pdicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primo, ponit factũ. Secundo causam facti assignat, ibi, [Quare? quia non diligo vos? &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit factum quantum ad præteritũ. Secundo, quantum ad futurum, ibi, [Et in omnibus &c.] Factum aũt præteritum ostendit dupliciter. Primo, in generali. Secũdo, in speciali, ibi, [Qm̃ gratis, &c.] Dicit ergo. Rectè dico, ꝙ nihil minus, feci ab illis, nisi forte hoc reputetis male & minus factũ, quia diminui de authoritate mea non accipiens sumptus a uobis: sed si hoc esset malum fecissem. Et ideo ostẽdit, ꝙ non est malum. Et hoc est ꝙ dicit; [aut nũ quid peccatũ feci,] i. nũquid peccaui? [Humilians meipsum,] & diminuens de authoritate mea? q.d. non Eccle. 3. Quanto maior es,&c. 1. Cor. 9. Cum essem liber,&c. Matt. 18. Qui humiliauerit se,&c. Ratio aũt humiliationis meæ est, non propter lucrũ proprium, sed propter promotionem vestram. Vnde dicit; [Vt vos exaltemini,] i. in fide confirmemini. Corinthij aũt auari erant, & ideo si a principio accepisset sumptus, forte destitissent a fide. Item, Pseudo pdicabant propter quæstum. Vt ergo Corinthij reciperent apostolum,& Pseudo auferret occasionẽ quæstus, gratis pdicauit eis sine sumptibus proprijs. Hoc aũt quod dixerat in generali, manifestat in speciali, ibi: [Qm̃ gratis, &c.] Et facit duo. Primo, ostẽdit qũo sine sumptibus pdicauit eis in primo aduentu ad eos. Secundo, ostendit ꝙ idem fecit in mora, quã apud eos contraxit, ibi. [Et cum essem &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. s. humiliationem dicens; [In hoc humiliaui meipsum qm̃ euangelizaui vobis gratis,] i. sine sumptu, non aũt sine mercede: quia hoc non est laudis, licet. n. omnes possent capere sumptus personæ ab eis, quib. proponunt verbum Dei, nullus tñ prædicare debet pro mercede & quæstu. Secundo, quia possent dicere isti. vnde ergo accepisti sumptus? Rñdet, ꝙ ab alijs ecclesijs, dicẽs, [Ecclesias alias expoliaui accipiens ab eis stipendium ad ministerium nostrum.] Ex hoc conuincit eos, ꝙ non possunt dicere Apostolo, ꝙ non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab aliis ad seruitium eorum, multo magis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc ẽt apparet, ꝙ legatus papæ visitans unam partẽ legationis, potest accipere stipendia. Et ꝙ dominus Papa pro necessitate vnius patriæ, potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. Ratio est, quia ecclesia est sicut vnum corpus. Videmus autem in corpore naturali, ꝙ natura quando deficit virtus in uno membro, subministrat humores & virtutem, accipiens ab alijs membris.

LECTIO III.

ET cum essem apud uos, & egerẽ, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui uenerant a Macedonia, & in omnibus sine onere me uobis seruaui, & seruabo. Est ueritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio nõ infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia nõ diligo uos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniãtur sicut & nos. Nam eiusmodi Pseudo apostoli, sunt operarij subdoli, transfigurãtes se in apostolos Christi. Et non mirum. ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secũdũ opera ipsorum.

LECTIO III.

OStenso ꝙ qñ primo eis prædicauit in ipso aduentu, euangelizauerit eis gratis; hic ostendit, ꝙ nec etiam contrahendo moram apud eos, accepit ab eis sumptus. Et primo hoc ostendit. Secundo vero, rñdet cuidam tacitæ q̃stioni, ibi, [Nã quod mihi, &c.] Dicit ergo. Non solum qñ primo ueni ad uos, nõ accepi a vobis sumptus: sed ẽt; [Cum essem apud uos diu,] Et ẽt, [Egerẽ,] ut ostẽdat ꝙ non dimisit eis sumptus pp diuitias; [Nulli onerosus fui] aliquid ab aliquo accipiẽdo. In quo apparet causa, quare dimisit, quia Cor. pp auaritiã eis innatã, reputabant sibi onus ministrare sumptus 1. Cor. 9. Non sumus vsi hac potestate: sed oĩa sustinemus,&c. Sed possent isti dicere. vnde ergo habuisti necessaria? Et ideo rñdet dicens, ꝙ ab aliis ecclesijs. Ideo. s. nihil accepi: [Quia] illud, Quod mihi deerat. s. a ptio quod lucrabatur nocte laborando manib. suis, apud Aquilã & Priscam. erat. n. scenofactoriæ artis per quã lucrabatur sibi necessaria. Act. 2. Ad ea, q̃ mihi opus erãt,&c. Illud ergo quod dixerat non dedistis uos, sed [Suppleuerũt fratres qui uenerunt a Macedonia] s. Philippenses qui erãt ualde liberales. Vnde, de hoc in epist. ad Philippenses cõmendat eos. Phil. 4. Nulla ecclesia cõicauit mihi in rõne dati, & accepti, ni si uos. Sed Corinthij erant auari. Consequenter cũ dicit. Et in omnib. sine onere,&c.] Ostendit, qũo se habebit in hoc ad eos in futurum dicens, ꝙ ẽt sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit suã rationem cõem. Secũdo

F confert eam. ibi. [Est ueritas Christi,&c.] Dicit ergo, non solum feci hoc. s. ꝙ gratis vobis euãgelizaui & nulli onerosus fui, sed & in omnib. seruabo me uobis sine onere, sicut vsq; modo seruaui, nõ dure reprehendendo, non seuere corrigendo, nec vestra accipiendo. Act. 3. Argentum,& aurum, & vestem nullius concupiui. Nume. 16. Tu scis, ꝙ nec asellum quidẽ accepi ab eis, dicit Moyses ad dñm. Samuel dicit. 1. Reg. 12. Loquimini de me ... oppressi, &c. Et ꝙ ita facturus sit, cõfirmat ex duobus. Primo ex eo, qui loquitur in ipso. s. Christo, q est ueritas, a qua non potest esse falsum. Et ideo dicit, [Est ueritas Christi in me,&c.] q.d. Hoc ꝙ dixi uerũ est, quia veritas Christi loquitur in me,&c. Hoc infra vlt. An experimentum quæritis eius qui in me,&c. Vel hoc potest accipi per modum iurantis, q.d. Deus qui est ueritas & est in me scrutans corda, est mihi testis, ꝙ ita seruabo me. Rom. 1. Testis est mihi Deus, &c. Secundo ex eo, ꝙ non intendit minuere gloriam suam, sed augere. Apostolus. n. attribuebat sibi apud Christum ad magnã gloriam, ꝙ ipse solus inter Apost. sine sumptu prædicabat Corin. Et ideo dicit; [Ideo seruabo me sine onere, Qm̃ non infringetur,] i. non minuetur. [in me hæc gloria,] ꝙ. s. gratis prædico vobis, & ꝙ a licitis abstineo, propter salutem vestram, quæ quidẽ est gloria Christi, quia ipse glorificatur per hoc in me, uel quia ego hãc gloriam habeo specialiter apud Christum, quę quidem refrigeretur; [In regionibus Achaiæ,] ubi Cor. erat metropolis, si recepisset ab eis, quia auari erant: habitabant enim in maritimis, & erant intenti mercationibus,& tales cõsueuerunt esse auari. Cor. 9. Bonum est mihi magis mori; quàm ut gloriã meam quis euacuet. Cõsequenter cum dicit: [Quare? quia non,&c.] Ponit causam, quare nõ accepit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit falsam causam. Secundo astruit veram, ibi, [Quod aũt facio,&c.] Circa primum sciendum est, ꝙ Pseudo imponebant Apostolo, ꝙ ideo non recipiebat a Corin. sumptus, quia non diligebat eos,& quia non intendebat eis benefacere, & seruire. Dicit ergo, [Quare?] s. hoc facio, [Quia nõ diligo vos?] idest pro odio quod habeo ad uos; sicut dicunt Pseudo?] Deus scit] ꝙ diligo uos,& ꝙ non pro odio hoc facio. Io. ult. Domine tu scis, quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa, sequitur uera, ibi, [Quod autem facio,&c.] Et circa hoc duo facit. Primo ponit ueram causam. Secundo rationem huius assignat, ibi, [Nam eiusmodi pseudo &c.] Circa primum sciendum est, ꝙ Pseudo, ut dictum est, quærebant lucra & gloriam propriam. Et ideo, vt in reuerentia haberentur, nitebantur exterius sequi vestigia Apostoli, vel ẽt si potuissent, excellere ipsum. Dicit ergo Apostolus. [Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur;] vt nihil accipiant. Et quia sciebat, ꝙ Pseudo prædicabant, ut acciperent, & per consequens, ꝙ non prædicarent si deficeret eis lucrum, dicit, [Quod facio,] ideo facio. [Et faciam hoc,] non propter odium, sed, [Vt amputem occasionem eorum,] scilicet Pseudo, accipiendi vestra, eorum scilicet Pseudo: [Qui uolunt] supple meo exemplo, habere, [Occasionem] accipiendi vestra. Sciebat enim secundum Ambros. ꝙ si non acciperent, non diu prædicarent. Econtrario dicitur. Prouer. 9. Da occasionem sapienti,&c. Et hoc: [Vt tales inueniantur,] scilicet Pseudo; [Sicut & nos,] scilicet non accipientes pecunias, sicut & nos non accipimus. In quo quidem ipsi gloriantur, scilicet quòd imitantur nos, & ego nolo si perfectè volunt nos imitari, quòd accipiant. 1. Corinth. 7. Volo omnes homines esse sicut & me. s. non accipientes; [Vt in quo, &c.] Hoc legitur tripliciter. Vno modo sic, ut inueniantur tales, supple sicut & nos, non accipiendo sicut nec nos accipimus,& per consequens a prædicatione cessando, [In quo,] scilicet esse tales, sicut & nos, gloriantur, contendebant enim esse similes veris Apost. Secundo modo sic, vt in eo in quo gloriantur, idest accipiendo, quia hoc solũ quærebant, inueniantur sicut & nos, idest similes nobis, cessando scilicet, & desistendo ab acceptione, ut nobis assimilentur. Tertio modo sic: [Vt in eo in quo gloriantur,] scilicet in non accipiendo, dicunt enim se nihil accipere, inueniantur sicut & nos, idest non meliores nobis, ne scilicet possint se in hoc nobis præferre. [Nam eiusmodi,] hoc continuatur, tripliciter, Primo modo sic,

sic, ita gloriantur & contendunt, nõ sicut nos. Nõ eiusmodi &c. Secundo modo sic. & vere desistant accipere, Vt nobis assimilentur. Nam eiusmodi &c. Tertio modo sic, Ita in non accipiendo gloriantur, ut nobis similes videantur. Posita aũt vera causa, probat eam consequenter dicens [Nam eiusmodi &c.] Ostendens quo student assimilari Apostolo. Et circa hoc tria facit. Primo ponit causam. Secundo probat eã, ibi; [Sed nõ mirũ.] Tertio consequenter ostendit differentiã Pseudo, ad ueros Apostolos, ibi; [Quorum finis &c.] Dicit ergo: Rectè dico, ꝙ hoc facio, vt amputem eis occasionem accipiendi, Nã eiusmodi Pseudo Apostoli sunt operarij scilicet fal. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. [Subdoli,] i. callidi & vulpini sub specie religionis decipientes. Ezec. 13. Quasi vulpes in desertis &c. Capite nobis vulpes paruulas, q̃ demoliuntur vineas &c. Cant. 2. Matt. 7. Veniunt ad uos in vestimentis ouium &c. Et hoc est quod dicit [Transfigurantes se in Apostolos Christi,] i. exterius portantes signa bonorum Apost. 2. Tim. 3. Habẽtes quidem speciem pietatis &c. Et hoc probat, quia sicut veri Apost. mittuntur a Deo & informãtur ab ipso, sic [Sathanas transformat se in angelum lucis,] qui est dux & incẽtor eorum, ostendens se esse, vel angelum Dei, vel aliqñ Christũ; Non est ergo mirum neque magnum si ministri eius. s. in Pseudo, [Transformant se] in ministros iustitiæ, i. simulant se esse iustos. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius &c. Notandum aũt est, ꝙ Sathanas transfigurat se aliqñ visibiliter, sicut B. Martino, ut deciperet eum,& in hoc modo multos decepit. Sed ad hoc ualet & necessaria est discretio spirituũ, quã specialiter Deus cõtulit B. Antonio. In hoc tñ potest cognosci, qd Sathanas sit, quia bonus angelus in principio hortat̃ ad bona,& perseuerat in eis: sed malus in principio quidẽ ptendit bona, sed postmodũ volens explere desideriũ suum,& quod intendit. s. decipere inducit & instigat ad mala. 1. Ioan. 4. Omni spiritui nolite credere &c. Et ideo, Iosue cum videret angelum in campo suo dixit. Iud. 5. Noster es, an aduersariorum? Aliud ẽt signum est, ꝙ bonus angelus, & si terreat in principio, tñ statim consolatur, & confortat sicut Zachariam. Luc. 1. Nec timeas Zacharia. Et ad B. Virginem dixit, Ne timeas Maria &c. Malus aũt angelus stupefacit & desolatum dimittit. Et hoc ideo, ut stupefactũ facilius decipiat & persuadeat sibi. Aliqñ autem transfigurat se inuisibiliter: & hoc qñ ea, quæ in se mala sunt, facit apparere bona, peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiã. Prouerb. 14. Est uia, quæ vr̃ homini recta &c. Sic decepit monachũ quendam, qui cum proposuisset in animo suo nũquam exire cellam, suggessit ei diabolus, quod bonum esset, quod exiret ad ecclesiam & reciperet corpus Christi. Cui suggestioni cõsentiens, propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse diabolum gloriatus est monachus, ꝙ non deceperat eum, quia ad bonum ierat, & tñ iam remouit eum a proposito continue standi in cella. Postmodum vero, iterum suggessit ei, quod pater suus esset mortuus,& diuiserat sibi multas diuitias distribuendas inter pauperes, quod iret ad ciuitatem, ad quã cum iret, nunquam rediit ad cellam, & mortuus est in peccato. Vnde, valde difficile est, quod homo caueat sibi, & ideo recurrendum est ad adiutorium diuinum. Iob. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius &c. q.d. Nullus nisi Deus. Consequenter ponit ministrorum,& malorum, & bonorum differentiam; quæ consistit in hoc quod [Finis illorum,] s. ministrorum Christi, & Sathanæ erunt [Secundum opera eorum.] Nam finis bonorum erit bonus, & malorum erit malus, & boni inducuntur ad bonum, & mali ad malum. Phil. 3. Quorum finis interitus &c. Item boni recipient bona, & mali mala. Supra 5. Omnẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

LECTIO III.

ITerum dico (ne quis me putet insipiẽtem esse: alioquin veluti insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier) quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriãtur secundum carnem, & ego gloriabor. Libẽter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim siquis vos in seruitutẽ redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

LECTIO QVARTA.

SVpra Apostolus induxit Corinthios, ut patienter sustinerẽt suam commendationem, ostendens, quod hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos; & quia zelus ille erat rationabilis & ordinatus; hic autem consequenter ponit aliam rationem, per quã ostendit, quod dato, quod insipienter ageret, nihilominus tamen deberent eum supportare. Vnde in ista ratione procedit, ex sup-

A positione stultitiæ, In hac aũt parte duo facit. Primo. n. proponit suam petitionem. Secũdo, rationem dictorũ assignat, ibi, [Quod loquor,&c.] In petitione aũt sua duo facit. Primo enim petit, ꝙ non reputent eũ insipientem, quod pertinet ad præmissam rõnẽ. Et ideo dicit, [Iterũ dico,] ꝙ ex quo zelus meus est rõnabilis, & ego rõnabiliter cõmẽdo me, [Ne quis,] s. vestrum: [Me reputet insipientem.] Secũdo, petit, ꝙ dato, ꝙ insipiẽter agat, tñ supportet eũ, & hoc pertinet ad rationem hãc. Et ideo dicit; [Alioquin,] i. si non rõnabiliter cõmẽdo me,& penitus velitis me ex hoc insipientem reputare, tñ; [Accipite,] i. supportate me, [Velut insipiẽtẽ,] Et dicit; [Velut;] Quia licet ipsi reputent eũ insipientem, in hoc tñ in rei veritate non est insipiens. Accipite me, inquam, velut insipientem; [vt & ego modicum quid glorier.] Et dicit modicum, quia infra cõmẽdauit se de gloria, q̃ est ẽm carnem, q̃ valde modica est. Iob 25. Homo putredo & filius hominis vermis. Eccles. 10. Quid superbis terra & cinis? Rõnem aũt dictorum assignat, dicens, [Quod loquor &c. Dixerat aũt tria. Primo, quia supponit insipienter commẽdasse seipsum. Secundo, ꝙ vult gloriari. Tertio, ꝙ sustineant eũ. Et horum trium rõnem assignat. Et primo de hoc, ꝙ supposuit insipienter cõmendare se. Secundo, quare uult gloriari, ibi, [Qm̃ multi gloriãtur &c.] Tertio, ꝙ debeãt eũ supportare, ibi: [Libenter. n. suffertis, &c.] Dicit ergo primo. Rõ quare debetis insipiẽtem accipere me, est quia illud quod loquor in hac substantia gloriæ. i. cõmẽdatione carnis, q̃ a quibusdam appetitur, ac si per eam debeant subsistere, [Nõ loquor ẽm Deum, sed quasi in insipientia. Et dicit ex hypostasi, sicut illud ꝙ supra dixit, velut insipientẽ. Vnde ibi posuit, velut, hic posuit, quasi. Ac si diceret, si non rationabiliter cõmendarem me, tũc illud: [Quod loquor] in cõmendatione mea; [Non est ẽm Deum,] i. ẽm rõnem diuinæ sapientiæ. Et tunc merito acciperetis me, non ẽm Deum loqui, sed insipienter. sup. 10. Non. n. qui seipsum cõmendat, ille probatus est,&c. Prou. 27. Laudat te alienus,&c. Rationem aũt suæ cõmẽdationis & gloriæ ostendit, subdens; [Qm̃ multi gloriantur,&c. Vbi sciendum est, ꝙ Pseudo, quia ex iudæis erant, gloriabantur ẽm carnem, dicentes se esse filios Abrahę,& ex hoc uolebant haberi in reuerẽtia a Corinthijs & authoritate. Dicit ergo Apostolus, dato ꝙ sit insipientia, ꝙ glorier ẽm carnem, tñ qm̃ multi. s. Pseudo; [Gloriantur ẽm carnem,] & ego ẽt gloriabor ẽm carnem. Prou. 26. Responde stulto ẽm stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Sed contra est, quia Seneca dicit, Summa malorum est, ꝙ ad exemplum viuit̃ malorum. Et Exod. 23. Non sequaris turbam, ad faciendum malum. Non ergo apostolus debet gloriari ẽm carnem, eo ꝙ Pseudo gloriẽtur. Rñdeo. Dicendum est, ꝙ licet sit eadem materia gloriationis, non tñ est eadem intentio & idem finis, quia Pseudo cõmendabant se propter gloriã propriam,& vt ipsi haberentur in authoritate,& possent lucrari, Apostolus aũt gloriabatur, vt verbum Dei per eum pdicatum, esset maioris authoritatis,& ponderis, & fructũ faceret Christo. Rationem aũt, quare debeant eum supportare, subdit dicens: [Libenter. n. suffertis,&c.] Et primo ponit rationem hanc, ꝙ. s. debeant eum supportare. Possent enim dicere: Quare debemus te supportare si es insipiens? Et dicit Apostolus ꝙ ideo, quia cum vos ipsi sitis sapientes in oculis vestris & in vestra reputatione, [Libenter suffertis. i. estis consueti supportare: [Insipientes,] Pseudo. s. Secundo ostendit, in quo supportent insipientes. Et ponit quinq; grauia, quæ sustinebant a Pseudo. Primũ est iugiũ seruitutis. Et quãtum ad hoc dicit, [Sustinetis enim si quis.] i. aliquis Pseudo. [Redigit vos in seruitutem] q.d. per Christum libertati sustis a seruitute legis, q̃ est in timore,& reducti estis in libertatem filiorum Dei, quæ est in charitate. Galat. 4. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Et tñ uos sustinetis Pseudo, qui ex huiusmodi libertate redigunt vos in seruitutẽ legis, quia cogunt vos seruare legalia. Gala. 5. Nolite iugo seruitutis,&c. Multo ergo magis debetis sustinere me, qui volo uos præseruare in libertatem Christi, quàm Pseudo, qui uolunt vos reducere in seruitutem legis. Secundum est graue valde. s. ꝙ Pseudo uiuunt de bonis vestris laute, nos uero non. sup. 8. Nõ ut aliis sit remissio,&c. Et ideo dicit. [Siquis deuorat. Matth. 23. Væ, qui comeditis domos viduarum, &c. Tertium graue est, deprædatio & expoliatio: quia isti ad literam blandis uerbis,& prætextu pietatis accipiebant

piebant

Universidad de Deusto Biblioteca

probant eis omnia; & quantum ad hoc dicit; [Siquis accipit,] i. blande decipit subtrahendo vestra. Rom. 16. Per blandos sermones seducunt corda insipientium. Quartũ graue est, nimia iactantia super eos cum Corinthiorum contemptu. Ideo dicit; [Si quis extollitur] iactando se importune. Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione, &c. Quintũ graue est, illatio opprobriorũ. Nam Pseudo non solũ tã grauia eis inferebãt, sed super hoc addebant improperia dicentes eis iniurias, & maxime de ignobilitate. Nã quia ipsi erant Iudæi, & cultores vnius Dei, dicebant se nobiles esse, & Corinthios ignobiles, quia non erant de semine Abrahæ, nec circuncisi, & ꝙ de idolatris. Et quantũ ad hoc dicit: [Si quis in faciẽ vos cædit,] i. coram vobis infert contumelias, & dicit iniurias. Et huiusmodi iniuriæ sunt secundũ ignobilitatem, quam vobis obiiciunt, vel ignominiam quam inferunt, & tñ illos sustinetis, & nos non; [Quasi nos fuerimus infirmi in hac parte gloriæ,] quã attribuistis eis, præferendo eos nobis, præsertim cum Pseudo dicant, ꝙ ideo nos non dicimus, nec facimus vobis ista, quia nos sumus infirmi in hac parte. i. quia sumus ignobiles. 1. Cor. 4. Nos infirmi, vos fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.

LECTIO V.

IN quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego, Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis supra modũ: in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus, accepi. Ter virgis cęsus sum, semel lapidat⁹ sum, ter naufragium feci, nocte, & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

LECTIO V.

POsitis rationibus suæ cõmendationis, & causis, quare supportandus est; hic consequenter incipit se cõmendare. Et circa hoc duo facit. Primo. n. adæquat se Pseudo, & aliis, qui cõmendabant se. Secundo, præfert se eis, ibi: [Vt minus sapiẽs, &c.] Adęquat aũt se Apostolus eis in gloria. Est aũt gloria duplex. Vna secundũ carnem; quæ modica est, & contemnenda. Vnde ipse dicit Philip. 3. Sed quæ mihi fuerunt lucra arbitratus, &c. Alia est ẜm Christum, quia magna gloria est sequi Dñm. Eccl. 23. Et hæc est quærenda. Gal. vlt. Mihi absit gloriari nisi in cruce, &c. Et ideo Apostolus adæquat se eis quantum ad utranque gloriam. Et primo quantũ ad primam. Secundo, quantũ ad secundam, ibi: [Ministri Christi, &c.] Et primo adæquat se eis in generali, dicens, Recipiatis me insipientem, si tñ insipiẽtia est. Ex hypothesi. n. loquor, quia si quis ausus est pſumere de se, & cõmẽdare se, & ego possum bene audere, & cõmendare me in eodem, in quo ipse cõmendat se, quia non subest eis maior causa suæ cõmendationis, quàm mihi. Et hoc; [Dico in insipiẽtia,] i. dico, ꝙ insipiẽter agã, tñ ipse sapienter ageret, cũ hoc non faceret pro sui iactantia, sed vt pseudo humiliaret, supra eodẽ. Existimo me nõ minus fecisse a magnis Apostolis, &c. Secũdo, cũ dicit; [Hebræi sunt, &c.] Adęquat se eis in speciali, ostendens per singula se parem eis esse, in quib. pseudo gloriabantur. Cõmendatio aũt istorũ, & gloria erat de trib. Primo de natione, & lingua, quia dicebãt se Hebræos. Secundo de genere, quia dicebant se esse de genere Israel. Tertio de promissione, quia dicebãt se esse participes promissionis Abrahæ, cum essent de semine eius. Et quantũ ad hæc tria adæquat se eis. Primo, quantũ ad nationem, & linguã, dicens: [Hebræi sunt & ego,] s. lingua, & natione. q. d. ita sicut ego illi. Et notãdũ est, ꝙ secundum quod quidam dicunt, Hebræi dicuntur ab Abrahã, quia ante eum de facili nõ inuenitur illud nomen. Potest tñ dici & forte melius, ꝙ dicuntur a quodã Heber, de quo habetur Gen. 11. Vixit Sale 30. annis, & genuit Heber. Et sequitur. Vixit Heber 33. annis, & genuit Phalech. Et tempore eius fuerunt diuisæ linguæ, & lingua Hebræorum remansit in familia sua. Secundo adæquat se eis quãtum ad genus, dicens; [Israelitæ sunt & ego.] s. secundum ritus. Tertio, quantum ad tertium, dicens: [Semen Abrahæ sunt, & ego.] Et de illis tribus dr Phil. 3. Si quis alius sibi confidere vr, ego magis; circuncisus 8. die. Quantum ad tertium, ex genere Israel de tribu Beniamin, quantum ad ẜm. Hebræus ex Hebræis, quantum ad primum. Rom. 11. Nam ego Israelita sum ex semine Abrahæ, &c. Sic ergo patet, ꝙ nõ sum minor eis quantum ad gloriam, quę est secundum carnem. Sed nec ẽ quantum ad gloriam, quæ est ẜm Christũ, quia Ministri Christi sunt,] i. dicũt se sic, vt decipiãt vos, & ego sum minister Christi 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, &c.

F Supra 3. Qui & nos idoneos fecit, &c. Consequenter cum dicit [Vt minus sapiẽs, &c.] Præfert se omnibus Apostolis, & pseudo. Et primo quantum ad mala perpessa. Secundo, quantum ad beneficia recepta, & hoc 12. cap. ibi; [Si gloriari oportet, &c.] Circa primum duo facit. Primo præfert se quantum ad mala, quæ pertulit. Secundo, quantum ad modũ quo illa vitauit, ibi; [Damasci præpositus.] Circa primum tria facit. Primo, proponit se [illegible] præferendum. Secundo, ostendit, in quo sit preferendus, ibi; [Quia in laboribus, &c.] Tertio, confirmat quædam dictorum, ibi; [Si gloriari oportet, &c.] Dicit ergo, Si videor insipiens vobis, quia commendo me, & adæquo me aliis, quanto magis videbor vobis insipiens, si præferam me eis? Et ideo dicit; Non solum sum minister Christi, sicut & illi, sed vt minus sapiens, secundum vestrum iudicium, dico, ꝙ ego sum plus minister Christi, q̃ illi, & quantum ad hoc dicit se præferendum esse. Rom. 11. Ministerium meum honorificabo, præponendo. s. illud ministerio aliorum. In quo autem sit præferendus, ostendit dicens; [Quia in laboribus, &c.] quasi dicat, in hoc plus ego, quia sum magis ostensus minister Christi In hoc primo, quantum ad mala illata. Secundo, quantum ad mala sponte assumpta, ibi; [In itineribus sæpe.] Mala autem illata primo ponit in generali, dicens: [Plus ego,] sum. s. ostensus minister in laboribus plurimis, quã illi, & si aliquos labores pertulerint. 1. Cor. 15. Abundantius omnibus illis laboraui. Secundo, H enumerat ista mala in speciali, & hoc primo quantum ad carceris squalores. Quia, [In carceribus abundantius,] s. quam illi. Act. 16. Cum multas plagas illis intulissent. s. Paulo, & Sylæ, miserunt in carcerem. Secundo, quantum ad flagellorum dolores, quia; [In plagis,] s. ostensus sum; [supra modũ,] aliorum. s. supra modum humanæ virtutis, vel supra modum humanæ consuetudinis. Supra 11. [In plagis, in carceribus, &c.] Sed contra. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari supra id, &c. Non ergo supra modum humanæ virtutis. Respondeo, Dicẽdum est, ꝙ Deus non permittit nos tentarĩ sine adiutorio gratiæ diuinæ. Et ideo dicebat Apostolus. 1. Corin. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et quantum ad mortis terrorem. Vnde dicit; [In mortibus frequenter,] idest in periculis, & terroribus mortis. Vnde dicebat ipse Rom. 8. Mortificamur tota die. 1. Corin. 15. Quotidie I morior pp gloriam vestram. Sed consequenter cum dicit; [A Iudæis quinquies, &c.] Manifestat duo vltima pericula, quæ perpessus est. Et primo, periculum plagarum. Secundo, periculum mortis. Plagarum autem periculum manifestat per ipsa perpessa à suis, s. Iudæis. Et ideo dicit: [A Iudæis quinquies, &c.] Notandum est autẽ, sicut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit plagarum modus. Ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedat, &c. Ex quo habetur, quòd homines pro minoribus peccatis debent flagellari. Ita tamen, ꝙ flagellatus non reciperet vltra quadraginta plagas. Iudæi autem, vt viderẽtur misericordes, semper faciebant citra mandatum legis, dantes pauciores, quam quadraginta secundum, ꝙ eis videbatur. Quia ergo odio habebant Paulum, quando flagellabant eum, dimittebant sibi de numero prædicto, quanto minus poterant. s. vnam tantum minus dantes sibi trigintanouem. Et hoc est, quòd quinque vicibus accepit, idest recipit quadraginta plagas: [Minus vna plaga,] s. K trigintanouem. Secundo, manifestat pericula perpessa ab extraneis, scilicet à gentibus, dicens: [Ter virgis cæsus sum.] Act. 16. Magistratus scissis eorum tunicis, iussit eos virgis cædi. Item 22. Iussit eum tribunus duci in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, &c. Pericula uero mortis illata, & primo pericula mortis illata ab hominibus ostendit, dicens: [Semel lapidatus sum,] & hoc fuit in ciuitate Licaoniæ, vbi obrutus lapidibus, fuit quasi mortuus. Act. 14. Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credentes eum mortuum. Secundo, pericula mortis illata à periculis naturæ, & hæc sunt specialiter maris, & aggrauat ea. Primo, ex numero: [Quia ter naufragium feci,] s. pertuli. [Secundo, ex continuitate, quia; [Nocte, & die in profundo maris fui,] quod est grauius, quia ad literam dicit, quòd cum pluries passus sit naufragium, tamen semel stetit sub aqua per diem, & noctem diuina eum virtute protegente. Vnde poterat dicere illud [illegible]næ 1. Vt proiicite me in profundum, &c. Enumeratis aũt malis A illatis, enumerat consequenter ẽt mala assumpta, cũ dicit: [In itinerib.] Et primo, exteriora. Secundo, interiora, ibi, [Præter illa, q̃ extrinsecus, &c.] Mala exteriora exprimit, & quãtum ad mala, q̃ contingunt in itinerib. Secundo, quantum ad ea, quæ eueniunt in domib. Quãtum ad primum. Primo, ponit multiplicitatem itinerum, dicens, [In itinerib. sæpe, s. ostensus sũ minister Christi, sustinendo multa dura, & grauia patiẽter, Rom. 15. Ab Hierusalẽ vsq; in Illiricum, &c. Et cũ hoc multas alias vias fecit & Romã, & ĩ Hispaniã vadens. Ps. 16. Propter verba labiorũ tuorũ, &c. Secũdo, enumerat periculum itinerum, Et primo, pmittit minora. Secundo, subdit grauius periculũ quod in falsis fratribus. Præmittit aũt tria, ẜm quæ multa pericula passus est. Primo, pericula ẜm causas. Et hoc vel ex causa naturali, & ideo dicit; [Periculis fluminum.] Naturaliter enim flumina hyeme excrescunt & sunt rapida & ualde periculosa, &c. Vel ex malitia violenta, & quantum ad hoc dicit: [Periculis latronũ] quos excitabat ei diabolus, vt vel uestes ei auferrent. Iob 9. Simul venerunt latrones, &c. Secundo, enumerat pericula metum inferentia, & hoc uel ex suis. Vnde dicit: [Periculis ex genere,] s. a Iudæis procuratis, Vel ab extraneis, & ideo dicit, [Periculis ex gentibus] propter vnius Dei prędicationem, qui eum capere nolebant, & sic in suis, & in aliis non habebat requiẽ. Hier. 15. Vt quid me genuisti mater mea, virũ doloris? &c. Tertio, enumerat pericula quantũ ad loca, & hoc vel quantum ad ciuitates. Vnde dicit. [Periculis in ciuitate,] i. in commotionib. ciuitatum cõtra me. Sicut fuit Ephesi & apud Corinthum, vt patet Act. 18. & 19. vel quantũ ad solitudines, & quantũ ad hoc dicit: [Periculis in solitudine.] Quæ erant, vel a bestiis malis, sicut qñ vipera momordit manũ sua. Act. vlt. qñ congregauit sarmenta. Vel ex penuria ciborum, vel quantum ad maria, & ideo dicit, [Periculis in mari] non ex mari, sicut supra. Sed in mari, ut pericula, q̃ proueniunt ex prædonibus, & pyratis. Eccle. 43. Qui nauigant mare, &c. Sed grauius periculum subdit dicens, [Periculis in falsis fratribus,] i. in falsis Christianis & hæreticis & in pseudo. Hier. 9. Vnusquisque a fratre suo se custodiat.

LECTIO VI.

IN labore & ęrumna, in vigiliis multis, in fame, in siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate. Pręter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quòd non mentior. Damasci, Præpositus gentis Arethæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorum ut me comprehẽderet, & B per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

LECTIO VI.

HIc consequenter enumerat mala sponte assumpta, q̃ sustinentur in domib. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis, quæ sunt necessaria ad uitam domesticam. Primum bonũ est, requies somni. Secundum est, sustentatio cibi. Tertium est, fomẽtum vestis. Requiei ergo somni opponit laborem & uigilias. Quantum ad laborem, dicit,] In labore] s. manuum. Act. 21. Ad ea, quæ mihi opus erant, &c. Et ideo dicit sup. 6. In laborib. quia ad literam, vt dictum est supra, manu sua victum quęrebat. Et 2. Thess. 3. Nocte & die laborantes, &c. Quantum ad laboris defectum, dicit. [Aerumna.] Quæ est defectus & languor consequẽs ex labore, vel ex morbo naturali. Ps. 31. Conuersus sum in ærũna, &c. Quantum vero ad uigilias, dicit, [In uigiliis multis.] Vel in uacando prædicationib. de nocte. Vel operi manuali. Act. 20. dicitur, ꝙ protraxit sermonem vsque ad mediam noctem. Sustentationi vero cibi, opponit duplicem subtractionem cibi, vnam q̃ est ex necessitate. Vnde dicit, [In fame & siti,] Quia. s. ad literã deficiebat sibi aliqñ cibus & potus 1. Cor. 4. vsque in hanc horã, &c. Aliam quæ est ex voluntate, vnde dicit, [In ieiuniis multis,] scilicet voluntarie assumptis, & propter exemplum bonum, & propter macerationem carnis 1. Corint. 9: Castigo corpus meũ, &c. Sed contra Matt. 6. Hæc omnia adiicientur vobis. s. temporalia. Quare ergo in fame & siti? Respondeo, Dicendum, ꝙ quando expedit, adiiciuntur nobis. s. temporalia, & propter vtilitatem nostram, sed aliqñ expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit duo, vnum ex parte naturæ. Vnde dicit, [In frigore,] Aliud ex parte inopiæ. Vnde dicit, [Et nuditate. s. ostensus sum. s. minister Christi. 1. Corin. 4. Nudi & instabiles, &c. supra 6. In necessitatibus, &c. Consequenter cum dicit, [Præter illa, &c.] Enumerat mala assumpta interiora, quæ causantur ex solicitudine cordis pro pseudo. Bonus autem prælatus, dupliciter affligitur pro subditis. Et primo, solicitudine conseruationis subditorum. Secũdo, pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionẽ passus est Apostolus. Primam cum dicit. [Præter illa, quæ extrinsecus, &c.] q. d. Præter omnia, quæ exterius patior & passus sum, tãgit me grauius interior afflictio. s. solicitudo subditorum. Et ideo dicit. [Instantia.] Omnium ecclesiarum magna est & multũ grauat, quia multum solicitat. Luc. 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima &c. Rom. 12. Qui pest in solicitudine. Secundam afflictionem passus est pro defectu subditorum, & hoc dupliciter. s. in fide, & bono:] Et ego non infirmor?] in corde dolens de eo, sicut de me. 1. Corint. 9. Factus sum infirmis infirmus, &c. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam, &c. Item, pro defectu corporalium. Vnde dicit. [Quis scandalizatur,] malo pœnæ, idest quis patitur tribulationes, [Et ego non vror?] igne compassionis. Iste est ignis, quẽ dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende, ꝙ cõgrue vtitur hoc verbo: [Vror,] quia cõpassio procedit ex amore Dei & proximi, qui est ignis consumens, dum mouet ad subleuandas miserias proximorum, & purgat ex affectu compassionis, & per quem nobis peccata relaxantur: charitas autem illius cõpassionis, operit multitudinem peccatorum. Vel aliter, Aliquando enĩ labitur homo in peccatum ex seipso, & tunc infirmatur. Aliqñ autem ex malo exemplo aliorum, & tunc scandalizatur. Luc. 17. & Matth. 18. Vę homini illi per quem scandalum venit &c. C Deinde cum dicit; [Si gloriari oportet, &c.] Confirmat quædã dictorum superius. Vel dic, ꝙ supra loquitur quantum ad mala, quæ pertulit commendabiliter; hic autem quantum ad mala, q̃ vitauit prudenter. Sed quia uitare pericula, quæ surgunt propter fidem, videtur pertinere ad infirmitatem, ideo primo præmittit, ꝙ in illis, quæ infirmitatis sunt, uult gloriari. Secundo, proponit iuramentum ad confirmationem dicendorum, ibi: [Deus, & pater, &c.] Tertio, ostendit modum vitandi, ibi, [Damasci, &c.] Proponit ergo primo de quibus gloriatur, si debet gloriari, dicẽs: [Si] pro quia: [Oportet gloriari, quæ sunt infirmitatis meæ gloriabor.] q. d. Alii gloriantur in genere, & in aliis mundanis rebus. Phil. 3. Gloria in confusione, &c. Et ego etiam coactus, gloriatus sum in eis. Tamen si gloriari oportet, gloriabor in infirmitatibus] meis; infra duodecimo. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, &c. Secundo subdit, ꝙ non mentitur inuocans testimonium diuinum per modum iuramenti, vt credatur sibi, D dicens; [Deus & pater, &c.] Vbi tria ponit. Vnum, per quod inducit ad amorem. Vnde dicit, [Deus. Hiere. 9. Quis non timebit te, &c. Aliud, per quod excitauit ad amorem. Vnde dicit: [Pater.] Iacob. 1. Omne datum optimum; &c. Malac. 1. Si ego pater, vbi est amor meus. Vel secundum aliam literam, honor meus. Tertium, per quod mouet ad reuerentiam & laudẽ. Vnde dicit: [Qui est benedictus Deus in sæcula,] supra primo, Benedictus Deus, & pater, &c. Iste ergo tam reuerendus, tam diligendus; tam timendus: [Scit, ꝙ non mentior,] s. in his, q̃ dixi & dicturus sum, supra primo. Non en-m est apud nos, est, & non &c. Consequenter cum dicit: [Damasci præpositus, &c.] Ostendit quanta mala uitauit, & hoc in quodam particulari periculo. Vbi sciendũ est, ꝙ Apostolus primo cœpit prædicare Christum in Damasco, vbi dum pergeret Christianos capere, prostratus est & ad fidem conuersus. Et ideo Iudæi ad præpositum illius ciuitatis, qui erat ibi pro Aretha rege confugerunt, ut Paulum caperent & occiderẽt. E Et ideo, ille faciebat custodiri nocte & die portas ciuitatis, vt dr Act. 9. Christiani autem, qui erant ibi nolentes seruare Paulum, eum submiserunt in sporta per murum, & sic euasit. Hunc ergo modum euadendi, tangit Apostolus dicens, Vere non mentior de hoc, quod dico ẽt modo; [Nam Damasci, &c.] idest; [Præpositus, qui sub Aretha, rege, genti Damascenorum præerat, custodiri faciebat, inductus a Iudæis; [Ciuitatem Damascenorum,] ad hoc. s. [Vt me comprehenderet,] & comprehensum assignaret iudæis, ne amplius prædicarem, sed ego; [Per fenestram submissus sum per murũ, & sic effugi manus eius,] s. Præpositi. Et hoc fuit de mandato domini dicentis. Matt. 10. Si nos persecuti fuerint, &c. Sic Michol Dauid deposuit per fenestrã, ne caperetur a Saule. 1. Reg. 19. Sic Rahab exploratores dimisit cum fune per fenestram. Iosue 2. Sed hic obiicitur contra Apostolum; primo, quia videtur, ꝙ non fuerit sufficienter confisus in Domino, sed fugit.

Respondeo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Respondeo. Dicendum est, ꝙ quandiu adest humanum auxiliũ, homo non debet confugere ad auxilium diuinum, quia hoc esset tentare Deum, sed debet illo vti auxilio, quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo obiicitur, quia Ioan. 10. dicitur; Mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit. Vnde videtur, ꝙ non fuerit bonus pastor. Respondeo. Dicendũ est, ꝙ aliqñ quæritur persona prælati tantum, aliquando cum prælato totus populus. Quando ergo quæritur prælatus solus, tunc debet committere curam alteri, & absentare se. Et sic fecit Paulus. Et ideo dicit Glo. ꝙ licet fugeret, tamen fuit ei cura de ouibus, bono pastori in cœlo sedenti eas cõmendando, & utilitati eorum se, per fugam, præseruando. Quãdo vero quæritur totus grex, tunc debet præponere vtilitatem, & salutem gregis, saluti corporis sui. Nota autem, ꝙ est quędam fuga humilitatis, qñ quis fugit honores sicut Christus fugit. Io. 6. Cum vidisset, ꝙ vellent eum eligere in Regem, fugit. Sic Saul, cum electus fuit in Regem, abscondit se domi. 1. Reg. 10. Quædam vero fuga est cautelæ, quando. s. fugit pericula, vt præseruetur ad maiora. Sic Helias fugit propter Iezabel. 3. Reg. 16. Et sic Apostolus hic fugit manus Præpositi.

CAP. XII. LEC. I.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) ueniam autem ad uisiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum.

LECTIO PRIMA.

POsita sua commendatione quantum ad mala perpessa, hic consequenter Apostolus commendans se, ostendit præeminentiam suæ dignitatis, quantũ ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus: ista vero est de bonis eius. Vnde circa hoc duo facit. Primo, cõmendat se de bonis susceptis diuinitus. Secundo, excusat se de hac commendatione, ꝙ hoc fecerit quasi coactus, ibi: [Factus sum insipiens, &c.] Circa primum duo facit. Primo, extollit magnitudinem eorum, q̃ sunt sibi collata a Deo. Secundo, manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum, contra periculum superbiæ, ibi: [Et ne magnitudo, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit bonum sibi diuinitus collatum. Secundo, ostendit quomodo se habuit in gloriando de huiusmodi bono, ibi; [Pro huiusmodi, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, ꝙ hoc sit sibi collatum diuinitus in generali. Secundo vero in speciali, ibi; [Scio hominem, &c.] Bonum autem Apostolo collatũ diuinitus, sunt reuelationes sibi diuinitus factæ, & de istis uult hic gloriari. Vnde dicit; [Si gloriari oportet,] i. quia gloriari oportet propter vos, tamen secundum se non expedit: quia qui gloriatur de bono recepto, incidit in periculum amittendi, quod habet Eccles. 43. Aperti sunt thesauri. s. virtutum per gloriationem inanem, & euanuerunt nebulæ sicut aues. Et hoc significatur in Ezechia. Esa. 39. qñ ostendit thesauros domus Domini nuntiis Regis Babylonis. Et licet simpliciter non expediat gloriari, tamen aliquãdo propter aliquam specialem causam potest homo gloriari, sicut ex præmissis manifestum est. Et ideo dicit, Quia gloriari oportet: ideo dimissis commendationibus de infirmitatibus: [Veniam] commendãdo me: [Ad visiones, & reuelationes Domini.] Vbi notandum est, ꝙ differentia est inter visionem, & reuelationem. Nam reuelatio includit visionem, & non econuerso. Nam aliquando videntur aliqua, quorum intellectus, & significatio est occulta videnti, & tunc est uisio solũ. Sicut fuit visio Pharaonis, & Nabuchodonosor. Dan. 2. & Gen. 41. Sed quando cum visione habetur significatio intellectus eorum, quæ videntur, tunc est reuelatio. Vnde quantum ad Pharaonem, & Nabuchodonosor, visio de Spicis, & de Statua, fuit solum visio; sed quantum ad Ioseph, & Danielem, qui significationem visorum habuerunt, fuit reuelatio, & prophetia. Vtrunque tamen. s. visio, & reuelatio quandoque quidem fit a Deo. Dan. 2. Est Deus in cœlo reuelans mysteria. Ose. 12. Ego visiones multiplicaui eis. Psal. 117. Reuela oculos meos, &c. Quandoque vero a malo spiritu. Hiere. 23. Prophetæ prophetabant in Baal. Apostolo autem facta est, & visio, & reuelatio quia secreta, quæ uidit, plene intellexit a domino, non a malo spiritu. Vnde dicit. Veniam autem ad uisiones, & reuelationes Domini. Est autem reuelatio, amotio velamenti. Potest autem esse duplex velamen. Vnum ex parte videntis, & hoc est infidelitas, vel peccatum, uel duritia cordis, & de hoc supra 3. Vsq; in hodiernum diem velamen, &c. Aliud ex parte rei visæ, quando. s. res spiritualis proponitur alicui sub figuris rerũ sensibilium, & de hoc dicitur Num. 4. Quod sacerdotes tradebãt Leuitis vasa sanctuarij uelata, quia. s. debiliores non possunt spiritualia capere secũdum ꝙ in seipsis sunt. Et ideo Dñs loquebatur

F turbis in parabolis. Matt. 13. Consequenter visiones, & reuelationes huiusmodi, manifestat Apostolus in speciali, loquens de se tãquam de alio. Vnde dicit: [Scio hominẽ in Christo, &c.] Et ponit duas visiones. Prima, incipit hic. Secunda vero incipit ibi: [Et scio huiusmodi hominem in Christo, &c.] Circa primam autem visionẽ utitur Apostolus quadã distinctione. Dicit enim se circa huiusmodi reuelationem scire quędã, & quędã nescire. Dicit aũt se scire certe. s. videntis conditionem. Vnde: [Scio hominẽ in Christo.] Visionis tempus, quia; [Ante annos quatuordecim,] & visionis fastigiũ, quia [Raptus vsque ad tertium cęlum.] Dicit aũt se nescire videntis dispositionem, quia [Siue in corpore, siue extra corpus, nescio.] Videamus ergo ea, quæ sciuit, ut per nota ad ignota facilius peruenire possimus. Et primo, videntis conditionem, quę est laudabilis, quia in Christo. i. conformem Christo. Sed contra. In Christo nullus est, nisi qui habet charitatem, quia 1. Ioã. 4. di-
G cit. Qui manet in charitate, in Deo manet. Ergo sciunt se habere charitatem, quod est contra illud; Nescit homo, utrum odio, uel amore dignus sit, &c. Respondeo, ꝙ esse in Christo, potest intelligi dupliciter. Vno modo per fidem, & fidei sacramenta, secundum illud Apostoli Gala. 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. s. per fidem, & fidei sacramentum. Et hoc modo sciuit se Apostolus in Christo esse. Alio modo dicitur aliquis esse in Christo per charitatem, & hoc modo nullus scit se esse in Christo certitudinaliter, nisi per quædam experimenta, & signa; inquantum sentit se dispositum, & coniunctum in Christo: ita ꝙ nullo modo etiam propter mortem permitteret se separari ab eo. Et hoc de se expertus erat Apostolus, cum dicebat. Ro. 8. Certus enim sum, ꝙ neque mors, neq; vita, &c. separabit nos a charitate. Vnde ponit habere huiusmodi signa, quod esset in chari-
H tate Christi. Secundo, uisionis tempus, quod fuit conuenientissimum, quia: [Ante annos quatuordecim,] quia quatuordecim anni facti erant ab eo tempore quo uiderat uisionem, usq; ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit, nondum Apostolus erat positus in carcerem. Et sicut dicitur, ꝙ fuit circa principium Imperij Neronis; a quo post multum tempus occisus fuit. Vnde si computemus annos descendendo a principio Imperij Neronis usque ad quatuordecim annos, manifestè apparet, ꝙ Apostolus habuit has uisiones in principio suæ conuersionis. Ipse enim conuersus fuit ad Christum anno, quo Christus passus est. Christus autem passus est circa finem Tyberij Cæsaris, quo mortuo successit ei Gaius Imperator, qui regnauit quatuor annis, post quem, Nero factus est Imperator. Et sic inter Tyberium, & Neronem, fluxerunt quatuor anni. Et sic additis duobus annis de tempore Tyberii, quia nondum mortuus erat, quando Paulus fuit cõuersus, & octo de tempore Neronis,
I quod fluxerat usque ad tempus quando scripsit hanc epistolam, relinquitur, ꝙ a tempore suæ cõuersionis usque ad tempus quo hanc epistolam scripsit, fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt satis probabiliter, ꝙ Apostolus has uisiones habuit in illo triduo, quo post prostrationem suam a domino stetit neque uidens, neque manducans, neque bibens. Act. 9. Cõmemorat autem tempus suæ conuersionis Apostolus, ut ostendat, ꝙ a tempore suæ conuersionis tantum erat gratus Christo, ut talia sibi ostenderet, quanto magis post quatuordecim annos, qui profecerit, & in authoritate apud Deum, & in uirtutibus; & gratia. Tertio, uideamus fastigium uisionis, quod quidem est excelsum, quia raptus usque ad tertium cœlum. Sed sciendum, ꝙ aliud est furari, & aliud rapi. Furari quidem proprie est, cum res aliqua latenter aufertur. Vnde Gen. 41. dicebat Ioseph. Furtim sublatus sum. Sed rapi proprie dicitur, quod subito, & per uiolen-
K tiam aufertur. Iob. 6. Sicut torrens raptim, idest subito & rapide transit in conuallibus. Inde est, quòd prædones, qui uiolenter expoliant, dicuntur raptores. Sed attende, quòd aliquis homo dicitur rapi ab hominibus, sicut Enoch. Sap. 4. Raptus est ne malitia, &c. Aliquando rapitur anima a corpore. Luc. 12. Stulte hac nocte animam tuam, &c. Aliquando aliquis dicitur rapi a seipso, quando propter aliquid homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem, quod extasis. Sed extra seipsum efficitur homo, & per apperitiuam uirtutem, & cognitiuam. Per apperitiuam enim uirtutem homo est solum in seipso, qñ non curat, quæ sunt sua tantũ. Efficitur uero extra seipsum, quando nõ curat, quæ sunt sua, sed quæ perueniunt ad bona aliorum, & hoc facit charitas. 1. Corinthior. 13. Charitas non quærit, quæ sua sunt. Et de hac extasi dicit Dionys. 4. capit. de Diuin. nomin. Est autem extasim faciens diuinus amor non sinens amatorem suiipsius esse sed amatorum. s. eorum amatarum. Secundum cognitiuam vero
A aliquis efficitur extra se, quãdo aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum, & de isto raptu loquitur Apostolus. Sed sciẽdum, ꝙ modus naturalis humanæ cogitionis est, vt cognoscat simul per vim mentalem, quæ est intellectus, & corporalẽ, quæ est sensus. Et inde est, ꝙ homo nõ habet in cognoscẽdo liberum iudiciũ intellectus, nisi quãdo sensus fuerint in suo vigore bene dispositi, absque aliquo ligationis impedimento, alias cum impediuntur, etiam iudicium intellectus impeditur, sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se secundum cognitiuam, quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis, q̃ est, vt intellectus ab vsu sensuum, & sensibilium rerum abstractus ad aliqua videnda moueatur. Quod quidem contingit dupliciter: vno modo per defectum virtutis, vndecunque talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis, & aliis mente captis, & hæc quidem abstractio a sensibus non est eleuatio hominis, sed potius depressio, quia virtus eorum debilitatur, alio vero modo per virtutem diuinam, & tũc proprie dicitur eleuatio: quia cum agens assimilet sibi patiens, abstractio quæ fit virtute diuina, & est supra hominem, est aliquid altius; q̃ sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus diffinitur sic. Raptus est ab eo, quod est ẽm naturam in id, quod est supra naturã, vi superioris naturæ eleuatio. In qua quidem definitione tangitur eius genus, dum dr̃, eleuatio. Causa efficiens, quia vi superioris naturæ. Et duo termini motus. s. a quo, & in quem, cum dr̃ ab eo, ꝙ est secundum naturam in id, quod est supra naturam. Sic ergo patet de raptu. Sequitur de termino raptus. s. ad quem, cum dr̃, [Vsque in tertium cęlum.] Notãdum est autem, ꝙ tertium cęlum tripliciter accipitur. Vno modo secundum ea, quæ sunt infra animam. Alio modo, secũdum ea quæ sunt in anima. Tertio modo, secũdum ea, quæ sunt supra animam. Infra animam sunt omnia corpora, vt dicit Aug. in lib. de vera religione. Et sic possumus accipere triplex cęlum corporeum. s. aereum, sydereum, & empyreum. Et hoc modo dicitur, ꝙ Apostolus erat raptus vsque ad tertium cęlum. i. vsque ad videndum ea, quæ sunt in cęlo empyreo, nõ vt existeret ibi, quia sic sciret si fuisset siue in corpore, siue extra corpus. Vel ẽm Damascenum, qui non ponit cęlum Empyreum, possumus dicere, ꝙ tertium cęlum, ad quod raptus est Apostolus, est supra octauã sphæram, vt. s. euidenter videret ea, q̃ sunt supra totam naturam corporalẽ. Si autem accipiamus cęlum ẽm ea, quæ sunt in ipsa anima, sic cęlum debemus dicere aliquã altitudinem cognitionis, quę excedit naturalem cognitionem humanam. Est autẽ triplex visio. s. corporalis per q̃ videmus, & cognoscimus corporalia: siue imaginaria, qua videm⁹ similitudines corporum: & intellectualis, qua cognoscimus naturas rerum in seipsis. Nam proprie obiectũ intellectus est, ꝙ quid est. Huiusmodi autem visiones, si fiant ẽm naturalem modum, puta si video aliquid sensibile, si imaginor aliqd prius visum, si intelligo per phãtasmata, non possunt dici cęlum. Sed tunc quodlibet istorũ dr̃ cęlum, qñ est supra naturalem facultatem humanę cognitionis, puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem naturæ, sic es raptus ad primum cœlum. Sicut Balthassar raptus est vidẽs manũ scribentis in pariete, vt dr̃ Dan. 5. Si vero eleueris per imaginationẽ, vel per spiritũ ad aliquid supernaturaliter cognoscendum, sic es raptus ad secundum cęlum. Sic raptus fuit Petrus, qñ vidit lintheum immissum de cęlo, vt dr̃ Act. 10. Sed si aliquis uideret ipsa intelligibilia, & naturas ipsorum nõ per sensibilia, nec per phantasmata, sic esset raptus vsque ad tertiũ cęlum. Sed sciendum est, ꝙ rapi ad primum cœlum est alienari a sensibus corporalibus. Vnde cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis, manifestum est, ꝙ nullus potest dici simpliciter raptus in primum cęlum, sed secundum quid, inquantũ contingit aliquando aliquem sic esse intentum ad unum sensum, ꝙ abstrahitur ab actu aliorum. Rapi ad secundum cęlum est, quando aliquis alienatur a sensu ad uidẽdum quædam imaginabilia, unde tales semper consueuerunt fieri in extasi. Et ideo Act. 10. quando Petrus uidit lintheum, dr̃, ꝙ factus fuit in extasi. Paulus uero dicitur raptus ad tertium cęlum, quia sic fuit alienatus a sensibus, & sublimatus ab omnibus corporalibus, ut uideret intelligibilia nuda & pura eo modo, quo uidẽt angeli, & anima separata; & quod plus est, etiam ipsum Deum per essentiam, ut Aug. expresse dicit 12. super Gen. ad literam, & in Glo. & ad Paulinum in lib. de uidendo Deum. Nec etiam est probabile, ut Moyses minister ueteris testamẽti ad Iudæos uiderit Deum, & minister noui testamenti ad Gentes, & doctor Gentium, hoc dono fuerit priuatus. Vnde dicit ipse supra 3. Si ministratio dãnationis fuit in gloria, &c. De Moyse autem, quòd uiderit Deum per essentiam, patet. Nam ipse a do-
A mino petiuit. Exod. 33. Ostende mihi faciem tuam. Et licet tunc negatum fuerit sibi, non tamen dicitur, ꝙ dominus finaliter negauerit ei. Vnde dicit Aug. quòd concessum fuit ei, per hoc, ꝙ dr̃ Num. 12. Si quis fuerit inter uos propheta domini, &c. At uero non talis seruus meus Moyses, &c. palam enim, & non per enigmata uidit Deum. Sed nũquid fieri potuisset Paulo, ut non raptus uideret Deum? Dicendum, ꝙ non. Nam impossibile est, ꝙ Deus uideatur in uita ista ab homine non alienato à sensibus, quia nulla imago, nullũ phantasma est sufficiẽs medium ad Dei essentiam ostendendam, ideo oportet, ꝙ abstrahatur, & alienetur à sensibus. Tertio modo accipiendo cęlũ secũdũ ea, quæ sunt supra animã, & sic triplex cœlum est triplex hierarchia Angelorum, & secundum hoc Apostolus [Raptus fuit usq; ad tertium cœlum,] i. ad hoc, ut uideret essentiam Dei, ita clare
B sicut uident eũ angeli superioris, & primæ hierarchiæ, qui sic uident Deum, ꝙ immediate in ipso Deo recipiunt illuminationes, & cognoscunt diuina mysteria. Et sic uidit Paulus. Si ergo sic uidit Dei essentiã, sicut angeli superioris hierarchiæ: ergo bene uidetur, ꝙ Apostolus fuerit beatus, & per cõsequens fuerit immortalis. Rñdeo, ꝙ licet uiderit Deũ per essentiam, non tñ fuit beatus simpliciter, sed solum secundum quid. Sciendum est autem, ꝙ uisio Dei per essentiam fit per lumẽ aliquod. s. per lumen glorię, de quo dicitur in Psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. Sed aliquod lumen communicatur alicui per modũ passionis, alicui uero per modum formæ inhęrentis, sicut lumen Solis inuenitur in carbunculo, & in stellis, ut forma inhærens. i. connaturalis effecta, sed in aere inuenitur ut forma transiens, & non permanens, quia transit abeunte Sole. Similiter & lumen glorię dupliciter menti infunditur. Vno modo per modum formæ connaturalis factæ, & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam. Et hoc modo infunditur beatis in patria, & ideo dñr comprehensores, & vt ita dicam, uisores. Alio modo contingit lumen glorię in mentem humanam, sicut quædam passio transiens, & sic mens Pauli fuit in raptu, lumine glorię illustrata, vnde etiam ipsum nomen raptus ostendit, transeundo hoc esse factum: & ideo nõ fuit simpliciter glorificatus, nec habuit dotẽ gloriæ, cum illa claritas nõ fuerit effecta proprietas. Et ꝑ hoc nõ fuit deriuata ab anima in corpus, nec in hoc statu perpetuo permansit. Vnde, solũ actum beati habuit in ipso raptu, sed non fuit beatus. Sic per hoc patet quid Apostolus sciuit in suo raptu. s. uidentis conditionem, uisionis tempus, & visionis fastigium. Sequitur quid nesciuit. s. utrum esset in corpore, uel extra corpus, ꝙ tamen dicit Deum scire. Vnde dicit: [Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit:] qđ quidam intelligere uoluerunt, ut raptus, referatur ad corpus dicentes Apostolum dixisse se nescire, non quidem an anima esset
D coniuncta corpori in illo raptu, an non; sed esset raptus secundũ animam, & corpus simul, vt simul corporaliter portaretur in cœlum, sicut Abachuc portatus fuit. Dan. ult. An secundum animã tantum esset in visionibus Dei, vt dicitur Ezech. 8. In uisione adduxit me in terram Israel. Et iste fuit intellectus cuiusdã Iudæi, quem exponit Hieronymus in prologo super Danielẽ, ubi dicit. Denique & Apostolum nostrum, dicit non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse siue in corpore, &c. Sed hunc intellectum Aug. maxime improbat. 2. super Genes. ad literam, quia non conueniunt cũ alijs verbis Apostoli. Apostolus enim dicit se raptum vsq; in tertium cęlum. Vnde sciuit pro certo illud fuisse uerum cęlum. Sciuit ergo an illud cęlum esset corporeũ, an incorporeum. i. res incorporea. Sed si fuit incorporeum, sciuit, ꝙ corporaliter ibi rapi non potuit, quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat, sciuit, ꝙ non fuit ibi anima sine corpore: quia anima coniuncta corpori non potest esse
E in loco ubi non est corpus, nisi cœlum incorporeum dicatur similitudo cœli corporei. Sed si sic, Apostolus non dixisset se scire, ꝙ esset; [Raptus in tertium cœlum,] i. in similitudinem cœli, quia pari ratione dicere potuisset, ꝙ fuisset raptus in corpore. i. in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum Aug. quòd diuinam essentiam nullus in hac uita positus, & in hac mortali uita uiuens, uidere potest. Vnde dicit Dominus Exo. 33. Non uidebit me homo, & uiuet, idest non uidebit me homo, nisi totaliter separetur à corpore, ita scilicet, quòd anima eius non insit corpori, ut forma, uel si insit ut forma, tamen mens eius omnino in huiusmodi uisione totaliter alienetur à sensibus. Et ideo dicendum est, quòd hoc, ꝙ Apostolus dicit se nescire, utrum. s. in illa uisione anima eius fuerit totaliter separata à corpore. Vnde dicit; [Siue extra corpus,] uel utrum anima eius extiterit in corpore, ut forma, tamen mens eius fuerit à sensibus corporeis alienata. Vnde dicit; [Siue in corpore.] Et hoc etiam alij concedunt.

LECTIO

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Posito primo raptu ponitur consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo ponitur raptus. Secũdo raptus excellentia, ibi; [Audiuit arcana, &c.] Sed notandum, ꝙ Glo. dicit istum raptum esse aliũ à primo. Et si bene consideretur, bis legitur aliquid de Apostolo, ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legitur de eo, ꝙ stetit tribus diebus nõ videns, & nihil mãducans, neque bibens, & ad hoc potest referri primus raptus, vt. s. tunc fuerit raptus vsq; ad tertium cœlum. Sed Act. 22. legitur, ꝙ factus est in templo in stupore mentis, & ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile: quia quando in stupore mentis factus fuit, missus iam fuerat in carcerẽ Apostolus, sed hanc epistolã scripsit Apostolus diu ante, vnde prius scripta fuit hæc epistola, q̃ Apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est, ꝙ differt iste raptus à primo quãtum ad id, ꝙ raptus est. Nam in primo, raptus est in tertium cœlum. In secundo vero in paradisum Dei. Si vero aliquis tertium cœlum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem cœlorum superius positam, vel si fuerit visio imaginaria, posset similiter dicere paradisum corporalem, vt diceretur, ꝙ fuerit raptus in paradisum terrestrem: sed hoc est contra intentionem Augustini, secundum quẽ dicimus, ꝙ fuit raptus in tertium cœlum, i. visionem intelligibilium, secundum quod in seipsis, & in proprijs naturis videntur, vt supra dictum est. Vnde secundum hoc oportet non aliud intelligere per cœlum, & aliud per paradisum, sed vnum & idẽ per vtrũque, scilicet gloriam sanctorum, sed secundũ aliud, & aliud. Cœlum enim dicit altitudinem quandam cum claritate, paradisus vero quandam iucundam suauitatem. In sanctis autem beatis, & Angelis Deum videntibus, sunt excellenter hæc duo, quia est in eis excellentissima claritas, qua Deũ vident: & summa suauitas, qua Deo fruuntur. Et ideo dicuntur esse in cœlo quantum ad claritatem, & in paradiso quantum ad suauitatem. Esa. 66. Videbitis, & gaudebitis, &c. Fuit ergo vtrunq; collatum Apostolo, vt scilicet sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis, & hoc significat, cùm dicit; [Ad tertium cœlum,] & vt sentiret suauitatem diuinæ dulcedinis, vnde dicit in paradisum. Psalmus 30. Magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, &c. Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione, de qua Matth. 25. dicitur; Intra in gaudium Domini tui. Sic ergo patet terminus raptus: quia; [In paradisum,] idest in eam dulcedinem, qua indeficienter reficiuntur illi, qui sunt in cœlesti Hierusalem. Sequitur consequenter, ipsius raptus excellentia, quia; [Audiuit arcana, quæ non licet homini loqui.] Et hoc potest dupliciter exponi. Vno modo, vt ly homini construatur, cum licet, & loqui, & sensus est; [Audiuit arcana verba,] idest percepit intima cognitione de secreta Dei essentia quasi per verba, quæ scilicet verba non est licitum, vt homini dicantur. Alio modo, vt ly; [Homini,] construatur solum, cum, non licet, & tunc est sensus; [Audiuit verba, &c.] quæ verba; [Non licet homini loqui,] homini scilicet imperfecto. Sciendum autem, quòd secundum Augustinum, Paulus est raptus ad diuinam essentiam, quæ quidem non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Vnde manifestum est, quòd illud, quod Paulus vidit de essentia diuina, nulla lingua humana potest dici: alias Deus non esset incomprehensibilis. Et ideo secundum primam expositionem dicendum est, audiuit, idest considerauit arcana verba, idest magnificentiam diuinitatis, quam nullus homo potest loqui; dicit autem, audiuit pro, vidit, quia illa consideratio fuit secundum interiorem actum animæ, in quo idem est auditus, & visus, secundum quod dicitur Num. 12. Ore ad os loquitur ei, & palam, &c. Dicitur autem illa consideratio visio, inquãtum Deus videtur in hoc, & locutio, inquantum homo in ipsa instruitur de diuinis. Et quia huiusmodi spiritualia non sunt pandenda simplicibus, & imperfectis, sed perfectis, secundum quod dicitur 1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: ideo secundo modo exponitur, quod secreta, quæ ibi audiuit, non licet mihi loqui homini, idest imperfectis, sed spiritualibus, inter quos loquitur sapientiam. Prouerb. 25. Gloria Dei est celare verbum, idest hoc ipsum, quod necesse est celare magnalia Dei, pertinet ad gloriam Dei. Psalmus secundum translationem Hiero. Tibi silet laus Deus, idest quòd incomprehensibilis

F est verbis nostris. Deinde cum dicit; [Pro huiusmodi gloriabor, &c.] Ostendit, quomodo se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit se non gloriari de huiusmodi reuelationibus. Secundo, insinuat se habere aliquid præter illud vnde gloriari possit, ibi; [Nam & si voluero, &c.] Tertio assignat causam, quare nõ gloriatur de omnibus, ibi; [Parco autem ne quis, &c.] Circa primum sciendum est, quod hoc, quod dicit; [Pro huiusmodi autem gloriabor, &c.] potest dupliciter legi. Vno modo, vt Apostolus ostendat se esse ipsum qui gloriatur, vt li-

LECTIO II.

Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit) quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

G cet ipse sit, qui vidit has visiones. Alio modo, vt ostendat, quod alius sit, qui vidit has visiones. Sciendum est enim, quòd in homine duo possunt considerari, scilicet donum Dei, & humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono Dei, vt à Deo accepto, illa est bona gloria: quia sic in domino gloriatur, vt dictum est supra 10. Sed si gloriatur de illo dono sicut à se habito, tunc mala est gloriatio huiusmodi. 1. Corin. 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dicit ergo Apostolus, secundum hoc; [Pro huiusmodi,] scilicet visionibus, & donis Dei nostri collatis; [Gloriabor.] Pro me autem non, idest non gloriabor inde quasi à me acceperim, quia à Deo habui. Sed si pro me oportet gloriari, nihil gloriabor; [Nisi in infirmitatibus meis,] idest non habeo vnde possim gloriari, nisi de infirma conditione mea. Si autem
H exponatur, vt ostendat alium esse, qui vidit, & si ipse sit, tunc est sensus, vt quasi loquatur de quodam alio, dicens; [Pro huiusmodi gloriabor,] idest pro illo homine, qui hoc vidit, & qui hæc dona recepit, gloriabor; [Sed pro me,] quasi velim manifestare me esse talem; [Nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis,] idest de tribulationibus, quas patior. Sed quia isti possent sibi dicere; O Apostole non est mirum si non gloriaris, quia non habes vnde glorieris: ideo Apostolus ostendit, quòd etiam præter illas visiones habet aliquid, vnde possit gloriari, dicens; Licet pro huiusmodi homine glorier, & non pro me, tamen etiam habeo pro me possum gloriari, nam si voluero gloriari, &c. vel pro huiusmodi tribulationibus, vel pro alijs mihi à Deo collatis, vel etiam pro infirmitatibus, non ero insipiens, idest non insipienter agam. Et quare? veritatem enim dicam de alijs, de quibus possem dictas visiones gloriari possum. Dicit autem; [Non ero insipiens.] quia gloriabatur de his, quæ habebat. Quando enim
I gloriatur quis de his, quæ non habet, stulte gloriatur. Apoc. 3. Dicis quia dites sum, & nullius egeo, & nescis, &c. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti, vt ex prædictis est manifestum. Consequenter autem cum dicit; Parco autem, &c.] Ostendit rationem, quare non gloriatur de omnibus si potest gloriari: quæ quidem ratio est, ut eis parcat. Vnde dicit: [Parco autem, &c.] quasi dicat. Possem de pluribus alijs gloriari, sed parco, idest parce glorior, uel parco uobis cõmendando me, nolens esse onerosus uobis. Nam talia mihi Deus concessit, quæ si sciretis, reputaretis me multo maiorem, & hæc sunt dona gratuita multa, quæ habebat Apostolus. Ex quibus homines huius mundi consueuerunt plus commendare homines, & maiores eos reputare, quàm ex gratum facientibus. Et ideo dicit; Nolo ex gratuitis commendari. Et ideo; [Parco,] idest non glorior. Et quare? [Neque existimet me] cõmendare, uel gloriari; [Supra id quod videt, &c.] Vel aliter; homo dupliciter cognoscitur, per conuer-
K sationem, & doctrinam suam, Apostolus autem nolebat aliquid de se dicere, licet posset, quæ excedebant, & uitam, & doctrinam suam. Et ideo parco autem, ne quis existimet me esse supra id, quod uidet de conuersatione mea exteriori; [Aut audit aliquid ex me,] idest ex doctrina prædicationis, & exhortationis, & instructionis meæ: quia forte crederent eum, esse uel immortalem, uel angelum. Prouerb. Vir prudẽs tacebit. Prouerb. 29. Totum spiritum suũ profert stultus, sapiens differt, &c. Vel dicit; [Parco autem, &c.] Pro detractoribus, scilicet Pseudo, qui dicebant eum gloriari ex elatione, & non ex causa, neque de his, quæ in ipso erant. Et ideo dicit: Parco autem, idest parce glorior, ne quis Pseudo existimet me excedere rationis spiritu, supra id, idest supra aliquid, quod uidet in me, uel audit ex me, idest supra posse meritorium. Psalm. 130. Domine nõ est exaltatum cor meum, &c. Eccles. 3. Quanto magnus es, &c.

LECTIO

LECTIO III.

Hic agit de remedio adhibito cõtra superbiam. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit remedium adhibitum. Secundo, manifestat suam orationẽ de remedio remouendo, ibi: [Propter quod ter Dominum &c.] Tertio, insinuat Domini responsionem assignantis rationem de adhibito remedio, ibi: [Et dixit mihi Dns &c.] Circa primum sciẽdum est, ꝙ plerunque sapiens medicus procurat, & permittit superuenire infirmo minorẽ morbum, vt maiorẽ curet, vel vitet, sicut ut curet spasmum, procurat febrem: hoc euidẽter in se beatus Apostolus a medico animarum Domino nostro Iesu Christo factum ostendit. Christus enim, velut medicus animarũ summus, ad curandũ graues animæ morbos permittit plurimos electos suos, & magnos, in morbis corporum grauiter affligi, & quod plus est, ad curandũ maiora crimina, permittit incidere in minora, & mortalia. Inter omnia vero peccata, grauius peccatũ est superbia. Nam sicut charitas est radix & initium virtutũ, sic superbia est radix & initium omniũ vitiorum. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. quod sic patet. Charitas enim ideo dr̃ radix omnium virtutum, quia coniungit Deo, qui est vltimus finis. Vnde, sicut finis est principium omnium operabilium, ita charitas est principium omnium virtutũ. Superbia aũt auertit a Deo. Superbia enim est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. Si enim aliquis appetit aliquã excel-
C lentiam sub Deo, si moderate quidem appetit, & pp bonum, sustineri potest. Si vero nõ debito ordine, põt quidem alia vitia incurrere, s. ambitionis, auaritiæ, seu inanis gloriæ, & hmõi: tñ non est proprie superbia, nisi qñ quis appetit excellentiam non ordinando illam ad Deum. Et ideo superbia proprie dicta, separat a Deo, & est radix omniũ vitiorum: & pessimum omnium, pp ꝙ Deus resistit superbis: vt dr̃ Iaco. 4. Quia ergo in bonis est maxime materia huius vitij, s. superbiæ, quia eius materia est bonum, permittit aliquando electos suos impediri ex aliqua sui parte, vt per infirmitatẽ, vel per aliquem defectũ, & aliquando ẽt per peccatum mortale ab hmõi bono, vt sic ex hac parte humilientur, ꝙ ex illa non superbiant, & homo sic humiliatus recognoscat se suis viribus stare non posse. Vnde dr̃ Rom. 8. Diligentibus Deũ omnia &c. non quidẽ ex eorum peccato, sed ex ordinatione Dei. Quia igitur Apostolus magnam habebat superbiendi materiã, & quantum ad specialem electionẽ, qua a Dño electus est. Act. 9. Vas electionis est &c. Et quantum ad secretorũ Dei cognitio-
D nem, quia hic dicit se raptum in tertium cœlum, & in paradisum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, & quantũ ad malorum perpessionẽ, quia supra 11. In carceribus plurimis, in infirmitatibus, ter virgis cæsus sum &c. Et quantũ ad virginalem integritatẽ: quia volo oẽs esse sicut & ego. 1. Cor. 7. Et quantum ad bonorum operationem, quia supra, plus omnibus laboraui. Et specialiter quantũ ad maximam scientiã qua emicuit, quæ specialiter inflat: ideo Dñs adhibuit ei remedium, ne in superbiam extolleretur. Et hoc est, quod dicit; [Et ne magnitudo reuelationum mihi factæ; [Extollat me] in superbiam. Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuę velut taurus &c. Psal. 87. Exaltatus aũt humiliatus &c. Et dicit, vt ostendat sibi factas fore reuelationes prædictas; [Datus est mihi] i. ad meam vtilitatem & humiliationem. Iob 30. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens &c. Datus est, inquã, mihi; [Stimulus,] crucians corpus meũ per infirmitatem corporis, vt anima sanetur, quia ad literam dr̃, ꝙ fuit uehementer afflictus dolore yliaco. Vel; [Stimulus carnis
E meæ,] idest concupiscentiæ surgens ex carne mea, a qua multum infestabatur. Rom. 7. Non enim, quod volo &c. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei &c. Vnde Aug. dicit, ꝙ inerant ei motus concupiscentiæ: quos tñ diuina gratia refrenabat. Iste, inquam, stimulus est; [Angelus sathanæ,] idest angelus malignus. Est aũt angelus a Deo missus seu permissus, sed sathanæ: quia sathanæ intentio est, vt subuertat: Dei vero, vt humiliet & probatum reddat. Timeat peccator si Apostolus & vas electionis securus non erat. De remotione aũt huius stimuli remouendi, solicitus erat Apostolus. vnde pp hoc orabat. Et hoc est, quod subdit, [Propter quod, ter &c.] Vbi sciendum est, ꝙ infirmus nesciens processum medici apponentis mordax emplastrum, rogat medicũ, vt remo-

A ueat, quod tamen sciens medicus causam quare faciat, s. pp sanitatem, non exaudit eum, quantum ad uoluntatem petẽtis, magis curans de eius utilitate. Sic Apostolus sentiẽs stimulum sibi grauem esse, ad singularis medici confugit auxiliũ, vt eũ remoueat. Ter enim expresse & deuote rogauit, vt Deus tolleret ab eo, i. stimulũ 2. Para. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus &c. Forte pluries hoc petijt, sed expresse & instanter ter eum petijt, vel ter, i. multoties. Ternarius enim est numerus perfectus. Et vere ipse rogãdus est, quia ipse vulnerat, & medetur. Iob 5. & Luc. 22. Orate ne intretis in tẽtationẽ &c. Sequitur responsio Dñi; [Et dixit mihi Dñs &c.] Vbi duo facit. Primo ponit Dñi responsionẽ. Secundo responsionis rationem assignat, ibi. [Nam virtus &c.] Dicit ergo, Ego rogaui, sed Dñs dixit mihi; [Sufficit tibi &c.] Quasi dicat. Non est tibi necessarium, ꝙ infirmitas corporis recedat a te, quia non est periculosa; quia non duceris ad impatientiam, cũ gratia mea confortet te: nec infirmitas concupiscentię, quia non protrahet te ad peccatum, quia gratia mea proteget te. Ro. 3. Iustificati gratis &c. Et vere sufficit gratia Dei ad mala uitanda, ad bona facienda, & ad vitam consequendam æternam 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum &c. Ro. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed contra Io. 15. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis &c. Aut ergo Paulus discrete petiuit, & tũc debuit exaudiri; aut indiscrete, & tunc peccauit. Respondeo. Dicendum est, ꝙ de vna & eadem re põt homo dupliciter loqui. Vno
C modo ẽm se & naturam illius rei. Alio modo, ẽm ordinem ad aliud. Et sic contingit, ꝙ illud quod est malum ẽm se, est uitandum; ẽm ordinem ad aliud est appetendum: sicut potio inquantum ẽm se est amara, est uitanda. tñ qui considerat eam ẽm ordinem ad sanitatem, appetit eam. Ergo & stimulus carnis ẽm se est uitandus ut affligens; inquantum vero est via ad virtutem & exercitiũ virtutis, est appetendus. Apost. aũt quia nondum reuelatum ei erat illud secretũ diuinæ prouidentiæ, vt ad utilitatem suam crederet, considerabat sibi malum quantũ in se est: & ideo petierat suam amotionẽ, nec in eo peccauit: sed Deus, qui ordinauerat hoc ad bonum humilitatis suæ, non exaudiuit eum quantum ad eius uoluntatem; quod tñ sciens postmodum Apost. gloriabatur cũ diceret, Libenter gloriabor in infirmitatib. meis &c. Et licet non exaudierit eum quantum ad uoluntatem, exaudiuit tñ eum, & exaudit sanctos suos quantum ad eius utilitatẽ. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, Bonus Dñs, qui sæpe non tribuit quod uolumus, vt tribuat quod mallemus. Ratio-
D nem aũt suæ responsionis subdit consequenter cum dicit: [Nam uirtus &c.] Mirus modus loquendi. [Virtus in infirmitate perficitur.] Ignis in aqua crescit. Intelligi vero potest hoc, quod dicitur, Virtus perficitur in infirmitate, dupliciter, s. materialiter, & occasionaliter. Si accipiatur materialiter, tunc est sensus. Virtus in infirmitate perficitur, id est infirmitas est materia exercendæ virtutis. Et primo humilitatis, vt supra dictum est. Secundo patiẽtiæ. Iac. 1. Tribulatio patientiam operatur. Tertio temperantiæ; quia ex infirmitate debilitatur fomes, & tẽperatus efficitur quis.

Si vero accipiatur occasionaliter, tunc uirtus in infirmitate perficitur, idest occasio perueniendi ad perfectam uirtutem, quia homo sciẽs se infirmum, magis solicitatur ad resistendum, & ex hoc, ꝙ magis resistit & pugnat, efficitur exercitatior, & per consequens fortior. Et ideo Leuit. legitur & Iudic. 3. Quòd Dominus noluit destruere omnes habitatores terræ: sed aliquos reseruauit, vt scilicet, filij Israel exercitarentur pugnando cum eis. Sic
E etiam Scipio nolebat destructionem ciuitatis Carthaginensis, vt scilicet, dum Romani haberent hostes exterius, non sentirent hostes interiores, contra quos durius bellum est, quàm contra exteriores, vt ipse dicebat. Consequenter ponit Apostolus effectum huius responsionis Dominicæ, dicens. [Libenter gloriabor &c.] Ponit autem duplicem effectum. Vnus est gloriationis.

Vnde dicit, Quia uirtus mea perficitur in infirmitatibus, igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis, idest mihi ad utilitatem meam datis. Et hoc, quia magis coniungitur Christo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce &c. Galat. ultimo. Eccle. decimo. Qui in paupertate gloriatur &c. Et ratio, quòd libenter gloriabor. [Vt habitet in me uirtus Christi,] vt scilicet, per infirmitates inhabitet & consumetur in me gratia Chri-

LECTIO III.

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dominum rogaui, vt discederet a me & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus, in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatib. meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.

sti Esa. 40. Qui dat lapso virtutem &c. Alius effectus est gaudij. Vnde dicit, Propter quod complaceo &c. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit huiusmodi effectum. Secundo huius effectus rõnẽ assignat, ibi: [Cum.n.infirmor] &c. Ponit aũt effectũ gaudij, & materiã gaudij. Dicit ergo propter quod, quia virtus Christi habitat in me in infirmitatib. & in tribulationibus omnib. & ideo cõplaceo mihi.i. multũ delector & gaudeo dictis infirmitatibus meis. Iacob 1. Oẽ gaudiũ existimate fratres &c. Defectus autẽ, in quibus propter gratiã Christi abundanter delectatur, enumerat. Et primo illos, qui sunt à causa interiori & huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit: [In infirmitatibus.] Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. s. ad gratiam. Secũdo illos, qui sunt à causa exteriori. Et hos quidem quantum ad uerbum cum dicit: [In contumeliis]. s. mihi illatis Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Et quantum ad factum, & hoc, vel quantum ad defectum bonorũ, cum dicit: [In necessitatibus,] i. in penuriis necessariorum, & in paupertate qua premebatur. Et hoc modo accipitur necessitas, cum dr Ro. 12. Necessitatibus sanctorum cõicantes. Vel quãtum ad experimentum malorum illatorum, & hoc quantum ad exteriora. Matt. 5. Beati qui persecutionem &c. cũ dicit: [In persecutionib.] s. corporis, quæ de loco ad locum, & ubique experimur. Et quantum ad interiora, dicens; [In angustiis;] i. in anxietatibus animi. Dan. 13. Angustiæ sunt mihi vndique &c. Sed materia omnium horum, quæ faciunt ad gaudiũ, est quia pro Christo. q.d. Ideo complaceo, quia propter Christum, patior 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, vel fur. Et huius gaudij rationem assignat, dicens: [Cum.n. infirmor &c. q.d. Merito cõplaceo mihi in illis, quia qñ infirmor &c. Idest, qñ ex his, quę in me sunt, vel ex persecutione aliorum incido in aliquod prędictorum, adhibetur mihi auxilium diuinum, per quod cõfirmor. Ps. 93. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Ioel 3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. sup. 4. Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur &c. Exod. 1. legitur, q quanto plus premebantur filij Israel, tanto plus multiplicabantur.

LECTIO IIII.

Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum: Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super uos, in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus. Quid est enim, quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quòd ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.

LECTIO IIII.

Posita commendatione sua, consequenter Apostolus excusat se de his, quæ dixit, ostendens se coactum hæc dixisse, quę ad gloriam suam pertinent. Et circa hoc duo facit. Primo imponit Corinthiis causam eiusmodi gloriationis. Secundo, exponit & manifestat hanc causam, ibi; [Ego.n.debui &c.] Dicit ergo, Cõfiteor q in his omnib. commendationibus meis; [Factus sum insipiens,] idest videtur vobis; quod opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me, nec sponte, immo coactus feci, & uestra culpa fuit, quia uos me coegistis,] i. dedistis mihi occasionem. Frequenter enim, subditi cogunt prælatos aliqua facere, quæ insipienter facta esse iudicari possunt; sed tñ pro loco & tempore sapienter facta sunt. Hoc autem, quod dixerat in cõmuni. s. q ipsi fuerunt causa suæ commendationis, exponit consequenter, cũ dicit; [Ego enim debui &c.] Vbi dicit, q ipsi fuerunt causa suæ commendationis, Primo omittendo bona, quæ facere debuissent, in quo exaggerat eorum ingratitudinem. Secundo, cõmittendo mala, in quo detestatur eorum malitiã, ibi: [Timeo enim ne forte, &c.] Circa primum duo facit. Primo, cõmemorat quid facere debuissent, ostendens causam ibi: [Nihil.n.minus &c.] Tertio, remouet ipsorum excusationem, ibi: [Nihil.n.minus &c.] Dicit ergo, vere vos me coegistis; quia vos debuissetis facere illud quod ego feci. Vnde dicit, [Ego debui commendari a uobis,] quod non fecistis qñ necesse erat. s. qñ pseudo vilipendendo me & præferendo se, reddebant uilem doctrinam & euangelium Christi a me pdicatum. Vnde, quia vos non commendastis me, ne deperiret fides Christi in uobis, prorupi in commendationem propriã. Sed contra supra 3. dicit, Nunquid egemus commendatitijs epistolis &c. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo, Dicendum est, quod Apostolus propter se non egebat commendationibus, sed propter alios, ut. s. dum commendaretur, doctrina sua esset in maiori authoritate, & pseudo cõfutarentur. Sed quia possent isti dicere, ideo non commendauimus te, quia non est in te aliquid commendatione dignum, propter hoc Apostolus probat eis, q bene poterant eum commendare, cum dicit: [Nihil enim &c.] Ostendens esse in se, multa commendatione digna. Et primo, quantum ad præterita bona, quæ fecit. Secundo, quantum ad futura, quæ facere intendit, ibi: [Ecce tertio hoc paratus &c.] Ostendit autem præterita commendabilia, quæ fecit. Primo in generali, quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali, quantum ad eos, quæ egit apud eos, ibi: [Tametsi nihil &c.] Tertio excludit obiectionem, ibi: [Quid est enim &c.] Dicit ergo, Merito debui commendari a uobis, quia multa sunt in me commendatione digna. Nam [Nihil minus feci ab eis,] scilicet, Petro, & Iacobo, & Ioanne, [Qui sunt supra modum Apostoli,] idest, qui videntur a quibusdam digniores Apostoli, quàm ego sum. Pseudo enim dicebant, quòd erant docti a Petro, & Ioanne, qui fuerunt docti a Christo, & quòd Petrus, & Ioannes seruabant legalia; vnde & ipsi debebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis, nec quantum ad prædicationem, nec quantum ad conuersionem fidelium, [illegible] siones miraculorum, & perpessionem laborum, immo plus, quia (ut supra) plus omnibus laboraui 1. Corinth. 15. Abundantius [illegible] omnibus &c. Ideo magis sum commendandus. Vel dicuntur supra modum Apostoli scilicet, Petrus, Ioannes & Iacobus, qui fuerunt primo conuersi ad Christum. 1. Corinthior. 15. Nouissime autem uisus est, & mihi &cęt. Si secundum hoc accipiatur, nihil tamen minus fecit eis, quia in modico tempore, & postquam conuersus fuit, plus laborauit. Sed esto, quòd nihil fecerim quantum ad ecclesias, per quod possem commendari, multa tamen specialia egi apud uos, de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit; [Tametsi nihil,] idest dato quòd nihil fecerim in comparatione ad eos, tamẽ effectus meę uirtutis manifeste apparent in nobis, & primo quantum ad prædicationem nostram, qua conuersi estis ad fidem. Et sum Apostolus uester. Et ideo dicit; [Signa Apostolatus mei,] idest meæ prædicationis; [Facta sunt super uos] a Deo, inquantum credentes, conuersi estis. 1. Corinth. 9. Signaculũm Apostolatus mei uos estis [illegible] 1. Corinthio. 4. In Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Secundo, per conuersationem per quam confirmatur fides, quando uita concordat doctrinæ, maioris authoritatis est doctrina, & uirtus prædicatoris magis apparet per patientiam. Prouerb. 19. Doctrina uiri per patientiam noscitur. Et ideo dicit; [In omni patientia.] Tertio, quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit; [In signis &c.] Marci. vlti. Illi autem profecti &c. Et hæc tria distinguuntur, quia uirtus est communis ad omnia miracula, nam uirtus est ultimum de potentia, & ideo aliquid dicitur virtuosum, quia ex magna uirtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna uirtute. s. diuina ideo dicũtur uirtutes. Signum uero, refertur, ad minus miraculum. Prodigium ad maximum. Vel dicit signa, quantũ ad miracula facta de præsenti, prodigia quantum ad miracula de futuris. Vel signa & prodigia dicit miracula, q̃ fiunt cõtra naturam, sicut illuminatio cæci, suscitatio mortui &c. Virtutes uero dicit, quæ sunt [illegible] naturam, sed nõ eo modo quo natura facit; sicut q ad impositionem manus statim sanentur infirmi, quod & natura facit, sed successiue. Vel uirtutes, dicit virtutes mentis, sicut est castitas & huiusmodi. Consequenter, excludit obiectionem cum dicit; [Quid enim est, quod minus &c.] Possent enim Corinthii respondere ad prædicta & dicere, verum est, q multa bona fecisti & magna, & tamen alii fecerunt plura, & maiora quàm tu, & ideo [illegible] eos, & in eorum comparatione nolumus te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens, quòd nihil minus fecit, quàm illi, sed plus. Et ideo dicit; [Quid est enim, quod minus habuistis a me præ cæteris eccles.] i. quàm aliæ ecclesiæ Christi habuerunt per illos, quantum ad spiritualia. q.d. Nihil, quia ipsi prædicauerunt fidem, & Apostolus prædicauit. Illi ostenderunt signa & uirtutes, & Apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis, sed plus, quia alii Apostoli viuebant de sumptibus illorum, quibus prædicabant; sed Apostolus non, quia nihil accepit a Corinthiis. Et ideo dicit: [Nisi quod ego ipse non grauaui uos? accipiendo vestra, quasi dicat, nihil habuistis minus, et si hoc forte reputetis minus: quia nihil accepi a uobis, quod tamen plus est. Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, necessaria ministrauerunt &c. 2. Thess. 3. Nocte & die laborantes &c. Esa. 23. Qui excutit manus suas, &c. Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet, quòd nolui uestra recipere,

cipere, quod feci, quia non dilexi uos, & uidetur uobis, quòd male fecerim, parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo: [Donate,] idest, parcite: [Mihi hanc iniuriam.] Hoc modo accipitur donare, Ephe. 4. Donantes inuicem, sicut & Christus vobis donauit.

LECTIO V.

Ecce iam tertio paratus sum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quæro, quæ uestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ego autem libentissime impendam & super impendar ego ipse pro animabus vestris, licet plus uos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego uos non grauaui: sed cum essem astutus, dolo uos cepi. Nũquid per aliquem eorum quos misi ad uos, & circumueni uos? Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigijs? Olim putatis, quod excusemus nos apud vos. Coram Deo in Christo loquimur: Omnia enim charissimi, propter ædificationem vestram.

LECTIO V.

Hic ostendit se esse cõmendabilẽ, quantum ad bona futura, quæ facere intendit, & tria facit. Primo ostendit suũ propositũ de futuro bono, quod intendit. Secundo, propositi huius rationem assignat, ibi: [Non enim quæro quę vestra sunt &c.] Tertio, ad rationẽ similitudinẽ adhibet, ibi; [Nec enim debent &c.] Sciendum est circa primum, q aliqñ contingit, q ideo aliqui non accipiunt vno tempore, vt reseruent se ad aliud tempus, in quo possint & plus recipere & audacius. Ne ergo isti simile crederent de Apostolo, vt ideo noluisset prima vice recipere ab eis, vt postmodum reciperet plus dicit, q non solum hoc fecit olim, sed & paratus est facere in futurum. Vnde dicit: [Ecce iam tertio,] i. tertia vice,] Paratus sum venire ad vos, & nõ ero vobis grauis,] q.d. nec & tunc grauabo vos, accipiendo vestra. sup. 11. In omnibus sine onere me seruaui & seruabo. Iob. 27. Iustificationẽ quã cœpi tenere &c. Dicit aũt, [Tertio paratus sum uenire.] Et nõ dicit, tertio venio, quia bene ter paratus fuit ire ad eos, sed tñ non fuit nisi bis. Paratus. n. fuit de prima vice, & tunc iuit, & conuersi sunt. Secunda vice fuit paratus, & fuit impeditus propter peccatum eorum, & tunc nõ iuit, de quo excusat se in principio huius epistolæ. Modo est paratus ire tertio, & iuit, vnde bis iuit, & ter fuit paratus ire. Rationem aũt huius boni propositi subdit, dicens; [Non enim quæro &c.] Quæ talis est, Constat q artifex disponit opus suum secundum finem quem intendit; prædicatores autem in prædicando, aliqui intendunt quæstum & bona temporalia, & ideo totam prædicationem ad hoc ordinant, & disponunt: aliqui uero intendunt salutem animarum, & ideo hoc modo disponunt prædicationem suam, sm quod vident expedire saluti illorum, quibus prædicant. Quia ergo Apostolus intendebat in prædicatione sua salutem Corinthiorum, & videbat, q non expediebat, q reciperet ab eis sumptus; tum ut confutaret pseudo; tum & quia auari erãt, ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assignat, dicens: Ideo non grauabo vos, sumptus accipiendo: quia non quæro quæ uestra sunt in prędicatione mea: [Sed vos] & uestram salutem procurare intendo. Philip. 4. Non quæro datum, sed fructum. Et ideo Dñs dixit Apostolis, Faciam vos fieri piscatores hominum, non pecuniæ. Hoc etiã figuratur Gen. 47. vbi legitur, q Ioseph emit Aegyptios in seruitutem regi, quia bonus prædicator debet ad hoc studere, ut infideles conuertat ad seruitium Christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinem, cum dicit, Nec enim debent &c. Et primo, ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam, ibi: [Ego aũt libentissime &c.] Tertio, arguit eorum ingratitudinem, ibi; [Licet plus uos, &c.] Dicit ergo, q autem non quæram vestra, patet per simile. Videmus enim, q parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus, quia; [Filij non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.] Cum ergo ego sim pater vester spiritualis, & uos sitis filij mei, nolo q vos thesaurizetis mihi, sed ego vobis. Sed hic est quæstio de patribus carnalibus: nam Exo. 20. dr. Honora patrem tuum &c. In quo & præcipitur nobis, q ministremus eis necessaria. ergo filij tenentur thesaurizare parentibus. Respondeo, dicẽdum est, q ex præcepto tenentur filij ministrare, & subuenire parentibus in necessatijs, non autem congregare, & thesaurizare eis: nam thesaurizatio & congregatio fit in posterum.

Sed nos uidemus, q secundum naturam filij succedunt parentibus & non econuerso, nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parentũ est ad hoc, ut congregent filius. Et hoc modo loquitur Apost. Exo. autem 20. loquitur Dñs de subuentione in necessariis. Item quæstio oritur de hoc, q dicit, Parentes filijs &c. ergo cum prælati sint parentes nostri spirituales, uidetur q male fecerint principes & alij, dando diuitias prelatis. Respõsio Dicendum est, q non dederunt prælatis propter se, sed propter pauperes. Et ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Et hoc Dñs monet Matt. 6. Thesaurizate uobis thesauros in cęlis &c. Prelatis aũt datur tanquam pauperum dispensatoribus. Consequenter positam similitudinem adaptat. In similitudine autem, duo proposuit. Vnum est, quod filij non debent thesaurizare parentib. & hoc iam patet: Et aliud est, quod parentes debent thesaurizare filiis & dare. Et quantũ ad hoc dicit; Quia ergo ego sum pater vester, ideo paratus sum dare uobis. Et hoc est, quod dicit; [Ego libẽtissime impendam] vobis bona, non solum bona spiritualia prædicando, & exempla monstrando, sed etiã temporalia, quod & faciebat, inquantum pdicabat, & seruiebat eis cum sumptibus aliarũ ecclesiarum. Hæc tria ministrare debet quilibet prælatus suis subditis. Vnde Dominus dixit ter Pet. Io. 21. Pasce oues meas, idest pasce uerbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio, & non solum ista impendam vobis, sed paratus sum mori pro salute animarum vestrarum. vnde dicit; [Et superimpendar pro animabus uestris.] Io. 5. Maiorem charitatem nemo habet. &c. 1. Io. 3. Si Christus animam suam pro nobis posuit, & vos debitis &c. Io. 10. Bonus pastor animam suam &c. Ingratitudinem istorum increpat consequenter, dicens; [Licet plus vos diligens &c.] q.d. Libenter impndar pro uobis, licet sitis ingrati, quia licet plus uos diligens &c. Et hæc comparatio potest exponi dupliciter. Vno modo sic, licet plus diligam uos, quam pseudo, tamen; [Minus diligor,] s. a uobis, quam diligantur pseudo, quos plus diligitis, quàm me. Et sic patet, q ego plus uos diligo, quam illi, quia ego quæro salutem vestram tantum, illi vero bona uestra solũ. Alio modo sic, licet plus diligam. s. uos quã alias ecclesias, tñ minus diligor a uobis, quàm ab aliis ecclesijs. Phil. 1. Testis est mihi Deus quomodo cupiam &c. Et q plus dilexerit Corinthienses, quàm alias ecclesias patet, quia plus pro eis laborauit. Illud autem in quo plus laboramus, magis cõsueuimus diligere. Consequenter cum dicit: [Ego vos &c.] Remouet suspitionem. Et primo, ponit suspitionem ipsam. Secundo, excludit eam, ibi; [Nunquid per aliquem &c.] Tertio, rationẽ exclusionis assignat, ibi: [Olim putatis, quod excusemus &c.] Poterat autem esse istorum suspitio talis, q ideo ipse ab eis per seipsum non acceperit, ut per alios dolose ab eis plus acciperet. Et ideo dicit, hoc ponens; [Esto,] idest dato & concesso, q ego in persona mea & eorum, qui mecum sunt aliquid accipiendo non grauaui vos: [Sed] sicut credidistis: [Cum essem astutus, dolo &c.] Idest per alios detraxi vobis bona uestra plurima: sed hoc est falsum, quia nihil ex dolo feci. 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Nam ipse erat ueri Israelita in quo dolus non fuit. Ioan. 1. Hanc ergo suspitionem excludit consequenter, cum dicit; [Nunquid per aliquem &c. Et primo, in generali. Secundo, in speciali. In generali sic, Si per alios noluissem surripere uestra, misissem aliquos, qui hoc procurarent apud uos, [Sed nunquid per aliquem eorum quem misi ad uos circumueni uos?] extorquẽdo per eos vestra. q.d. non supra 7. Neminem circumuenimus &c. 1. Thess. 4. Ne quis circũueniat in negotio fratrem suum. In speciali uero, excludit suspitionem prædictam, cum dicit; [Rogaui Titum, &c.] q.d. Nullus eorum in speciali quem misi ad uos, circumuenit vos. Titum enim cum precibus misi ad uos. Et hoc est quod dicit, [Rogaui Titum &c. De isto habetur sup. 8. [Misit & cum illo fratrem,] s. Barnabam, vel Lucam, sup. 8. Misimus cum illo. s. Tito, fratrem, (.s. alterum dictorum) cuius laus est in euangelio; [Sed nunquid Titus circumuenit uos? &c.] q.d. Non supra 8. Gratias ago Deo meo, qui dedit eãdem solicitudinem pro uobis in corde Titi &c. Et quòd Titus non circumuenerit eos, probat per conformitatẽ Titi ad seipsum Apostolum, & ponit duplicem conformitatem, scilicet cordis.

Et ideo dicit; [Nonne eodem spiritu ambulauimus?] idest eãdem uoluntatem habemus? Vel eodem spiritu instigamur ad bene & recte agendum? supra 4. Habentes autem eundem spiritum &cæt. Item conformitatem operis. Et ideo dicit; Nonne eisdem uestigijs?] idest operibus intendimus, scilicet ve-

stijs Christi; nam ego sequor vestigia Christi. Iob. 23. Vestigia eius. s. Christi, secutus est pes meus &c. 1. Pet. 2. Christus passus est &c. vt sequamini vestigia eius. Et Titus sequit vestigia mea. 1. Cor. 11. Imitatores mei estote, &c. & sic patet, ꝙ si conformis est mihi in voluntate & opere, & ego non circumueni vos, nec intendo circũuenire; ꝙ aũt nec ipse circumuenerit vos patet per illud Matt. 7. A fructib. eorũ cognoscetis, &c. Rõnem aũt exclusionis, subdit, dicens; [Olim] (seu rursus) [putatis &c.] Et primo, ponit eorũ opinionem. Secũdo, excludit eam. Opinio autẽ istorum erat, ꝙ Apostolus quasi reus, & culpabilis, omnia uerba ista epistolæ diceret ad excusationem suam, & ꝙ non essent vera, sed ad excusandum tm̃ inuenta, & ideo ponens hanc opinionem ipsorum, dicit. [Vos putatis olim,] i. a principio huius epistolæ; [Quod excusemus nos apud vos,] i. ꝙ hæc verba non sint vera, sed sint ad excusandum conficta. Hanc autem excludit sic, qui enim sic excusat se, duo habet. Vnum est, ꝙ non utitur verbis veris, sed confictis; aliud est, quia non vult pati detrimentum famæ suæ & gloriæ. Vnde specialiter propter dispendiũ famæ, aliqui excusant se, sed neutrum istorum est in nobis; nõ ergo vera est opinio vestra. Quod autem neutrum istorum sit in nobis, patet nõ enim dicimus verba falsa, quod probo. Primo, per testimonium Dei, quia: [Corã Deo loquimur.] q.d. Teste Deo, hoc in veritate dico. Iob 16. Ecce in cœlo testis meus &cæt. Secundo, per testimonium Christi, quia [In Christo loquimur,] i. per Christum, in quo nulla est falsitas. sup. 2. Ex sinceritate sicut ex Deo in Christo loquimur. Itẽ, non quærimus gloriam nostram, nec timemus infamiã: [Quia omnia,] quæ dixi & de reuelationibus & de tribulationibus, facio, seu dico; [Propter vestram ædificationem] vt. s. permaneatis in uirtute, & expellatis Pseudo. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem &c. 1. Cor. 14. Omnia ad ædificationem fiant. Io. 12. Non propter me hæc vox venit, sed propter uos &c.

LECTIO VI.

TImeo.n. ne forte cum venero, nõ quales uolo inueniam vos, & ego inueniar a vobis, qualẽ non uultis; ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos; ne iterum cũ uenero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & nõ egerunt penitentiã super immũditia, & fornicatione, & impudicitia quã gesserũt.

LECTIO VI.

POsita vna causa commendationis, quæ prouenit ex omissione Corinthiorum, quantum ad ea bona, quæ facere debuissent, in qua detestatur eorum ingratitudinem, hic consequenter ponit aliam causam, quæ prouenit ex eorum commissione quãtum ad mala, quæ debuissent vitare, in qua exaggerat eorũ malitiam. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit eorum culpam in generali. Secundo, explanat eam in speciali, ibi; [Ne forte &c.] Dicit ergo non solum laudaui me propter hoc, ꝙ uos omisistis me laudare, sed etiam propter periculum vetustum, quod est in hoc, ꝙ vos adhæretis pseudo, quia dũ fouent uos in peccatis, exponunt vos in magno periculo, & ideo dicit; [Timeo,] s. Ne forte cũ venero ad uos] personaliter: [Non inueniam uos quales uos volo,] s. iustos, sed peccatores, & incorrectos, & displiceatis mihi, & ego uobis, quia iusto non placent peccatores, inquantum peccatores; [Et inueniar talis a uobis,] s. contristatus & puniens, [Qualem me non uultis habere.] Mali enim odiant correctionẽ & ueritatem: ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis &c. Gal. 4. Sic patet eorum malitia in generali. s. ꝙ timebat ne nondum plene pœnituerint. In speciali etiam, manifestat eorum malitiam, cum dicit: [Ne forte contentiones, &c.] Et circa hoc duo facit. Primo enim, enumerat eorum mala præsentia. Secundo, commemorat præterita mala, de quibus nondum pœnituerunt, ibi; [Ne iterum cum venero &c.] Sciendum est aũt circa primum, ꝙ Corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatum carnale, ut patet de illo, qui uxorem patris habuit, & de hoc in hac parte correcti sunt per primam epistolam, non tamen plene, sed adhuc aliquid in eis remansit, & supra hoc remãserunt in eis multa peccata spiritualia, quæ proprie opponitur charitati. Charitas uero, duo facit. Primo enim facit corda hominum adinuicem consentientia. Secundo, inducit homines ad mutuum profectum. Et ideo peccata spiritualia econtrario; Primo faciunt homines adinuicem dissentientes. Secundo, faciunt eos inuicem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata spiritualia, quæ pertinent ad dissensionem. Secundo ea, quę faciunt ad offensionem, ibi; [Detractiones &c.] In dissensionibus autẽ

F procedit ordine retrogrado. Nam secundum rectũ ordinem, homines primo dissentiunt, inquantum vnus uult unum, alius uult contrarium. Secundo, ex hoc procedunt ad inferendum nocumẽta, inquantum quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio, quĩ non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit, accenditur zelo inuidię. Quarto, ex hoc prorumpit ad contentiones verborum, & ab isto vltimo incipit Apostolus, dicens; [Ne forte contentiones, &c.] quasi dicat. Non solum timeo mala vestra in generali, sed in speciali, ne forte sint in vobis cõtentiones de meritis prælatorũ, & de baptistis &c. Prou. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus &c. Ambr. Contentio est impugnatio ueritatis, cum confidentia clamoris. Et hæc contentio venit ab æmulatione, & ideo dicit; [Et æmulationes,] idest inuidiæ, in his, qui minores sunt, & minus habent. Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. Iob 5. Paruulum occidit inuidia, &c. Sap. 2. Inuidia diaboli &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit; [Animositates,] in vltione, & illatione nocumenti. Eccle. 8. Cum audace ne eas &c.

CAP. XIII. LEC. I.

G ECce tertio hoc uenio ad vos; In ore duorum, vel trium testiũ, stabit oẽ verbum, Prædixi enim & prædico, vt præsens uobis, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cęteris omnibus, quoniam si venero, iterum non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in uobis non infirmatur, sed potens est in nobis. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Nam, & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum eo ex uirtute Dei in uobis.

Et animositas uenit ex dissensionibus & ideo dicit: [Dissensiones,] i. odia, & cõtrarietas animorum. Rom: vlt. Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, &c. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in nobis schismata. Consequenter enumerat eorum mala præsentia, quantum ad offensionem, & quia ista specialiter sunt mala in nocumentis factorum, enumerat nocumenta verborum, in quibus etiam procedit ordine retrogrado, incipiens a posteriore, & hoc est, cum quis expresse malũ dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit; [Detractiones.] Rom. 1. Detractores, Deo odibiles &c. Si uero in occulto, tunc est susurro, & ideo dicit: [Susurratione.] Sunt enim susurrones, qui latenter seminant discordias. Eccle. 28. Susurro & bilinguis, maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorumpere facit in mala verba, & ideo dicit: [Inflationes.] 1. Cor. 4. Tanquam non venturus ad uos sic inflati &c. Et hæ inflationes ueniunt ex seditionibus, quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prou. 13. Et ideo dicit; [Seditiones,] idest tumultus ad pugnam. Prou. 17. Semper iurgia quærit malus. Sic ergo patet eorum malitia, quantum ad mala præsentia, quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam, quantum ad mala præterita quibus non pœnituerunt, cum dicit; [Ne iterum cum uenero humiliet me Deus,] i. affligat apud uos, ita quòd; Et lugeam multos uestrum, ex his qui ante peccauerunt] i. ante primam epistolam. [Et non egerunt pœnitentiam,] plene post primam epistolam, & merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio filiorum, sic Samuel lugebat Saul. 1. Reg. 15. Vsquequo lugens Saul &c. 1. Reg. 16. & hoc, quia; [Non pœnituerunt, nec egerunt pœnitentiam] de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam, & ideo dicit: [Super immunditia,] i. luxuria contra naturam. Quædam sunt, quæ committuntur cum mulieribus corruptis. s. uiduis seu coniugatis, & ideo dicit: [Et fornicatione.] Quædam sunt, quæ fiunt in corruptione uirginum, & ideo dicit; [Et impudicitia quam gesserũt &c.] Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, & impudicitia &c.

LECTIO PRIMA.

IN præcedentibus, Apostolus multa locutus est ad detestationem pseudo, hic cõsequenter loquitur contra illos, qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit.

Primo, increpat seductos. Secundo, consolatur persistentes, ibi: [De cætero fratres gaudete &c.] Circa primum, primo comminatur sententiæ seueritatem. Secundo, ostendit suam iudiciariam potestatem, ibi: [An experimentum quęritis, &c.] Tertio monet ad correctionem, ibi: Vosmetipsos tentate &c.] Circa primum, primo promittit suam præsentiam. Secundo, prædeterminat sui iudicij formam, ibi: [In ore duorum, uel trium &c.] Tertio,

comminatur seueram sententiam, ibi; [Prædixi enim & prædico &c.] Promittit ergo primo suum aduentum, dicens; [Ecce ego uenio.] q.d. Certum sit uobis, ꝙ venio ad uos. Et ideo cauete vobis ne inueniam vos imparatos, & dicit, tertio, non ꝙ tertio iuerit, sed quia tertio iã parauerat ire, & si non iuerat nisi semel, in secundo apparatu īpeditus. 1. Cor. 4. Veniam ad uos cito &c. Veniam, inquam, & iudicabo malos secundum ordinem tamen, ita. s. quòd; [In ore duorum, uel trium testium] accusantium, seu testantium contra aliquem; [Sit omne verbum] accusatorũ; qd quidẽ dicitur Deu. 17. Nemo occidetur vno teste dicente testimonium: & eiusdem 19. Non stabit testis vnus contra aliquem. Vel aliter, In ore duorum &c. q.d. Hoc quod dico de aduentu meo ad uos, ita est certum, sicut testimonium duorum, vel trium. Sic ergo ordo iudicij erit. Sed seueritatem sententiæ comminatur, dicens; [Prædixi.n. &c.] Vbi primo, insinuat ordinem iudiciarium quo est procedẽdum, in quo exigitur, ut præcedat trina ammonitio. Et quantum ad hoc, dicit, Prædixi uobis, ut præsens, bis, quãdo. s. eram vobiscum; Et nunc absens; [Prædico] ut sic ter admoneat: prædico, inquam, his; [Qui ante peccauerunt & omnibus aliis,] q.d. omnes moneo. Secundo, pręmissa monitione, comminatur sententiam. Vnde dicit: [Quoniam si uenero, non parcam iterum.] q.d. Illis qui peccauerũt peperci prima vice sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pęnitentiam, non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit, quia ille cui semel remittitur & iterũ peccat, si remitteretur sibi, cresceret in malitia & efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens. Prou. 13. Qui parcit virgæ, odit filium &c. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia, ut præcedat trina monitio, antequã quis sententiam excommunicationis fulminet: quia contingit, ꝙ aliqui, licet sint in peccatis, & offendunt, tñ ex solo verbo admonitionis corriguntur & satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semper incipiendum est, ꝙ si admonitione non ducitur, ne magis insolescat, adhibenda est seueritas sententiæ. Eccle. 8. Ex eo, ꝙ nõ profertur cito contra malos sententia &c. Consequenter, ne possent calumniari de potestate Apostoli, ostendit Apostolus suam iudiciariam potestatem, dicens; [An experimentum &c.] Vbi tria facit. Primo, ostendit se habere legationem & potestatem iudicandi a Christo. Secundo, ostendit virtutem Christi, ibi, [Qui in uobis non infirmatur &c.] Tertio, ostendit ꝙ virtus Christi ẽt ad illos deriuatur, ibi; [Nam & nos infirmi sumus in illo.] Dicit ergo, Si uenero non parcam, immo seuerissime iudicabo, & hoc bene possum, quia habeo authoritatem Christi in puniendo & remittendo. sup. 2. Nam siquid donaui vobis &c. sup. 5. Pro Christo legatione fungimur &c. Et ideo dicit; [An experimentum, &c.] q.d. Non est dubitandum de potestate mea, quia quicquid ego loquor, uel proferendo sententias, uel remittendo, vel prędicando, loquor a Christo. Exo. 4. Perge ergo, ego ero in ore tuo. Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam &c. Quæ ergo homo facit ex instinctu spiritussancti, dr̃ ꝙ spiritussanctus facit: ideo Apostolus quia a Christo motus hoc loquebatur, attribuit Christo tanquã principali, dicẽs: [Qui in me loquitur Christus, &c.] Sed ne dubitetur de potestate & uirtute Christi, ideo consequenter Apostolus ostendit uirtutem Christi, cũ dicit; [Qui in uobis, &c.] Vbi primo, ostendit virtutem Christi, quantum ad ea, quæ in eis apparuerunt. Secundo, quãtum ad ea, quæ in Christo sunt, ibi; [Nam etsi &c.] Dicit ergo, Habeo potestatem iudiciariã à Christo, [Qui] in me loquitur, qui magnæ uirtutis est: [In uobis,] dãdo dona gratiarũ, distributionem spiritus, & alia multa, quæ experti estis, & non solum; [Non infirmatur, sed potens est in uobis,] quia potenter vos liberauit a peccato, potenter uos cõuertit ad bonum. Ps. 23. Dñs fortis & potens &c. Sap. 12. Subest tibi cũ volueris posse, & paulo ante. Virtutem.n. ostendis tu, &c. Et non solum potentia Christi apparuit in uobis, sed ẽt in seipso. s. in quantum a morte crucis, quã sustinuit ex infirmitate humana, quam assumpsit infirmatam in paupertate, surrexit, & uiuit ex uirtute Dei, quæ est ipse Deus. Talis.n. erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. 1. Corint. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus &c. Vel: [Ex uirtute Dei. s. patris, qui est ẽt virtus Christi, quia eadem est uirtus patris & filij. Apoc. 1. Fui mortuus &c. Hæc ẽt uirtus Christi de-

A riuatur ad nos: [Nã & nos infirmi &c.] q.d. Ad nos ẽt pertinet illa uirtus, quia & nos infirmi sumus in illo. i. ad intentionẽ illius, inquantũ propter ipsum multa patimur, & mortificamus nosmetipsos & humiliamus nos. 1. Corin. 4. Nos infirmi propter Christum &c. supra 10. Præsentiã corporis infirma. Supra 4. Semper mortificationẽ, &c. Et ideo; [Viuemus,] i. uiuificabimur ex uirtute Dei, in uobis iudicandis. Gal. 1. Qui suscitauit Iesum Christũ &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus uiuit, resuscitamur, & illa uirtute habemus ẽt potestatem iudicandi in uobis, uel uiuemus simili beatitudine cum eo, & hoc [Ex virtute Dei,] quę quidem virtus Dei est; [In vobis] idest in conscientijs vestris.

LECTIO II.

B VOsmetipsos tentate si estis in fide; ipsi uos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Ie-

LECTIO IIII.

POst comminationem seueri Dei iudicij, subdit Apostolus admonitionem ad præparationem, ut iudicium seuerum non patiantur; & primo ponit ipsam admonitionem. Secundò rationem admonitionis assignat, ibi; [Ideo hęc absens scribo &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit admonitionem. Secundo excludit falsam suspitionem, ibi: [Oramus autem ad Deum &c.] Circa primum duo facit. Primo monet ut se examinent. Secundo innuit quid per huiusmodi examinationem inuenire possint, ibi: [An non cognoscitis &c.] Circa primum sciẽdum est, quòd

C ille qui secure vult comparere in iudicio, debet se primo examinare de factis suis, & sic poterit scire utrum tute compareat. & ideo Apostolus monet, ut antequam ueniant ad iudicium, quod erit in aduentu suo ad eos, examinent se, dicens: [Vosmetipsos tentate]. i. examinate & cõsiderate actus vestros 1. Thess. 5. Omnia ꝓbate: quod bonum est, tenete &c. Monet autem, ut de duobus se examinent, scilicet, de fide. dixit: [Si estis in fide,] scilicet, quam prædicaui vobis, & a me accepistis de Domino Iesu Christo, an excideritis ab ea & sitis prolapsi in aliam. & hoc necessarium est, quia 1. Corinth. 11. dicitur. Si nosmetipsos iudicaremus &c. Hiere. 2. Vide uias tuas &c. Item, de operibus, unde dicit: [Ipsi uos probate,] scilicet, an sitis in operibus bonis, & utrũ conscientia remordeat vos aliquid mali fecisse. Et hoc utile est, quia 1. Corinth. 11. dicitur, Probet autem seipsum homo &c. Gal. 6. Opus suum probet unusquisque. Consequenter cum dicit: [An non cognoscitis &c.] Ostendit, quid per huiusmodi exa-

D minationem inuenire poterunt. Et primo quid inueniant in seipsis. Secundo quid inueniant in Apostolo, ibi: [Spero autẽ &c.] In seipsis autem duo inuenire potuerunt per examinationẽ, quia aut scient se tenere fidem, & sic inuenire poterunt, & cognoscere quod Christus sit in eis, & hoc est, quod dicit: [An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est?] i. nunquid si examinaretis uos, sciretis vos habere fidem, & cognosceretis, ꝙ Christus est in uobis. q.d. sic, qa vbi est fides Christi, ibi est Christus. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem &c. 1. Cor. 6. Nescitis quia corpora vestra templum &c. aut scient se non tenere fidem, & sic inuenient, ꝙ sint reprobi, & ideo dicit; [Nisi forte reprobi estis,] i. vere inuenietis uos habere Christum, nisi forte dimiseritis fidem & reprobi sitis ab eo, quod prius habuistis per fidem, Hier. 15. Reliquisti me, retrorsum abijsti. Hier. 6. Malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum &c. Sed hæc quæstio est literalis de hoc, ꝙ dicit; [An cognoscitis &c.] nam Christus in eis solum manet, qui habent charitatem, ut dr̃ 1. Ioan. 4.

E Deus charitas est &c. Si ergo cognoscimus, ꝙ Christus per fidẽ sit in nobis, oportet ꝙ hoc sit per fidem formatam. Cognoscentes ergo hoc modo Christum esse in nobis, sciemus nos habere charitatem qua informatur fides, quod est contra illud Eccle. 9. Nemo scit, utrum odio &c. Respondeo. Dicendum est, quod habitare Christum in nobis, potest accipi dupliciter. Vel quantum ad intellectum, uel quantum ad effectum. et quantum ad intellectum, sic ipse habitat in nobis per fidem informẽ, & hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire, quod Christus habitet in nobis. s. cum scimus nos tenere fidem, quã ecclesia, catholica docet & tenet. Si uero quantum ad effectum, sic habitat Christus in nobis per fidem formatam, & hoc modo nullus potest scire, quod Christus habitet in nobis, vel ꝙ habeamus charitatem

Universidad de Deusto Biblioteca

nisi per reuelationem & specialem gratiam alicui cõcedatur per certitudinem; per quandam tamen coniecturam nihil prohibet nos scire posse, ꝙ in charitate sumus, quãdo .s. quis inuenit se taliter paratum & dispositum, vt nullo modo propter aliquod temporale vellet aliquid facere contra Christum. 1.Io.3. Si cor nostrum non reprehenderit nos &c. Patet ergo, ꝙ Apostolus loquitur quãtum ad primum modum. Vel ẽt loquitur de cognitione, quæ est per coniecturam quandam, vt dictum est. Argumentum aũt procedit quã tum ad 2m modum, & de cognitione, quę est per certitudinem. Quod autẽ in Apostolo possint inuenire, subdit dicens. [Spero autem &c.] Nã quia isti Corinthij possent dicere, Nos nõ sumus reprobi, sed ideo non tenemus documenta tua, quia non sunt recta, sed reprobanda. Et ideo dicit, Quicquid sit de vobis, tñ spero, ꝙ ex uita & doctrina nostra quam ostendi uobis; [Cognoscetis quia non sumus reprobi,] & non docuimus mala, nec exclusi sumus a potestate quam dicimus nos habere. Eccl.19. Ex uisu cognoscitur vir. Matth.7. A fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit. [Oramus &c.] Excludit suspitionem. Comminatus.n. fuerat eis iudicium seuerum, cum ostenderat potestatem suã in iudicando, & indixerat examinationem, credens Christũ in eis esse, nisi ipsi essent reprobi. Sed tñ hoc dimittit sub dubio, vtrũ sit Christus in eis. Et quia ipsi possent credere & suspicari, quòd Apostolus gauderet de hoc, ꝙ essent reprobi, vt ipse in cõparatione ad eos maior appareat, & ut in eis posset exercere seuerius iudiciũ: ideo Apostolus hanc suspitionem remouet hic. Primo per orationem, quam pro eis ad Deum dirigit. Secundo per gaudiũ, quod de eis concepit, ibi. [Gaudemus enim &c.] Orat aũt, vt ipsi inueniantur innocentes, quia examinantur ex seueritate iudicij. Et ideo dicit. [Oramus aũt,] s. [Deũ, ut vos nihil mali faciatis.] q.d. non credatis, ꝙ velimus, ꝙ sitis reprobi, sed oramus, ut nihil &c. Item orat, ꝙ ipse appareat infirmus, per quod excluditur appetitus excellentiæ Apostoli in cõparatione ad eos. Et ideo dicit. [Non] s. [Oramus, vt probati appareamus,] i. non vt nos cõmendemur probati in cõparatione ad uos. [Sed] magis. [Vt uos ꝙ bonum est faciatis.] Gal.6. Bonum aũt facientes &c. Ps.26. Viriliter agite & confortetur cor uestrum. Nos aũt vt reprobi simus, amittendo potestatem puniendi & iudicandi, quia vbi nõ est culpa, omnes sumus pares, & unus non habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo uult Apostolus, vt sint boni, quã ut subiaceant potestati iudicij sui. Et ꝙ careat potestate iudicãdi si boni sint, ostendit cum dicit. [Non enim possumus &c. q.d. nos nõ laboramus nisi pro ueritate & pro ipsa stamus. Constat aũt ꝙ si puniremus innocentes, faceremus contra ueritatem, & contra iustitiam. Vnde cum Apostolus non possit facere contra ueritatẽ, sed pro ueritate .i. pro iustitia, manifestum est, ꝙ non punire innocẽtes. Notandum est (sm Aug. in Glo.) ꝙ ad uitandum peccata, necessaria sunt duo .s. liberum arbitrium, & gratia Dei. Si.n. liberũ arbitriũ non esset necessarium, nunquam darentur homini pcepta, nec prohibitiones, nec exhortationes. Frustra ẽt darentur pęnæ. Gratia ẽt est necessaria, quia nisi Deus oẽs regeret per gratiã suam, nõ posset homo stare. Frustra ẽt oraremus, ꝙ non inducat nos in tentationem, & ideo Apostolus ostendens vtrunq; esse necessarium, & orat Deum pro gratia obtinenda, & monet, ut per liberum arbitrium recedant a malo & faciant bonum. Vnde dicit; [Oramus.] quantum ad primum. [Vt nihil mali faciatis.] quantum ad 2m. Consequenter cum dicit, [Gaudemus &c.] Remouet falsam suspitionem; propter gaudium de bono ipsorum conceptum. Et primo ponit gaudium, quod de ipsorum innocentia concepit. Secundo orationem quam pro ipsorum perfectione emittit, ibi. [Hoc aũt oramus vestrã &c.] Dicit ergo, Oramus ꝙ uos probati appareatis, sed nos infirmi: & hoc apparet ex affectu nostro, quia gaudemus, ꝙ .s. aliqui sint inter vos boni & innocentes, ex quo subtrahatur nobis potestas iudicandi & uideamur infirmi. Et hoc est, quod dicit [Gaudemus, quoniam nos infirmi sumus,] i. non exercentes potestatem nostram; [Vos autẽ potentes,] i. sic bene agentes & uitia uincentes, ꝙ subtrahitis vos a potestate nostra iudicandi. Cum enim aliquis male agit, subdit

F se potestati iudicis, sed bene faciendo repellit illam a se. Ro.13. Vis non timere potestatem? Benefac &c. 1.Cor.4. Nos infirmi, vos fortes. De isto gaudio dr̃ Phil.2. Gaudeo & congratulor vobis &c. Et nõ solum de his gaudemus, sed ẽt super hoc: [Oramus vestrã consummationem] i. perfectionem. In rebus enim naturalib. videmus, ꝙ quælibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem, ad quã habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei datur uirtus naturalis, ut ad suã perfectionem naturalem possit peruenire. Gratia autẽ datur homini a Deo p quam homo perueniat ad suam vltimã & perfectam consummationẽ, i. beatitudinem, ad quã habet naturale desiderium. Vnde qñ aliquis non tendit ad suã perfectionem, signum est, ꝙ non habet satis de gratia Dei. Et ideo Apostolus, vt isti possint in gratia crescere, orat ut perficiantur. Et phil.1. Oro ut charitas &c. Ephe.6. Vt possitis resistere in die malo &c. Cõsequenter posita admonitione, causam admonitionis assignat dicens; [Ideo hæc absens scribo, &c.] i. ideo absens scribo uobis hæc monendo uos, ne .s. cogar aliquid facere contra uoluntatem meam, quę est, vt nihil dure agam contra uos, nisi quatenus per vos cõpellar. Et ideo dicit. [Vt non præsens uobis, durius agã] contra uos, quam uelim vel quàm velitis Sap.11. Hos quidem tanquam pater monens probasti &c. supra 10. Absens confido in uobis. Ro-

H go aũt uos, ne præsens audeam &c. Sed quia Corinthij possent dicere, nunquid etiam si bene fecerimus non poteris contra nos o Apostole, dure agere? Ideo respondet, dicens, Non; quia non propono nec possum agere, nisi secundum quod recepi a Deo potestatem. Deus autem dedit mihi hanc potestatem .s. ligandi atque soluendi; [In ędificationem, non in destructionem,] i. ut uos ædificemini, & non ut destruamini. Et si dure vos corrigerem, non ædificarem, sed destruerem, supra 10. De potestate nostra, quam dedit nobis Dominus ad ædificationem &c. Hanc autem potestatem dedit Dominus Paulo Act.9. & 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus &c.

sus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem, quòd cognoscetis, quia non sumus reprobi. Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus, sed ut uos, quod bonum est, faciatis. Nos autẽ ut reprobi simus. Non possumus enim aliquid aduersus veritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, uos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationẽ. Ideo enim hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundũ potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.

LECTIO III.

G De cętero fratres, gaudete, perfecti estote, & exhortamini, idipsum sapite, pacem habere, & Deus pacis, & dilectionis erit uobiscũ. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutãt vos oẽs sãcti. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & cõicatio sancti spũs, sit semper cum oĩbus uobis. Amẽ.

LECTIO III.

I IN præcedẽtib. Apostolus increpauit seductos a Pseudo, hic vero cõsolatur persistẽtes in fide & doctrina sua. Et primo, ponit monitionẽ. Secundo, subdit salutationẽ, ibi; [Salutate inuicem &c.] Circa primũ, primo ponit monitionẽ. Secundo, pmium impletæ monitionis, ibi [Et Deus pacis &c.] Monet aũt ad tria. Primo, qualiter se habeant in seipsis. Secundo, qualiter se habeant ad proximos. Tertio, qualiter debent esse oẽs adinuicem. In seipsis autẽ debent bona duo habere. Primo, gaudium de bono habito, & quantũ ad hoc dicit; [De cætero fratres] qui cõstantes fuistis [Gaudete in his, q̃ ad seruitiũ Dei facitis. Et hoc est necessarium ad hoc, ꝙ sitis iusti & uirtuosi, quia nullus est uirtuosus, seu iustus, qui non gaudet iusta & uirtuosa operatione. Et ideo dr̃ in ps.99. Iubilate Deo oĩs terra, seruite Dño in lætitia. Phil.4. Gaudete in Dño semper, iterum dico gaudete &c. Et uere semper est gaudendum, quia gaudiũ conseruat hominem in bono habitu, quia nullus põt esse diu in eo, quod contristat. Secũdo, debent habere boni

K in seipsis æmulationem perfectionis, & quantũ ad hoc dicit; [Perfecti estote,] i. semper tendatis ad profectũ. Heb.6. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonẽ, ad perfectionẽ &c. Non est aũt hoc, quod hic dr̃ pręceptum .s. quod homo sit perfectus, sed hoc quod semper tendat ad perfectionem, & hoc est necessarium, quia qui non studet ad proficiendum, est in periculo deficiendi. Videmus enim, ꝙ nisi remiges conentur ascendere, nauis semper descendit. Et ideo dicebat Dñs. Mat.6. Estote perfecti &c. Proximis autem est impendenda exhortatio ad bona & quantum ad hoc dicit: [Exhortamini &c. Eccl.17. Vnicuique mandauit Deus de proximo, &c. Rom.12. Qui exhortatur in exhortando Apoc. ult. Qui audit dicat, ueni. Communiter autẽ omnibus debent esse duo .s. ut idem sapiant. Et ideo dicit; [Idem sapite,] & ut pacem habeant, & ideo dicit; [Pacem habete.] Et hæc duo ita se habent, quòd unum est exterius, aliud interius. Constat.n. quòd corpora non possunt seruari, & ordinari, nisi membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec ecclesia, nec ecclesiæ membra, nisi ordinentur & vniantur ad inuicem. Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesiæ vnienda. Vna est interior, vt .s. idem sapiant per fidem, quantum ad intellectum, idem credendo; & per amorem quantum ad effectum, idem diligendo. Et ideo dicit, [Idem sapite,] i. idem sentiatis de fide, & idem diligatis affectu charitatis: quia tunc est vera sapientia, quando operatio intellectus perficitur & consumatur per quietationem & delectationem affectus. Vnde sapientia dicitur, quasi sapida scientia. Rom.15. Vt sic unanimes, uno ore honorificetis Deum &c. 1.Cor.1. Idipsum dicatis &c. Phi.2. Idẽ sapiatis &c. Alia est exterior, .s. pax. Et ideo dicit; [Pacem habete] inter uos. Heb.12. Pacem sequimini &c. Psal.33. Inquire pacem 2.Thess.3. Ipse Deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Consequenter cum dicit: [Et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum.] Ponit præmium, quod redditur implentibus monitionem prædictam, quasi dicat. Si seruabitis pacem inter uos, Deus pacis, & dilectionis erit uobiscum. Circa quod notandum est, ꝙ apud Gentiles consuetum erat, quod aliqui ex donis denominabant Deos; quia licet esset unus Deus tantum, tamen singula dona sua denominabant Deos ex illis donis, sicut ex dono pacis denominabant Deum pacis; & ex dono salutis, Deũ salutis. Huic vocabulo alludens Apostolus dicit: [Deus pacis &c.] Non quòd pax sit vnus Deus, sicut illi dicebant, sed ideo Christus dicitur Deus pacis, quia est dator pacis & amator. Ioan.14. Pacem meam do vobis &c. 1.Corin.14. Non est Deus dissensionis, sed pacis. Rom.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Ipse etiam est author pacis. Io.16. In me pacem habebitis &c. Ipse in pace habitat. Psal.75. In pace factus est locus eius &c. Item non solum est Deus pacis, sed etiam dilectionis. Et ideo dicit: [Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ] & hoc ideo est, quia qui est in vera pace cordis & corporis, est in charitate: & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur 1.Io.4. Et quia homo non meretur nisi per pacem & dilectionem. Io.14. Si quis diligit me &c. Consequenter cum dicit: [Salutate inuicem & in osculo &c.] Ponit salutationem, & circa hoc primo, indicit eis mutuam salutationem. Secundo, salutat eos ex parte aliorum, ibi [Salutant uos &c.] Tertio, salutat eos ex parte sua, ibi [Gratia Dei &c.] Mutuam salutationem indicit faciendam per osculum. Vnde dicit: [Salutate inuicem uosipsos in osculo sancto.] Vbi notandum est, quòd osculum est signum pacis. Nam per os, in quo datur osculum, homo respirat. Et ideo, quando homines dant sibi mutua oscula, signum est, quòd vniunt spiritum suum ad pacem. Est autem pax simulata, & hæc est eorum, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum & cætera ut dicitur in Psalm.27. Quæ quidem fit per osculi fraudulentiam.

A Prou.27. Meliora sunt verbera diligentis &c. Est & pax mala & turpis, quando scilicet conueniunt ad malum faciendum. Sap.14. In magno uiuentes inscientiæ bello &c. Et hæc fit per osculum libidinosum. Prouer.7. dicitur de mala muliere, quod apprehensum deosculatur iuuenem &c. Est & pax sancta quam facit Deus. Philip. vlt. Et pax Dei quæ exuperat &c. Et hæc fit p osculum sanctũ, quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic, In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo, quod fideles & sancti uiri in signum charitatis, & unionis seinuicem osculantur. Et datur pax in ecclesiis in osculo sancto. Ex parte autem aliorum salutat eos, dicens: [Salutant uos sancti omnes:] quia omnes sancti & fideles sperant & desiderant, ac orationibus procurant salutem nostram: vnde omnes fideles

B Christi, adinuicem sperant & desiderant sibi salutem. Psal.118. Participem me fac Deus &c. Ex parte autem sua salutat eos Apostolus, dicens: [Gratia Domini nostri &c.] Vbi sciendum est, quòd duplex est modus appropriandi aliquid diuinis personis. Vnus est essentialiter, alius causaliter: essentialiter autem appropriatur diuinis personis, sicut patri potentia: quia ipse est potentia essentialiter, inquantum est principium. Filio sapientia, inquantum est uerbum. Spiritui sancto amor, inquantum est bonitas. Hic uero Apostolus non appropriat ista hoc modo, scilicet per essentiam, quia sic omnia appropriarentur spiritui sancto, sed appropriat per causam.

Et ideo cum gratia sit donum, quo dimittuntur nobis peccata. Rom. tertio. Iustificati gratis &c. Et remissio peccatorum sit nobis facta per filium, qui carnem nostram accipiens, pro peccatis nostris satisfecit. Io.1. Gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est &c. propter hoc Aposto. attribuit gratiam Christo: vnde dicit. [Gratia Domini nostri &c.] Charitas autem est nobis

C necessaria, quia oportet nos vniri Deo 1.Io.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, &c. Et quia hoc est a Deo patre inquantum ipse sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. ut dicitur Io.3. Rom.5. Commendat autem Deus suam charitatem. Ideo sibi, ut principio istius charitatis, attribuit charitatẽ, cum dicit: [Et charitas Dei, .s. patris. Communicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum: quia est distributor donorum spiritualium 1.Cor.12. Hæc omnia operatur unus atque idem spiritus: Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem, cũ dicit: [Et communicatio sancti spũs.] Vel attribuit sibi hoc, quia ipse est communis aliis duabus personis. Sic ergo Apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria cum dicit: [Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio spiritus sancti, sit semper cum omnibus uobis, Amen.] Gratia Christi, qua iustificamur & saluamur, charitas Dei patris, qua sibi unimur, & communicatio spiritussancti, diuina nobis dona distribuentis. Amen.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO, SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

PROLOGVS S. THOMAE.

Vetera nouis superuenientib. proiicietis. Leu.26. Hæc verba cōpetunt præsenti epistolæ. In qua Apostolus redarguit Galatas, qui intm seducti fuerāt a Peudo, vt simul seruarent legalia, & euāgeliū; q Apostolus improperat eis in verbis pmissis, dicēs, Vetera nouis superueniētib. proiicietis. In quibus uerbis innuit dns quadruplicē uetustatē. Prima uetustas est erroris, de qua Esa.26. Vetus error abijt, & hæc remota per nouitatē doctrinæ Christi. Mat.1. Quæ est hæc noua doctrina. Secūda uetustas est figuræ, de qua Hebr.8. Consummabo super domum Dauid, & super Iuda testamentū nouū, non ſm testamentum, quod feci patribus eorum. Vbi primo, ostēdit primum testamentum esse uetustum, & hoc renouari per nouitatem gratiæ, seu veritatis præsentiæ Christi. Hier.31. Nouum faciet Dns super terram, &c. Tertia est uetustas culpæ; de qua Ps. 31. Qm tacui (confitendo. s. peccata mea) inueterauerunt &c. Et hæc renouatur per nouitatē iustitiæ. Ro.6. In nouitate vitæ ambulemus &c. Quarta est uetustas pęnæ. Tren.3. Vetustā feci pellem meam, & hæc renouabitur per nouitatem gloriæ, de qua nouitate Esa.ult. Ecce ego creo cęlum nouum &c. Apōc.21. Dixit, qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

CAP. I. LECT. I.

Paulus Apostolus non ab hominib. neq; per hominem, sed per Iesum Christū, & Deū patrem, qui suscitauit eū a mortuis, & qui mecum sunt oēs fratres ecclesijs Galatiæ: gratia vobis, & pax a Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundū voluntatem Dei patris nostri: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

LECTIO PRIMA.

Scribit ergo Apostolus Galatis hanc epistolā, in qua ostēdit, q veniente gratia noui testamenti debet proiici vetus testamētum, & impleta veritate deseratur figura, quib. duabus. s. gratia & ueritate adeptis, perueniatur ad ueritatē iustitiæ & gloriæ. Acquiruntur aūt illa duo. si obseruantia legaliū dimissa, obseruātiæ euangelij Christi feruēter insistamus. Ordo aūt huius epistolæ congruus est, vt post duas epistolas ad Corinthios, in quarum prima agitur de sacramentis ecclesiæ; in secunda de ministris horū sacramentorū, necessariò sequatur epistola ad Galatas, in qua agitur de cessatione sacramentorū veteris testamenti. Diuiditur aūt hęc epistola; in duas partes, in salutationem, & epistolarē narrationē, ibi; [Miror quod &c.] In salutatione aūt primo ponitur persona salutantis. Secundo, ponuntur personę salutatæ, ibi; [Ecclesijs Galatiæ &c.] Tertio, bonum optatum, ibi; [Gratia uobis, &c.] Circa primū, primo ponitur persona salutās principaliter, quæ describitur ex nomine, & ex authoritate. Ex nomine quidē, cū dicit [Paulus,] quod congruit humilitati suæ, quia interpretatur humilis. Vnde dr 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorū, &c. Itē congruit officio suo, quia ſm alium modū interpretatur os tubæ, in quo specialiter est officiū prædicationis significatū. Esa.58. Quasi tuba exalta uocem tuā &c. Ex authoritate aūt describitur, cū dr; [Apostolus.] Vbi duo ponunť. s. eius authoritas, & authoritatis origo. Authoritas, qa Apostolus, q q idē est q missus. Sciendū est aūt, q Apostolus in qbusdam epistolis scribit se seruum, ostendens nomen humilitatis, vt in episto. ad Roma. In quibusdā uero scribit se Apostolū ostendens authoritatem suā, cuius ratio est quia Romani superbi erant, & ideo Apostolus, ut inducat eos ad humilitatē scribit se seruum, in exemplum humilitatis. Galatis vero, qa stulti erant & superbi, ut frangat eos, nominat se Apostolum, & ideo hic ponit authoritatē suā. Originē aūt authoritatis suæ describit, cū dicit: [Non ab hominib. &c.] Et primo remouet originem æstimatam. Secundo assignat verā, ibi. [Sed per Iesum Christum &c.] Origo aūt æstimata erat, quia intm Galatæ seducti erant a Pseudo, q crederent Apostolum nō esse eiusdē authoritatis, qua alij apostoli erāt, quia nō fuit doctus a Christo, vel cōuersatus cū eo, sed esset missus ab eis, quasi minister eorū. Opinionē ergo istā remouet, cū dicit; [Non ab hominibus &c.] Quidam .n. mittebantur a toto collegio Apostolorū, & discipulorum. Et ideo ostendens se non esse ab eis missum, dicit, Non ab hominibus. Quidā. enim mittebantur ab aliquo Apostolorū speciali, sicut Paulus aliqñ mittebat Lucā & Titū. Et ideo ostendens, quod nec sic missus sit, dicit: [Neq; per hominē] i. per aliquē Apostolorum in speciali, sed per Spiritū sanctum, qui dicit Act.13. Segregate mihi &c. Causa aūt originis huius authoritatis vera, est Christus Iesus. Et ideo dicit. [Sed per Iesum Christū & Deum patrē.] Hæc aūt distinctio, cū dicit, per Iesum Christū & Deū patrē, pōt accipi, vel quantū ad personam patris, & personā filij, & tūc alius est in persona Deus pater, & alius Iesus Christus, ab utroq; aūt missus est B. Paulus ad pdicandū, & a tota trinitate, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non fit aūt mentio de persona spiritus sancti, quia cū sit unio, & nexus duorū, positis personis duabus. s. patris & filij, intelligitur ēt spiritus sanctus. Vel pōt sumi distinctio pdicta quantū ad naturā assumptā humanam, quia ſm naturā diuinam nō est distinctio inter Deū patrem & Iesum Christū. Et tunc missus est Paulus per Deū patrem sicut per authorē. Et per Iesum Christū, sicut per ministrū. Ro.15. Dico Iesum Christū ministrum fuisse &c. Quia uero Galatæ derogabāt Apostolo, q nō fuisset conuersatus cum Christo sicut alij, nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter magnificat se, quia ipsi illi fuerūt missi per Christū adhuc viuentē in carne mortali, ipse uero a Christo iā glorificato missus est. Ideo dicit; [Qui] s. Deus pater; [Suscitauit eū,] s. Iesum Christū (inquantum homine) [a mortuis.] q.d. Apostolus sum nō ab hominib. s. collegio Apostolorū nec per hominē. s. Christū in mortali carne uiuentē, sed sum Apostolus per Christū iā suscitatū, & glorificatū. Ro.6. Christus resurgens a mortuis &c. Et quia psens vita significatur per sinistrā, futura vero per dexterā, inquantū ista est cęlestis & spiritualis; illa vero tēporalis: ideo Petrus, qui uocatus est a Christo adhuc ī carne mortali posito, ponitur in bulla Papę in sinistra parte, Paulus uero, q uocatus fuit a Chro iā glorificato, ponitur in parte dextera. Consequenter cū dicit. [Et qui mecū sunt &c.] Ponitur personæ adiunctæ salutantes, quas describit a dulci fraternitate, qui me cū sunt. s. ad solatiū & adiutoriū. Prou.18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Ps.132. Ecce quā bonū &c. Itē ab inseparabili charitate, cū dicit. [Fratres] Ioā.13. In hoc cognoscent omnes &c. Itē ab uniuersalitate, cum dicit; [Oēs] quod iō addit, quia ipsi forte erāt intm seducti, q dictū Pauli nō reputarent. Et ideo dicit, Oēs qui mecum sunt, ut ostendat eos testes esse ueritatis suæ. Et facile intelligāt se errare, dū ab oīb. reprehenduntur 2. Cor.2. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc q fit a pluribus &c. Personas aūt salutatas ponit, cum dicit; [Ecclesijs Galatiæ &c.] Vbi sciendū, q sicut in Glo. tangitur, Brennus dux Senonū olim congregato exercitu intrauit Italiam, qua pertransita uenit in Græciā ante tps Alexandri Magni, ubi cū essent aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Græciæ miscuerunt se Grecis, vnde illa prouincia Gallo Græcia dicta est. Deinde illi, Galatæ sunt appellati, quasi albi. Et licet Græci sint acuti ingenii, tū illi Galatæ stulti erāt, & instabiles & ad intelligendū tardiores, sicut & indociles Galli, unde originē traxerunt. Et ideo infra dicit eis. O insensati

epistolam hanc, & isti sunt personæ salutatæ. Cōsequenter cū dicit; [Gratia vobis &c.] ponit bona quæ eis optat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo, ipsorum bonorū authorē, ibi: [A Deo patre &c.] Bona autem quæ eis optat, sūt duo, in quib. omnia spiritualia includuntur. Primū est gratia, quæ est principiū vitæ spiritualis, cui in Glosa ascribitur remissio peccatorū, quæ est primū in vita spūali. Nullus enim pōt esse in vera vita spūali, nisi prius moriatur peccato. Secundum est pax, q est quietatio mentis in fine, quæ in Glo. dr esse reconciliatio ad Deū: & sic dū optat principium & finem omniū bonorum spūalium, includit Apostolus tanq inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendū. Psal.83. Gratiam & gloriā dabit dns, 2. Cor. vltim. Gratia dñi nostri &c. Bonorum autem ipsorum author est Deus pater, & ideo dicit: [A Deo patre &c.] Vbi primo, ponitur bonorū cā. Secūdo, causandi modus, ibi; [Qui dedit.] Tertio, gratiarū actio pro ipsis bonis, ibi; [Cui est honor &c.] Causa autē & authoritas bonorū, est Deus pater tanq author, inquantū Deus, & tota Trinitas, quæ dr Deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu autem pater gubernas &c. Et ideo dicit; [A Deo patre &c.] Item author est dns Iesus Christus, sicut minister. & hoc inquantum homo. Ro.15. Dico Iesum Christum ministrum &c. Et q p Christū sit nobis grā; patet Io.1. Gratia & veritas per Iesū Christū facta est, & Ro.5. Iustificati gratis &c. Pax ēt est nobis per Ipsum. Io.14. Pacem meā do vobis &c. Modus aūt causandi huiusmodi bona ponitur, cum dicit, Qui tradidit &c. Vbi primo ponit cā efficiens, quæ est mors Xpi. & quantum ad hoc dicit, [Qui dedit semetipsum &c.] q.d. Ideo Christus est author gratiæ & pacis, quia ipse morti dedit se, & sustinuit crucem. vnde ipsa mors Christi est cā efficiens gratiæ Ro.5. Iustificati gratis &c. Et Col. 1. Pacificans quæ in cęlis &c. Et dicit primo; [Qui dedit &c.]. i. spōte se obtulit Eph.5. Dilexit nos Christus & tradidit &c. Heb. 2. Vt pro omnib. nobis gustaret mortem: Titum 2. Qui dedit semetipsum &c. Ex quo manifeste Apostolus arguit contra eos, q si mors Christi est sufficiens cā salutis nostræ, & in sacramentis noui testamenti, quæ efficaciam habent ex passione Christi confertur gratia, q sit superfluum simul cum nouo testō seruari legalia in quib. gratia non confertur, nec salus acquiritur, quia neminem ad perfectum adduxit lex: vt habetur Heb.7. Scdo ponitur finis & vtilitas ipsorū bonorum, quæ est cā finalis & est duplex. Vnus est, vt liberemur a peccatis præteritis. Et quantum ad hoc dicit; [Pro peccatis nostris]. s. preteritis delendis & expiandis, qd est initium nostræ saluationis. Apoc. Dilexit nos &c. Alius finis est, vt liberaret nos a potestate mortis, & quantum ad hoc dicit; [Vt eriperet nos de præsenti &c.] Col.1. Eripuit nos a potestate &c. Et ponit tria; s. [Vt eriperet (inquit) De præsenti] & seculo & nequam. Vt eriperet de præsenti trahendo nos ad æterna, per desiderium & spē, [De seculo], i. de conformitate huius mundi qui nos allicit, ut nos ei conformemur Ro. 12. Nolite conformari huic seculo &c. [Nequam,] reducens nos ad veritatem iustitię. Et dicitur seculum nequam, non pp sui naturam, cum bonū sit creatum a Deo, sed propter mala quæ in eo fiunt: sicut illud Eph.5. Dies mali sunt &c. Gen.47. Dixit Iacob, Dies peregrinationis vitæ meę 130. annorum sunt parui & mali &c. Et licet hæc sint nobis per Christum, non tamen excluditur Deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuinę voluntatis. Vnde dicit; [Secundum voluntatem Dei & patris.] Patris, inquam, Christi per naturam, quæ ab æterno procedit, vt uerbum. Psal.2. Ego hodie genui te. Io.1. In principio erat verbum &c. Item patris nostri per adoptionem. Io.1. Dedit eis potestatem &c. Primo modo, ly Deus pater, accipitur pro sola persona patris. Secundo modo, pro tota trinitate. Et quia a Deo patre nostro (scilicet tota trinitate) hæc omnia proueniūt nobis per Christum, ideo ipsi, s. toti trinitati; [Gloria] in se, honor ab alijs sit, vel est; [In secula seculorū,] idest semper; [Amen,] est nota confirmationis. Habes ergo in summa in salutatione prædicta authoritatem Apostoli, qua eorum superbiam frangit; virtutem gratiæ, qua eos ad obseruantiam euangelij prouocat, & insufficientiam legalium, vt ab eis eos reuocet.

LECTIO II.

Miror q sic tā cito transferimini ab eo qui vos vocauit in graciā Christi, in aliud euangeliū, quod nō est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbāt & volunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cęlo euāgelizet vobis, præterquā quod euāgelizauimus vobis, anathema sit, sicut prædiximus, & nūc iterum dico, si quis nobis euāgelizauerit pter id quod accepistis, anathema sit. Modo.n. hominibus suadeo, an Deo? an qro hoīnib. placere? Si adhuc hoīnib. placerem, Christi seruus non essem.

LECTIO II.

In superioribus præcessit salutatio, sequitur in sequentibus epistolaris narratio: in qua arguit Apostolus eorum errorem. Secūdo eos monet ad correctionem 5.c. ibi. State ergo &c. Errorem aūt eorum arguit dupliciter, & per authoritatem euangelici documenti, & per rationem veteris testamenti 3.c. ibi: [O insensati &c.] Arguit autem errorem ipsorum, ostendendo authoritatem euangelicæ doctrinæ. Primo ostendendo ipsorum leuitatē quantum ad leuem dimissionem euangelicę doctrinæ. Secundo cōmendando authoritatē ipsius doctrinę euāgelicę; vt sic quanto dignius est quod dimittunt, tanto eorum error appareat maior, ibi. [Notum enim vobis facio &c.] Circa primum duo facit. Primo. n. exaggerat culpam. Secundo infligit pœnam, ibi: [Sed licet nos &c.] Culpam autem exaggerat & seductorum & seducentium ibi: [Nisi sunt &c.] Circa primū tria facit. Primo. n. aggrauat culpam seductorum ex animi leuitate: vnde dicit. [Miror,] q.d. cum sciatis tot bona, quę dicta sunt prouenire vobis p Christum, & quod cum fueritis ita bene instructi per me, tamen: [Sic,] idest intantum, & tam vehemēter, vt videamini iam obliti, tam; [Cito,] idest in tam breui tempore: [Transferimini,] vt alludat nomini. Galatia enim, translatio dicitur. q. d. Vos estis Galatæ, quia tam cito transferimini. Eccle. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Secundo aggrauat eorum culpam ex eo quod dimiserunt. Si enim ratio recedit & transfertur a malo, commendabilis est & benefacit: sed qñ recedit a bono, tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erant. Et ideo dicit eis. Et si mirandum sit, quòd tam cito, & sic transferimini, addit tamē materiam admirationis, quòd. s. transferimini; [Ab eo:] s. a Deo, & fide eius; [Qui vos vocauit in gratiam Christi,] idest in participationem æterni boni, quam habemus per Christum 1. Pet.2. Gratias agentes Deo, qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Itē 2. Pet.2. Melius erat eis viam veritatis nō agnoscere, quàm &c. Secundo aggrauat eorū culpā ex eo, ad quod conuersi sunt, quia non sunt conuersi ad bonum, sed ad malū. [Vnde dicit:] In aliud euangeliū,] idest veteris legis, quæ annunciatio bona est, inquantum annūciat quædā bona, s. temporalia & carnalia. Esa.1. Si volueritis & audieritis me &c. Sed tñ nō est perfecta & simpliciter, sicut euangeliū; quia non annunciat perfecta & maxima bona, sed parua & minima. Sed lex noua est perfecte & simpliciter euāgeliū, i. bona annunciatio, quia annunciat maxima bona, s. cælestia, spiritualia, & æterna. Et licet sit aliud euangelium ſm traditionem Pseudo, tñ secundum meam prædicationem, non. Est. n. aliud in promissis, sed non est aliud in figura; quia idem continetur in veteri testamento, & in nouo; in veteri quidem, vt in figura, in nouo vero, vt in re & expresse. Et sic est aliud euangelium, quantum ad ea quæ exterius apparent; sed quantū ad ea quæ interius sunt & continentur, non est aliud. licet aūt non sit aliud in se, tamen pōt esse aliud ex culpa aliorum, s. seducentium. Et ideo eorum culpam exaggerans, dicit: [Nisi sunt aliqui,] scilicet seductores. [Qui vos conturbant,] idest puritatem sensus vestri, qua imbuti fuistis per fidei veritatem, obfuscant; quia licet idem contineatur quantum ad interiorem intellectum per vetus & nouū testamentum, vt dictum est, tamen si post susceptionem noui testamenti reiteratur vetus, videtur ostendi quòd nouum non sit perfectum, & quod illud sit aliud ab isto. Et ideo dicit. [Quod nō est aliud, nisi sunt &c.] quia isti Pseudo post fidei euangelicæ susceptionem cogebant eos circuncidi, ostendendo per hoc, quòd circumcisio est aliquid aliud quàm baptismus, & efficit aliquid quod baptismus nō pōt efficere: & ideo isti cōturbant vos. infra 5. Vtinam abscindantur qui vos conturbant &c. Et vere conturbant; quia. [Volunt conuertere euangelium Christi,] idest veritatem euāgelicæ doctrinæ in figuram legis, quod est absurdum & turbatio maxima. In illud. n. debet aliquid conuerti ad quod ordinatur; nouū autem testamentum & euangeliū Christi non ordinatur ad vetus; sed potius econuerso, lex vetus ordinatur ad legē nouam, sicut figura ad veritatem: & ideo figura cōuerti debet ad veritatē, & lex uetus in euangeliū Christi, non aūt ueritas in figuram, neque euangelium Christi in legem ueterem: quod patet ex ipso usu loquendi. Non enim dicimus, quòd homo sit similis imagini hominis, sed potius econuerso, imago est similis homini. Hier. decimoquinto. Ipsi cōuertentur ad te &c. & Leui. 26. Nouis superuenientibus &c. Consequenter post exaggerationē culpæ, ponitur inflictio pœnæ, cum dicit. [Sed licet &c.] Et circa hoc duo facit. Primo promulgat sententiam. Secundo rationem

tionem

tionem sententiæ assignat, ibi [Modo.n.hominibus &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit authoritatem suæ sententiæ. Secundo, profert eam, ibi [Sicut prædixi &c.] Ostendit aūt authoritatem suæ sententiæ multam esse: eo quòd non solum in peruersores & in seductores subditos, sed etiam in pares, sicut sunt

LECTIO III.

Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici: sed per reuelationē Iesu Christi.

alij Apostoli: & etiā in superiores, sicut sunt angeli, si huius criminis, s. conuersionis euāgelij in ueterem legē rei essent, efficaciā haberet. Et ideo dicit, Quia nostræ sententiæ authoritas quam ego promulgo (quæ est excōicatio) non solum in illos qui talia intendunt, efficaciam habet [Sed licet nos,]. s. Apostoli [Aut angelus,] bonus uel malus; [De cœlo] ueniens [Euangelizet præterquā quod euangelizatum est a nobis, Anathema sit,]. i. reus erit huius sententiæ quam promulgamus. Ad euidētiam aūt dictorū tria inquirere oportet. Primo, quid significat hoc nomen, anathema. Circa quod sciendum est, q̄ anathema est nomen Græcum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis positio, quasi sursum positio. Et est ortum ex quadam antiqua consuetudine. Antiqui enim quando pugnabant, capiebant aliquando aliquam prædam ab hostibus quam nolebant conuertere in usum propriū, sed suspendebāt illā in tēplis, uel in aliquo loco publico ciuitatis, quasi separatam a cōi usu hominū, & omne tale sic suspensum nominabant Græci, Anathema: & ex hoc inoleuit consuetudo, quòd omne illud quod excludebatur ab usu cōi, diceretur anathematizatum. Vnde dicitur Iosue 6. de Hierico & omnibus quæ in ea sunt, quod Iosue mox anathematizauit ea. Et ideo et hoc in ecclesia inoleuit, ut illi qui excluduntur a cōi societate ecclesiæ, & a participatione sacramētorū ecclesiæ, dicantur anathematizati. Secundo, inquirenda est ratio eorum quæ dicit [Licet nos, aut angelus &c.] Vbi sciendum est, quòd est triplex doctrina. Prima est Philosophorum, qui ex ductu rationis propriæ, in cognitionē suæ doctrinæ deuenerunt. Quædam alia doctrina est, quæ est tradita per angelos, sicut lex uetus. Lex.n. non est allata uoluntate humana (sicut dicitur ad Galat. 3.) sed per angelos in manu mediatoris, ut dicitur infra. 3. Quædam uero doctrina tradita est a Deo immediate, sicut doctrina Euangelij. Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam &c. Hebreorum. 1. Nouissime diebus illis locutus est nobis in filio. Et post, Quæ cum initium accepisset &c. Doctrina ergo quæ traditur per hominē, potest mutari & reuocari per alium hominem, qui melius nouit, sicut unus philosophus reprobat dicta alterius. Item, per angelum qui perspicacius uidet ueritatem. Doctrina etiam quæ traditur per angelum, posset forte remoueri per alium angelum superiorem, seu per Deum. Sed econtra, doctrina quæ immediate a Deo traditur, non potest neque per hominem neque per angelum irritari. Et ideo, si contingat quòd homo uel angelus diceret contrarium illi, quæ per eum tradita est, dictum suum non est contra doctrinam, ut per hoc irritetur & repellatur: sed potius doctrina est contra eum: quia ipse qui dicit, debet excludi & repelli a cōmunione illius doctrinæ. Et ideo dicit Apostolus, quòd dignitas doctrinæ euangelicæ, quæ est immediate a Deo tradita, est tantæ dignitatis, quod siue homo, siue angelus euangelizet aliud præter id, quod in ea euangelizatum est, est anathema: idest abijciendus & repellendus est. Tertio, soluere oportet obiectiones quæ circa hoc occurrunt. Quarum una est, cum par in parem non habeat imperium, & multo magis non habeat in superiorem, uidetur quòd Apostolus non potuit excommunicare apostolos, qui erant sibi pares, & minus angelos qui sunt superiores. Matth. 11. qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendum est, quod Apostolus hanc protulit sententiam, non propria authoritate, sed authoritate euangelicæ doctrinæ, cuius minister erat, cuius doctrinæ authoritas habet, ut quicunque contra illam dicunt, excludendi & repellendi sint. Ioann. 10. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die &c. Alia quæstio est, quia ipse dicit, præterquam quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neque prædicare, nisi quod scribitur in epistolis, & in euangelio Sed hoc est falsum. quia 1. Thessalon. 3. dicitur, Vt compleamus ea, quæ desunt fidei nostræ &cæt. Respondeo, Dicendum, quod nihil aliud euangelizandum, est, quam illud quod continetur in euangelijs & in epistolis, & in sacra scriptura implicite uel explicite. Nam sacra scriptura & euangelium, euangelizat esse credendum Christo ex-

F plicite. Vnde quicquid continetur in eis implicite, quod faciat ad doctrinam eius, & ad fidem Christi, euangelizari & doceri pōt. Et ideo cum dicit; [Præter & id &c.]. i. omnino alienū addendo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hęc, aut addiderit, s. omnino alienum, apponat Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et

Audistis.n.cōuersationē meam aliqñ in Iudaismo, qm̄ supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabā illā: & proficiebam in Iudaismo supra multos coętaneos meos in genere meo, abūdātius ęmulator existēs paternarum mearū traditionū.

Deu. 4. Non addetis quicquā &c. s. contrarium, seu alienum, nec minueris &c. Consequenter cum dicit; [Sicut prędixi &c.] Sententiā suam profert in malo, dicens, Sicut prędixi de angelis, & apostolis, idem dico de seductoribus, siquis seductor; [Euangelizaue-

G rit præter id quod accepistis a me, anathema sit], i. excōicatus. Et hæc est snīa q̄ profert. Sed nunquid ex hoc sunt excōicati oēs heretici? vr̄ q̄ non, quia dr̄ Tit. 3. Hæreticum hominem post primam & secundā correctionē deuita &c. Respondeo, Dicendum est, q̄ hæreticus potest dici aliquis: vel quia simpliciter errat ex pura ignorantia, & ex hoc non est excōicatus. Vel quia errat ex pertinacia, & alios nititur peruertere, & tunc incurrit in canonem latæ snīæ. Vtrum autem ex tunc his verbis snīam in hæreticos protulerit, dubium est. cum tn̄ snīa iam lata sit contra hæreticos in concilijs. Potest tn̄ dici q̄ forte hic ostenduntur excōicatione digni. Consequenter cum dicit: [Modo.n. hominibus &c.] ostendit rōnem sententiæ.] Vbi primo ponit rōnem ipsius snīæ. Secundo manifestat hic propositum, ibi; [An quero &c.] Posset. n. aliquis dicere. Quare sic excōicas? Forte aliqui sunt amici vel alicuius authoritatis. non ergo sic faciendum est. Ideo respondens Apostolus, dicit, Immo sic faciendum est, quia ea quæ modo dico, non sunt ad fauorem hominum, sed vt placeam Deo, & hoc est quod

H dicit: [Modo enim,] idest post conuersionem, vel in ista epistola [Suadeo hominibus,] idest tendit ad hoc appetitus meus, vt placeam hominibus. [An Deo?] q.d. Hæc quæ facio, ideo facio vt complaceam soli Deo. 1. The. 2. Loquitur non quasi hominibus placentes, sed Deo &c. Nec etiam loquimur authoritate humana, sed diuina. Quòd autem non intendam placere hominibus, patet ex intentione & ex proposito meo. Nam ego; [Non quæro hominibus placere,] idest non est intentionis meę homines conuertere, vt placeam hominibus tantum, sed propter honorem Dei. Et hoc patet, quia: [Si adhuc] intenderem: [Placere hominibus,] vt olim placui: [Non essem seruus Christi.] Cuius ratio est, quia hæc sunt contraria. Ita duntaxat, ut scilicet velim placere hominibus propter homines, non referendo illud in Deum. Si enim ideo intendam aliquando placere hominibus, ut eos traham ad Deum, non pecco. Sed si primo modo, non sum seruus Christi. Esa. 28. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat &c. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire &c. Psal.

I 52. Confusi sunt, qui hominibus placent.

LECTIO III.

Svpra Apostolus redarguit Gal. de leuitate animi, eo quòd sic cito dimiserant doctrinam euangelij: hic vero ipsius euangelicæ doctrinæ dignitatem ostendit. Et circa hoc duo facit. Quia primo commendat authoritatem doctrinæ euangelicæ secundum seipsam. Secundo ex parte aliorum apostolorum, & hoc simul 2. cap. ibi: [Deinde post annos quatuordecim &c.] Item prima pars diuiditur in duas: quia primo proponit intentum. Secundo manifestat propositum, ibi; [Audistis enim &c.] Circa primam duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat quod proponit, ibi: [Neque enim &c.] Intendens ergo commendare veritatem euangelicæ doctrinæ, dicit: [Notum uobis &c.] quasi dicat. Ita sum certus de authoritate euangelij, quòd non solum hominibus, immo etiam angelis contrarium non crederem, sed eos, si contrarij essent, anathematizarem. Quam quidem

K certitudinem ex hoc habeo, quia magis credendum est Deo quàm hominibus, seu angelis. Et ideo, cum ego habuerim illud euangelium a Deo, maximam certitudinem habere debeo, & habeo. Et ideo dicit: [Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me,] vobis & alijs ecclesijs: [Quia non est secundum hominem], i. secundum humanam naturam discedentem a regula, seu reuelatione diuina. Et sic lr̄; [Secundum hominē,] sonat in vitium 1. Cor. 3. Cum enim sit inter vos zelus & contentio &c. Et sic accipit hic Apostolus Et ideo dicit: [Non secundum hominem] docentem me uel mittentem, q.d. Nullo modo possum hoc euangelium haberi ab homine, sed a Deo. Et ratio subditur [Neque

[Neque enim ego ab homine &c.] Vbi duplicē modum acceptionis excludit. Primo, q̄ non habuit ab homine authoritatem euangelizandi: & quātum ad hoc dicit: [Neque ab homine,]. s. puro: [Accepi illud,] .i. authoritatem euangelizandi euangelium, sed a Christo. Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Esa. 42. Dedi te in lucē gentium &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Secundo, q̄ nō accepit, scientiam euangelizandi ab homine. Et ideo dicit; [Neq; didici,]. s. euangelium per hominem purū; [Sed per reuelationem Iesu Christi,]. i. per Iesum Christum, omnia clare ostendentem 1. Corint. 2. Nobis autem reuelauit Deus &c. Esa. 50. Dn̄s Deus aperuit mihi autem &c. & ibidem. Dn̄s dedit mihi linguam eruditā, vt sciam &c. Hæc autem reuelatio facta fuit Apostolo, cum raptus fuit in paradisum, vbi audiuit arcana verba quę non licet homini loqui. 2. Cor. 12. Consequenter cum dicit; [Audistis.n. &c.] Probat propositum, s. q̄ non accepit ab homine euangelium, neque ante conuersionem, neque post conuersionem ad Christum, ibi; [Cum enim placuit &c.] Quòd autem non acceperit ab homine ante conuersionem suam, ostendit, & per odium quod habebat ad fidem Christi, & ad Christianos, & per feruorem quem habebat ad Iudaismū, ibi: [Et proficiebam &c.] Dicit ergo, Dico, q̄ non accepi ab homine & hoc ante cōuersionē meam, quod patet ex factis illius temporis, & ex odio qd̄ habebā ad fidem. Nam vos ipsi; [Audistis,] infra eodem, Tantum aūt auditum habebant &c. [Conuersationem meam aliquādo] (dum infidelis eram) [In Iudaismo,] quo iudaice viuebam. Et dicit, [meam,] quia hoc qd̄ male facimus, ex nobis est, ex Deo autē quicquid boni facimus. Oseæ 13. Ex te perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Illud. s. audistis: [Quoniam supra modum,]. s. aliorum, qa non solum per se, sed prouocabat principes ad hoc. Alij. n. forte a principibus inducti persequebātur, sed iste eos inducebat. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum &c. accessit &c. Et quia nō solum in Hierusalem, sed etiam per totam regionem. vnde accepit literas in Damascum &c. Vnde de eo potest intelligi illud qd̄ dr̄ Gen. 49. Beniamin lupus rapax &c. [Persecutus sum ecclesiam Dei,]. s. inquirendo Christianos & fugando 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus &c. [Et expugnabam illam;] non quidem spiritualiter, quia corda fidelium non poteram a fide auertere, sed corporaliter affligendo eos pœnis corporalibus, & ponendo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui &c. Psal. 128. Sæpe expugnauerunt me &c. Sic ergo patet per odiū qd̄ habebat ad fidem Christi ante conuersionē, s. q̄ non accepit euangelium ab homine. Patet hoc et per amorem & feruorem zeli, quē habuit ad Iudaismū, & hoc, quantū ad profectū exteriorē. Vnde dicit; [Et proficiebam &c.] Vbi tria ponit, q̄ exprimunt profectus magnitudinem, quia; [Supra multos] non supra paucos proficiebat, non supra senes ineptos ad profectū scientiæ, sed [Coætaneos,]. s. adolescentes acutos, & aptos ad profectum. Tren. 3. Bonū est uiro, cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Item, nō supra coætaneos extraneos, quasi ignotæ linguæ, sed illos qui sunt [In genere meo,]. s. Iudæorum Act. 22. Ego sum vir Iudæus, secus pedes Gamaliel eruditus, &c. Item, quantum ad zelum interiorem quē habebat ad legē. Et ideo dicit; [Abundantius præ alijs ęmulator existens,] non solum legis, sed; [Paternarū mearū traditionū.] s. quas habent Iudæi licitas, quas boni patres addiderunt, ut dr̄ in Glo, quas quidē traditiones uocat suas, quia ita reputabat eas, ac si suæ fuissent. Phil. 3. Secundū legē Pharisæus, s̄m æmulationē persequens &c. Sed q̄stio est super hoc, q̄ dicit Glo. Boni patres addiderunt. Vr̄, q̄ non fuerint boni, quia Deut. 4. dr̄, Non addetis ad uerbū quod ego loquor uobis &c. Ergo fecerunt contra mandatum dn̄i, addentes traditiones, & sic non fuerint boni. Dicendum est, q̄ uerbum illud dn̄i intelligendum est sic, Non addetis aliquid contrarium seu extraneum uerbis, quæ ego loquor, &c. Addere aūt aliqua quæ nō sunt cōtraria licuit eis. s. aliquos dies solemnes, & alia similia: sicut factum est tempore Mardochæi, & tempore Iudith, in memoriam beneficiorum quæ a Deo recipiebant. Contra Matt. 15. Dn̄s reprehendit eos, dicens, Irritū fecistis mandatum domini propter traditiones hominum, non ergo sunt licitæ traditiones. Respondeo, Dicendum est, quòd non arguuntur, quòd tenent traditiones hominum, sed quia propter traditiones hominum, dimittunt mandata Dei.

LECTIO IIII.

Postquam autem Apostolus ostendit, quòd ipse non accepit ab homine euangelium ante suā conuersionem; nunc

A hic probat, quod non accepit ipsum ab homine post conuersionem suam. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quod nō recepit euangelium ab homine tempore conuersionis suæ. Secūdo, q̄ nec etiam post cōuersionē suam, ibi: [Deinde post annos tres &c.] Circa primum duo facit. Quia primo ostēdit, q̄ non recepit euangelium ab Apostolis, neque didicit. Secundo, qd̄ non ab alijs fidelibus ibi; [Sed abij in Arabiā &c.] Circa primum, ostendit causam efficientem suæ conuersionis. Secundo, finē, ibi; [Vt reuelaret &c.

LECTIO IIII.

Cvm aūt placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiá suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illū in Gentib. cōtinuo nō acquieui carni & sāguini. Neq;.n. veni Hierosolymam ad ancessores meos apostolos, sed abij in Arabiā, & iterū reuersus sum Damascum.

Tertio, modum, ibi: [Continuo non acquieui &c.] Circa primū notat causam suæ conuersionis, quæ duplex est, s. beneplacitum

B Dei, quod est diuina electio, & conuertentis vocato. Quantum ad primum, dicit; [Cum autem placuit,]. s. Deo, non quando volui ego, sed quando placitum fuit sibi: quia non est volentis, neque currentis &c. vt dr̄ Rom. 9. Psal. 146. Beneplacitum est domino &c. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis &c. [Qui], s. rebellem. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum &c. qm̄ persecutus sum &c. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum &c. Persecutorem, Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Blasphemum. 1. Thim. 1. Qui fui blasphemus &c. Me talem, inquam: [Segregauit ex vtero matris meæ.] vel ad literam. qui fecit me nasci ex ventre matris meæ.

Et vere dr̄ Deus segregare ex vtero, licet sit opus naturæ, quæ est quasi instrumentum Dei. quia opera etiam nostra attribuuntur Deo, sicut principali authori. Esa. 26. Omnia. n. opera nostra operatus es in nobis &c. Sicut & effectus principali agenti attribuuntur. Ideo dr̄ Iob. 11. Pelle & carnibus uestisti me &c. Et ab hoc utero segregatus est ad iustificationem, quia eiusdem est iu

C stificare, cuius est cōdere. Ps. 21. De uentre matris meæ &c. Vel: [Ex utero matris meæ,]. s. Sinagogæ, cuius uterus est collegium Pharisæorum, qui nutriebant alios in Iudaismo. Matt. 23. Circuitis mare & aridā, ut faciatis &c. Sic ergo mater sua fuit Sinagoga. Can. 1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me &c. Vterus eius sunt Pharisęi. Ex hoc ergo utero est segregatus per spiritum sanctū ad fidem euāgelij. Ro. 1. Segregatus in euangeliū Dei. uel mater sua est ecclesia Christi. Vterus eius, collegiū apostolorū: Segregauit ergo Deus ipsum ab vtero Ecclesiæ, i. a collegio apostolorum in officium apostolatus & prædicationis ad Gentes, qn̄ dixit apostolis Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulū &c. Vocat autē synagogam matrē suam, quia pharisæus erat, quasi magnus in ea, dum dicitur pharisæus & ex pharisæis, quia zelator legis erat. supra, Abūdantius autem æmulator &c. Quantum autem ad aliam causam, dicit; [Et uocauit &c.] Est autem duplex uocatio. Vna est exterior, & sic dicit, uocauit me cęlesti uoce Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Vade in

D ciuitatem &c. sic etiā alios apostolos uocauit. Alia est interior, & sic uocauit per quendam instinctum interiorem, quo Deus per gratiam tangit cor, ut conuertatur ad ipsum, & sic uocauit a mala uia in bonam, & hoc; [Per gratiam suam,] non nostris meritis Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit &c. Es. 45. Suscitauit eum ad iustitiam &c. Amos. 5. Qui uocat aquas maris &c. Finis autem conuersionis ponitur, cum dicit; [Vt reuelaret filium &c.] Qui quidem finis est Christus. Ordinatur autem cōuersio sua ad Christum dupliciter, s. facto, & sic dicit, [Vt reuelaret filium suum,] idest in eo quod circa me fecit, conuertendo me, & dimittendo peccata mihi, reuelaret quanta sit mihi facta misericordia. 1. Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Sed ideo misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans &c. Sic ergo reuelauit in eius conuersione filium suum, & hoc inquantum filius dicitur gratia Dei. Itē, reuelauit eum in eius operatione.

E Vnde dicebat ipse Ro. 15. Non.n. audeo aliquid loqui eorū quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, in uerbo, in factis, & uirtute &c. Et hoc inquantū filius uirtus est Dei. Item, reuelauit eum in eius prædicatione, Vnde ipse. 1. Corinth. 1. dicebat, Nos prædicamus &c. usque, & Dei sapientiam.

Et hoc inquantum filius eius dicitur Dei sapientia. Item, ordinatur ad Christum sua conuersio, uerbo. Et sic dicit; [Vt euangelizarem illum in Gentibus,] quia alijs apostolis euangelizantibus Christum Iudæis, Paulus de mandato domini fuit ad Gentes conuertendas. Esa. 49. Parum.n. est mihi, ut sis mihi seruus &c. Dedi te in lucē & c. Act. 13. Sic.n. pcepit & c. inf. Esa. 55. Ecce testem populis dedi eū, ducē ac præceptorem gentibus Modus autem suæ conuersionis est perfectus, & quantū ad effectum

fectum. Vnde dicit; [Continuo nō acquieui carni & sanguini,] idest statim ita perfecte fui cōuersus, ꝙ omnis carnalis affectus recessit a me Eccl. 11. Facile est.n.in oculis domini, subito honestare pauperē. Et accipit hic caro & sanguis, pro vitijs carnalib. 1.Cor.15. Caro & sanguis regnū Dei non possidebūt & c.infra. 5. Caro concupiscit &c. Vel ꝑ affectu & amore ad carnales sibi coniunctos, Matt. 16. Caro & sanguis nō reuelauit tibi &c. Sic Apostolus & vitia sua superauit, & suos Iudæos contempsit. Item, quantum ad intellectum, quia ita fuit instructus a Christo, ꝙ non fuit ei necesse instrui ab apostolis. Et ideo dicit; Nec veni Hierosolymam,] vt.s.ab eis instrueretur. Item, nō fuit necesse instrui ab alijs fidelibus. Et ideo dicit: [Sed abij in Arabiam &c.] Quasi dicat non iui ad loca vbi erant alij fideles, vt me instruerent, sed iui in Arabiam, vbi non erant edocti in fide, sed infideles. [Et iterum reuersus sum Damascum]. s. ad parentes. Iob 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum &c. Sed cōtra dicitur Act. 9. Quod demiserunt eum de muro per sportam &c. Cum autem venisset Hierusalem, tentabat se iungere discipulis. Venit ergo Hierusalem. Dicendum est, quod venit, sed non vt instrueretur. Vel melius dicendum est, quod non statim venit, sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur;] Deinde post annos &c.

LECTIO V.

DEinde post annos tres, veni Hierosolymam videre Petrum; & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ, quę erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquādo expugnabat, & in me clarificabant Deum.

LECTIO V.

POstquam superius Apostolus ostendit se non accepisse euāgelium ab homine, ante conuersionem suam, nec tpe suæ conuersionis, hic probat ꝙ nec etiam post cōuersionem accepit ipsum ab homine, sed potius hic ostendit qūo doctrina sua fuit ab hoibus approbata. Et circa hoc duo facit. Primo.n.manifestat, qūo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo, ostēdit qualiter fuit approbata ab alijs fidelibus, ibi [Deinde veni in partes &c.] Et primo narrat factum. Secundo, confirmat veritatem dicti, ibi; [Ecce corā Deo &c.] Dicit ergo, licet nō iuerim ad apostolos vt instruerer ab eis circa principiū meæ cōuersionis, quia iam eram instructus a Christo, tū ex affectu charitatis cōpulsus: [Post annos tres,] .s. cōuersionis meæ; [Veni Hierosolymam,] quoniam iandiu desideraui; [Videre Petrum,] nō vt discerē ab eo, sed vt visitarē eum. Iob 5. Visitans speciem tuā &c. [Et mansi apud eū dieb. quindecim,] repertus ab eo, vt verax Apostolus. Et dicit. [Dieb. quindecim,] quia numerus iste cōponitur ex octo & septē. Octonarius aūt, est numerus noui testamenti, in quo expectatur octaua resurgentium. Septennarium aūt, numerus veteris testamenti quia celebrat septimā diem. Mansit aūt apud Petrū diebus quindecim, conferens cū eo de mysterijs veteris testamenti & noui. Et ne credatur ꝙ licet non sit instructus a Petro, esset tū etiam instructus ab alijs, subdit, quod nec ab alijs fuit instructus. Vnde dicit, [Alium aūt Apostolorum,] a quo instruerer; [Vidi neminem,] .i. nullū. [Nisi Iacobū fratrem domini.] Illū.n. vidit in Hierusalē. Circa istū Iacobū sciēdū est, ꝙ iste fuit episcopus Hierosolymorum, & fuit vocatus Iacobus minor, eo ꝙ vocatus fuerat post Iacobū alium. Dicuntur aūt multa de isto Act. 15. Ipse ēt fecit epistolā canonicā. Quare aūt dicatur frater domini, a diuersis, diuersimode dr. Eluidius.n. dicit, ꝙ ideo dicitur frater domini, quia fuit filius beatæ virginis. Dicit enim, ꝙ beata virgo Christum concepit & peperit, & post partū Christi, cōcepit de Ioseph, & peperit alios filios: sed hic error est dānatus & reprobatus. Item, patet esse falsum, quia Iacobus nō fuit filius Ioseph, sed Alphæi. Alij vero dicunt ꝙ Ioseph ante beatam virginem habuit aliam vxorem, de qua habuit filium Iacobum & alios, qua mortua, accepit in vxorem beatam virginē de qua natus est Christus, non tamen cognita a Ioseph, sed per spiritum sanctum, ut in euangelio dicitur. Quia ergo ex patre nominantur cognationes, & Ioseph putabatur pater Christi, ideo iste Iacobus, licet non fuit filius virginis, tamen vocabatur frater domini. Sed hoc est falsum, quia si dominus matrem virginem noluit nisi virgini commendare custodiēdam, quomodo sustinuisset, sponsum eius virginem non fuisse, & sic perstitisse? Iō alij dicunt & in Gl. tangitur, ꝙ Iacobus iste fuit filius Mariæ Cleophæ, quæ fuit soror virginis. [Dicunt enim, quod Anna mater beatæ virginis nupsit primo Ioachin, ex quo peperit Mariā matrem domini, quo mortuo, nupsit Cleophę fratri Ioachin, ex quo peperit Mariam Cleophæ, & ex hac natus est Iacobus minor, Iudas & Simon, quo mortuo dicitur ꝙ nupsit adhuc cuidam tertio, qui vocatus est Salome, ex quo concepit, & peperit aliam Mariā, quæ dicta est Salome: & de hac natus est Iacobus maior, & Ioannes frater eius. Sed huic opinioni, dupliciter contradicit Hieron. Primo, quia Salome non est nomen viri, vt etiā in Græco apparet, sed est nomen mulieris, quæ fuit soror beatæ Virginis, & ex Zebedęo genuit Iacobum maiorem & Ioannem fratrem & Maria Cleophæ, ex Alphæo genuit Iacobum minorem, Iudam & Simonem.

Dicitur autem frater domini iste Iacobus, specialiter inter alios suos consobrinos, & hoc propter duo.

Primo, propter similitudinem effigiei, quia similis erat Christo in facie. Et propter similitudinem vitæ, quia imitabatur Christum in moribus. Vel quia Alpheus pater eius fuit de cognatione Ioseph. Et ideo quia Iudæi cognationis lineam texere solent a maribus, & Christus putabatur filius Ioseph, vt dicitur Luc. 3. ideo specialiter dictus est frater domini, & non alij, qui solum ex matre coniuncti erāt ei. Accipitur autem hic frater cognatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura Matth. 1. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Cognatione, sicut omnes consanguinei sunt fratres. Genes. 13. Ne quæso sit iurgium inter te & me, fratres.n.sumus. Gente, & sic omnes vnius linguæ dicuntur fratres. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui nō sit frater tuus. Affectione, & sic omnes amici. & qui habent eundem affectum, dicuntur fratres 2.Cor. 2. Eo ꝙ non inuenerim Titum fratrem meum &c. Religione, & sic omnes Christiani qui habent vnam regulam vitæ, dicuntur fratres. Matth. 23. Fratres estis. &c. Psal. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum &c. Communiter autem omnes homines dicuntur fratres, quia ab vno Deo gubernati & educati. Mal. 2. Nunquid non vnus est pater omnium nostrum &c. Consequenter cum dicit; [Quę autem dico vobis &c.] Confirmat per iuramentum quod dixerat, q.d. Ea quæ nunc scribo vobis de me: [Ecce] in in manifesto sunt, ita ꝙ satis constat [Quia non mentior.] Et hoc dico: [Coram Deo,] idest teste Deo. Iurat autem hic Apostolus non ex leuitate, sed ex necessitate illorum, quibus necessarium erat, vt crederent. Nisi.n.hoc faceret, non crederēt ei. 2.Cor. 2. Coram Deo in Christo loquimur. Rom. 1. Testis est mihi Deus &c. Quid ergo dicit dominus, Sit sermo vester, est est, non non, quod amplius est, a malo est? Dicendum est, ꝙ est a malo eius qui non credit, vel a malo pœnæ, quo cogitur quis iurare. Consequenter cum dicit: [Deinde ueni &c.] Ostendit, quomodo fuit approbatus ab alijs ecclesijs Iudeæ. Vbi tria facit. Primo, ostendit vbi fuit conuersatus, quia in Cilicia Vnde dicit; [Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ]. s. patriæ. vnde erat & fuit raptus, quia dicitur Act. 22. Erat autem Paulus a Tharso Ciliciæ &c. Secundo, quomodo fuit cognitus ab eis, quia non facie, sed auditu tantum & fama. Vnde dicit; [Eram.n. ignotus facie ecclesijs Iudeæ quæ erant in Christo,] .i. in fide Christi 2. Cor. 6. Sicut qui ignoti & cogniti. Vnde patet, ꝙ ecclesiæ Iudeæ non cognouerunt me; [Tantum enim auditum habebant,] .s. de me per famam:] Quoniam qui persequebatur &c.] Tertio, quomodo approbatus est ab eis, quia; [In me glorificabant Deum,] .i. in mea conuersione magnificum probabant, qui gratia sua me conuertit. Esa. 43. Glorificabit me bestia &c.

CAP. II. LEC. I.

DEINDE post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium quod prædico in Gentibus, Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quā habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutē redigerent. Quibus neq; ad horā cessimus subiectione, vt veritas euāgelij permaneat apud vos.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus in præcedenti cap. commendauit authoritatem euangelicæ doctrinæ secundum seipsam: nunc in isto cap. commendat ipsam ex parte aliorum apostolorum & sua simul. Et circa hoc duo facit. Primo, commendat authoritatem suæ doctrinæ ex approbatione aliorum apostolorum. Secundo, ex exemplo sui & aliorum apostolorum, ibi: [Nos natura Iudei, non ex Gentibus &c.] Circa primū duo facit. Primo ostendit, ꝙ alij apostoli approbauerunt suam doctrinam; Secundo ostendit, quòd libere reprehendit alios apostolos in his quæ contrarium suæ doctrinę dicebant, ibi; [Cum venisset Petrus &c.] Circa primum duo facit, primo, agit de collatione quam habuit

buit cum apostolis. Secundo insinuat quid inde secutum sit, ibi: [Sed neq; Titus &c.] Circa primū duo facit. Primo ponit circumstantias ipsius collationis. Scdo ponit ipsam collationem ibi; [Et cōtuli cum illis &c.] Quantum ad primum tangit quatuor circumstantias, s. tempus, locum, testes, & motiuum ipsius. Describit aūt tempus, cū dicit. [Deinde post annos quatuordecim] Sed cōtra est; quia Apostolus fuit conuersus primo anno post passionē Christi, & post tres iuit in Hierusalem, & sic sunt quatuor, & hic dicit, post annos quatuordecim, iterū iuit in Hierusalem, & sic sunt decē & octo; & tunc inuenit Petrum in Hierusalem. Et hoc non pōt esse, qa Petrus sedit in Antiochia septem annis; in Roma vero 25. annis. & sic essent duodeuiginti, & septem (qui sunt 25. anni) antequam iret Romā, & Romæ moratus est 25. annis, ergo vixisset Petrus post passionē Christi 50. annis; quod est falsum, qa quadragesimo anno à passione Christi, passus est Petrus Romæ, vt in historia habetur: quod fuit tpe Neronis. Rñdeo; dicendum ꝙ cum dicitur: [Deinde &c.] non est intelligendum ꝙ post tres annos, iterum elapsi sint quatuordecim anni antequā iret in Hierusalem: sed ꝙ anno quartodecimo suæ conuersionis, iterū ascendit: nec sunt addendi supra istos quatuordecim, septē anni, quib. Petrus rexit ecclesiam Antiochenā, quia ante istos annos incepit regere; & cū Antiochia sit prope Hierusalē, potuit esse vt aliqñ Petrus fuisset in Hierusalē, & tunc Paulus inuenerit eū ibi. Et sic colligitur ex historia, ꝙ post annos quatuordecim, Petrus venit Romam tpe Claudij Imperatoris, & existens ibi 25. annis, compleuit numerum 39. annorum, & mortuus est 40. anno post passionem dñi. Dicit autem signanter quatuordecim, vt ostendat, ꝙ nō indigebat Apostolorum instructione, si quatuordecim annis fuit sine eis. Locum vero describit, cum dicit. [Hierosolymā.] Et dicit [Ascendi,] quia in alto posita est. Ascendit autē Hierosolymam, vt ostenderet se concordare cum prophetia, q̄ dicit Esai. 2. De Sion exibit lex &c. Testes describit, cum dicit: [Cū Barnaba, assumpto & Tito,] Barnabas Iudæus erat, Titus vero Gentilis. Cum eis ergo ascendit, vt haberet testes suæ doctrinæ, & vt in nullā partem, siue Iudæorum, siue Gentilium ostendat declinare. Deut. 17. In ore duorum vel trium stat omne uerbū. Motiuū autem describit cum dicit. [Secundum reuelationē Dei,] i. Deo reuelante, & præcipiente sibi ꝙ ascenderet in Hierusalē. Ex quo colligi potest, ꝙ omnes actus apostolorum & motus, fuerūt ſm instinctum spiritussancti. Iob 37. Nubes spargunt lumē suū &c. Consequēter cum dicit; [Et contuli &c.] agit de ipsa collatione, vbi tria facit. Primo manifestat materiā super quā contulit. Secundo personas cum quibus contulit. Et tertio causam propter quam contulit. Materia de qua contulit, fuit euangeliū, & ideo dicit. [Contuli cum illis euangelium Dei &c.] Personæ cū quib. contulit, sunt maiores & excellentiores inter Apostolos. [Seorsum autem cū his &c.] Sed causa utilis & necessaria, ne. s. [In vacuum &c.] quantum ad primum, dicit, Ascendi Hierosolymam, vbi contuli cum illis, tanquam cum amicis & paribus, euangeliū quod prædicaui in Gentibus, non vt addiscerē, quia iam doctus eram à Christo, non vt certificarer, quia sic certus sum, ꝙ si angelus diceret contrarium, non crederem, vt patet sup. 1. c. Sed cōtuli propter duo, s. ad insinuandam vnitatem doctrinæ meæ cum doctrina aliorum apostolorū 1. Cor. 1. Idipsum dicatis oēs, &c. Contulit ergo cum eis quasi idem uerbum cum eis, sed nō pares habuit. Item ad uitādum calumniam aliorum. Apostolus enim quia non fuerat conuersatus cum Christo, nec edoctus ab apostolis; sed statim post conuersionem suam incepit prędicare q̄ erant odiosa Iudæis; & specialiter de uocatione Gentium, & ꝙ non debebant seruari legalia. Sic ergo contulit euangelium; sed cū quibus hoc fecerit, ostendit subdens. [Seorsum autem his &c.] Quasi dicat, non cum omnibus, sed cum his qui erant inter alios alicuius authoritatis & momenti, s. cum Petro, Iacobo, & Ioanne, & alijs magnis. Eccle. 9. Cum sapientibus & prudentibus tracta. &c. Sed; [Seorsum &c.] non quòd turpia uel falsa cū eis tractaret ac conferret, sicut hæretici faciunt, sed quia sciebat ibi esse Iudæos calumniantes, propterea quia de legalibus docuerat. & ideo ne veritas pateret calumniæ, cum illis seorsum contulit, qui non calumniarentur. Prou. 25. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, &c. Eccl. 8. Corā extraneo ne facias consilium, &c. Sic ergo patet & materia collationis, & personæ. Sequitur causa, quæ fuit. s. [Ne in vacuum currerem, aut cucurrissem,] i. ne reputarer prædicasse inutiliter. Vocat aūt prædicationem suam, cursum, propter velocitatem suæ doctrinæ, quia in modico tempore à Hierusalem vsq; in illiricum, & vsq; in Hispaniam, prædicauit euangelium. Vnde posset dici de eo illud psal. 147. Velociter currit sermo eius & 2. Thes. 3. Fratres orate pro nobis, vt sermo dñi currat, &c. Sed nūquid dubitabat, ꝙ in vacuum curreret? Dicendum est, ꝙ sibi non dubitabat, sed illis quibus prædicauerat, quia nisi ab illis firmiter teneret' sua doctrina, quātum ad illos in vacuum cucurrisset, & ideo uoluit cōferre cum eis, vt dum scirēt auditores, quòd doctrina sua cōcordaret cum doctrina aliorum apostolorum, & approbaretur ab eis, firmius eius doctrinā tenerent, & sic quantum ad eos non in vanum curreret 1. Cor. 9. Ego sic curro, non quasi in incertum. Consequenter cum dicit; [Sed neque Titus &c.] ostendit quid secutum sit ex collatione cum apostolis habita. Et ponit tria, quæ inde secuta sunt, s. quòd à sua sententia non recessit, & quòd suæ doctrinæ nihil superadditum fuit, ibi; [Ad his autem qui videbantur &c.] Tertio, ꝙ sua doctrina approbata est, ibi. [Sed contra cum vidissent &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd nō recessit à sua sententia in quodam particulari. Secundo ostendit quod etiam in nullo alio recessit ab ea, ibi; [Sed propter introductos &c.] Dicit ergo, Dico ꝙ ita contuli cum eis de doctrina euāgelij quod ex hoc secutum est, quòd doctrina mea & sententia firma permansit, s. de legalibus non obseruandis; sic quòd Gentiles non cogerentur ad seruandum legalia, in tantum. [Quod neque Titus, qui mecum erat, cum esset etiam Gentilis, compulsus est] rationibus eorum; [Circuncidi,] sed susceptus est ab apostolis in societatem incircuncisus. Vnde, tunc data est sententia ab apostolis de legalibus non obseruandis, sicut habetur Act. 15. Ratio autem, quare post passionem Christi non debent seruari legalia, assignatur à Chrisostomo talis, Manifestum est enim, quòd instrumentum quod fit de aliqua promissione seu fœdere tenet tantū, quousq; compleatur fœdus & promissio, quibus completis, instrumentū prædictum in hoc non tenet. Circuncisio autem est quoddā instrumentum promissionis & fœderis, inter Deum & fideles homines: Vnde & Abraham accepit circuncisionem in signum promissionis: ut dicitur Gen. 17. Et quia Christi peracta passione soluta fuit promissio & completum fœdus, ideo post passionē non tenet, nec ualet circuncisio. Sic ergo patet, quòd non recessit à sententia sua in hoc, quòd non permitteret circuncidi Titum. Consequenter ostendit ꝙ in nullo alio etiam recessit ab ea, cum dicit; [Sed propter sub introductos, &c.] Litera autē ista est diuersa in diuersis & obscura, & legitur sic, Tu dicis ꝙ non permisisti circuncidi Titum, sed quare non permisisti? Nonne alibi permisisti Timotheum, sicut legitur Act. 17. Ad hoc potest sic respondere Apostolus: quia tunc temporis quando Timotheus fuit circuncisus, indifferens erat circuncisio, utrum, s. seruaretur uel nō: sed modo cum ageretur de Tito, erat specialis quæstio de circuncisione, quam ego dicebam non debere seruari.

Vnde si permisissem eū circuncidi, cū egomet diffiniuissem q̄stionē, fuisset factum in contrariū, nec licebat ultra de hoc mouere q̄onem, uel facere difficultatē, utpote iam determinatam. Et ideo dicit, Dico ꝙ non solum non permisi ipsum circuncidi ab illis. [Quibus neq; ad horam cessimus subiectione.] s. ut Gentes subderentur legi, Et hoc propter subintroductos à diabolo, uel a pharisæis. [Falsos fratres.] qui se fingunt amicos 2. Cor. 11. Periculum in falsis fratribus; [Qui,] s. fratres falsi; [Subintroierunt,] in locum, ubi erāt Apostoli; [Latenter explorare,] i. ad explorandam; [Libertatē nostrā] à peccato & lege, 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ro. 8. Nō.n. accepistis spiritum seruitutis, &c. infra 4. Vt eos, qui sub lege erant redimeret, [Quam,] s. libertatem; [Habemus in Christo Iesu,] i. per fidem Christi infra 4. Nō estis ancillæ filij, sed Liberę. Et ad hoc subintroierunt; [Vt in seruitutem] legis & carnaliū obseruantiarū; [Redigerent] sicut ante passionem Christi, quod non est faciēdum, quia Fundamentum aliud nemo potest ponere &c. 1. Cor. 3. Et hoc ut ueritas euangelij permaneat apud uos q.d. In nullo cessimus eis propter hoc, ne scilicet [Occasionem daremus eis] qui sine circuncisione dicebant uos non posse saluari, quòd est contra ueritatem euangelij, quod prædicaui uobis. Ambr. autem aliter legit, secundum præmissa

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

missa enim habetur, q ideo ad horam non cessit propter subintroductos. Ex quo sequitur, q nisi fuissent subintroducti falsi fratres, cessisset eis de legalium obseruatione. Et ideo propter hoc non fuit: quia propter hoc non cessisset eis, sed propter ipsam veritatem. Ideo dicit Amb. q litera est falsa, & superfluit ibi. [neque.] Vnde vult, q nō sit ibi, [neque.] Et tūc est sensus. Non permisi circuncidi Titū, sed Timotheum permisi circuncidi; [Propter subintroductos falsos fratres,] in loco vbi eram cum Timotheo & alijs qui sub introierunt &c. Quod cū facere nequiuissent, populum in seditionem cōtra nos incitare moliebantur. Quibus, s. falsis fratrib. propter hoc; [Cessimus ad horam subiectionis,] in facto circuncisionis, circuncidendo Timotheum, ibi; [Vt veritas euangelij permaneat &c.] Quæ habet, q nec circuncisio aliquid confert, neque præputium, sed fides. Fuit autem specialis causa, quare Timotheus circuncisus fuit & nō Titus, quia Timotheus fuit ex parte Gentili, & matre Iudæa, Titus vero, ex vtroque parente Gentili. Et sententia Apostoli erat, q qui ex aliquo parente Iudæo nati fuerant, circuncideretur: qui vero totaliter ex Gentilibus parentibus nati essent, nullo modo debebant circuncidi.

LECTIO II.

AB his autem qui videbātur esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed econtra, cū vidissent q creditum est mihi euangeliū præputij, sicut & Petro circūcisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes.) & cum cognouissent gratiā quæ data est mihi, Iacob. & Cephas, & Ioannes, qui videbātur columnæ esse, dextras dederūt mihi, & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autē in circuncisionem tantum, vt pauperum memores essemus. Quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.

LECTIO II.

OStenso quòd Apostolus in nullo recessit a sententia sua in collatione prædicta; hic consequēter ostendit, q nihil suæ doctrinæ per alios Apostolos superadditū fuit. Et circa hoc, duo facit. Primo enim, describit conditionem Apostolorum, nihil ei addere valentium. Secundo, prosequitur propositum, ibi; [Mihi enim qui &c.] Conditionem autem illorum describit ex tribus. Primo, ex authoritate quam habebāt in ecclesia quæ est magna, & quantū ad hoc dicit: [Ab his autem &c.] Litera defectiua est. vnde debet suppleri sic. Ab his autem, s. Petro & Ioanne. q.d. Licet ad horam cesserim eis, nihil tamē accepi ab eis potestatis vel doctrinæ. Et si ab his nihil accepi, multo minus ab alijs. Sed notandum est, q hoc quod dicit: [Qui uidebantur aliquid esse,] si hoc intelligatur s'm gratiam Dei quæ in ipsis erat, sic verum est, q s'm hanc magni erant, quia quos iustificauit, hos & magnificauit, vt dr. Ro. 8. Si vero intelligantur aliquid esse s'm seipsos, sic falsum est, quia s'm hoc, nihil erant. Nam si s'm se aliquid esse viderentur, semper fuissent magni, quia quod per se inest, semper inest. Vnde, cum non fuerint semper magni, non s'm se videbantur aliquid esse. Secundo, describit eorum conditionē ex statu eorum ante conuersionem, quam habuerunt in Synagoga. Et hic statum caute ostendit fuisse abiectum & vilem. Vnde dicit: [Quales aliquando fuerint,] quia rustici, pauperes, idiotæ, & sine literis erant 1. Cor. 1. Non multi sapientes s'm carnem &c. Sed quales fuerint: [Nihil,] i. non. [Mea interest,] s. referre. Et hoc forte introducit, vt considerantes statum quem illi habuerunt in Synagoga [qui nullus fuit,] & statum Pauli [qui magnus fuit] manifeste cognoscant, q Paulus in sentētia quantum ad legalia sit eis præferendus, & presertim cū Paulus in statu ecclesiæ Christi eis æquaretur, ita q Paulus eos in statu Synagogæ ante conuersionem præcedebat, in statu post conuersionem, eis æqualis erat. Vnde cum agebatur de Synagoga, magis erat standum sententię Pauli, quam aliorum: sed cum de euangelio ageretur, standum erat sententiæ suæ: sicut sententiæ aliorū. Et sicut alij non erant magni per legalia, sed per Christum, sic & Apostolus per Christum magnus erat in fide, & non per legalia. Tertio, describit eorum conditionem, ex diuina electione, & quantum ad hoc dicit. [Deus enim personā &c.] q.d. Ideo magni sunt, quia Deus eos magnificauit, non attendens ad merita vel demerita eorum, sed ad ipsum quod facere intendit. Et ideo dicit: [Deus personā hominis non accipit,] i. non considerat magnam vel paruā. Sap. 6. Pusillum & magnum ipse fecit &c. Sed sine personarum acceptione ad salutem omnes vocat, non imputans illis delicta eorū, & hoc quia transierunt 2. Co. 5. Vetera transierunt &c. Psal. 15. Nec memor ero nominum eorum &c. Et ideo dicit Petrus Act. 10. In veritate comperi, q non est personarum acceptio &c. Circa hoc sciendum est, q accipere personam proprie est in aliquo negotio attendere, quasi regulam ipsius negocij, conditionē per-

F sonæ nihil facientem ad negotiū, puta, cum ideo do beneficium alicui, quia est nobilis, siue pulcher. Nobilitas. n. seu pulchritudo nil facit ad hoc, q habeat beneficiū. Si vero conditio personæ faciat ad negotiū, sic considerando illā conditionē in facto illo, non accipio personā, sicut si ideo do beneficiū alicui, quia bonus est, & bene deseruiet ecclesiæ, quia bene literatus & honestus, nō sum acceptor personæ. Nil ergo est, ppriè accipere personā, q considerare cōditionē personæ, nil facientem ad negotiū. Cū ergo Deus in operib. suis, & beneficijs, nihil preexistēs ex parte creaturæ respiciat, quia ipsum, qd est creaturæ, est effectus suæ electionis, sed respiciat solū quasi pro regula beneplaciti voluntatis suæ, s'm quā oīa operatur, & non s'm aliquā conditionē personæ, vt dī Eph. 4. manifestū est, q non accipit personā hominis. Consequenter descripta conditione eorū, ostendit propositū. s. q nil ei addere potuerūt. Et ideo dicit; [Mihi. n. qui videbātur aliquid esse, nihil contulerūt,] q.d. Licet essent magnæ authoritatis, tū nil addiderunt doctrinæ meæ, nec potestati: quia sicut supra dictū est, neq; ab homine accepi euangeliū, neq; per hoīem didici. Glo. aūt aliter legit, quales aliqñ fuerūt &c. q.d. Non ptinet ad me referre statū eorū ante cōuersionē, quales. s. fuerūt, quia & hoc mihi refert, cū & ego fuerim ipsius ecclesiæ et persecutor, & tū Deus suæ beneplaciti voluntatis, elegit me & magnificauit, & hoc qa dñs psonā hoīs non acceptat. Consequēter cū dicit. [Sed contra cū vidissent &c.] Ostendit qūo eius snīa sit approbata ab Apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit causam approbationis. Secūdo insinuat ipsam approbationem, ibi: [Iacobus & Cephas &c.] Tertio addit quandam conditionē approbationi interpositā, ibi: [Tm pauperes &c.] Causam aūt approbationis (quę mouit apostolos approbare sniam Apostoli) ponit duplicē, s. pdicationis officiū Apostolo iniunctū a Christo, & effectū iniuncti officij, ibi; [Et cū cognouissent &c.] Circa primū primo ponit officiū iniunctū, qd mouit eos ad approbandū. Secūdo officij manifestationē, ibi: [Qui operatus est &c.] Dicit ergo, Dico q illi; [Qui uidebantur aliquid esse, nihil mihi contulerunt,] sed potius contra opinionē aduersariorū, qui ascenderant contra me in Hierusalē ad apostolos pro ipsa quæstione, me ipsi apostoli approbauerūt, & hoc: [Cum vidissent quod creditū est mihi euangeliū,] i. officiū prædicationis
I [Præputij,] i. iniunctū prædicare incircuncisis, s. Gentibus. Hier. 9. Omnes Gentes habēt preputiū, omnis aūt domus &c. Sicut Petro commissa est authoritas, vt prædicaret Iudæis tm̄, & Paulo Gentibus, sed postmodū & Petrus prædicauit Gentib. & Paulus Iudęis. Sed quia aliquis posset dicere, vnde cōstat nobis, q tibi est cōmissum euangeliū in Gentibus, ideo interponens dicit? q per operationes Christi. Sicut. n. patet q Petrus accepit euangelium a Christo pp mirabilia quæ Christus fecit per eum, ita patet, q ego ab ipso accepi pp miracula que Christus operatus est, & operatur in me. Et ideo dicit. [Qui operatus est Petro &c.] i. qui Petrum fecit Apostolum in Iudæa. i. Christus, ipse me fecit Apostolū in Gentibus. Et hæc est causa, quæ mouit eos. Sed quia nō sufficit iniunctio & authoritas prædicandi, nisi homo per bonam scientiā & discretam eloquentiā ipsam exequatur, & per bonam vitam cōmendet, ideo addit usum suæ authoritatis. seu officij effectū dicens. [Et cum cognouissent gratiam Dei. &c.] Et est litera suspensiua. i. cum uidissent q gratiosa & fructuosa esset prædicatio mea. [Tunc Iacob. & Cephas, & Ioannes &c.] In quo ponitur approbatio, seu societas facta cū eis & Paulo. Et primo ponūtur personæ inter quas facta est societas, quæ sunt. [Iacobus, & Cephas,] i. Petrus & Ioannes. Et pręmittitur Iacob. quia erat epūs Hierosolymorū, vbi hæc sunt. Ioannes aūt iste, fuit Ioānes euangelista, qui non deseruit Iudæā vsque ad tēpus Vespasiani: [Qui videbantur columnæ esse.] Metaphorice dī hoc. i. sustentatores totius ecclesiæ. Sicut. n. totum ædificiū sustentatur per columnas, ita per istos tota ecclesia Iudæorum sustentabatur & regebatur. Et de istis columnis dī in Psal. 74. Ego cōfirmaui colūnas eius. s. Apostolos ecclesiæ. Can. 5. Crura illius colūnę marmoreę, q fundatæ sunt super bases aureas. Isti. s. ex parte vna, [Dederunt dexteras societatis] i. cōsenserūt in societatē. [Mihi & Barnabæ] in quo designant psonę ex alia parte. Per hoc aūt, q dederūt sibi dexteras, significatur q per manus se acceperunt, in signum coniunctionis & unitatem opinionis. Secundo ostenditur societatis tenor, seu conditio, cum dicit: [Vt nos in Gentes, ipsi aūt in circūcisionem,] s. prædicarent. q.d. Facta fuit inter nos coniunctio, & vnio, ita tū q sicut omnes fideles obediunt Petro in circuncisione, in ecclesia Iudæorum fidelium, ita oēs Gentiles qui conuersi fuerunt ad Christum, obedirent Barnabæ, & Paulo: hoc tū apposito. [Vt nos essem' memores pauperū Christi,] s. vendiderant oīa bona sua, & pretiū eorum ad pedes Apostolorum posuerant, propter Christum pauperes effecti: [Quod quidem solicitus fui hoc idem facere,] non minus affectus, quā ipsi qui ordinauerunt, sicut apparet. Ro. 15. & 1. Cor. 6. & 2. Cor. 8. & 9. Ratio aūt, quare consuetudo primitiuæ ecclesiæ de uenditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circuncisione, & non in ecclesia ex Gentibus, hæc est, quia fideles Iudæi congregati erant in Hierusalem, & in Iudæa, quæ destruenda in breui a Romanis erat, vt postmodum rei probauit euentus; & ideo voluit Dominus ut ibi possessiones non reseruarentur, vbi permansuri non erant. Ecclesia vero Gentilium firmanda erat & augenda, & ideo cōsilio spiritussancti factum est, ut in ea possessiones non venderentur.

LECTIO III.

CVm autem venisset Petrus Antiochiam; in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm venirent quidam a Iacobo cū Gentib. edebat. Cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circūcisione erant. Et simulationi eius consenserunt cęteri Iudęi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum uidissem, q non recte ambularent ad ueritatem euangelii, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis & nō Iudaice quo modo Gentes cogis Iudaizare?

LECTIO III.

SVpra Apostolus ostendit, q ipse nil utilitatis accepit ex collatione habita cum dictis Apostolis, hic uero ostendit, q ipse alijs profuit. Et primo ostendit quomodo profuit Petro in corrigendo eū. Secundo manifestat ea, quæ dixit, ibi: Prius enim quā venirent &c.] Dicit ergo, Vere ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego potius contuli eis, & specialiter Petro; quia: [Cum venisset Petrus Antiochiam] vbi erat ecclesia Gentium ego: [Restiti ei in faciem,] i. manifeste. Eccles. 4. Ne reuerearis proximum in casu suo, ne retineas verbum &c. Vel; [In faciem,] i. non in occulto, quasi detrahens & timens, sed publice & ut par ei. Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, &c. Et hoc ideo; [Quia reprehensibilis erat.] Sed contra, quia hoc fuit post acceptam gratiā spiritussancti: sed post gratiam spiritussancti nullo modo peccauerūt apostoli. Et ideo. Dicendū, q post gratiam spiritussancti nullo modo peccauerunt mortaliter apostoli, & hoc donum habuerunt per potentiam diuinam, q eos confirmauerat ps. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Peccauerunt tū venialiter, & hoc fuit eis ex fragilitate humana 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatū nō habemus veniale, ipsi nos seducimus &c. Quod vero dī in Glo. Restiti ei tanquam par, Dicendum est, q Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis. Ex prædicto ergo habemus exemplum, prælati quidem humilitatis, vt nō dedignentur a minorib. & subditis corrigi: subditi vero, exemplū zeli & libertatis, ut non vereantur prælatos corrigere, præsertim si crimen est publicum & in periculum multitudinis vergat. Cōsequenter cum dicit, [Priusquam venirent &c. Manifestat ea, quæ dixit. Et primo hoc, q dixit eum reprehensibilem esse. Secūdo vero hoc, q dixit Petrum reprehendisse, ibi. [Sed cū uidissem, &c.] Circa primū tria facit. Primo ostendit quid Petrus sentiebat. Secundo quid faciebat, ibi; [Cum aūt venisset &c.] Tertio quid inde sequebatur, ibi; [Et simulationi eius &c.] Dicit ergo circa primum, q Petrus sentiebat legalia non esse seruanda. Et hoc, facto ostendebat, quia. [Priusquā uenirent quidā è Iudæis,] s. zelantes pro legalib. a Iacobo Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopo; [Edebat,] s. Petrus: [Cum gentib.] i. indifferenter vtebatur cibis gentilium. Et hoc faciebat ex instinctu spiritussancti, qui dixerat ei, Quod Deus sanctificauit, tu ne cōe dixeris, ut habetur Act. 10. ut ipse ibidem seq. ca. dixit Iudæis, qui contra eum insurrexerunt; quia cum incircuncisis comedisset, quasi rationem reddēs. Quid aūt faciebat, ostendit hic Paulus dicens, q cum erat cum Iudæis. [Subtrahebat se] a consortio fidelium, qui fuerant ex Gentibus, adhærens Iudæis tantum, & cōgregans se cum eis. Et ideo dicit; [Cum aūt venisset,] s. a Iudæa: [Subtrahebat se] Petrus a Gentibus conuersis; [Et segregabat se ab eis. Et hoc ideo, quia erat: [Timens eos, qui ex circuncisione erant,] i. Iudæos, non quidem timore humano siue mundano, sed timore charitatis, ne. s. scanda-

A lizarentur, sicut dr in Glo. Et ideo factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans se cum infirmis idem sentire, sed tū inordinate timebat, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandali. Quid aūt ex hac simulatione sequebatur, subdit dicens, [Quod simulationi eius] s. Petri: [Consenserunt cæteri Iudæi,] qui erant Antiochiæ discernentes cibos, & segregantes se a Gentib. cum tū ante simulationem huiusmodi, hoc non fecissent. Et non solum illi consenserunt Petro, sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium; [Vt & Barnabas,] qui mecum erat doctor Gentium, & contrariū fecerat & docuerat, [Duceretur ab eis in illam simulationem,] subtrahens se ab eis. s. Gentibus. Et hoc ideo, quia secundū quod dicitur Eccles. 10. Qualis est rector ciuitatis &c. Et ibidem, Secundum iudicem populi &c.

Consequenter cum dicit: [Sed cū uidissem &c. Manifestat ea, quæ dixerat de reprehensione sua, qua Petrum reprehendit.

Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam reprehensionis. Secundo, reprehendendi modū. Tertio reprehēsionis verba. Occasio aūt reprehensionis est non leuis, sed iusta & utilis. s. periculū euangelicæ veritatis. Et ideo dicit, Sic Petrus reprehēsibilis erat: sed ego solus cum vidissem q; [Nō recte ambularēt,] illi qui sic faciebant; [Ad ueritatem euangelii,] quia per hoc peribat veritas, si cogerentur Gentes seruare legalia, ut infra patebit. Quòd aūt recte non ambularent, ideo est, quia ueritas, maxime vbi periculum imminet, debet publice pdicari, nec fieri contrariū propter scandalum aliquorum. Matth. 10. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Modus aūt reprehendendi fuit conueniēs, quia publicus, & manifestus. Vnde dicit: [Dixi Cephæ,] i. Petro; [Coram omnib.] quia simulatio illa in periculum omniū erat, 1. Timo. 5. Peccantem coram omnib. argue. Quod intelligēdum est de peccatis manifestis, & non de occultis, in quib. debet seruari ordo fraternæ correctionis. Cuiusmodi aūt uerba Apostolus dixerit Petro, cū eum reprehenderet, subdit, dicens: [Si tu Iudęus cū sis &c.] q.d. O Petre: [Si tu cū Iudæus sis natione & genere, [Gentiliter & non Iudaice uiuis,] i. Gentium & nō Iudęorū ritū seruas; cum scias & sentias discretionē ciborum nihil conferre: [Qūo cogis Gentes] non quidem imperio, sed tuæ cōuersationis exemplo: [Iudaizare?] Et dicit [cogis] quia s'm quod Leo Papa dicit, Validiora sunt exēpla quàm verba. In hoc ergo Paulus reprehendit Petrū, q cum ipse esset instructus a Deo, cum Iudaice prius viueret, ne postea amplius cibos discerneret Act. 10. Quod Deus sanctificauit, tu ne cōe dixeris, ipse contrarium simulabat.

Sciendum est autem, q occasione istorum verborum, nō parua cōtrouersia est orta inter Hieronymum, & Aug. Et s'm quod ex eorum verbis aperte colligitur, in quatuor discordare uidentur. Et primo in tempore legalium, qñ. s. seruari debuerūt. Nam Hieronymus duo tempora distinguit, unum, ante passionē Christi, aliud post passionē. Vult ergo Hieronymus quod legalia ante passionem Christi, uiua essent, i. habentia uirtutem suam, inquantum. s. per circuncisionem tollebatur peccatum originale, & per sacrificia & hostias placabatur Deus. Sed post passionē nō solum dicit ea non fuisse uiua uel mortua, sed quod plus est, ea fuisse mortifera, & q quicunque post passionem Christi ea seruauit, peccauit mortaliter. August. vero distinguit tria tempora. Vnum tempus ante passionem Christi, & concordans cum Hieronymo dicit isto tempore legalia uiua fuisse. Aliud tempus est post passionē Christi immediate, ante gratiam diuulgatam [sicut tempus Apostolorum in principio] in quo tempore dicit Augu. legalia mortua fuisse, sed tamen non mortifera Iudæis conuersis, dummodo ipsa seruantes, spem in eis non ponerent; ita q etiam ipsi Iudæi ea seruantes tunc non peccarent. Si uero in eis spem posuissent, quicunq; cōuersi ea seruantes, peccassent mortaliter; quia si posuissent in eis spem, quasi essent necessaria ad salutem, quantum in eis erat, euacuassent gratiam Christi. Aliud tempus dicit esse, post ueritatem & gratiam Christi diuulgatā, & in isto tempore dicit ea mortua, & mortifera omnibus ea seruantibus. Ratio autem dictorum est, quia si Iudæi statim post cōuersionem fuissent prohibiti ab obseruantiis legalium, visum fuisset eos pari passu ambulare cum idolatris, qui statim ab idolorum cultura prohibebantur, & legalia non fuisse bona, sicut

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec idolatriam. Et ideo instinctu spiritus sancti permissum est, vt legalia modico tempore seruarentur, ea intentione, quæ dicta est, vt per hoc ostenderetur legalia tunc bona fuisse. Vnde dicit Aug. ꝙ per hoc ostendebatur, ꝙ mater Synagoga cum honore deducenda ad tumultũ erat, dum non statim post passionē Christi, legalia prohibita sunt. Quicunque vero non eo modo ipsa seruaret, non honoraret matrem Synagogam, sed eam extumularet. Secundo, discordant ꝓdicti Hieron. & Aug. de obseruatione legalium, quantum ad ipsos Apostolos. Hieronymus dicit quòd Apostoli nunquam ſm veritatem seruabant legalia, sed simulauerunt se seruare, ut vitarent scandalũ fidelium, qui fuerunt ex circumcisione. Et hoc quidem modo dicit simulasse Paulum, qñ persoluit votum in templo Hierosolymitano, vt habetur Act. 21. & qñ circuncidit Timotheum, vt habetur Act. 16. & qñ a Iacobo monitus quædam legalia suscepit, vt habetur Act. 15. Et hoc quidem facientes, nõ deludebant alios, quia faciebant hoc non intendentes legalia seruare, sed propter aliquas causas, sicut ꝙ quiescebant in sabbato, non propter obseruantiam legis, sed propter quietem. Item, abstinebant ab immundis ſm legem, non propter obseruantiã legis, sed propter alias causas, vtpote propter abominationem, & aliquid huiusmodi. Augu. vero dicit, ꝙ Apostoli seruabant ipsa legalia, & hoc intendentes, sed tñ non ponentes in eis spem quasi essent necessaria ad salutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerunt ex Iudæis. Ita tamen, ꝙ hæc seruarent ante gratiam diuulgatam: vnde sicut eo tempore alii Iudæi conuersi sine periculo seruare poterant, absque eo, ꝙ in eis spem ponerent, ita & ipsi. Tertio, discordant de peccato Petri. Nam Hieron. dicit in simulatione prædicta Petrum non peccasse, quia hoc ex charitate fecit, & non ex aliquo timore mundano, vt dictum est. Augu. vero dicit eum peccasse, venialiter tamen, & hoc propter indiscretionem quam habuit nimis inhærendo huic parti, (s. Iudæorum) ad uitandum eorum scandalum. Et validius argumentum Aug. contra Hieronymum est, quia Hieronymus adducit pro se septē doctores, quorum quatuor. s. Laudicensem, & Alexandrinum, Originem, & Didimum, excludit August. vtpote de hæresi infames. Aliis vero tribus opponit tres quos pro se, & pro sua opinione habet. s. Ambrosium Cyprianum & ipsum Paulũ, qui manifeste dicit, ꝙ reprehensibilis erat Petrus. Si ergo nephas est dicere in scriptura sacra aliquod falsum contineri, non erit fas dicere Petrum reprehensibilem non fuisse. Et propter hoc, verior est opinio & sententia Augustini, quia cum dictis Apostoli magis concordat. Quarto, discordant in reprehensione Pauli. Nam Hieronymus dicit, quòd Paulus vere non reprehendit Petrum, sed simulatione, sicut & Petrus simulatorie legalia seruabat, vt scilicet sicut Petrus nolens scandalizare Iudæos simulabat se legalia seruare, ita Paulus ut non scandalizaret Gentes, ostendit sibi displiceret quod Petrus faciebat, & simulatorie reprehendit facientes hoc, quasi ex condicto, vt vtrisque fidelibus sibi subditis prouiderent. Aug. vero dicit, sicut Petrum vere seruasse legalia, ita dicit Paulum eum vere reprehendisse & non simulatorie. Sed & Petrus quidem seruando peccauit, quia inde erat scandalum apud Gentiles, a quibus se subtrahebat. Paulus uero non peccauit reprehendendo, quia ex eius reprehensione nullũ scandalum sequebatur.

LECTIO IIII.

NOs natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidē Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, nt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis; propter quod, ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro.

LECTIO IIII.

SVpra ostendit veritatem doctrinæ Apostolicæ prædicatę per eum ex authoritate aliorum Apostolorum, hic ostēdit idem ex eorum conuersatione & exemplo. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit propositum per Apostolorum conuersationem. Secundo, aduersantium obiectionem. [Quod si quærentes iustificare &c.] Circa primum tria facit. Primo, præmittit Apostolorũ conditionem. Secundo, insinuat eorum conuersationem, ibi; Scientes autem quod non iustificatur &c.] Tertio, intentam cõditionem, ibi; [Propter quod ex operibus legis &c.] Conditio autem Apostolorum, & etiam ipsius Pauli hæc est, ꝙ secundum naturalem originem ex Iudæis processerunt. Et hoc est quod dicit; [Nos:] scilicet ego & apostoli alii sumus: [Natura,] i. naturali origine; [Iudæi:] non proseliti 2. Corin. 11. Hebræi sunt & ego, &c. Et hæc est magna laus, quia ut dr Io. 4. Salus ex Iudæis est: [Et non ex Gentibus peccatores,] i. non sumus peccatores, vt Gētes idolatræ & immundæ. Sed contra est quod dicitur 1. Io. 1. Si

F dixerimus quoniã peccatum non habemus &c. ergo Iudæi fuerunt peccatores. Respondeo, Dicendum est quòd aliud est peccatorem esse, aliud peccatorem. Nam primum denominat actum; ſm vero promptitudinem siue habitum ad peccandum. Vnde scriptura, iniquos & grauibus peccatorum sarcinis oneratos, peccatores appellare cõsueuit. Iudæi ergo propter legē datam superbiētes, quasi per eam coerciti a peccatis, Gentes, q̃ sine freno legis erant, & ad peccandum prone, peccatores vocabãt. Ephe. 4. Non circunferamur omni uento doctrinæ &c. Cum ergo dicat Apostolus, non ex Gentibus peccatores exponitur, idest non sumus de numero peccatorum, qui sunt inter Gentiles &c.

G Consequenter cum dicit; [Scientes autem quod non iustificatur homo &c.] Ponit Apostolorum conuersationem, quæ quidem non est in legalibus, sed in fide Christi. Et circa hoc duo facit. Primo, exprimit rationem Apostolicæ conuersationis. Secundo, ponit ipsam Apostolicam conuersationem, ibi: [Et nos in Christo &c.] Erat ergo Apostolica conuersatio in fide, & non in legalibus. Cuius ratio est, quia licet fuerimus Iudæi natura & in legalibus nutriti, tamē scimus pro certo, [Quod non iustificatur homo ex operibus legis] i. per opera legalia. [Nisi per fidem Iesu Christi,] ideo deserentes illam, conuersamur in præceptis fidei. Ro. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Act. Non est aliud nomen &c. Sed contra 2. Roman. enim 2. dr, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur &c. Videtur ergo, ꝙ ex operibus legis iustificetur homo. Respondeo, Dicendum est, ꝙ iustificari potest dupliciter accipi. s. iustitiam exequi, & iustum fieri. H Primo autem modo, homo iustificatur, qui opera iustitiæ facit. non autem iustus fit aliquis nisi a Deo, per gratiam. Sciendum est ergo, ꝙ opera legis quædam erant moralia, quędam vero ceremonialia. Moralia autem, licet continerentur in lege, non tñ poterant proprie dici opera legis, cum ex naturali instinctu, & ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed ceremonialia dicũtur proprie opera legis. Quantumcunque ergo homo, quo ad executionem iustitiæ ex moralibus iustificetur, & ēt ex ceremonialibus, in quantum seruare ea est opus obedientię, vt ad sacramenta pertinentia & sic accipitur ſm dictum Apostoli ad Rom. 2. Quantum autem ad iustum fieri, ex operibus legis non iustificari homo per legem videtur, quia sacramenta ueteris legis non conferebant gratiam. infra 4. Conuersi estis ad egena elementa. i. gratiam non conferentia, neque gratiam in se continentia. Sacramenta vero noue legis, licet sint elementa materialia, non tñ sunt elementa egena, I quia in se gratiam continent, vnde & iustificare possunt. Si qui autem in veteri lege iusti erant, non erant iusti ex operibus legis, sed solum ex fide Christi, quem Deus proposuit propitiatorem per fidē, vt dicitur Ro. 3. Vnde & ipsa sacramenta ueteris legis, non fuerunt nisi quædam protestationes fidei Christi. Sunt & nostra sacramenta, sed differenter; quia illa sacramenta gratiam Christi configurabant, quasi futuram: nostra autem sacramenta protestantur, quasi continentia gratiã præsentem. Et ideo signanter dicit, quòd: [Ex operibus legis non iustificatur homo nisi per fidem Iesu Christi;] quia, & si olim aliqui seruantes opera legis iustificarentur, non tamen hoc erat nisi per fidem Iesu Christi. Ex hac autem scientia Apostolorum, quam habebant, quia iustificatio non est per operationem legis, sed per fidem Christi, concludit conuersationem Apostolorum eligentium fidē Christi & dimittentium opera legis. Vnde sequitur: [Et nos in Christo Iesu credimus;] quia ut dicitur Act. 4. Non est aliud nomen datum &c. Vnde sequitur: [Vt iustificemur ex fide Christi.] Rom. 5. Iustificati ergo ex fide &c. Et ne aliquis credat, ꝙ simul cum lege Christi opera legis iustificent, subiungit: [Et non ex operibus legis. Rom. 3. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem &c. Ex hoc concludit principale intentum, dicens ꝙ si Apostoli qui sunt naturaliter Iudæi, non quærunt iustificari per opera legis, sed per fidem, quòd; [Non iustificatur omnis caro ex operibus legis,] nec homo quicunque potest iustificari per opera legis. Sumitur enim hic caro, pro homine, scilicet pars pro toto sicut Esa. 40. Videbit omnis caro salutare Dei nostri. Dicit autem [Propter quod &c.] Concludit quasi a maiori. Magis enim videtur naturale; uel rationabile de Iudæis, quòd per opera legis non per fidem iustificarentur quàm alii; sed hoc non est. Quare &c.

LECTIO

LECTIO V.

POstquam Apostolus ostendit per conuersationem apostolorum legalia non esse obseruanda, quod ipse dicebat, hic mouet quæstionem in contrariũ. Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quæstionem. Secũdo, soluit eã, ibi: [Absit &c.] Tertio, solutionem eius manifestat, ibi; [Ego enim per legem, &c.] Primum dupliciter potest exponi, secundum Glo. Primo, sic. Posset enim aliquis dicere, quod Apostoli deserētes legem, veniendo ad fidem Christi peccauerunt. Sed ex hoc Apostolus introducit quasi quoddam inconueniens. s. Christum esse authorem peccati, eo quod homines ad suam fidem vocat. Et hoc est quod dicit: [Quod,] idest, sed; [Si] nos Apostoli, [Quærentes iustificari in ipso,] idest per ipsum. s. Christum; [Inuenti sumus,] idest manifeste comprobemur, [Et ipsi,] Apostoli, [Peccatores,] propter legis dimissionem, [Nunquid Christus est minister peccati?] idest inducens nos ad peccandum, qui nos a statu legis ad suam fidem vocauit? infra 4. Factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. s. ab onere legis. Respondet Apostolus: [Absit.] Quia magis est minister iustitiæ. Roman. 5. Per vnius obedientiam, iusti constituuntur multi 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit &c. Et quod Christus non sit minister peccati, abstrahens a lege veteri, patet, quia si ego ipse; [Quæ destruxi,] scilicet, superbiam, gloriantem de lege; [Iterum reædifico] volens redire ad gloriandũ de lege; [Pręuaricatorem meipsum cõstituo,] resumens, quæ destruxi 2. Pet. 2. Canis reuersus ad vomitum &c. Iosue 2. Maledictus homo, qui reædificauerit Hierico. Dicit autem, Quæ destruxi, non ipsam legem, vt Manichæi volunt quia lex sancta est. Romanor. 7. sed superbiam de lege, de qua dicitur Roma. 10. Quærentes suam iustitiam statuere, &c. Si quis autem obiiciat, quod cum ipse olim destruxerit fidem Christi, præuaricatorem se faciebat, eam ædificans, patet responsio, quia fidem Christi conatus fuit quidem destruere, sed non præualuit propter veritatem. Act. 9. Quid me persequeris? durum est tibi &c. Sed superbia legis vana erat, & ideo destrui poterat, At reædificanda non erat. Secundo modo, potest exponi, ut quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, ut referatur, non ad dimissionem legis, sicut nunc expositum est, sed magis ad ipsam legis obseruantiam. Manifestum enim est, quod quicunque quærit iustificari, profitetur se nõ esse iustum, sed peccatorem. Est ergo sensus. Si nos quærentes iustificari in Christo, ex hoc ipso quod quærimus nos iustificari, inuenti sumus, idest ratione comprobamur, & ipsi peccatores fuisse, propter hoc quod legem obseruabamus, nunquid Iesus Christus minister peccati est? ut scilicet mandauerit homines post suam passionem legalia obseruare, quod sine peccato fieri non potest? Et attendendum est, quod hæc expositio procedit secundum opinionem Hieronymi, qui ponebat statim post passionē Christi legalia fuisse mortifera. Tertio modo, potest exponi, ut quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, pertineat quidem ad statum, quo lex obseruabatur; non tamen quod ipsi offenderent propter legis obseruantiam, sed propter legis defectũ, quæ peccatum auferre non poterat, ut sit sensus. Si quærentes iustificari in ipso, inuenti sumus & ipsi peccatores, idest peccatum habentes, lege peccatum non auferente, secundum illud Roma. 3. Causati sumus Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse, nunquid Iesus Christus peccati minister est? ut reducat nos ad obseruantiam legis in qua sub peccato eramus? Et hæc propositio procedit secundum expositionem Augustini. Et respondet secũdum vtranque expositionem: [Absit,] quia ego destruxi legem carnaliter intellectam, spiritualiter iudicãdo & docendo. Vnde, si iterum vellem ædificare carnalis legis obseruantias, essem pręuaricator legis spiritualis. Potest & quarto modo, sic exponi. Diceram, hominem non iustificari ex operibus legis. Posset aliquis dicere, quod nec ēt per fidem Christi, quia multi post fidē Christi acceptam, peccant. Et hoc est quod dicit, Si quærentes iustificari in Christo, idest per fidem Christi, inuenti sumus post fidem Christi susceptam ēt ipsi nos fideles peccatores, idest in peccatis viuentes, nunquid Iesus Christus minister peccati est & dãnationis; sicut minister ueteris legis, est minister peccati & dãnatio-

LECTIO V.

QVòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim, quæ destruxi iterum reædifico, præuaricatorem me constituo.

A nis? non quod lex induceret ad peccatũ, sed occasionaliter, quia prohibebat peccatum & non conferebat gratiam adiuuantē ad resistendum peccato. Vnde dicitur Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mandatum &c. Sed Christus dat gratiam adiuuãtem. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vnde nullo modo est minister peccati, nec directe, nec occasionaliter.

LECTIO VI.

EGo enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo uiuam: Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego; uiuit uero in me Christus. B Quod autem nunc uiuo in carne; in fide uiuo filii Dei, qui dilexit me, &

LECTIO VI.

HIc Apostolus solutionem superius assignatam manifestat. Et primo, ponit solutionis manifestationem. Secundo, excludit principale intētum, ibi, [Non abiicio gratiam Dei, &c. Sed attendendum est, ꝙ Apostolus inquirendo procedens, nullum dubium indiscussum relinquit. Et ideo verba eius, licet videantur intricata, tamen si diligenter aduertantur, nihil sine causa dicit, & hoc apparet in uerbis propositis. Vbi tria facit. Primo, manifestat solutionem. Secundo, explicat solutionis manifestationem, ibi, [Christo confixus sum cruci &c.] Tertio, remouet dubitationem, ibi, [Quod autem viuo &c.] Quia ergo Apostolus dixerat. Si enim, quæ destruxi &c. quod intelligitur de ueteri lege, posset enim ab aliquo reputari legis destructor, & per consequens iniquus secundum illud. Ps. 158. Dissipauerunt iniqui legem tuam, ideo Apostolus vult ostendere quomodo legē destruat, & tamen non est iniquus, dicens; [Ego enim per legē &c.] Vbi sciendum est, quòd qñ aliquis dissipat legem per ipsam legem, C talis est præuaricator legis non iniquus. Dissipatur autem lex per legem, qñ datur aliquod præceptum locale seu tēporale, ut. s. lex illa tali tempore, seu tali loco seruetur, & non alio, & hoc ipsum exprimatur in lege. Si quis tunc in illo tēpore, seu in illo loco lege non utitur, destruit legem, per ipsam legem, & hoc modo Apostolus destruxit legem.

Vnde destruxit, inquit, quodammodo legem, tamen per legē, quia ego, [Mortuus sum legi per legem,] i. per authoritatem legis ipsam dimisi, quasi legi mortuus, Authoritas enim legis, per quam mortuus est legi, in multis sacræ scripturæ locis habetur. Hierem. 31. tamen sub aliis uerbis. Confirmabo testamentum nouum super domum Israel &c. Deut. 18. Prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris &c. Et multis aliis locis, non est ergo transgressor Apostolus, legē destruendo. Vel aliter. Ego per legem. s. spiritualem, mortuus sum legi carnali. Tunc enim moritur legi, qñ abiicit legem solutus a lege, iuxta illud Roma. 7. D Mortuo uiro, soluta est mulier a lege uiri. Inquantum vero Apostolus subiectus erat legi spirituali; dicit se mortuum legi. i. solutum a legis obseruatione. Rom. 8. Lex spiritus uitæ, &c. Alius modus dimittendi legem, sine præuaricatione esse potest, quia videlicet lex aliqua quando est scripta in carta, tunc dicitur lex mortua, & quãdo est in mente legislatoris, tũc dicitur lex uiua.

Constat aũt, ꝙ si aliquis secundum verbum legislatoris operaretur contra legem scriptam & solueret legem, & solueretur a lege mortua, sed seruaret legem uiuã, ſm imperium legislatoris. Dicit ergo, secundum hoc; [Mortuus sum legi] scriptæ, & mortuæ, i. solutus sum ab ea; [Vt Deo uiuam,] i. motus meos ſm dicta ipsius dirigam, & ad honorem eius ordinet. Lex enim statuta in scriptis aliquid tradit propter extraneos, & eos qui ab eo verbotenus audire non possunt, sed his qui coram eo sunt, nõ dicit eam scriptis, sed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant, ad Deum accedere non valentes. Et ideo necesse fuit eis præcepta legis in scriptis dare, vt per legem quasi per pędagogum E manuducerentur ad hoc, ꝙ ab eo præcepta eius audirēt, ſm quod dicitur infra 3. Lex pędagogus noster fuit in Christo &c. Sed post quã habemus accessum ad patrem per Christũ, vt dicitur. Rom. 5. non instruimur per legem de mandatis Dei, sed ab ipso Deo. Et ideo dicit, Per legem manuducentem, mortuus sum legi scriptæ, vt uiuam Deo. i. ipsi factori legis, idest, vt ipso instruar & dirigar.

Consequenter cũ dicit; [Christo confixus sum &c.] Explicat, quæ dixit. Dixerat aũt, ꝙ est mortuus legi, & ꝙ viuit Deo, & ista duo manifestat, & primo. ꝙ sit mortuus legi, per hoc, ꝙ dicit: [Christo confixus sum cruci.] Secundo, quod viuit Deo, cũ dicit; [Viuo ego iam non ego &c.] Et primũ quidem põt exponi dupliciter. Vno modo sicut in Glo. sic, Quilibet homo ſm carnalē origi-

Universidad de Deusto Biblioteca

originem nascitur filius iræ. Ephe. 2. Eramus enim natura filij iræ &c. Nascitur etiam in uetustate peccati. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena &c. Quæ quidem uetustas peccati tollitur per crucem Christi, & confertur nouitas uitæ spiritualis: dicit ergo Apostolus; [Christo confixus sum cruci,] idest concupiscentia, seu fomes peccati & omne huiusmodi mortuū est in me per crucem Christi. Rom. 6. Verus homo noster simul crucifixus est &c. Item, ex quo est Christo confixus sum cruci & mortuus sum peccato, & Christus resurrexit, cum resurgente etiam resurrexi. Roma. 4. Traditus est, &c. Sic ergo Christus in nobis renouat vitam nouam, destructa vetustate peccati. Et ideo dicit; [Viuo autem, idest, quia Christo confixus sum cruci, vigorem bene operandi habeo, iam nō ego secundum carnem, quia iam non habeo, vetustatem quam prius habui, sed; [Viuit in me Christus,] idest nouitas, quæ per Christum nobis data est. Vel aliter. Homo quantum ad illud dr̄ viuere, in quo principaliter firmat suum affectum, & in quo maxime delectatur. Vnde & homines, qui in studio seu in venationibus maxime delectantur, dicunt hoc eorum vitam esse, quilibet aūt homo habet quendam priuatum affectū, quo quærit quod suum est: dum ergo aliquis viuit, quærens tm̄ quod suum est, soli sibi viuit; cum vero quærit bona aliorum, dr̄ etiam illis viuere. Quia ergo Apostolus proprium affectū deposuerat per crucem Christi, dicebat se mortuum proprio affectu, dicens, Christo confixus sum cruci, i. per crucem Christi remotus est a me proprius affectus siue priuatus. Vnde dicebat infra ult. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri &c. 2. Corinth. 5. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei &c. Viuo autem, idest iam nō viuo ego quasi in affectu habens proprium bonum. Sed uiuit in me Christus est uita mea. Philip. 1. Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Consequēter autem cum dicit: [Quod aūt nunc & uiuo &c.] Respondet dubitationi, quæ poterat esse duplex ex præmisso verbo. Vna est, quomodo ipse viuit & non est ille. s. qui uiuit. Secunda, quomodo confixus est cruci, & ideo hæc duo aperit. Et primo primum, quomodo. s. viuit & non ipse uiuit, dicens: [Quod autem nunc uiuo in carne &c.] Vbi notandum est, quod illa proprie dicūtur viuere, quæ mouentur a principio intrinseco. Anima aūt Pauli constituta erat inter Deum & corpus, & corpus quidem viuificabatur & mouebatur ab anima Pauli, sed anima eius a Christo. Quantum ergo ad uitam carnis uiuebat ipse Paulus. Et hoc est, quod dicit, [Quod autē nunc uiuo in carne,] i. vita carnis, sed quantum ad relationem ad Deum, Christus viuebat in Paulo. Et ideo dicit; [In fide uiuo filij Dei,] per quam habitat in me, & mouet me. Abac. 2. Iustus autem meus ex fide uiuit. Et nota quod dicit, In carne, non ex carne, quia hoc malum est. Secundo, ostendit quod confixus est cruci, dicens, Quia amor Christi quem ostendit mihi in cruce moriens pro me, facit vt semper ei cōfigar. Et hoc est quod dicit; [Qui dilexit me] 1. Ioan. 4. Ipse prior dilexit nos. Et intm̄ dilexit me, quod; [Tradidit semetipsum pro me,] & non aliud sacrificium. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Eph. 5. Sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, &c. Sed attendendum est, ꝙ ipse filius tradidit se, & pater tradidit filium. Rom. 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum & Iudas tradidit eum, vt dr̄ Matth. 26. Et totum vna res est, sed non una intentio, quia pater ex charitate, filius ex obedientia, simul cum charitate, Iudas uero ex cupiditate, & proditorie. Cōsequenter cum dicit; [Non abijcio gratiam Dei,] Infert conclusionem principalem. Et primo, inducit conclusionem. Secundo, manifestat modum. Dicit ergo, Ex quo tantam gratiam recepi a Deo quod tradidit se, & ego viuo in fide filij Dei, non abijcio gratiam filij Dei, idest non repudio nec ingratum me exhibeo 1. Corin. 15. Gratia Dei in me vacua non fuit &c. Vnde & alia litera habet, Non sum ingratus gratiæ Dei. Hebr. 12. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei. s. per ingratitudinem se indignum fatendo. Modus aūt abijciendi & ingratitudinis est, si dicerem, quod lex esset necessaria ad iustificandum. Et ideo dicit; [Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis est mortuus, i. si sufficiens sit lex, idest opera legis sufficiunt ad iustificandū hoīē Christus sine causa mortuus est, & frustra, quia ad hoc mortuus est, ut nos iustificaret 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. Quod si hoc per legem fieri posset, su-

tradidit semetipsum pro me. Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

F perflua fuisset Christi mors. Sed non gratis mortuus, nec in vacuum laborauit, vt dicitur. Esa. 49. Quia per ipsum solum gratia iustificans, & veritas facta est, ut dicitur Ioan. 1. Si qui autem passionem Christi iusti fuerunt, hoc etiam fuit per fidem Christi uenturi in quem credebant, & in cuius fide saluabantur.

CAP. III. LEC. I.

O Insensati Galates, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in uobis crucifixus?

LECTIO I.

SVPRA confutauit Apostolus vanitatem, & mutabilitatem Galatarum per authoritatem euangelicæ doctrinæ, ostendens suam doctrinam authenticam fuisse ab alijs Apostolis: hic vero per rationem & authoritatem ostendit hoc idem, scilicet, quod legalia non G sunt seruanda, & hoc dupliciter. Primo, ex insufficientia legis. Secundo, ex dignitate eorum, qui ad Christum conuersi sunt, hoc quarto capitulo, ibi; [Dico autem quarto tempore, &c.] Circa primum duo facit. Primo, præmittit obiurgationem. Secundo, prosequitur suam probationem, ibi; Hoc solum a vobis volo, &cæt.] Circa primum duo facit. primo, obiurgat eos ostendens eorum fatuitatem. Secundo, rationem obiurgationis assignat, ibi; [Ante quorum oculos, &cæt. Primo ergo eos de fatuitate obiurgat, vocans eos insensatos. Vnde dicit, [O insensati, &cæt. Insensatus autem proprie dicitur qui sensu caret. Sensus autem spiritualis est cognitio veritatis, qui ergo veritate caret, proprie insensatus dicitur. Matth. quinto. Et vos sine intellectu estis. Sapient. quinta. Nos insensati vitam istorum, &cæt. Sed contra Matth. quinto, dicitur Qui dixerit fratri suo fatue, &cæt. sed fatuus idem est, quod insensatus, ergo Apostolus reus est gehennæ ignis. Sed dicendum H est, ut Augu. dicit, quòd intelligendum est, si dixerit sine causa & animo vituperandi, sed Apostolus ex causa dixit, & animo corrigendi. Vnde dicitur in Glos. Hoc dolendo dicit. Secundo cum dicit; [Quis vos fascinauit, &c.] Ostendit modum quo insensati erant effecti. Vbi primo, notandum est, quod insensatus fit aliquis multis modis, vel quia non proponitur sibi veritas quam cognoscere possit, vel quia & si proponatur, tamen nunquam eam acceptat, vel quia veritatem propositam & acceptam deserit a via veritatis recedens, & tales erant isti Galatæ: qui veritatem fidei quam acceperant deserentes, [illegible] propositam tenuerunt. Supra 1. Miror quod sic tam cito, &c. Et ideo istum gradum insensationis in eis reprehendit dicens [Quis vos fascinauit &cæt.] Ad sciendum autem quid sit fascinatio, sciendum est, quòd secundum Glos. Fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus, quæ per artes magicas fieri con-I sueuit, puta, cum hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem, uel cornutum, & huiusmodi. Et hoc etiam per dæmones potest fieri, qui habent potestatem mouendi fantasmata, & reducendi ad principia sensuum, ipsos sensus immutando. Et secundum hanc acceptionem satis proprie dicit Apostolus. [Quis vos fascinauit;] quasi dicat. Vos estis sicut homo ludificatus, qui res manifestas aliter accipit, quam sint in rei veritate, quia licet vos estis ludificati per deceptiones, & sophismata, [Veritati non obedire,] idest veritatem manifestam, & a vobis receptam non videtis, nec obediendo recipitis. Sap. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esa. 5. Væ qui dicunt bonum malum & [illegible] Alio modo accipitur fascinatio secundum quod aliquis ex aspectu maliuolo læditur, & hoc maxime in vetulis, quæ visu venenati, & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur, & vomunt cibum. Huius causam volens assignare Auicenna in libro suo de Anima, dicit, quod materia corporalis obedit substantiæ intellectuali magis, quam qualitatibus actiuis, & passi-K uis in natura. Et ideo ponit quod ad apprehensionem substantiarum intellectualium (quas vocat animas seu motores orbium) multa fiunt præter ordinem motus cœli, & [illegible] corporalium agentium. Eodem modo dicit, quod quando anima sancta depurata est ab affectibus terrenorum, & a carnalibus vitijs, accedit ad similitudinem substantiarum [illegible] & obedit ei natura. [Et hinc est, quòd aliqui sancti [illegible] tur quædam mira præter naturæ cursum, & similiter, quando anima alicuius, fœdata passionibus carnalibus, habet fortem apprehensionem in malitia, obedit ei natura ad transmutationem materiæ, in illis maxime, in quibus materia habilis est: sicut in pueris teneris contingit. [Et sic contingit secundum eum, quod ex forti apprehensione vetularum in malitiam immutatur [illegible] & fascinatur. Hæc autem positio satis videtur vera, secundum opinionem Auicennæ. Nam ipse posuit formas omnes corporales

A in istis inferioribus influi a substantijs incorporalibus separatis, & ꝙ agentia naturalia nō habent se ad hoc, nisi vt disponentia tm̄. Sed hoc quidem improbatur a Philosopho. agens. n. oportet esse simile subiecto. Non fit autem forma tantū, nec materia, sed compositum ex materia & forma. Id ergo quod agit ad esse corporalium, oportet ꝙ habeat materiā, & formam. Vnde dicit, ꝙ transmutare materiam, & formam nō potest, nisi id, quod habet materiam, & formam, & hoc quidem, vel virtute sicut Deus, qui actor est formæ, & materiæ, vel actu, sicut agens corporeum. Et ideo materia corporalis quantum ad huiusmodi formas, nec angelis, nec alicui puræ creaturæ obedit ad nutum, sed soli Deo, vt Augu. dicit. Vnde non est verum, quod Auic. dicit de huiusmodi fascinatione. Et ideo dicendum, ꝙ ad imaginationem seu apprehēsionem hominis quæ fortis est, immutatur sensus, seu appetitus sensitiuus, quæ quidem immutatio non est sine alteratione corporis, & spirituū corporis: sicut nos videmus, ꝙ ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam, & exinde corpus calescit. Similiter ex apprehensione timendi, frigescit. Immutatio autem spirituum maxime inficit oculos, qui infecti rē per aspectum inficiunt, sicut patet in speculo mundo, quod ex aspectu menstruatæ inficitur. Sic ergo, quia vetulæ obstinatæ in malitia & duræ sunt, ex forti apprehensione, immutatur appetitus sensitiuus, & ex hoc sicut dictum est, infectio maxime fit a uenis ad oculos, & ex oculis ad rem perspectam. Vnde quia caro pueri mollis est, ad earum inuidum aspectū inficitur, & fascinatur. Et qnq; quidem ad hunc effectum, dæmones operantur. Dicit ergo, Quis vos fascinauit veritati non obedire. q. d. Vos aliquando obedistis veritati fidei: sed modo non, ergo estis sicut pueri, qui ex aliquo inuido aspectu infecti, cibum receptum vomitis. Rationem autem obiurgationis assignat, dicens; [Ante quorum oculos &c.] Quod potest tripliciter legi. Vno modo s̄m Hiero. vt respondeat primæ acceptioni fascinationis, q. d. Dico vos fascinatos, quia ante quorum oculos &c. idest proscriptio Christi, qui damnatus est in mortem, adeo vobis manifesta fuit, ac si ante oculos vestros fuisset; [Et in uobis crucifixus,] idest in intellectibus vestris erat crucifixio Iesu Christi, ita ut sciretis, qualiter facta esset: vnde si eam non uideris nati. Contra quod dr̄ Cant. vlt. Pone me, ut signaculum super cor tuum &c. Alio modo secundum Augu. q. d. Recte fascinati estis, quia veritatem, quam recepistis. s. Christum per fidem in cordibus vestris, euomitis sicut pueri. Et hoc, quia ante oculos vestros, idest in vestra præsentia [Iesus Christus proscriptus est,] idest expellitur, & eijcitur de hæreditate sua, quod molestum deberet esse vobis, quia quem non deberetis pati, ꝙ ab illis proscriberetur, & expelleretur, in vobis proscriptus est, idest hæreditatem suam amisit in uobis, i. vos ipsos. Et tunc hoc, quod sequitur. s. Crucifixus, legi debet cū pondere, & ostensione doloris, quia hoc addit vt cōsiderent quo pretio Christus emerit possessionem, quam in eis amittebat, & ex hoc moueretur magis. q. d. Christus proscriptus est in vobis, scilicet, qui crucifixus, idest qui cruce sua, & sanguine proprio, acquisiuit hanc hæreditatem, 2. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno &c. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento, &c. Tertio modo, secundum Ambro. q. d. Vere fascinati estis. Ante quorum oculos, idest in quorum reputatione, scilicet, secundum iudicium vestrum Iesus Christus proscriptus est, idest damnatus non alios saluans. Et in uobis, idest secundum quod vos intelligitis Crucifixus est, idest mortuus tantum, non autem alios iustificans, cum tamen de eo dicatur. 2. Cor. vlt. Quòd si mortuus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei. Potest, & quarto modo exponi secundum Glos. vt per hoc designet Apostolus grauitatem culpæ eorum, quia in hoc, quod Christum deserunt legem obseruantes, æqualiter quodam modo peccabant Pilato, qui Christum proscripsit, idest damnauit; vt dum insufficientem Christum credunt ad saluandum, similes in peccando crucifixoribus Christi sint, qui ipsum in ligno suspenderunt, morte turpissima condemnantes, & afficientes. Aequalitas tamen est accipienda ex parte eius, in quem peccatur quia in Christum Galatæ peccabant, sicut Pilatus, & crucifixores Christi.

LECTIO II.

Hoc solum a uobis volo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum spiritu cęperitis, nunc carne cō sumamini? Tāta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in vobis, ex operib. legis, an ex auditu fidei?

LECTIO II.

POsita obiurgatione, consequenter Apostolus procedit ad insufficientiam legis, & virtutem fidei ostēdendam. Et primo, ostendit insufficiantiam legis. Secundo, mouet qōnem, & soluit, ibi; [Quid igitur lex, &c.] Et circa primum duo facit. Primo, probat defectum legis, & insufficientiam per ea quæ ipsi experti sunt. Secundo per authoritates, & rationes, ibi; [Sicut scriptum est.] Circa primum duo facit, quia primo probat propositum experimento sumpto ex par-B te ipsorum. Secundo, probat idem experimento sumpto ex parte ipsius Apostoli, ibi; [Qui ergo tribuit vobis &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit donum quod receperunt. Secundo, defectum in quem inciderunt, ibi; [Sic stulti estis, &c.] Donum aūt quod receperunt, ostendit, quærendo ab eis vnde illud receperūt. Vnde susceptum donum supponens, interrogans, quærit ab eis, dicens, Quamuis fascinati & stulti sitis, tamen non tm̄ estis ludificati, quin vnum quod valde manifestum est, me docere possitis. Et ideo [Solum hoc volo a uobis discere,]. quia hoc solum sufficit ad probandum quod intendo; hoc, inquam est, quia constat, ꝙ spiritumsanctum accepistis: quæro ergo an accepistis illum; [Ex operibus legis an ex auditu fidei?] Ad quod sciendum est, ꝙ in primitiua ecclesia ex diuina dispositione, vt fides Christi promoueretur & cresceret, statim post prædicationem fidei ab Apostolis, manifesta signa spiritussancti fiebant super audientes. Vnde de Petro dr̄ Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit C spiritussanctus &c. Ipsi ēt Galatæ ad prædicationem Pauli, manifeste spiritumsanctum acceperūt. Quærit ergo Apostolus ab eis, vnde habuerint spiritumsanctum. Constat aūt ꝙ non per opera legis, quia cum essent gētiles, ante receptionem spiritussancti legem non habebant. ergo hebuerūt spiritumsanctum. i. dona spiritussancti, ex auditu fidei, Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, qui. s. dabatur in lege (vnde & cum tremore lex data est) sed accepistis spiritum filiorum, qui datur per fidem, quæ est ex auditu, vt dr̄ Rom. 10. Si ergo hoc ponit fidei virtus, frustra quæritur aliud per quod saluemur, quia multo difficilius est de iusto facere iustum, quàm iustum in iustitia conseruare. Si ergo fides de iniustus Galatis, sine lege iustos fecerat, nō est dubium, ꝙ sine lege poterat eos in iustitia cōseruare. Magnū ergo erat donum, ꝙ per fidem acceperant. Consequenter cū dicit; [Sic stulti estis, &cæt.] Ostendit defectum in quem prolapsi sunt, & exaggerat duplicem defectum in eis Apostolus. s. quan-D tum ad dona, quæ a Christo acceperant, & quantum ad mala, quæ pro ipso pertulerunt, ibi: [Tanta passi estis &c.] Circa primum sciendum est, ꝙ isti Galatæ deserentes quod magnum erat scilicet spiritumsanctum, adhæserunt timori, scilicet carnali obseruātiæ legis, & hoc stultum est. Et ideo dicit; [Sic stulti estis.] adeo [Vt cum ceperitis] instinctum sancti spiritus, idest initium perfectionis vestræ habueritis a spiritus sancto; [Nunc] dum perfectiores estis:] Consumamini carne,] idest quæratis consetuari per carnales obseruantias legis, a qua nec initiū iustitiæ potest haberi? Ioann. 6. Caro non prodest quicquam, &cæt. Et sic ordinem peruertitis; quia via perfectionis est ab imperfecto tendere ad perfectum. Vos autem quia econuerso facitis, stulti estis, Ecclesiast. 27. Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol, stultus ut luna mutatur. Similes isti sunt his, qui incipiunt seruire Deo cum feruore spiritus, postmodum deficiunt in car-E ne, qui etiam assimilātur statuæ. Nabuchodonosor, cuius caput aureum, & pedes lutei. Dan. 2. Et ideo dicitur Roma. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et infra sexto. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Consequenter cū dicit; [Tanta passi estis, &c.] Exaggerat eorum defectum quantum ad mala, quę pro Christo pertulerunt, qui enim aliquid sine labore recipiunt, illa minus chare custodiunt; sed illud quod cū labore acquiritur vilipendere & non custodire, stultum est; Isti aūt cum labore, & tribulatione magna quum passi sunt a contribulibus suis, propter fidem, receperunt spiritum sanctum. Et ideo dicit; [Tanta passi estis sine causa,] quasi dicat. Non contemnatis tantum donum, quod cum labore accepistis, aliàs illa sine causa, idest sine utilitate passi estis, quia hæc sustinuistis, ut perueniretis ad uitam æternam. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spē, &c. vnde si præcluditis vobis aditum vitæ æternæ, deserentes fidem, quærentes conseruari carnalibus obseruātijs: [Sine causa.]

Universidad de Deusto Biblioteca

idest inutiliter pasti estis. Et hoc dico; [Si tamen sine causa.] Quod ideo dicit, quia in eorum potestate erat pœnitere si vellent, quandiu viuerent. Ex hoc aũt habetur, ꝙ opera mortificata reuiuiscunt. Sapien. 3. Labores eorum sine fructu &c. Galat. 4. Timeo autem ne sine causa laborauerim &c. Si verò accipiatur

LECTIO III.

Sicut scriptum est, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura (quia ex fide iustificat Gentes Deus) pronunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

de malis qui non pœnitent potest dici, ꝙ patiuntur sine causa conferente, scilicet uitam æternam. Consequenter cum dicit; [Qui ergo tribuit uobis &c.] probat propositum experimento, sumpto ex parte Apostoli: possent .n. dicere, quòd verum est nos recepisse Spiritumsanctum ex auditu fidei, tamen propter deuotionẽ quam ad legem habuimus, accepimus fidẽ quã prædicabas. Et ideo dicit, Non curo quicquid sit ex parte vestra, tamen illud quod ego feci, tribuens vobis ministerio meo Spiritumsanctum; [Qui operatur in vobis virtutes,] id est inter uos miracula, Sed nunquid facio hoc sic; [Ex operibus legis an ex operibus fidei?] Non vtiq; ex operibus legis, sed ex fide. Sed nunquid aliquis potest dare spiritumsanctum? Augustinus enim 15. de Trinit. dicit, ꝙ nullus homo purus spiritumsanctum dare potest, nec ipsi Apostoli dabant, sed imponebant manus super homines, & accipiebant spiritumsanctum. Quid ergo est, ꝙ hic dicit Apostolus de se loquens, Qui tribuit uobis spiritumsanctũ? Respondeo. Dicendum est, ꝙ in datione spiritussancti tria per ordinem se habentia occurrunt, s. spiritussanctus inhabitans, donum gratiæ & charitatis cum cæteris habitibus, & sacramentũ nouæ legis, cuius ministerio datur. Et sic potest ab aliquibus tripliciter dari. Ab aliquo enim datur sicut authoritatem habente quantum ad tria prædicta, s. respectu spiritussancti inhabitãtis, respectu doni, & respectu sacramenti: & hoc modo spiritussanctus datur à solo patre & filio, ẜm quod eius authoritatem hñt, non quidẽ dñij, sed originis, quia ab vtroque procedit. Sed quantum ad gratiam, seu donum, & quantum ad sacramenta spiritussancti, dat enim se, ẜm quod datio importat causalitatẽ spiritussancti respectu donorũ ipsius, quia ut dicit Apost. 1. Cor. 12. ipse diuidit singulis prout vult. Secundum autem quod in datione importatur authoritas, non põt proprie dici spiritumsanctũ seipsum dare. Quantum uero ad sacramentum, quòd ministerio ministrorum ecclesiæ datur, potest dici ꝙ sancti per ministeriũ sacramentorum dant spiritumsanctum. Et hoc modo hic loquitur Apostolus, ẜm quod tangitur in Glosa, tñ huiusmodi modus non est consuetus, neque extendendus. Dicit etiam Glo. ꝙ facere miracula attribuitur fidei, quia ex hoc ꝙ credit quæ supra naturam sunt, supra naturam operatur, & quia Apostoli prædicabant fidem, quæ quædam rationem excedentia continebat, ideo oportebat ad eorum credulitatem aliqua testimonia adducere, ꝙ missi essent à Deo: quod rationem excedit. Vnde Christus dedit eis signum suum ad hoc ostendendum. Est autem duplex signum Christi. Vnum est, ꝙ est Dñs omnium. Vnde dicitur in Psal. 144. Regnum tuum, regnum omniũ seculorum &c. Aliud est, ꝙ est iustificator & saluator, secundum illud Act. 4. Non est aliud nomen sub cęlo datum hominibus &c. Dedit ergo eis duo signa. Vnum est, ꝙ facerent miracula, per quod ostenderent ꝙ missi sunt à Deo domino creaturæ omnis. Lucæ 10. Dedit eis potestatem & virtutem super omnia dæmonia &c. Aliud, quòd darent spiritumsanctum ministerio, per quod ostenderent, quòd missi sunt ab omnium saluatore. Act. 8. Tunc imponebant manus super eos &c. Et tunc cum imposuisset illis manus Paulus, spiritussanctus venit super illos &c. Et de his duobus modis dicitur Hebræor. 2. Contestante Deo signis, & portentis & varijs virtutibus & spiritussancti distributionibus, secundum suam voluntatem.

LECTIO III.

Supra probauit Apost. experimento, virtutem fidei & insufficientiam legis: hic vero probat idem per authoritates & rationes. Et primo, probat virtutẽ fidei in iustificando. Scdo, in hoc ostẽdit legis defectũ, ibi; [Quicumque .n. ex operibus legis &c.] Primum aũt probat utẽs quodã syllogismo. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ostendit minorẽ. Scdo maiorẽ, ibi; [Prouidens autẽ scriptura &c.] Tertio, infert conclusionẽ, ibi; [Igitur qui ex fi-

F de &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit quandam authoritatem ex qua elicit minorem. Secundo, concludit eam, ibi; [Cognoscite ergo &c.] Dicit ergo. Vere iustitia & spiritussanctus est ex fide, sicut scriptum est Gen. 15. Et introducitur, Ro. 4. Quòd [Credidit Abraham Deo &c.] Vbi notãdum est, ꝙ iustitia consistit in redditione debiti: hõ autẽ debet aliquid Deo, & aliquid sibi, & aliquid proximo. Sed ꝙ aliqd debet sibi & proximo, hoc est ꝑpter Deum. Ergo summa iustitia est reddere Deo, qd suum est. Nã si reddas tibi vel proximo, qd debes, & hoc non facis ꝑp Deum, magis es peruersus quàm iustus, cũ ponas finẽ in homine.

LECTIO IIII.

QVICVNQVE enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim; Maledictus oĩs qui non permanserit in oĩbus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Qm̃ autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.

G Dei aũt est quicquid est in hoĩe: & intellectus & voluntas & ipsum corpus: sed tñ quodam ordine, quia inferiora ordinantur ad superiora, & exteriora ad interiora, s. ad bonum animæ: supremum aũt in hoĩe est mens, & ideo primum in iustitia hoĩs est, ꝙ mens hoĩs Deo subdatur, & hoc fit per fidem. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes oẽm intellectum in obsequiũ Christi. Sic ergo dicendum est in oĩbus, ꝙ Deus est primum principium in iustitia, & qui Deo dat, s. summum, ꝙ in se est, mentem ei subdendo perfecte est iustus. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Et ideo dicit [Credidit Abraham Deo,] idest mentem suã Deo per fidẽ subdidit. Eccl. 2. Crede Deo, & recuperabit te, &c. Et ibidem, Qui timetis dñm credite illi &c. [Et reputatũ est ei ad iustitiam,] idest ipsum credere & ipsa fides fuit ei, & est oĩbus alijs sufficiens causa iustitiæ, & ꝙ ad iustitiam reputetur ei exterius ab homine,
H sed interius datur à Deo, qui eos qui hñt fidẽ, per charitatem operantem iustificat, eis peccata remittendo. Ex hac aũt authoritate, concludit minorem propositionem, dicens; [Cognoscite ergo &c.] quasi dicat, ex hoc aliqs dicitur filius alicuius, quia imitatur opera eius: si ergo vos estis filij Abrahæ, opera Abrahæ facite. Ioã. 8. Abraham aũt non quæsiuit iustificari per circumcisionem, sed per fidem, ergo & illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filij Abrahæ. Et hoc est, quod dicit. Quia Abraham iustus ex fide, per hoc, ꝙ Deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam, [Ergo cognoscite,] ꝙ illi; [Qui ex fide sunt,] idest qui ex fide credunt se iustificari & saluari; Hi filij sunt Abrahæ, s. imitatione & instructione, Rom. 9. Qui filii sunt promissionis æstimantur in semine &c. Luc. 19. dr̃ Zachæo. Hodie huic domui salus a Deo facta est eo, ꝙ & ipse sit filius Abrahæ, &c. Et Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus istis, idest de Gẽtibus, suscitare filios Abrahæ,
I inquantum scilicet, facit eos credentes. Consequenter cum dicit; [Prouidens aũt scriptura, &c.] Ponit maiorem, quæ scilicet est ꝙ Abrahæ prænuntiatũ est, ꝙ in semine suo benedicerentur omnes gentes. Et hoc est quod dicit [Prouidens aũt scriptura.] Inducit Deum loquẽtem Abrahæ dicit Genes. 12. [Quod Deus prænunciauit Abrahæ quod in te,] idest in his qui ad similitudinẽ tuam filij tui erunt, imitatione fidei; [Benedicentur oẽs gẽtes] Matth. 8. Multi venient ab oriente & occidente &c. Consequenter cum dicit: [Ergo qui ex fide &c.] Infert cõclusiones ex præmissis. Vnde sic potest formari argumentum. Deus pater nunciauit Abrahæ, quod in semine suo benedicerentur omnes gentes: sed illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filij Abrahæ: [Ergo qui ex fide sunt,] idest qui quærunt iustificari per fidem [Benedicentur cum fideli,] idest credente [Abraham.]

K

LECTIO IIII.

SVPRA ostendit Apostolus virtutem fidei: hic consequenter ostendit defectum legis. Et primo, per authoritatem legis. Secundo, per humanam consuetudinem, ibi; [Fratres secundum hominem dico &c.] Circa primum tria facit. Primo, ostendit dammum occasionaliter ex lege consequutum. Secundo, legis insufficientiam ad ipsum damnum remouendum, ibi; [Quoniam autem in lege &c.] Tertio, Christi sufficientiam, qua ipsum damnum est remotum, ibi: [Christus aũt nos redemit &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit intentum. Secundo, probat propositum, ibi, Scriptum est enim: [Maledictus &c.] Dicit ergo: [Quicunque enim &c.] Nam qui dixerat, quod qui ex fide sunt, benedicentur, cum sint filij Abrahæ, posset quis dicere, quòd propter opera legis & propter fidẽ benedicuntur, & ideo

ideo hoc excludens, dicit [Quicunq; ex operib. legis sunt sub maledicto sunt. Sed contra. Antiqui patres fuerunt in operib. legis, ergo sunt maledicti, & per consequens damnati, quod est error Manichæi. Ideoq; hoc est sane intelligendum. Et attendendum est, ꝙ Apostolus non dicit, quicunq; seruant opera legis sub maledicto sunt, quia hoc est falsum pro tẽpore legis, sed dicit, quicunque ex operib. legis, &c. i. quicunque in operib. legis confidunt, & putant se iustificari per ea, sub maledicto sunt. Aliud enim est esse in operib. legis, & aliud est seruare legem, nam hoc est legem implere, & qui eam implet, nõ est sub maledicto. Esse vero in operib. legis, est in eis confidere & spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt; [Sub maledicto sunt,] s. transgressionis, quod quidem non facit lex, quia concupiscentia non venit ex lege, sed cognitio peccati, ad quod proni sumus per concupiscentiam per legem prohibitam. In quantum ergo lex cognitionem peccati facit, & nõ præbet auxilium contra peccatum, dicuntur esse sub maledicto, cum nequeant illud per ipsa opera euadere. Sunt autem quædam opera legis cæremonialia, quæ in obseruationib. fiebant. Alia sunt opera quæ pertinent ad mores, de quibus sunt mãdata moralia. Vnde secundum Glo. hoc quod hic dr̃, Quicunque ex operib. legis sunt &c. Intelligendum est de operibus cæremonialibus, & non de moralib. Vel dicendum, ꝙ loquitur hic Apostolus de omnib. operibus tam cæremonialibus, quàm moralib. Opera enim non sunt causa, ꝙ aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executiones, & manifestationes iustitiæ: nam nullus per opera iustificatur apud Deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitũ sed infusum. Et ideo quicunq; ex operib. iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata nõ remouentur, nec aliquis quoad Deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum. Hebr. 11. Hi omnes testimonio fidei &c.

Consequenter cum dicit; [Scriptũ est enim &c.] Probat propositum, & hoc primo quidem ẜm Glos. ostenditur per hoc, ꝙ nullus potest legem seruare hoc modo, quo lex precipit. Deuter. 28. Quĩ dõ omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. i. qui non impleuerit totã legem, sit maledictus. Sed implere totam legem est impossibile, vt dicitur Act. 15. Vt quid tentatis imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo nullus est ex operibus legis, quin sit maledictus. Potest ẽt accipi hoc quod dr̃, Scriptum est enim &c. Non vt probatio propositi, sed vt ostendatur eius expositio. q. d. Dico, ꝙ sunt sub maledicto, sub illo. s. de quo dicit lex. [Scriptum est enim. Maledictus est omnis &c.] Vt intelligatur de peccato. i. de maledicto: nam lex imperat bona facienda, seu mala uitanda, & imperando obligat, sed non dat virtutem obediendi. Et ideo dicit, Maledictus, quasi malo adiectus, omnis, nullum excipiendo, quia vt dr̃ Act. 10. Non est personarum acceptio apud Deum; [Qui non permanserit] vsq; in finem. Matt. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem; [In omnibus,] nõ in quibusdam tñ, quia vt dicitur Iaco. 2. Quicunque totã legem seruauerit, offendat aũt in uno, factus est omnium reus. [Quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea,] non solum vt credat, seu velit tñ, sed ut opere impleat. Ps. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sancti autem patres, & si in operib. legis erant, saluabantur tñ in fide venturi, confidentes in eius gratia, & saltem spiritualiter legem implentes. Moyses enim ut in Glos. dicitur, multa quidem præcepit, quæ nullus implere potuit ad domandam Iudæorum superbiam: dicentium, Non deest qui impleat, sed deest, qui iubeat. Sed hic est quæstio de hoc quod dr̃, Maledictus omnis &c. Dicitur enim Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Respondeo, Dicendum est, ꝙ maledicere nihil aliud est, quàm malum dicere, possum ergo dicere bonũ esse malum, & malum esse bonum, & rursum bonum esse bonũ, & malum esse malum. Et primum quidem prohibet Apostolus dicẽs, Nolite maledicere, i. nolite dicere bonum esse malum, & ecõtra, sed secundum licet, & ideo cum vituperamus peccatum, maledicimus quidem, sed non dicendo bonum malum, sed dicimus malum esse malum. Et ideo licet peccatorem maledicere, i. dicere eum esse malo addictum, uel esse malum. Consequenter cũ dicit. [Qm̃ autem in lege &c.] Ostendit insufficientiam legis, non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc, ꝙ iustificare non poterat. Ad quod ostendendum vtitur quodam syllogismo, in secunda figura, & est talis. Iustitia est ex fide: sed lex ex fide non est. ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo primo ponit conclusionem cum dicit; [Qm̃ autem in lege nemo iustificatur.] Secundo aũt maiorem cum dicit; [Quia iustus ex fide uiuit.] Ter-

A tio, minorem cum dicit; [Lex autẽ non est ex fide.] Dicit ergo. Dico, ꝙ per legem maledictio inducta est, nec tamen ab illa maledictione lex eripit, quia manifestum est, ꝙ nemo in lege iustificatur apud Deum. i. per opera legis. Circa quod intelligendũ, ꝙ illi qui negauerunt vetus testamentum, ex hoc verbo occasionem sumpserunt. Et ideo dicendum est, ꝙ nemo iustificatur in lege. i. per legem. Nam per eam cognitio quidem peccati habebatur, vt dicitur Rom. 5. Sed non habebatur per eam iustificatio. Rom. 3. Ex operibus legis nullus iustificabitur. Sed contra. Iac. 2. dicitur, Nonne Abraham ex operibus iustificatus est? Respondeo. Dicendum est, ꝙ iustificare potest accipi dupliciter, vel quantum ad executionem iustitiæ, & manifestationem, & hoc modo iustificatur homo, i.
B iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitũ iustitiæ infusum, & hoc modo non iustificatur quis ex operibus, cum habitus iustitiæ qua homo iustificatur apud Deum, non sit acquisitus; sed per gratiam fidei infusus. Et ideo signanter Apostolus dicit; [Apud Deum,] quia iustitia, quæ est apud Deum, in interiori corde est: iustitia autem quæ est ex operibus. i. quæ manifestat iustum, est apud homines, & hoc modo Apostolus accipit apud Deum. Rom. 2. Non enim auditores, sed factores, &c. Rom. 4. Si ex operibus Abraham iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum &c. Sic ergo patet conclusio, ratione. s. ꝙ lex iustificare non potest. Consequenter cum dicit; [Quia iustus &c.] Ponit maiorem, quæ est ex authoritate scripturæ. Abacuch 2. Et introducitur etiam Rom. 1. & ad Hebr. 10. Circa quod notandum est, ꝙ in homine est duplex vita. s. uita naturæ & uita iustitiæ. Vita quidem naturæ est per animam. Vnde anima a corpore recedente, corpus remanet mortuum, uita vero iustitiæ est per Deum, habitantem in nobis per fidem, & ideo primum, quo
C Deus est in anima hominis est fides: ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ephes. 3. Habitare Christum per fidẽ &c. Et sic dicimus quod in anima, prima indicia uitæ apparent in operibus animæ vegetabilis, quia anima uegetabilis est, quæ primo aduenit animali generato, ut Philosophus dicit; ita quia primum principium quo Deus est in nobis, est fides, ideo fides dicitur principium viuendi, & hoc est, quod hic dicitur, Iustus meus ex fide uiuit. Et intelligendum est de fide per dilectionem operante. Minor autem ponitur, ibi; [Lex autem non est, &c.] Et primo ponitur ipsa minor, Secundo probatur, ibi; [Sed qui fecerit &c.] Dicit ergo; [Lex nõ est ex fide.] Sed contra; lex mandat credere quòd sit vnus Deus, & hoc pertinet ad fidem, ergo lex habebat fidem, quòd autem sit vnus Deus, mandatur Deute. 6. Audi Israel, Dominus Deus tuus &c. Respondeo, Dicendum est, quod hic loquitur de obseruationibus mandatorum legis, secundum quod lex consistit in mandatis & præceptis cæremonialibus, & dicit, quòd talis lex non est ex fide. Fides enim ut dici-
D tur Hebr. 11. est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et ideo proprie implet mãdatum de fide, qui non sperat ex hoc aliqua præsentia & uisibilia consequi, sed bona inuisibilia & æterna. Lex ergo quia promittebat terrena, & præsentia, ut dicitur Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ideo non est ex fide; sed ex cupiditate potius, vel ex timore, secundum illos præcipue, qui carnaliter legẽ seruabant. Aliqui tamen spiritualiter viuebant in lege; sed hoc nõ erat ex ea, sed ex fide mediatoris. Et quod lex non sit ex fide, probat cum dicit; [Sed qui fecerit ea,] idest opera legis; [Viuet in illis,] scilicet vita præsenti, idest immunis erit a morte temporali & conseruabitur in uita præsenti. Vel aliter. Dico, quod; [Lex non est ex fide,] & hoc patet, quia; [Qui fecerit &c.] q. d. Præcepta legis non sunt de credendis, sed de faciendis, licet aliquid credendum annunciet. Et ideo virtus eius non est ex fide; sed ex operibus, & hoc probat, quia Dominus quando voluit eã
E confirmare, non dixit, qui crediderit, sed qui fecerit ea; [Viuet in illis.] Sed noua lex ex fide est. Matth. vlt. Qui crediderit. & baptizatus fuerit &c. Lex tamen est quoddam effigiatum, & effectum ex fide, & ideo comparatur lex uetus ad legem nouam, sicut opera naturæ ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus naturæ apparent quædam opera intellectus, non quòd res naturales intelligant, sed quia aguntur, & ordinantur ab intellectu, ut finem consequantur. Sic & in ueteri lege aliqua continentur, quæ fidei sunt, non quòd Iudæi ea prout erant fidei haberent; sed habebant ea in figura tantum fidei Christi, & protestatione, ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO V.

POsito damno a lege illato, & defectu legis ab illo eripere nō valentis, hic consequenter ostendit virtutem Christi ab ipso damno liberantis. Et primo ostendit quomodo per Christum ab ipso dāno liberamur. Secundo, quō et super hoc auxilium a Christo acquirimus, ibi: [Vt in gentibus, &c.] Circa primum tria facit. Primo enim ponit liberationis authoritatem. Secūdo, liberationis modū, ibi: [Factus pro nobis &c.] Tertio testimonium propheticum, ibi: [Quia scriptum est &c.] Dicit ergo primo, Quicunque

LECTIO V.

CHristus autem nos redemit de maledictio legis, factus pro nobis maledictum (quià scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu; ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

seruabant opera legis erant sub maledicto (sicut dictum est) nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere, qui nos liberaret, & iste fuit Christus. Et ideo dicit; [Christus redemit nos de maledicto legis &c.] Ro. 8. Quod impossibile erat legi &c. Deus mittens filium suum. s. Christum &c. Redemit, inquam, nos. s. Iudæos, pretioso sanguine suo. Apoca. 5. Redemisti nos in sanguine &c. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te &c. De maledicto legis. i. de culpa & pęna infra 4. Vt eos, qui sub lege erant redimeret. Oseæ 13. De morte redimam eos. Modum liberationis ponit cum dicit: Factus pro nobis maledictum.] Vbi notandum est, q maledictum est, quod dr̄ malū. Et s'm duplex malum potest dici duplex maledictum. s. maledictum culpæ, & maledictum pęnæ. Et vtroque modo potest hoc legi dupliciter; [Factus est pro nobis maledictum.] Et primo quidem de malo culpæ. Nam Christus redemit nos de malo culpę. Vnde sicut redemit nos de morte mortuus, ita redemit nos de maledicto culpæ, factus maledictum. s. culpæ, non quidem q in eo peccatū esset aliquod, qui peccatum non fecit nec dolus &c. vt dr̄ 1. Petr. 2. sed secundum opinionem hominum, & præcipue Iudęorum, qui reputabant eum peccatorem. Io. 18. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Et ideo de hoc dr̄ 2. Cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum. Dicit aūt, maledictum, non maledictus, vt ostendat, q Iudæi eum sceleratissimum reputabant. Vnde dr̄ Io. 9. Non est hic homo a Deo &c. Et Io. 10. De bono opere non lapidamus te: sed de peccato & de blasphemia. Et ideo dicit; [Factus est pro nobis maledictum] in abstracto. q. d. Factus est ipsa maledictio. Secūdo, exponitur de malo pęnæ. Nam Christus liberauit nos a pęna, sustinendo pęnā, & mortem nostram, quæ quidem in nos prouenit ex ipsa maledictione peccati. Inquantum ergo hanc maledictionem peccati suscepit, pro nobis moriendo, dr̄ esse factus pro nobis maledictum. Et est simile est, quod dr̄ Rom. 8. Misit Deus filium suū in similitudinem carnis peccati. i. mortalis. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum. s. Christum, qui peccatum non fecit Deus. s. pater, pro nobis fecit peccatum. i. fecit pati peccati pęnam, qn̄. s. oblatus est propter peccata nostra. Consequenter ponit scripturæ testimonium cū dicit: [Quia scriptum est, Maledictus oīs &c.] Et hoc Deut. 27. Vbi sciendum s'm Glo. q in Deute. vnde accipitur hoc uerbum tam in nostris, quàm in Hebræis codicib. habetur, Maledictus a Deo, oīs &c. Quod quidē. s. à Deo in antiquis Hebræorum voluminib. nō habetur, vnde creditur, q a Iudæis post passionem Dn̄i appositum sit ad infamiam Christi. Potest aūt exponi authoritas de malo pœnæ, & de malo culpæ. De malo quidem culpæ sic, [Maledictus omnis qui pendet in ligno,] nō propter hoc, q pendet in ligno; sed pro culpa pro qua pēdet. Et hoc modo Christus æstimatus maledictus in cruce pendens, pp hoc, q maxime tali pęna punitus fuit. Et s'm hoc continuatur ad præcedentia. Dn̄s enim pręcepit in Deut. ut qui suspensus fuerit, in vespera deponatur, & ratio huius est, quia hæc pęna erat cæteris abiectior & ignominiosior. Dicit ergo vere factus est pro nobis maledictū, quia ipsa mors crucis quam sustinuit, sufficit ad maledictionem, hoc modo exponendo de malo culpæ: sed solū æstimatione Iudæorum, quia scriptum est; [Maledictus omnis &c.] De malo vero pęnæ, sic exponitur. Maledictus oīs qui &c. quia ipsa pęna est maledictio. s. q sic mortuus est. Et est hoc modo exponendo vere maledictus a Deo, quia Deus ordinauit q hāc pęnam sustineret, vt nos liberaret. Consequenter cum dicit: [Vt in gentibus benedictio, &c.] Ponit spem quam per Christū super hoc, q per eam liberamur de maledicto acquirimus, ut dr̄ Rom. 5. Non sicut delictum, ita & donum, immo multo maius. s. quia liberat a peccato, & cōfert gratiam. Primo ergo ponit fructū, & quib. datur, dicēs; [Vt in gentib. benedictio Abrahæ &c. q. d. Factus est pro nobis maledictum, non solum vt maledictionem remoueret, sed in Gentib. quę non sub maledictione legis erant fieret benedictio Abrahę promissa. Gen. 22. In semine tuo benedicentur oēs gentes, &c. Et hæc quidē benedictio facta est nobis. i. impleta est per Christū, qui est de semine Abrahæ, cui dictę sunt promissiones & semini tuo, q est Christus vt dr̄ infra eod. c. Quę quidem benedictio, & fructus est, [Vt pollicitationem spiritus accipiamus,] i. promissiones quas spiritussanctus facit i nobis. s. de beatitudine æterna, qui quasi arra & pignus nobis traditus, quod nobis promittit, vt habetur Ephe. 1. & 2. Cor. 6. Et quidem in pignore datur ad certitudinem. Nam pignus est quædā certa promissio de re accipienda. Rom. 5. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. & infra, Si filii & hæredes. Vel [Pollicitationem spiritus accipimus,] i. spiritum sanctum, q. d. Accipiamus pollicitationem de spiritusancto factam semini Abrahæ. Ioel 2. Effundam de spiritu meo & cæt. Quia per Spiritum sanctum coniungimur Christo, & efficimur semen Abrahæ, & digni benedictione. Secundo, ostendit per quid proueniat nobis iste fructus, dicens [Per fidem,] per quam quidem & hæreditatem æternam acquirimus. Ad Hebr. 11. Accedētem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Per fidem ēt acquirimus spiritumsanctum, quia ut dicitur Act. 5. Dominus dat spiritum sanctum obedientibus sibi, scilicet per fidem.

LECTIO VI.

FRatres (secundum hominē dico) tamen hominis cōfirmatum testamentū nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatū a Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuādā promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus.

LECTIO VI.

POstquam Apostolus probauit per authoritates, q lex non iustificat, nec ad iustificationem, quę est per fidem, est necessaria; hic consequenter ostendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primo, humanam consuetudinē ponit. Secundo, assumpsit promissionem diuinam, ibi. [Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.] Tertio infert conclusionem, ibi. [Hoc autem dico &c.] Quarto, ostendit conclusionem sequi ex præmissis, ibi. Nam si ex lege, &c.] Dicit ergo, Aperte quidem p... cutus sum secundum authoritatem scripturæ, non allata ratione humana, sed spiritu sancto, ut dr̄ 2. Pet. 1. Sed nunc [Secundum hominem dico,] & secundum ea, quæ humana ratio & consuetudo habet. Ex quo quidem habemus argumentum, q ad inferendum de his, quæ sunt fidei, possumus uti quacunq; veritate cuiuscunque scientiæ. Deute. 21. Si uideris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eā, volueritq; habere uxorem, introduces eam in domum tuam, i. si sapientia, & scientia secularis placuerit tibi, introduces eam infra terminos tuos, & radet cæsariem &c. Idest, resecabis omnes sensus erroneos. Et inde est, quòd Apostolus in multis locis in epistolis suis vtitur authoritatibus Gentilium, sicut illud 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores &c. Et illud Tit. 1. Cretenses malæ bestiæ &c. Vel quàm uis huiusmodi rationes vanæ sint & infirmæ, quia ut dicitur in Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum qm̄ vanæ sunt: [Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat,] quia nihil humanum tantam firmitatem habet, sicut vltima uoluntas hominis: sperneret aūt illud aliquis si diceret, q testamentum hominis confirmatum in morte testatoris, & testibus non valeret. Si ergo testamentum huiusmodi nemō spernit, dicens non esse seruādum, aut spernit aliquid mutando, multo magis testamentum Dei nullus spernere debet, aut superordinare, infringendo illud, vel addendo, vel diminuendo. Apocal. vlt. Siquis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in isto libro, & si quis diminuerit de uerbis prophetiæ huius, auferet Deus partem eius &c. Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neque auferetis ex eo, &c.] Cōsequenter cum dicit: [Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.] Assumpsit promissionem diuinam Abrahæ factam, quę est quasi quoddā testamentum Dei. Et primo, exponit hanc promissionē, seu testamentū. Secundo uero aperit ueritatem testamenti, ibi: [Non dicit in seminib. &c. Dicit ergo primo [Abrahe dictæ sunt promissiones] q. d. Sicut testamentū hominis est firmum, ita promissiones diuinę firmę sunt. Sed nūquid Deus aliquas promissiones

fecit ante legem? Vtiq;, quia Abrahæ, qui fuit ante legem. s. q non falleret Deus, dictæ. i. factæ sunt promissiones: [Et semini eius] a Deo. Sed Abrahæ factæ sunt, vt cui erant implendæ, semini vero, vt per quod impleretur. Dicit aūt promissiones pluraliter, quia promissio de benedicendo semine multa cōtinebat. Vel quia frequenter idem. s. æterna beatitudo sibi promissa est, sicut Gene. 12. In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Item. 15. Suscipe cœlum, & numera stellas, &c. Item, eodem, Semini tuo dabo terrā hanc, &c. Itē 22. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Hæ ergo promissiones, sunt quasi testamētum Dei, quia est quædam ordinatio de hæreditate dāda Abrahę & semini suo. Veritatem aūt testamenti aperit cum dicit; [Non dicit & seminibus, &c.] Quā quidem aperit eodem spiritu, quo testamentum condidit est. Et hoc patet ex uerbis testamēti, [Nō] dicit, Dicit [& seminibus quasi in multis,] i. sicut faceret, si de multis illud valeret: Sed [quasi in vno quod est Christus,] quia ipse solus est per quem & in quo oēs poterunt benedici. Nam ipse solus & singularis est, qui non subiacet maledictioni culpæ, & si maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Vnde dr̄ in Ps. 140. Singulariter sum ego &c. Item non est, qui faciat bonū, &c. Eccle. 7. Virum de mille vnum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato: mulierem autem ex omnibus non inueni, quæ omnino a peccato immunis esset, ad minus originali, vel ueniali. Conclusionem autem infert consequenter, cum dicit: [Hoc aūt dico testamentum, &c.] Vbi videamus per ordinem, quid sit, q dicit. Dicit ergo, q hoc promisit Deus Abrahæ; sed hoc testamentum. s. ista promissio de hæreditate adipiscenda. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, &c. [Confirmatum.] Quod ideo ponit, vt cōcordet cum præmissis. Nam supra dixerat, Testamentum hominis confirmatū, &c. [A Deo,] s. qui promisit. Et confirmatum dico iureiurando, Gen. 22. Per memetipsum iuraui. Heb. 6. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum &c. Hoc, inquam, testamentum, lex nō facit irritū. [Quæ] quidem lex facta est, & data a Deo per Moysen. Ioan. 1. Lex per Moysen data est &c. [Post quadringentos, & triginta &c.] Et quasi exponens, quod dixerat, subiungit, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Sic enim irritū fieret prædictum testamentum, si promissio facta Abrahæ euacuaretur. i. in vacuum facta esset, quasi non sufficeret semen Abrahę repromissum ad gentium benedictionem. Per Christum autem non sunt euacuatæ promissiones patribus factæ, sed confirmatæ. Rom. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circūcisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Et 2. Corinth. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est &c. Hoc aūt, quod dicitur, [Post quadringentos & 30. annos,] concordat ei, quod habetur. Exo. 12. Habitatio filiorum Israel qua manserūt in Aegypto, fuit quadringentorum 30. annorum. Et Act. 7. Locutus est Dominus. s. Abrahæ, quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient annis quadringentis triginta. Sed contra est, quod dicitur Gene. 15. Scito prænoscens, q peregrinum futurum sit semen tuum, & seruiture eos subiicient, & affligent eos annis quadringentis. Respondeo, Dicendum, q si fiat computatio annorum a promissione facta Abrahæ, quæ legitur Gene. 12. vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, qn̄ data est lex, sic sunt anni quadringenti triginta, sicut hic scribitur, & Exod. 12. & Act. 7. vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex. Si autem incipiat computatio a natiuitate Isaac (de qua legitur Gen. 31.) sic sunt tantū quadringenti & quinque anni. Nam viginti quinque anni fuerunt a promissione facta Abrahæ usq; ad natiuitatem Isaac. Abraham. n. erat septuaginta quinq; annorum, qn̄ exiuit de terra sua & facta est ei prima promissio, vt habetur Gen. 12. Centenarius aūt fuit, quando natus est Isaac, ut habetur ibidem 21. Quòd autē a natiuitate Isaac, vsq; ad exitum filiorū Israel de Aegypto, fuerint quadringenti quinq; anni, probatur per hoc, q Isaac fuit 60. annorum, qn̄ genuit Iacob, ut habetur Gen. 25. Iacob aūt erat 130. annorum, qn̄ intrauit Aegyptum, vt habetur Gen. 17. Et sic a natiuitate Isaac vsque ad introitum Iacob in Aegyptum, fuerunt 190. anni. Ioseph autem fuit 30. annorum; qn̄ stetit coram Pharaone, ut habetur Gen. 41. Et postea trāsierunt septem anni, fertilitatis, & duo sterilitatis, vsque ad ingressum Iacob in Aegyptū vt habetur 45. Vixit aūt Ioseph 110. annis, ut habetur Gene. vlt. A quib. si subtrahantur triginta & nouem anni, remanent septuaginta & unus annus. Fuerūt ergo a natiuitate Isaac vsq; ad mortem Ioseph ducenti & sexaginta unus annus. Fuerunt aūt in Aegypto filij Israel post mortem Ioseph 144. annis, vt Rabanus dicit in Glo. Act. 7. Fuerunt ergo a natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorū Israel de Aegypto, & legē datā 405. anni, Scriptura autem Gen. 17. nō curauit de minutis. Vel pōt dici, q quinto anno Isaac expulsus fuit Ismael, & remāsit solus Isaac hæres Abrahæ, a quo

LECTIO VII.

QVid igitur lex? Propter transgresionem posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est.

tempore fuerunt quadringenti anni. Deinde cum dicit: [Nam si ex lege &c.] Ostendit quomodo sequatur ex præmissis, q lex exacuaret promissiones, si lex necessaria esset ad iustificationem siue benedictionem gentium. Dicit ergo, vere promissio euacuaretur si lex necessaria esset; [Nam si hæreditas,] s. benedictionis Abrahæ esset: [Ex lege; iam non esset ex repromissione,] i. ex semine repromisso Abrahæ. Si enim semen promissum esset sufficiens ad hæreditatem benedictionis consequendam, nō fieret iustificatio per legem. Destruit autem consequens, cū dicit: [Abrahæ autem donauit Deus &c.] i. promisit se daturum, quod ita certum erat ac si statim daret: [Per repromissionem,] i. per semē repromissum; [Non ergo est ex lege hæreditas,] i. benedictio, de qua dicitur 1. Pet. 3. In hoc uocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis.

LECTIO VII.

POstquam ostendit Apostolus, & authoritate scripturæ, & cōsuetudine humana, q lex iustificare non potuit, hic mouet duas dubitationes & soluit. Secunda dubitatio incipit, ibi; [Lex ergo aduersus promissa Dei &c.] Circa primum tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi; [Propter trāsgressiones, &c.] Tertio, quoddam in solutione positum manifestat, ibi: [Mediator autem, &c.] Potest autem esse dubium ex p̄missis tale, Si lex iustificare non poterat, an esset omnino inutilis. Et hanc dubitationem mouet, dicens: [Quid igitur lex &c.] sit, i. quid lex vtilis fuit? Et hanc punctuationem magis approbat August. vt habetur in Glo. quàm aliam quæ sibi primitus melior videbatur, vt distinguatur. Quid igitur? & postea dicatur. Lex propter transgressiones &c. Similis dubitatio proponitur. Roma. 3. vbi sic dr̄, Quid igitur amplius Iudæo &c. Deinde cū dicit: [Propter transgressiones.] Soluit dubitationem motam, ubi quatuor facit. Primo, proponit legis utilitatem. Secundo, legis fructum, ibi: [Donec ueniret semen, & cęt.] Tertio, legis ministros, ibi: [Ordinata per angelos.] Quarto, legis dominium, ibi: [In manu mediatoris.] Circa primum notandum est, quòd lex uetus data est propter quatuor, secundum quatuor ex peccato consecuta, quæ enumerat Beda scilicet, propter malitiam, infirmitatē, concupiscentiam, & ignorantiam. Est ergo lex primo data ad reprimendam malitiam, dum scilicet, prohibendo, peccatum, & puniendo, retrahebantur homines a peccato, & hoc tangit, dicens; [Propter transgressiones posita est lex,] i. ad transgressiones cohibendas, & de hoc habetur 1. Timot. 1. Iusto lex non est posita, sed iniustis. Cuius ratio potest sumi a Philosopho in 4. Ethico. Homines enim bene dispositi ex seipsis mouentur ad bene agendum, & sufficiunt eis paterna monita, unde non indigent lege: sed sicut Roma. 2. dr̄, Ipsi sibi sunt lex, habentes opus legis scriptum in cordibus suis. Sed homines male dispositi, indigent retrahi a peccatis per pœnas. Et ideo quantum ad istos fuit necessaria legis positio, quę habet coartatiuam virtutem. Secundo, lex data est ad infirmitatem manifestandam. Homines enim de duobus præsumebant. Primo quidem, de scientia: secundo, de potentia. Et ideo Deus reliquit homines absq; doctrina legis, tempore legis naturæ. In quo dum in errores inciderunt, conuicta est eorum superbia de defectu scientiæ. Sed adhuc restabat p̄sumptio de potentia. Dicebant enim: non deest qui impleat, sed deest qui iubeat, ut dicitur in Glos. super illud Exod. 24. Quicquid præceperit Dominus, faciemus & erimus obedientes. Et ideo data est lex, quæ cognitionem peccati faceret. Per legem enim cognitio peccati. Rom. 3. quę tamen auxilium gratiæ non

dabat ad vitandum peccata, vt sic homo sub lege constitutus, & vires suas experiretur, & infirmitatem suam recognosceret, inueniens se sine gratia peccatũ vitare non posse, & sic auidius quęreret gratiã. Et hæc ēt causa pōt ex his verbis accipi, vt dicatur, ꝙ lex posita est propter transgressiones adimplēdas, quasi illo modo loquēdo, quo Apostolus dicit Ro.5. Lex subintrauit, vt abundaret delictum, quod nō est intelligendũ causaliter, sed consecutiue, quia lege sūbintrante, abundauit delictũ, & transgressiones sunt multiplicatæ, dũ cócupiscentia nondum per gratiam sanata, in id, quod prohibebatur, magis exarsit, & factum est peccatum grauius, addita pūaricatione legis scriptę. Et hoc Deus permittebat, vt homines imperfectionem suã cognoscentes, quærerēt mediatoris gratiam. Vnde signanter dicit, Posita est, quasi debito ordine collocata inter legem naturæ & legē gratiæ. Tertio, data est lex ad domandam concupiscentiam populi lasciuientis, vt diuersis ceremoniis fatigati, neq; ad idolatriam, neq; ad lasciuias declinarent. Vnde dicit Petrus Act.15. Hoc est onus, quod neque nos &c. Quarto, ad instruendum ignorãtiam data est lex in figuram futuræ gratiæ, ẽm illud Heb.10. Vmbram habens lex, &c. Deinde cum dicit; [Donec veniret semen &c.] Idest Christus de quo promiserat Deus, per eum benedicendas oẽs gentes. Matth.11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannē, &c. Gen.12. In semine tuo &c. Ministri aũt legis ponuntur, cum dicit; [Ordinata,] i. ordinãter data; [Per angelos,] i. per nuntios Dei. s. Moysen, & Aaron, Malach.2. Legem requirent ex ore eius &c. Angelus.n. Domini &c. Vel per angelos. i. ministerio angelorum. Act.7. Accepistis legem in dispositione angelorũ &c. Et est data per angelos, quia lex non debebat dari per filium, qui maior est. Heb.2. Si enim, q per angelos factus est sermo &c. Dicit aũt: [Ordinata,] quia ordinabiliter data est. s. inter tempus legis naturalis, qua homines conuicti sunt, ꝙ se iuuare non poterant, & tempus gratiæ; nã antequam gratiam acciperent, conuincendi erant de lege. Dñs aũt legis dr̃ Christus. Et ideo dicit: [In manu mediatoris,] i. in potestate Christi. Deut.33. In dextera eius ignea lex. 1. Timo.2. Mediator Dei & hominum &cæt. Iste mediator significatus est per Moysen, in cuius manu est lex data. Deuter.5. Ego sequester & medius fuit inter Deum & uos &c. Deinde cum dicit: [Mediator aũt &c.] Exponit quod dixit, In manu mediatoris, quod potest tripliciter exponi. Vno modo, quia mediator non est unius tm̃, sed duorum. Vnde cum iste sit mediator Dei & hominis, oportet ꝙ sit Deus & homo. Si enim esset purus homo, vel Deus tm̃, nō esset verus mediator. Si ergo est uerus Deus, & nullus est mediator suiipsius, potest uideri alicui, ꝙ præter ipsum sunt alii dij, quorum est mediator, & hoc remouet dicens, quòd; [Mediator] iste & si; [Non est unius] tantum, non propter hoc sunt alij dij, sed; [Deus unus est,] quia licet ipse alius sit in persona a Deo patre, non est tamen aliud in natura. Deute.6. Audi Israel. Dominus Deus tuus &c. Ephe.4. Vnus Deus &c. Secundo modo, quia posset credi, ꝙ iste esset mediator Iudæorum tantum: ideo dicit, Dico ꝙ Christus est mediator, sed non vnius. s. Iudæorum, sed unus est omnium, idest sufficiens ad omnes reconciliandos Deo, quia ipse Deus est. Rom.3. Vnus Deus, qui iustificauit circumcisionem ex fide & præputium per fidem &c. 2. Corinth.5. Deus erat in Christo mundum recõcilians sibi &c. Tertio modo, quia non est mediator vnius populi tantum. s. Iudæorum, sed etiam Gentilium. Ephes.2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; vnum. Et hoc ex parte Gentium auferendo idololatriam, & ex parte Iudæorum obseruantiam legis. Specialiter autem mediator est filius non pater, non spiritussanctus, nihilominus tamen vnus est Deus.

LECTIO VIII.

Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset uiuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur cóclusi in eá fidem, q̃ reuelãda erat. Itaq; lex, pędagogus noster fuit ĩ Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pędagogo.

LECTIO VIII.

Hic mouet Apostolus aliam dubitationem, vtrum. s. lex noceat gratiæ. Et primo mouet dubitationem, dicens; [Lex ergo &c.] q.d. si lex posita est propter transgressiones, nūquid lex fecit aduersus promissa Dei. s. vt id quod Deus promisit se facturum per semen repromissum, per alium faciat? [Absit,] q.d. Non. Nam supra eodem, Lex non irritum facit testamentũ ad euacuandas promissiones &c. Rom.7. Lex sancta & mandatum sanctum. Secundo, cum dicit, [Si enim lex esset data &c.] Soluit dubitationem. Et primo ostendit, ꝙ lex non est contra promissa Dei. Secundo, ꝙ est in obsequium promissorum, ibi; [Sed conclusit &c.] Dicit ergo, quòd licet lex sit posita propter transgressiones, non tamen contrariatur promissioni Dei, quia transgressiones ipsas remouere non potest. Si enim eas remoueret, esset manifeste esset contra promissa Dei, quia iustitia esset per alium modum, quam Deus promisit, quia esset p legem & non per fidē, cum tñ dicatur Abac.2. Iustus meus ex fide viuit. Rom.3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Et ideo dicit, [Quod si lex esset data] talis [Quæ posset uiuificare] i. tantę uirtutis esset, ꝙ posset uitam gratiæ, & æternam beatitudinem conferre, tunc [Vere,] & non apparenter; [Iustitia esset ex lege,] si lex faceret, quod fides facere dicitur, & sic frustra esset fides. Sed lex nō iustificat, quia litera. s. legis, occidit, ut dicitur 2. Corin.3. & Rom.8. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu &c. Deinde cum dicit: [Sed scriptura conclusit &c.] Ostendit, ꝙ lex non solum non contrariatur gratiæ, sed est ei etiam in obsequium. Et primo ostendit, quod lex obsequitur promissis Dei. Secundo, quomodo hoc obsequium manifestatum est in Iudæis, ibi. [Prius autem quam ueniret fides &c.] Tertio, quomodo Gentiles etiam sine lege consecuti sunt promissa Dei, ibi. [Omnes enim filii estis &c.] Circa primum sciendum est, quod lex obsequitur promissis Dei in generali, quantum ad duo. Primo, quia manifestat peccata. Rom.3. Per legem cognitio peccati. Deinde, quia manifestat infirmitatem humanam, inquantum homo non potest uitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem non dabatur. Et sicut duo, scilicet cognitio morbi & impotentia infirmi, multum inducunt ad quærendum medicum; ita cognitio peccati, & propriæ impotentiæ, inducunt ad quærendum Christum. Sic ergo lex obsequuta est gratiæ, inquantum prębuit cognitionem peccati, & experientiam propriæ impotentiæ. Et ideo dicit; [Scriptura,] idest lex scripta; [Cõclusit,] idest tenuit inclusos Iudæos [Sub peccato,] idest ostendit eis peccata, quæ faciebant. Rom.7. Concupiscentiam nesciebam &c. Item conclusit, quia uetiti per legem sumpserunt occasionem peccati. Rom.11. Conclusit Deus omnia in incredulitate, &c. Et ideo, ut homo quæreret gratiam. Et ideo dicit, [Vt promissio,] idest gratia, repromissa [Daretur non] solum Iudæis, sed omnibus [Credentibus,] quia illa gratia poterat liberare a peccatis, & hæc gratia est; [Ex fide Iesu Christi.] Deinde cum dicit [Prius aũt quam ueniret &c.] Ponit experimentum huius obsequij, manifestatum in Iudęis. Et primo ponit obsequium Iudæorum. Secundo, concludit quoddam corollariũ, ibi. [Itaq; lex pędagogus &c. Dicit ergo, si scriptura, idest lex scripta, detinuit omnia sub peccato, quas utilitates habebant Iudæi ex lege, antequàm veniret fides ex gratia? Respondet & dicit; [Nos Iudæi] ante aduētum fidei [Custodiebamur sub lege,] inquantum faciebat nos uitare idololatriam, & multa alia mala; custodiebamur inquam, non sicut liberi, sed quasi serui subiecti lege, & hoc sub lege. i. sub onere legis, & dominio. Rom.7. Lex in homine dominatur, quanto tēpore uiuit, &c. Et custodiebamur [Cõclusi] idest seruati ne deffluerēmus ad uitia, sed pparati [In eam,] idest tam bonam: [Fidem, quæ reuelanda erat.] Esa.56. Iuxta est salus mea, ut ueniat, & iustitia mea, ut reueletur. Et dicit reuelanda, quia cum fides excedat omne humanum ingenium, non potest per proprium sensum haberi, sed ex reuelatione & dono Dei. Esa.40. Reuelabitur gloria Domini &c. Vel in eam fidem; quæ reuelanda erat tempore gratiæ, in antiquis temporibus multis signis latens. Vnde & tempore Christi uelum templi scissum est. Matth.27. Consequenter cum dicit [Lex pedagogus &c.] Cõcludit quoddam corollarium. Et primo, ostendit legis officium. Secundo, officij testationem, ibi. [At ubi uenit plenitudo temporis &c.] Officium autem legis, fuit officium pedagogi. Et ideo dicit; [Lex pedagogus noster &c.] Quando enim hæres non potest consequi beneficiũ hæreditatis, vel propter defectum ætatis, seu alicuius debitæ perfectionis, conseruatur & custoditur ab aliquo instructore, qui quidem instructor pedagogus dicitur, a pedos quod est puer, & goge quod est ductio. Per legem enim Iudæi tanquam imbecilles pueri, per timorem pœnæ retrahebantur a malo, & promouebantur amore & promissione temporariorum, ad bonum. Iudæis autē promissa erat benedictio futuri seminis de hæreditate obtinēda, sed nondum aduenerat tempus ipsius hæreditatis consequendæ. Et ideo necessarium erat, quòd conseruarentur vsque ad tempus futuri seminis & cohiberentur ab illicitis, quod factum est per legem. Et ideo dicit; [Itaque &c.] Quasi dicat. Ex quo sub lege custodiebamur [Lex fuit noster pedagogus,] idest dirigens & conseruans; [In Christo,] i. in via Christi. Et hoc ideo; [Vt ex fide Christi iustificaremur.] Oseæ.11. Puer Israel & dilexi eum. Hier.31. Castigasti me Dñe: & eruditus sum &c. Rom.3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem &c. Et quamuis lex pedagogus noster esset, non tñ ad perfectam hæreditatem ducebat, quia ut dr̃ Heb.7. Neminem ad perfectum adduxit lex &c. Sed hoc officium cessauit, postquam uenit fides. Et hoc est, quod dicit; [At ubi uenit fides, s. Christi; [iam non sumus sub pedagogo,] idest sub coactione: quæ non est necessaria liberis. 1.Cor.15. Cum essem paruulus &c. Cum autem factus sum vir &c. 2. Cor.5. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt &c.

LECTIO IX.

Omnes enim filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAP. IIII. LEC. I.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cũ sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre: Ita & nos cum essemus paruu-

LECTIO NONA.

Hic ostendit Apostolus, ꝙ ad fructum gratiæ Gentiles sine obsequio legis peruenerunt, ad quē tñ Iudæi perducti sunt per legis custodiam & obsequium. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, manifestat propositum, ibi; [Quicunque enim in Christo &c. Tertio, ex hoc argumētatur, ibi. [Si autem vos Christi &c.] Dicit ergo. vere nō sumus sub lege, idest sub pedagogo & coactione, quia sumus filij Dei. Similiter & vos neque sub lege, neque sub pedagogo estis, quia, s. ad gratiam peruenitis. Ideo, [Omnes estis filij Dei per fidem,] non per legem. Ro.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, s. timoris, qui dabatur in lege veteri: sed accepistis spiritum filiorum, s. charitatis & amoris, qui datur in noua lege per fidem. Ioan.1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Si ergo filij Dei estis per fidem, quare vultis esse serui per legis obseruantias? nam sola fides homines facit filios Dei adoptiuos. Nullus siquidem est filius adoptiuus, nisi uniatur & adhæreat filio naturali, Ro.8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij eius &c. Fides enim facit nos in Christo Iesu filios. Ephe.3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et hoc; [In Christo Iesu,] idest filij Dei estis per Iesum Christum. Consequenter cum dicit; [Quicunque enim in Christo &c.] Manifestat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit propositi manifestationem. Secundo, manifestationis expositionem, ibi; [Non est Iudæus &c.] Tertio, assignat manifestationis rationem, ibi; [Omnes enim vos unum estis &c.] Manifestat aũt circa primum, qñ sumus in Christo Iesu filij Dei. Et hoc est, quod dicit; [Quicũque enim in Christo Iesu &c.] Quod potest quadrupliciter exponi, vno modo vt dicatur, Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, idest institutione Christi ad baptismum instructi estis. Marci vlt. Euntes in mundũ uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ &c. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Alio modo; [Quicunque in Christo Iesu baptizati estis,] s. per similitudinem, & per configurationē mortis Christi. Ro.6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vel in Christo Iesu, idest in fide Iesu Christi. Nam baptismus non fit, nisi in fide, sine qua, effectũ baptismi nullum consequimur. Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit &c. Vel in Christo Iesu, idest in uirtute & operatione eius. Io.1. Super quem videris spiritum descendentem, hic est, qui baptizat. Quicũque ergo istis quatuor modis baptizati estis; [Christum induistis. Vbi sciendum est, ꝙ qui induitur aliqua veste, protegitur ac contegitur ea, & apparet sub colore vestis, colore proprio occultato. Eodem modo, & qui induit Christũ, protegitur & contegitur a Christo Iesu, contra impugnationes & æstus, & in eo nihil aliud apparet nisi quæ Christi sunt. Rom.13. Induite Dñm Iesum Christum. Et sicut lignum accensum induitur igne, & participat eius uirtutem, ita & qui Christi uirtutes accipit induitur Christo. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini uirtute &c. Quod in illis locum habet, qui interius Christi uirtute informantur. Ephe.4. Induite nouum hominē, qui ẽm &c. Et nota, quod Christum aliqui induunt exterius per bonam conuersationem, & interius per spiritus renouationem, & ẽm utrunque, per sanctitatis configurationem, vt tangitur in Glosa. Expositionē aũt manifestationis ponit, cũ dicit; [Non est Iudæus &c.] Quasi dicat, vere dixi, ꝙ quicunque in Christo Iesu &c. Quia nihil pōt esse in hominibus, quod faciat exceptionem a sacramēto fidei Christi & baptismi. Et ponit tres differentias hominũ, ostendens ꝙ per eas nullus excipitur a fide Christi. Prima differētia est quantum ad ritũ, cum dicit; [Nō est Iudæus, neque Gręcus.] Quasi dicat. Ex quo in Christo Iesu baptizatus est, non est differentia, ꝙ pp hoc sit indignior in fide, ex quocũque ritu ad eam uenerit, siue ex ritu Iudaico, siue Græco, Ro.3. An Iudæorũ Deus tm̃? Nonne & Gentiũ? Immo & Gentium: qm̃ quidē unus est Deus, qui iustificauit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Et Rom.10. Non est distinctio Iudæi & Græci &c. Sed contra est, quod dicitur Ro.3. Quid ergo amplius est Iudæo? Multum quidē per omnem modum. Resp. Dicendum est, ꝙ Iudæi & Græci possunt cõsiderari dupliciter. Vno modo, ẽm statum in quo erant ante fidē, & sic amplius fuit Iudæo, pp beneficium legis. Alio modo, quantum ad statum gratiæ, & sic non est amplius Iudęo: & de hoc intelligitur hic. Secunda differentia est, quantum ad statum & conditionem, cum dicit; [Non est seruus, neque liber,] i. neque seruitus, neque libertas, neq; nobilitas, neq; ignobilitas differentiam facit ad recipiendum effectũ baptismi Iob.3. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a Dño suo. Ro.2. Non est personarum acceptio apud Deum. Tertia differentia est, quantum ad naturam, cum dicit; [Non est masculus, neq; fęmina,] quia sexus nullam differentiam facit, quantũ ad participandum baptismi effectũ. Gal.3. Non est masculus aut fęmina, &c. Expositionis vero rationem ponit, cũ dicit; [Omnes.n. vos unum estis in Christo Iesu.] Quasi dicat, vere nihil horum est per quod differētia fiat in Christo, quia uos omnes, s. fideles unũ estis in Christo Iesu, qui in baptismo oẽs estis effecti membra Christi, & unum corpus, & si inter uos sitis diuersi. Rom.12. Omnes unũ corpus sumus in Christo &c. Ephe.4. Vnũ corpus, vnus spiritus &c. Vbi aũt est unitas, differentia non habet locũ. Pro hac unitate orat Christus, Io.17. Volo pater, vt sint unũ, &c. Consequenter cum dicit; [Si aũt vos estis &c.] Arguit ad principale propositũ hoc modo. Dixi, ꝙ Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius: sed vos estis Abrahæ, ergo ad vos pertinet promissio Abrahæ de hæreditate consequenda. Minorē sic probat, Vos estis filij Dei adoptiui, quia estis vniti per fidem Christo, qui est filius Dei naturalis: sed Christus est filius Abrahæ, vt supra eodē. Quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus, ergo si vos estis Christi, i. in Christo; [Estis semen Abrahę,] idest filij, cũ Christus filius eius sit. Et si filij [Estis & hęredes,] idest ad uos pertinet hæreditas; [Secundum promissionē] Abrahæ factam. Ro.9. Non qui filij sunt carnis, hi filij Dei, sed qui sunt filij promissionis, æstimantur in semine.

LECTIO PRIMA.

Postquam ostendit Apostolus legis defectum: hic consequēter ostendit gratiæ dignitatem. Et primo, per exemplum humanum. Secundo, per exemplum scripturæ, ibi; [Dicite mihi qui sub lege vultis esse &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit dignitatem gratiæ supra primitiuum statum veteris legis, per similitudinem a lege humana sumptam. Secundo ostendit, ꝙ ipsi facti sunt participes huius dignitatis per fidem, ibi; [Qm̃ autem estis filij Dei &c.] Tertio arguit ipsos, eo ꝙ hanc dignitatē contemnebant, ibi; [Sed tunc quidem ignorantes Deum &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam ad propositum, ibi; [Ita & nos cum essemus &c.] Notãdum est, ꝙ in proposita similitudine quatuor tãgit Apostolus. Primo quidem dignitatem, quia non est seruus, sed hæres. Vnde dicit; [Quanto tpe hæres &c.] Quod aptatur & refertur ad populum Iudæorum, qui fuit hæres promissionis Abrahæ. Psal.134. & 46. Elegit nos in hæreditatem sibi, & ad Christum, qui est hæres omnium. Heb.1. Quem constituit hæredem uniuersorũ. Secundo, eius paruitatem. Vnde dicit; [Paruulus est,] quia & Iudęi paruuli erant, ẽm statum legis. Amos.7. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus

Universidad de Deusto Biblioteca

nulus est? Similiter & Christus paruulus factus est per incarnationem. Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Sed nota, ꝙ Apostolus aliquando assimilat paruulo statum legis, sicut hic. Aliquãdo statum præsentis uitę 1. Cor. 13. Cum essem paruulus &c. Cuius ratio est, quia status veteris legis est sicut paruulus, pp imperfectionẽ cognitionis in ipsa comparatione ad statum gratiæ & ueritatis: quæ per Christũ facta est. Sic & status præsentis vitæ in qua videmus per speculũ in ænigmate, est sicut paruulus, comparatus statui futuræ uitæ, in qua est perfecta Dei cognitio, quia vĩ sicuti est. Tertio, eius subiectionem: cum dicit, [Nihil differt a seruo, cum sit Dñs omnium, sed sub tutoribus &c.] Proprium. n. serui est, ꝙ sit subiectus alicui Dño. Puer autem quandiu paruulus est, quia non habet cognitionem perfectam, & vsum liberæ uoluntatis, pp defectum ætatis, committitur custodiæ aliorum, qui & bona sua defendant, & hi dicuntur tutores, & negotia agant, & hi actores nominantur. Et ideo licet sit Dñs omnium rerum suarũ, tñ inquantum subijcitur alijs, nihil differt a seruo, quia, nec uoluntatem liberam habet, immo cogitur: & hęc adaptantur ad populum Iudaicum. Esa. 44. Et nunc seruus meus Iacob &c. Sed notandum est, ꝙ in populo Iudaico aliqui erant simpliciter serui, illi. s. qui pp timorem pęnæ & cupiditatem temporalium, quæ lex promittebat, legem seruabant. Aliqui vero erant, qui non erant serui simpliciter, sed quasi serui existentes, erant vere filij & hæredes: qui licet attenderẽt exterius ad temporalia & uitarent pęnas, nihilominus tñ in eis finem non ponebãt: sed accipiebãt ea, vt figuram spiritualiũ bonorum. Vnde licet uiderentur nihil exterius differre a seruis, inquãtũ cæremonias & alia legis mãdata seruabant, tñ erant Dñi, quia non ea intentione eis utebantur, vt serui, quia illis utebantur amore spiritualium bonorum, quæ pręfigurabãt: serui vero principaliter timore pęnæ & cupiditate terrenæ commoditatis. Christus erat & quasi seruus, quia licet sit Dñs omnium, ẽm illud Psal. 109. Dixit Dñs Domino meo &c. tñ nihil uidebatur differre a seruo in exterioribus, inquantũ homo. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & habitu inuentus, vt homo. Sub tutoribus aũt & actoribus erat, quia sub lege factus erat: vt dicitur infra eodem, Factum sub lege. Et hominibus subditus, vt dicitur Luc. 2. Erat subditus illis. Quarto ponit temporis congruitatem, cum dicit, [Vsque ad præfinitum tempus a patre,] quia sicut hæres ẽm determinationem patris præfinito tpe sub tutoribus est, ita & lex determinatũ tempus habuit a Deo, quandiu deberet durare: & quandiu hæres, s. populus Iudæorum esset sub ea. Similiter & præfinitum tempus fuit a patre, quo Christus non erat facturus miracula & ostensurus dominium potestatis diuinæ. Io. 2. Nondum uenit hora mea. Hanc similitudinẽ adaptat, cũ dicit consequẽter; [Ita & nos &c.] Et primo adaptat eam, quantum ad Iudæos. Secundo, quantum ad Christum, ibi; [At ubi uenit plenitudo temporis.] Dicit ergo, Dico, quòd; [Quanto tpe hæres paruulus &c.] Et ita nos Iudæi cum essemus paruuli in statu legis ueteris; [Sub elemẽtis mundi eramus seruientes,] idest sub lege, quæ temporalia promittebat. Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, & cõminabatur pęnas temporales. Vel lex vetus dicitur elementum, quia sicut pueris, qui sunt instituendi ad scientiam, primo proponuntur elementa illius scientiæ, per quæ manuducũtur ad illam scientiam: ita lex uetus proposita est Iudæis, per quam manuducerentur ad fidem & iustitiã, supra 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. Vel sub elementis, idest corporalibus rerum ritibus quos seruabant, sicut lunares dies, neomenias, & sabbatum. Nec tamen instandum est, ꝙ propter hoc nõ differrent à Paganis, qui elementis seruiebant huius mundi, cum eis non seruirent Iudæi seu cultum impenderent, sed sub eis Deo seruiebant, & eum colebant, Gentiles vero elementis seruientes, eis diuinum cultum impendebant. Ro. 1. Seruierunt creaturæ potius, quàm creatori &c. Fuit autem necessarium, ꝙ Iudæi sub elemẽtis huius mundi deseruirent Deo, quia iste ordo est congruus naturæ humanæ, vt a sensibilibus ad intellectualia perducantur.

li, sub elemẽtis mundi eramus seruientes.

LECTIO II.

At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

LECTIO II.

Hic adaptat Apostolus similitudinem propositam ad Christum. Et primo, ponitur adaptatio. Secũdo finis rei, in qua similitudo adaptatur, ibi: [Vt eos qui sub lege erant &c.] Sciendum est autem, ꝙ supra in similitudine proposita quatuor ostendit per ordinem, sicut dictum est. Hic autẽ illa quatuor adaptans ad Christum, incipit ab ultimo, scilicet a determinatione temporis: cuius ratio est; quia idem tẽpus fuit in quo Christus fuit humiliatus, & in quo fideles fuerunt exaltati. Et ideo dicit; [At ubi venit plenitudo temporis,] idest postquam tempus, quod fuerat præfinitum a Deo patre de mittendo filio suo, erat completum, & hoc modo accipitur Luc. 2. Impleti sunt dies &c. Dicitur autem plenum tempus illud, propter plenitudinem gratiarum, quæ in eo dantur, secũdum Psal. 64. Flumen Dei repletum est aquis &c. Item propter impletionem figurarum ueteris legis. Matth. 5. Non ueni soluere legem &c. Item, propter impletionem promissorum. Dan. 9. Confirmabit autẽ pactum multis, hebdomata vna. Hoc autem, quod dicit; [At ubi uenit plenitudo temporis &c.] Similiter, & in alijs scripturæ locis, vbi tempus circa Christum impleri dicitur, non est referendum ad fatalem necessitatem, sed ad diuinam ordinationem, de qua dicitur in Psalm. 118. Ordinatione tua perseuerat dies &c. Assignatur autem duplex ratio, quare illud tempus præordinatum est ad aduentum Christi. Vna sumitur ex magnitudine. Quia enim magnus est, qui uenturus erat, oportebat & multis indicijs & multis præparationibus homines ad aduentum eius disponi. Heb. 1. Multifarie multisque modis &c. Alia ex conditione uenientis. Quia enim medicus erat venturus, oportebat quod ante aduẽtum suum conuinceret homines de morbo, & quantum ad defectum scientiæ in lege naturæ, & quantum ad defectum uirtutis in lege scripta. Et ideo oportuit utrunque, scilicet, & legem naturæ, & legem scriptam aduentum Christi præcedere. Secundo adaptat quantum ad hæreditariam dignitatem, cum dicit: [Misit Deus filium suum,] idest licet, proprium & naturalem. Et si filius, ergo & hæres. Dicit autem filium suum, idest, proprium naturalem & unigenitum, non adoptiuum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt &c. [Misit] inquam, cum non a se separatum, quia missus est per hoc, quod assumpsit humanam naturam, & tamen erat in sinu patris. Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris æternaliter. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo, qui licet descenderit per assumptionem carnis, tamen est in cœlo. Item, misit eum, non ut esset ubi prius non erat, quia licet in propria uenerit per præsentiam carnis, in mundo tamen erat per præsentiam deitatis, vt dicitur in euang. Ioan. 1. Similiter non misit eum quasi ministrum, quia sua missio est assumptio carnis, non depositio maiestatis. Misit ergo Deus filium suum ad sanandum, inquam, deuiationem concupiscibilis, & ad illuminandum ignorantiam rationalis creaturæ. Psal. 106. Misit uerbum suum &c. Misit etiam ad liberandum a potestate dæmonis, contra infirmitatem irascibilis. Esa. 19. Mittet eis saluatorem, qui liberet eos. Item, ad remedium ab obligatione æternæ mortis. Oseæ 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Item, ad saluandum ab eorum peccatis. Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum &c. Tertio, adaptat similitudinem quantum ad paruitatem, cum dicit; [Factum ex muliere.] Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum &c. Paruum se fecit, non dimittendo magnitudinem, sed assumendo paruitatem. In hoc autem quod dicit; [Factum ex muliere,] cauendi sunt duo errores, scilicet Photini; qui dixit Christum purum hominem esse, & ex virgine principium essendi sumpsisse, & ideo ita dicit ipsum factum ex muliere, quasi totaliter initium ex ea sumpserit. Sed hoc est falsum, quia est contra illud quod dicitur Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, non dicit secundum personam, quæ est ab æterno, scilicet ipsa hypostasis filij Dei. Vnde, sicut cum scutum fit album de nouo, non oportet dicere, quod ipsa substantia scuti de nouo fiat, sed quod ei de nouo albedo accesserit, ita ex hoc, quod filius Dei de nouo carnem sumpsit, non oportet dici, quod persona Christi de nouo sit facta: sed quod natura humana ei de nouo aduenit, sicut corporalibus cum absque sui mutatione quædam accidunt. Aliqua enim adueniunt alicui & immutant ipsum, sicut formæ & qualitates absolutæ: quædam vero absque mutatione adueniunt, & huiusmodi est assumptio carnis, secundum quod dicit relationem. Vnde per hoc, persona verbi in nullo mutatur. Et inde est, quod in diuinis utimur his, quæ relationem significant etiam ex tempore. Vnde dicimus illud Psalmus 89. Domine refugium factus es nobis: & quod Deus factus est homo. Non autem utimur formis & qualitatibus absolutis, vt Deus factus est bonus, sapiens, & huiusmodi. Item uitandus est error, Hebionis, qui dicit, Christum ex Ioseph semine esse natum, motus ad hoc ponendum, per hoc quod dicitur, Ex muliere. Nam ẽm eum, mulier tñ importat corruptionem. Sed hoc est falsum, quia hoc nomen, mulier, in sacra scriptura designat etiam sexum naturalem, ẽm illud Gen. 3. Mulier quam dedisti mihi &c. Vocat enim eã mulierem, quæ tamen adhuc erat uirgo. Per hoc etiã quod dicitur, ex muliere factus, destruuntur duo errores, s. Valentini, dicentis Christum non sumpsisse corpus de virgine, sed attulisse illud de cęlo, & per beatam virginem sicut per fistulam, seu canale transiuisse. Sed hoc est falsum, quia si uerum esset quod dicit, non fuisset factus ex muliere, vt Apostolus dicit, Hæc enim præpositio; [Ex,] causam materialem designat. Item error Nestorij dicentis, beatam virginem non esse matrẽ filij Dei, sed filij hominis, quod falsum esse ostenditur, per hoc quod dicit Apostolus hic. Quòd; [Misit Deus filiũ suum factũ ex muliere.] Qui enim fit ex muliere est filius eius. Si ergo filius Dei est factus ex muliere, s. ex beata uirgine, manifestum est ꝙ beata virgo est mater filij Dei. Licet autem posset dici, natus ex muliere, signanter tñ dicit, factum, & non natum. Nasci enim aliquid, est ipsum produci non solum ex principio coniuncto, sed fieri etiam ex principio separato. Arca enim fit ab artifice, sed fructus nascitur ex arbore. Principium autem humanæ generationis est duplex, s. materiale, & quantum ad hoc Christus processit ex principio coniuncto, quia materiam sui corporis sumpsit ex virgine. Vnde ẽm hoc dicitur nasci de ea. Matt. 1. De qua natus est Iesus &c. Aliud est principium actiuum, quod quidem in Christo quãtum ad id quod principium habuit, idest quantum ad formationem corporis, non fuit coniunctum, sed separatum, quia uirtus spiritus sancti formauit illud. Et quantum ad hoc, non dicitur natus ex muliere, sed factus, quasi ex principio exteriori. Ex quo patet, quod hoc quod dixit ex muliere, non dicit corruptionem, quia dixisset natum, & non factum. Quarto, adaptat similitudinem quantum ad subiectionem, cum dicit; [Factum sub lege.] Sed contra est quod dicitur infra. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Si ergo Christus non solum est spiritualis, sed & dator spiritus, inconuenienter videtur dici, quod sit factus sub lege. Respondeo. Dicendum est, quod esse sub lege dicitur dupliciter. Vno modo, vt ly; [Sub,] denotet solam obseruantiam legis, & sic Christus fuit factus sub lege, quia circuncisus fuit, & in templo præsentatus. Matth. 5. Non veni legem soluere &c. Alio modo, vt ly; [Sub,] denotet oppressionem. Et hoc modo ille dicitur esse sub lege, qui timore legis opprimitur, & hoc modo, nec Christus, nec viri spirituales dicuntur esse sub lege. Consequenter cum dicit: [Vt eos, qui sub lege. &c.] Ponit fructũ in qua similitudo adaptatur, s. ꝙ ideo uoluit isto tempore fieri subiectus, vt hæredes fierent magni & liberi. Et hæc duo ponit, & primo fructum liberationis contra subiectionem. Et ideo dicit; [Vt eos, qui sub lege erant,] id est, sub maledicto & onere legis liberaret, sup. 3. Christus nos redemit de maledicto legis &c. Secũdo, fructũ exaltationis, inquantum adoptamur in filios Dei per hoc, ꝙ accipimus spiritum Christi, & conformamur ei. Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet &c. Et hæc adoptio specialiter competit Christo, quia nõ possumus fieri filij adoptiui, nisi conformemur filio naturali. Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij eius &c. Et quantum ad hoc dicit; [Vt adoptionem filiorum reciperemus,] idest, vt per filium Dei naturalem efficeremur filij adoptiui secundum gratiam per Christum.

LECTIO III.

Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, abba, pater. Itaque iam nõ est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deum.

LECTIO III.

Supra Apostolus ostendit beneficium Iudæis exhibitum: hic ostendit hoc beneficium etiam ad Gentiles pertinere. Et primo, proponit ipsum beneficium. Secundo, modum adipiscendi, ibi; [Misit Deus spiritum &c.] Tertio, manifestat eius fructum, ibi; [Itaque iam non est &c.] Dicit ergo. Quod beneficium adoptionis filiorũ Dei, non solum pertinet ad eos, qui sub lege erãt, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicit. [Quoniam estis filij Dei,] id est, quod estis filij Dei, ista de causa factum est, quia nõ solum Iudæi, sed etiam omnes alij, qui in filium Dei credunt, adoptantur in filios &c. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Modus autem adipiscendi illud donum, est per missionem spiritus filij Dei in corda uestra. Augustinus autẽ dicit, ꝙ Christus in carne existens prædicauit Iudæis principaliter: gẽtibus autem per Apostolos. Rom. 16. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis &c. Et ideo quicquid pertinet ad statum Iudæorum conuenienter attribuitur Christo. Et quia possent dicere isti, Galatas non esse adoptatos in filios Dei, cum Christus ex eis carnẽ non sumpserit, nec eis prædicauerit, vnde non uidebantur in aliquo, Christo coniungi, Ideo Apostolus modum huius adoptionis demonstrans, dicit, ꝙ & si non fuerunt coniuncti Christo secundũ carnem, s. quantum ad Gẽtem, neque secundum prædicationem: tñ fuerunt coniuncti per spiritum, & ex hoc adoptati sunt in filios Dei. Vnde conuersio Gentilium specialiter attribuitur spiritui sancto. Et ideo Petrus quãdo fuit reprehensus a Iudæis, ꝙ iuisset prædicare Gentibus, excusauit se per spiritum sanctum, dicens. Act. 11. Non posse resistere spiritui sancto, cuius instinctu, hoc fecerat. Et ideo quia; [Misit Deus pater Spiritum filij sui in corda nostra] (Iudęorum, s. & Gentium) coniungimur Christo, & per hoc adoptamur in filios Dei. Sed sciendum est, ꝙ si alicubi in scriptura inuenitur spiritus sanctus mitti a patre. Ioan. 14. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater &c. Aliquando vero a filio. Ioan. 15. Cum venerit, paracletus, quem ego mittam vobis &c. Nihilominus tñ spiritus sanctus communis est patri & filio, & ab utroque procedit, & ab utroque datur. Et ideo est, ꝙ ubicũque inuenitur, ꝙ pater mittat spiritum sanctum, fit mentio de filio: sicut in premissa authoritate dicitur, Quem mittet pater in nomine meo. Et similiter vbi dicitur, mitti a filio, fit mentio de patre. Vnde dicit, Quem mittam vobis a patre. Et etiam hic cum dicit, Misit Deus pater spiritum sanctum, statim fit mentio de filio, cum dicit, [Filij sui.] Nec refert, si alicubi dicatur spiritus sanctus solum a patre procedere, quia ex quo filius mittit eum, manifestum est, ꝙ ab ipso procedit, vnde spiritus sanctus dicitur spiritus filij, sicut mittẽtis, & sicut a quo procedit, & sicut a quo habet spiritus sanctus quicquid habet sicut & a patre. Io. 15. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet &c. Dicit autẽ in corda, quia duplex est generatio. Vna carnalis, quæ fit per semen carnale missum in loco generationis: quod quidem semen licet sit quantitate paruum, tamen uirtute continet totum. Alia est spiritualis, quæ fit per semen spirituale transmissum in locũ spiritualis generationis: qui quidem locus est mens, seu cor hominis, quia in filios Dei generamur per mentis renouationem. Semen autẽ spirituale, est gratia spiritus sancti 1. Io. vlt. Qui natus est ex Deo, non peccat: q̃m generatio Dei conseruat eum &c. Et hoc semen est uirtute continens totam perfectionem beatitudinis. Vnde dicitur pignus & arra beatitudinis. Ephe. 1. Ezec. 39. Dabo spiritum nouum &c. [Clamantem,] idest clamare facientẽ; [Abba pater,] non magnitudine vocis, sed magnitudine, & feruore affectus. Tunc enim clamamus; [Abba pater,] quando per affectum accendimur calore spiritus sancti ad desiderium. Dei. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. [Abba pater &c.] Idem autem est in significatione, Abba, quod est Hebræum, & pater, quod est Latinum, & patir, quod est Græcum. Et utrumque ponit, vt ostendat, ꝙ gratia spiritus sancti cõiter se habet, quantum ad utrunque populum, quantum est ex se. Consequenter cum dicit: [Itaque iam non est seruus &c.] Ponit fructum huius beneficij. Et primo quantum ad remotionem omnis mali, a quo liberamur per adoptionem spiritus sancti & hæc est liberatio a seruitute. Et quantum ad hoc dicit; [Itaque,] s. quia spiritus clamat in nobis pater; [Iam] a tempore gratiæ; [Non est] aliquis nostrum, qui in Christum credimus [Seruus in timore. s. seruiens. Io. 15. Iam non dicam vos seruos: sed amicos &c. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. (Sed est filius.] Rom. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, ꝙ sumus filij Dei. Licet enim conditione serui simus, quia dicitur Luc. 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite serui inutiles sumus: tamen non sumus serui maliuoli, ex timore, s. seruientes, quia tali seruo debentur tortura & compedes: sed sumus serui boni & fideles, & amore seruientes, & ideo libertatem per filium consequitur. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo, ponit fructum quantum ad consecutionem omnis boni, & quantum ad hoc dicit; [Quod si filius, & hæres per Deum.] Rom. 8. Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei &c. Hæc autem hæreditas est plenitudo omnis boni, cum nihil aliud sit quàm ipse Deus, secundum illud Psal. 16. Dominus pars hæreditatis meæ &c. Gen. 15. Dixit ad Abraham. Ego ero merces tua magna nimis &c. Dicit autem; [Per Deum,] quia sicut Iudæi hæreditatem adepti sunt per Dei repromissionem & iustitiam, ita & Gentiles per Deum, idest per Dei misericordiam. Rom. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum &c. Vel per Deum, idest per Dei operationem. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

LECTIO IIII.

Sed tunc quidem ignorãtes Deum, his qui natura non sunt dij, seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti sitis a Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elemẽta, quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.

LECTIO V.

G Fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis. Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem: & tentationẽ vestram in carne mea nõ spreuistis, neque respuistis, sed sicut angelũ Dei excepistis me, sicut Christũ Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicẽs vobis? Aemulantur vos non bene: sed excludere vos volũt ut illos æmulemini. Bonum autẽ ęmulamini in bono semper: & non tantum cum præsens sum apud vos.

LECTIO VI.

B Filioli mei, quos iterum parturio, donec formet Christus in vobis. Vellem autem

LECTIO IIII.

Posita dignitate beneficij gratię, & ostensa per exemplum humanum: hic Apostolus arguit Galatas, qui hanc gratiam cõtemnebãt, vtpote ingrati tanto beneficio. Et primo, arguit eos de ingratitudine. Secũdo, excusat se q hoc nõ facit ex odio & liuore, ibi; [Fratres, obsecro vos, nõ me lęsistis &c.] Circa primũ tria facit: Primo, cõmemorat statum pristinum. Secundo, extollit & commendat beneficium susceptum, ibi; [Nunc autẽ cũ cognoueritis &c.] Tertio, exaggerat peccatum cõmissum, ibi; [Quomodo conuertimini &c.] Dicit ergo; [Sed tunc &c.] Quasi dicat, Nunc estis filij & hæredes per Deum: sed tunc quidem, cũ Gentes essetis. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ &c. [Ignorantes Deum,] per infidelitatem; [Seruiebatis] cultu latriæ; [His qui non sunt natura dij,] sed opinione hominum 1. Cor. 12. Cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes &c. Rom. 1. Seruierũt creaturæ potius quàm creatori &c. Hoc autem quod dicit, Qui natura non sunt dij, est ad confutationem Arrianorum, dicentium, Christum Dei filium, non esse Deum per naturam, quod si uerũ esset, non esset ei exhibendus cultus latriæ, & quicunque exhiberet ei, esset idolatra. Sed potest obijci, quia nos adoramus carnẽ & humanitatem Christi, ergo sumus idolatræ. Sed dicendũ est, q licet adoremus carnem seu humanitatem Christi, adoramus tñ eam, vt unitam personæ diuini uerbi, quod quidem uerbum, est suppositum diuinum. Vnde cum adoratio debeatur supposito diuinæ naturæ, quicquid in Christo adoratur, absq; errore fit. Consequenter cum dicit; [Nunc autem cum cognoueritis &c.] Commemorat acceptum beneficium: quasi dicat. Si ignorantes eratis & peccabatis, tolerari poterat: nã cæteris paribus grauius est peccatum in Christiano, quàm in Gentili. Sed nunc cum cognoueritis Deum, idest sitis conducti ad Dei cognitionem, grauius peccatis, quàm olim, seruiendo & ponendo spem in his, in quibus non debetis. Hie. 31. Omnes cognoscent me &c. Sed hoc quod dicit; Immo cogniti sitis a Deo,] videtur contrarietatẽ habere. cum Deus ab æterno omnia cognouerit. Eccl. 23. Domino enim Deo antequam crearentur omnia sunt agnita &c. Sed dicendum, hoc causaliter esse dictum, vt sit sensus; [Immo cogniti sitis a Deo,] id est, Deus fecit, q vos cognosceretis eum. sic enim Deus dr̃ cognoscere, inquantum est causa cognitionis nostræ. & ideo quia supra dixit, Cum cognoueritis Deum. quæ fuit vera locutio, statim corrigit & explicat eam præfiguratam, innuendo, q non possumus Deum cognoscere ex nobis, nisi per ipsum. Io. 1. Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus qui est in sinu patris &c. Consequenter exprobat peccatum commissum, dicens; [Quomodo conuertimini &c.] Et primo, exaggerat eorum peccatum. Secundo, ostendit imminens periculum, ibi; [Timeo uos ne forte &c.] Tertio, reducit eos ad salutis statũ, ibi; [Estote sicut ego &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit peccatũ commissum. Secundo, de peccato commisso eos conuincit, ibi; [Dies obseruatis &c.] Sciendum est aũt, q hęc litera dupliciter legitur. Vno modo, quia isti Galatæ a fide conuertebantur ad idolatriã, & ideo dicit. [Qũo conuertimini] a fide: [Iterum,] i. denuo 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post &c. Esa. 42. Conuersi sunt retrorsum &c. [Ad elemẽta,] s. mũdi, q sunt, [Infirma,] per se subsistere non ualentia, quia in nihilum deciderent, nisi ea manus cuncta regentis teneret, sm illud Heb. 1. Portans oĩa uerbo virtutis suæ &c. [Et egena,] quia egẽt Deo, & seipsis ad inuicem, ad complementũ muneris, [Quibus,] s. elementis, [Denuo,] iterum; [Seruire uultis,] seruitute. s. latriæ. Probatio huius manifeste apparet, quia: [Obseruatis dies.] s. faustos & infaustos. [Et menses, & tempora, & annos. i. cõstellationes & cursum corporum cęlestium, q oĩa ortum habent ab idolatria. Contra quod Hier. 10. A signis celi nolite metuere, q gẽtes, &c. Et q obseruationes huiusmodi malæ sint, & contra cultum Christianæ religionis, patet, quia distinctio dierum, mensium, annorum, & temporũ, attenditur sm cursum solis & lunæ. Et ideo tales temporũ distinctiones obseruantes, venerantur corpora cęlestia, & disponunt actus suos sm iudicium actorum, q nullã directam impressionem habẽt in uoluntate hominis, & in his, quæ dependent à libero arbitrio. Et ex hoc imminet graue periculũ,

F Vnde dicit: [Timeo ne forte sine causa,] i. inutiliter: [Laborauerim in vobis.] Et ideo cauendum est fidelib. talia obseruare, sed nulla debet esse eis suspicio harum rerum, quia prospere pòt cedere quicquid sub Dei deuotione simpliciter agitur. Sed nũquid licet in aliquo cursum stellarum seruare? Dicendũ est, q corpora cœlestia quorundã quidẽ effectuũ causa sunt. s. corporalium, & in istis licet ipsorũ cursum attendere, quorundam aũt non sunt causa. s. eorum, quæ dependent a libero arbitrio, seu a fortuna, vel infortunio, & in istis seruare cursum astrorum pertinent ad idolatriam. Sed licet hæc lectio sustineri possit, non tamen est sm intentionẽ Apostoli. Cum enim ipse in tota præcedenti serie huius epistolæ & in sequenti arguat Galatas de hoc, quod a fide transtulerint ad obseruantiã legis, ideo magis ad propositum exponitur de hoc, quod ad legales obseruantias conuertuntur. Vnde dicit, Cum cognoueritis Deum per fidem, quomodo cõuertimini a fide ad elementa. i. ad literalem legis obseruantiam? quæ dr̃ elementa, quia lex fuit prima institutio diuini cultus, elemẽta dico infirma, quia non perficit iustificando. Heb. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex, [Egena,] quia non cõfert virtutes & gratiam adiuuantem per se. Sed quid est quod dicit, Conuertimini? Et vr̃ hoc inconuenienter dictum. Similiter & hoc quod dicit, denuo. nam isti nunquam Iudæi fuerant, nec alias legalia seruauerant. Ad quod dicendum est, quod cultus Iudæorum medius est inter cultum Christianorum & Gentilium. H nam Gentiles colebant elementa ipsa tanquam vina quædam: Iudæi vero elementis quidem non seruiebant, sed Deo sub ipsis elementis, inquantum obseruationibus corporalium elementorum Deo cultum exhibebãt. supra eodem, Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Christiani vero seruiunt Deo sub Christo, idest in fide Christi. Quando aũt aliquis perueniens ad terminum transacto medio, si iterum redire uelit ad medium, idem vr̃ ac si uelit redire ad principium. Et ideo Apostolus, quia isti iam peruenerant ad terminum, s. ad fidem Christi, & tamen redierunt ad medium, s. ad cultum Iudæorum, inde est, q propter quandam conformitatem medij ad principium, dicit eos conuerti ad elementa, & denuo eis seruire. Et quod ita sit probat, cum dicit: dies obseruatis, Iudaico ritu. s. sabbata; & decimũ primi mensis & huiusmodi, quæ dicuntur in Gl. Menses, idest neomenias, & primum & septimum mensem, vt habetur Leui. 23. Tempora, I egressionis de Aegypto, & quod Hierosolimam tribus vicibus veniebant per singulos annos. Item annos Iubilei & septimum annum remissionis. Et ex hoc sequitur periculum, quia ex hoc nihil prodest fides Christi. Vnde dicit. Timeo vos ne forte sine causa, idest inutiliter in vobis laborauerim. infra 5. Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Consequenter cũ dicit: [Estote sicut ego &c.] Reducit eos ad statũ salutis. quasi dicat. Ita timeo vos, ne forte, sine causa laborauerim in vobis, sed ne ita sit, [Estote sicut ego.] Hoc in Glo. tripliciter legitur. Primo modo, sic; [Estote sicut ego,] s. legem deserentes, sicut ego dimisi. Secundo modo sic. Estote sicut ego, errorem, s. pristinum corrigẽtes, sicut ego errorem meum correxi. Et hoc potestis; [Quia & ego] sum sicut vos,] & tamen de errore meo correctus sum. Tertio modo sic, Estote sicut ego, scilicet sine lege uiuentes, quia ego, qui legem habui, & in lege natus sum, modo sum sicut vos, simple fuistis, scilicet sine lege.

K LECTIO V.

Postquam reprehendit Aposto. Galatas, hic ostendit se hoc non ex odio fecisse. Et primo ostendit se non habere ueram causam odij ad eos vllam. Secundo, q nec habet causam æstimatam, ibi; [Ergo inimicus factus sum vobis &c.] Tertio, assignat causam præmissæ repræhensionis, ibi; [Filioli mei &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit q non habet causam odij ad eos. Secũdo, q magis habet causam amoris, ibi: [Scitis aũt, quod per infirmitatẽ &c.] Circa primũ notandum est, q cõsuetudo est boni pastoris in correctione subditorũ asperis dulcia miscere, ne ex nimia seueritate frangantur. Lu. 10. legitur de Samaritano, q in curatione sauciati, infudit uinum & oleum. Econtra de malis pastoribus dr̃. Eze. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Et ideo Apostolus sicut bonus prælatus ostendit, q non ex odio increpat eos, blande loquendo eis quantum ad tria, primo quantũ ad charitatis nomen. Vnde dicit; [Fratres.] Psal. 132. Ecce quam bonũ & quam iucundum habitare fratres in unum. Secundo, quantũ ad modestiæ verbum. Vnde dicit; [Obsecro vos.] Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Tertio, quantum ad excusationẽ. Vnde dicit; [Nihil me lęsistis] & ego nõ sum talis, quod habeã odio illos, qui me non offendunt. Secundo, ostendit se ad eos habere causam amoris cum dicit; [Scitis autem, quod per infirmitatẽ &c.] Vbi tria ponit, ex quibus homines se diligere consueuerũt: primum est mutuũ societatis auxilium, & ex hoc etiam amor in hominib. confirmatur: sm illud Luc. 22. Vos estis, qui permãsistis mecũ &c. Et quantum ad hoc dicit; [Scitis autem &c.] Vbi primo commemorat tribulationem quam passus est apud eos. Secundo, ostendit quo ei astiterunt; [Et tentationẽ nostra &c.] Dicit ergo quantum ad primum. Dico, quod nihil me læsistis, immo seruiuistis mihi. Scitis enim, idest recordari poteritis; [Quod euangelizaui uobis iampridem,] idest transacto tpe, per infirmitatem carnis, idest cum infirmitate & afflictione carnis meæ, vel cum multis tribulationibus quas patiebar a Iudæis (qui sunt de carne mea) me persequentibus 1. Cor. 2. Cum timore & tremore multo fui apud vos 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et licet hæc infirmitas fuerit causa spernendi me, & tentationis vestræ, sm illud Zach. 13. Percute pastorem & dispergentur oues &c. Vos tamen; [Tentationem uestram,] quæ erat; [In carne mea,] idest C tribulationem meã, quæ erat uobis causa tentationis; [Non spreuistis,] Eccl. 11. Non spernas hominem in uisu suo. Quia ut dicit Dñs. Luc. 10. Qui uos spernit, me spernit &c. [Neque respuistis] doctrinam meam & me, quin velletis esse socij tribulationum. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? &c. Secundum aũt, quod cõfirmat inter homines dilectionem, est mutuus amor & mutua dilectio adinuicem: sm illud Prouer. 8. Ego diligentes me diligo &c. Et quantum ad hoc dicit; [Sed sicut angelum Dei excepistis me,] idest, ita honorifice sicut nuntiũ verba Dei nuntiantem. 1. Thess. 2. Cum accepissetis a nobis verbũ auditus Dei &c. Et inde est, quod prædicatores dicuntur angeli. Mala. 2. Legem requirent ex ore eius &c. Et non solum sicut angelum recepistis; [Sed sicut Iesum Christũ,] idest, acsi Christus ipse uenisset, Qui Christus profecto in ipso ad eos uenerat, & in eo loquebatur sm illud 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Matt. 10. Qui vos recipit, me D recipit &c. Deinde increpat eos, q sic deteriorati erant. Vnde dicit; [Vbi est ergo beatitudo vestra? Quasi dicat. Nonne ex hoc homines beatificabant vos, q me honorastis, & prædicationem meam recepistis? Iob 4. Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Tertium quod amorẽ confirmat, est mutua beneficentia. Et quãtum ad hoc dicit; [Testimonium perhibeo, quod si fieri posset,] idest iuste fieri potuisset. Illud enim fieri potest, q iuste fit, vel ad utilitatem ecclesiæ fuisset, [Oculos eruissetis & dedissetis mihi.] Quasi dicat, Ita me diligebatis, q non solum mihi vestra exteriora, sed & oculos uestros dedissetis mihi. Consequenter cum dicit; [Ergo inimicus factus sum uobis &c.] Ponit causam æstimati odij: & primo unam ex parte apostoli. Secundo, aliam ex parte pseudo, ibi; [Aemulantur vos &c.] Dicit ergo, Ex quo mihi tot bona fecistis, est ne credendum, q factus sim inimicus vobis, verum dicẽs vobis? Verbum aũt hoc, quod dicit inimicus, dupliciter põt intelligi. E Vno, s. modo, quod ipse habeat eos odio, & isto modo legitur sic tunc, Factus sum inimicus, idest habeo vos odio. Et sic, hoc quod sequitur; [Verum dicens vobis] potest æstimari, vt signum odij, quod tñ est signum dilectionis, s. dicere uerum, suo tñ loco & tẽpore. Alio modo, põt intelligi inimicus passiue. s. quod ipse habeatur odio ab eis. Et tunc sic legitur. Ego factus sum inimicus vobis, idest, habetis me odio. & hoc ideo: quia dico vobis uerũ; vt sic dicens uerum vobis, ponatur ut sit causa odij. Nam homines veritatem dicentes, a malis odio habẽtur. Veritas enim odiũ parit. Amos 5. Odio habuerunt in porta corripientem &c. Sed contra est, quod dicitur Prou. 28. Qui corripit hominẽ, gratiam postea inueniet apud eum, magis q̃ qui per linguæ blandimenta decipit. Sed dicendum est, q solutio hæc potest haberi ex hoc

A quod dr̃ Prou. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te, argue sapientem & diliget te. Bonitatis enim signum est, si iste qui corripitur, corripientem diligit. Et econuerso si eum oderit, signũ est malitiæ. Cum enim homo naturaliter odiat illud quod contrariatur ei quod diligit, si tu odis eum qui corrigit te de malo, manifestum est q malũ diligis. Si vero diligis eum, ostendis te odire peccata. Quia. n. homines a principio cũ corripiuntur, per amorẽ ad peccata afficiuntur. inde est, q in principio peccator corripientem odit: sed post quam iã correctus est & affectũ peccati deposuit, corripientẽ diligit. Et ideo signãter in proposita authoritate dr̃: q postea inueniet gratiam apud eũ. Consequenter cũ dicit; [Aemulantur uos &c.] Ponit aliam causam æstimatã ex parte, s. pseudo. Et primo, ponit eã. Secundo, excludit eã, ibi; [bonum aũt æmulamini &c.] Quantum aũt ad primum, sciendum est, q sicut dictũ est supra, quidam Pseudo ex Iudæis conuersi, circumeuntes ecclesias Gentium prædicabant seruari legalia. Et quia Paulus contrariũ dicebat, ideo isti detrahebant ei. Et hoc magis faciebant, vt excluderent Paulum, q̃ pro salute eorũ. Et ideo dicit; [Aemulãtur vos,] idest non patiuntur in vobis (quos diligunt potius amore concupiscentiæ, q̃ amicitiæ) [Consortium nostrum.] Aemulatio. n. est zelus ex amore quocunque proueniens, non patiẽs consortium in amato. Sed quia amor eorũ ad istos non erat bonus, tum quia non amabant eos pp utilitatem ipsorum, sed pp commodũ proprium: & hoc patet, quia uolebant excludere Apostolum ab eis, vtpote propriæ vtilitati contrariũ: tum quia hoc cedebat in damnum Galatarum, quia quærebant in eis lucrũ, per quod ipsi damnificabantur; ideo dicit, Aemulantur vos, sed non bene, quia nõ amant bonum uestrum. Et hoc apparet; [Quia uolunt uos excludere, vt æmulemini illos,] idest, vt nullum recipiatis nisi eos. Prouer. 3. Ne æmuleris hominem iniustum &c. Et Prouer. 31. Non æmuletur cor tuum peccatores. Hoc aũt excludit consequenter cum dicit: [Bonum aũt æmulamini &c.] Quasi dicat, Non debetis eos æmulari in doctrina eorum: sed æmulamini bonũ doctorem, me. s. & hmõi 1. Pet. 2. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed quia aliquis potest esse bonus doctor, in quo potest esse aliquid mali, ideo addit, Aemulamini bonum doctorem; [Sed] dico, tamen; [In bono,] idest in eo, quod bonũ est 1. Cor. 14. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia. Licet aũt Apostolus de se loquatur, sm Glo. cum dicit, [Aemulamini bonum,] addit tñ in bono, quia sicut ipse dicit 1. Corin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sed quia aliqui æmulantur doctorem bonum in sua præsentia solum, ideo addit semper, & non tantum cum præsens sum apud uos; quia æmulatio in bonum, est signum q ex amore & timore Dei qui omnia uidet, procedat: si etiam in absentia doctoris perseuerat. Colos. 3. Serui obedite per omnia dominis uestris &c.

LECTIO VI.

Supra Apostolus remouit falsam causam correctionis Galatarum: hic consequenter Apost. dictæ correctionis assignat causam ueram, quæ est dolor de eorum imperfectione. Et ideo primo dolorem cordis ex quo loquebatur, exprimit. Secundo, ponit desiderium de manifestatione huius doloris, ibi, [Vellem autem &c.] Tertio, ponit causam doloris, ibi; [Quoniam cõfundor &c.] Dolor aũt iste ex charitate procedebat, quia dolebat de E peccatis eorum. Psal. 118. Vidi præuaricãtes & tabescebam &c. Et ideo uerbum charitatis proponit, dicens; Filioli mei.] Signanter aũt non eos filios uocat, sed filiolos, vt designet eorũ imperfectionẽ, qua diminuti sunt 1. Cor. 3. Tanquã paruulis in Christo &c. Sed notandum est, q puer dum est in parturitione dr̃ filiolus. Et isti tales erant, quia indigebant iterata parturitione, cũ tñ parentes carnales semel tñ parturiant filios. Et ideo dicit eis; [Quos iterũ parturio.] Nam semel eos parturierat in prima conuersione, sed quia iã auersi erant ab eo, qui eos vocauit in aliud euangeliũ, indigebant, q iterato parturiret eos. Ideo dicit; [Parturio,] id est, cũ labore & dolore ad lucem fidei reduco. In quo apparet dolor Apostoli. Vnde conuersio hominis, partus dr̃. Iob 39. Incuruantur ad fœtum & pariunt. Apoc. 12. Clamabat parturiens,

Universidad de Deusto Biblioteca

turiens, & cruciatur, vt pariat. Et inde est, q Apostolus ex dolore dure eos corrigit, sicut mulier ex dolore partus dure clamat. Esa. 42. Quasi parturiens loquar &c. Et ratio iteratæ parturitionis est, quia non estis perfecte formati: Vnde dicit: [Donec Christus formetur in vobis,] i. recipiatis similitudinem eius, quã vestro vitio pdidistis.

Et non dicit, formemini in Christo; sed formetur Christus in vobis, ut hoc terribilius insonet auribus eorũ. Nã Christus per fidẽ formatam formatur i corde. Eph. 3. Habitare Christũ per fidem, &c. Sed qñ quis nõ habet fidẽ formatã, iam in eo moritur Christus 2. Pet. 1. Donec dies illucescat &c. Et sic sm hominis profectũ in fide, Christus in homine proficit, & econuerso, sm defectum, deficit. Qñ ergo fides in homine efficitur informis per peccatũ, Christus non est in eo formatus, & ideo quia in istis non erat fides formata, indigebant iterum parturire, donec Christus in eis formaretur per fidẽ formatam, s. quę per dilectionem operatur. Vel donec Christus formetur in vobis, i. formosus alijs per uos appareat. Posset aũt aliquis dicere, Absens iudicis talia, sed si esses apud nos, hæc non diceres, sm illud 2. Cor. 10. Presentia quidem corporis infirma, & sermo contemptibilis &c. Et ideo ponit desiderium manifestãdi dolorem suum asperius, dicẽs, [Vellem aũt esse apud uos modo, & mutare uocẽ meam,] quasi dicat. Modo blandis uerbis utor vocans vos fratres & filios in absentia: sed si essem presens asperius corriperem. Nam si quæ per literas scribo, nunc præsens & ore proferrem, durior esset correctio, vtpote quia magis possem vocem obiurgãtis exprimere, & irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris, magis q̃ per literas explicare, & magis cor uestrũ uiua uox ad confusionem de errore uestro & mea turbatione moueret. Et causa huius doloris est, [Quia confundor in vobis,] i. erubesco apud alios pro uobis, nã sicut Eccl. 21. dr, Confusio est patris de filio indisciplinato, nam cũ filius sit res patris, & discipulus, inquantum hmõi, res magistri, magister gaudet de bono quod uidet in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur, & econuerso de malo dolet & confunditur. Vnde quia isti mutati erant de bono in malũ, Apostolus confundebatur inde.

esse apud uos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.

LECTIO VII.

Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & unũ de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. quæ sunt per allegoriam dicta.

L E C T I O VII.

Supra Apostolus probauit dignitatem gratiæ per consuetudinem humanam: hic aũt probat eam authoritate scripturæ. Et primo proponit factũ. Secundo exponit mysteriũ, ibi; [Quæ sunt per allegoriam dicta &c.] Tertio, concludit propositũ, ibi; [Itaque fratres mei non sumus &c.] Circa primũ duo facit. Primo, excitat ad attentionem. Secundo proponit suam intentionẽ, ibi; [Scriptum est enim &c.] Dicit ergo; [Dicite mihi &c.] quasi dicat. Si uos estis sapientes, attendite ad ea quæ obijcio: & si non potestis cõtradicere, cedatis. Iob 6. Respondete obsecro absque contentione &c. Facio uobis aũt hanc obiectionẽ, Aut legistis legem: aut nõ legistis. Sed si legistis, scite debetis ea quæ in ea scripta sunt: sed ipsa probat se dimittendam: si aũt non legistis, non debetis recipere, quod nescitis. Prou. 4. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dicit aũt; [Sub lege,] idest sub onere legis. Nam subire aliquod leue nõ est uis, sed subire graue onus, sicut est onus legis, magnæ stultitiæ signũ esse vr. Actuum 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neq; nos portare potuimus &c. quod est intelligendũ de illis, qui uolunt carnaliter esse sub lege. Consequẽter cum dicit; [Scriptum est enim &c.] Proponit suam intentionem dicens, Ideo quero an legistis legem, quia in ipsa continentur quædam, quæ manifeste dicũnt legem non esse tenendam, & specialiter Apostolus facit mentionem de duobus filijs Abrahæ. Et primo ponit unum in quo conueniũt. Secundo duo in quibus differunt. Conueniunt quidem in uno patre. Vnde dicit. [Scriptum est, qm̃ Abraham duos filios habuit.] Habuit etiã alios, q̃ istos duos filios, quia post mortem Saræ alios genuit de Cæthura, vt dr Gen. 25. de quibus mentionem non fecit Apostolus, quia non pertinent ad hanc significationem. Possunt tñ per istos duos. s. filium ancillæ & filium liberæ duo populi. s. Iudæorum & Gentium designari: per alios uero filios Cæthuræ, scismatici & hæretici, qui quidem duo populi conueniũt in uno patre, quia Iudæi sunt filij Abraham sm carnem: Gentiles vero sm imitationem fidei, vel sunt filij Abrahæ, idest Dei, qui est pater omnium. Malac. 2. Nonne Deus pater omnium &c. Rom. 3. An Iudæorum tantum? Differunt aũt in duobus. s. in cõditione

F matris, quia unus est de ancilla, vt dr Gen. 21. Nec tñ peccauit Abraham ad eam accedens, quia accessit ad eam coniugis affectu & ordinatione diuina. Alius aũt est de libera, s. Isaac quem genuit ei Sara uxore sua. Gen. 18. Veniam ad te tpe isto uita comite & Sara uxor tua &c. Item differunt in modo generationis quia [qui de ancilla,] s. Ismael, [Secundum carnem natus est, qui aũt de libera,] s. Isaac [Per repromissionẽ.] Sed uitãdus est hic duplex falsus intellectus. Vnus, ne intelligatur per hoc qđ dicit, sm carnẽ natus est, vt accipiatur hic caro, pro actu peccati, sm illud Rom. 8. Si sm carnem uixeritis, moriemini &c. 2. Corin. 10. In carne ambulantes non sm carnem militamus, quasi Abraham peccãte natus sit Ismael. Alius intellectus vt per hoc quod dr. Per repromissionem, credatur Isaac non sm carnem natus, idest sm carnalem commistionem: sed per spiritumsanctum. Est ergo dicendum, q sm carnem, idest sm naturam carnis natus est Ismael. Nam naturale est in hominibus quod ex muliere iuuencula fœcunda, sicut erat Agar, & sene nascatur filius. Et q per repromissionem, idest supra naturam carnis natus est Isaac. Non enim ad hoc se extendit natura carnis vt ex uiro sene & uetula sterili, sicut fuit Sara, filius nascatur. Per Ismael significatur populus Iudæorum, qui sm carnem natus est. Per Isaac vero, intelligitur populus Gentium, qui natus sm repromissionem. qua promissum est Abrahæ, quod esset futurus pater multarum gentium. Gen. 22. In semine tuo benedicentur &c. Mysterium aũt exponit, cum dicit; [Quæ sunt per allegoriam dicta.] Et primo ponit modũ mysterij. Secundo exemplificat, ibi; [Hæc enim duo sunt testamenta &c.] Dicit ergo Hæc quæ sunt scripta de duobus filijs &c. Sunt per allegoriam dictã, idest, per alium intellectũ. Allegoria enim est tropus seu modus loquendi, quo aliquid dicitur & aliud intelligitur. Vnde allegoria dr ab alios, quod est alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendum est, quod allegoria sumitur aliquando pro quolibet mystico intellectu, aliquando pro uno tm̃ ex quatuor qui sunt, hystoricus, allegoricus, mysticus, & anagogicus, qui sunt quatuor sensus sacræ scripturæ, qui tñ differunt quãtum ad significationem. Est enim duplex significatio. Vna est per uoces: alia est par res, quas uoces significant. Et hoc specialiter est in sacra scriptura & non in alijs. Cum enim eius actor sit Deus, in cuius potestate est, quod non solum voces ad designandum accommodet (quod ẽt homo facere potest) sed ẽt res ipsas. Et ideo in alijs scientijs ab hominibus traditis, quæ

I non possunt accommodari ad significandum nisi tm̃ uerba, quæ uoces solũm significant. Sed hoc est proprium in ista sciẽtia, vt uoces & ipsæ res significatæ per eas aliquid significent. & ideo hæc sciẽtia põt habere plures sensus. Nam illa significatio qua uoces significant aliquid, pertinet ad sensum literalem, seu hystoricum. Illa vero significatio qua res significatæ per uoces, iterum res alias significat, pertinet ad sensum mysticum. Per literalem aũt sensum põt aliquid significari dupliciter, s. sm proprietatem locutionis: sicut cum dico, homo ridet: vel sm similitudinem seu metaphoram, sicut cum dico, pratum ridet. Et vtroque modo utimur in sacra scriptura, sicut cum dicimus quantum ad primum, q Iesus ascendit, & cum dicimus, q sedet a dextris Dei, quantum ad sm. Et ideo sub sensu literali includitur parabolicus, seu metaphoricus. Mysticus aũt sensus, seu spiritualis diuiditur in tres. Primo namque sicut dicit Apostolus, lex uetus est figura nouæ legis. Et ideo sm ea quæ sunt ueteris legis, significant ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. Item sm Dionysium in libro

K de cęlesti. Hierarchia, Noua lex est figura futuræ glorię. Et ideo secundum q ea quæ sunt in noua lege & in Christo, significant ea, quæ sunt in patria, est sensus anagogicus. Item in noua lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt exempla eorum, quę nos facere debemus, quia Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. & ideo secundum ea quę in noua lege facta sunt in Christo, & in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos facere debemus, est sensus moralis. Et omnium horum patet exemplum. Per hoc enim, quod dico, fiat lux, ad literam de luce corporali pertinet ad sensum literalem. Si intelligatur fiat lux, idest nascatur Christus in ecclesia, pertinet ad sensum allegoricum. Si vero dicatur, fiat lux, idest, vt per Christum introducamur ad gloriam, pertinet ad sensum anagogicum. Si autem dicatur, fiat lux, idest per Christũ illuminemur in intellectu, & inflammemur in affectu, pertinet ad sensum moralem.

LECTIO

L E C T I O VIII.

Superius posuit Apostolus intellectum mysticum: hic apetit mysterium. Et primo, quantum ad matres. Secundo, quantũ ad filios, ibi [Nos autem fratres &c.] Per duas autem matres, intelligit duo testamenta. Et ideo primo ponit significatũ. Secundo, exponit, ibi, [Vnũ quidẽ in monte &c.] Dicit ergo, Hæ. s. duæ vxores, ancilla, & libera [Sunt duo testamẽta,] vetus & nouum. Hier. 31. Feriam domui Israel fœdus nouum. Ecce nouum testamentum, non sm pactum &c. Ecce testamentum vetus. Libera enim significat testamentum nouum, ancilla vero vetus. Ad sciendum aũt quid sit testamentum attendi debet, q testamentum idem est, q pactum seu fœdus eorum, quæ testibus confirmantur. Vnde in scriptura multoties loco testamenti ponitur fœdus vel pactum. Vbicunque aũt interuenit fędus, vel pactum, fit aliqua promissio. Et ideo sm diuersitatem promissionum, est diuersitas testamentorum. Duo aũt sunt nobis promissa, s. temporalia in ueteri lege: & ęterna in noua. Mat. 5. Gaudete & exultate &c. Hæ ergo duæ promissiones sunt duo testamenta. Vnde Apostolus consequenter cum dicit; [Vnum quidem &c.] Exponit ipsa. Et primo, quantum ad vetus. Secundo, quantum ad nouum, ibi [Illa autem, quę sursum &c.] Ad euidentiam aũt literæ sciendum est circa primum, quod quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicitur esse filius illius, & ipsa ciuitas est sicut mater eius. Luc. 23. Filiæ Hierusalem nolite flere &c. Tren. 4. Filij Sion incliti &c. Per hoc igitur, q aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues, efficiuntur filij eius. Duplex autem est ciuitas Dei. Vna terrena. s. Hierusalem terrestris. Alia spiritualis, s. Hierusalem cœlestis. Per vetus autem testamentum homines efficiebantur ciues ciuitatis terrestris, per nouum autem, cœlestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo, proponit mysterium expositũ. Secundo, expositionis mysticæ rationem assignat, ibi [Syna enim &c.] Dicit ergo primo, dico q significat duo testamenta, s. vetus & nouum. Et quantum ad hoc dicit [Primum quidem in monte Syna &c.] Vbi primo ponit ir locus in quo datum fuit, quia ad literam in monte Syna, vt dicitur Exo. 20. Cuius secundum Glo. mystica ratio est, quia Syna interpretatur mandatum. Vnde & ab Apostolis vetus lex, vocatur lex mandatorũ. Ephe. 2. Mons autem significat superbiam. Hier. 31. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos &c. Vnde per montem istum in quo data est lex, significatur superbia iudæorũ duplex, Vna, quia superbiebant contra Deum. Deut. 31. Ego scio contentionem tuam &c. Alia, qua superbiebant contra alias nationes abutentes eo, quod dicitur in Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi &c. Secundo vero proponit, ad quid sit datum, quia non ad faciendum liberos, sed filios matris ancillæ [Generans in seruitutem, quæ est Agar,] idest significatur per Agar, quę quidem in seruitutem generat, s. vetus testamentum. Et hoc tripliciter, s. quantum ad affectum, quantum ad intellectum, & fructum. Quantum ad intellectum quidem sm cognitionem, quia in homine est duplex cognitio. Vna libera, quãdo. s. rerum ueritatem sm seipsam cognoscit. Alia vero ancilla, i. subiecta velaminibus figurarum. Et talis fuit cognitio veteris testamenti. Quantũ ad affectum vero, quia noua lex generat affectum amoris, qui pertinet ad libertatem. Nam qui amat ex se mouetur. Veros autem generat affectum timoris, in quo est seruitus. Qui enim timet, non ex se, sed ex alio mouetur. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Sed quantum ad fructum, quia ex noua generat filios quibus debetur hæreditas, sed illis quos vetus generat, debentur munuscula, sicut seruis. Ioan. 8. Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in domo in æternum. Rationem mysterij assignat cum dicit [Syna enim mons est in Arabia &c. Vbi primo oritur dubitatio, quia cum Syna distet a Hierusalem per 20. fere dietas, videtur falsum, quod Syna iunctus sit Hierusalem, vt hic Apostolus dicit. Sed ad hoc mystice respondetur in Glo. sic, vt Syna sit in Arabia. Arabiam, humilitas, vel afflictio interpretatur, in qua datum est vetus testamentum, quia homines quasi serui & alieni sub ea affligebantur carnalibus obseruantijs. Act. 14. Hoc est onus, quod neque patres nostri neque nos &c. Qui mons coniunctus est non per spatij continuitatem, sed per similitudinem [Ei quæ nunc est Hierusalem.] idest iudaico populo: quia sicut ipsi terrena diligunt, & pro temporalibus seruiunt sub peccato, ita & mons ille in seruitutẽ generabat. Sed hęc non vr intentio apostoli. Nam ipse vult q vetus testamẽtum, quod in monte Syna datum est, ex ipso loco seruitutis in seruitutem generet: quia illud dabatur in Syna; non tñ ibi remanentibus filijs Israel, sed proficiscentib. ad terrã promissionis. Hierusalem enim ẽt generat filios seruitutis, & ideo quantum ad hoc coniungitur mons Syna cum illa, Et hoc est quod dicit [Qui coniunctus est ei,] s. per continuationem itineris euntium in Hierusalem. [Quæ nunc est Hierusalem & seruit cum filijs suis,] seruitute. s. legalium obseruantiarum (a qua redemit nos Christus) & seruitute diuersorũ peccatorum. Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati & (ad literam) a seruitute Romanorum, qui eis dominabantur. Deinde cum dicit [Illa aũt, quæ sursum est Hierusalem &c.] Hic consequenter aperit mysterium de libera. Et primo exponit mysterium. Secundo, inducit prophetiam, ibi [Scriptum est. n. &c.] Primũ quidem põt dupliciter intelligi, sm quod hanc matrem possumus intelligere. Vel illam per quam generamur, quę est ecclesia militans. Vel illam matrẽ in cuius filios generamur, quæ est ecclesia triumphans. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem uiuã &c. Sic ergo generamur in præsenti ecclesia militante, vt perueniamus ad triumphantem. Hoc ergo modo illud exponẽtes a quatuor describitur mater nostra, s. a sublimitate cũ dicit [Sursum.] Secundo a nomine cum dicit: [Hierusalem.] Tertio a libertate cum dicit [Libera est.] Quarto, a fęcunditate cum dicit [Mater nostra.] Est ergo sublimis per apertam Dei uisionem, & per perfectam Dei fruitionem, & hoc quantum ad ecclesiã triumphantem. Esa. 60. Videbis & affiues &c. Col. 3. Quæ sursum sunt sapite &c. Item sublimis per fidem & spem quãtum ad ecclesiam militantem. Phil. 3. Nostra conuersatio in cęlis &c. Cant. 3. & 8. Quæ est ista, quæ ascendit &c. Sed est ẽt pacifica, quia Hierusalem, idest, visio pacis. Quod quidem cõpetit ecclesiæ triumphanti, vt habenti pacem perfectam. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem &c. Esa. 31. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item cõpetit ecclesiæ militanti, quæ in Christo pacẽ habens quiescit. Io. 6. In me pacem habebitis. Est ẽt libera. Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur &c. Et hoc quantũ ad triumphantem, & ẽt quantum ad militantẽ, vt Apoc. 21. Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalem &c. Sed fecunda est, quia mater nostra. Militans quidẽ vt generãs: triumphans; vt in cuius filios generamur. Psal. 86. Nunquid Syon dicet homo &c. Esa. 60. Filij tui de longe uenĩẽt &c. Scriptum est enim, s. Esa. 54. Secundũ enim septuaginta hic ponitur prophetia, per quam primo probatur libertas matris predictæ. Secundo eius fęcunditas, ibi [Quia multi filij &c.] Sciendũ est aũt circa primũ, q in muliere fęcunda, Primo quidem est tristitia in pariendo. Secundo, subsequitur gaudiũ in suscepta prole, sm illud Io. 16. Mulier cum parit &c. Sed mulier sterilis, nec patitur in partu, nec gaudet in prole. Differũt aũt parere & parturire quia parturire dicit conatum ad partũ, parere vero dicit eductionem fętus iam facti. In parturitione ergo dolorẽ experitur fœcunda, & in partu gaudiũ: sterilis aũt dolore parturitionis & gaudio partu priuatur. Sed hæc duo propheta indicit sterili dicens [Lætare sterilis &c.] Vbi loquitur de Hierusalem, quam dicit liberam, significatam per Saram sterilem. Nam ecclesia sterilis erat, s. ecclesia militans gentium ante conuersionẽ, quę non offerebat filiũ Deo, sed diabolo. Vnde ad Babilonem dr Esa. 47. Sterilitas & viduitas venerunt tibi &c. Et ecclesia triumphans ante passionem Christi sterilis erat: quia non generabantur aliqui in filios eius per introitum gloriæ, nisi in spe. Posita. n. erat rumphea ante ianuam paradisi, vt nullus intrare posset. Huic ergo sterili dr [Lætare quæ non paris &c.] Quasi dicat. Steriles vt dictũ est, non dolent de partu, sed de eo q non pariũt. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo &c. Sed tu lętaberis in multitudine filiorũ, Esa. 60. Tunc dilatabitur & mirabitur cor tuum, s. lętitiã mentis extra ostendens. Duo. n. sunt in partu. s. dolor ex eruptione reticulorũ quibus continetur fętus in matrice, & clamor ex ipso dolore. Et ideo dicit [Tu quæ non parturis,] s. ecclesia militans, quæ non conaris ad partum per desiderium: & triumphans quæ non parturis dolendo, vel quia nondũ uenit tempus recipiendi filios [Erumpe,] i. lætitiam quam interius habes, manifesta

LECTIO VII.

Haec enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans: quæ est Agar (Syna enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem & seruit

B cum filijs suis.) Illa autem, quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habet uirum.

nifesta exterius. [Et clama] voce laudis. Esa. 57. Clama ne cesses, &c. Et hæc duo ad libertatem pertinent. s. clamare, & erumpere: sic ergo apparet libertas matris. Sequitur fœcunditas. [Quia multi filij, &c.] Sed cum supra dictum sit ecclesiam liberam significari per Saram, vr esse dubium, an Sara fuerit deserta. Ad quod sciendum est, ꝙ deserta fuit ab Abraham, vt hic dr, nō per diuortium, sed quantum ad opus carnale. Nam Abraham vacabat quidem operi carnali, non propter concupiscentiam, sed propter prolem suscipiendam. Cum ergo innotuit ei Saram sterilem esse, deseruit eam, non frangens coniugalem thorum; sed quia non vtebatur ea ab illo præcise tempore, quo Sara introduxit ei ancillam. Per quod datur intelligi, ꝙ ecclesia Gentiū deserta erat a Christo, quia nondum venerat Christus, & quod ecclesia triūphans deserta erat ab hominib. quibus ad eam nondum patebat accessus. Huius ergo desertæ. s. ecclesiæ Gentium sunt multi filij, idest plures: [Magis quàm eius,] s. Synagogæ; [Quæ habet virum,] i. Moysen. 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos, & q̄ multos filios habebat, &c. Et hoc ueniente sponso. s. Christo, a quo deserta erat non dilectione, sed partu postposito.

LECTIO IX.

Nos autem fratres secūdū Isaac, promissionis filij sumus. Sed quō tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius. Non em̄ hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus ancillæ filii, sed liberæ qua libertate Christus nos liberauit.

LECTIO IX.

Exposito mysterio quantū ad matres: hic exponit illud quātum ad filios. Et primo ponit filiorum distinctionem. Secūdo, principalem cōclusionem, ibi; [Itaq; fratres mei, &c.] Distinctionem aūt filiorum ponit quantum ad tria. Primo, quantū ad modum originis. Secundo, quātum ad effectum dilectionis, ibi; [Sed qūo tunc, &c.] Tertio, quātum ad ius hæreditatis, ibi; [Sed quid dicit scriptura, &c.] Modus aūt originis, quo aliqui nascuntur filij Abrahę, est duplex: quidam origine carnali, sicut Ismael de ancilla; quidam aūt non carnali origine, sicut Isaac de libera; non quod naturali opere natus non fuerit, sed quia (sicut dictū est) supra naturalem virtutem carnis fuit, vt de vetula sterili filius nasceretur. Per hos aūt filios intelligitur duplex populus. Nam per Ismaelem intelligitur populus Iudæorum, qui carnali propagatione est ab Abraham deriuatus. Per Isaac aūt populus Gentium, qui per imitationem fidei ab Abraham descendit. Et ideo dicit, [Nos aūt fratres,] s. fideles, tam Iudæi, quàm Gentiles, [Secundum Isaac,] i. in similitudine Isaac, [Promissionis filii sumus,] facti Abrahæ. Gene. 12. Roma. 9. Qui sunt filij promissionis, æstimantur in semine. Sed nota, ꝙ filij carnis Abrahę ad literam sunt Iudæi, mystice aūt, qui propter carnalia, & temporalia bona ad fidem veniunt. Secundum affectum aūt distinguuntur, quia; [Qui natus erat secundum spiritum.] Sed hic est quæstio. Primo, quia non legitur, ꝙ Ismael persequutionem aliquam fecerit contra Isaac, sed ꝙ tantum luserit cum eo. Genes. 21. Cum vidisset Sara filiū ancillæ Agar ludentem, &c. Responsio. Dicendum est, ꝙ Apostolus illum ludum dicit persecutionem, quia ludus magni ad paruum est quædam illusio, cum maior cum paruo ludens intendit eum decipere. Vel ēt, ut dicunt quidam Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas faciebat. Per hoc aūt docebat eum auerti a cultu vnius Dei, quod est magna persecutio, cum maius malum sit inferre mortem spiritualem, quàm corporalem. Quod tn̄ ideo in Gene. appellatur ludus, quia sub specie ludi hoc faciebat. Est ēt quæstio, quomodo filij secundum carnem persecuti fuerint, & persequantur filios s̄m spiritum. Sed ad hoc est responsio, quia a principio primitiuæ ecclesiæ Iudæi persecuti sunt Christianos, ut patet in Actibus Apostolorum, & facerent ēt nunc si possent. Nunc etiā carnales persequuntur in ecclesia spirituales viros ēt corporaliter, illi. s. qui quærunt gloriam, & tēporalia lucra in ecclesia. Vnde dr̄ in Glo. Omnes, qui in ecclesia terrenam facultatem quærunt a Domino, ad hunc Ismaelem pertinent. Ipsi sunt, qui contradicunt spiritualibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua, & linguas dolosas, & subdolosas. Spiritualiter autem persequuntur spirituales filios, superbi, & hypocritæ. Nam aliquādo aliqui manifeste carnales, & mali culpam suam recognoscentes, bonis se humiliant, serui vero bonitatem quam ipsi non habent, persequuntur in alijs. Est etiam quęstio, quia hęretici, quos nos persequimur, dicunt se natos s̄m spiritum, nos

F vero s̄m carnem. Sed dicendum est, ꝙ duplex est persecutio. Vna bona, qua aliquis persequitur alium, vt reducat eum ad bonum, & hanc uiri iusti faciunt malis, & spirituales carnalibus, vel ut eos corrigant, si conuerti uolūt, vel si obstinati sunt in malo destruant, ne gregem domini inficiant. Alia persecutio est mala, qua quis persequitur aliū, vt peruertat ad malum, & hāc qui s̄m carnem nati sunt, faciūt his, qui nati sunt s̄m spiritum. Quantum vero ad ius hæreditatis distinguuntur per authoritatem scripturæ. Gen. 21. [Eijce ancillā, & filiū eius.] In quo datur intelligi, ꝙ Iudæi, & persecutores fidei Christianæ & etiam carnales, & mali Christiani eijcientur a regno cęlesti. Matt. 7. Multi uenient ab oriente, &c. Apoc. 22. Foris canes, & venefici, &c. Ancillam etiam, idest malitia, & ipsum peccatum eijcietur. Eccl. 18. Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subditur, quia [Non erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ. In mundo enim isto boni sunt malis permisti, & mali bonis. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, &c. Sed in æterna patria non erunt nisi boni. Iudic. 11. Dicitur ad Iephthe. Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera natus es. Quam quidem libertatem habemus a Christo. Vnde dicit, [Qua libertate, &c.] Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

CAP. V. LEC. I.

G STATE ergo: & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.

LECTIO PRIMA.

H Supra ostendit Apostolus, ꝙ per legem non est iustitia. Hic vero reducit eos ab errore ad statum rectitudinis. Et primo quantum ad diuina. Secundo, quantum ad humana. 6. c. [Et si præoccupatus fuerit homo, &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit admonitionem. Secundo, eius rationē assignat, ibi; [Ecce ego Paulus, &c.] Et in admonitione etiam duo facit. Quorum unum est inductiuum ad bonum. Secundum, prohibitiuum a malo. Inducit quidem ad bonum, cum dicit, [State ergo.] Quasi dicat. Ex quo per Christum liberati estis a seruitute legis, state firma fide, & fixo pede permanētes in libertate. State ergo, cum dicit, state, inducit ad rectitudinem. Qui enim [illegible] ctus est. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, &c. Inducit ēt ad [illegible] tatem. 1. Cor. 15. Stabiles estote, & immobiles, &c. Ephe. 6. State succincti lumbos vestros, &c. Prohibet vero, & retrahit a malo, cum subdit, [Et nolite iterū iugo seruitutis contineri,] [illegible] I subijciamini legi, quæ in seruitutem generat. De quo [illegible] Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos [illegible] a quo tn̄ per Christū liberati estis. Esa. 9. Virgā humeri eius [illegible] Ideo aūt addit, iterum, non quia prius sub lege fuerint: sed [illegible] vt Hiero. dicit inter Epistolas Aug. Epist. 11. post Euangelium seruare legalia, adeo peccatum est, vt sit sicut seruire idolatriæ, [illegible] de, quia isti idolatræ fuerant, si subijciant se iugo circuncisionis & aliarum legalium obseruationū, quasi ad eadem reuertuntur, quibus antea in idolatria seruierant: s̄m Aug. vero in Epist. [illegible] (vt supra dictum est,) circa legalium obseruantias triplex tempus distinguitur. s. tempus ante passionem, ante gratiam diuulgatam, & post gratiam diuulgatam. Post ergo gratiam diuulgatam seruare legalia, est peccatum mortale, ēt ipsis Iudæis. Sed in [illegible] medio. s. ante gratiam diuulgatam, poterant quidem absque peccato ēt illi, qui ex Iudæis conuersi fuerant, legalia seruare, dum tn̄ in eis spem non ponerent, conuersis vero ex gentibus non licebat ea seruare. Quia ergo Galatæ ex Iudeis non erant, & le-K galia seruare uolebant, & ponebant in eis spem, ideo reuertebantur in iugū seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idolatria, inquantum non recte sentiebant de Christo, credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. Deinde cum dicit: [Ecce ego, &c.] Exponit prædicta duo. Et primo secundum, secundo primum, ibi, [Nos aūt spiritus, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quid sit iugum seruitutis, quod non debent subire. Secundo probat, ibi, [Euacuati estis, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit iugum illud esse valde nociuum. Secundo, valde onerosum, ibi, [Testificor autem, &c.] Nociuum est quidem iugum legis, quia aufert dominicæ passionis effectum. Et ideo dicit, [Nolite contineri iugo seruitutis, quia [Ecce ego Paulus] qui supple, voce authoritatis dico, & bene, [Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit,] i. fides Christi. Sed contra Act. 16. dicitur, ꝙ Paulus circuncidit Timotheū, ergo quod

quòd Christus ei nihil prodesset, ergo decepit eum. Respondeo; Dicendum est secundum Hieronymum, quod Paulus non circuncidit Timotheum quasi legem seruare intenderit, sed simulauit se circuncidere, faciendo opus circuncisionis. Nam secundum ipsum, Apostoli simulatoriè seruabant legalia ad vitādum scandalum fideliū ex Iudæis. Faciebant autem actus legaliū, non tamen cum intentione seruandi legalia, & sic non exibant à fide. Vnde non decepit Timotheum. Secundum vero Augustin. dicendum est, quòd Apostoli secūdum veritatem seruabant legalia, & cum intentione ea seruandi, quia secundum Apostolorum sententiam licebat fidelibus ex Iudæis illo tempore, scilicet ante gratiā diuulgatam ipsa seruare. Et ideo quia Timotheus fuit ex matre Iudæa, circuncidit eum Apostolus, cum intentione seruandi legalia. Quia vero Galatæ ponebant spem in legalibus post gratiam diuulgatā, quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutem, & ideo ea seruare volebant, ideo dicit eis Apostolus, [Si circuncidimini, &c.] Sequebatur enim ex hoc, ꝙ non reputarent Christum, in cuius signū data fuit circuncisio. Gen. 17. Vt sit in signum fœderis inter me & vos &c. Qui ergo circuncidebantur, credebant adhuc signū durare, & tunc signatum nondum venisse, & sic excidebant à Christo. Sic ergo patet onus legis esse nociuum. Est etiam valde onerosum, quia obligat ad impossibile, & hoc est, quod dicit, [Testificor autem &c.] quasi dicat. Dico quòd [si circuncidimini Christus vobis nihil proderit.] Sed adhuc [Testificor enim omni homini] scilicet, Iudæo & Gentili, &c. Nam quicunq; profitetur in aliqua religione, facit se debitorem omniū, quæ ad obseruantiam illius religionis pertinent. Et sicut dicit August. Nunquam fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo, ad quod obligarentur, qui in ipsa Religione viuunt, sicut in religione Christiani, signum visibile est Baptisma, ad quod omnes Christiani tenentur quo ad cultum. Obligantur etiam ad omnia, quæ ad cultū Christianæ religionis pertinent. Signum autem legis Mosaycæ, fuit circuncisio. Quicunque ergo circuncidebāt se, obligabantur ad omnia legalia seruāda ac implenda, & hoc est, quod dicit. [Quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.] Iac. 2. Qui offendit in uno, factus est omnium reus, Quam tamen nullus seruare poterat s̄m illud Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus &c. Sed dato, quòd aliquis circumcideretur, ergo secundum prædicta obligat se ad seruandum legalia: sed hoc est peccatum mortale, ergo tenetur peccare mortaliter & sic videtur esse perplexus: Respondeo, Dicendum est, ꝙ eadē conscientia durante, tenetur seruare legalia, puta si aliquis haberet conscientiam, quòd nisi circuncideretur peccaret mortaliter, & circuncisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter, si non obseruaret legalia: cuius ratio est, quia habere conscientiam de re aliqua facienda, nihil aliud est, quàm æstimare, quòd faciat contra Deum, nisi illud faciat. Facere autem contra Deū est peccatum. Sic ergo dico, quòd nisi faceret hoc ad quod inducit conscientia, peccaret mortaliter, non quidem ex genere operis, sed ex intentione operantis. Et similiter si facit, peccat: quia huiusmodi ignorantia non excusat, cum sit ignorantia iuris. Nec tamen est perplexus simpliciter, sed secundum quid, quia potest deponere erroneam conscientiam. Et hoc modo hic Apostolus testificatur omni circūcidenti se, quòd tenetur ad seruandum legem. Consequenter cum dicit [Euacuati estis &c.] Probat quæ dixit, scilicet quòd non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam præsentis, quod est duplex. Vnum est amissio Christi. Secundum est, amissio gratię Christi. Primū, est causa secūdi, ibi, [Qui i lege &c.] Dicit ergo, [Euacuati &c.] quasi dicat. Verè Christus vobis nihil proderit, quia euacuati estis à Christo: idest habitatione Christi. Secundum damnum est, amissio gratiæ, ideò dicit; [A gratia excidistis,] qui scilicet: prius eratis pleni gratia Christi, quia de plenitudine eius accepimus oēs. Io. 1. De plenitudine Christi nos oēs accepimus, &c. Et Eccles. 21. Cor fatui, quasi vas confractum & omnem sapientiā non tenebit. Vos dico, [Qui in lege iustificamini,] idest creditis iustificari [A gratia] scilicet habenda futuræ beatitudinis: vel etiam à iam habita, [Excidistis.] Apoc. 2. Memor esto unde excideris & age pœnitentiam.

LECTIO II.

Nos aūt spiritu ex fide, spē iustitiæ expectamus. Nā in Christo Iesu neq; circūcisio aliquid valet: neq; pręputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: qs vos impediuit veritati non obedire? Nemini consenseritis. B Persuasio hæc nō est ex eo, qui vocat vos. Modicum fermen-

LECTIO II.

A Explicauit Apostolus s̄m documentum. s. ꝙ nō esset subeūdum iugum seruitutis legis, hic autem redit ad primū, ostēdens, ꝙ stare debeāt. Et primo proponit standi exemplū. Secundo, remouet stationis impedimentum, ibi; [Currebatis, &c.] Tertio, assignat standi causam, ibi, [Vos autē in libertatem, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit stādi exēplum. Secūdo, causam eius assignat, ibi, [Nā in Christo Iesu, &c.] Dicit ergo, Qui ī lege volūt iustificari, Christus eis nihil prodest, quia exciderūt a gratia, [Sed nos,] s. Apostoli stamus per quem, quia. s. [Expectamus spem iustitiæ,] i. iustitiā, & spem, s. æternam beatitudinem. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Vel [Spem iustitiæ,] i. Christum, per quem est nobis spes iustitiæ, quia per eum iustificamur. Phil. 3. Saluatorē expectamus, &c. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, &c. Vel spē iustitiæ, i. spē, quæ est de iustitia, vt iustificemur non per legē, sed per fidem. Ro. 3. Arbitramur hoīem iustificari per fidem, sine operibus legis. Vel [Spem iustitiæ,] i. rem speratam in quam tendit iustitia, s. vitam æternam 2. Tit. vlt. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Et hoc ex fide, quia iustitia Dei est per fidem Iesu Christi, vt dicitur Roma. 3. Quæ quidem fides non est ab homine, sed à spi-C ritusancto, qui eam inspirat. Rom. 8. Accepistis spiritum filiorū, in quo clamamus; Abba pater, &c. Sicut ergo fides est ex spiritu, ita ex fide est spes, ex spe iustitia, per quam peruenimus ad vitā æternam. Hæc aūt spes nō uenit ex circuncisione, neq; ex gentilitate, quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit [Nam in Christo Iesu,] i. in his, qui sunt in fide Christi: [Neq; circuncisio, neque præputium &c.] Idest, indifferentia sunt, [Sed fides] non in formis, sed ea [Quæ per dilectionē operatur,] Iac. 2. Fides sine operibus mortua est &c. Nā fides est cognitio uerbi Dei. Eph. 3. Habitare Christū per fidem, &c. Et hoc uerbū nec perfecte habetur, nec perfecte cognoscitur, nisi etiam habeatur amor quē sperat. Hic sunt duo dubia, circa Glosam. Primum est, ꝙ dicit præputium & circuncisionē esse indifferentia, cū supra dixerit, Si circuncidimini, Christus uobis nihil proderit, Sed dicendū est: qd ex gn̄e operis sunt indifferentia, s. illis, qui non ponunt spem in eis, sed ex intentione operantis non sunt indifferentia. Nā ponētibus in eis spem, mortifera sunt. Secundū dubiū est de hoc: qd D dicit, quod isti, qui non credunt, peiores sunt, quā dæmones: cum dæmones credant & contremiscant. Rn̄deo, Dicendum est, qd peiores quidem sunt ex specie operis, sed non quantum ad affectum. Nam dæmonibus displicet hoc, ꝙ credunt, nec etiā est tanta nequitia uoluntatis in homine qui non credit, quanta in dæmone, qui odit, quod credit. Consequenter cum dicit [Currebatis bene &c.] Agitur de impedimento stationis. Et primo ponit impedimentum. Scdo docet eius remotionē, ibi [Nemini consenseritis &c.] Impedimentū stationis eorū magnū erat & nociuū, nam tanto aliquid est magis nociuum, quanto maius bonum priuat. Quando ergo aliquis multis bonis spiritualibus priuatur: signum est habuisse magnū impedimentum. Et ideo, vt ostendat eos Apostolus magnum impedimentū habuisse, cōmemorat eis bona spiritualia, q̄ amiserunt cum dicit [Currebatis bene &c.] s. per opera fidei formatæ per charitatem, quæ instigat ad curren-E dum. Ps. 118. Viam mandatorum tuorū cucurri cū dilatasti cor meum. Et hoc quidē fuit olim in uobis, sed dum sic currebatis, estis impediti: & ideo subdit, Quis uos fascinauit? de quo dictū est sup. 3. c. & ideo supersedeo ad præsens. Quis ergo uos fascinauit, i. impediuit ueritati, s. euāgelicæ, [Nō obedire.] Et hoc congruè dicit. Nam obedire est uoluntatis applicandæ ad cōsensum præcipientis. Et ideo fides est uoluntatis & intellectus scientia. Oportet ergo uoluntati fidei obedire, hoc aūt est volēdo credere; quòd gratia fidei Christi sufficiat ad salutem sine legalibus obseruantijs. Excludit autem impedimentum, cum dicit [Nemini &c.] Et hoc, ex triplici parte. Primo, ex parte eorum. Secundo, ex parte Dei, ibi [Ego confido &c.] Tertio, ex parte Apostoli, ibi [Ego autem fratres si &c. Ex parte eorum, cum dicit [Nemini &c.] Vbi primo ostendit, quid requiratur ex parte eorum, ut uitent hoc nocumentum, scilicet, quòd nemini Pseu-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

do deinceps consentiant 1. Thes. 5. Non sumus noctis neque tenebrarum, &c. Ephe. 5. Nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum, &c. Et 2. Timo. 2. Et sermo eorum, vt cancer serpit, &c. Ex quo datur intelligi, ꝙ nondum erant corrupti, sed sollicitabantur de hoc. Secundo assignat rationem huius cum dicit. [Persuasio. n. &c.]

Et hæc est duplex. Prima, quia homo cum dat se alicui, nihil debet facere nisi quod vtile duxerit sibi: sed vos traditi estis Christo, ergo non debetis audire, vel consentire, nisi his, quæ sunt ab ipso, ergo hæc persuasio, qua uos uolunt mittere sub iugo legis, quia nō est ex eo,

tum totam massam corrumpit. Ego confido in uobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis. Qui, autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum

scilicet ex Deo, [Qui uos uocauit.] ad uitam, sed ex diabolo, inquantum. s. deficiens est. Et ideo non consenseritis eis. Vel non ex eo, idest contra ipsum. Secunda ratio est, quia posset dici, qđ non est magnum si paucis consentiatur, cum ex hoc non sit periculum. & ideo dicit, ꝙ non est eis consentiendum, nec eorū insidiæ sunt contemnendæ, sed debent principijs obstare, quia [Modicum fermentum, &c.] Idest illi pauci, qui uobis persuadent. Vel hæc persuasio parua in principio. [Totam massam corrumpit,] idest congregationem fidelium Leuit. 2. Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Dñi. Consequēter cum dicit: [Ego confido in uobis, &c.] Remouet impedimentum ex parte Dei, qui auxilium ad hoc præbet, & ponit duplex auxiliū. Vnum, quantum ad seducentes. Aliud, quantum ad conturbantes, ibi. [Qui aūt conturbant, &c.] Dicit ergo, [Ego cōfido, &c.] quasi dicat. Dixi, ꝙ non consentiretis pseudo, [Et confido in uobis.] 1. Cor. 7. Gaudeo, ꝙ in omnibus confido in uobis. Heb. 6. Confidimus aūt de vobis dilectissimi meliora & uiciniora saluti. Confido, inquam, in hoc scilicet, [Quod nihil aliud sapietis, quam quod nos docui.] supra 1. Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus, Anathema sit. Phil. 2. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, &c. Et hoc ex auxilio diuino. Et ideo dicit. [In domino Deo, s. operante. 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus per Christū ad Deū, &c. Quia Dñs dabit uobis sapere sm sobrietatem catholicæ ueritatis. Psal. 91. Bonum est confidere in Dño, &c. Quantum aūt ad conturbantes dicit, [Qui aūt conturbat, &c.] Idest, qui remouet vos à debito ordine, vt. s. à spiritualibus conuertamini ad corporalia, cum debeat esse contrarium. 1. Corin. 15. Non prius, quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod, &c. Et cum talis ordo sit peruersus, vt dr̄ supra 3. Sic stulti facti estis, vt cū spiritu cęperitis, &c. Ideo. [Portabit iudicium.] idest condemnationem sustinebit. Sicut enim qui inducit aliquem ad bonum, remuneratur, Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiuit plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, &c. ita qui inducit aliquem ad malū, condemnatur, Iosue 7. Quia turbasti nos, exturbet te Dñs in hac die. Deut. 27. Maledictus, qui errare facit cęcum in itinere. Et hoc [Quicunque est ille,] idest quantæcunque sit authoritatis, non parcetur ei: Sed Porphyrius & Iulianus in hoc reprehendunt Paulum de præsumptione dicentes, ꝙ hoc dicit lacerās Petrū (cum supra in faciem se restitisse scripserit) vt sit sensus, quicunque sit ille, idest, ēt si Petrus esset, puniretur. Sed ut Aug. dicit, non est credendum, ꝙ Paulus cum maledicto de ecclesiæ principe loqueretur, cum scriptum sit. Exo. 22. Principem populi tui non maledices: nec ēt ꝙ Petrus sic offenderit, ꝙ esset dignus cōdemnatione. Dicit ergo Apostolus de quodam alio, qui de Iudæa veniens, dicebat se fuisse discipulum magnorum Apostolorum, & sub ista authoritate corrumpebat Galatas ipse cum alijs falsis prædicatoribus. supra 2. Propter subintroductos falsos fratres, &c. Consequenter cum dicit, [Ego aūt fratres, &c.] Remouet impedimentum ex parte sua. Et primo ponit excusationem. Secundo eorum, qui eum infamabant obiurgationem, ibi [Vtinam abscindantur, &c.] Excludit aūt falsum quod ei imponebatur. Et primo aliquid pertinens ad ipsum tm̄. Secūdo aliquid pertinens ad oēs, ibi: [Ergo euacuatum est, &c.] Sciendum est circa primum, ꝙ Pseudo, Galatis excusantibus se de eo, ꝙ nō seruabant legalia, quia ita edocti erant ab Apostolo, & dicebāt, ꝙ Apostolus deceperat eos, & ꝙ in seruitutem eorum, hæc persuaserat eis, & confirmabant, dicentes Paulum prædicasse in Iudæa, & docuisse legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc Apostolus, dicens [Ego aūt fratres, si circuncisionem adhuc prædico,] sicut imponūt mihi Pseudo, [Quid adhuc persecutionem

F patior?] s. à Iudæis. 1. Cor. 4. Persecutionem patimur, &c. Nam Iudæi specialiter pp hoc persequebantur Paulum, ꝙ prædicabat legalia non debere seruari. Act. 21. dicit Iacobus Paulo, Audierunt de te quia discessionem doceas à Moyse eorū, qui per Gentes sunt Iudæorū, dicens eos non debere circuncidere filios, &c.

est scandalum crucis. Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.

LECTIO III.

Vos. n. in libertatem uocati estis fratres, tm̄ ne libertaté in occasioné detis carnis,

G Patet ergo, quod non est uerum, quod mihi imponunt, alioquin persecutiones adhuc non paterer: Falsum est ēt id, qđ mihi imponunt per id quod est, ter est apud alios, qui si circuncisioné prædico, euacuatū est scandalum crucis. Nā non solum ego, sed ēt alij Apostoli prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, &c. vt dr̄ 1. Cor. 1. Et de hoc maxime scandalizantur, quia prædicamus, ꝙ per crucem Christi legalia euacuantur. [Si ergo] prædico circuncisioné, [Euacuatū est scandalum,] i. non erit scandalum apud Iudæus vltra de cruce. Nam patienter sustinerent: immo libenter vellent, ꝙ prædicaremus crucem & legalia simul debere seruari. Vel sm Aug. Euacuatum est scandalum crucis, i. euacuata est crux, quæ est scandalum, quasi dicat. Crux perdidit effectum suū & uirtutem. supra 2. Si ex lege esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Dicit aūt Apostolus specialiter euacuatum est, &c. [vt det intelligere, ꝙ pp hoc Iudæi occiderunt Christū, quia legalia non seruabat, & ea non esse seruāda docebat. Io. 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Consequenter obiurgat Pseudo, qui eum infamauerant dicens. [Vtinam abscindantur, &c.] quasi dicat. Qui conturbant vos in hoc, ꝙ uolunt uos circuncidi, sed utinam non

H solum circuncidantur, sed totaliter castrentur. Sed contra. Ro. 12. Benedicere & nolite maledicere, &c. Ad hoc est duplex responsio. Prima est, ꝙ non maledixit Apostolus eis, sed potius benedixit, quia optauit eis, vt spiritualiter castrentur, vt seruent spiritualem castitaté cassando cæremonialia, sm illud Matt. 19. Sunt quidam eunuchi, qui se castrauerūt pp regnum cœlorum. Secundo, ꝙ optat eis sterilitatem prolis quam habent Eunuchi, vt. s. non generent. Vnde ait, [Vtinam & abscindantur &c.] est uim generandi perdant in uobis, & alijs. Et hoc merito, quia generant filios in errorem, & redigunt eos in seruitutem legis. Osee 9. Dabo eis vuluam sine liberis, & ubera arentia.

LECTIO III.

Proposito exēplo standi, & remoto eius impedimēto: hic docet modū ipsius. Et primo ponit modū standi. Secūdo exponit, ibi; [Omnis. n. lex, &c. Circa primum tria facit. Primo ponit

I conditioné status. Secundo, remouet abusum standi. Tertio innuit standi modū. Conditio quidem standi est libertas. Cum status cōditio pertinet ad seruitutē, vel ad libertatem: sed status fidei Christi ad quem inducit Apostolus ad libertatē pertinet, quia est ipsa libertas. Et ideo dicit; [Vos. n. &c.] quasi dicat. Recte conturbant uos, quia abducunt a meliore in peius, quia uos [uocati estis,] s. a Deo [in libertatem] gratię. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, &c. supra 4. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, &c. Vos, inquam, qui liberi estis per Christum, volunt ducere in seruitutem. Abusus aūt status est, si in deterius prolabatur, & libertas spiritus peruertatur in seruitutē carnis. Galatæ aūt iam liberi erant a lege. Sed ne credatur eis licere peccata committere, quæ lex prohibebat, ideo Apostolus subdit abusum libertatis, dicens. [Tm̄ ne, &c.] q. d. Liberi estis, ita tñ, ꝙ non abutamini libertate vestra impune uobis peccandū esse arbitrantes. 1. Cor. 6. Videte

K ne forte hęc licentia vestra, offendiculū fiat infirmis. Modus aūt standi est per charitatem. Vnde dicit, [Sed per charitatem spiritus, &c.] Status aūt totus est in charitate, sine qua homo nihil est. 1. Cor. 13. Et sm diuersos gradus charitatis, distinguitur diuersi status. Sic ergo status gratiæ est non per affectum carnis, [Sed per charitatē spiritus,] i. quæ procedit a spiritu sancto, per quē debemus inuicem esse subiecti & seruire infra 6. Alter alterius onera portate, &c. Ro. 12. Honore inuicē præuenientes, &c. Sed cum superius dicat ꝙ sint uocati in libertatē, quid est quod modo dicit, [Seruite inuicem?] Ad quod dicēdum est, ꝙ hoc exigit charitas, vt inuicem seruiamus, & tū libera est. Sciendum est tamen, quòd sicut Philosophus dicit, Liber est, qui est causa sui: seruus autem est causa alterius, vel ut mouentis, vel ut fi-

nis;

nis; quia seruus nec a se mouetur ad opus, sed a Dño, & propter utilitatem domini sui. Charitas ergo quantum ad causam mouentem, libertatem habet, quia a se operatur 2. Cor. 5. Charitas Christi urget nos, spontanee, s. ad operandum, seruus autem est, cum postpositis proprijs utilitatibus, accommodat se utilitatibus proximorum. Cōsequenter cum dicit; [Omnis lex &c.] Exponit quæ dicit, & primo de dilectione. Secundo, de libertate nō danda in occasionem carnis, ibi: [Spiritu ambulate &c.] Circa primū monet ad charitatem sectandā. Pri-

sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum; Quòd si inuicem mordetis & comedetis: videte ne ab inuicem consumamini.

mo, propter utilitatem quam consequimur in impletione. Secūdo, propter damnum charitatis neglectæ, quod incurrimus, ibi; [Quod si inuicem &c.] Vtilitas aūt, quam consequimur ex impletione charitatis maxima est; quia in ea implemus bonam legem. Et ideo dicit; [Omnis enim &c.] quasi dicat, Ideo charitas est habenda: quia; [Omnis lex in uno sermone impletur,] s. in uno præcepto charitatis. Rom. 13. Qui diligit proximū, legem impleuit. Et in eodem cap. dicitur, Plenitudo legis est dilectio. Et idem dicit 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas. Sed contra, quia dr̄ Matt. 20. In his duobus mandatis. s. de dilectione Dei & proximi, tota lex pendet & prophetę, non ergo in uno præcepto tm̄ impletur. Resp. Dicendum est, ꝙ in dilectione Dei includitur dilectio proximi. 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Et econuerso proximum diligimus pp Deum. impletur ergo tota lex in uno præcepto charitatis. Præcepta enim legis reducuntur ad illud pręceptum. Nam omnia præcepta, vel sunt moralia, vel sunt cerimonialia, vel iudicialia. Moralia quidem sunt præcepta decalogi, quorum tria pertinent ad dilectionem Dei, alia septem ad dilectionem proximi. Iudicialia aūt sunt, vt quicunque furatur aliquid reddat quadruplum, & his similia, quę similiter ad dilectionem proximi pertinent. Ceremonialia vero sunt sacrificia & huiusmodi, quæ reducuntur ad dilectionem Dei. Et sic patet, ꝙ omnia in uno præcepto charitatis implentur; [Diliges proximum tuum sicut te ipsum,] & est scriptum Leuit. 19. Dicit autē. Sicut teipsum non quantum teipsum, quia homo, sm ordinem charitatis, magis debet se diligere quàm alium. Exponitur aūt tripliciter. Vno modo ut referatur ad ueritatem dilectionis. Amare. n. est velle bonum alicui. Et ideo dicimus amare aliquem cui uolumus bonum, & ēt bonum illud amamus, quod ei uolumus, sed diuersimode, quia cum volo bonum mihi, me diligo simpliciter propter me: bonum aūt illud quod mihi volo, diligo non propter se, sed ppter me. Tunc ergo diligo proximū sicut meipsum, idest eodem modo quo meipsum, qñ volo ei bonum propter se, non quia est mihi utilis, vel delectabilis. Secundo modo, vt referatur ad iustitiam dilectionis. Vnaquęque enim res est inclinata velle sibi illud, quod potissimum est in ea, potissimum aūt in homine est intellectus & ratio, ille ergo diligit se, qui vult sibi bonum intellectus & rationis. Tunc ergo diligis proximum sicut teipsum, qñ vīs ei bonum intellectus, & rationis. Tertio modo, vt referatur ad ordinem, s. vt sicut te diligis propter Deum, ita & proximum propter ipsum diligis, s. vt ad Deum perueniat; Consequenter cum dicit; [Quod si inuicem &c.] Inducit ad charitatem sectādam, ex damno quod incurrimus si eam negligamus. Vbi loquitur Galatis adhuc quasi spiritualibus, abstinens a commemoratione maiorum uitiorum & eorum, quæ minora uidentur mentionem facit, s. de uitijs linguæ. Et ideo dicit; [Quod si inuicem &c.] quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur, qđ; [Si uos inuicem mordetis] idest in parte famam proximo detrahendo, aufertis: qui enim mordet, non totū accipit, sed partem; [Et comeditis,] idest totam famam aufertis, & totaliter detrahēdo confunditis. Nam qui comedit, totum absorbet Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum fratres mei &c. Si ita, inquam, charitatem negligitis; [Videte] damnum, quod imminet uobis, s. quòd: [Ab inuicem consumamini.] Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. Esa. 49. Et vane fortitudiné meam consumpsi &c. Nā sicut Aug. dicit, Vitio contemptionis & inuidiæ, perniciosa iurgia inter homines nutriūtur, quibus cōsumitur societas & uita.

LECTIO IIII.

Postquam Apostolus manifestauit in quo consistit status spiritualis, quia. s. in charitate: consequenter hic agit de causa status. s. de spiritu sancto, quem dicit esse sequendum. Vbi ponit

A triplex beneficium spiritus sancti. Quorum primum est, liberatio a seruitute carnis. Secundum est, liberatio a seruitute legis. Et tertium est collatio uitæ, seu securitas a damnatione mortis. Secundum, ibi: [Quod si ducimini &c. Tertium ibi: [Si spiritu viuimus &c. [Circa primum duo facit. Primo ponit primū beneficium spiritus. Secundo beneficij necessitatem ostendit ibi: [Caro enim &c.] Dicit ergo, [Dico] ꝙ debetis per charitatē spiritus inuicem seruire, quia nihil prodest sine charitate. Sed hoc dico: [In Christo, idest per fidem Christi:

LECTIO IIII.

DICO autem in Christo; Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupi-

[Spiritu ambulate,] idest mente & ratione. Quandoque enim

B mens nostra spiritus dicitur, sm illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestre & 1. Corin. 4. Psallam spiritu, psallam & mente. Vel Spiritu ambulate, idest spiritu sancto proficite bene operando. Nam spiritus sanctus mouet & instigat corda ad bene operandum. Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Ambulandum est ergo spiritu, idest, mente, vt ipsa ratio siue mens legi Dei concordet, vt dicitur Ro. 7. Nam spiritus humanus per se uanus est & nisi regatur aliunde, fluctuat hac atque illac, vt dicitur Eccle. 34. Et sicut parturientis cor tuum fantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio &c. Vnde de quibusdam dr̄ Ephe. 4. Ambulant in uanitate sensus sui &c. Non ergo perfecte stare potest ratio humana, nisi secundum ꝙ est recta a spiritu diuino. Et ideo dicit Apostolus, Spiritu ambulate, idest per spiritum sanctum regentem & ducentem, quem sequi debemus sicut demonstrantem viam. Nam cognitio supernaturalis finis non est nobis nisi a spiritusancto. 1. Corin. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Et sequitur. Nobis autem re-

C uelauit Deus per spiritum suum. Item, sicut inclinantem. Nam spiritus sanctus instigat, & inclinat affectum ad bene uolendū. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo aūt spiritu ambulādum est, quia liberat a corruptione carnis. Vnde sequitur: [Et desideria carnis non perficietis,] idest delectationes carnis quas caro suggerit. Hoc desiderabat Apostolus dicens. Roman. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei &c. Et postea conclusit in octauo capite, Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui nō sm carnem ambulant. Huius rationem ibidem subiungit dicens. Quia lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me a lege &c. Et hoc est speciale desiderium sanctorum, vt non perficiant desideria ad quæ caro instigat: ita tamen, quod in hoc non includantur desideria, quæ sunt ad necessitatem carnis, sed quæ sunt ad superfluitatē. Consequenter cum dicit: [Caro enim concupiscit &c.] Ponit ne-

D cessitatē huius beneficij, quæ est ex impugnatione carnis & spiritus. Et primo ponit ipsam impugnationem. Secundo manifestat eam per euidens signum, ibi: [Hæc enim inuicem aduersantur &c.] Dicit ergo, Necessarium est, quod per spiritum, carnis desideria superetis. Nam: [Caro cōcupiscit aduersus spiritum.] Sed hic videtur esse dubiū, quia cum concupiscere sit actus animæ tm̄, non videtur, ꝙ competat carni. Ad hoc dicendum est sm Aug. quod caro dicitur concupiscere inquantum anima sm ipsam carnem concupiscit, sicut oculus dicitur videre, cum potius anima per oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit, qñ ea quæ delectabilia sunt, secundum carnem appetit. Per se vero anima concupiscit, quando delectatur in his, quę sunt sm spiritum, sicut sunt opera uirtutum, & contemplatio diuinorum, & meditatio sapientiæ. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum &c. Sed si caro concupiscit per spiritum, qūo concupiscit aduersus eum? In hoc scilicet, quod concupiscentia carnis impedit concupiscentiam spiri-

E tus. Cum enim delectabilia carnis sint bona quę sunt infra nos: delectabilia vero spiritus bona quæ sunt supra nos, contingit quod cum anima circa inferiora quæ sunt carnis occupatur, retrahitur a superioribus, quæ sunt spiritus. Sed videtur etiam dubium de hoc, quod dicit scilicet, quod: [Spiritus concupiscit aduersus carnem. [Si enim accipiamus hic spiritum pro spiritusancto: concupiscentia autem spiritussancti sit contra mala, consequens videtur, quod caro aduersus quam concupiscit spiritus sit mala, & sic sequitur error Manichei. Respondeo: dicendum est, ꝙ spiritus non concupiscit aduersus naturam carnis, sed aduersus eius desideria, quę scilicet sunt ad superfluitatem. Vnde & supra dictum est, Desideria carnis scilicet superflua nō perficietis in necessarijs enim spiritus non cōtradicit carni, quia ut dicitur,

Ephe. 5. Nemo carnem suam odio habuit. Consequenter cum dicit; [Hæc enim &c.] Ponit signum compugnationis, quasi dicat, Experimento patet, quod cōtra seinuicem pugnant; &; [Aduersantur,] intantum; [Vt non quæcunque vultis] bona, s. vel mala; [Illa faciatis,] idest facere permittamini. Rom. 7. Non quod volo bonū. hoc ago, sed quod &c. Nō tñ tollitur libertas arbitrij. Cum enim liberum arbitrium sit ex hoc, ꝙ habet electionem, in illis est libertas arbitrij quæ electioni subsunt. Non

scit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

aūt omnia quæ in nobis sunt simpliciter subsunt nostræ electioni, sed ꝭm quid. In speciali enim possum vitare hunc, vel illum motum cōcupiscentiæ seu iræ, sed in generali omnes motus iræ, vel concupiscentiæ vitare non possumus, & hoc propter corruptionem fomitis, ex primo peccato introductam. G Sed notādum est, ꝙ quatuor sunt genera hominū circa concupiscentias, quorum nullus facit quæcūque vult. Nam intemperati, qui ex proposito sequuntur carnales passiones, ꝭm illud Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, faciunt quidem quod uolunt, inquantum ipsas passiones sequuntur, sed inquantū ipsa eorum ratio remurmurat & ei displicet, faciunt quæ non uolunt. Incontinentes autem, qui habent propositum abstinendi & tñ a passionibus vincuntur, faciunt quidem quod non uolunt, inquantum ipsas passiones contra eorum propositum sequūtur, & sic intemperati faciunt plus de eo, quod uolunt. Continentes autem, qui vellent omnino non concupiscere, faciunt quod uolunt dum non concupiscunt, sed quia omnino non concupiscere non possunt, faciunt quod nolunt. Temperati vero, quod uolunt quidem faciunt, inquantum in carne domata non concupiscunt, sed quia non ex toto domari potest, quin in aliquo repugnet spiritui, sicut nec malitia intantum crescere potest, H quin ratio remurmuret, ideo cum aliquando concupiscunt, faciunt quod nolūt, plus tamen de eo, quod uolunt.

LECTIO V.

POstquam ostendit Apostolus, ꝙ per spiritū liberamur a desiderijs carnis: hic consequenter ostendit, ꝙ per ipsum liberamur a seruitute legis. Et primo proponit beneficium spiritus. Secundo, manifestat per effectū, ibi; [Manifesta sunt opera carnis &c.] Dicit ergo, Dico ꝙ si spiritu ambuletis, non solum desideria carnis non perficietis, sed quod plus est; [Si spiritu ducimini] (quod fit qn̄ facitis quod spiritus suggerit, vt director & gubernator, non aūt id ad quod sensus, & affectus proprius instigat) [Non estis sub lege.] Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, nō quidem ut coactor, sed ut gubernator. Ex his aūt uerbis vult Hieron. ꝙ post aduentum Christi nullus I habens spiritum sanctum tenetur seruare legem. Sed sciendum est, ꝙ hoc quod dicit, si spiritu ducimini, iam non estis sub lege, pōt referri ad præcepta legis, vel ceremonialia, vel moralia. Siquidem referatur ad ceremonialia, sciendum est, ꝙ aliud est seruare legem, aliud est esse sub lege. Seruare legem, est facere opera legis non habendo spem in eis: sed esse sub lege, est ponere spem in operibus legis. In primitiua aūt ecclesia erant aliqui iusti seruantes legem, sed non sub lege, inquantum seruabant opera legis, sed non erant sub lege, quasi in eis spem ponentes. Sic ēt Christus sub lege fuit. supra 4. Factum sub lege &c. & sic excluditur opinio Hieronymi. Si aūt referatur ad moralia, sic esse sub lege pōt intelligi dupliciter, vel quantum ad obligationem, & sic oēs fideles sunt sub lege, quia omnibus data est. Vnde dr̄ Matt. 5. Non veni soluere legem &c. Vel quantum ad coactionem, & sic iusti non sunt sub lege, quia motus & instinctus spiritussancti, qui est in eis, est proprius eorum instinctus. nam charitas inclinat ad illud idem quod lex præcipit. K Quia ergo iusti habent legem interiorem, sponte faciunt, quod lex mandat ab ipsa non coacti. Qui uero uoluntatem malefaciendi habent, comprimuntur tñ pudore, vel timore legis, isti cogūtur. & sic iusti sunt sub lege obligante tm̄, non cogente, sub qua sunt solum iniusti. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Dñi, ibi libertas. 1. Tit. 1. Iusto non est lex posita, s. cogens. Consequenter cum dicit; [Manifesta sunt autē opera &c.] Probat quæ dixit per effectum. Et primo, ponit opera carnis, quæ contrariantur spirituisancto. Secundo, ostendit qm̄ opera spiritus non prohibentur a lege, ibi; [Aduersus huiusmodi &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit opera carnis, quæ prohibentur a lege. Secundo ponit opera spiritus, quæ ab ea non prohibentur, ibi; [Fructus autem &c. Circa primum duo facit. F Primo, proponit opera carnis. Secundo, subdit nocumētū quod ex his sequitur, ibi; [Quæ prædico &c.] Dubitatur aūt circa primum. Primo quidem de hoc, ꝙ Apostolus hic quædam ponit, quæ non pertinent ad carnem, quę tñ dicit esse opera carnis, sicut idolorum seruitus, sectæ, æmulationes, & hm̄oi. Resp. Dicendum est ꝭm Aug. li. 4. de ciuit. Dei, quod ꝭm carnem uiuit, quicunque uiuit ꝭm seipsum. Vnde caro hic accipitur pro toto homine. Quicquid ergo prouenit ex inordinato amore sui,

LECTIO V.

QVòd si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Manife-

dr̄ opus carnis. Vel dicendum est, ꝙ aliquod peccatum pōt dici carnale dupliciter, s. quantum ad consummationem. & sic dicuntur carnalia illa tm̄, quæ consummātur in delectatione carnis, G luxuria, & gula, & quantum ad radicem: & sic omnia peccata dicuntur carnalia, inquantum ex corruptione carnis anima aggrauatur, vt dr̄ Sap. 9. Ex quo intellectus debilitatus, facilius decipi pōt, & impeditur a sua perfecta operatione. Vnde, & ex hoc sequuntur uitia, s. hæreses, sectæ, & alia hm̄oi, & hoc modo dicitur fomes est principium omnium peccatorum. Secūdo, dubitatur, quia cum Apostolus dicat, qui talia agunt regnum Dei non consequentur, & nullus excludatur a regno Dei, nisi pro peccato mortali, sequitur ergo, ꝙ omnia quę enumerat, sint peccata mortalia. Cuius contrarium vr̄, quia inter ista enumerat multa, quæ non sunt peccata mortalia, sicut est contentio æmulatio, & huiusmodi. Resp. Dicendum est, ꝙ omnia hæc enumerata sunt aliquo modo mortalia: sed quædam quidem ꝭm genus suum, sicut homicidiū, fornicatio, Idolorum seruitus, & huiusmodi, quædam vero ꝭm suam consummationem, sicut ira, cuius consummatio est in nocumentum proximi. Vnde si accedit consensus de ipso nocumento, est peccatum mortale. Et similiter comestio H ordinatur ad delectationem cibi: sed si in huiusmodi delectationibus ponit quis finem suū, peccat mortaliter, & ideo non dicit comestiones, sed comessationes: & similiter intelligendum est de alijs similibus. Tertio dubitatur de ordine & numero eorum. Circa quod dicendum est, ꝙ cum Apostolus in diuersis locis, diuersa uitia, & diuersimode enumerat, nō intendit enumerare omnia vitia ordinate & ꝭm artem: sed illa tm̄, in quibus abundant & in quibus excedunt illi ad quos scribit. Et ideo in eis non est quærenda sufficientia, sed causa diuersitatis. Hoc ergo habitis, sciendum est, ꝙ Apostolus enumerat quædam opera carnis, quæ contingunt circa ea quæ non sunt necessaria uitæ, quædam vero circa ea quæ sunt necessaria uitæ. Circa primum ponit quædam vitia quæ sunt hominis ad seipsum, quædam contra Deum, quædam contra proximū. Contra seipsum ponit quatuor, quæ ideo primo ponit, quia manifeste ex carne procedunt, quorum duo pertinent ad actum carnalem luxuriæ, s. [Fornicatio,] I quæ est quando, s. accedit solutus ad solutam, vel quando est ad naturalem usum luxuriæ. Aliud est; [Immunditia] quæ est ad usum cōtra naturam. Ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus &c. 2. Cor. 13. Qui non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, & impudicitia &c. Alia duo ordinantur ad ipsos actus. Vnum; s. exterius sicut tactus, aspectus, oscula, & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit; [Impudicitia] Ephe. 4. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ &c. Aliud interius, s. in cogitationibus immundis. Et quantū ad hoc dicit; [Luxuria.] 1. Tim. 5. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt &c. Contra Deum ponit duo: quorum unum est, quod impeditur ab hostibus Dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit; [Idolorum seruitus.] 1. Cor. 10. Neque Idololatræ efficiamini &c. Sap. 14. Infandorum enim Idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium, & finis. Aliud est per quod initur pactum cum dæmonibus. Et quantum ad hoc dicit; [Veneficia] quæ fiunt per magicas artes: & dicūtur veneficia a veneno, quia K fiunt in nocumētum hominum. 1. Cor. 10. Nolo vos fieri socios demoniorum. Apoc. vlt. Foris canes & venefici &c. Contra proximum aūt ponit nouem, quorum primum est inimicitia, vltimum vero homicidium, quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo est inimicitia in corde, quæ est odium erga proximū. Matt. 10. Inimici hominis domestici eius. Et ideo dicit: [Inimicitiæ.] Ex hac aūt oritur dissensio in uerbis. Et ideo dicit; [Contentiones.] quæ est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Prouer. 20. Honor est homini qui se separat a contentionibus. Secundum est æmulatio quæ consistit in hoc, quod ad idem obtinendum cum alio cōtendit. Vnde dicit; [Aemulationes.] quæ ex contentione oriuntur. Tertium est cum vnus impeditur per aliū ad rem eandem tendentē, & ex hoc irascitur contra eum. Et ideo dicit; [Iræ.] Iac. 1. Ira enim uiri &c. Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram. Quartum, cum ex ira animi peruenitur ad percussiones. Et quantum ad hoc dicit; [Rixæ.] Prouer. 4. Odium suscitat rixas. Quintum ex his. s. [Dissensiones,] A & quidem in rebus humanis sint, dicuntur dissensiones, quando partialitates sunt in ecclesia Ro. 16. Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinā quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Si in rebus diuinis, sic dicuntur [sectæ,] i. hæreses. 2. Petr. 2. Introducent sectas perditionis &c. Et ibidem, Sectas non metuunt introducere, blasphemantes. Ex his aūt sequitur [inuidia,] quando illi quos æmulantur, prosperantur. Iob 5. Paruulum occidit inuidia &c. Ex his autem sequuntur; [homicidia] cordis & operis. 1. Ioan. 4. Qui odit fratrem suum, homicida est. Quantum vero ad uitia quę pertinent ad ordinationem circa uitæ necessaria, ponit duo, vnum, quantum ad potum. Vnde dicit; [Ebrietates,] s. assiduæ. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate &c. Aliud vero quantum ad cibum, & quantum ad hoc dicit; [Comessationes.] Rom. 13. Non in comessationibus & ebrietatibus.

sta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates. comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

LECTIO VI.

POsitis operibus carnis: hic consequenter Apostolus manifestat opera spiritus. Et primo, manifestat ea. Secundo, ostendit qm̄ lex se habet ad opera spiritus, & ad opera carnis ibi; [Aduersus hm̄oi &c.] Circa primum enumerat bona spiritualia quę nominat; [Fructus.] C Ex quo incidit quæstio, Quia illud dr̄ fructus, quo fruimur: sed actibus nostris nō debemus frui, sed Deo solo. ergo hm̄oi actus quos enumerat hic Apostolus, non debēt dici fructus. Item Glo. dicit quod hm̄oi opera spiritus sunt pp se appetenda: quod aūt pp se appetitur, non refertur ad aliud. et pp virtutes & earum opera non sunt referenda ad beatitudinē. Resp. Dicendum est, ꝙ fructus dr̄ dupliciter. s. vt acquisita, puta ex labore vel studio. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et ut productus, sicut fructus producitur ex arbore. Matt. 7. Non pōt arbor bona fructus malos facere. Opera aūt spiritus dicuntur fructus, non ut adepti sue acquisiti, sed ut producti, fructus aūt qui est adeptus, habet rationem ultimi finis, non aūt fructus productus: Nihilominus tñ fructus sic acceptus, duo importat, s. ꝙ sit vltimū producentis, sicut vltimum quod producitur ab arbore est fructus eius, & ꝙ sit suaue siue delectabile. Can. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera uirtutum, & spiritus sunt quid vltimum in nobis. Nam spiritus sanctus est in nobis per gratiam, per quam acquirimus habitum virtutum, & ex hoc potentes sumus operari ꝭm virtutem. Sunt ēt delectabilia, & sunt ēt fructuosa. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, idest in operibus sanctificatis, & ideo dicuntur fructus. Dicuntur ēt flores, respectu futuræ beatitudinis, quia sicut ex floribus accipitur spes fructus, ita ex operibus virtutum habetur spes uitæ æternę & beatitudinis. Et sicut in flore est quędam inchoatio fructus, ita in operibus virtutum est quædam inchoatio beatitudinis, quæ tunc erit, qn̄ cognitio, & charitas perficientur. Et per hoc patet responsio ad illud, quod secundo obijcitur. Nam aliquid potest dici pp se appetendum, dupliciter, quia ly, propter, pōt designare causam formalem, vel finalem. Opera virtutum pp se sunt appetenda formaliter, sed non finaliter, quia habēt in seipsis delectationem. Nam medicina dulcis appetitur propter se formaliter, quia habet in se vnde sit appetibilis. s. dulcedinem, quæ tñ appetitur propter finem, s. propter sanitatem. E Sed medicina amara non est appetenda propter se formaliter, quia non delectat ratione suæ formæ, sed tñ propter aliud appetitur finaliter, s. propter sanitatem quæ est finis eius. Ex his apparet ratio, quare Apostolus effectus carnis vocat opera, Fructus aūt spiritus; vocat fructus. Dictum est enim, ꝙ fructus dicitur aliquod finale, & suaue ex re productum. Quod autem producitur ex aliquo præter naturam eius, non habet rationem fructus, sed quasi alterius germinis. opera autem carnis & peccata sunt præter naturam eorum, quæ Deus naturæ nostrę inseruit. Deus enim humanæ naturæ quædam semina inseruit, s. naturalem appetitum boni & cognitionem: & addidit etiam dona gratiæ. Et ideo, quia opera virtutum ex his naturaliter producuntur, fructus dicuntur, non autem opera carnis. Et propter hoc Apostolus dicit, A Rom. 6. Quem ergo fructum habuistis nunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Patet ergo ex dictis? quod fructus spiritus dicitur opera uirtutum, & quia habent in se suauitatem, & dulcedinem, & quia sunt quoddam vltimum productum, ꝭm conuenientiam donorum. Accipitur autem differentia donorū, beatitudinum, virtutum, & fructuum ad inuicem, hoc modo. In uirtute enim est cōsiderare habitum & actum. Habitus autē virtutis perficit ad bene agendum. Et siquidem perficiat ad bene operandum humano modo, dicitur uirtus. Si vero perficiat ad be

LECTIO VI.

FRVCTVS autem spiritus

B ne operandum supra modum humanum, dicitur donum. Vnde Philosophus supra communes uirtutes ponit uirtutes quasdam heroicas: puta, cognoscere inuisibilia Dei sub ænigmate, est per modum humanum. Et hæc cognitio pertinet ad uirtutem fidei. Sed cognoscere ea perspicue & supra humanum modum, pertinet ad donum intellectus. Actus autem uirtutis, vel est perficiēs, & sic est beatitudo, vel est delectans, & sic est fructus. Et de istis fructibus dicitur Apoc. 22. Ex utraque parte lignum uitæ afferens fructus duodecim &c. Dicit ergo; [Fructus spiritus: qui scilicet consurgit in anima ex seminatione spiritualis gratiæ; [Est charitas &c.] qui quidē sic distinguuntur, quia fructus aūt perficiunt interius, aut exterius. Primo ergo ponit illos, qui perficiunt interius. Secundo illos, qui perficiunt exterius, ibi; [Bonitas &c.] Interius aūt homo perficitur & dirigitur, & circa bona, & circa mala 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. Circa bona autem perficiunt, primo quidem in corde per amorem. C Nam sicut inter motus naturales primus est inclinatio appetitus naturæ ad finem suum, ita primus motuum interiorum est inclinatio ad bonum, qui dicitur amor, & ideo primus fructus est charitas. Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Et ex charitate perficiuntur aliæ, & ideo dicit Apostolus Collos. 3. Super omnia charitatem habentes &c. Vltimus autem finis quo homo perficitur interius, est; [Gaudium,] quod procedit ex præsentia rei amatæ. Qui autem habet charitatem, iam habet quod amat. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, Et ex hoc consurgit [Gaudium.] Phil. 4. Gaudete in Dño semper &c. Gaudium aūt istud debet esse perfectum. Et ad hoc duo requiruntur. Primo, vt res amata sufficiens sit amanti, pp suam perfectionem. Et quantum ad hoc dicit; [Pax.] Tunc enim amans pacem habet, qn̄ rem amatam sufficienter possidet. Cant. vlt. Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens &c. Secūdo vero, vt adsit perfecta fruitio rei amatæ, quod similiter per pacē habetur, quia quicquid superueniat, D si perfecte aliquis fruatur re amata, puta Deo, non pōt impediri ab eius fruitione. Psal. 119. Pax multa diligētibus legem tuam, & non est illis scandalum. Sic ergo, gaudiū dicit charitatis fruitionē, sed pax charitatis perfectionē. Et per hæc homo interius perficitur quantū ad bona. Circa mala ēt perficit spiritussanctus & ordinat, & primo contra malum quod perturbat pacem, quæ perturbatur per aduersa, sed ad hoc perficit spiritussanctus per patientiā, quæ facit aduersa patienter tolerare. & ideo dicit; [Patientia] Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas uestras; Iac. 1. Patientia opus perfectum habeat. Secundo, cōtra malum impediens gaudium, est dilatio rei amatę, ad quod spiritus opponit longanimitatem, quæ expectatione non frangitur. Et quantum ad hoc dicit; [Longanimitas.] Abach. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia &c. 2. Corin. 6. In longanimitate &c. Et ideo dicit Dñs Matth. 10. Qui perseuerauerit usque in finem &c. Cōsequenter cū dicit, [Bonitas &c.] Ponit fructus spiritus, qui perficiunt quantū ad exteriora. Hominis aūt exteriora sunt, vel id E quod est iuxta ipsum, vel id quod est supra ipsum, vel id quod est infra ipsum. Iuxta ipsum est proximus, supra ipsum Deus, infra ipsum natura sensitiua & corpus. Sic ergo quantū ad proximum perficit primo quidem in corde per rectam & bonā uoluntatem. Et quantum ad hoc dicit; [Bonitas,] idest rectitudo & dulcedo animi. Si. n. homo omnes alias potentias bonas habeat, non pōt dici bonus homo, nisi habeat bonam uoluntatem, ꝭm quam omnibus alijs bene utitur. Cuius ratio est, quia bonum dicit aliquod perfectum. Est aūt duplex perfectio. Prima. s. quæ est ipsum esse rei. Secunda uero est eius operatio, & hæc ēst maior quam prima. Illud ergo dicitur simpliciter perfectum, quod pertingit ad perfectam sui operationem, quæ est secunda eius perfectio. Cum ergo homo per voluntatem exeat in actum cuiuslibet

cuiuslibet potentię, voluntas recta facit bonum usum omnium potentiarum,& per consequens ipsum hominem bonū. Et de hoc fructu dr̃. Ephe. 5. Fructus enim lucis est in omni bonitate &c. Secundo vero, in opere, vt. s. sua communicet proximo,& quantum ad hoc dicit; [Benignitas,] idest largitas rerū 2. Cor. 9. Hylarē enim datorē &c. Benignitas enim dicitur quasi bona igneitas, quæ facit hominem fluere ad subueniendū necessitatibus aliorum. Sap. 1. Benignus est enim spiritus sapientiæ &c. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti,& dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem &c. Item perficiunt ēt quantum ad mala ab alijs illata, vt mansuete ferat,ac sustineat proximi molestias, & quātum ad hoc dicit; [Mansuetudo.] Matth. 11. Discite a me,quia &c. Prou. 3. Mansuetis dabit gratiam. Ad id vero, quod est supra nos. s. Deus, ordinat spiritus per fidē, vnde dicit, [Fides,] quæ est cognitio quædam inuisibilium cum certitudine. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. Et ideo Eccl. 1. Beneplacitū est Deo fides & mansuetudo &c. Ad id quod est infra nos. s. corpus, dirigit spiritus,& primo quantū ad actus exteriores corporis: quod fit per modestiam, quæ ipsis actibus, seu dictis modū imponit. Et quantū ad hoc dicit; [Modestia.] Phil. 4. Modestia uestra &c. Secundo vero, quantum ad appetitum sensitiuum interiorem, & quantum ad hoc dicit; [Continentia,] quæ etiam a licitis abstinet; [Et castitas,] quæ licitis recte utitur, s̄m Glo. Vel aliter, continentia dicitur, ex eo, q; licet homo impugnetur a prauis cō cupiscentijs, tn̄ per rationis vigorem se tenet, ne abducatur: & ideo continentiæ nomen sumptum est ab eo. q; aliquis in impugnatione tenet se. Castitas vero dr̃ ex eo, quod quis nec impugnatur, nec abducitur, & dr̃ a castigando. Nam illud dicimus bene castigatum, qui in omnibus ordinate se habet. Circa hoc duo dubitantur. Primo, quia cum fructus spiritus aduersentur operibus carnis, vr̃ quod Apostolus debuerit ponere tot fructus spiritus, quot posuit opera carnis, quod non fecit. Ad quod dicēdum est, q; ideo non fecit, quia plura sunt vitia, quam virtutes. Secundo dubitatur, quia fructus spiritus hic positi, nō respondent operibus carnis. Ad hoc dicendum est, q; Apostolus non intēdit hic tradere artem uirtutum & uitiorum, & ideo non ponit unū contra aliud, sed aliqua enumerat de istis, & aliqua de illis, s̄m quod expediens videtur pręsenti intentioni: nihilominus tn̄, si diligenter consideretur, aliqualiter sibi contra respondent. Nam fornicationi, quæ est amor illicitus, cōtra respondet charitas, immunditiæ vero, impudicitiæ & luxuriæ, quæ sunt carnales illecebræ, & ex fornicatione proueniunt: contra ponitur gaudiū, quod est spiritualis delectatio, consequens ex charitate, vt dictum est. Ei vero, quod est idolorum seruitus, contra ponitur pax. Ei vero, quod dicit veneficia &c. Vsque ad dissensiones, patientia, longanimitas, & bonitas. Ei vero, quod dicitur sectæ, contra ponitur fides. Ei vero, quod dr̃ inuidiæ, benignitas. Ei aūt, quod dicitur homicidia, mansuetudo. Ei quod dr̃ ebrietas, comessationes, & his similia, contra ponitur modestia, continentia, & castitas.

est charitas, gaudiū, pax patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, māsuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

LECTIO VII.

ADuersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupi- **G** scentijs. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

H **I**

LECTIO VII.

ENumeratis operibus carnis, & spiritus, hic consequenter ex vtrisque concludit, quod qui spiritum sequuntur, non sunt sub lege. Et utitur tali probatione. Ille est sub lege, qui est obnoxius legi, idest qui facit contraria legi. Sed illi, qui aguntur spiritu, non faciunt opera contraria legi. Ergo non sunt sub lege. Primo ergo ostendit propositum ex parte operum spiritus. Secundo, ex parte operū carnis ibi; [Qui autem sunt &c.] Dicit ergo. Dico, quod qui aguntur spiritu, non faciunt opera cōtraria legi, quia aut faciunt opera spiritus, [Et aduersus huiusmodi non est lex,] idest contra opera spiritus, sed spiritus docet eā. Nam sicut lex exterius docet opera uirtutum, ita & spiritus interius mouet ad illa. Rom. 7. Condelector enim legi Dei s̄m interiorem hominem &c. aut faciūt opera carnis, & hæc in his, qui spiritu Dei aguntur, non sunt contraria legi. Vnde dicit; [Qui aūt sunt Christi,] i. qui spiritum Dei habent. Rom. 8. Qui spiritum Dei nō habet, hic non est eius. Illi ergo spiritu Dei aguntur, qui sunt Chri-

F sti. Isti, inquam; [Carnem suam crucifixerūt &c.] Non aūt dicit vitia, & concupiscentias uitant: quia bonus medicus tunc bene curat, qn̄ adhibet remedia contra causam morbi. Caro aūt est radix uitiorum. Si ergo volumus vitare vitia, oportet domare carnem. 1. Cor. 9. Castigo corpus meū &c. quia vero caro domatur per vigilias, ieiunia, & labores. Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura, & compedes &c. Ad hæc aūt opera mouetur ex deuotione, quā habent ad Christum crucifixū: ideo figuraliter dicit; [Crucifixerunt,] i. Christo crucifixo se conformauerunt, affligendo carnē suā &c. Ro. 7. Vetus hō noster simul crucifixus est &c. supra 2. Vt Deo viuam, Christo confixus sum cruci &c. Quia uero non crucifigunt carnem, destruendo naturam: quia Nemo carnem suā odio habuit, [illegible] Ephe. 5. sed quantū ad ea, quę contrariantur legi, ideo dicit; [Cum vitijs,] i. cum peccatis; [Et concupiscentijs,] i. passionibus, quibus anima inclinatur ad peccandum: non. n. bene crucifigit carnem, qui ēt passionibus locum non aufert. Aliter cum ratio non semper inuigilet ad peccata uitandum, vt oportet, posset quandoque cadere. Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non eas &c. Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs &c. Consequenter cū dicit; [Si spiritu uiuimus &c.] Ponit tertium beneficiū spiritus [illegible] ēti, quod confert uitam. Et primo, ponit beneficiū spiritus [illegible] Secūdo, excludit uitia spiritus mundi, ibi; [Non efficiamur &c.] Dicit ergo, connumerans se eis, quibus scribit. Dico, q; debemus ambulare per spiritū. quia & per ipsum uiuimus, & non per carnem. Rom. 8. Debitores sumus, non carni &c. Si ergo spiritu uiuimus, debemus in omnibus ab ipso agi. Sicut. n. in uita corporali corpus non mouetur nisi per animā, per quam uiuit, ita in uita spirituali, omnis motus noster debet esse a spiritu sancto. [illegible] Spiritus est, qui uiuificat. Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Et ne ea, quæ dicta sunt de spiritu, intelligātur de spiritu mundi, de quo dr̃ 1. Cor. 2. Nos aūt non spiritum huius mundi accepimus. ideo hoc consequenter remouet Apost. dicēs; [Non efficiamur &c.] Vbi tria excludit propria spiritus mundi, [illegible] nem gloriam, iracundiam, & inuidiam, quibus tribus conuenienter aptari pōt nomen spiritus: significat. n. spiritus quandam inflationem, Vnde s̄m hoc, illi dicuntur magni spiritus, qui sunt inflati per inanem gloriam. Esa. 25. Spiritus robustorū, quasi turbo impellens parietem &c. Et quantū ad hoc dicit; [Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,] i. glorię secularis, Cum. n. uanum [illegible] quod nec solide firmatur, nec ueritate fulcitur, nec utilitate [illegible] tur. Ideo gloria huius mundi uana est, quia caduca. & non [illegible] da. Esa. 40. Omnis caro fœnum &c. Et quia falsa 1. Mach. 2. Gloria hominis peccatoris, stercus & vermis &c. Sed uera gloria est in proprijs bonis hominis, quę sunt bona spiritualia, & [illegible] bent sancti. 2. Cor. 1. gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ &c. Et quia inutilis & infructuosa: nam quantumcunque gloriam habeat quis ex testimonio secularium, non potest per hoc consequi finem suum, quem consequitur testimonio Dei. [illegible] Cor. 2. Qui gloriatur, in Dño glorietur. Non autem dicit, Non habeatis inanem gloriam, sed non efficiamini cupidi, quia gloria sequitur aliquando fugientes eam, & si eam oportet recipere, non tn̄ ametur. Item, significat quandam impetuositatē Prouer. 27. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Et figurat iracundiam. Et quantum ad hoc dicit; [Inuicem prouocantes,] ad contentionem, vel litem, vel alia illicita. Rom. 13. Non in contentione & æmulatione &c. Item, est spiritus tristitiæ, de quo dicitur Prouer. 17. Spiritus tristis exiccat ossa. Et quātum ad hoc dicit: [Inuicē inuidentes.] Prou. 14. Putredo ossium, inuidia &c. Cuius ratio est, quia ipsa sola crescit ex bono.

K

CAP. VI. LEC. I.

FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabat.

LECTIO PRIMA.

POstquam Apostolus reduxit Galatas ad statum ueritatis quantum ad res diuinas; hic consequenter reducit eos, quantum ad res humanas, instruens eos qualiter se habeant ad homines. Et primo, qualiter se habeant ad rectos. Secundo, quantum ad peruersos, ibi; [Videte qualibus literis &c.] Circa primum tria facit. Primo, docet qualiter superiores se habeant ad inferiores. Secundo qualiter æquales ad coæquales, ibi; [Alter alterius &c.] Tertio, qualiter inferiores ad superiores, ibi; [Communicet aūt is &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo assignat admonitionis rōnem, ibi; [Considerās teipsum &c.] Quia ergo de peccatis multa dixerat, ne aliquis à pctō immunis in peccatores deseuiret, ideo admonitionem de māsuetudine, & misericordia eis pponit, dicens; [Fratres, & si pòccupatus fuerit homo &c.] Vbi tria ponit, q̄ faciūt ad monitionē. Primū est surreptio. Nam qn̄ aliqui ex malitia peccāt, minus digni sunt venia. Iob 34. Qui quasi de industria recesserūt &c. Sed qn̄ aliquis p̄occupatur tentationibus, & inducit ad peccādum, facilius dēt ei venia concedi: & ideo dicit. Et si præoccupatus fuerit &c. idest imprudenter & ex surreptione lapsus, ut nequeat vitare. Secundum est peccatorū paucitas. Nam aliqui ex consuetudine peccant. Oseæ 4. Maledictū, & mendacium, & homicidiū, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit &c. Et cōtra tales seuerius est agendum. Et hoc excluditur, cum dicit; [In aliquo,] quasi nō vsu quotidiano peccans. Tertium est pctōrum qualitas. Nam q̄dam peccata consistunt in transgressione, quedā vero in omissione. Grauiora aūt sunt prima secundis: qa illa opponuntur præceptis negatiuis, quæ obligāt semper, & ad semper: hæc vero opponuntur pceptis affirmatiuis, quæ cum nō obligent ad semper, non pōt sciri determinate qn̄ obligant. Vnde dr̃ in Psal. 18. Delicta quis intelligit &c. Et quantum ad hoc dicit; [Delicto.] Vel s̄m glo. Delictum est peccatum ex ignorātia. His ergo pmissis, ad misericordiā eos qui corrigunt, monet, & hi sunt spūales, ad quos pertinet correctio. Vnde dicit; [Vos qui spūales estis, hmōi instruite] 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur &c. Et huius rō est, quia rectū iudicium hēt de oībus, quia circa vnumquodque recte dispositus est, sicut qui sanū gustum hēt recte iudicat de sapore: solus autem spūalis bene dispositus est circa agenda: & ideo ipse solus de eis bene iudicat. Sed quia, nomen spiritus rigorem quendam, & impulsum designat, s̄m illud Esa. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem &c. Non tn̄ est credendum q; viri spirituales sint nimis rigidi in corrigendo. Nam hoc spiritus huius mūdi facit, sed spiritus sanctus suauitatem quandā, & dulcorem efficit in hoīe. Sap. 12. O quam bonus & suauis est spiritus tuus Dñe &c. Et ideo dicit; [In spiritu lenitatis.] Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia &c. Contra quod dr̃ de quibusdam Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis &c. Dicit aūt instruite, & non corrigite, qa loquitur de præoccupatis delinquentibus, qui indigent instructione. Vel quia omnis peccans, & ignorans. Prou. 14. Errant q operantur malum. Rationem aūt ammonitionis subdit, dicens; [Considerās teipsum &c.] quasi dicat. Ita fiat vt dixi, quia tu fragilis es. Nam quandiu in hac vita mortali sumus, proni sumus ad peccandum. Nihil aūt ita frangit hoīs seueritatem in corrigēdo, q̄ timor proprij casus. Eccl. 31. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Qualiter autem se habeāt ad æquales oñdit, dicēs; [Alter alterius &c.] Et primo, proponit admonitionē. Secundo, assignat eius rōnem, ibi; [Et sic adimplebitis &c.] Tertio, excludit admonitionis implendæ impedimentū, ibi [Nam si quis existimat &c.] Admonet aūt ad mutuam supportationem, dicens. Alter alterius onera portate. Et hoc tripliciter. Vno modo, defectū alterius corporalē, seu spūalem patienter tolerādo. Rom. 15. Debemus autē nos firmiores &c. Alio modo, necessitati mutuæ subueniēdo &c. Ro. 12. Necessitatibus sanctorum cōicantes &c. Tertio modo pro pœna sibi debita satisfaciendo orōnibus, & bonis operibus. Prou. 18. Frater qui iuuatur à fratre &c. Ratio aūt admonitionis est adimpletio legis Christi, q̄ similiter est charitas. Rom. 13. Plenitudo legis, est dilectio. Vnde dicit; [Et sic adimplebitis legem Christi,] i. charitatem. Dr̃ autem charitas specialiter lex Christi, tripliciter rōne. Primo, qa per hoc distinguitur lex noua à lege veteri. Nam illa est timoris, hęc vero amoris. Vnde Aug. dicit, Parua differentia est veteris legis, & nouæ, timor, & amor. Secundo, quia p charitatem specialiter Christus legem suam promulgauit. Ioan. 13. In hoc cognoscent oēs quia mei estis discipuli, si dilectionem &c. Et iterum, Mandatum nouū do vobis, vt diligatis inuicem &c. Tertio, quia ipsam impleuit Christus, & exemplum eā implendi nobis reliquit: nam ipse ex charitate peccata nostra tulit. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super

A lignum &c. Esa. 40. Fętas ipse portabit. Sic ergo debemus alter alterius onera portare ex charitate, ut sic impleamus legē Christi: Impedimentum aūt implendæ admonitionis prædictæ, est superbia. Ideo hoc excludens dicit; [Nam si quis existimat &c.] Et primo vituperat ipsam superbiam. Secundo, oñdit modum vitandi eam, ibi; [Opus autē suū &c.] Tertio, vitandi rationem assignat, ibi; [Vnusquisq; enim &c.] Dicit ergo. Facite, ut dixi. Sed cōtingit aliquē onus alterius non portare, q; a præfert se alijs. Vnde dicebat ille Lucæ 18. Non sum sicut cæteri hoīum &c. Et ideo dicit; [Nam si quis existimat se aliqd esse,] idest, in mente sua superbe iudicat se magnū esse in cōparatione peccantis; [Cū nihil sit] ex se, qa quicquid sumus, hoc est ex gr̃a Dei, s̄m illud Apost. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum. Qui, inquam, tale aliquid facit, [Ipse se seducit,] i. à veritate se diuidit. Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint &c. Luc. 17. Cum feceritis oīa quę pcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus &c. Remedium autem vitandi, est propriorum defectuum cōsideratio: nam ex hoc q; aliquis alienos, & nō suos defectus cōsiderat, vr̃ sibi aliquid esse in cōparatione ad alios, in quibus defectus intuetur, & suos nō considerās, superbit. Et ideo dicit; [Opus aūt,] s. interius & exterius; [Suum,] i. proprium; [Probet,] i. diligenter examinet; [Vnusquisque] 1. Cor. 11. Probet seipsum homo &c. [Et sic in seipso,] i. in propria conscientia; [Gloriam habebit,] i. gloriabitur, & gaudebit. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium consciæ nostræ; [Et non in altero,] i. non in laude alterius, **C** vel sic: in semetipso, i. per ea quę sui ipsius sunt, gloriā habebit, i. gloriabitur in consideratione sui, & non in altero, i. non consideratione alterius. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Vel in semetipso, i. in Deo qui in eo habitat, gloriabitur, i. eius erit gloria, & non in altero quam in Deo. 2. Cor. 10. Qui gloriatur in Dño glorietur. Ratio vitandi superbiam est p̄mium, uel pœna vnicuique pro merito, uel demerito reddenda. Vnde dicit; [Vnusquisque enim onus suum portabit.] Quod vr̃ contrarium ei, quod dixerat: alter alterius onera portare. Sed, sciendum est, quod ibi loquitur de onere sustinendæ infirmitatis, quod debemus mutuo portare; hic loquitur de onere reddendæ rationis, quod quilibet pro se portabit, siue sit onus præmij, siue pœnæ. Nam onus aliquando quidem pondus pœnæ, aliquando p̄mij significat, 2. Cor. 4. Aeternum glorię pondus operatur &c. Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet, væ impio in malum &c. Si autem dicantur aliqui rationem reddere pro alijs, puta prælati pro subditis, secundum illud Ezech. 3. Sanguinem eius de manu tua requiram &c. Et Hæbr. vlt. Obedite præpositis vestris, ipsi enim peruigilant, quasi rōnem reddituri pro animabus vestris: Nō est contrarium dicto Apostoli: quia nō puniuntur pro peccatis subditorum, sed pro proprijs quæ in custodia subditorum commiserunt. Est ergo vitanda superbia & peccatum, quia vnusquisque onus suum, idest mensuram gratiæ suæ offert Deo in die iudicij, tanquam manipulos bonorum operum. Psal. 125. Venientes autem uenient cum exultatione. Et hoc quantum ad bonos. vel; [Onus suum portabit,] idest pœnam pro proprio peccato.

B

LECTIO II.

COMMVNICET autem is, qui cathechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare:

D

LECTIO II.

POstquam Apost. ostendit qualiter superiores se habeant ad inferiores, & æqualibus; hic consequenter ostendit, qualiter inferiores se habeant ad superiores, dicens, inferiores dr̃e superioribus ministrare & obsequi. Et circa hoc tria facit. Primo monet, ut ministrent prōpte. Secundo, ut ministrent perseueranter, ibi; [Bonum autem facientes, non deficiamus &c.] Tertio, ut ministrent cōuenienter, ibi; [Ergo dum tp̄s habemus &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit monitionem ministerij. Secundo, excusationem excludit, ibi; [Nolite errare &c.] Dicit ergo. Dictum est supra, quō superiores se debeant habere ad inferiores. s. leniter corripiendo & instruendo; nunc aūt restat videre, qualiter inferior superiori obsequatur. & ideo dicit; [Cōicet autem is, qui catechizatur,] idest, docetur verbo Dei, [Et qui se cathechizat,] idest, qui eum docet, cōmunicet, inquam, in omnibus bonis. Sed notandum est, q; discipulus potest dupliciter cōmunicare se docenti. Primo, ut accipiat bona doctoris, & sic dicitur; [Communi

E

Universidad de Deusto Biblioteca

cet is qui catechizatur, idest commune sibi faciat quod est docẽtis, eum imitando. 1.Cor.11. Imitatores mei estote &c. Sed qa contingit doctores aliquando minus bona facere, ideo non sunt in hoc imitandi. Et ideo subdit; [In omnibus bonis,] Matth.23. Quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite facere.

Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, Qui autẽ seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus; tempore enim suo metemus nõ deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Secundo, ut communicet bona sua docẽti. Hoc enim à Domino præcipitur 1.Corin.9. Vbi dicitur, Qui euãgelio seruiunt, de euãgelio viuant. Vñ Matth.10. Dignus est operarius cibo suo. Et Lucæ 10. Dignus est operarius mercede sua, & Apost. dicit 1. Cor.9. Si vobis spiritualia seminamus &c. Et ideo hic dicit; i [Communicet autem his &c.] idest, doctus doctori in oĩbus bonis quę habet: nam & temporalia bona quędam dicuntur. Esa.1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Matth.7. Si vos cũ sitis mali, nostis bona data &c. Dicit autem, In oĩbus, quia non solum cõicare debet indigenti, sed & sententiam, & consilium, potentiam, & quicquid hẽt, generaliter debet proximo cõicare. 1.Pet.4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. De ista cõicatione dicitur Rom.12. Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Eccles.14. In diuisione sortis da, & accipe. Consequenter cum dicit; [Nolite errare &c.] Excusationem excludit; & primo, excludit eã. Secundo, rõnem exclusionis assignat, ibi; [Quæ.n. seminauerit homo &c.] Dicit ergo; [Nolite errare, Deus non irridetur.] quod quidẽ dupliciter intelligi potest, ẽm duas præmissas expositiones: Secundum primam qdem sic, Tu dicis, quod debemus imitari doctores ẽt in bonis, sed non possum eos imitari, nisi in his, quæ faciunt: nihil aũt video in ipsis, nisi malũ: ergo debeo eos imitari in malo. Sed hoc excludit, dicens, Nolite errare, Deus nõ irridetur. Error est hoc dicere: nam mala prælatorum non excusant nos. non.n. sunt subditis in exẽplum, nisi in his qbus imitantur Christum, qui est pastor absque peccato: vnde & signãter dicit, Io.10. Ego sum pastor bonus &c. Et Apost. 1.Cor.4. & 11. dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi q.d. In his me imitamini, in qbus ego imitor Christum. Et si per mala prelatorum excusatis vos apud hoĩes, tamen Deus non irridetur. i. non potest falli. Iob 13. Aut decipieẽ vt homo fraudulentijs vestris? Vnde dr̃ Prou.3. Delusores ipse deludet. Secundum aũt secũdam expositionem, sic introducitur, Possent.n. dicere, Pauperes sumus, nihil hẽmus quod cõicare possimus. Sed hoc excludit dicẽs; [Nolite errare,] .i. nemo excusatum vane se existimet, paupertatẽ prætẽdendo; [Deus non irridetur,] idest non potest falli. Scit.n. corda nostra, & non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominẽ potest fallere & placare, Deum non potest fallere. Rationem autẽ huius assignat, dicens; [Quæ.n. seminauerit homo &c.] Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi; [Quoniã qui seminat &c.] Dicit ergo ẽm primam expositionem. Vere erratis, hoc credentes, qa Deus reddet singulis pro meritis proprijs. nam; [Quæ seminauerit homo, hęc & metet,] idest ẽm opera sua bona, uel mala, parua uel magna, p̃miabitur uel punietur. Secundum autem secundam expositionem, Quæ seminauerit homo, idest ẽm beneficia sua parua, vel magna, & quantum ad qualitatẽ operum, & quantum ad quantitatem beneficiorum p̃miabitur 2.Cor.9. Qui parce seminat, parce & metet &c. Rationem aũt specialiter assignat, dicens; Qm̃ qui seminat in carne sua &c.] Quæ qdem ratio hẽt duas partes, secundum duas seminationes carnis, & spiritus. Primo ergo agit de seminatione carnis. Vbi dicendũ est, quid sit seminare in carne. Secundo, quid est de carne metere corruptionem. Seminare quidem in carne, est operari pro corpore uel pro carne: sicut si dicam, Ego multum expendi in isto homine, idest multa feci pro eo. Ille ergo in carne seminat, qui ea quæ facit, etiam si quæ bona videantur, facit in fomentum & vtilitatem carnis. De carne autem metere corruptionẽ, dicit & infert, quia semen fructificat, ut plurimum secundum conditionem terræ. Vnde videmus, q̃ in aliquibus terris semen frumenti degenerat in siliginem, uel in aliquod aliud. Conditio aũt carnis est, ut sit corruptibilis, & ideo; [Qui in carne seminat,] idest studiũ suũ ponit & opera, oportet quod ipsa opera corrũpantur, & pereant. Eccl.14. Omne opus corruptibile, in fine perderetur. Roma.8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Secundo, agit de seminatione spiritus dicẽs; [Qui aũt seminat in spiritu,] idest ordinat studiũ suum ad seruitutẽ spiritus, ex fide & charitate seruiendo iustitiæ; [Metet] quidem de spiritu secundum conditionem eius. Conditio autẽ spiritus est, q̃ sit actor vitæ. Io.6. Spiritus est qui viuificat. Non autem cuiuscunque vitæ, sed vitæ æternæ, cum spiritus sit immortalis, & ideo; [Metet de spiritu vitam æternam. Prouer.11. Seminanti iustitiam merces fidelis, quia nunquam deficatur. Sed nota, quod cũ agit de seminatione carnis, dicit, In carne sua, qa caro est nostra, & nobis de natura nostra: sed cũ loquitur de semine spiritus, non dicit, suo, quia spiritus non est nobis à nobis, sed à Deo.

LECTIO III.

VIDETE qualibus literis scripsi vobis mea manu.

Deinde cũ dicit; [Bonum autem facientes &c.] monet ad ministerij perseuerãtiam, quia non ad horam tm̃, sed semper debemus benefacere; quod quidẽ potest referri ad ea quæ dicta sunt, s. ad superiores, & ad æquales, & ad inferiores, q.d. Quicunque sumus, siue p̃lati erga subditos, siue æquales erga æquales, siue subditi erga p̃latos; [Bonum facientes non deficiamus,] s. in bene operando, quia; [Non deficiemus] in metendo. Eccl.9. Quodcunque facere põt manus tua instãter operare. 1. Cor.15. Stabiles estote & immobiles. Et merito non est deficiendum, qa expectamus remunerationem æternam, & indeficientem. Vnde subdit; [Tempore.n. suo metemus non deficiẽtes,] Vnde dicit Aug. Si homo non imposuerit finẽ operi, nec Deus imponet remunerationi. Nat.25. Ibunt hi in vitã æternã. Sed nota q̃ dicit, Tpe suo: quia sicut agricola non statim de illo quod seminat fructum colligit, sed tpe congruo. Iac.vlt. Agricola expectat pretiosum fructũ terræ patienter ferens, donec accipit tpaneum & serotinum &c. De ista messione dr̃ 2.Cor.9. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitã æternam. Deinde cum dicit; [Ergo dum tp̃s habemus &c.] monet ad ministrandum cõiter, dicens, Quia metemus nõ deficiẽtes; [Ergo dum tp̃s hẽmus,] i. in hac vita, quæ est tp̃s seminandi. Io.9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox &c. Eccles.9. Quodcunque põt facere manus tua instãter operare, quia nec opus, nec rõ, nec sciã, nec sapiã erunt apud inferos quo tu properas. Dum inquam, illud hẽmus; [Operemur bonum,] & [Ad omnes,] scilicet hoĩes qui facti sunt nobis in diuina similitudine, inquantum oẽs ad imaginem Dei facti sumus. Sed contra Eccl.12. dr̃, Da iusto, & ne recipias peccatorem. Non ergo debemus operari bonum ad omnes. Respondeo, Dicendum est, q̃ in peccatore duo sunt, natura, s. & culpa. Natura quidẽ est in eo amanda, & sustentanda, ẽt inimici, Matt.5. Diligite inimicos vestros &c. Culpa vero in eo est expellẽda. Sic ergo dicendum est, Da iusto & nõ recipias peccatorem, vt, s. peccatori non benefacias, quia peccator est, sed quia homo. Vnde Aug. Nec ad iudicandum remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Persequamur ergo in malis propriã iniquitatem, misereamur in eis eandem cõem conditionem. Sed quia non possumus omnibus benefacere, ordinem benefaciendi subdit; [Maxime autem ad domesticos fidei,] qui scilicet nõ solum natura nobis sunt similes, sed etiam sunt vniti fide & gratia. Eph.2. Non estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei &c. Ergo omnibus impendenda est misericordia, sed præponendi sunt illi qui sunt ex fide; quia 1.Tim.5. dicitur, Qui suorũ, & maxime domesticorum curã non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Sed dubitatur hic: vtrũ liceat plus vnũ diligere, q̃ alium. Ad quod sciendum, q̃ amor potest dici maior uel minor dupliciter. Vno modo, ex obiecto. Alio modo, ex intẽtione actus. Amare.n. aliquem, est velle ei bonum. Potest ergo aliquis aliquem magis alio diligere, aut qa vult ei maius bonum, quod est obiectum dilectionis, aut quia magis vult ei bonum, i. ex intẽsiori dilectione. Quantum ergo ad primum, oẽs æqualiter debemus diligere, quia omnibus debemus velle bonum vitæ æternæ. Sed quantum ad ẽm, non oportet, q̃ omnes æqualiter diligamus: quia cum intensio actus sequatur principium actionis, dilectionis autẽ principium sit unio & similitudo, illos intensius, & magis debemus diligere, qui sunt nobis magis similes & uniti.

LECTIO III.

POstquam Apostolus monuit Galatas qualiter se habeant ad homines rectos, & iustos: hic docet quomodo se habeant ad hæreticos, & peruersos. Et primo insinuat modum scribendi, ibi; monitionem. Secundo, ipsam monitionem subiungit, ibi; [Quicunque enim &c.] Circa primum sciendum, q̃ consuetudo erat apud hæreticos deprauandi, & falsificandi scripturas canonicas, necnon & permiscendi aliqua corũ quæ hæresim sapiant: propter hoc consuetudo fuit ab Apostolo seruata, q̃ quando aliqua contra eos scribebat, in fine literæ aliqua scriberet, ut deprauari non posset, & ita innotesceret eis de eius conscientia processisse: sicut 1.Corin. vltim. dicit, Salutatio mea manu Pauli. Totam enim epistolã per alium eo dictante scribi faciebat, & postea in fine aliqd propria manu addebat. Et secundum hũc modum

Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogũt vos circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur, Neque enim qui circunciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos ciruncidi, ut in carne vestra glorientur,

ea, quæ sequuntur, ab isto loco scripsit Paulus manu propria. Vnde dicit; [Videte qualibus literis scripsi vobis manu propria,] vt s. prædicta firmius teneatis, vt sciẽtes à me hanc epistolã missam, magis obediatis. Sic ergo prælati debẽt propria manu scribere, vt quod docent verbo & scripto, oñdant exemplo. Ideo dicitur Esa.49. In manibus 1. in operibus meis descripsit te &c. Exo.22. dicitur de Moyse, q̃ descendit portans duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Monitionem autem subiungit, dicens; [Quicunque.n. placere volunt &c.] Et primo, aperit seducentiũ intentionem. Secundo, oñdit suam intentionem eis esse contrariam, ibi; [Mihi aũt absit gloriari &c.] Tertio, subdit suam admonitionẽ ad subditos, ibi; [Quicunque hanc regulam &c.] Circa primum duo facit. Primo aperit seducentiũ malam intentionẽ. Secundo, probat quod dicit, ibi; [Neque.n. circuncisionẽ &c.] Circa primum ponit vnum factũ, & duas intentiones ad inuicem ordinatas. Factum aũt, erat istorum qui circuncisionem inducebant, & ex hoc duo intendebant. Vnum propter aliud, s. vt placerent inde Iudæis, ex hoc q̃ carnales obseruantias legis introducebãt in Ecclesiam Gentium, & hoc est quod dicit; [Quicunque uolunt placere,] s. Iudæis infidelibus; [In carne,] idest carnalibus obseruantijs; [Hi cogunt vos circuncidi,] non coactione absoluta, sed quasi ex conditione dicentes, Quia nisi circuncidamini, non poteritis salui fieri, vt hr̃ Act.15. Intendebãt autem ex hoc viterius quandam securitatem hr̃e. Iudæi enim persequebantur discipulos Christi propter prædicationem crucis. 1.Corint.1. Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum &c. Et hoc quia per prædicationem crucis euacuabãtur legalia. Nam si Apostoli simul cum cruce Christi prædicassent debere seruari legalia, nullam p̃secutionem Iudæi Apostolis intulissent. Vnde dicebat supra 5. Ego aũt fratres, si adhuc circuncisionẽ prædico, qd adhuc persecutionem patior &c. Vt ergo non haberent p̃secutionem à Iudæis, inducebant circuncisionẽ. Et ideo dicit. Et ẽt hoc pp hoc; [Tantũ] faciunt; Vt crucis Christi p̃secutionem non patiantur,] quæ. s. pro cruce Christi infertur. Vel hoc ẽt faciebant ad vitãdam persecutionem, non solũ Iudæorum, sed ẽt Gẽtilium infideliũ. Nam Romani Imperatores, Gaius Cæsar, & Octauius Augustus promulgauerunt leges, ut Iudæi vbicunque essent, proprio ritu, proprijs ceremonijs seruirẽt. Et ideo quicunq; in Christũ credebat, & circuncisus non erat, p̃secutionibus tã Gentilium q̃ Iudæorũ fiebat obnoxius, vt ergo non inquietarentur de fide Christi, & in quiete viuerẽt, cogebant eos circuncidi ẽm quod hr̃ in Glo. Sed quia possent dicere pseudo, q̃ non pp hoc circuncisionem inducunt, sed zelo legis solum, ideo hoc excludẽs, probat quod dixit, cum dicit sic; [Neque.n. qui circuncidũtur &c.] Constat enim, q̃ si propter legis zelum aliquos ad legis obseruãtias inducerẽt, mandarent ẽt legem in alijs impleri. Sed neq; illi circũciduntur, neq; pseudo in alijs, s. in moralibus quæ potiora sunt in lege, & in alijs obseruantijs, custodiunt. Ioan.7. Nemo ex vobis facit legem. non ergo ex zelo legis circuncisionem inducunt. Rom.2. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues; [Sed] ideo; [Volunt vos circuncidi, ut in carne vestra,] idest in carnali vestra circuncisione; [Glorientur] apud Iudæos, eo q̃ tam multos proselytos faciant Matth.23. Væ vobis scribæ, & pharisei, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum &c.

LECTIO IIII.

MIhi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. In Christo eñ Iesu neque circuncisio aliquid valet,

LECTIO IIII.

POstquam Apostolus exposuit prauam seducentium intentionem; hic insinuat suam. Et primo ponit suam intentionem. Secundo, ostendit intentionis huius signũ, ibi; [Per quem mihi mundus &c.] Tertio, rationem intẽtionis assignat, ibi; [In Christo Iesu &c.] Dicit ergo, Intentio seducentium apparet, qa illi gloriantur in carne, sed ego aliam gloriam quæro, scilicet in cruce. Et hoc est quod dicit, [Mihi absit gloriari &c.] Vide, q̃ vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurũ reperit. Quod illi visum est stultitia, Apostolo factum est sapientia, & gloria, vt dicit Aug. Vnusquisque.n. in ea re gloriatur, per quam reputatur magnus. Sic qui reputat se magnum in diuitijs, gloriatur ĩ eis, & sic de alijs. Qui enim ĩ nullo alio se magnũ reputat, nisi in Christo, gloriatur in solo Christo. Talis autẽ erat Apostolus. Vnde dicebat supra 2. Viuo ego, iam, non ego, viuit vero in me Christus. Et ideo non gloriatur nisi in Christo, præcipue aũt in cruce Christi: & hoc, qa in ipsa inueniuntur oĩa de quibus hoĩes gloriari solent. Nam gloriantur aliqui de magnorum (puta regum, aut principum) amicitia: & hoc maxime Apostolus inuenit in cruce, qa ibi oñditur euidens signum diuinæ amicitiæ. Rom.5. Commendat aũt suam charitatem Deus in nobis &c. Nihil.n. sic charitatem suã ad nos oñdit, sicut mors Christi. Vnde Greg. O inæstimabilis dilectio charitatis, ut seruum redimeres, filium tradidisti. Item, gloriantur aliqui de sciã. Et hanc Apost. excellẽtiorem inuenit in cruce. 1.Cor.2. Nõ enim æstimaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum &c. Nam in cruce est perfectio totius legis, & tota ars bene viuendi. Item, gloriãtur aliqui de potẽtia, & hanc Apost. maximam habuit p̃ crucem. 1.Cor.1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, his aũt qui salui fiunt, i. nobis, virtus Dei est. Item, gloriantur aliqui de libertate adepta, & hãc Apost. consecutus est p̃ crucem. Rom.6. Vetus noster homo crucifixus est, vt vltra nõ seruiamus peccato. Item, aliqui gloriantur in assumptione ad aliquod magnũ collegium. Sed p̃ crucem Christi assumuntur ad collegium cęleste. Col.1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue q̃ in cęlis, siue quæ in terris sunt. Item, quidam gloriantur in triumphali signo victoriæ. Sed crux triumphale signum est victoriæ Christi contra dęmones. Col.2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos &c. Sap.14. Benedictum lignum, p̃ quod fit iustitia. Signum autẽ suæ intentionis subdit, dicens; [Per quem mihi mundus &c.] Quia autẽ hoc, quod dicit; [Mihi absit gloriari, nisi in cruce, &c.] est propositio exceptiua includens vnam affirmatiuam, & aliã negatiuã: ideo duplex signum ponit, probans vtranque propositionem. Et primo quidem probat negatiuam, s. quòd nõ gloriatur nisi in cruce: & hoc, cũ dicit [Per quem mihi mundus crucifixus &c.] Illud.n. in quo quis gloriatur: nõ est mortuũ in corde eius, sed magis illud, quod contemnit. Psal.30. Obliuioni datus sum tãquã mortuus à corde. Manifestum est autẽ, quod mundus & oĩa quæ in mundo sunt, mortua erant in corde Pauli. Phil.3. Oĩa arbitratus sum vt stercora, ut Christum lucrifaciam. Ergo non gloriatur in mundo, neq; in his quæ in mũdo sunt, & hoc est quod dicit; Vere in nullo alio glorior, nisi in cruce Christi, p̃ quem, s. Christum crucifixum, mihi mundus crucifixus est. i. mortuus est in corde meo, ut nihil in eo cupiam. Secundo, probat affirmatiuam, scilicet, q̃ in cruce Christi gloriatur, dicens se crucifixum mũdo. Qui enim gloriatur in aliquo, illud in se prætendit, & manifestare desiderat: sed Apost. nihil in se prætendit, nec manifestare desiderat, nisi quod pertinet ad crucem Christi, & ideo tm̃ in ea gloriatur: & hoc est qd̃ dicit. [Et ego mũdo,] scilicet sum crucifixus, q.d. Porto insignia crucis, & sum reputatus vt mortuus. Et ideo sicut mundus horret crucem Christi, ita horret me. Coll.3. Mortui enim estis, & uita vestra abscõdita est cum Christo in Deo &c. Rationem autem, quare non in alio gloriatur, ostendit subdens; [In Christo enim Iesu &c.] In illo siquidem maxime gloriatur, quod valet, & adiuuat ad cõiungendum Christo, hoc.n. Apostolus desiderat, s. cum Christo esse. Et quia non valet ad hoc ritus Iudaicus, nec Gentiliũ obseruantia, sed crux Christi solum, ideo solũ in ea gloriatur, & hoc est quod dicit; [In Christo, neque circuncisio aliquid valet,] i. ritus Iudaicus; [Neque p̃putium.] i. gentilitatis obseruantia, i. ad iustificandum, & iungendum Christo: sed ad hoc valet, [Noua creatura.] Quod quidem patet ex his quæ dicta sunt s̃. quinto, (quasi eisdẽ verbis) In Christo enim Iesu, neq; circuncisio aliqd valet, neque præputiũ: sed fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata, est noua creatura. Creati nãque & producti sumus in esse naturæ per Adam; sed illa quidẽ creatura vetusta iam erat, & inueterata, & ideo Dñs producens nos, & cõstituens in esse gratię, fecit quandam nouam creaturam. Iaco.1. Vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et dicitur noua, quia

per

Universidad de Deusto Biblioteca

per eam renouamur in vitam nouam, & per spiritum sanctum. Psalm. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et per crucem Christi, 2. Corinth. 5. Si qua est in Christo noua creatura &c. Sic ergo per nouam creaturā, scilicet per fidem Christi, & charitatem Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris, renouamur, & Christo coniungimur.

neque præputium, sed noua creatura.

LECTIO V.

APerta intentione seducentium, & insinuata sua, hic cōsequēter Apostolus monet eos: & primo ad imitationem. Secundo, ut desistāt ab eius molestatione, ibi. [De cætero nemo &c.] Tertio, implorat eis gratiæ auxilium ad prædictorum impletionem. Dicit ergo primo, Intentio mea est, ut non nisi in cruce Christi glorier, quod & vos debetis facere, qa [Quicunque hanc regulam] quam ego, scilicet teneo; [Secuti fuerint,] scilicet hanc rectitudinem gloriandi. 2. Cor. 10. Non in immensum gloriamur, sed ſm mensuram regulæ &c. [Pax super illos,] s. gloriantes: quia non nisi in Christo gloriātur; pax, inquā, qua quietentur, & perficiantur in bono. Pax enim est trāquillitas mentis. Cant. 8. Ex quo facta sum coram illo, quasi pacem reperiens. Colos. 3. Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua &c. [Et misericordia] per quā liberentur à peccatis. Trenorum 2. Misericordiæ Dñi, quia non sumus cōsumpti. Sap. 4. Gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Qui, s. sunt Israel. Rom. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est. Ille ergo est [Israel Dei,] qui est spiritualiter Israel coram Deo. Ioan. 1. Ecce vere Israelita, in quo dolus nō est, Rom. 9. Non enim oēs qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ &c. sed qui filij sunt promissionis, existimantur in semine. Vnde & ipsi Gentiles facti sunt Israel Dei, per mentis rectitudinem. Israel rectissimus interpretatur. Genes. 32. Israel erit nomen tuum &c. Consequenter cum dicit, [De cætero nemo &c.] monet, ut desistāt à sui molestatione. Et primo, ponit admonitionē. Secundo, rationem eius assignat, ibi [Ego enim stigmata.] Dicit ergo [De cætero &c.] quod potest dupliciter exponi. Vno mo-

LECTIO V.

ET quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego. n. stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

F do, ut de cætero, accipiatur in vi unius dictionis, ut sit sensus, De cætero, id est amodo. Alio modo, ut accipiatur in vi duarum dictionum, ut sit sensus. De residuo, nemo &c. quia Ego glorior tm̄ in cruce, de omnibus alijs. [Nemo mihi molestus sit,] qa ego de nullo curo. Sed prima melior est. Quod autem dicit, [Nemo mihi molest⁹ sit,] potest referri ad pseudo qui molesti erant apostolo, mouendo qstiones, & murmurationes de obseruantijs legalibus. Psal. 34. Ego autem dum mihi molesti essent, induebar cilicio &c. Vel potest referri ad auditores,

G non recte sentientes, ut dicatur, Nemo mihi molestus sit, i. nullus auditor exhibeat se talē, vt rursum in eo necessitatem habeā laborandi, s. aliter sentiendo q̄ doceam. Rationem autē horum assignat dicens; [Ego enim stigmata &c.] Stigmata n. proprie sunt, quædam notæ impressæ alicui cū ferro candenti, sicut cum seruus ab aliquo domino signatur in facie, ut nullus eū possit vendicet; sed quiete dimittat dño suo; cuius stigmata portat. Hoc etiam modo Apost. dicit se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit, vt seruus Christi. Et hoc, qa portabat insignia passionis Christi, patiens pro eo multas tribulationes in corpore suo, ſm illud 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Dñi Iesu in corpore nostro circunferentes &c. Et secundum hoc, dupliciter

H potest continuari ad præmissa. Vno modo, ut dictum est, Nemo mihi molestus sit. Nam ego porto insignia Domini nostri Iesu Christi in corpore meo, & sic nullus super me ius hēt nisi Christus. Alio modo, Nemo mihi molestus sit, qa ego habeo multos alios conflictus & stigmata, quę in persecutionibus quas patior, me molestant, & graue est addere afflictionem afflicto. Vnde cōqueritur Iob 16. Conscidit me vulnere super vulnus. Sed prima melior est. Implorat aūt auxilium gratiæ Dei, dicens, [Gratia Dñi nostri Iesu Christi &c. per quam prædicta impleatis; [Sit cum spiritu vestro,] i. cum ratione vestra, ut vere intelligatis. Vel cum spiritu vestro, quo scilicet debetis legem seruare, & non carnaliter. Rom. 8. Non enim accepistis &c.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Galatas.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

PROLOGVS S. THOMAE.

EGo confirmaui colūnas eius. Ps. 74. Sicut dicit Sapiēs Nō minor est virtus, quàm q̄rere parta tueri. Ideo nō immerito cōmēdatur Apostolus, quia & si Ephesios in fide nō fundauit, tñ fundatos ī fide cōfirmauit, ita ut ipse loquens de ecclesia Ephesiorū, vere possit dicere. Ego cōfirmaui colūnas eius; ego videlicet, Israelita natione, Christianus religione, Apostol⁹ dignitate. Israelita dico natione: nā & ego Israelita sum, ex semine Abrahę de tribu Beniamin, 2. Corin. 11. Item Christianus religione Gal. 2. Ego. n. per legē mortuus sum legi, vt Deo viuā: Christo cōfixus sum cruci; viuo ego iā nō ego, uiuit uero in me Christus, q aūt nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Itē, Apostolus dignitate. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorū. De his tribus. 2. Cor. 11. Israelitæ sūt, & ego, ut minus sapiēs dico, plus ego. Talis debet esse pdicator sapiētiæ salutaris. s. Israelita quo ad cōtēplationē Dei. Christian⁹ quo ad religionē fidei, Apostolus quo ad authoritatē officij. Ego ergo Iudæus p originē, q̄rens Deū p fidē, Apostolus Dei p imitationē cōfirmaui &c. Cōfirmaui ne a fide vacillarēt, sicut artifex cōfirmat ædificiū ne cadat. Vnde dictum est Petro. Luc. 22. Et tu aliqn̄ cōuersus cōfirma fratres tuos, quod fecit Paulus. vnde eicō petit illud. Iob 4. Vacillātes cōfirmauerūt sermones tui; Cōfirmauit itē ne pseudo timerēt, sicut Eps cōfirmat puerū ad robur contra pusillanimitatē; vnde dictū est de Dauid in Ps. 88. Inueni Dauid seruū meū, oleo sancto meo vnxi eū; manus. n. mea auxiliabitur ei, & brachiū meū cōfortabit eū, nihil proficiet inimicus in eo &c. Ps. 32. Verbo Dñi, per Paulū scripto, cœli 1. Ephe. firmati sunt &c. s. ne pmiū gloriæ amitterēt, sicut platus, vel princeps cōfirmat donū ne postea auferatur. Ps. 40. Me aūt pp innocētiā suscepisti, & cōfirmasti me in cōspectu tuo in æternū, has cōfirmationes petebat Ps. 32. dicēs, Cōfirma hoc Deus q operatus es in nobis &c. has pmittebat Apost. 2. Thess. vlt. fidelis aūt Deus, qui cōfirmabit vos, & custodiet a malo. Ego ergo cōfirmaui colūnas eius. s. fideles Eccl. Ephe. Fideles. n. Ecclesiæ dr̄ colūnę, quia debēt esse recti, erecti, & fortes. Recti p fidē, erecti per spē, fortes p charitatē. Recti dico per fidē, fides. n. ostendit rectā uitā veniēdi ad patriā. unde significatur per colūnam nubis, de qua Exod. 13. Dñs aūt pcedebat eos, ad ostendendā viā per diem in colūna nubis. Fides. n. ad modū nubis habet obscuritatem, quia cū ęnigmate; dissolutionē, quia euacuatur; humiditatem, quia excitat ad deuotionē. Erecti p spem, spes. n. dirigit ad superna. unde significatur p colūnam fumi, de qua dr̄ Iudic. 26. Viderunt quasi colūnā fumi de ciuitate ascendentē. Spes. n. ad modū fumi ex igne; i. ex charitate prouenit, in altū ascendit, in fine deficit. i. in gloria. Fortes p charitate, fortis. n. est ut mors dilectio, ut dr̄ Can. 8. unde significatur per columnā ignis qui oīa consumit, de quo Sap. 18. Ignis ardentem colūnam ducem habuerunt ignotę uiæ. Sicut. n. ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic charitas illuminat opera, examinat intentionē, & oīa uitia exterminat. Iam apparet, q̄ sit causa huius epistolæ efficiens, quia Paulus; quod notatur ibi, Ego. Finalis, quia confirmatio, qd notatur, ibi, Confirmaui. Materialis, quia Ephesij, quod notatur, ibi, Colūnas eius. Formalis patet in diuisione epistolæ, & modo agēdi. Huic epistolæ pmittit glosator prologū siue argumentū, vbi principaliter duo facit. Primo, describit eos. Secundo, rōnem & modū scribēdi subdit, ibi: Hos collaudat Apostolus &c. Ephesinos vero qb. scribit, describit a trib. Primo, a regione, qa Ephe-

A sij sunt Asiani ab Asia minore. Secūdo, a religione, quia hi acceperūt verbū veritatis Christianæ. Tertio a stabilitate, quia persisterunt in fide. Primū, respicit patriā. Secundū, gratiā. Tertiū, perseuerantiā. Hos collaudat Apostolus &c. Hic subdit ēt rōnem, & modū scribēdi, vbi implicat quatuor. Primo, scripturæ rōnē. Secūdo, actorem, qui est apostolus scribēs. Tertio, locū a quo scribit, quia a Roma de carcere. Quarto, nuntiū per quem scribit, quia per Tichicum diaconum, litera satis patet.

CAP. I. LEC. I.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatē Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia uobis & pax a Deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Benedictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in oī benedictione spirituali, in cęlestibus in Christo: sicut ele-
B git nos in ipso ante mundi constitutionē: ut essemus sancti &

LECTIO I.

HAnc epist. scribit Apost. ad Ephe. Ephesij sunt Asiani, ab Asia minore, q̄ est pars Græciæ, hi nō fuerunt p Apostolum Paulū in fide fundati, sed cōfirmati. Iā. n. antequā veniret ad eos, erant cōuersi, vt haberi pōt Act. 19. Factū est cū Apollo esset Cor. &c. Post cōuersionē uero suā & Apostoli cōfirmationē, in fide perstiterūt, nec pseudo receperūt. Nō ergo reprehensione, sed consolatione digni erant. Ideo Paulus eis nō increpatoriā, sed cōsolatoriā scribit epistolā. Scribit aūt eis ab vrbe Roma per Tichicū diaconū. Intentio vero eius est, eos in bonis habitis cōfirmare. & ad altiora prouocare. Modus aūt agendi patet in diuisione epistola. Primo ergo ponit salutationē, ī qua suū
C affectū ad eos demōstrat. Secūdo, narrationē, in qua eos in bonis habitis confirmat, ibi. [Benedictus Deus &c.] vsq; ad ca. 4. Tertio, exhortationē, in qua eos ad vlteriora bona prouocat, a ca. 4. vsq; ad locū illū c. 6. [De cætero fratres confortamini in Domino &c.] Quarto, epistolæ conclusionē, in qua eos ad certamen spirituale cōfortat a loco isto, De cętero, vsq; in finem. In salutatione primo ponitur persona salutātis. Secundo, personæ salutatæ, ibi. [Sanctis omnib. &c.] Tertio forma salutationis, ibi. [Gratia vobis &c.] In prima, primo nominat personā, ibi. [Paulus.] Secundo, personæ authoritatē, ibi. [Apostolus Christi.] Tertio authoritatis datorem, ibi. [Per volūtatem Dei,] Dicit ergo [Paulus Apostolus.] Paulus nomē est humilitatis, Apostolus vero nomē dignitatis, quia qui se humiliat, exaltabitur, Luc. 14. & 18. Apo-
D stolus, inquam, [Iesu,] non sathanæ, sicut pseudo. 2. Cor. 11. Nō est ergo magnum si ministri eius. s. sathanæ, transfigurētur velut ministri iustitiæ &c. Apostolus, inquam, & hoc nō meis meritis, sed per volūtatē Dei. Econtra est in multis. Oseæ 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me, &c. [Sanctis omnibus,] s. qui sunt [Ephesi,] & fidelibus supple scribit. Vel ego Paulus scribo sanctis exercitio virtutum quo ad mores, [Fidelibus,] rectitudine cognitionis quo ad finā, vel sanctis. i. maioribus & pfectis; fidelibus, i. minorib. & imperfectis; [Et fidelib.] inquā; [In Christo] nō in sectis suis, [Gratia vobis & pax &c.] Hic subditur salutationis forma, in qua implicantur tria, donū quodlibet gratificātia, s. doni sufficiētia, ibi. [Gratia uobis & pax,] Datoris potentia, ibi. [A Deo pa-
E tre.] Mediatoris excellētia, ibi; [Et dño Iesu Christo.] Tūc. n. gratū est donū qn̄ sufficiēs est quod datur, qn̄ a potente datur, vt qn̄ a rege, vel principe datur, qn̄ per solemnem nuntiū datur, vt per filium. Dicit ergo [Gratia] s. iustificationis a culpa; [Et pax,] i. tranquillitas mentis, vel recōciliatio ad Deū, quo ad liberationē a debita pęna pro offensa; [Vobis,] supple sit, ex hoc. s. [& Deo patre nostro,] a quo bona cuncta procedunt. Iac. 1. Omne datū optimum &c. [Et dño Iesu Christo,] sine quo nulla bona dātur. Ideo fere oēs orationes finiuntur, Per Dñm nostrum Iesum Christum. Spiritum sanctum nō nominat, quia cum sit nexus patris, & filij, intelligitur in extremis, uel intelligitur in donis sibi appropriatis, quæ sunt gratia & pax. Deinde cum dicit, [Benedictus

ctus

ctus Deus &c.] Hic gratias agendo, eos in bono confirmat, & hoc trib. modis. Primo, rõne sumpta ex parte Christi, a quo multa bona adepti sunt, capite isto. Secundo, ratione sumpta ex parte ipsorum, qui de præterito statu malo, ad bonum præsens translati sunt, ca. 2. ibi. [Et uos cum essetis mortui &c.] Tertio, ratione sumpta ex parte Apostoli, cuius ministerio, & diligentia in bono statu positi, confirmati sunt ca. 3. ibi. [Huius rei gratia &c.] Aecum prima in tres diuiditur: quia prima gratias agendo, tangit beneficia generaliter. Secundo, beneficia exhibita ipsis Apostolis specialiter, ibi. [Quæ superabundauit in vobis &c.] Tertio, beneficia exhibita ipsis Ephesijs specialiter, ibi. [In quo & vos cũ audissetis &c.] Beneficia vero exhibita generaliter humano generi tangit sex. Primum benedictionis, in certitudine futuræ beatitudinis, ibi. [Benedictus &c.] Secundũ electionis, in præordinata separatione a massa perditionis, ibi. [Sicut elegit nos in ipso, &c.] Tertium prædestinationis, in præordinata associatione cum bonis. s. cum illis adoptionis, ibi. [Qui prædestinauit nos, &c.] Quartũ gratificationis, in collatione gratiæ, ibi [In quo gratificauit nos &c.] Quintũ redemptionis, in liberatione a pena. i. a diaboli seruitute, ibi. [In quo habemus redemptionẽ &c.] Sextum remissionis in deletione culpæ, ibi. [Remissionẽ peccatorũ &c.] Circa beneficiũ benedictionis, tangit duo. Primo, pconium quod debet impendi, ibi. [Benedictus Deus &c.] Secundo, beneficiũ, propter quod debet impendi, ibi; [Qui benedixit nos &c.] Dicit ergo, [Benedictus,] s. a me, a vobis, & ab alijs. s. corde, & ore, & opere. i. laudatus: [Deus & pater,] i. ille, qui est Deus per essẽtiam diuinitatis, & pater propter proprietatem generationis. Incidit aũt copulatio, non ratione suppositionis, quia idem est suppositũ, sed ratione significationis essentialiter & relatiue. Pater, inquam [Dñi nostri Iesu Christi,] i. filij, qui est Dñs noster ẽm diuinitatem: Iesus Christus ẽm humanitatem. Qui. s. Deus [Benedixit nos in] spe in præsenti, sed in futuro benedicet in re. Ponit aũt præteritum pro futuro propter certitudinem. Benedixit, inquã, nos, licet nostris meritis maledictos [In omni benedictione spirituali] s. quantum ad animam, & quantũ ad corpus. Tũc enim erit corpus spirituale. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Benedictione, inquam, habita; [In cęlestibus. i. in cęlo. Et hoc [In Christo,] i. per Christum, vel in Christo operante, Ipse enĩ est, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Phil. 3. Valde appetenda est benedictio hæc. Et ratione efficientis, quia Deus est benedictio hæc. Et ratione materiæ, quia nos benedicit. Et ratione formę, quia in omni benedictione spirituali benedicit. Et ratione finis, quia in cęlestibus benedicit. Ps. 127. Ecce benedicetur homo, qui timet dominum. Deinde cũ dicit [Sicut elegit nos &c.] Tangitur beneficium electionis, vbi commendatur electio ista, quia libera, ibi. [Sicut elegit nos in ipso;] quia æterna, ibi. [Ante mundi constitutionem,] quia fructuosa, ibi. [Vt essemus &c.] Quia gratuita, ibi. [In charitate.] Dicit ergo, Ita benedicet nos, nõ nostris meritis, sed ex gratia Christi, sicut elegit nos, & gratis a massa perditionis separando, præordinauit nos in ipso, i. per Christum. Io. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Et hoc [Ante mũdi cõstitutionem,] i. ab æterno, antequàm fieremus. Ro. 9. Cum nondũ nati fuissent &c. [Elegit,] inquam, nõ quia sancti essemus [quia nec eramus] sed ad hoc elegit nos; [Vt essemus sancti virtutib. [Et immaculati] a vitijs. Vtrunq; enim facit electio ẽm duas partes iustitiæ, Ps. 33. Declina a malo, & fac bonum. Sancti, inquam [In conspectu eius,] i. interius in corde, vbi ipse solus conspicit. 1. Reg. 16. Deus aũt intuetur cor. Vel [In conspectu eius,] i. vt eum inspiciamus, quia visio est tota merces, ẽm Aug. Et hoc fecit, non nostris meritis, sed in charitate sua, vel nostra, qua nos formaliter sanctificat. Deinde cum dicit, [Qui prædestinauit &c.] Subdit tertiũ beneficium. s. pdestinationis, in præordinata associatione cũ bonis. Vbi circa pdestinationem implicat sex. Primo actũ æternũ, ibi [Præordinauit.] Secundo, temporale obiectũ, ibi. [Nos.] Tertio, præsens cõmodũ, ibi [In adoptionẽ &c.] Quarto, fructũ futurũ, ibi [In idipsum.] Quinto, modũ gratuitũ, ibi; [Secundũ propositũ.] Sexto, effectũ debitum, ibi [In laudem gloriæ &c.] Dicit ergo, Qui. s. Deus [Prædestinauit nos,] s. sola gratia præelegit in adoptionem filiorum, i. vt associaremur cum alijs filijs adoptionis in bonis, quæ habituri sunt; ideo dicit [In adoptionem filiorum.] Ro. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ. Et infra, adoptionem filiorum expectantes. Quia vero illud quod fit ignitum, per ignem hoc oportet fieri, quia nihil consequitur participationem alicuius, nisi per id quod est per naturam suam tale; ideo adoptio

immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui pdestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum uoluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ.

F nem filiorũ oportet fieri per filiũ naturalẽ. Et ideo addit Apost. [Per Iesum Christum.] Et hoc est tertium, quod tangitur in isto beneficio. s. mediator afficiens. Galat. 4. Misit Deus filiũ suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc; [In ipsum,] i. inquantum ei conformamur, & in spiritu seruimus. 1. Ioann. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Et sequitur ibid. Et scimus, quĩ cum apparuerit, similes ei erimus. Vbi notandum est, ꝙ duplex est similitudo prædestinatorum ad filium Dei, quędam imperfecta, quæ est per gratiam, & dr̃ imperfecta. Primo quidem, quia solum est ẽm reformationem animæ, de qua Col. 3. Reformamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem &c. Secundo, quia et ẽm animam
G habet quandam imperfectionem. Ex parte enim cognoscimus, vt dr̃ 1. Corint. 13. Alia vero similitudo erit perfecta, quæ in gloria, & quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum &c. & ẽm animam, quia cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 1. Cor. 13. Quod ergo dicit Apostolus, ꝙ prædestinauit nos in adoptionem filiorum, potest referri ad imperfectam assimilationem filij Dei, qui habetur in hac uita per gratiam: sed melius est, ꝙ referatur ad perfectam filij Dei assimilationem, quæ erit in patria, de qua adoptione dr̃ Rom. 8. Ingemiscimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Causa prædestinationis diuinę non est necessitas ex parte Dei, nec debitum ex parte prædestinatorum, sed magis est ẽm propositum voluntatis suæ. In quo quarto commendatur beneficium, quia ex amore puro prouenens, quia prædestinatio ẽm rationem præsupponit electionem, & electio dilectionem. Duplex tamen hic causa huius beneficij immensi assi-
H gnatur. Vna est efficiens, quæ est simplex Dei uoluntas, ibi. [Secundum propositum voluntatis suæ.] Roma. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Iac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis suæ. Alia vero causa est finalis, quæ est, vt laudemus & cognoscamus bonitatem Dei, quæ notatur, ibi [In laudem gloriæ gratiæ suæ.] Et hoc iterum est, a quo commendatur istud excellens beneficium. s. seruitium sibi conueniens. Causa enim diuinæ prædestinationis, est voluntas mera Dei, finis vero cognitio eius bonitatis. Vnde notandum est, ꝙ diuina voluntas nullo modo habet causam, sed est prima causa omnium. Nihilominus tamen potest ei aliqua ratio assignari dupliciter, scilicet, vel ex parte volentis, & sic quædam ratio diuinæ voluntatis est eius bonitas, quę est obiectum voluntatis diuinæ, & mouet eam. Vnde ratio omnium eorum, quæ Deus vult, est diuina bonitas. Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Ex parte autem voliti, ratio diuinæ voluntatis potest esse aliquod esse creatum, sicut dum vult coronare Petrum, quia legitime certauit: sed hoc non est causa volendi, sed est causa
I quòd ita fiat. Secundum tamen est, quòd effectus sunt ratio voluntatis diuinæ ex parte voliti, ita scilicet, quòd effectus prior sit ratio vlterioris, sed tamen cum venitur ad primum effectum, non potest vltra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina, puta, Deus vult hominem habere manum, ut seruiat rationi, & hominem habere rationem, quia uoluit eum esse hominem, & hominem esse voluit propter perfectionem vniuersi. Et quia hic est primus effectus in creatura, non potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creaturæ, sed ex parte creatoris, quæ est diuina voluntas. Ergo secundum hunc modum, nec prædestinationis potest ex parte creaturæ ratio aliqua assignari, sed solum ex parte Dei. Nam effectus prædestinationis sunt duo, s. gratia & gloria. Effectuum autem qui ad gloriam ordinantur, potest quidem ex parte voliti assignari ratio. s. gratia, puta Pe-
K trum coronauit, quia legitime certauit, & hoc quia fuit firmatus in gratia: sed gratiæ, quæ est primus effectus, non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis, quòd sit ratio prædestinationis, quia hoc esset ponere, quòd principium boni operis sit in homine ex seipso, & non per gratiam, quòd est hæresis Pelagiana, quæ dicit principium boni operis esse ex parte nostra. Sic ergo patet, quòd ratio prædestinationis est simplex Dei voluntas; propter quod dicit Apostolus, secundum propositum voluntatis suæ. Qualiter autem intelligatur, quòd Deus omnia facit, & uult propter suam bonitatem, sciendum est, quòd aliqua operari propter finem, potest intelligi dupliciter. Vel propter finem adipiscendum, sicut infirmus accipit medicinam propter sanitatem, vel propter amorem finis diffundendi, sicut medicus operatur propter sanitatem alteri communicandam. Deus aũt nullo exteriori a se bono indiget, ẽm illud Ps. 5. bonorum meorũ non eges. Et ideo cum dr̃, ꝙ Deus vult & facit omnia propter bonita-
A tem suam, non intelligitur, ꝙ faciat aliquid propter bonitatẽ sibi cõicandam, sed propter bonitatem in alios diffundendam. Cõicatur aũt diuina bonitas creaturæ rationali proprie, vt ipsa rationalis creatura eam cognoscat. Et sic omnia, quæ Deus in creaturis rationalibus facit, creat ad laudẽ, & gloriam suam, ẽm illud Esa. 43. Omnem qui inuocat nomen meũ in gloriam meam creaui eũ, vt. s. cognoscat bonitatem, & cognoscendo laudet eam. Et ideo subdit Apostolus. In laudem gloriæ gratiæ suæ. idest vt cognoscat quantum Deus sit laudandus, & glorificandus. Non dicit aũt, In
B laudem iustitiæ. Nam iustitia ibi locum habet, vbi inuenitur debitum, vel & redditur, quod autem prædestinatur ad uitam ęternam, non est debitum, vt dictum est, sed gratia pure gratis data. Nec solum dicit gloriæ, sed addit gratiæ, quasi gloriosæ gratiæ, quæ est gratia, in qua ostenditur magnitudo gratiæ, quæ consistit & in magnitudine gloriæ, & modo dandi: quia nullis meritis præcedentibus; sed adhuc immeritis existentib. eam dat. Vnde Ro. 5. Commendat aũt Deus suam charitatem in nobis, qm̃ si cum adhuc peccatores essemus, ẽm tempus Christus pro nobis mortuus est &c. & parum post, Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Patet ergo, ꝙ prædestinationis diuinæ nulla alia causa est, nec esse potest, quàm simplex Dei voluntas. Vnde patet etiam ꝙ diuinæ voluntatis prædestinantis non est alia ratio, quàm diuina bonitas filijs communicanda.

LECTIO II.

IN quã gratificauit nos in dilecto filio suo; in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius.

LECTIO II.

C HIc ponit Apostolus quartum beneficium. s. gratificationis in collatione gratiæ. Circa quod duo facit. Primo, tãgit huius beneficij collationem. Secundo, ostendit conferendi modum & conditionem, ibi; [In quo habemus redemptionem &c.] Dicit ergo primo, Ego dico, ꝙ prædestinati sumus in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ, & dico gratiam in qua; [Gratificauit nos &c.] Circa quod sciendum est, ꝙ idem est aliquid esse gratum alicui, & esse dilectũ ei. Ille enim est mihi gratus quem diligo. Cum ergo Deus dilexerit nos ab æterno (nam elegit nos ante mundi constitutionem in charitate, sicut dictum est) quomodo ergo in tempore gratificauit? Et dicendum est, ꝙ illos quos ab æterno in seipso dilexit, in tẽpore prout sunt in natura propria gratificat: & illud quidem quod ab æterno est, factum non est, quod vero in tempore est, fieri dr̃. Vnde hic Apost.
D dicit [Gratificauit,] idest gratos fecit, quod simus digni dilectione sua. 1. Io. 3. Videte qualem charitatẽ dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Consueuit autem distingui duplex gratia. s. gratis data, quæ sine meritis datur. Rom. 11. Si aũt gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia; & gratia gratum faciens, quæ nos facit Deo gratos, & acceptos, de qua dr̃ hic. Notandum est autem, ꝙ aliqui diliguntur propter alium, & aliqui propter seipsos. Cum enim aliquem multũ diligo, diligo illum, & quicquid ad illum pertinet; nos autem a Deo diligimur, sed non propter nosipsos, sed in eo, qui per seipsum dilectus est patri. Et ideo Apostolus addit, [In dilecto filio,] pro quo. s. nos diligit, inquantum sumus ei similes: dilectio enim fundatur super similitudine. Vnde dicitur Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile. Filius autem est per naturam suam similis patri: & ideo principaliter & per se dilectus est, & ideo natu-
E raliter & excellentissimo modo est patri dilectus. Nos autem sumus filij per adoptionem, inquantum. s. sumus conformes filio eius, & ideo quandam participationem diuini amoris habemus. Ioan. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, qui credit in filium habet vitam æternam. Colos. 1. Transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ. Deinde cum dicit; [In quo habemus redemptionem &c.] Ponit modum ipsius. Circa hoc autem duo facit. Quia primo, proponit modum ex parte Christi. Secundo, ex parte Dei, ibi: [Secundum diuitias gratiæ eius, &c.] Ex parte Christi, ponit duplicem modum; nã Christus per duo nos gratificauit. Sunt enim duo in nobis, quæ repugnant gratificationi diuinæ. s. peccati macula & pœnæ noxa. Et sicut mors repugnat vitæ, ita peccatum repugnat iustitiæ: ita ut per hoc elongati a Dei similitudine, Deo grati non essemus. Sed per Christum nos gratificauit. Primo quidem, ablata pęna, & quantum ad hoc dicit, ꝙ in Christo habemus redemptionem. s. a seruitute peccati. 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, &c. Apocal. 5. Redemisti nos Deus in sanguine suo. Secundo, dicimur redempti, quia propter peccatũ detinebamur, nec per nos plene satisfacere poteramus, per Christum liberati sumus, quia moriendo pro nobis satisfecit Deo patri, & sic abolita est noxa culpæ. Vnde dicit: [In remissionẽ peccatorũ.] Io. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Luc. vlti. Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pęnitentiam, & remissionem peccatorum. Modus autem ex parte Dei ponitur, cum dicit, [Secundũ diuitias &c.] q.d. quòd Deus gratificans nos, nõ solum culpam remisit nobis, sed filium suum dedit, qui pro nobis satisfecit, & hoc fuit ex superabundanti gratia, qua voluit per hoc honorem humanæ naturæ conseruare, dum quasi per iustitiam homines a seruitute peccati & mortis voluit liberare per mortem filij sui. Et ideo dicit, [Secundum diuitias gratiæ eius.] q.d. Hoc, ꝙ redempti sumus & gratificati sumus per satisfactionem filij eius, fuit ex abundanti gratia & misericordia, prout immeritis tribuitur misericordia, & miseratio. Hæc autem, quæ dicta sunt, prosecuti sumus secundum expositionem Glo. quæ quidem expositio uidetur extorta, quia idem continetur in vno, quod in alio. Nam idem est dicto, elegit nos & prædestinauit nos. Et idem dicitur per hoc, quod dicit, vt essemus sancti, & immaculati, & per hoc, ꝙ dicit, in adoptionem filiorum. Propter quod sciendum est, quòd est consuetudo Apostoli, vt cum loquitur in aliqua difficili materia, quæ immediate sequuntur, sint præmissorũ expositio, nec est ibi inculcatio verborum, sed expositio, & hunc modum seruat hic Apost. Vnde seruato eodem verborum pondere, aliter a principio diuidamus, & dicamus, ꝙ pars ista [Benedictus Deus, &c.] diuiditur primo in tres partes, quia Aposto. primo reddit gratiarum actionem, ibi. [Benedictus Deus &c.] Secundo, recitat omnium beneficiorum simul largitionem, ibi. [Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali &c.] Tertio, ponit diuinorum beneficiorum in speciali apertam expressionem, ibi. [Sicut elegit &c.] hæc diuiditur in duas partes, quia primo, beneficia distincte exprimit; secundo, ea exponit, ibi [Qui prædestinauit nos &c.] Explicat autem beneficia. Primo, quantum ad electionem. Secundo, quantũ ad ea, quæ sequuntur, ibi. [Vt essemus sancti &c.] Exponit autem primo, de electione. Est enĩ duplex electio. s. præsentis iustitiæ, & prædestinationis æternæ: de prima, Ioan. 6. Nonne duodecim vos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Et de hac Apostolus non intendit hic, quia ista nõ fuit ante mundi cõstitutionem, & ideo statim manifestat de qua intelligit; quia de secunda. s. de æterna prædestinatione propter quod dicit [Prædestinauit nos &c.] Et quia dicit, [In Christo,] s. vt Christo essemus similes & conformes, secundum quod adoptamur in filios: ideo subdit [In adoptionem filiorum per Iesum Christum.] Hoc vero quod dixit, [In charitate,] exponit, cum dicit, [In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius.] quasi dicat. Nos habemus &c. Quod vero dicit [Et immaculati,] exponit cum dicit [In remissionem peccatorum.] Hoc vero, quod dicit [In conspectu eius,] exponit dicens: [In laudem gloriæ gratiæ suæ.]

LECTIO III.

QVę superabundauit in nobis, in omni sapientia, & prudentia: ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, ĩ di-

LECTIO III.

POsitis beneficijs cõiter omnibus collatis: hic Apostolus ponit beneficia specialiter Apostolis collata. Diuiditur autem hæc pars in duas, quia primo, pponit beneficia singulariter Apostolis collata. Secundo, ostendit causam eorum, ibi. [In quo & uos forte uocati &c.] Circa primum tria facit, quia primo, proponit singularia Apostolorum beneficia quantum ad excellẽtiã sapientiæ. Secundo, quantum ad specialem reuelationem sacramenti absconditi, ibi [Vt notum faceret &c.] Tertio, exponit, quod sit illud sacramentum, ibi. [Secundum beneplacitũ, &c. Dicit ergo primo, Dico quòd secundum diuitias gratiæ eius oẽs fideles cõiter tam vos, quàm nos, habemus redemptionem, & remissionem peccatorum per sanguinem Christi, quæ quidem gratia; [Superabundauit in nobis,] idest abundantius fuit, quàm in alijs. Ex quo apparet temeritas illorum, (ut non dicam error) qui aliquos sanctos præsumunt comparare Apostolis, in gratia

& glo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

& gloria. Manifeste enim patet ex verbis istis, q Apostoli habēt gratiam maiorem quàm aliqui alij sancti, post Christum & virginem matrem. Si vero dicatur alios sanctos tm̄ mereri posse, quantum & Apostoli meruerunt, & per consequens tantam gratiam habere; Dicendum est, q bene argueretur, si gratia pro meritis daretur, quod si ita esset, iam non esset gratia, vt dr̄ Ro. 11. Et ideo, sicut Deus pondi nauit aliquos sanctos ad maiore dignitatem ita & abundantiorem

spensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, & quę in cœlis, & quę in terra sunt, in ipso.

gratiā eis infudit, sicut Christo homini, quem ad vnitatē personę assumpsit, contulit gratiam singularem. Et gloriosam Virginem Mariam, quam in matrem elegit, & quantum ad animā, & quātum ad corpus gratia impleuit, & sic Apostolus, sicut ad singularem dignitatem vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit: propter quod dicit Apost. Rom. 9. Nos ipsi primitias spiritus habentes. Glo. tempore prius, & cæteris abundantius. Temerarium est ergo, aliquem sanctum Apostolis comparare. Superabundauit ergo gratia Dei in Apostolis in omni sapientia. Nam Apostoli præpositi sunt ecclesiæ sicut pastores. Hier. 3. Dabo vobis pastores s̄m cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Duo aūt spectant ad pastores. s. vt sint sublimes in cognitione diuinorum, & industrij in actione religionis. Nam subditi instruēdi sunt in fide, & ad hoc necessaria est sapiētia, quæ est cognitio, diuinorum, & quantum ad hoc dicit [In oī sapientia] Lucæ 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, nec contradicere oēs aduersarij vestri. Item gubernandi sunt subditi exteriorib. & ad hoc necessaria est prudentia. Dirigit. n. in temporalib. & quantum ad hoc dicit [Prudentia.] Matth. 10. Estote ergo prudentes &c. Sic ergo apparet beneficiū Apostolorū, quātum ad excellentiā sapientiæ. Sequitur eorum beneficiū quantū ad excellentiam reuelationis, ibi. [Vt notum faceret sacramentū &c.] q.d. Sapientia nostra non est, vt sciamus naturas rerum, & syderum cursus, & huiusmodi, sed in solo Christo. 1. Cor. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Christū Iesum, &c. Vnde hic dicit; [Vt notum faceret sacramentum,] i. sacrum secretum. s. mysterium incarnationis, quod fuit ab initio absconditum. Causam autem huius sacramenti absconditi subdit, dicens; [Voluntatis.] Nam effectus futuri non cognoscunt nisi cognitis causis, sicut eclypsim futuram non cognoscimus nisi cognoscendo causam eius. Cū ergo causa mysterij incarnationis sit voluntas Dei, quia propter nimiā charitatem quā Deus habuit ad homines, voluit incarnari; Io. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Voluntas aūt Dei occultissima est. 1. Corin. 2. Quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Causa ergo incarnationis occulta fuit, nisi quibus Deus reuelauit per spiritumsanctum; sicut Apostolus dicit 1. Cor. 2. Dicit ergo. [Vt notum faceret sacramentum,] i. sacrum secretum, quòd ideo est secretum, quia voluntatis suę. Matth. 1. Confiteor tibi Dñe pater cęli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientib. & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Item Col. 1. Mysterium quod absconditum fuit a seculis, & generationibus: nunc autem manifestum est sanctis eius, quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. Quid autem sit hoc sacramentum exponit dicens; [Secundum beneplacitum, &c.] Quæ quidem sententia intricata est, & debet sic construi; [Vt notum faceret, &c.] Quod quidem sacramentum est instaurare omnia in Christo. i. per Christum. Omnia dico; [Quæ in cęlis, & in terris sunt.] Instaurare, inquam in eo. s. Christo, cum [Dispensatione plenitudinis temporum,] & hoc s̄m beneplacitum eius. Vbi tria tāgit, s. sacramenti causam, temporis congruitatem, & sacramenti vtilitatem. Causam quodammodo tangit: cum dicit, Secundum beneplacitum. Licet autem quicquid Deo placet, bonum sit, hoc tamen beneplacitum Dei, anthonomasice bonum dr̄, quia per ipsum ad perfectam fruitionem bonitatis perducimur. Psal. 146. Beneplacitum est Dño super timentes eum, &c. Ro. 12. Vt probetis, quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Cōgruitas temporis fuit in dispensatione plenitudinis, de qua dr̄ Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Vnde Apostolus hic excludit quæstionē friuolam, quā Gentiles quærere consueuerunt, ut enim dr̄ Iob 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Vnde sicut omnia ordinat & dispensat, ita & tempora, dispensando & accommodando ea effectibus quos producit secundum congruentiam eorum. Sicut aūt aliis effectibus ab eo productis tempora ordinata sunt, ita & certum tempus præordinauit ab æterno mysterio incarnationis, quod quidē tempus s̄m Glo. existens fuit post quam homo cōuictus fuit de sua insipientia ante legem scriptā, dum. s. creaturas colebat, ut creatorem, ut dr̄ Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & de impotentia per legem scriptam, quam implere non poterat: vt sic homines aduentu Christi de sua sapientia & virtute non præsumentes, non contemnerent, sed quasi infirmi, & quodammodo ignari, Christū auditus affectarēt. Et effectum huius sacramenti [Instaurare oīa.] Nam inquantum facta sunt propter hominem, oīa instaurari dicuntur. Amos 9. Suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo; [Omnia] inquit [Quæ in cęlis,] i. angelos: non q pro angelis mortuus sit Christus, sed quia redimendo hominem reintegratur ruina angelorum, Psal. 109. Implebit ruinas, &c. vbi cauendus est error Origenis, ne per hoc credamus angelos damnatos, redimendos esse per Christum, vt ipse finxit: [Et quæ in terris,] inquantum cęlestia terrenis pacificat. Colos. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in celis sunt, quod est intelligendum quantum ad sufficientiam, & si omnia non restaurentur quantum ad efficaciam.

LECTIO IIII.

IN quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secūdum propositum eius, qui operatur omnia secundum cōsilium voluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ eius, nos, qui ante sperauimus in Christo.

LECTIO IIII.

SVpra posuit Aposto. abundantiam gratiæ, quam ipse & alij Apostoli a Christo receperunt: ne autem crederet aliquis eos proprijs meritis eam recepisse: ideo consequenter ostendit, q gratis eam receperunt, vocati a Deo non proprijs meritis. Diuiditur aūt pars ista in tres, quia primo proponit gratuitā vocationem. Secundo, voluntariam Dei prædestinationem, ibi, [Prædestinati s̄m propositum eius &c.] Tertio, vtriusq; finem; ibi; [Vt simus in laudem gloriæ eius &c.] Dicit ergo, Dixi q huiusmodi gratia superabundauit in nobis, & q in Christo omnia restaurata sunt; [In quo ēt;] i. per quem Christum; [Nos sorte sumus vocati,] i. non nostris meritis, sed diuina electione. Colos. 1. Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum in lumine &c. Psal. 30. In manibus tuis sortes meæ. Ad huius aūt intellectum sciendum est, q multa sunt inter homines quæ fortuita videntur & contingentia, quę tñ sunt secundum diuinam prouidentiam ordinata. Sors nihil aliud est, quàm expositio prouidentiæ diuinæ de aliquo contingenti & humano, vt dicit de Aug. super illud Psal. 30. In manibus tuis sortes meæ, dicit sors non est aliquod malum, sed in rebus dubijs diuinam exquirens voluntatem. Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum. Primo quidem superstitionis: nam omnis vana & illicita religio superstitio est. Tunc ergo incurritur peccatum illud superstitionis, qñ in eis initur aliquod pactum cum dæmonibus. Vnde dr̄ Ezech. 21. Sicut rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola exta consuluit. Commiscere enim sagittas ad sortilegium pertinet, & interrogare idola ad superstitionem. Et ideo sortilegium damnatur inter peccata ad superstitionem pertinentia. Secundo vitandum est peccatum tentationis Dei, nam quando per se homo aliquid potest facere, & scire quid debeat facere, si tunc a Deo sorte, vel aliquo alio loco tali exploret quid facere debeat, Deum tentat. Qñ autem necessitas imminet, neque ipse per seipsum iuuari potest, tunc licite a Deo inquirit quid facere debeat 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertio vitandum est peccatū vanitatis, quod fit si de inutilib. & impertinentib. ad nos inquiramus, utputa, de futuris contingentibus, vnde de dr̄ Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Potest ergo secundum hoc triplex sors accipi. s. quædam diuisoria, quædam consultoria, & quædam diuinatoria. Diuisoria est, cum aliqui diuidentes hæreditatem, & concordare non valentes mittunt sortes, puta, anulum, vel cartam, vel aliquid tale ostendendo dicentes; iste cuicunque euenerit, habebit partem istam in hæreditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licite. Prouerb. 18. Contradictiones comprimit sors: & inter potentes quoque dijudicat, idest inter volentes diuidere. Consultoria aūt fit, quando quis dubitans quid facere debeat consulit Deum mittens sortes. Ione 1. dr̄, quòd quando superuenit tempestas illa in mari, consuluerunt Deum, sortē mittentes, ut scirent cuius peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est, maxime in necessitatibus, & in electionibus potestatum secularium. Vnde faciunt rotulos de cera. in quorum quibusdam ponunt aliquas cartas & in quibusdam non, quos bussulos vocant, vt illi quibus veniunt bussuli cū cartis, habeant voces in electione. Sed hoc ante aduentum spiritussancti, Apostoli fecerunt ēt in electione spirituali. Act. 1. qñ sors cecidit super Mathiam; sed hoc post aduētum spiritussancti, amplius non licet in prædictis electionib. quia hoc faciendo, iniuriaretur spiritui sancto. Credendum est. n. q spiritussanctus prouidet ecclesiæ suæ de bonis pastorib. Vnde post aduentū spiritussancti, qñ Apostoli elegerunt septem diaconos, non miserunt sortes, & ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria aūt sors, est inquisitio de futuris, soli diuinæ cognitioni reseruatis. Et hæc semper habet vanitatem admistam, nec potest sine vitio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est, quàm inquisitio rerum, quæ ex diuina voluntate fiunt, gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet: inde est, quòd gratia diuinæ electionis dicitur sors, quia Deus per modum sortis s̄m occultam prouidentiam, non ex alicuius meritis, per gratiā internam vocat. Deinde cum dicit, [Prædestinati, &c.] Ponit voluntariam Dei prædestinationem de qua dr̄ Roma. 8. Quos prædestinauit hos & vocauit. Cuius quidem prædestinationis ratio nō sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas propter quod subdit, [Secundū propositū eius.] Ro. 8. Scimus qm̄ diligentib. Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui s̄m propositum vocati sunt sancti. Quòd autē s̄m propositum prædestinauerit, probat, quia non solum hoc, sed ēt omnia alia, quæ Deus facit, operatur s̄m consilium voluntatis suę. Ps. 134. Omnia quæcunq; voluit Dñs fecit. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Nō autem dicit s̄m voluntatem, ne credas, q sit irrationabilis, sed [Secundum consilium voluntatis suæ.] i. secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione, non s̄m q ratio importat discursum, sed secundum q designat certam & deliberatam voluntatem. Vltimo autem tangit finem vtriusque. s. prædestinationis & uocationis. s. laudem Dei. Vnde dicit. [Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo,] & per nos, qui credimus in Christo, laudetur gloria Dei. Esa. 55. Montes & colles cantabunt corā Deo laudem. Laus aūt gloriæ Dei (vt dicit Ambr.) est, cum multi acquirantur ad fidem, sicut gloria medici est cum multos acquirit & curat. Eccle. 1. Qui timetis Dominum sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia.

LECTIO V.

IN quo & uos, cum audiuissetis verbum veritatis (euāgelium salutis vestræ) in quo

LECTIO V.

POstquam enarrauit Apostolus beneficia collata cōiter omnibus fidelibus, exhibita specialiter Apostolis; hic consequēter enumerat beneficia ipsis Ephesijs collata. Diuiditur aūt pars ista in duas, quia primo proponit beneficia eis exhibita. Secundo insinuat affectum suum ex ipsis beneficijs excitatum, ibi; [Propterea & ego erudiens, &c.] Prima iterū in tres diuiditur, s̄m tria beneficia eis exhibita, quia primo proponit beneficium prædicationis. Secundo, beneficium conuersionis ad fidem, ibi: [In quo & credentes signati estis.] Tertio beneficium iustificationis, ibi; [Signati estis, &c.] Dicit ergo quantum ad primū, [In quo,] s. Christo] & uos cum audiuissetis,] i. cuius beneficio & virtute audiuistis [Verbum veritatis,] i. verbum prædicationis, inquantū ipse Christus ad uos p̄dicatores misit. Rom. 10. Qūo audient sine p̄dicante? qūo vero prædicabunt, nisi mittantur? Item eodem infra, Ergo fides ex auditu, auditus aūt per verbum Dei. Eius ergo bene sic audiunt, qui prædicatores eis mittit. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Hoc verbum p̄dicationis tripliciter commendat Apost. Primo a veritate, cum dicit, verbū veritatis, Quippe quia accipit originem a Christo; de quo dr̄ Io. 17. Sermo tuus veritas est. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suæ. Secundo, quia est annunciatio bona. Vnde dicit, [Euāgelium,] quod quidem annunciat summum bonum, & vitam æternam, & anthonomasice verbum fidei, Euangelium dr̄, quasi annunciatio summi boni. Esa. 52. Quam pulchri pedes annūciātis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem. Eodem 41. Super montem excelsum ascende tu qui euāgelizas Sion. Et hoc est quantum ad futura bona. Tertio describitur & commendatur quantum ad bona præsentia, quia saluat. Vnde dicit, [Salutis vestræ,] i. quod creditum dat salutem. Ro. 1. Non enim erubesco euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 1. Cor. 15. Notum autem vobis facio fratres euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. Quantum autem ad beneficiū cōuersionis ad fidem, dicit [In quo,] s. Christo. i. in cuius operatione vos credentes [Signati estis.] Quod quidem beneficium ideo apponitur fidei, quia fides necessaria est audientibus. Frustra. n. quis audiret verbum veritatis, si non crederet, & ipsum credere est per Christum: inf. 2. Gratia enim estis saluati per fidem. Et hoc non ex vobis, donum. n. Dei est. Quantum vero ad beneficiū iustificationis, dicit [Signati estis.] Et hoc; Per spiritum sanctū, qui datus est uobis,] de quo dicit tria. s. q est signū, & q est spiritus promissionis, & q est pignus hæreditatis. Signum quidem est, inquantum per eum infunditur charitas in cordibus nostris, qua distinguimur ab his, qui non sunt filij Dei, & quantum ad hoc dicit, Signati estis, idest diuisi a grege diaboli. Infra c. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, &c. Sicut enim homines gregibus suis apponūt signa, vt ab alijs distinguantur, ita Dominus gregem suum. i. populum suum spirituali signo voluit signari: Dominus autem populum peculiarem habuit, in ueteri quidem testamento iudæos. Ezech. 34. Vos aūt greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Vnde Ps. 94. Nos aūt populus eius, & oues pascuæ eius. Sed quia hic grex in pascuis corporalib. pascebatur. s. in doctrina corporali, & in bonis temporalibus. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: ideo eum Dñs corporali signo. s. circuncisionis, ab alijs separauit & distinxit. Gen. 17. Eritque pactum meum in carne vestra. Prius autem dr̄, Circuncidetis carnem præputij uestri, ut signum fœderis inter me, & vos. In nouo aūt testamento gregem habuit populum Christianum. 1. Petr. 2. Conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Io. 10. Oues meę, vocem meam audient, &c. Sed grex iste pascitur in pascuis doctrinæ spiritualis & spiritualibus bonis; ideo cum signo spirituali ab alijs Dñs distinxit; hoc aūt est spiritussanctus, per quem illi, qui Christi sunt, distinguuntur ab alijs, qui non sunt eius, quia aūt spiritussanctus amor est, ergo tunc spiritussanctus datur alicui, qñ efficitur amator Dei & proximi. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Signū ergo distinctionis est charitas, quæ ex spiritu sancto, Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionē habueritis adinuicē. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. Spiritus vero promissionis dr̄ triplici ratione. Primo, quia promissus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritū nouum ponam in medio vestri. Et Ezech. 37. Dabo vobis spiritum nouum. Secundo, quia datur cum quadam promissione; ex hoc enim ipso, quod datur nobis, efficimur filij Dei. Nam per spiritum sanctum efficimur vnum cum Christo. Ro. 8. Si quis autem spiritum Dei nō habet, hic nō est eius, & per consequens efficimur filij Dei adoptiui, ex quo habemus promissionem hæreditatis æternę, quia si filij, & heredes. Ro. 8. Tertio dr̄ pignus, inquātū facit certitudinē de promissa hęreditate. Nā spiritussanctus inquātū adoptat in filios Dei, est spiritus promissionis, & ipsemet est signum promissionis adipiscendæ. Sed vt dr̄ in Glo. alia litera habet, Qui est arra hæreditatis, & fortè melius, quia pignus est aliud a re pro qua datur, & redditur postquam ille qui pignus recipit, rem sibi debitam recipit. Arra autem non aliud a re pro qua datur, nec redditur, quia datur de ipso pretio, quod non est auferendum, sed complendum. Deus autem dedit nobis charitatem tanquàm pignus, per spiritum sanctum, qui est spiritus veritatis, & dilectionis. Et ideo huiusmodi non est aliud, quàm quædam particularis & imperfecta participatio diuinæ charitatis, & dilectionis, quæ quidem non est auferenda, sed perficienda, ideo magis propriè dr̄ arra, quàm pignus. Tamen potest nihilominus & pignus dici. Nam per spiritū sanctum Deus nobis diuersa dona largitur, quorum quædam manent in patria, ut charitas, quæ nunquam excedit, 1. Corint. 12. quædam vero propter sui imperfectionem non manent, sicut fides & spes, quæ euacuabuntur, ut ibidem dicitur. Sic ergo spiritussanctus dicitur arra per respectum ad ea, quæ manēt, pignus vero per respectum ad ea, quæ euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit, dicens, [In redemptionem.] Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret, & adderet gregi suo, imponeret eis signa acquisitionis illius. Christus autem acquisiuit populum ex Gentibus. Io. 10. Alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. & illas oportet me adducere, &c. Et ideo impressit eis signum acquisitionis. 1. Petr. 2. Gens sancta, populus acquisitionis. Act. 20. Quam acquisiuit sanguine suo. Sed quia Christus acquisiuit populum istum, non sic, quòd nunquā fuerit suus, sed quia aliqñ fuerat suus, sed opprimebatur a seruitute

diaboli

diaboli inquam peccando se redegit, ideo non dicit simpliciter acquisiuit: sed addit, [In redemptionem,] quasi dicat, [Non simpliciter de nouo acquisiti, sed quasi à seruitute diaboli per sanguinem eius redempti. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis. &c. Acquisiuit ergo Christus nos redimendo, non quod accrescat ide aliquid Deo: quia bonorum nostrorum non indiget. Iob 35. Si iuste egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuerit nos Christus, subdit: [In laudem gloriæ ipsius.] idest, vt ipse Deus laudetur. Esaiæ 43. Qui inuocat nomẽ meum, in gloriam meã creaui eum.

& credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

LECTIO VI.

Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritũ sapiẽtiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sãctis, & sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus.

LECTIO VI.

Postquam enumerauit Apostolus beneficia Ephesijs collata per Christum: hic ostendit quo affectus suus erant ad eos. Diuiditur autem hæc pars in tres partes: quia primo præmittitur bonorum, quæ audiuit de eis commemoratio. Secundo, de perceptis beneficijs gratiarum debita actio, ibi. [Non cesso gratias agẽs &c.] Tertio subditur pro futuris beneficijs eius oratio, ibi. [Memoriam vestri faciens &c.] Bona autem quæ de eis audiuit, sunt duo, vnum, quo ordinantur ad Deũ, & hoc est fides. Et quantum ad hoc dicit [Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu,] quæ quidẽ facit habitare Deũ in homine. inf. 3. Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Itẽ, corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eorũ. Item, sine lege iustificat. Rom. 3. Arbitramur iustificari hoĩem per fidem sine operibus legis. Secundum, quo ordinantur ad proximum, & hoc est dilectio, & quantum ad hoc dicit: [Et dilectionem,] i. opera charitatis, quæ quidem dilectio est spirituale signum, ꝙ homo sit discipulus Christi. Ioan. 13. In hoc cognoscent oẽs, quia mei estis discipuli, si dilectionem &c. Et ibidem, Mandatum nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ &c. Dilectionẽ, dico [In oẽs sanctos] Nam oẽs quos ex charitate diligimus, debemus eos diligere, vel ideo quia sancti sunt, vel vt sancti sint. Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad oẽs, maxime autẽ ad domesticos fidei &c. Deinde cum dicit: [Nõ cesso &c.] Agit Apostolus gratias de bonis, & beneficijs huiusmodi auditis, dicens: [Non cesso gratias agens &c.] Contra, quia non semper poterat continue pro eis gratias agere. Rñdeo, Apost. dicit, [Non cesso] i. horis debitis, vel non cesso, quia affectus gratias agendi pro vobis sine cessatione habitualiter est in me. Colos. 1. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes &c. Ro. 1. Sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. Consequenter orat Apostolus pro beneficijs eis in futurum concedendis, & quantum ad hoc dicit: [Memoriam vestri &c.] Et hæc diuiditur in tres, quia primo proponit quædam, quæ eis petit. Secundo exponit ea, ibi. [In agnitionem eius &c.] Tertio ostendit exemplar & formam illorum, ibi. [Secundum operationẽ potentiæ &c.] Dicit ergo quantum ad primum, Non solum gratias ago, quantum ad beneficia præterita quæ recepistis & quantũ ad bona audita de vobis: sed etiã oro, vt oĩno in futurum accrescant [Memoriam vestri faciẽs in orationibus meis] pro his, s. [Vt Deus Dñi nostri Iesu Christi pater gloriæ &c.] Vbi sciendum, ꝙ Dñs noster Iesus Christus & Deus & homo est. Et inquantum homo est, Deum habet, cũ sit compositum ex anima & corpore, quorũ vtrique, cum sint creaturæ, competit Deum habere: secundum autem quod Deus est, patrem habet. Ioann. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: Deum meum & Deum vestrum. Similiter etiam secundum quod est Deus: est gloria patris. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. Est etiam gloria nostra: quia ipse est vita æterna. 1. Ioann. vlt. Simus in vero filio eius, hic est verus Deus: & vita æterna. Sic ergo dicit: [Vt Deus Dñi nostri Iesu Christi,] secundum quod est homo: & pater eiusdem secũdum quod est Deus, pater inquã gloriæ, scilicet Christi, qui est gloria eius. Prou. 23. Gloria patris filius sapiens &c. Et gloriæ nostræ, inquantum dat omnibus gloriam. Deinde cum dicit [Det vobis &c.] Ponit ea quæ petit, quæ sunt duo. Vbi sciendum est, quòd quædam sunt dona communia omnibus sanctis, scilicet illa quæ sunt necessaria ad salutem: vt fides, spes, charitas, & hæc habebant, vt iam pater. Alia autem sunt dona specialia, & quantum ad hoc primo eis orat, primo quidem pro dono sapientiæ, & quantum ad hoc dicit [Vt det vobis spiritum sapientiæ,] quem nullus potest dare nisi Deus. Sapien. 9. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis scientiam, & miseris spiritumsanctum tuum de altissimis? Secdo, orat pro dono intellectus, & hoc est, sit in reuelatione spiritualium secretorum, propter quod dicit: [Et reuelationis,] quæ enim à solo Deo est. Dan. 2. Est Deus in cœlis reuelans mysteria. Exponit autẽ quæ sint ista quæ petit. Et primo quod pertinet ad donum sapientiæ: secundo quod pertinet ad donum intellectus, ibi: [Vt sciatis, quæ sit spes &c.] Ad donum autem sapientiæ pertinet cognitio diuinorum. Vnde petere donum sapientię est petere ꝙ habeant cognitionem Dei. Et hoc petit, ibi [In agnitionem Dei &c.] quasi dicat. Hoc peto vt per spiritum sapientiæ habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitionem, s. clariorem eius, s. Dei. Psal. 12. Illumina oculos meos, &c. Hoc est contra eos, qui habent oculos illuminatos tantum ad temporalia cognoscẽda, cum magis tñ sit necessarium & etiam gloriosum cognoscere Deum. Hier. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Ad donum aũt intellectus, tria pertinentia ponit. Vnum, quantum ad statum præsentem, & duo quantum ad futurum. Ad statum vero præsentem pertinet spes, quæ est necessaria ad salutem. Rom. 8. Spe enim salui facti sumus &c. Et quantum ad hoc dicit, [Vt sciatis quæ,] i. quanta sit, [Spes vocationis eius,] i. virtus spei, & quanta res sit. Quæ quidem & maxima est, quia de maximis. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis &c. Et fortissima virtutum. Hebr. 9. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animæ, &c. Sed quia ea quæ speramus sunt de futura vita: ideo alia duo pertinent ad vitam futuram, vnum quidem pertinet ad omnes iustos communiter, quod est præmium essentiale. Et quantum ad hoc dicit, [Et quæ diuitiæ gloriæ &c.] Vbi ponit quatuor ad illa dona pertinentia. Primum est: quòd sunt copiosissima, & quantum ad hoc dicit [Diuitiæ.] Prouerb. 1. Abundantia perfruetur, terrore malorum sublato. Psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria &c. Secũdo quòd sunt clarissima, & quantum ad hoc, dicit [Gloriæ.] Rom. 2. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, &c. Tertio, ꝙ sunt stabilissima, & quantum ad hoc: dicit [Hæreditatis.] Ea enim quæ hæreditaria sunt, stabiliter possidentur. Ecclesiast. 31. Stabilita sunt bona illius in Domino. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis; &c. Quarto, ꝙ erunt intima. Et quantum ad hoc, dicit [Et in sanctis] Rom. 8. Non sunt cõdignę passiones huius temporis &c. 2. Corinth. 4. Supra modum in sublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. Aliud quod ponit pertinens ad futuram gloriam, est quod specialiter pertinet ad Apostolos. Vnde dicit, [Et quæ sit] (supple sciatis) [Supereminens magnitudo virtutis eius in nos.] scilicet Apostolos: quasi dicat. Licet omnibus sanctis abundanter diuitias gloriæ tribuat, supereminentius tamen tribuet Apostolis. Magnitudo enim virtutis ostenditur in effectu. Vnde quanto magis effectus virtutis diuinæ in aliquo inuenitur, tanto ibi uirtus diuina maior ostenditur, licet in seipsa sit una & indiuisa. Et ideo, quia maior effectus uirtutis diuinæ est in Apostolis, ideo magnitudo uirtutis erit in eis. Et quòd maior sit in eis effectus, ostendit, dicens, [Qui credimus,] idest, qui sumus primitiæ credentium 2. Corinth. 4. Nos credimus, propter quod & loquimur, scientes ꝙ ille qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Propter qd dicebat 2. Timoth. 1. Scio cui credidi, & c. Ideo illi inter uos per quos alij instructi sunt & uocati ad fidem, sicut doctores præeminentius præmiabuntur, quia ut dicitur in Glo. quoddam incrementum gloriæ habebunt summi doctores vltra illud, quod communiter omnes habebunt: propter quod Dan. 12. docti assimilantur splendori firmamenti, sed doctores assimilantur stellis. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

LECTIO VII.

Enumeratis beneficijs, quæ Apostolus cõferenda optat Ephesijs in futurum: hic consequenter ponit formam, & exemplar illorum beneficiorum. Sicut autem vita Christi est forma, & exemplar iustitiæ nostræ, ita & gloria, & exaltatio Christi est forma, & exẽplar gloriæ, & exaltationis nostræ. Ideo hic Apostolus duo facit, quia primo proponit formam exaltationis beneficiorum, & donorũ in generali. Secundo, manifestat eam in speciali, ibi: [Suscitans illum a mortuis &c.] Forma autem & exemplar operationis diuinę in nos, est operatio diuina in Christo. Et quantum ad hoc dicit: [Secundum operationem,] i. ad similitudinem operationis; [Potentiæ virtutis eius,] i. virtuosæ potentiæ Dei, [Quam operatus est in Christo, exaltans caput illud, supple ita virtuosę operabitur in nobis. Phil. 3. Saluatorem expectamus Dñm nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. nos aũt exaltari ad similitudinem exaltationis Christi frequenter legimus in scriptura. Ro. 8. Si compatimur, vt & glorificemur. Item, Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Consequenter explicat formam & exemplar in speciali, manifestans ea, quę pertinẽt ad exaltationem Christi, loquendo de Christo, inquantũ est homo, dicens; [Suscitãs illum &c.] Circa quod tria beneficia ponit exaltationis Christi. Primum est, transitus de morte ad vitam. Et quantum ad hoc dicit; [Suscitans illum a mortuis.] Secundũ est, exaltatio ad gloriam altissimam, & quantum ad hoc dicit;] Constituens illum ad dexteram suam. Tertiũ est, sublimitatio ad potentiam maximam, & quantum ad hoc dicit; [Et omnia subiecit sub pedibus eius. Dicit ergo quantũ ad primum, dico ꝙ hoc erit ẽm operationem, quam operatus est in Christo. s. Deus pater eadem virtute, quam habet cum Christo. Vnde & ipse Christus seipsum resuscitauit, & Deus pater eum resuscitauit. Rom. 8. Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Quantum vero ad ẽm dicit: [Constituens illum, &c.] Quæ quidem celsitudo gloriæ potest tripliciter considerari. s. per comparationem ad Deum per comparationem ad corporales creaturas & per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo consideratur per comparationem ad Deum, sic constitutus est ad dexteram suam, quæ quidem dextera, non est intelligenda pars corporalis quia ut dr̃. Ioan. 4. Spiritus est Deus: sed metaphorice dr̃, vt sicut per dexteram intelligitur nobilior, & uirtusior pars hominis, ita cum dicimus Christum Iesum constitutum ad dexteram Dei intelligatur ẽm humanitatem constitutus in potioribus bonis patris, & ẽm diuinitatem intelligatur ęqualis patri. Vnde Ps. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, &c. Item Mar. vlt. Et Dñs quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet ad dexterã Dei. In comparatione vero ad corporales creaturas dicit; [In cęlestibus.] Nã corpora cęlestia tenent supremum locum in cõparatione ad alia corpora. infra 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super oẽs cęlos. In comparatione vero ad spirituales creaturas. Primo dicit, Christum exaltatum super aliquas specialiter. Secundo, super omnes generaliter, ibi; [Et super omne nomen &c.] Ad horũ autem intelligentiam sciendum est, ꝙ nouem sunt ordines angelorũ, quorũ quatuor Apostolus tangit hic, qui quidem sunt medij. Nã supra eos sunt tres superiores. s. Throni, & Cherubin, & Seraphin. Sub eis aũt sunt duo inferiores. s. Archangeli, & Angeli. Qui quidem nouem ordines distinguuntur in tres hierarchias, i. sacros principatus. In quarum qualibet assignantur tres ordines; sed in assignatione ordinũ hierarchiæ primæ cõueniũt oẽs doctores in hoc. s. ꝙ supremus ordo ipsius sit Seraphin, secundus Cherubin, tertius throni. In assignatione uero ordinum aliarum duarũ hierarchiarum. s. mediæ, & infimæ, discordant Diony. & Grego. Nã Dionis. in supremo ordine medię hierarchię ponit dominationes, in secundo virtutes, in tertio potestates, descẽdendo. In supremo uero ordine infimæ hierarchiæ posuit principatus, in secũdo Archangelos, in tertio Angelos. Et hæc assignatio ordinum concordat literæ præsenti. Nam Apostolus ascendendo, incipit a supremo infimæ hierarchiæ, qui est septimus. Greg. aũt aliter ordinat quia ponit principatus in medio dominationum, & potestatum, quod pertinet ad ẽm ordinem mediæ hierarchiæ, virtutes vero ponit in medio potestatum, & Archangelorũ, quod pertinet ad supremum ordinem infimæ hierarchiæ. Et hæc assignatio, ẽt fulcimentum habet ex verbis Apostoli. Colo. 3. Vbi dicit, Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestatas, vbi illos ordines enumerat, descendẽdo. Sed reseruata ordinatione Greg. (vsque quo legamus epistolam ad Col:) ad præsens viam Dionysij magis competẽtem præsenti literæ, prosequemur, Ad cuius intellectum sciendũ est, ꝙ potest cõsiderari tripliciter ordo rerũ. Primo quidem, ẽm quod sunt in prima omnium causa. s. in Deo. Secundo vero, ẽm quod sunt in causis vniuersalibus. Tertio, ẽm determinationem ad speciales effectus; Et quia oĩa, quæ fiunt in creaturis ministrantur per angelos, ideo ẽm triplicem acceptionem ordinis rerũ, distinguũtur tres angelicæ hierarchiæ, ad quarum vnam pertinet accipere rationes rerum, in ipso rerum vertice. s. Deo: ad aliam vero, pertinet accipere rationes rerum in causis vniuersalibus, ad aliã vero; in proprijs effectib. Nam quanto mentes angelicæ sunt superiores, tanto diuinam illuminationem in maiori vniuersalitate recipiunt. Et ideo ad supremam hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad Deum. Propter quod, ordines hierarchiæ istius denominantur per comparationem ad Deũ, quia Seraphin dicuntur ardentes & vniti Deo per amorẽ. Cherubin vero quasi lucentes, inquantum supereminenter diuina secreta cognoscunt. Throni vero dicuntur sic, inquantũ in eis Deus sua iudicia exercet. Et de istis tribus ordinibus nullã facit hic Apostolus mentionem, Ad mediam hierarchiã pertinet rerum administratio per comparationem ad causas vniuersales. Vnde dominãtur ordines hierarchiæ illius nominibus ad potestatem pertinentibus, cum causæ vniuersales sint virtute, & potestate in inferioribus, & particularib. Ad potestates aũt, quæ habent vniuersale regimen, tria pertinent. Primo, ꝙ sit aliquis, per imperium dirigẽs. Secundo, ꝙ sint aliqui, qui impedimenta executionis repellant. Tertio, ꝙ sint aliqui, qui ordinent qualiter alij imperiũ exequantur. Horum autem primum, pertinet ad dominationes, q̃ vt dicit Diony. sunt liberæ ab omni subiectione, nec ad exteriora mittuntur, sed eis, qui mittuntur imperant. Secundum vero pertinet ad uirtutes, quæ præbent facilitatem ad imperium implendum. Tertium vero, pertinet ad potestates imperium exequentes. Ad infimam aũt hierarchiam; pertinet administratio rerum in comparatione ad speciales effectus, vnde nominibus ad eos pertinentibus nuncupatur. Vnde angeli dicuntur illi, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem singulorum. Archangeli vero, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem, & utilitatem magnorũ. Principatus vero, dicuntur illi, qui præsunt singulis prouincijs. His ergo expositis, Christus super omnes est. De his vero quatuor Apostolus specialem mentionem facit. Cuius ratio est, quia horum quatuor ordinum nomina a dignitate imponuntur, & quia agit de dignitate Christi, ideo hic specialiter eos nominat, ut ostendat Christum omnem dignitatem creatam excedere. Consequenter cum dicit; Et omne nomen, quod nominatur &cæt.] Ostendit Christum exaltatum esse communiter supra omnem creaturam spiritualem: dixerat enim supra, Christum esse exaltatum super omnes creaturas spirituales, quæ a potestate dominantur. Sed quia præter illos angelorum ordines, in sacra scriptura, quidam alij ordines cœlestium spirituum inueniũtur. s. Seraphin. Esa. 6. Et Cherubin. Ezec. 10. & 11. & 41. Et throni, in Psal. Et de istis non fecerat mentionem; ideo ostendit Christum, secũdum quod homo supra omnes huiusmodi ordines esse exaltatum: propter quod subiungit, dicens; [Et super omne nomen &c.] Idest. non solum super principatus: sed super omne nominabile.

LECTIO VII.

Secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illũ a mortuis, & cõstituẽs ad dexteram suam in cęlestib. supra oẽm principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, et oẽ nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo; sed etiam in futuro.

Sciendum est enim, quod nomen imponitur ad cognoscendũ rem, vnde significat rei substantiam, cum significatum nominis sit diffinitiua ratio rei. Cum ergo dicit; [Et omne nomen quod nominatur,] dat intelligere, quod exaltatus est supra omnẽ substantiam, de qua potest haberi notitia, & quæ possit nomine cõprehendi. Quod dico. ut excludatur substantia diuinitatis, q̃ incomprehensibilis est. Vnde Glo. dicit; [Supra omne nomen,] i. nominabile. Et ne intelligatur quod sit supra nomen Dei, ideo subdit; [Quod nominatur.] Nam maiestas diuina nullo nomine concludi, vel nominari potest. Addit autem: [Non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro;] quia multa fiunt in hoc seculo, quę notitia comprehendimus, & nominamus: quædam tamen sunt in futuro seculo. quę hic comprehendi non possunt, nec ẽt nominari, quia ut dr̃ 1. Corint. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

prophetamus. Nominantur tamen hæc a beatis, qui sunt in futuro seculo. Huiusmodi autem sunt, de quibus dicit Apostolus 2. Corinth. 12. quòd audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et tamen super hæc omnia exaltatus est Christus. Philip. 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

LECTIO VIII.

ET omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II. LEC. I.

ET uos cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus, & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.

LECT. VIII.

SVpra egit Apostolus de exaltatione Christi, & quantũ ad eius trãsitum de morte ad vitam, in illa particula; [Suscitans illũ &c.] Et de eius exaltatione ad gloriã altissimam, in illa particula: [Et constituens ad dexterã &c.] Hic agit de eius exaltatione, quantum ad potestatẽ maximã. Circa quod duo facit, quia primo agit de Christi potestate respectu totius creaturę. Secundo, de eius potestate respectu ecclesiæ. ibi; [Et ipsum dedit. &cæt.] Dicit ergo quòd respectu totius creaturæ habet vniuersalem potestatem, quia [omnia subiecit] s. Deus pater [sub pedibus eius.] Vbi sciendum est, quod hoc quod dicit: [Sub pedibus,] pôt accipi dupliciter. Vno modo, ut sit locutio figuratiua & similitudinaria, vt s. per hoc detur intelligi, quod omnis creatura totaliter est subiecta potestati Christi. Illud. n. est a nobis omnino subiectum, quod pedibus conculcamus. Et de ista potestate, dr Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Heb. 2. In eo enim, quod ei oĩa subijciuntur, nihil dimisit non subiectum ei. Alio modo, vt sit locutio metaphorica. Nã per pedes intelligitur infima pars corporis, per caput vero suprema, licet aũt in Christo diuinitas & humanitas non habeant rationem partis, tñ diuinitas, quæ est supremum in Christo intelligitur per caput 1. Corint. 11. Caput vero Christi Deus, humanitas vero, quæ infima est, intelligitur per pedes. Ps. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Est ergo sensus, quod omnia creata non solum subiecit pater Christo, inquantum est Deus, cui ab æterno omnia sunt subiecta, sed & humanitati eius. Aduertendum est aũt hic, quod Christo subijciuntur aliqua dupliciter, quia quædam voluntarie, & quædam inuoluntarie. Hoc aũt Origenes non intelligens, sumpsit ex hoc verbo Apostoli occasionem erroris, dicens, quod omnia, quæ subijciuntur Christo participant salutẽ, quia ipse est vera salus. Et ideo dixit, quod omnes dæmones & damnati aliqñ saluabuntur, cum subijciantur sub pedibus Christi, hoc aũt est contra sententiam Dñi. Matt. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius, & concludit in fine capituli, Ibũt hi in supplicium æternum. Dicẽdum est ergo, quod omnia subiecit sub pedibus eius: sed quędam voluntarie tanquam saluatori, puta, iustos qui in uita præsenti implent voluntatẽ Dei, & isti subijciuntur ei, vt impleat eorum desiderium & uoluntatem, expectãtes illud, quod dr de bonis. Prou. 10. Desiderium suũ iustis dabitur. Quædam vero subijciuntur ei inuite, tãquam Iudici, vt Christus de his suam uoluntatem faciat. Et isti sunt mali, de quib. pôt intelligi illud Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite coram me. Deinde cum dicit: [Et ipsum dedit caput &c.] Agit de potestate Christi respectu ecclesiæ. Circa quod tria facit, quia primo ponit habitudinem Christi ad ecclesiam. Secundo, habitudinem ecclesiæ ad Christũ. Tertio, exponit illam habitudinem. Quantum ad primum dicit [Et ipsum dedit.] Deus pater, [Caput super omnem ecclesiam,] s. tam militantem, quæ est hominum in præsenti viuẽtium, quam triumphantem, quæ est ex hominibus & angelis in patria. Christus enim secundum quasdam communes rationes caput est etiam angelorum. Coloss. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis: sed secundum speciales rationes est Christus caput hominum spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinem habet ad membra.

Primo quidem, quo ad præeminentiam in situ. Secundo quo ad diffusionem virtutum, quia ab eo omnes sensus deriuantur in membra. Item, quo ad conformitatem in natura. Sic ergo quantũ ad præeminentiam, & quantum ad diffusionem, Christus est caput angelorum. Nam Christus præest angelis, & sm humanitatem. Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto, præ illis differentius nomen hæreditauit. Item, Christus & sm quod homo, angelos illuminat & in eis influit, vt Dionys. probat ex ver-

F bis Esa. 63. s. Quis est iste, qui venit de Edon &c. Dicens hæc verba esse supremorum angelorum. Quod autem sequitur, Ego qui loquor iustitiam, dicit esse verba Christi, eis immediate respondentis. Ex quo datur intelligi, quod non solum inferiores, sed etiã superiores angelos Christus illuminat. Quantum autem ad naturæ conformitatem, Christus nõ est caput angelorum, quia non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, vt dr Hebr. 1. Sed est caput hominum tantum. Can. 4. Vulnerasti cor meũ soror mea. s. per naturam, & sponsa per gratiam. Quãtum ad habitudinem ecclesiæ ad Christũ, dicit [Quæ est corpus eius,] s. inquantum est ei subiecta, & recipit ab eo influentiam, & habet naturam conformem Christo. 1. Cor. 12. Sicut enim corpus vnum est, & habet multa membra, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus, vt enim in uno spiritu omnes nos in unum tamen corpus baptizati sumus. Exponit autẽ quod dixit, [Quę est corpus ipsius,] subdens. [Et plenitudo eius &c.] Quærenti enim, cur in corpore naturali sint tot membra, s. manus, pedes, os, & huiusmodi, respondetur hoc esse ideo, vt deseruiant diuersis operibus animæ, quarũ ipsa potest esse causa, principium, & quæ sunt virtute in ipsa. Nam corpus est factum propter animam, & non econuerso. Vnde sm hoc, corpus naturale est quædam plenitudo animæ. Nisi enim essent membra cũ corpore completa, non posset anima suas operationes plene exercere. Similiter itaque est hoc de Christo, & de ecclesia, & quia ecclesia est instituta propter Christũ, dicitur quod ecclesia est plenitudo eius. s. Christi. i. ut oĩa, quæ uirtute sunt in Christo, quasi quodammodo in membris ipsius ecclesiæ impleantur, dum. s. sensus spirituales, & dona, & quicquid potest esse in ecclesia, quæ superabundanter sunt in Christo, ab ipso deriuentur in membra ecclesiæ & perficiantur in eis. Vnde subdit, [Qui omnia in omnibus adimpletur,] s. dum hunc quidem, qui est membrum ecclesiæ facit sapientem, sm perfectam sapientiam, quæ est in eo, illum vero iustum, secundum perfectam iustitiam, & sic de alijs.

LECTIO PRIMA.

SVpra enumerauit Apostolus beneficia humano generi per Christum cõiter exhibita, hic Apostolus commemorat ... per comparationem ad eorum statum pręteritum. Status autem eorum præteritus dupliciter cõsiderari potest. Primo quidem, quantum ad statum culpæ. Secundo, quantum ad statum Gentilium eorum. Apost. ergo duo facit, quia primo commemorat beneficia quantum ad primum statum eis exhibita. Secundo, commemorat ea per comparationem ad statum sm, ibi. [Propter quod memores estote &c.] Prima iterum in duas, quia primo recolit Apostolus statum culpæ ipsorum. Secundo, beneficium gratiæ iustificationis, ibi. [Deus autem qui diues, &c.] Prima iterum in duas, quia primo commemorat statum culpæ quantum ad Gentiles. Secundo, quantum ad Iudæos, ibi; [In quibus & nos &c.] Prima iterum in duas; quia primo prẽmittit beneficij generalitatem. Secundo, subdit huius necessitatem, ibi: [Cum essetis mortui &c.] Dicit ergo, Dico, quod Deus magnifice operatur in fidelibus secundum operationem potentię virtutis eius, quam operatus est in Christo, & hoc, quia suscitauit illum a mortuis, & secundum hanc ergo operationem ad huius operationis exemplar conuiuificauit nos, uita. s. gratiæ de morte peccati. Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos &c. Colos. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite &c. Necessitatem vero huius beneficij ostendit, cum dicit [Cum essetis mortui &c.] Vbi optime describit eorum culpam. Primo, quantum ad multitudinem, quia [cum essetis mortui]. s. morte spirituali, quæ pessima est. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Peccatum enim mors dicitur, quia per ipsum homo a Domino, qui est uita, separatur. Ioan. 14. Ego sum uia, veritas, & uita. [Mortui,] inquam, [In delictis, & peccatis vestris,] ecce multitudo. [In delictis] quidem, quantum ad omissa. Psal. 18. Delicta quis intelligit, &c. [& peccatis,] quantum ad commissa, [In quibus aliqñ ambulastis.] Quod ideo dicit, ut multitudinem peccatorum

LECTIO II.

DEus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suã qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cęlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos, in Christo Iesu.

suam exaggeret. Nam aliqui, si ad horam mortui sunt in peccatis A & in delictis, cessant tñ aliqñ, & peccare desistunt, sed isti de malo in peius procedentes & ambulantes, proficiebant. Simile habetur Philip. 3. Multi enim ambulant, quos sępe dicebam vobis, nunc autem & flens dico &c. Hier. 2. Ambulauerunt post vanitatem suam, & vani facti sunt. Secundo, describit eorum culpam quantum ad causam, quæ ponitur duplex. Vna, ex parte huius mundi, quia alliciebãtur a rebus mundi, & quãtum ad hoc, dicit. [Secundum seculum mundi huius,] i. secũdum secularem vitam rerum mundanarum, quæ vos alliciunt. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Propter quod præmittit, Nolite diligere mũdum. Alia causa est ex parte dæmonum, quibus seruiebant, de quibus dicitur Sap. 4. Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est & initium. Et quantum ad hoc, dicit; [Et secundum principem potestatis,] Quam quidem causam describit tripliciter.

Primo quidem, quantum ad potestatem, dicens: [Secundum principem potestatis,] i. potestatem exercentem, non quod habeat eam naturaliter, cum nec dominus, nec creator sit ex natura, sed inquantum dominatur hominibus, qui se ei peccando subijciũt. Ioã. 12. Nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et 14. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Secundo, quantum ad habitationem, quia [Aeris huius,] i. qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. Vbi sciendum est, quod de istis dęmonibus duplex est opinio apud doctores. Quidam enim dixerunt, dæmones qui ceciderunt, non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferiorib. qui præsunt corporibus inferioribus. Constat aũt totam creaturam corporalem administrari a Deo, ministerio angelorum. Et hæc est opinio Ioannis Damasceni. s. quod primus eorum qui ceciderunt, pręerat ordini terrestriũ, quod forte sumptum est ex dicto Platonis, qui ponebat quasdam substantias cęlestes, seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hoc quod dicit [Aeris huius,] i. ad hoc creati, vt præficerent aeri huic. Alij vero volunt & melius, quod fuerint de supremis ordinibus, ita quod hoc, quod dicit, aeris, sit ad ostendendum ipsum aerem esse habitationem ipsorum in pęnam eorum. Vnde Iudas in sua canonica dicit. Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium Dei magni, vinculis ęternis, sub caligine reseruauit. Ratio aũt, quare non statim post eorum casum retrusi sunt in infernum, sed dimittuntur in aere, est, quia Deus noluit quod ipsis peccantibus eorum ratio totaliter frustraretur, & ideo dedit eos hominibus in exercitium, quo bonis præpararent coronam, malis autem æternam mortem, & quia vsque ad diem iudicij est nobis tempus belli & merẽdi, ideo vsque tunc in aere permanebunt, post diem vero iudicij retrudentur in infernum. Aduertendum et quod vna litera habet, spiritus, & sic est genitiui casus, & ponitur singulare pro plurali. q. d. spirituum. Alia litera habet spiritũ, & tunc est accusatiui casus, ut dicatur. Secundum principem spiritũ, i. qui princeps est spiritus.

Tertio, quantum ad operationem, ibi cum dicit. [Qui nunc operatur in filios diffidentiæ,] i. in illos qui a se repellunt fructũ passionis Christi, qui erant filij diffidentiæ. Vel quia de æternis non habent fidem, nec spem salutis per Christum. Et in talibus princeps potestatis aeris huius, libere operatur ducens eos quo vult, de quibus infra 4. dicitur, Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ. [Vel [Diffidentiæ,] i. de quibus eis est diffidendum, i. qui ex malitia peccãt, in quibus princeps huius mundi etiam operatur ad nutum. De his enim qui ex ignorantia, & infirmitate peccant, non est diffidendum, nec in eis princeps iste operatur ad nutum. Sed contra, de nemine est desperandum quandiu viuit. Respondeo, Dicendum est, quod de aliquo potest esse duplex spes. Vna ex parte hominis, alia ex parte diuinæ gratiæ, & sic de aliquo potest desperari ex parte sua, de quo tamen desperandum non est ex parte Dei; sicut desperandum erat de Lazaro iacente in sepulchro, quod resurgeret ex parte sua, de quo tamen desperandum non erat ex parte Dei, a quo resuscitatus est. De illis ergo, qui ex malitia, sunt multum in peccatis demersi, si attendatur eorum virtus, desperari potest. Psal. 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia: non tamen si attendatur virtus diuina. De istis autem si filijs diffidentiæ, dicitur infra 5. Nemo uos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Deinde cum dicit [In quibus & nos omnes &c.] cõmemorat Apostolus

A statum culpæ quantum ad Iudæos, ostendens eos omnes in peccato fuisse, secundum illud Roma. 3. Causati sumus Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamen differentia circa hoc, quia Apostolus agens de culpa gentilium, assignauit duas causas culpæ fuisse. Vnam. s. ex parte mundi, aliam ex parte dæmonũ, quos colebant. Quia ergo Iudæi erant similes gentilibus in statu culpæ quantum ad primam causam, non autem quantum ad secũdam, ideo Apostolus non facit mentionem de culpa eorum, nisi quantum ad causam, B quæ est ex parte mundi. Circa quod tria facit.

Primo, commemorat eorum culpam, quantum ad peccatum cordis. Secundo, quantum ad peccatum operis. Tertio, quantum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis, & quantum ad hoc dicit, [In quibus,] s. peccatis, & delictis non omnes. s. Iudæi aliquando conuersati sumus agentes vitam nostram [In desiderijs carnis nostræ,] idest carnalibus. Tit. 3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, & seruientes desiderijs & voluptatibus varijs &c. Ro. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Peccatum vero operis nihil aliud est quàm expressio interioris concupiscentiæ. Est autem quædam concupiscentia carnis, sicut sunt concupiscẽtiæ naturales, puta cibi, per quam conseruatur indiuiduum, & venereorum, per quam conseruatur species, & quãtum ad hoc dicit. [Facientes voluntatem, &c.] i. ea in quibus caro delectatur. Ro. 7. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Quædam C vero est concupiscentia cognitionis eorum. s. quæ non ueniunt ex desiderijs carnis: sed ex ipso appetitu animæ, ut honoris ambitio & propriæ excellentiæ, & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit, [Et cogitationum] idest exequentes illas concupiscentias, quæ causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatum vero originis insinuat, dicens. [Et eramus natura filij iræ. Quod quidem peccatum ex primo parente, non solum in Gentiles, sed etiam in Iudæos transfunditur. Roma. 5. Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines per baptismum mundantur a peccato originali solum quantum ad personas proprias, vnde generant filios baptizandos, ita circuncisio mundabat ab originali personas solum, sed generabant adhuc circuncidendos. Et hoc est, quod dicit [Eramus natura,] idest per originem naturæ, nõ quidem naturæ, vt natura est, quia sic bona est, & a Deo, sed naturæ, ut uitiata est. [Filij irę,] idest uindictæ, & pœnæ, & gehe- D nnæ, & hoc [Sicut & cæteri,] idest Gentiles.

LECTIO II.

POstquam exaggerauit Apostolus statũ culpæ inficientis hic commendat beneficium gratiæ iustificantis. Circa quã duo facit. Primo ipsum beneficium ponit. Secundo, seipsum exponit, ibi; [Gratia enim estis, &c.] Beneficium autem illud describit, quantum ad tres causas. Primo, quantum ad causam efficientem. Secundo, quantum ad causam formalem seu exemplarem. Tertio, quantum ad causam finalem. Efficiens autem causa beneficij diuini iustificantis, est charitas Dei. Et quantum ad hoc dicit. [Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem.] Dicit autem propter nimiam charitatem, E quia dilectionis diuinæ possumus considerare quadruplicem bonitatem, & efficientiam. Primo, quia nos in esse produxit. Sap. 11. Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, &c. Secũdo, quia ad imaginem suã nos fecit, & capaces beatitudinis suæ. Deut. 33. Cum eo sanctorum millia in dextera illius ignea lex, dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Tertio, quia homines per peccatum corruptos reparauit. Hier. 31. In charitate perpetua dilexit te, & ideo &c. Quarto, quia pro salute nostra filium proprium dedit. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.

Vnde Greg. O, inæstimabilis dilectio charitatis, ut seruum redimeres filium tradidisti. Dicit autem. Qui diues est in misericordia, quia cum amor hominis causetur ex bonitate eius, qui diligitur, tunc homo ille qui diligit, diligit ex iustitia inquantum iustum est, quòd talem amet. Quando uero amor causat bonitatem in dilecto, tunc est amor procedens ex misericordia. Amor autem, quo Deus amat nos, causat in nobis bonitatem,

& ideo misericordia ponitur hic quasi radix amoris diuini. Esa. 63. Largitus est in eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Ibidem, Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me. Dr autem Deus diues in misericordia, quia habet eam infinitam & indeficientẽ, quod non habet homo. In tribus enim homo miseretur cum termino, & limitatione. Primo quidem largiendo beneficia temporalia, & hęc misericordia est finita, non excedens limites propriæ facultatis. Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors; sed Deus diues est ẽt in omnes qui inuocant illum, vt dr Ro. 10. Secundo, est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriam, & in hoc ẽt modus esse debet, vt. s. nõ sic passim remittat, vt ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior & facilior ad iterum offendendum. Eccle. 8. Etenim quia non profertur cito cõtra malos sententia, absq; timore vllo filij hominum perpetrãt mala. Deo autem nihil nocere potest, & ideo potest omnem offensam remittere. Iob 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et parum post. Porro si iuste egeris, quid donabis ei?

LECTIO III.

Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, nó ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura creati In Christo Iesu operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Tertio, homo miseretur pęnam remittendo, & in hoc ẽt est modus seruandus. s. vt non facias contra legis superioris iustitiã, Deus autem pęnam omnium remittere potest, cum non obstringatur aliqua superioris lege. Iob 34. Quem constituit aliũ super terram, & quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sic ergo misericordia Dei est infinita, quia nõ coarctatur angustijs diuitiarum, neq; timore nocumenti restringitur, & neque lege superioris. Causa vero exẽplaris beneficij est, quia in Christo collata. Et quantum ad hoc dicit. [Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo &c.] Vbi tangit triplex beneficiũ i. iustificationis, resurrectionis a mortuis & Ascensionis in cęlũ, per quæ tria Christo assimilamur. Dicit ergo quantũ ad primũ, vt legatur litera suspensiue, Deus autem qui diues &c. [Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo,] i. simul viuere fecit cum Christo. Osee. 6. Viuificauit nos post duos dies; &c. Conuiuificauit inquam, hic. s. per viam iustitiæ. Psal. 65. Qui posuit animam meam ad uitam, & hoc in Christo, idest per gratiam Christi [Cuius,] s. Christi, [Gratia estis saluati.] Ro. 8. Spe enim salui sumus. Quantum vero ad secundum, dicit. [Et conresuscitauit] nos cum Christo, quantum ad animam in re, & spe, quantũ ad corpus. Rom. 8. Qui suscitauit ipsum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Quantum vero ad tertiũ dicit. [Et consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.] s. nunc per spem, & tandem in futuro in re, quia vt dr Ioan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, &c. Item, Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, sedi cum patre meo in throno eius. Vtitur aũt in his Apostolus præterito pro futuro, enuntians tanquam iam factum quod futurum est, pro certitudine spei. Sic ergo conuiuificabit quantum ad animã, tandem resuscitabit quantum ad corpus, consedere fecit quantũ ad vtrunque. Consequenter cum dicit [Vt ostenderet &c.] Ostẽdit causam finalem collati beneficij. Quod quidem potest dupliciter legi, quia secula superuenientia, vel possunt accipi in vita ista, vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista, tunc seculum est quędam mensura temporis, & periodus vnius generationis, vt dicatur sic, Dico quod nos qui sumus primitiæ dormientium [Conuiuificauit in Christo] & hoc [vt ostenderet in sæculis superuenientibus] i. in his qui futuri sunt post nos, [abundantes diuitias gratiæ suæ,] & hoc non meritis nostris, sed bonitate sua, quæ est. s. [Super nos in Christo Iesu,] i. per Christũ Iesum, 1. Tim. 1. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiã consecutus sum, ut in me ostenderet Christus omnem patientiã ad informitatem illorum, qui credituri sunt illi vitam æternã. Sic ergo Deus largitus est sanctis primitiuis abũdantia dona gratiæ ut posteri facilius conuertantur ad Christum.

Vel potest aliter accipi seculum. s. in alia vita, de quibus dicitur Eccle. 24. Et usque ad futurum seculum non desinam. Sed licet ibi sit unum seculum, quia ibi est ęternitas, dicit tamen in seculis superuenientibus, propter multitudinem sanctorum participantium æternitatem, vt dicantur ibi tot secula, quot sunt ęternitates participatæ. De his seculis dicitur in Psal. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum.

Dicit ergo secundum hunc sensum, Dico q uiuificauit nos in spe. s. per Christum, vel in gratia, ut ostenderet in seculis superuenientibus, idest in alia uita compleret [abundãtes diuitias gra-

F tiæ suæ,] idest abundantem gratiam, quam etiam in hoc mundo dum multa dimittit peccata, & maxima dona concedit, dicit, quidem superabundat in vita alia, quia ibi indeficienter habebunt. Ioan. 10. Ego veni vt uitam. s. gratiæ habeant, in hoc mundo, & abundantius habeant, scilicet gloriæ in patria. Et hoc [In bonitate sua.] Psalm. 72. Quam bonus Israel Deus. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. [Et hoc supra nos,] idest, supra nostrum desiderium, supra nostrum intellectum, & supra capacitatem nostram. Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te, [Et hoc in Christo Iesu,] idest per Christum Iesum, quia sicut gratia nobis confertur per Christum, ita & gloria consumata. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Per ipsum enim beatificamur G per quem iustificamur. Dicit autem, [Vt ostenderet,] quia thesaurus gratiæ in nobis est occultus, quia habemus ipsum in vasis fictilibus, vt dicitur 2. Corint. 4. & 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Et parum post, Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, &c. Sed ille thesaurus occultus, quia nondum apparuit in seculis superuenientib. ostenditur, quia in patria omnia erunt nobis aperta, quæ ad manifestam sanctorum gloriam pertinent. Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

LECTIO III.

H SVpra commemorans Apostolus beneficium Dei, quo liberati sumus a peccato, interposuerat, quòd gratia Christi sumus saluati, nunc autem illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo enim, proponit intentionem suam. Secundo, manifestat propositum, ibi. [Et hoc non ex vobis &c.] Dicit ergo primo, bene dixi, [Cuius gratia estis saluati,] Et certe adhuc dico secure. [Enim,] pro quia, [Estis saluati gratia.] 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Idem enim est saluari, & iustificari. Salus enim importat liberationẽ a periculis. Vnde perfecta salus hominis erit in uita æterna, quando ab omnibus periculis immunis erit. Sicut nauis dicitur esse saluata, quando venit ad portum. Esa. 60. Occupauit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Huius autem salutis spem suscipium homines, dum in præsenti iustificantur a peccato, & secundum hoc dicuntur saluati esse, secundum illud Roma. 8. Spe enim saluati sumus. Hæc autẽ saluatio gratiæ est per I fidem Christi. Concurrit enim ad iustificationem impij simul cum infusione gratię motus fidei in Deum, in adultis. Luc. 8. Vade in pace; fides tua te saluum fecit. Roma. 6. Iustificati enim ex fide, pacem habeamus. Deinde cum dicit. [Et hoc non ex vobis &c.] Manifestat quod dixerat, & primo quantum ad fidem, quæ est fundamentum totius spiritualis ædificij. Secundo, quantum ad gratiam, ibi. [Ipsius enim sumus factura, &c.] Circa primum excludit duos errores, quorum primus est, quia dixerat, quod per fidem sumus saluati, posset quis credere, q ipsa fides esset a nobis; & q credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo ad hoc excludens dicit; [Et hoc non ex uobis.] Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium, eo q ea, quæ sunt fidei, sunt su-K pra rationem. Eccles. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi 1. Corin. 2. Quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei, &c. Et ideo quòd homo credat, hoc non potest ex se habere, nisi Deus det, secundum illud Sap. 9. Sensum autem tuus quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Propter quod subdit; [Dei enim donum est,] i. fides, Phil. 1. Vobis autem donatum est pro Christo, non solũ ut in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini, & 1. Corint. 12. Alij enim datur fides in eodem spiritu. Secundo excludit alium errorem. Posset enim aliquis credere quòd fides daretur nobis a Deo merito operum præcedentium, & ad hoc excludendum, subdit. [Non ex operib.] s. præcedentib. hoc donum meruimus aliqñ, saluati sumus, qm hoc ex gratia, ut supra dictum est, secundum illud Ro. 11. Si autem gratia, iam non ex operib. alioquin gratia iam non est gratia. Subdit aũt rationem, quare Deus saluat hominem per fidem absq; meritis præcedentibus. [Vt ne quis glorietur] in seipso, sed tota gloria in Deum referatur. Psal. 103. Non nobis Domine non nobis, &c. 1. Cor. 2. Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius: ex ipso autem vos estis in Christo Iesu. Deinde cum dicit. [Ipsius enim factura sumus &c.] Manifestat, q dixerat quantum ad gratiam. Circa quod duo facit. Primo, manifestat gratiæ infusionem. Secundo, declarat gratiæ prædestinationem, ibi. [Quæ præparauit Deus, &c.] Duo aũt ad rationem gratiæ pertinent, quæ etiam dicta sunt, quorum primum est, vt id quod est per gratiam, non insit homini per seipsum, vel à seipso, sed ex dono Dei. Et quantum ad hoc dicit. [Ipsius enim factura sumus,] quia. s. quicquid boni nos habemus, nõ est ex nobisipsis, sed ex Deo faciente.

LECTIO IIII.

Propter quod memores estote, quòd aliquando, vos qui Gentes eratis in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc aũt in Christo Iesu, uos qui aliquãdo eratis longe facti estis prope in sanguine Christi.

Ps. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus qui possedit, fecit, & creauit te? & continuatur immediatè cum præcedenti, vt dicatur, Ne quis glorietur, quia. s. ipsius factura sumus. Vel potest continuari cum eo, q supra dixerat. Gratia enim saluati sumus. Secundo, pertinet ad rationem gratiæ, vt non sit ex operibus præcedentibus, & hoc exprimitur in hoc quod subdit. [Creati.] Est enim creare, aliquid ex nihilo facere. Vnde qn aliquis iustificatur sine meritis precedentibus, dici potest creatus, quasi ex nihilo factus. Hæc autem actio. s. creatio iustitiæ, fit virtute Christi, spiritum sanctum dantis. Propter quod subdit. [In Christo Iesu.] i. per Christum Iesum. Gal. vlt. in Christo enim Iesu, neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Psa. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Vlterius non solum datur nobis habitus virtutis, & gratiæ, sed interius per spiritum renouamur ad bene operandum. Vnde subdit. [In operibus bonis,] quia. s. ipsa bona opera sunt nobis a Deo. Esa. 56. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et quia quos prædestinauit, hos & vocauit scilicet per gratiam, vt dr Rom. 8. Ideo subdit de prædestinatione, dicens, [Quæ,] s. bona opera [Præparauit Deus.] Nihil enim aliud est prædestinatio, quàm præparatio beneficiorum Dei, inter quæ beneficia computantur & ipsa bona opera nostra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare, inquantum disposuit se nobis daturum. Psa. 64. Parasti cibum illorum &c. Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis præparata a Deo, vt nihil ad illa per liberum arbitrium cooperaremur, ideo subdit. [Vt in illis ambulemus,] q. d. Sic nobis ea præparauit, vt ea nos ipsi nobis per liberum arbitrium impleremus. Dei enim adiutores sumus, vt dicitur 1. Corin. 3. Propter quod dicebat de seipso Apostolus 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Signanter autẽ dicit. [Ambulemus,] vt designet boni operis profectum, secundum Illud Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis infra 5. Vt filij lucis ambulate.

LECTIO IIII.

PRosecuto beneficio Dei Gentilibus exhibito quantum ad liberationem a peccato; hic recitat Apostolus beneficium eis exhibitum a liberatione a statu Gentilitatis. Circa quod duo facit. Primo commemorat conditionem status præteriti. Secũdo, recitat beneficia eis exhibita, in statu præsenti, ibi. [Nunc autem in Christo Iesu &c.] Circa primum duo facit. Primo, commemorationis status præteriti ponit exhortationem. Secundo, ipsius status præteriti declarat conditionem, ibi. [Qui aliquando, &c.] Dicit ergo. [Propter quod,] vt. s. aduertere possitis, q omnia sunt nobis data ex Dei gratia, [Memores estote] Deut. 9. Memento & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum &c. Deut. 16. Memineris diei egressionis tuæ de Aegypto, omnibus diebus vitæ tuæ. Secundo cum dicit. [Qui aliquando] Commemorat præteriti status conditionem, & primo quantum ad mala, quæ habebant. Secundo, quantum, ad bona quibus priuabantur, ibi. [Qui eratis in illo tempore, &c.] Circa primum ponit tria mala. Primo gentilitatis crimen, quo idolis seruiebant, cum dicit. [Quia aliqñ vos gentes eratis 1. Corin. 12. Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Quidam vero libri habent, [Vos qui gentes eratis,] & tunc pendet cõstructio vsq; ibi. [Nũc autem in Christo Iesu & c. Secundo, recitat eorum carnalem cõuersationem cum dicit. [In carne] i. carnaliter viuentes. Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Tertio, recitat contemptus eorum vilipensionem, qua a Iudæis vilipendebãtur. Vnde dicit. [Qui dicebamini præputium] i. incircuncisi,

A [Ab ea] s. circuncisione, [Quæ dicitur circuncisio manufacta in carne] i. a Iudæis tali circuncisione circuncisis. Et dicit manufacta, ad differentiam circuncisionis spiritualis, de qua dr Colo. 2. In quo circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi consepulti ei in baptismo. Et sequitur parum post, Vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, condonans vobis omnia, &c. Deinde cum dicit. [Qui eratis illo tẽpore &c.] Commemorat bona, quibus priuabãtur, & primo, partici-B patione sacramentorum. Secundo, Dei cognitione, ibi. [Et sine Deo in hoc mundo.] Circa primum ponit tria sacramenta, quorum participatione priuabantur. Primo Christi dignitate. Vnde dicit. [Qui eratis illo tempore sine Christo,] i. sine promissione Christi, quæ facta est Iudæis. Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustum &c. Zach. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Secundo, tangit societatem sanctorũ, qua priuabantur, quandiu in gentilitate permanebant, cum dicit; [Alienati a conuersatione Israel,] quia. s. Iudæis cum Gentibus non erat licitum conuersari. Deut. 7. Nõ inibis cum eis coniugia &c. Ioan. 4. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Et quantum ad illos qui in Iudaismo recipiebãtur contemptibiliter, cum fiebant proseliti. Vnde subditur, [Et hospites testamentorum,] q. d. Huiusmodi proseliti, qñ conuertebantur ad Iudeos, & fiebant proseliti, non sicut ciues, sed sicut hospites recipiebantur ad percipiendum testamenta Dei. Dicit autem [Testamentorum] in plurali, quia Iudæis vetus testamẽ-C tum erat exhibitum & nouum erat promissum, quia ut dr Eccle. 44. Testamentum suum confirmabit super caput Iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Promiserat enim Deus dare aliud testamentum. Baruch 2. Statuam illis testamentum alterum sempiternum. Hoc autem reddidit illis, quorum adoptio est filiorum Dei, & gloria & testamentum, vt dr Roma. 9. Ponit etiam aliud beneficium quo priuabantur. s. spem futurorum bonorum, cum dicit. [Promissionis spem non habentes.] Quia vt dicitur Gala. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Vlterius ponit summam damnificationem qua damnificabãtur, s. ob Dei ignorantiam, ibi; [Et sine Deo in hoc mundo] i. sine cognitione Dei, Psal. 75. Notus in Iudæa Deus: non autem gentibus, vt dicitur 1. Thes. 4. Non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum, quod tamen intelligitur de cognitione quæ est per fidem. Nam de cognitione naturali dicitur Roman. 1. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, & cæt. Consequenter cum dicit: [Nunc autem in Christo, D &c.] Commemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per Christum. Circa quod duo facit, quia primo ostendit quomodo facti sunt participes bonorum, quibus ante priuabantur. Secundo, ostendit q ad illa bona non sicut hospites, sed sicut ciues recipiuntur, ibi: [Ergo non estis hospites &c.] Prima iterũ in duas, quia primo commemorat huiusmodi beneficia in generali. Secundo, in speciali, ibi; [Ipse enim est pax nostra &c.] Dicit ergo primo, dixi q in illo tempore eratis sine Christo, alienati à conuersatione Israel, [Nunc autem] idest postquam conuersi estis ad Christum, [Vos qui estis in Christo,] idest qui ei adhæretis per fidem, & charitatem 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Gal. vlti. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. [Vos,] inquã, [Qui aliqñ eratis longe,] i. elongati a Deo, non loco, sed merito. Psal. 118. Longe a peccatorib. salus, & a cõuersatione sanctorum, & participatione testamentorum, vt di-E ctum est,] Iam facti estis prope,] Deo. s. & sanctis eius, & testamentis. Esa. 6. Filij tui de longe venient, &c. Mat. 8. Quidam. n. ex eis. s. gentib. de longe venerunt. s. de regione dissimilitudinis, & statu gentilitatis, vos autem modo facti estis prope. s. [In sanguine Christi,] idest per sanguinem eius, quo nos Christus attraxit, Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Et hoc propter nimiam charitatem, quæ potissime in morte crucis manifestatur. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te miserans.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO V.

LECTIO V.

Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ solués, inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuás, ut duos condat in semetipso in vno nouo homine faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens, euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem his, qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

Commemoratis beneficijs collatis ipsis Ephesijs in generali per Christum, hic ea commemorat in speciali. Circa quod duo facit. Primo ostendit qualiter appropinquauerūt populo Iudaico. Secundo qualiter propinquiores facti sunt Deo, ibi. [Vt recōciliet ambos &c.] Prima iterum in tres, quia primo ostēdit causam appropinquationis, Secundo modum, Tertio finem. Secūda, ibi. [Et medium parietem &c.] Tertia, ibi. [Vt duos, &c.] Causa autē appropinquationis est Christus, propter quod dicit [Ipse enim est pax nostra &c.] Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressionem, q.d. Benedico ꝙ facti estis prope, sed hoc factum est per Christū, quia [Ipse est pax nostra] i. causa pacis nostræ. Vnde dicebat Io. 14. Pacem meam do vobis. Hic aūt modus loquendi fieri consueuit, qñ totum quod est in effectu, dependet ex causa, sicut cū dicimus de Deo, ꝙ ipse est salus nostra, quia quicquid salutis est ĩ nobis causatur à Deo. Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur a Christo, & per consequēs quicquid appropinquationis, quia homo qñ pacificatus est cum alio, secure potest ambulare, seu appropinquare ad ipsum, ideo dicit ꝙ est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annūtiauerunt pacem. Luc. 2. Gloria in altissimus Deo, & in terra pax, &c. Ipso ēt Christo in corpore existente, mundus maximam pacem habuit, qualem ante non habuerat. Ps. 71. Orietur in diebus eius iustitia, &c. Ipse ēt resurgens pacem annuntiauit. Luc. vlt. dixit eis, Pax vobis. Sequitur, [Qui fecit vtraque vnū,] quia. s. Christus vtrunq; populum, videlicet Iudæorum colentium Deum verum, & Gentilium ab huiusmodi Dei cultura alienatorum, coniunxit in vnum. Ioan. 10. Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili &c. vsq; ibi, Et fiet vnū ouile, & vnus pastor. Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans, &c. Modus aūt appropinquationis ostenditur, cum subdit. [Et medium parietem &c.] Hic aūt modus est per remotionem eius, quod diuidebat. Debemus aūt ad intellectum literæ imaginari vnum magnum cāpum, & multos homines ibi congregatos, in quo quidem per medium protendatur & eleuetur vnus paries diuidens eos, ita ꝙ non videatur populus vnus, sed duo. Quicunq; ergo remoueret parietem, coniūgeret illorum hominum congregationem in turbam vnā, & efficeretur populus vnus. Sic intelligendum est, ꝙ hic dr̄. Mundus enim iste est sicut ager Mat. 13. Ager est mundus, hic aūt ager. s. mundus, plenus est hominibus. Genes. 2. Crescite & multiplicamini, & replete terram. In isto aūt agro est paries, quia quidam sunt ex una parte, quidā ex alia, hic aūt paries potest dici lex vetus, ſm carnales obseruantias, in qua Iudæi conclusi custodiebātur, vt dr̄ Gal. 3. Sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Can. 2. Ipse stat post parietem nostrū, quia videlicet Christus per ueterem figurabatur. Christus aūt hūc parietem remouit, & ita cum nullum remanet intersticiū, factus est populus vnus Iudæorum & Gentium. Et hoc est quod dicit. [Dico quod fecit vtraq; vnum] hoc modo. s. [Soluens mediū parietem,] Parietem dico, maceriæ, non muri. Tunc enim est paries maceriæ, qñ lapides in eo non conglutinantur cemento, nec ad hoc erigitur, vt duret in perpetuū sed vsque ad tempus præfinitum. Vetus ergo lex est paries maceriæ propter duo. Primo, quia non conglutinabatur charitate, quæ est quasi cementum cōglutinās singulos sibi inuicem, & omnes simul Christo, infra 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vetus enim lex, est lex timoris, inducens homines per pœnas, & comminationes ad obseruantias mandatorum. Et si qui illo tempore legis eā ex charitate obseruabant, iam pertinebant ad nouum testamētum, vt dicit Augu. quòd est lex amoris. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Secundo vetus lex est paries maceriæ, quia non fuit data, ut perpetua duraret, sed vsque ad tempus præfinitum Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dn̄s omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus a patre, ita & nos cum essemus, &c. Sed hic incidit, quæstio, quia dicit, parietem maceriæ soluens, contrarium dr̄ Matt. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere. Respondeo, Dicendum est, ꝙ in veteri lege erant præcepta moralia, & ceremonialia. Moralia quidem præcepta Christus non soluit, sed adimpleuit, superaddendo consilia, & exponendo ea, quæ Scribæ & Pharisæi male intelligebant. Vnde dicebat Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum, &c. Et iterum, Dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, &c. Cerimonialia vero præcepta solum quidem quantum ad eorū substantiam, sed adimpleuit quantum ad quod figurabant, adhibens figuratum figuræ. Est ergo intelligendum, quod hic dicit soluens, quantum ad obseruantiam legis carnalis. Et soluere hoc. s. parietem maceriæ, est soluere inimicitias, quæ erant inter Iudæos, & Gentiles, quia isti volebant legem seruare, illi vero minimè, ex quo causabatur inter eos ira, & inuidia. Sed certè has inimicitias Christus soluit in carne sua assumpta. Nam in eius natiuitate statim pax hominibus annuntiata est. Lucæ 2. Vel in carne sua. s. immolata, quia vt dicitur infra 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo. In quo quidem sacrificio impleta sunt omnia illa sacrificia, & cessauerunt. Hebr. 10. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Quid autem sit iste paries insinuat, dicens. [Quod est lex mandatorum,] quasi Soluens parietem, hoc est legem mandatorum, &c. Dicitur autem lex mandatorum, non quia aliæ leges mandatis careant, nam vna enim lex, mandata habet. Ioann. 14. Mandatum nouum do vobis: sed propter duo. Primo quidem propter magnam multitudinem mandatorum legalium, intantum quòd ab hominibus obseruari nō possunt, secundum illud Act. 15. Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Iob 11. ꝙ multiplex sit lex eius, &c. Vel dicitur, Mandatorum, i. factorum. Rom. 3. Vbi est ergo gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Vnde sicut Baptismus Ioannis erat baptismus aquæ, quia tantum exterius mundabat, interius autem non sanctificabat, ita & lex vetus dicitur lex factorum, quia præcipiebat tantum quid facere deberent, sed non conferebat gratiam, per quam ad legem implendam iuuarentur. Lex vero noua dirigit in agendis præcipiendo, & iuuat ad implendum gratiam conferendo. Euacuans dico sicut imperfectū euacuatur per perfectum, & vmbra per veritatem 1. Corin. 13. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Lex autem fictio & vmbra veteris legis, de qua Hebr. 10. Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, &c. Et hoc decretis, i. præceptis noui testamenti, per quæ excluditur lex. Leuit. 26. Comedetis vetustissima ueterum. i. præcepta legis naturæ simul cum noua lege, & præceptis eius susceptis, vetera proijcietis. i. ceremonialia præcepta veteris legis quantum ad eorum substantiam, ut dictum est. Finem vero appropinquationis ostendit, dicens. [Vt duos condat in se &c.] Qui quidem finis est, ut dicti duo populi efficiantur vnus populus. Quæ aūt uniuntur oportet vniri in aliquo vno, sed quia lex diuidebat non poterant in lege vniri, Christus autem lege succedens & fides eius (sicut ueritas figuræ) eos in semetipso condidit. Ioā. 17. Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Matt. 18. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. [Et hoc [In vno nouo homine faciens pacem,] i. in semetipso Christo, qui dr̄ nouus homo propter nouum modum suæ conceptionis. Hier. 31. Creauit dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Item, propter nouitatem gratiæ, quam contulit. Galat. vlt. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. infra quarto. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui, &c. Item propter noua mandata quæ attulit. Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem &c. Et licet ista videatur esse intentio Apostoli, tamen in glossa paries duplicatur, quia ex parte Iudæorum ponitur lex quasi obstaculum, ex parte vero Gentium est idolatria. Consequenter cum dicit, [Vt reconciliet ambos, &c.] Ostendit qualiter Deo appropinquauerunt. Circa quod duo facit. Primo manifestat eorum reconciliationem ad Deum. Secundo, ponit manifestationem reconciliationis, ibi: [Et ueniens euangelizauit, &c.] Sciendum est, quòd dilectio proximi est uia ad pacem Dei, quia ut dicitur. 1. Ioan. quarto. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non uidet, quomodo potest diligere? & Augu. dicit quòd nullus putet habere pacē cum Christo, si discors fuerit cum Christiano. Primo ergo ponit pacē hominum inuicem faciam per Christū, & ex inde pacem hominū ad Deum: propter quod dicit; [Vt reconciliet ambos] iā vnitos in vno corpore ecclesiæ. s. in Christo. Rom. 12. Multi vnū corpus sumus in Christo; [Reconciliet, inquam, [Deo per fidem & charitatem 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Et hoc fecit; [Per crucem, interficiens inimicitias ĩ semetipso,] quia Iudæorum, & Gentiliū quæ erant per legem inimicitias, interfecit, implēs figuras veteris testamenti; sed inimicitias, quæ erant inter Deū & homines per peccatum, interfecit ĩ semetipso, qñ per mortem crucis deleuit peccatum. Gala. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Hebr. 10. Christus semel oblatus est, ad multorū exhaurienda peccata. Dicit ergo; [Interficiēs inimicitias] i. peccata: [In semetipso] in immolatione corporis sui. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cęlis, siue quæ in terris sunt. Rom. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Item Col. 1. In Christo cōplacuit oēm plenitudinem habitare, & per eum reconciliare oīa in ipso. Quia ergo Christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris, cōsequens fuit, vt soluto pretio fieret reconciliatio. Manifestationē vero huius reconciliationis ponit, dicens, [Et veniens euangelizauit &c.] Ponit aūt primo pacis, seu reconciliationis annuntiationem, Secundo pacis causam & rōnem, ibi; [Qm̄ per ipsum habemus accessum &c.] Est ergo manifesta Dei reconciliatio ad hominē per Christū, quia ipse Christus non solū reconciliauit nos Deo & interfecit inimicitias, sed ēt: [Veniens,] s. in carne; [Euāgelizauit,] i. annunciauit [Pacem.] Vel veniens post resurrectionem, qñ Stetit in medio discipulorū, & dixit eis, Pax vobis. Luc. vlt. & Io. 20. Esa. 61. Ad annuntiandū mansuetis misit me, &c. Et 52. Quam pulchri pedes supra montes annuntiantis & pdicātis pacem, annuntiantis bonum prædicantis salutem &c. [Euāgelizauit,] inquam, non vni populo tm̄, sed vobis gentibus: [Qui lōge fuistis,] quibus & si non in persona propria, tm̄ per apostolos suos annuntiauit pacem. Matt. vlt. Euntes ergo docete oēs gētes baptizantes &c. Esa. 33. Audite qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite, &c. [Et pacē his qui prope,] supple annūtiauit Christus in persona propria. Rom. 15. Dico. n. Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad cōfirmādas promissiones patrum. Esa. 54. Ecce, accola veniet qui nō erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. Causam aūt pacis, & formam ostendit dicens; [Qm̄ per ipsum habemus accessum ambo,] i. duo populi: [In vno spiritu,] i. vniti vnione spiritussancti. inf. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus &c. 1. Cor. 12. Hæc aūt omnia operatur vnus atque idem spiritus. Sic aūt habemus accessum ad patrem per Christum, qm̄ Christus operatur per spiritum sanctum. Rom. 8. Si quis autem spiritum Christi nō habet, hic non est eius, & ideo quicquid fit per spiritum sanctum, etiam fit per Christum. Per hoc etiam quod dicit: [Ad patrem.] intelligendum est, ꝙ etiam pertinet ad totam trinitatem, quia propter essentiæ unitatem in patre est filius & spiritussanctus, & in spiritu sancto pater & filius. Ideo cum dicit ad patrem specialiter ostendit, quòd quicquid filius habet, a patre habet, & ab eo etiam se habere recognoscit.

LECTIO VI.

Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolorū, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coædificamini, inhabitaculum Dei, in spiritu sancto.

LECTIO VI.

Ostenso supra, ꝙ ad spiritualia beneficia, simul admissi sunt Gentes cum Iudæis: hic ostendit, quòd in illis beneficijs Gentiles non sunt minoris dignitatis quam sunt ipsi Iudæi: sed æque plenarie ad Christi beneficia sint admissi. Circa quod, duo facit, quia primo proponit intentum. Secundo, manifestat propositum per exemplum, ibi; [Superędificati &cæt.] Circa primum duo facit.

Primo excludit id, quod erat in statu præterito a statu præsenti. Secundo concludit id, quod competit præsenti statui ibi. [Sed estis ciues &c.] quia ergo Apostolus concludendo inducit, hoc quod dicit; [Ergo iam &c.] Considerandum est, ꝙ similitudo sequitur ex præmissis. Primo quidem ex hoc, ꝙ ambo coniuncti, sunt Deo reconciliati. Secundo, ꝙ ambo habent accessum in vno spiritu ad patrem. Quia ergo simul sunt configurati toti trinitati, patri ad quem habent accessum, filio per quem, spiritui sancto in quo vno accedunt. In nullo ergo deficiunt a spiritualium bonorum participatione. Ad intellectū aūt literæ sciendum est, ꝙ collegium fidelium qñque in scripturis vocatur domus, ſm illud 1. Timo. 3. Vt scias qm̄o in domo Dei oporteat a te conuersari, quæ est Dei ecclesia. Qñque autem vocatur ciuitas, ſm illud Ps. 121. Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas. Ciuitas. n. habet collegium politicū, domus aūt œconomicum, inter quæ quidem duplex differentia inuenitur. Nam qui sunt de collegio domus, cōmunicant sibi in actibus priuatis; qui vero sunt de collegio ciuitatis, cōicant sibi in actibus publicis. Item, qui sunt ĩ collegio domus reguntur ab uno, qui vocaꝛ paterfamilias, sed qui sunt in collegio ciuitatis, reguntur a rege. Ita enim est paterfamilias in domo, sicut rex in regno. Sic igitur collegium fidelium aliquid habet de ciuitate, & aliquid de domo. Sed si consideretur rector collegij, pater est. Matt. 6. Pater noster qui es in cęlis, &c. Hier. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi nō cessabis, & sic collegium est domus: si vero ipsos subditos consideres, sic ciuitas est, quia cōicabant sibi in actibus præcipuis. s. fidei, spei, & charitatis. Et hoc modo si fideles considerentur in se, est collegium ciuitatis, si uero rector collegij attendatur, est collegium domus. Et ideo Apostolus duo verba ponit hic. s. [Hospites & aduenæ.] Hoc. n. sunt hospites ad domū, quod aduenæ ad ciuitatem. Hospes enim dr̄, quasi extraneus a domo. Eccles. 29. Vita nequam, hospitandi de domo in domum. Aduena uero est, qui extraneus venit ad ciuitatem. Ac si dicat Apostolus; olim eratis extranei a collegio fidelium, sicut hospites a domo, & aduenæ ad ciuitatem, quemadmddum & proselyti ad legē veterem, sed nunc non est ita, quia iam non estis hospites, &c. Esa. 54. Ecce accola ueniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. Consequenter cum dicit. [Sed estis ciues sanctorum &c.] Concludit quod conuenit statui præsenti, dicēs. Sed estis ciues sanctorum, &c. q.d. Quia collegium fidelium dr̄ ciuitas in comparatione ad subditos, & domus in comparatione ad rectorem, collegium ad quod vocati estis, est ciuitas sanctorū, & domus Dei Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Vnde Augu. Duas ciuitates, faciunt duo amatores. Nam amor Dei vsque ad contemptum sui. s. hominis amantis, facit ciuitatē Hierusalem cœlestem, amor vero sui vsque ad contemptum Dei, facit ciuitatem Babylonis. Quilibet ergo vel est ciuis sanctorum, si diligit Deum vsque ad contemptum sui. Prouer. vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. si vero diligit se vsque ad cōtemptum Dei, est ciuis Babylonis. Consequenter cum dicit, [Superædificati &cæt.] manifestat propositum. Consuetum est in scripturis: quod in figura quæ methonimia dicitur, continens ponatur pro contento, sicut quandoque domus pro his qui sunt in domo: secundum hunc ergo modum loquitur Apostolus de his, qui sunt in domo Dei. s. de fidelibus, sicut de una domo, & comparat eos ædificio. Et circa hoc duo facit, quia primo proponit intentum. Secundo, ostendit ꝙ huius ædificij participes facti sunt ipsi Ephesij, ibi. [In quo & vos coædificamini, &c.] Circa primum duo facit. Primo, proponit huius ædificij fundamentum. Secundo, ipsius constructionem seu complementum, ibi. [In quo omnis ædificatio constructa &c.] Fundamentum autem ponit duplex. Vnum secundarium, & aliud principale. Secundarium quidem fundamentum, sunt Apostoli & prophetæ. Et quantum ad hoc dicit, eos non esse hospites, sed ciues, quia iam pertinent ad ædificium spirituale, utpote Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, idest, qui sunt Apostoli & prophetæ. i. super doctrinam eorum. Vel aliter [Supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum,] idest supra Christum qui est fundamentum Apostolorum, & Prophetarū, q.d. in eodem fundamento superædificati estis, in quo Apostoli & Prophetæ sunt ædificati, qui ex Iudæis fuerunt. Hæ autem expositiones duæ, tantum quo ad uerba differunt; sed prima cōuenientior est, quia si alia conuenientior esset, tunc pro nihilo adiungeret, [Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, cum ipse Iesus sit summum fundamentum. Secundum ergo primum modum, magis consonat, ita tamen quod præcipuus lapis, & summum fundamentum sit Christus. Quantum vero ad sententiam nihil differunt, quia idem est dicere Christum esse fundamentum, & doctrinam Apostolorum, & Prophetarum, cum Christum tantum, non seipsos prædicauerint, unde accipere eorum doctrinam est accipere Christum Crucifixum. 1. Corint. 1. Nos autem prædicamus Christum Crucifixum, 1. Petr. 1. Quibus reuelatum est, quia non sibiipsis, &cætera. Item primo Corint. 2. Nos autem sensum Christi habemus. Notandum

Universidad de Deusto Biblioteca

est, ꝙ Apostoli dicuntur fundamenta. Ps.86. Fundamenta eius in montibus sanctis. Esa.54. Fundabo te in saphyris. i. in cęlestibus viris. Expresse aũt dicuntur fundamenta. Apo.21. Murus ciuitatis habens fundamenta 12. & in ipsis nomina 12. Apostolorum. Qui in tm̃ dicuntur fundamenta, inquantum eorum doctrina Christum annuntiant.

CAP. IIII. LEC. I.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro uobis Gentibus, si tamẽ audistis dispensationẽ gratiæ Dei quæ data est mihi in uobis, qm̃ secundum reuelationem notũ mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, pro ut potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis in Christo Iesu per euangelium.

Matth.16. Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Dicit aũt apostolorũ, & prophetarum, ut designet, ꝙ vtraq; doctrina est necessaria ad salutem. Matth.13. Scriba doctus in regno cęlorum similis est homini patrifamilias, q̃ profert de thesauro suo noua, & uetera. Item, vt ostẽdat concordiam inter vtranque alterius ad alteram, dum idem est utriusque fundamẽtum. Nam quod prophetæ prædixerunt futurum, Apostoli prædicauerunt factum. Roma.1. Paulus seruus Iesu Christi uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos. Principale vero fundamentum tm̃ est Christus Iesus, & quantum ad hoc dicit, [Ipso summo, &c. Vbi tria dicit de eo. s. quòd sit lapis, ꝙ angularis, & ꝙ summus. Lapis quidẽ est propter fundamenti firmitatem. Vnde dr̃ Matth.7. Quòd domus quę fundata erat supra petram firmiter ædificata erat, intm̃ quod nec pluuia, nec flumina, nec venti potuerunt eam destruere. Non sic aũt de domo fundata super arenam. Dan.3. Lapis abscissus de monte sine manibus. Angularis aũt dr̃ propter vtriusque coniunctionem, nam ut in angulo duo parietes uniuntur: sic in Christo, populus Iudæorum & Gentium vniti sunt. Psal. lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Act.4. Hic est lapis qui reprobatus est, à vobis ædificantib. qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus. Et hoc idem de se introducit. Matth.21. nunquid legistis in scripturis, Lapidem quem reprobarunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? &c. Summus autem dicitur, propter dignitatis celsitudinem Esa.28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum: sed non est idem de fundamento in ædificio spirituali, & in ædificio materiali. Materiale nanque ædificium fundamentum habet in terra, & ideo oportet ut principalius fundamentum sit magis infimum. Spirituale vero ædificium fundamentum habet in cœlo, & ideo oportet ꝙ fundamentum quanto est principalius, tanto sit sublimius: ut sic imaginemur ciuitatem quandam descendentem de cęlo, cuius fundamentum in cœlo existens, & ędificium demissum ad nos, videatur inferius: sm̃ illud Apost. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cęlo, &c. Consequenter cum dicit. [In quo omnis ædificatio, &c.] agit de constructione ędificij. In qualibet aũt ædificij cõstructione quatuor requiruntur. Primo ædificij fundatio. secundo constructio, tertio augmentatio. quarto consumatio, quæ quidem breuiter tãgit. Primum cum dicit. [In quo] s. fundamento, qui Christus est principaliter, & doctrina Apostolorum, & prophetarum. Secundario, quia ut dr̃ 1.Cor.3. Fundamentum aliud nemo põt ponere pter id, &c. Secundo vero tangit sm̃ cũ dicit. [Omnis ædificatio constructa.] Et quidem si intelligatur allegorice, designat ipsam ecclesiam, q̃ tunc construitur, qñ homines ad fidem cõuertũtur. Si aũt moraliter intelligatur, significat animam sanctam, & tũc eiusmodi ædificatio construitur qñ bona opera superædificãtur super Christum. Prou.14. Sapiens mulier ædificat domũ suam. 1.Cor.3. Vnusquisq; videat quõ superædificet. In hoc ergo fundamento. s. Christo, omnis ædificatio spiritualis construitur, Iudæorum, uel Gentilium, a Deo per authoritatem. Psal.126. Nisi dñs ædificauerit domum, &c. Heb.3. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo, qui aũt omnia creauit, Deus est, sed instrumẽtaliter construitur ædificium, uel ab homine qui seipsum ædificat, uel a prælatis. Tertium tangit, cum dicit. [Crescit in templum &c.] quod quidem fit, qñ multiplicantur qui salui fiunt. Act.6. Verbum dñi crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorũ in Hierusalem valde. Crescit ẽt qñ homo crescit in bonis operibus, & in gratia crescit quantum ad hoc, ꝙ fit templum sanctũ. Templum enim a Deo inhabitatur, & ideo oportet ꝙ sit sanctum, Psal.45. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Et quia nos debemus inhabitari a Deo, ut Deus in nobis habitet, ad hoc nos parare debemus, vt sancti simus. 1.Cor.3. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Apocal.12.

F Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis. Sed nunquid statim a principio, cum charitatem habemus, templũ Dei sumus? Respondeo. Dicendum est, ꝙ sic. Et quanto magis proficimus, tanto magis Deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc ædificium quarto requiritur perfectio; & consummatio, quod ostendit, cum dicit, in domino. Consequenter cum dicit: [In quo, & uos &c.] Ostẽdit quomodo Gentiles facti sunt participes huius ædificij, dicens. [In quo] s. ædificio, non solum superædificantur Iudæi, sed ẽt uos Ephesij [Coædificamini] i. ad similitudinem aliorum ædificamini. 1.Petr.2. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales. Et ideo subdit. [In habitaculum Dei,] id scilicet Deus in vobis inhabitet per fidem, infra tertio. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hoc autem non potest fieri sine charitate, quia qui manet in charitate, in Deo manet, &c. 1.Ioan.4. Charitas autem datur nobis per spiritum sanctum. Roma.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis; ideo subdit; [In spiritu sancto.]

LECTIO PRIMA.

H SVPRA commemorauit Apostolus multa Dei beneficia humano generi, & ipsis Apostolis collata: hic commemorat specialia Dei beneficia sibi tradita. Primo ergo proponit intentionem suam in generali. Secundo exponit per partes in speciali, ibi: [Quoniam secundum reuelationem &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit suam traditionem quantum ad patientiam, & tribulationes quas pertulit. Secundo quantum ad donum gratiæ quæ Deus sibi contulit, ibi. [Si tamen audistis &c.] Dicit ergo. Dixi in quo & vos coædificamini &c. [Huius rei gratia] vt ædificemini & conuertamini ad Christum, [Ego Paulus] tantus sum, quia Apostolus Iesu Christi, & magister gentium in fide & veritate, nũc [Vinctus] Romæ. Nam hanc epistolam ... be scripsit ubi in uinculis tenebatur 2.Timot.2. Laboro vsque ad vincula quasi male operans. infra 4. Obsecro vos itaq; ego vinctus in dño. Ex quo apparet eius tribulatio, & passio in squalore carceris. Sed quia pęna non facit martyrem, sed causa, ideo addit suarum tribulationum causam. Duplex est aũt causa pro qua quis martyrij causam prosequitur. Vna si patiatur pro fide Christi, vel pro quacunque alia uirtute 1.Petr.4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Christianus, non erubescat. Et quantum ad hoc dicit: [Vinctus Christi Iesu.] I Alia, si patiatur pro ecclesiæ utilitate, & quantum ad hoc ait; [Pro uobis Gentibus,] i. tm̃ procurando conuersionem vestram, & verbum salutis vobis prædicando traditus sum carceri. 2.Corin.1. Tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Col.1. Nunc gaudeo in passionib. pro uobis. Consequenter cum dicit. [Si tñ audistis &c.] Ponit donũ gratiæ sibi commissum q.d. Dico ꝙ sum pro uobis Gentibus uinctus, [Si tñ audistis,] i. intellexistis [Dispensationem gratiæ, quę data est mihi pro uobis.] Quod potest intelligi dupliciter. K Vno modo, ut dispensatio accipiatur passiue, & sit sensus: si tñ audistis dispensationem gratiæ &c. i. si intellexistis, quod mihi hoc donũ. s. Apostolatus in Gentibus est dispensatum. Nam vt dr̃ infra 4. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et infra, Ipse dedit quosdam quidem Apostolus, quosdam autem Prophetas, &c. Vnde mihi dispensatum est a Dño Christo, i. uenit in sortem gratia Dei hæc, ut in uobis fructum faciam. Col. 1. Factus sum ego minister, &c. Dico [Dispensationẽ Dei quę data est mihi in uobis,] i. eorum dispensatio tradita est mihi. Alio modo, ut dispensatio accipiatur actiuẽ, ut sit sensus. Si tñ audistis dispensationem, &c. i. si intellexistis quòd mihi datum sit ut dona gratiæ dispensem per communicationem sacramentorum, & hoc in uobis 1. Cor.4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi. Consequenter dicit [Quoniam secundum reuelationem &c.] manifestat conditionẽ suã per partes, & in speciali. Circa quod duo facit, quia primo ponit quod pertinet ad dignitatem officij, s. dispensationem gratiæ. Secundo, illud quod pertinet ad experientiam patientiæ, s. tribulationis, ibi; [Quapropter peto ne deficiatis &c.] Prima iterum in duas. Primo ostendit gratiæ dispensationem quantum ad diuersorum mysteriorũ cognitionem. Secundò, quantum ad ipsorum executionem, ibi: Cuius factus sum minister &c. Prima iterum in duas. Primo ponit mysteriorum Christi sibi datam cognitionẽ. Secundo, exponit quod sit illud mysteriũ, ibi; [Esse gentes cohæredes &c.] Circa cognitionem suã tria facit. Primo, quod sit certa. Secundo, quod sit plena. Tertio, ꝙ sit excellens.

CAP. VI. LEC. I.

Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorũ minimo, data est gratia hæc in Gentibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti abscõdita seculis in Deo, qui omnia creauit.

Certa quidẽ est, quia non est per humanam industriam, nec per humanam intẽtionem, quæ falli põt. Sap.9. Cogitationes. n. mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ: sed per legem diuinam quæ certissima est. Et ideo dicit. Quoniam sm̃ reuelationem &c. Gal.1. Neque. n. ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per reuelationem Iesu Christi. 2.Cor.3. Nos vero reuelata facie gloriam dñi speculantes &c. Item plena est, quia perfecte reuelatũ est mihi, & committo vestro iudicio, quia ego in uerbis paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis ꝙ perfectam cognitionem habeam de mysterijs fidei. Et quãtum ad hoc dicit: [Sicut scripsi in breui.] idest in paucis uerbis, ita aperte, quod eo modo: [Hoc potestis legentes intelligere.] Cant.4. Fauus distillans labia tua &c. Labium quidem breue quid est. Et sic labia doctoris sunt fauus distillans, qñ breuibus, & paucis uerbis multa & magna insinuat. Sed attende, vt dicit Augu. ꝙ debet intendere hoc doctor, ꝙ scilicet intelligatur.

Et quandiu ad hoc laborat, verba sua non sunt superflua, sed si postquam intelligitur eis immoratur, superflua sunt eius uerba. Dicit aũt: [Prudentiam meam,] sm̃ illud Prouer.9. Scientia sanctorum prudentia. Quæ quidem nõ est mundana; sed diuina & cœlestis: pp quod dicit: [In mysterio Christi.] Est ẽt excellẽs, quia solis Apostolis est reuelata, vnde subdit. [Quod alijs generationibus non est agnitum. Licet. n. mysteria Christi prophetis & Patriarchis fuerint reuelata, non tñ ita clare sicut Apostolis. Nam Prophetis & Patriarchis fuerũt reuelata in quadam generalitate; sed apostolis manifestata sunt quantum ad singulares & determinatas circumstantias. Hoc aũt quod dicit, ꝙ, [Alijs generationibus &c. Potest dupliciter exponi. Vno modo ut per generationes tempora generationum accipiantur iuxta illud Psal.144. Dominatio tua in omni generatione, & generatione.

Et tunc est sensus, quod alijs generationibus idest tẽporibus; [Non est agnitum filijs hominum,] idest rationalibus creaturis, s. nec hominibus, nec angelis. Matt.11. Abscondisti hec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: [Sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu,] ipsis. s. in eo spiritu noui testamenti interpretantibus scripturas, & explanantibus legem. Luc.8. Vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris aũt &c. Luc.10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et infra, Dico aũt vobis, quod multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non uiderunt &c. Alio modo põt exponi ut per generationes accipiantur homines generati, sm̃ illud Matt.23. Venient hæc omnia super generationem istam &c. Et tunc est sensus, quod alijs generationibus, idest hominibus in præcedentibus generationibus generatis, non est cognitum &c. sicut prius. Vnde Esa.53. Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Sed hoc quidem sacramentum fidei, reuelatum est aliquibus patribus veteris testamenti secundum illud Ioan.8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est.

Et etiam prophetis, sm̃ illud Ioe 2. Post hæc effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ. Sed eis quidem reuelatum est in quadam generalitate, Apostolis vero clare & perfecte. Et hoc pp tria. Primo quia ipsi Apostoli habuerũt reuelationem immediate a filio Dei, sm̃ illud Io.1. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Prophetæ vero, & patres veteris testamenti ipsi edocti sunt per angelos, vel per aliquas similitudines. Vnde dr̃ Esa.6. Volauit ad me vnus de seraphim & in manu eius calculus quẽ &c. Et ideo isti apostoli clarius acceperunt. Secundo, quia non in figuris, & in ænigmatibus sicut prophetæ viderunt, sed reuelata facie gloriam dñi speculantes. Lu.10. Beati oculi qui uident quæ vos videtis. Tertio, quia apostoli constituti fuerunt executores & dispensatores huius sacramẽti, & ideo oportebat, quod melius ipsi essent instructi quam alij, Io.4. Alij laborauerũt, & uos in labo-

A res eorum introistis. Consequenter cum dicit. [Esse gentes &c.] manifestat quid sit illud sacramentum. Circa quod sciendũ est, ꝙ Iudæi triplicem pręrogatiuam habebant respectu Gentiliũ. s. promissionis hæreditatis. Ro.4. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Psal.15. Dominus pars hæreditatis meæ &c. Item per specialem a gẽtibus alijs distinctionem & electionem. Deut.7. Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Vnde Psal.99. Nos aũt populus eius & oues pascuę eius. Can.6. Vna est columba B mea perfecta mea &c. Item per Christi promissionẽ Gen.12. In te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Hæc aũt tria, gentes nõ habebant supra 2. Qui eratis illo tpe sine Christo, alienati a conuersatione Israel, sed ad hæc tria recepti sunt per fidẽ. Primo quidem, quantum ad participationẽ hæreditatis, & quantum ad hoc dicit [Cohæredes] s. ipsis Iudæis in hæreditate cęlesti: Matt.8. Multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cęlorum &c. Secũdo ad speciale collegium fidelium. Et quantum ad hoc dicit. [Et cõcorporales,] idest in unum corpus, Io.10. Alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili, idest, gentes, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Tertio, ad participationem gratiæ repromissæ. Et quantũ ad hoc dicit, [Et comparticipes] s. promissionũ quæ factæ sunt Abrahæ. Ro.15. Dico aũt Christum fuisse ministrum circumcisionis pp veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes aũt super misericordia honorare Deum. Et hæc omnia cõsecutæ sunt C Gentes non per Moysem, sed [In Christo] Ioan.1. Lex per Moysem data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est 2.Pet.1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, &c. Item, nec per impletionem legis, quia hoc est iugum quod neq; patres nostri, neq. nos portare potuimus, vt dr̃, Act.15. sed [Per Euangelium per quod oẽs saluantur. Ro.1. Non enim erubesco euangeliũ, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 1.Cor.15. Notum vobis facio euangelium quod prędicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini.

LECTIO II.

Postquam ostendit Apostolus esse sibi gratiam dispensatam quantum ad mysteriorum diuinorum cognitionẽ, hic ostendit hoc idem quantum ad ipsorum mysteriorum executionẽ. Et circa hoc duo facit. Primo cõmemorat auxilium gratię præstitũ sibi ad exequẽdum. Secundo, ostendit sibi commissum officium D ministerij, ibi. [Mihi omnium sanctorũ minimo &c.] Prima in duas; Primo tangit ministeriorũ diuinorum executionẽ. Secundo ostendit auxilium sibi datũ ad exequendum ibi. [Secundum donum gratiæ &c.] Executio aũt diuinorum sibi cõmissa est per modũ ministerij, & quantum ad hoc dicit, Dico ꝙ hoc ministerium est mihi cõmissum. s. Gentes esse cohæredes per euangeliũ per quod Gentes participes fiunt promissionis Dei in Christo Iesu, [Cuius ego] Paulus [Factus sum minister &c.] q.d. Non ego impleo vel exequor vt a me vel ut meum, sed sicut ministerium quod Dei est. Act.9. Vas electionis est mihi iste, &c. Vnde Apostolus 1.Cor.4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei. Deinde cum dicit. [Secundũ donum gratiæ &c.] tangit auxilium sibi præstitum ad ministeriorum executionẽ. Huiusmodi aũt auxilium duplex fuit. Vnum quidem ipsa facultas exequendi, aliud ipsa operatio, siue actualitas. Facultatem aũt dat Deus infundendo uirtutem, & gratiam per quas efficitur homo potẽs, & aptus ad operãdum: sed ipsam E operationẽ confert inquantum operatur in nobis interius mouẽdo, & instigando ad bonum. Et ideo hoc accipiens Apostolus a Deo, dicit quãtum ad primum, Dico ꝙ factus sum minister, sed certe non meis meritis, nec uirtute propria, sed [Secundum donum gratiæ Dei quæ data est mihi,] quia. s. idoneus efficior ad executionem diuinorũ ministeriorum qui fui prius persecutor 1.Corin.15. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Quantum ad sm̃ dicit. [Secundum operationem,] quam Deus efficit, inquãtum uirtus eius operatur in nobis, & uelle, & perficere pro bona uoluntate. Potest aũt hoc aliter exponi sm̃ Glo. vt quod dictum est modo, referatur ad præcedentia, s. dicatur ꝙ esse gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

promissionis eius. s. Dei patris: hoc quidem donum dedit Deus Gentibus in Christo, idest per Christum, & hoc sm operationẽ virtutis eius, i. per hoc, quod potenter operatus est suscitando Christum a morte. Consequenter cum dicit. [Mihi.n. sanctorũ minimo &c.] ostendit officium cõmissum, cuius quidem cõmissionis gratia, cõmendatur ex trib. Primo quidẽ ex personę suæ conditione. Secundo, ex cõmissorum magnitudine, ibi, [Euangelizare inuestigabiles &c.] Tertio, ex fructus utilitate, ibi. [Vt innotescat &c.] Commendat igitur officium sibi commissum, ex personæ conditione. Si.n.rex aliquis aliquod quidem magnum officium alicui magno principi, & excellenti cõmitteret, non multum ei magnam gratiam faceret, quantum ad hunc magnũ si poneret in magno officio; sed si magnum, & arduissimum officium alicui paruo cõmittat, multum eum magnificat, & magnam gratiam facit ei, & tãto magis, quanto officij excellentia excedit ipsum. Secundum ergo hunc modum, Paulus gratiam sibi cõmissi officij commendat dicens, [Mihi.n. omnium sanctorum minimo data est gratia hæc.] Et vocat se minimum, non ex potestate sibi cõmissa, sed ex consideratione status præteriti 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus qm̃ persecutus sum ecclesiam Dei. Esa. 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. Et hoc, [In gentibus] (idest inter gentes) Gal. 2. Qui.n. operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est mihi inter Gentes. Et cum cognouissent gratiam Dei, quę data est mihi inter Gentes, &c. Secundo cõmendatur hmõi commissionis gratia ex officij magnitudine, quod est reuelare, & manifestare secreta Dei, quæ sunt magna, & occulta, puta, de magnitudine Christi, & de salute fidelium facta per eum. De his autem duobus est totum euangeliũ. Quantum ad primum dicit, [Euangelizare &c.] q.d. Hæc gratia data est mihi vt annuntiem bonũ 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et ibid. 9. Væ.n.mihi, si non euangelizauero, & bonum hoc, s. [Inuestigabiles Christi diuitias] quæ sunt veræ diuitiæ. sup. 2. Deus aũt qui diues est in misericordia, &c. Ro. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? &c. Ro. 10. Diues in oẽs qui inuocant illum. q.d. Diuitiæ istæ vere inuestigabiles sunt, quia tanta est misericordia eius, quod intelligi vel inuestigari non posset. Esa. 33. Diuitię salutis sapientia, & scientia; timor dñi ipse thesaurus eius, s. Christi, quia in Christo abundantissime fuit timor dñi. Esa. 11. Replebit eũ spiritus timoris dñi. In Christo.n. sunt oẽs thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Col. 2. & hæc sunt inuestigabiles, quia perfecte sapientia, & sciẽtia Christi inuestigari non possunt. Iob 1. Reperies forsan vestigia Dei, & vsque ad perfecte omnipotentem? q.d. non. Nam per creaturas in quibus relucet vestigium creatoris, perueniri non põt ad perfectam eius cognitionem. Huiusmodi aũt diuitias stupens admiratur Apostolus dicens, Ro. 1. O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei quam &c. Eccl. 1. Sapientiam Dei pręcedentem omnia, quis inuestigabit? Quantum ad sm, i. ad manifestandum salutem fidelibus ex Christo prouenientẽ dicit, [Et illuminare oẽs.] non solum Iudæos, sed ẽt Gentiles per prædicationem, & miracula. Eccl. 24. Illuminabo oẽs sperantes in dño. Act. 9. Vas electionis est, &c. Matt. 5. Vos estis lux mundi. Illuminare inquam, quãtũ in me est oẽs, s. credere volentes 1. Tim. 2. Qui oẽs homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ad hoc. s. vt intelligant [Quæ sit dispensatio sacramẽti,] quia nihil ualent ista, nisi dispensetur, quasi dicat de hoc illuminabo. s. quam mirabilis & ex quãta dilectione sit facta adimpletio archanæ redemptionis? Huiusmodi aũt diuitiæ inuestigabiles, per Christũ vobis dispensatæ sunt. Sed quia dici posset, istud quod dicis, & si sit magnũ, oẽs tñ hoc sciunt, ideo ad hoc respondet Apostolus dicens, quod non, quia absconditi a seculis. Vbi sciendum est, quod omnia quæ sunt in effectu, latent uirtute in suis causis, sicut in uirtute solis continentur omnia quæ sunt in generabilibus, & corruptibilibus. Sed tñ ibi quædam sunt abscondita, quædam manifesta. Nam calor est manifeste in igne, aliquorum vero ratio, quæ occulto modo producit, latet in eo. Deus aũt est omnium rerum causa efficiens, sed producit quędã quorum ratio põt esse manifesta; illa. s. quæ mediantibus causis secundis producit. Aliqua vero sunt in eo abscondita. illa. s. quæ immediatè per seipsum producit. Et quia sacramẽtum humanæ redẽptionis per seipsum operatus est Deus, ideo in eo solo, hoc sacramentum est absconditum. Et hoc est quod dicit, [Abscon-

F diti a sæculis in Deo,] i. in sola notitia Dei. Inuestigare aũt secreta primæ causæ, maximũ est 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiã in mysterio, quę abscondita est, quam prędestinauit Deus ante secula. [Qui,] inquam, [Omnia creauit.]

LECTIO III.

VT innotescat principatibus, & potestatibus, in cęlestibus per ecclesiã, multiformis sapientia Dei, secundũ præfinitionem seculorum, quã fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciã, & accessum in confidentia, per fidem eius.

LECTIO III.

POsita dignitate officij ex magnitudine cõmissorum, hic cõmendat Apostolus officij dignitatem ex vtilitate effectus, quæ quidem est reuelatio magnarum rerũ magnis personis. Sunt aũt circa hoc, tria consideranda. Primo quidem, G quibus sit reuelatum, & quantum ad hoc dicit. [Vt innotescat principibus &c.] Secũdo per quem reueletur, [Quia per ecclesiam,] Tertio quid reueletur. [Quia multiformis sapientia Dei.] Ad cuius quidem sapientiæ descriptionem quatuor tangit Apostolus. Primo eius multiplicitatem, ibi. [Multiformis sapientia Dei.] Secundo modum multiplicitatis, ibi. [Pręfinitionem seculorũ.] Tertio multiplicitatis authoritatẽ. Vnde subdit. [Quam facit in Christo Iesu dño nostro.] [Quarto authoritatis effectum, ibi, [In quo habemus fiduciam, & accessum.] Est ergo sapientia quæ reuelatur multiformis, & hęc quidem multiformitas tangitur Iob 11. Vtinam Deus loqueretur tecũ, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & q̃ multiplex sit lex eius &c. Sap. 7. Est.n. in illa. s. sapientia diuina, spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, & multiplex &c. Multiplex, s. in effectibus, vnicus, s. in essentia. Modus aũt multiplicitatis reuelatæ sapientiæ est sm præfinitionem seculorum, i. distinctionem, & determinationem diuersorum. Deus.n. ordinat alia esse in uno tpe, alia in H alio, & sm hoc hmõi sapientia multiformis dr̃, sm præfinitionem seculorum, quia diuersa tempora diuersis ornat effectibus. Author aũt huius multiplicitatis est Christus, Vnde dicit. [Quam fecit Deus in Christo Iesu domino nostro,] idest per Christum. Ipse enim mutat tempora: & statum eorum. Heb. 1. Multifariè multisq; modis, &c. Per quem fecit, & secula. Potest aũt & quod dicit. [Quam fecit &c.] referri, vel ad æternam prædestinationem, nam ipsam fecit pater in filio suo, supra 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Ipse enim filius est sapientia patris, nihil aũt diffinit vel præordinat aliquid nisi per sapientiam. Vel põt referri ad prædestinationis æternæ completionem, quam Deus pater per filium cõsumauit, 1. Cor. 10. In quos fines seculorum deuenerunt, supple sumus. Effectus aũt authoris est magnitudo fructus, qui nobis a Christo prouenit; quod ponitur cum dicit, [In quo habemus fiduciã &c.] Circa quod duo facit. Primo ponit bona, quæ recipimus. Secundo I appropriatum, per quod recepimus, [Per fidem eius.] Bona autem quæ recipimus, sunt duo. Vnum, quod pertinet ad spem obtinendi, & quantum ad hoc, [In quo,] s. Christo habemus fiduciam veniendi ad cœlum, & æternam hæreditatem, Io. 16. Confidite, ego vidi mundum 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Aliud bonum, pertinet ad obtinendi facultatem, & quantum ad hoc dicit. [Et accessum in confidentia] Sic habemus. Heb. 4. Adeamus cũ fiducia ad thronum gloriæ eius. Hier. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Rom. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratia ista, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Per quid aũt hæc dentur nobis, subdit, dicens. [Per fidem eius,] s. Christi. Rom. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum. Vt ergo breuiter comprehendamus dicto q̧ reuelata est sapientia Dei multiformis varietatis, sm distinctionem, & præfinitionem seculorum, quæ dedit nobis fidu- K ciam, & accessum ad patrem per fidem eius. Quibus aũt reuelata sit ista multiformis sapiẽtia Dei ostendit, & tunc sumitur illa litera superius dimissa. [Vt innotescat principibus, & potestatibus,] ex qua apparet magnitudo. Et quia etiã in terris sunt principes, & potestates addit, [In cęlestibus] idest in cęlo, vbi nos erimus. Notandum est autem hic, q̧ principatus, & potestates sunt duo ordines, qui ex ipsorum nomine præeminentiam in operando designant. Potestatis ordo ordinatur ad reprimendum impedimenta salutis; sed ordo principatuum præest, & iniungit ad bene exequendum. Quòd autem ad ordinem principatus pertineat regulare patet per illud Psal. 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus &c. Item Principes Iuda duces eorum &c. Quòd autem ad potestates pertineat reprimere, patet Rom. 13. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem

laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bonum: si aũt malefeceris, time. Non enim sine causa gladium portat &c. Magni ergo sunt quibus innotescit: quia sanctis angelis per quos diriguntur, & defenduntur sancti. Per quid aũt eis innotescat multiformis sapientia Dei subdit dicens: [Per ecclesiam,] quod quidem habet magnã difficultatem. Nam Gl. habet, idest per Apostolos in ecclesia prædicantes. Vnus quidẽ intellectus esse põt, q̧ s. angeli didicerũt ab Apostolis, & hoc vr̃ quandam rationẽ habere. Videmus enim, q̧ in cęlo inter angelos superiores, qui immediate a Deo illuminantur, illuminant, & docẽt inferiores angelos, qui non immediate illuminantur a Deo. Non vr̃ ergo irrationabile dici, q̧ doceãt angelos Apostoli, qui immediate a Deo sunt edocti, sm illud Io. 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Sed hoc quidẽ satis sufficienter dici posset, nisi aliud occurreret. Cum enim in Christo sint duę naturę, diuina s. & humana; edocti quidem sunt Apostoli a Christo immediate, quantum ad humanam naturam: Angeli aũt immediate naturam diuinam uident, & inferiores, alias non essent beati, cum in sola visione diuinæ essentiæ, rationalis creaturæ beatitudo consistat. Non est ergo conueniens, nec ratio aliqua, vt dicamus sanctos qui sunt in patria doceri a quantumcunque perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne baptista, tñ Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo, vt dr̃ Luc. 7. Dicere aũt, q̧ dæmones doceantur ab hominibus hoc absque præiudicio credibile est. Sed, q̧ beati qui immediate verbũ conspiciunt, q̧ est speculum sine macula, in quo relucent omnia, a viatoribus doceantur, dici non debet, nec conueniẽs videtur. Dicendum est ergo, quod innotuit Angelis per ecclesiam primo per Apostolos prædicantes, vt dicit Glo. Non q̧ angeli hoc didicerint ab eis; sed in eis. Nam sicut dicit Aug. super Gen. ad literam, Deus antequã creaturas crearet, ante dico ordine naturæ, non ordine temporis, cum sm tempus simul omnia creata sint, rationes rerum naturalium indidit mentibus angelorum, quo fit ut angeli dupliciter res naturales cognoscerent, quiã cognouerunt eas in verbo, & hæc cognitio dr̃ matutina. Item, cognouerunt eas in naturis proprijs, & hæc dr̃ cognitio vespertina. Vlterius notandum est, quod sunt quædam rationes mysteriorum gratiæ, totam creaturam excedentes, & hmõi rationes non sunt inditæ mentibus angelorum, sed in solo Deo sunt occultæ. Et ideo angeli nõ cognoscunt eas in seipsis, nec ẽt in Deo; sed cognoscunt eas sm quod in effectibus explicantur. Cum igitur rationes pertinẽtes ad multiformem sapientiam Dei sint huiusmodi, s. in solo Deo absconditæ, & postmodum in istis forinsecis effectibus explicatæ, manifestum est, q̧ angeli eas, nec in seipsis, nec in ipso verbo, nec etiã ab apostolis, nec a viatoribus alijs cognouerũt: sed in ipsis Apostolis explicatas, prius in mente diuina latentes, cognouerunt, sicut domus quę est in mente artificis, vel conceptu de domo facienda, nullus scire põt quamdiu latet in mente, nisi solum ille qui solus illabitur animabus, scilicet Deus; sed postquam conceptus est iam in effectu extrinseco explicatus, quia domus iam facta est, sic aliquis de domo iam facta quę prius latebat in mente artificis, edocetur, non aũt edocetur per domum, sed in domo. Vnde iam restat ut aliter exponatur hoc quod dicit. [Vt innotescat principatibus &c.] vt illa coniunctio. [Vt,] accipiatur non causaliter, sed quodammodo consecutiue, & legatur sic, Illuminare quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, qui omnia creauit. ita tñ absconditi, vt innotescat principatibus &c. idest istud sacramentum ita fuit absconditum in Deo, quòd inde innotuit principatibus, & potestatibus, non ab æterno, sed a seculo, quia omnis creatura principium habet.

Et hoc non per ecclesiam terrenam, sed cęlestem, quia ibi est vera ecclesia, quæ est mater nostra, & ad quam tendimus, & a qua nostra ecclesia militans est exemplata. Et sic ly; [Per,] designat ordinem naturę tñ, vt dicatur per ecclesiam cęlestem idest de uno in aliud: sicut dr̃ illud factum est notum per totum regnum vel ciuitatẽ, quia noua currunt ab uno in alium, sm quod verba currunt sicut dr̃, Act. 9. de suscitatione Thabitæ benignę sancti Petri. Notum aũt factum est per uniuersam Ioppen, & crediderunt multi &c. Magister tñ aliter recitat lecturam Augustini hoc modo. Illuminare quæ sit dispensatio &c. & hoc per ecclesiam, idest omnes, qui sunt in ecclesia terrena, sed hoc non

A est sm intentionem Aug. Hic posset quæri, vtrum Angeli a principio mundi cognouerint mysterium incarnationis. Respondet Magister dicens, q̧ Angelis maioribus notum fuit, sed non minoribus. Vnde ipsi. s. angeli minores interrogant, Esa. 63. Quis est iste qui uenit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Sed opinio hæc est cõtra beatum Dionysiũ. Dionysius enim duas interrogationes angelorum de Christo factas ex sacra scriptura accipit. vnã ex Psal. 23. Quis est iste rex glorię? Itẽ accipit aliam ex Esa. 63. Quis est iste, qui venit de Edon &c. Prima autẽ interrogatio B sm eum, est inferiorum angelorum, secunda supremorũ; quod patet, quia primæ non Deus respondet, sed alius. Vnde dicit, Dñs virtutum ipse est rex gloriæ: secundæ vero respondet ipse Deus immediate. Vnde dicit, Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandũ. Vult ergo Dionysius q̧ utrique aliquid ignorauerunt, & aliquid sciuerunt, quia a principio omnes sciuerunt mysterium incarnationis in generali, sed rationes in speciali didicerunt, tempore procedente, seu processu temporis, secundum quod in effectibus extrinsecis explicabantur.

LECTIO IIII.

PRopter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritũ eius in interiori homine, Christum habitare per fidẽ in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati.

LECTIO IIII.

POstquam egit Apostolus de dignitate officij, quod pertinet ad suam conditionẽ, hic consequenter agit de his, quæ pertinent ad suam afflictionem, s. de passionibus suis. Circa quod C duo facit. Primo, exhortatur eos ne pro suis tribulationibus conturbentur, sed habeant patientiam. Secundo, quia ad hoc q̧ homo non conturbetur, necessarium est diuinum auxiliũ, præmittit orationem, vt impleant hoc per diuinam gratiam ibi, [Huius rei gratia &c.] Dicit ergo primo, Ex magnitudine officij mei, & firmitate eius, quam habeo per fidem Christi, accidit quod tribulationes patior, nec me conturbãt, nec à Christo auellere possunt. Rom. 8. Quis nos separabit a Charitate Christi? Tribulatio, &c. q.d. Nihil. [Propter quod] induco vos & [Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis,] ne. s. occasione tribulationũ mearum deficiatis omnino a fide, & ab operibus bonis. Heb. 12. Nõ fatigemini animis vestris deficientes: Dico aũt, q̧ vos non debetis deficere, quia sunt. [Pro nobis] i. pro utilitate uestra 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione, & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, & salute, quæ operatur tolerantiã passionum earundem, quas & nos patimur, vt spes nostra firma D sit pro vobis, scientes qm̃ sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationum. Vel dicit [Pro vobis.] i. pro vestra probatione. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dñs, &c. [Quæ est gloria vestra &c.] s. si non deficiates, sed stetis fortes in tribulationibus. Nam qui perseuerauerit vsque in finem &c. Alio modo quæ est gloria vestra. i. tolerantia passionum nostrarum est pro uobis ad gloriã, in hoc q̧ Deus exposuit apostolos suos, & prophetas tribulationibus, & passionibus pp salutem uestram Ose. 6. Propterea dolaui in prophetis, & occidi eos &c. 2. Cor. 1. Gloria vestra sumus, sicut vos nostra, &c. Consequenter cum dicit. [Huius rei gratia &c.] implorat eis auxilium per orationem, vt per exhortationem suam proficiant. Et primo, orationem præmittit. Secundo, quasi securus de exauditione gratias agit, ibi. [Ei aũt qui potens est &c.] Item, prima in tres, quia primo proponit orationis obiectum. Secundo, orationis intentum, E ibi [Vt det vobis sm diuitias &c.] Tertio orationis fructũ, ibi. [Vt possitis comprehẽdere &c. Oratio aũt redditur exaudibilis per humilitatem. Psal. 101. Respexit in orationem humiliũ &c. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit &c. Et ideo statim orationem suã ab humilitate incipit, dicens. [Huius rei gratia,] s. ne deficiatis a fide; [Flecto genua mea ad patrem &c.] Quod est signum humilitatis pp duo. Primo, quia qui genua flectit quodãmodo paruificat se, & subijcit se ei, cui genua flectit. Vnde, per hmõi ostenditur recognitio proprię fragilitatis, & paruitatis. Secundo, quia in genu est fortitudo corporis. Qñ ergo quis genua flectit, protestatur debilitatem suæ uirtutis. Et inde est, q̧ exteriora signa corporalia exhibentur Deo ad conuersionem, & exercitium spirituale animæ interioris 2. Pa. vlt. in oratione Manasses Flecto genua cordis mei &c. Esa. 45. Mihi curuabitur oẽ genu &c. Deinde describit orationis obiectum quod est Deus & describit eum ex duobus. Primo, ex affinitate. Secundo, ex authoritate. Ex affinitate. n. erigimur ad orandum cum fiducia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iucia. Et quantum ad hoc dicit, [Ad patrem domini nostri Iesu Christi.] i. cuius nos filij sumus. Iac. 1. Omne datū optimū &c. Esa. 63. Tu enim dñe pater noster &c. Ex authoritate aūt confirmatur obtinēdi, quod petimus fiducia, quia ipse est, [Ex quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur.] Hic posset quęri, vtrum in cœlo sit paternitas. Posset dici breuiter, q̄ in cęlo, id est in Deo, vel in diuinis est paternitas, quę est principium omnis paternitatis. Sed de hac non quæritur ad præsens, quia cuilibet fideli nota est: sed quęritur utrum in cęlis, i. virtū in angelis sit aliqua paternitas. Ad hoc dico, q̄ paternitas est tm̄ in viuentibus & cognoscentibus. Est aūt duplex vita. Vna s̄m actum: alia s̄m potentiam. Vita quidem s̄m potentiam, est habere opera vitæ in potentia. Vnde dormiens quantum ad actus exteriores, dr̄ viuere in potentia. Viuere aūt s̄m actum est, qñ exercet quis opera vitæ in actu. Sic aūt non solum qui dat potentiam vitæ, pater est eius cui dat, sed qui dat actum vitæ, ille ēt pater dici pōt. Qui cunque ergo inducit aliquem ad aliquem actū vitæ, puta, ad bene operandum, intelligendum, volendum, amandum, pater eius dici pōt 1. Cor. 4. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres &c. Cum ergo inter angelos, vnus alterum illuminet, perficiat, & purget, & isti sint actus Hierarchici, manifestum est, q̄ unus angelus est pater alterius, sicut magister est pater discipuli. Verum aūt paternitas quæ est in cęlis, & in terra deriuetur a paternitate, quæ est in diuinis, dubitatur, & vr̄, q̄ non, quia nomina sic imponimus s̄m, quod res nominatas cognoscimus: quicquid aūt cognoscimus, est per creaturas. ergo nomina imposita a nobis rebus ipsis, plus & prius conueniunt creaturis quam ipsi Deo. Respondeo & dico, q̄ nomen alicuius rei nominatæ a nobis dupliciter potest accipi, quia vel est expressiuum, aut significatiuum conceptus intellectus: quia voces sunt notæ; vel signa passionum, vel conceptuum qui sunt in anima, & sic nomen prius est in creaturis, quam in Deo. Aut inquantum est manifestatiuum quidditatis rei nominatæ exterius, & sic est prius in Deo. Vnde hoc nomen paternitas, s̄m quod significat conceptionē intellectus nominantis rem, sic per prius inuenitur in creaturis quām in Deo, quia per prius creatura innotescit nobis quam Deus; secundum autem, quod significat ipsam rem nominatam, sit per prius est in Deo quam in nobis, quia certe omnis virtus generatiua in nobis, est a Deo.

Et ideo dicit. [Ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur] quasi dicat. Paternitas quæ est in ipsis creaturis, est quasi nominalis seu uocalis: sed illa paternitas diuina, qua pater dat totam naturam filio absque omni imperfectione, est uera paternitas.

Consequenter eum dicit. [Vt det uobis &c.] ostendit orationis intentum. Et primo facit hoc. Secundo ostendit per quid posset impetrare suum propositum, ibi. [Per spiritum eius &c.] Dicit ergo, dico, quod peto ne deficiatis, sed fletis utiliter. Scio tñ, q̄ hoc ex vobis facere non potestis sine dono Dei, ideo pero, [Vt det uobis] Iac. 1. Omne datum optimum &c. [Et hoc quidem s̄m diuitias glorię suæ,] idest s̄m copiam maiestatis eius, & magnificentiæ. Psal. 111. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloriæ: [Diuitiæ,] inquam quæ fecit: [Virtutem corroborari.] Esa. 40. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Et hoc in interiori homine, quia nisi in interioribus fortificetur homo, faciliter ab hoste superatur. Esa. 9. Confirmet illud & corroboret in judicio, & iustitia amodo, & usque in sempiternum. Tunc resumatur illa particula interposita, s. [Per spiritum.] in qua ostendit per quid obtinere pōt, quod petit. Ipse enim spiritus qui roborat, est spiritus fortitudinis, & est causa non deficiendi in tribulationibus quem obtinemus per fidē quæ est fortissima, quia Fides est substantia rerum sperandarum, i. facit in nobis subsistere res sperādas. Vnde 1. Pet. 4. Cui resistite fortes in fide. Et ideo subiungit: [Habitare Christum per fidem.] Et hoc; [In cordibus uestris.] 1. Pet. 3. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris. Per, quod? Dico, quod non solū per fidem quæ vt donum est fortissima, sed etiam per charitatem quæ est in sanctis. Et ideo subdit, [In charitate radicati & fundati,] 1. Corin. 13. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia substinet. Charitas nunquam excidit. Can. vlt. Fortis est ut mors dilectio. Vnde sicut arbor sine radice, & domus sine fundamēto de facili ruit, ita spirituale ędificium nisi sit in charitate fundatum & radicatum, durare non potest.

LECTIO V.

Svpra ostendit Apostolus petitionis suæ pro Ephesijs, & orationis intentum, s. confirmationem spiritus in fide, & charitate, hic consequēter ostendit eius quā petijt corroborationis per fidē & charitatem fructū, qui est quædam cognitio. Ideo primo ponit ipsam notitiā. Secūdo ipsius notitiæ cognitionis efficaciā; ibi; [Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.] Dicit ergo. Ita fitis charissimi in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehēdere &c. Quod quidem dupliciter legi pōt, primo modo vt magis sequamur intentionem Apostoli. Sciendum est ergo, q̄ tam in futuro, q̄ in præsenti cognitio Dei est nobis necessaria: nam in futuro gaudebimus, & de cognitione Dei, & de cognitione assumptæ humanitatis. Io. 17. Hæc est uita æterna ut cognoscant, &c. Io. 10. Ingredietur, s. in contemplationem diuinitatis, & egredietur, s. in cōtemplationem humanitatis, & pascua inueniet. Et quia fides est inchoatio illius futuræ cognitionis, quia est substantia rerum sperandarum &c. vt dr̄ Heb. 11. quod iam in nobis res sperandas per modum cuiusdam inchoationis facit subsistere. inde est, q̄ fides nostra in his duobus consistit, in diuinitate, & humanitate Christi 1. Corin. 2. Non. n. iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum &c. Secundo hoc ergo, primo præmittit eis cognitionem diuinitatis. Secundo cognitionem mysteriorū humanitatis, ibi; [Scire supereminentē scientiæ &c.] Cognitionem aūt diuinitatis manifestat eis duobus his uerbis. [Vt possitis &c.] q.d. Corroboramini per fidē & charitatem, quia si sic estis, peruenietis ad uitam æternam, vbi habebitis Deum præsentem, & perfecte eum cognoscens. Quia si Deus manifestetur amanti, patet. Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. q̄ vero manifestetur credenti, patet prout dr̄ Esa. 7. s̄m alteram, Nisi credideritis non intelligetis. Oportet enim ut prius credam, & charitatem corroborem. [Vt possitis comprehēdere.] Vbi sciendum est, q̄ comprehendere quandoq; ponitur pro concludere: tunc oportet, q̄ cōprehendens contineat in se totum cōprehensum. Quandoq; aūt ponitur pro apprehendere, & tunc dicit remotionem distantiæ, & insinuat propinquitatem. Potest aūt modo a nullo intellectu creato Deus comprehendi pōt. Ioan. 11. Forsitan uestigia Dei comprehendes, & usq; ad perfectum omnipotentē reperies? q.d. Non, quia sic posset eū perfecte cognoscere quantū cognoscibilis est. Et de hac cognitione non modo agitur, quod dr̄. Vt possitis comprehēdere, sed secundo modo. Et est una de tribus dotibus, & de hac loquitur Apost. cum dicit. Vt possitis comprehendere, i. Deum habere præsentem, & præcialiter cognoscere. Phil. 3. Sequor aūt si qūo comprehendam, in quo &c. Et hæc comprehensio est cōis omnibus sanctis etiam. Ideo subdit: [Cum omnibus sanctis.] Psal. 149. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Talibus autem dicitur illud 1. Cor. 2. Sic currite ut comprehendatis &c. [Quæ sit latitudo &c.] Notandum, q̄ uerba ista uidentur ortum habere ex uerbis Iob 11. Forsan (inquit) uestigia Dei comprehendes? q.d. incomprehensibilis est: huius aūt incomprehensibilitatis causam assignat, dicens. Excelsior cęlo est, & quid facies? Profundior inferno est, & unde cognosces? Longior terra mēsura eius, & latior mari. Et ex hoc videtur, q̄ Iob ostendat eum esse comprehensibilem, attribuendo ei quadruplicem differentiam dimensionum. His enim uerbis alludens Apost. dicit; [Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo &c.] q.d. Habeatis tan.am fidem, & charitatem, vt possitis tandem comprehendere, quod comprehensibile est. Et hoc modo exponit Diony. Non est tamen aliquo modo intelligendum, quod has dimēsiones corporaliter esse in Deo, quia spiritus est Deus, vt dicitur Io. 4. Sunt tamen in Deo metaphorice. Vnde per latitudinem designatur dimensio, seu extensio uirtutis, & sapientiæ diuinæ super omnia. Eccl. 1. Effudit illam, scilicet sapientiam illa per omnia opera sua. Per longitudinem designatur æterna eius duratio Psal. 101. Tu autem domine in æternum permanes, & Psal. 9. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Per sublimitatem, vel celsitudinem uero, perfectio, & nobilitas naturæ eius, quæ in infinitum excedit creaturam Psal. 112. Excelsus super omnes gentes Dñs. [Et profunditas,] idest incomprehensibilitas sapientiæ eius. Eccl. 7. Alta profunditas, s. sapientiæ diuinæ, quis inueniet eam? Sic ergo patet quōd finis fidei & charitatis nostræ est, vt perueniamus ad perfectam fidei cognitionem, qua cognoscamus infinitam suæ uirtutis extēsionem, æternam & infinitam eius durationē, suæ perfectissimæ naturæ celsitudinem, suæ sapientię profunditatē, & incomprehē sibilitatē, eo modo sicut est attingendū. Cō sequenter, quia adhuc alia cognitio est necessaria. s. cognitio mysteriorum humanitatis, ideo subdit. [Scire etiam supereminentē scientiæ, &c.] Vbi sciendū est, q̄ quicquid est in mysterio redēptionis humanæ, & incarnationis Christi, totum est opus charitatis. Nam q̄ incarnatum est, ex charitate processit. Supra 2. Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, &c. Quia uero mortuus fuit, ex charitate processit. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. infra 5. Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiā Deo, propter hoc dicit Greg. O męstimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. Et ideo scire charitatē Christi, est scire omnia mysteria incarnationis Christi, & redēptionis nostræ, quæ ex immēsa charitate Dei processerunt, quæ quidē charitas excedit omnem intellectum creatum, & omnium scientiā, cum sit incomprehensibilis cognitu. Et ideo dicit. [Supereminentem scię.:] [scilicet naturalis, & oēm intellectum creatum excedē tem. Phil. 4. Et pax Dei, quæ exuperat oēm sensum. [Charitatē Christi,] idest quā Deus pater fecit per Christū 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Alio modo potest legi, vt referatur ad plectionē charitatis nostræ. q.d. Corroboramini in charitate radicati, & fundati, & hoc vt possitis comprehēdere, non solum cognoscere, cum omnibus sanctis, quia hoc donum, s. charitatis eōe est omnibus, cū nullus possit esse sanctus sine charitate, vt dicitur Ephe. 3. Possitis, inquam, comprehendere. Quæ sit latitudo. s. charitatis quæ se extendit vsq; ad inimicos Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis. Lata est. n. charitas ad suam diffusionem, Psal. 17. Eduxit me in latitudinem dñs. Longitudo aūt eius attenditur quātum ad sui perseuerantiam, quia nunquā defecit, sed hic incipit, & perficitur in gloria 1. Cor. 13. Charitas nūquam excidit. Cant. vlt. Aquę multæ non potuerunt extinguere charitatē. Sublimitas aūt eius attenditur, quantum ad intentionem cęlestium: vt. s. Deus nō diligatur propter temporalia, quia huiusmodi charitas esset infirma, sed vt diligatur propter se tm̄. Iob quadragesimo. In sublime erigere, & esto gloriosus. Profundum vero attenditur, quantum ad originem ipsius charitatis. Nā hoc q̄ Deū diligimus non est ex nobis, sed a spiritu sancto, quia vt dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Hoc ergo quōd vnus habet charitatem lō gam, latam, sublimem & profundam, & alius non, venit ex profundo diuinæ prædestinationis. Eccle. 1. Profundum abyssi quis dimensus est? Ergo vt possitis comprehendere, idest perfecte consequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsque ad inimicos, quæ sit longitudo, vt, scilicet propter nunquam deficiat, quæ sit sublimitas, vt scilicet propter scipsum Deus diligatur, & quid sit profundum, scilicet prædestinationis, &c. Sciendum autem hic, q̄ Christus in cuius potestate fuit eligere genus mortis, quod vellet, quia ex charitate mortem subijt, elegit mortem crucis, in qua prædictæ quatuor dimensiones sunt. Ibi est latitudo, scilicet in ligno transuerso, cui affixæ sunt manus, quia opera nostra debent per charitatem dilatari vsque ad inimicos. Psal. decimoseptimo. Eduxit me in latitudinem dominus. Ibi est longitudo in ligno erecto, cui innititur totum corpus, quia charitas debet esse perseuerans, quæ sustinet & saluat hominem Matth. decimo. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori, cui caput inhæret; quia spes nostra debet eleuari ad æterna, & diuina, primę Corinth. vndecimo. Caput viri Christus est. Ibi etiam est profundum in ligno, quod latet sub terra, & sustinet crucem, & tamen non videtur: quia profundum amoris diuini sustinet nos, nec tamen videtur, quia ratio prædestinationis (vt dictum est) excedit intellectum nostrum. Sic ergo debemus comprehendere virtutem charitatis nostræ, & Christi, & adhuc scire charitatem Christi supereminentem scientiæ scilicet humanæ, quia nullus potest scire quantum Christus dilexit nos, vel scire etiam charitatem scientiæ Christi quæ habetur cum scientia Christi. Charitatem dico supereminentem, scilicet alij charitati, quæ est sine scientia. Sed nunquid est verum, quod charitas quæ est cum scientia supereminet charitati quæ est sine scientia? & vr̄ q̄ non: quia sic malus theologus esset supereminentioris charitatis quam sancta vetula. Respondeo. Dico, quod hoc intelligitur de scientia afficiente. Nam ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendum, quia quanto Deus magis cognoscitur, tāto & magis diligitur. Propter quod petebat Aug. Nouerim te, nouerim me. Vel hoc dr̄ propter quosdam qui habēt zelum Dei: sed non secundū scientiā. Talis. n. charitati supereminet charitas, cū habetur prædicta scia Christi, Consequenter cum dicit; [Vt impleamini, &c.] Ponit cognitionis diuinæ efficaciam, dicens; [Vt pleamini in omnem plenitudinem Dei,] .i. vt habeatis perfectā participationem omnium donorum Dei, vt. s. hic habeatis plenitudinē virtutum, & postea beatitudinis, quæ quidem efficit charitas Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Cōsequenter sequitur illa pars; [Et autem, qui potens, &c.] In qua Apostolus agit Deo grātias de iuæ petitionis exauditione. Circa quod tria facit, quia primo ponit potestatem Dei, qua postulata concedit. Secundo, potestatis exemplum, ibi. [Secundum uirtutē quæ operatur in nobis, &c.] Tertio, materiam gratiarum actionis, ibi; [Ipsi gloria, &c. Potestatem aūt Dei describit infinitam, dicens: [Et autem.] .s. Deo Christo & Deo patri; [Qui potens est omnia facere, &c.]Exo. 15. Omnipotens nomen eius. Ro. vlt. Ei autem qui potens est, vos confirmare iuxta euangelium, &c. Et hoc; [Superabundanter] facere in nobis omnia, quam sciamus petere per affectum, aut intelligere per intellectum, & hoc est, quod dicit; [Quam petimus aut intelligimus.] Exemplum autē huiusmodi abundantiæ in nobis exhibitæ ostendit dicens. [Secūdum virtutem quam operatur in nobis.] quasi dicat, Apparet si attendamus ea quæ operatus est in nobis. i. hominibus. Nam nec affectus nec intellectus humanus potuissent considerare, vel intelligere, vel petere a Deo, quod fieret homo, & homo efficeretur Deus & consors naturæ diuinæ, quæ tamen secundum virtutem operatur in nobis, & hoc in incarnatione filij sui. 1. Pet. 1. Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Vnde de his dr̄ Ecc. 18. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis. n. inuestigabit magnalia illius? Virtutē aūt magnitudinis, quis annunciabit? Vel opera tus est in nobis. s. apostolis, quib. dedit gratiā euangelizandi inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare oēs quæ sit dispēsatio sacramenti abscondita a seculis in Deo, vt supra eo. c. & ibi dictum est. Materia aūt gratiarū actionis dr̄ esse duplex beneficiū, quod nobis cōtulit Deus. Primū, est ecclesiæ institutio. Secundū, est filij incarnatio. Dicit ergo, [Ipsi,] .s. Deo patri; [Gloria,] sit supple; [In Ecclesia,] .i. pro his quæ fecit in ecclesia, quā instituit quoad primū: [In Christo,] .i. per Christum vel pro Christo, quem nobis dedit. Ipsi, inquam, sit gloria, vt gloriosus appareat non solum in præsentu: sed [in oēs generationes sęculi sęculorum,]idest sęculi omnia continēs, 1. Tim. 1. Regi autem sęculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria, in sęcula sęculorum. Amen.

CAP. IIII. LEC. I.

Obsecro itaq; vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis uocatione qua vocati estis cū omni humilitate, & mansuetudine, cum patiētia supportantes inuicē in charitate, solicitiseruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Vnū corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis i vna spe vocationis uestrę.

LECTIO PRIMA.

Svpra commemorauit Apostolus diuina beneficia, per quæ vnitas ecclesiæ constituitur, & conseruatur; hic monet eos Apost. ad permanendum in ecclesiæ unitate. Circa quod duo facit, quia primo monet eos vt in ipsa unitate perseuerent. Secundo, instituit eos qūo in ea permaneant, ibi; [Hoc ergo dico, & testificor in domino, &c.]Item, prima in duas, quia primo monet eos ad seruandam ecclesiasticam unitatē. Secundo, proponit ipsius ecclesiasticę unitatis formam, ibi; [Vnus dñs, una fides, &c.] Prima iterum in tres. Primo, præmittit quædā inducitiua ad seruandam ecclesiasticam unitatem. Secundo, ponit monitionē, ibi; [Cum omni humilitate, &c.] Tertio, ostendit monitionis finem ibi. [Solicti seruare, &c.]Inducit autem ex trib. ad seruādam ecclesiasticam unitatē. Primo ex charitatis affectu. Secundo, ex cōmemoratione suorum vinculorum. Tertio, ex consideratione diuinorum. Charitatis autem affectum insinuat per obsecrationē. Vñ dicit, itaq; ex quo tot beneficia a dño recepistis: [Obsecro vos] cum tñ imperare possem: sed pp humilitatem non impero, magis autem obsecro. Prou. 18. dr̄. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Item, propter charitatem, quæ magis mouet ad opus, quam timor. Phil. 1. Fiduciam multam habeus in Christo imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem. magis obsecro, &c. Ex commemoratione vero suorum vinculorum, inducit

ducit eos dicens; [Ego vinctus in dño.] Ex quibus inducit eos ad seruandam sic unitatem, pp tria. Primo, quia amicus magis compatitur amico afflicto, & nititur in pluribus facere uoluntatem suam, vt vel sic eum consoletur. Eccl. 12. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur a malis inimicus. In bonis uiri, inimici illius in tristitia, & ĩ malitia illius, amicus agnitus est.

LECTIO II.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Secũdo, quia Apostolus ipse uincula patiebatur pro ipsorum utilitate. & ideo inducit eis ad memoriam quasi volens eos obligare. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione, & salute, siue consolamur pro uestra consolatione, siue exhortamur pro uestra exhortatione, & salute; quæ operatur tolerantiam earũdem passionum, quas & nos patimur. Tertio, quia ut supra dictũ est c. 3. in illa Parte. quæ est gloria vestra, hmõi erant eis ad magnã gloriam, dum Deus pro eis amicos, & electos suos exponit tribulationibus pro ipsorũ salute. Et ideo addit, In dño, idest pp dñm. Vel ideo dicit hoc, quia erat ad gloriam Apostoli, quod non ut fur, aut homicida: sed ut Christianus, & pp dñm nostrũ Iesum Christum uinculatus erat, iuxta illud Ezech. 3. Ecce data sunt super te uincula & ligabunt te in eis &c. Ex consideratione vero diuinorum beneficiorum inducit eos, dicens. [Vt digne ambuletis vocatione qua uocati estis,] idest attendentes dignitatem ad quam uocati estis, ambuletis ẽm quod ei conuenit. Si enim quis vocatus esset ad nobile regnum, indignum esset, q faceret opera rusticana. Sic monet Ephe. Apostolus. q. d. Vocati estis ut sitis ciues sanctorum & domestici Dei, vt dictum est supra c. 2. non est ergo dignum ut faciatis opera terrena, nec ut de mundanis curetis. Ideo dicit, Digne &c. Col. 1. Ambuletis digne, Deo per omnia placentes. Philip. 1. Digne euangelio Christi conuersamini: & quare? quia uocauit uos de tenebris in admirablie lumen suũ 1. Petr. 2. Consequenter cum dicit. [Cum omni humilitate &c.] ponit modum suæ monitionis, docens qũo digne poterunt ambulare. Ponit ergo quatuor uirtutes; & excludit quatuor uitia eis opposita. Primum aũt uitium, quod excludit est superbia: dũ enim vnus superbiẽs vult alij præesse, & alius similiter superbus non vult subesse, causatur dissensio in societate, & tollitur pax. vnde Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ad quod excludendum, dicit. [Cum omni humilitate,] s. interiori, & exteriori Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus &c. Phil. 2. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Secundum est ira. Iracundi enim sunt propinqui ad iniuriam inferẽdam verbis, vel factis, ex quo turbationes oriũtur. Prouer. 15. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Ad hoc excludendum dicit. [Et mansuetudine,] quæ mitigat rixas & pacem conseruat. Prouer. 3. Mansuetis dabit gratiam Psal. 36. Mansueti aũt hæreditabunt terram. Eccl. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris. Tertium est impatientia. Quandoque enim aliquis humilis est & mansuetus in se, abstinens a molestijs inferendis, non tamen patienter sustinet molestias sibi illatas vel attentatas. Ideo subdit: [Cum patientia,] s. aduersorum. Iac. 1. Patientia autem opus perfectum habet. Eccl. 2. In humilitate tua, patientiam habe, Heb. 16. Patientia uobis necessaria est, vt uoluntatem Dei facientes &c. Quartum, inordinatus zelus. Cum enim inordinate zelantes, omnia quę uident iudicant, nec tempus, nec locum seruantes concitatur turbatio in societate. Gala. 5. Si mordetis inuicem & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.

Et ideo dicit; [Supportantes inuicem in charitate,] s. mutuo sustinentes defectus aliorum, & hoc ex charitate: quia qñ deficit aliquis non debet statim corrigi nisi adsit locus & tẽpus; sed misericorditer expectari, quia charitas omnia sustinet 1. Corin. 13. Non aũt debent hmõi defectus supportari ex negligẽtia vel ex consensu & familiaritate, vel carnali amicitia: sed ex charitate. Gal. 6. Alter alterius onera portate &c. Roma. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Consequẽter cum dicit; [Soliciti seruare &c.] Ostendit monitionis finem, qui quidem est vt seruetur unitas inter fideles. Circa quod, tria facit. Primo ponit ipsam unitatem, quæ est finis. Secundo, describit modum unitatis, ibi: [In uinculo pacis.] Tertio, ponit rationem seruandæ unitatis, ibi: [Sicut uocati estis &c.] Dicit ergo primo. Dico, q digne ambuletis &c. Et hoc faciatis; [Soliciti seruare unitatem spiritus.] Est aũt duplex unitas. Vna ad male faciendũ, quæ est mala, & põt dici unitas carnis: Eccle. 11. A scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Alia est unitas spiritus, quæ est bona ad faciendũ bonum. Psal. 152. Ecce quam bonum, & quam iucundum &c. Io. 17. Vt sint unum, sicut & nos

F vnum sumus. Modus aũt seruandæ unitatis est in uinculo pacis. Charitas. n. est coniunctio animorum. Nulla aũt rerum materialium coniunctio stare põt, nisi ligetur aliquo uinculo. Eodẽ modo, nec coniunctio animorum per charitatem stare põt, nisi ligetur, hmõi aũt verum ligamen est pax, quæ est ẽm Aug. tranquillitas modi, speciei, & ordinis, quãdo. s. vnusquisque habet quod suũ est. Propter quod dicit, In uinculo pacis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, &c. quæ quidem pax seruatur per iustitiã. Esa. 22. Opus iustitiæ pax. Eccl. 6. Ne accederis uinculis eius. Et quare? quia certe vt dr ibidem, Vincula illius alligatura salutis. Nota aũt quia in homine est duplex unitas, vna. s. membrorum adinuicem simul ordinatorum, alia corporis & animæ, tertium constituentium. Apostolus aũt loquitur hic de unitate ecclesiæ ad modum

G unitatis, quæ est in homine, ideo subiungit. [Vnũ corpus,] q. d. Ligemini uinculo pacis ut sitis unum corpus quantũ ad primam unitatem, vt. s. omnes fideles sint ordinati adinuicem sicut membra vnum corpus constituentia. Rom. 12. Multi unum corpus sumus in Christo &c. [Et unus spiritus.] quantum ad ẽm, videlicet vnum habeatis spiritualem consensum per unitatem fidei & charitatis. Vel unum corpus, quo ad proximũ, & unus spiritus, quo ad Deum, quia Qui adhæret Deo unus spiritus est 1. Cor. 6; Deinde cum dicit. [Sicut uocati estis &c.] Subdit rationem huius unitatis, quia sicut uidemus q qñ aliqui sunt uocati simul ad aliquid pariter habendum, & mutuo percipiendum, solent simul ẽt manere, & simul ire, ita specialiter dicit, Quia uos estis uocati ad unum, s. finale præmium, ideo debetis simul ẽt in vnitate spiritus ambulare. [In una spe uocationis uestræ,] i. propter spem speratam quæ est effectus vocationis. Heb. 3. Fratres sancti vocationis cœlestis participes, 1. Cor. 1. Videte uocationem uestrã, &c. Sed posset aliquis dicere. Quis uocabit nos, & ad quid?

H Respondetur 1. Petr. 5. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in ęternam gloriam suam, &c. vbi est beatitudo vestra. Apoc. 19. Beati qui ad cęnam nuptiarum agni uocati sunt.

LECTIO II.

Posita eorum exhortatione pro seruanda ecclesiastica unitate, in hac parte Apostolus formam dictæ unitatis ipsis Ephesijs insinuat. Vbi sciendum est, quod cum ecclesia Dei sit quædam unitas, est aliquod unum & distinctũ, cum non sit unum simplex, sed sicut compositum ex diuersis partibus. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, ostendit id quod est cõe ecclesiæ. Secundo ostendit id quod est distinctum in ipsa ibi, [Vnicuique autem nostrum data est gratia &c. In qualibet aũt ciuitate ad hoc ut sit una, quatuor debent esse cõia. s. unus gubernator, vna lex, eadem insignia, & idem finis: hæc aũt quatuor dicit Apostolus esse in ecclesia. Dicit ergo, Dico q debetis habere unum corpus & unũ

I spiritũ, quia estis in unitate ecclesiæ quæ est una. Primo quia habet ducem unum. s. Christum. Et quantum ad hoc dicit. [Vnus dñs,] non plures, pro quorum diuersis uolũtatibus oporteret uos discordare. Dr enim Heb. 3. Christus est tãquam filius in domo sua. Act. 2. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia & dominum eum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. 1. Cor. 8. Vnus dñs noster Iesus Christus. Zach. 14. In illa die erit dñs unus, & nomen eius unum. Secũdo, quia lex eius est una. Lex. n. ecclesiæ est lex fidei. Rom. 3. Vbi est ergo nunc gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Sed fides quandoq; sumitur pro ipsa re credita, ẽm illud, Hæc est fides catholica, &c. i. ista debent credi. Quandoq; vero sumitur pro habitu fidei, quo creditur in corde. Et de vtroq; hoc põt dici. De primo ut sit sensus, [Vna est fides,] idest idem iubemini credere, & eodem modo operari, quia unum & idem est quod creditur a cunctis fidelibus, vnde uniuersalis fides catholica dr. vnde 1. Cor. 1. Idipsum dicatis. i. sentiatis oẽs, &c.

K Alio modo una est fides. i. vnus habitus fidei quo creditur: vna inquã, non numero, sed specie, quia idem debet esse in corde omnium, & hoc modo idem uolentium dr una uoluntas. Tertio, eadem sunt insignia ecclesiæ. s. sacramenta Christi, inter quæ primum baptisma, quod est ianua omnium aliorum. Et ideo dicit. [Vnum baptisma.] Dr aũt vnum, triplici ratione. Primo, quia baptismata non differunt ẽm baptizantes. quia a quocunque conferantur, vniformem virtutẽ habent, quia qui baptizat interius vnus est, s. Christus. Io. 1. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Secundo dicitur unum, quia datur in nomine unius, scilicet trinitatis. Matth. vlt. Baptizantes eos, In nomine patris, & filij & spiritussancti. Tertio quia iterari non potest. Pœnitentia aũt, matrimoniũ, eucharistia, & extrema unctio, iterari possunt, non aũt baptismus. Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati (scilicet per baptismum) gustauerunt aũt donum cęleste & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonũ Dei uerbũ, virtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt (scilicet per peccatũ) renouari rursus ad pœnitentiam. Non iteratur aũt vel pp caractere, vel quia causa eius non iteratur. Rom. 6. Consepulti enim sumus cũ illo per baptismum in mortem &c. Nunc aũt Christus semel pro peccatis mortuus est, vt dr 1. Pet. 3. Quarto in ecclesia est idem finis qui est Deus. Filius enim ducit nos ad patrem 1. Cor. 15. Cum tradiderit regnũ Deo & patri, cum euacuauerit omnẽ principatum, & potestatem & uirtutem, oportet aũt illum regnare &c. Et quantum ad hoc subiungit dicens. [Vnus Deus &c.] Vbi primo ponit Apostolus eius unitatem. Secundo eius dignitatem, ibi. [Qui est super omnes &c.] Circa primum duo dicit. Primum pertinet ad naturam diuinã. Vnde dicit, [Vnus Deus.] Deuter. 6. Audi Israel, dñs Deus tuus, vnus est. Aliud pertinet ad eius beniuolentiam ad nos, & ad pietatem. Vnde dicit, [Et pater omnium] Esa. 63. Tu dñe pater noster, & redemptor noster. Mala. 2. Nunquid non pater omnium nostrum? nunquid non Deus creauit nos? Dignitatem aũt eius commendat ex tribus. Ex altitudine diuinitatis, cum dicit. [Qui est super oẽs.] Psal. 112. Super oẽs gentes dñs &c. Ex amplitudine eius potestatis cum dicit, [Per omnia] Hier. 23. Cęlum & terram ego impleo, &c. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus &c. Luc. 10. & Mat. 11. Omnia mihi quippe tradita sunt. quippe quia omnia per ipsum facta sunt. Io. 1. Sed modo quo dr Sap. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. Ex largitate gratiæ cum dicit, [Et in omnibus nobis] s. per gratiam. Hier. 14. Tu aũt in nobis es dñe &c. Sed primum appropriatur patri, qui est fontale principium diuinitatis, & omnes creaturas excellit. Secundum, filio qui est sapiẽtia attingens a fine usque ad finem fortiter. Sap. 8. Tertium vero spiritui sancto, qui replet orbem terrarum. Sap, 1.

LECTIO III.

Vnicuique autem nostrũ data est gratia secundum mensuram donationis Christi, Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia, & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia.

LECTIO III.

Supra ostendit Apostolus ecclesiasticam unitatem quantũ ad id, quod in ecclesia est cõe, hic idem ostendit quantũ ad hoc, quod singulis fidelibus membris ecclesiæ est proprium & speciale. Circa quod tria facit, primo proponit distinctionem. Secũdo inducit ad hoc authoritatem, ibi. [Propter quod dicit, &c.] Tertio ponit authoritatis expositionẽ ibi. [Quod aũt ascendit, &c.] Dicit ergo, habemus in ecclesia unum Deum, unam fidem &c. Sed tñ diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus, quia [Vnicuique nostrum data est gratia.] q. d. Nullus nostrum est qui non sit particeps diuinæ gratiæ, & cõionis, Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sed certe ista gratia, non est data omnibus vniformiter seu æqualiter, sed, [Secundum mensuram donationis Christi] i. ẽm quod Christus est dator, & eam singulis mensurauit. Rom. 12. Habentes donationes ẽm gratiam quæ data est nobis differentes. Hæc differentia, non est ex fato, nec a casu, nec ex merito, sed ex donatione Christi, ẽm quod Christus nobis commensurauit. Ipse. n. solus recepit spiritum non ad mensuram. Io. 1. Cęteri aũt sancti ad mensuram recipiunt. Ro. 21. Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei 1. Corin. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet &c. Matt. 25. Vnicuique ẽm propriam uirtutẽ &c. Quia sicut in potestate Christi est dare, vel non dare, ita dare tm̃ vel minus. Sequitur. [Propter quod dicit, &c.] Hic ponit quandam authoritatem assumptam de Psal. 67. & refertur ad hoc quod dixit. Secundum mensuram donationis Christi, vbi tria facit. Primo commemorat Christi Ascensionem. Secundo humani generis liberationem. Tertio ponit donorum spiritualium collationẽ. Partes consequuntur se. Ostendit ergo primum, dicens sic, [Propter quod] significandũ [Dicit,] s. Propheta Dauid in Psal. 67. [Ascendens Christus in altũ &c.] Micheæ 2. Ascendit ante eos pandens iter &c. Iob 39. In altum alas erigit &c. Ascendens inquam, sed non solus, quia [Captiuam ducit captiuitatem,] eos. s. quos Diabolus

A captiuauerat, humanum. n. genus captiuatũ erat, & sancti in charitate descendentes qui meruerant gloriã, in captiuitate diaboli detinebantur quasi captiui in lymbo. Esa. 5. Ductus est captiuus populus meus &c. Hanc ergo captiuitatẽ Christus liberauit, & secum duxit in cęlũ. Esa. 49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captũ fuerit a robusto saluabitur ac saluum poterit esse? quia hæc dicit dñs. Equidẽ & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatũ fuerit a robusto, saluabitur. Sed certe hoc non verificatur solum quantum ad iam mortuos, sed ẽt quantũ ad viuẽtes, qui captiui tenebantur sub peccato, quos a peccato liberans seruos fecit iustitiæ, vt dr Rom. 6. & sic quodammodo eos in captiuitatẽ duxit, non ad perniciẽ, sed ad salutẽ. Lu. 5. Ex hoc iam homines eris capiens. Non solum aũt homines a diaboli captiuitate eripuit, & suæ seruituti subiecit, sed ẽt eos spiritualibus bonis dotauit. Vnde subditur, [Dedit dona hominibus] s. gratiæ & gloriæ Psal. 83. Gratiam, & gloriã dabit dñs 2. Pet. 1. Per quæ & pretiosa nobis promissa donauit &c. Nec est contrariũ quod in littera præcedenti dr. Accepit dona in hominibus quia certe ipse dedit, vt Deus. & accepit ut homo in fidelibus, sicut in mẽbris suis. Dedit in cęlo sicut Deus, & accepit in terra ẽm modũ loquendi quo dr Matt. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde cũ dicit. [Quod aũt ascendit &c.] Exponit propositam authoritatẽ, & primo quantum ad Ascensionẽ. Secundo, quantũ ad materiã donationis, ibi. [Et ipse

C dedit &c.] Circa primũ duo facit. Primo, ostendit qũo descendit, ibi [Qui descẽdit.] Secundo, qũo ascendit, ibi. [Qui ascẽdit &c.] Circa primũ considerandũ, q cũ Christus vere sit Deus, inconueniens videbatur q sic conueniret descendere, quia nihil est Deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationẽ excludendã subdit Apostolus, Quod aũt ascendit, quid est, nisi quia & descendit primũ &c.] Ac si diceret, Ideo postea dixi, q ascendit, quia ipse primo descenderat, vt ascenderet, aliter. n. ascendere nõ potuisset. Qũo aũt descendit subdit, dicens, [Quia in inferiores partes terræ.] Quod põt intelligi dupliciter. Vno modo, vt per inferiores partes terræ intelligãtur istæ partes terrę, in quibus nos habitamus, quæ dicũtur inferiores, eo q sunt infra cęlũ & aerem. In has aũt partes terræ dr descendisse filius Dei non motu locali, sed assumptione inferioris, & terrenæ naturæ, ẽm illud Phil. 1. Exinaniuit semetipsum, &c. Alio modo põt intelligi de inferno qui ẽt infra nos est. Illuc. n. descendit omnino ẽm animã, vt inde sanctos li-

D beraret. Et sic vr hoc ei conuenire quod dixerat, Captiuam duxit captiuitatem. Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamẽti tui, eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua, Apoc. 10. Vidi alium angelum fortem descendentẽ de cœlo &c. Exo. 3. Vidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, &c. Et sequitur, Et descendi liberare eũ. Deinde cum dicit. [Qui descendit &c.] Manifestat eius ascensionẽ quantum ad tria. Primo, quantũ ad personã ascendentis cũ dicit. [Qui descendit, ipse est qui ascẽdit &c.] In quo designatur unitas personæ Dei & hominis, Descendit. n. sicut dictũ est filius Dei assumendo humanã naturã, ascendit aũt filius hominis ẽm humanã naturã ad uitę immortalis sublimitatẽ. Et sic est idem filius Dei, qui descendit, & filius hominis, qui ascendit Io. 3. Nemo ascendit in cęlũ nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cęlo, vbi notatur, q humiles qui uolũtarie descendunt, spiritualiter Deo sublimãte ascendũt, quia qui se humiliat exaltabitur, Luc. 14. & 18. Secundo ostendit terminum ascensionis cũ dicit. [Super oẽs cęlos.] Ps. 17. Qui ascendit super

E oẽs cęlos ad orientẽ. Nec solũ intelligendum est, q ascenderit super oẽs cęlos corporales, sed ẽt super oẽm spiritualem creaturam sup. c. 1. Constituens illũ ad dexteram suã in cęlestibus super oẽm principatum, & potestatẽ, & virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur &c. Tertio, ponit ascensionis fructũ cum dicit, [Vt adimpleret omnia] i. omne genus hominũ spiritualib. donis repleret Ps. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Eccl. 24. A gñationibus meis adimplemini. Vel [Adimpleret] i. vt ad effectũ pduceret [Omnia] q̃ de ipso erãt scripta. Lu. vlt. Oportet impleri oĩa quę scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me.

LECTIO IIII.

B Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios vero euangelistas, alios autẽ pastores, &

LECTIO IIII.

Hic exponit Apostolus quod supra dixerat de donatione donorum. Circa quod duo facit. Primo ostendit, q dominus singu-

singulis fidelibus dedit donorum diuersitatem. Secundo, ostendit illorum donorum fructum, & utilitatem, ibi. [Ad cōsumationem sanctorum &c.] Et quia per dona Christi diuersi status & munera in ecclesia designantur, cōsiderandum est, ꝙ inter dona Christi, primo ponit Apostolos. Vnde dicit. [Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos] Luc. 6. Elegit ex ipsis, quos & apostolos nominauit. 1. Cor. 12. Quosdam quidem posuit in ecclesia. Primum, Apostolos. Secūdo, prophetas. Tertio, doctores. Quarto, virtutes. Apostoli primo loco ponūtur, quia ipsi priuilegiati fuerunt in omnibus donis Christi.

doctores ad cōsummationem sanctorum opus ministerij, in ædificationē corporis Christi, donec occurramus oēs in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirū perfectum, in mēsurā ętatis plenitudinis Christi.

F

Habuerunt.n. plenitudinem gratiæ & sapientiæ, quidam quātum ad reuelationem diuinorum mysteriorum. Lu. vlt. Aperuit eis sensum, vt intelligerent, &c. Mar. 4. & Luc. 8. Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei, &c. Io. 15. Omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Habuerunt ēt copiam eloquentiæ ad enuntiandum euangelium. Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Mar. vlt. Euntes in mundum uniuersum prædicate, &c. Habuerunt ēt prærogatiuam authoritatis & potentiæ, quantum ad curam dominici gregis. Ioan. vlt. Pasce oues meas 1. Cor. 10. De potestate nostra quam dedit nobis Deus in ædificationem, non in destructionem vestram &c.] ideo Apostolus subiungit hic tres gradus ecclesiasticos, fm participationem singulorum præmissorū. Nam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum, subdit. [Quosdam aūt prophetas,] qui prænuntiatores fuerunt incarnationis Christi, de quibus dr 1. Petr. 1. Prophetæ, qui de futura in uobis gloria prophetauerunt. Matt. 11. Omnes.n. prophetæ, & lex usque ad Ioannem prophetauerūt. Sed Apostoli prophetantes fuerunt post aduentum Christi gaudia vitæ futuræ. Apoc. 1. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, &c. Item, fuerunt exponentes antiquorum prophetarum prophetias 1. Corin. 14. Aemulamini spiritualia, magis aūt ut prophetetis, Mat. 25. Ecce ergo mitto ad vos prophetas & sapientes &c. Quantum vero ad annuntiandum euangelium, subdit. [Alios vero Euangelistas,] qui. s. habent officium predicandi euangelium, vel ēt conscribendi, quam iis non essent de principalibus Apost. Rom. 10. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem &c. Esa. 41. Dabo Hierusalem euangelistam. Quantū vero ad curam ecclesiæ, subdit, [Alios aūt pastores,] curam. s. dominici gregis habentes. Et sub eodem addit. [Et doctores,] ad ostendendum quod proprium officium pastorum ecclesiæ, est docere ea, quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Dispensare aūt temporalia, non pertinet ad episcopos qui sunt Apostolorū successores, sed magis ad Diaconos, Act. 6. Non est æquum nos derelinquere verbū Dei, & ministrare mensis. Tit. 1. Amplectentem eum, qui fm doctrinam est, fidelem sermonem. Dr de episcopis, Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Deinde cū dicit. [Ad consumationem sanctorum &c. [Ostendit fructū prædictorum donorum seu officiorum. Et circa hoc duo facit, quia primo assignat fructū. Secundo, ostendit qualiter fideles ad hūc fructum possent aduenire, ibi. [Vt iam non simus paruuli &c.] Prima iterum in duas. Primo, proponit effectum proximum. Secundo, ostendit fructum ultimum, ibi. [Donec occurramus omnes &c.] Effectus proximus prædictorum donorum seu officiorum, pōt attendi quantum ad tria. Vno modo, quātum ad ipsos, qui sunt in officijs cōstituti, quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia, vt ministrarent Deo & proximis. Et quantum ad hoc dicit, [In opus ministerij] per quod. s. procuratur honor Dei, & salus proximorum 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Esa. 61. Ministri Dei dicetur uobis. Alio modo, quantum ad perfectionem iam credentium, cū dicit. Ad consumationem. i. perfectionem sanctorum. i. eorum, qui iam sunt sanctificati per fidem Christi. Etenim specialiter debent intendere prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducant, vnde & ipsi perfectiores sunt, vt dicit Dionysius in eccle. hierar. Heb. 6. Ad perfectionem feramur &c. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Cōsummationem.n. & abbreuiationem dñs Deus exercituum faciet, &c. Tertio, quantum ad conuersionem infidelium, & quantum ad hoc, dicit, [In ædificationem corporis Christi] i. vt conuertātur infideles ex quibus ędificatur ecclesia Christi, quæ est corpus eius 1. Corin. 14. Ad ędificationem & exhortationem, & consolationem. Et sequitur ibidem, Nam maior est qui prophetat, quam qui linguis loquitur, nisi forte interpretetur, vt ecclesia edificationem accipiat, & ibidem, Omnia ad ædificationē fiant. Deinde cū dicit, [Donec occurramus &c.] Assignat fructum vltimum. Et pōt intelligi dupliciter. Vno modo de fructu simpliciter vltimo, qui erit in resurrectione sanctorum. Et fm hoc, duo declarantur. Primo quidem cōgregatio resurgentiū, & corporalis, & spiritualis. Corporalis quidē, erit congregatio in hoc, quod sancti congregabuntur ad Christum. Mat. 24. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę. Et quantum ad hoc dicit. [Donec occurramus omnes &c.]

G

LECTIO V.

VT iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in

Quasi dicat. vsque ad hoc extenditur predictū ministeriū, & consummatio sanctorū, & ędificatio ecclesiæ, donec in resurrectione occurramus Christo. Mat. 25. Ecce sponsus uenit, exite obuiā ei. Amos 4. Præparare in occursum Dei tui Israel. Et ēt occurramus nobis inuicem 1. Thess. 4. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Phil. 3. Si quo modo occurram ad resurrectionē, quæ est ex mortuis. Spiritualis aūt congregatio attenditur, quantum ad meritum, quod est fm eandem fidem, & quantū ad hoc dicit; [In unitatem fidei.] supra eodem Vnus Dñs, vna fides. Item supra in eodem. Soliciti seruare unitatem spiritus &c. Et quantum ad præmiū, quod est fm Dei perfectam visionem & cognitionem, de qua 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et quātum ad hoc dicit. [Et agnitionis filij Dei.] Hier. 31. Omnes.n. cognoscent me. Secundo declaratur predictum fructum quantū ad perfectionē resurgentium. Et primo ponit ipsam perfectionem, cum dicit. [In uirum perfectum.] Vbi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt, quod s. fęmmę mutentur in sexum virilem in resurrectione, quia uterque sexus permanebit, non quidem ad commistionem sexuum, quæ tunc de cętero non erit, fm illud Matt. 22. In resurrectione enim non nubēt, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli, sed ad perfectionem naturæ & gloriæ Dei, qui talem naturā condidit. Dicit ergo, Virum perfectum, ad designandum omnimodam perfectionē illius status 1. Cor. 13. Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et pp hoc vir magis sumitur, quod diuiditur contra puerum, q̄ fm quod diuiditur contra feminam. Secundo ostendit exemplar huius perfectionis, cum dicit: [In mensuram ætatis plenitudinis Christi.] Vbi considerandum est, ꝙ corpus Christi verum, est exemplar corporis mystici. Vtrunque.n. constat ex pluribus membris, in unū collectis. Corpus aūt Christi fuit perductum ad plenam ætatem virilem triginta trium annorū, in qua mortuus fuit. Hmōi ergo ætatis plenitudini conformabitur ætas sanctorum resurgētium, in quibus nulla erit imperfectio, nec defectus senectutis. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Alio modo pōt intelligi de fructu ultimo præsentis uitæ, in qua quidem sibi occurrēt omnes fideles ad unam fidem, & agnitionem ueritatis. Io. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili &c. In qua perficitur etiam corpus Christi mysticum spirituali perfectione, ad similitudinem corporis Christi ueri. Secundum hoc, totum corpus ecclesiæ dicitur corpus uirile, secundum illam similitudinem, qua utitur Apostolus. Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo &c.

H

I

LECTIO V.

K

POsita donorum spiritualium diuersitate, & fructu eorū, hic ostendit Apostolus, qūo ad fructum illum perueniamus. Circa quod, duo facit. Primo duo impedimenta remouet. Secundo modum ueniendi docet, ibi: [Veritatem facientes &c.] Dicit ergo, Benedictum est, ꝙ hic est fructus ultimus istorum donorum, ꝙ scilicet occurramus Dño in uirum perfectum &c. Ergo oportet nos uidere. [Vt iam non simus paruuli,] sed certe uiri perfecti, quia quandiu aliquis est puer, non est perfectus vir. Oportet ergo, ꝙ deserat pueritiam, qui Dño debet occurrere. Sic faciebat Apost. 1. Cor. 13. Qn aūt factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Conditio aūt pueri est, ꝙ non est fixus, vel determinatus in aliquo, sed credit omni verbo. Si ergo volumus exhibere nos viros perfectos, oportet quod deseramus cogitationem fluctuantem, i. instabilem. Et hoc est quod dicit, [Fluctuantes.] 1. Corin. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Dicuntur autem fluctuantes a fluctu, quia tales ad modum fluctus non sunt firmi in fide. Iac. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur & circunfertur. Nunc autem necesse est nos stabiles esse, & non fluctuare. Et quia uentus est prauæ doctrina, de qua merito dicitur Prouer. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuias. Matth. 7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna: ideo dicit, [Et non circunferamur omni vento doctrinæ, &c.] q.d. Nulla doctrina peruersa perflante ad commotionem cordis, & ruinam spiritualis ædificij debemus moueri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus. Primo, ex eius principio, qđ est [In nequitia hominum,] ideo non est bona doctrina, sed falsa, & nequam, qn dogmatizat aliquis ad perditionem animarum, vt obtineat principatū; sicut doctrina Arrij nequissima, qui crepuit medius, vt de ipso possit exponi illud Eccl. 31. Testimonium nequitiæ eius uerum est. Item, talis doctrina peruersa est, quod patet. Secundo, ex eius processu, qui est astutia, quia cum dolo. i. vnum intendit, & aliud simulat, pp quod Apostolus dicit 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Tertio patet hoc idem ex effectu, quia effectus talis doctrinæ est [ad circunuentionē erroris,] non ad denarios, vel alia temporalia acquirenda, sed ad seminandos errores seducunt, & circunueniunt tales doctores: de quibus dr 2. Tim. 3. Mali homines, & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem alios mittentes. Deinde cum dicit [Veritatem aūt facientes, &c.] Ostensis impedimentis per quæ a fructu donorum spiritualiū impeditur quis: hic ostendit qualiter ad fructum debitum peruenitur. & arguit sic. Statim dictū est, ꝙ si volumus ad spiritualium donorum fructum peruenire, oportet ut iam non simus paruuli, &c. Sed tandiu sumus paruuli, quandiu virilem statum non attingimus nec crescimus. ergo nobis necessarium est, vt crescamus. Et hoc est, quod dicit [Veritatem aūt faciētem, &c.] Duo ergo facit. Primo, ostendit in quo debemus crescere. Secūdo, per quem, ibi [In illo per omnia, &c.] Dicit ergo quantum ad primum, [Veritatem facientes crescamus,] & hoc in duobus. s. in bono opere, & forma boni operis, quæ duo sunt veritas, & charitas. Veritas aūt quandoque dr omne opus bonum, vt Thob. 5. In captiuitate tñ positus, viam ueritatis non deseruit. Faciamus ergo ueritatem. s. omne opus bonum, vel ueritatem doctrinæ; quia non sufficere nobis debet audire, vel docere ueritatē, sed oportet facere, pp hoc dicebat Apostolus 1. Tim. 4. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Estote ergo fact. &c. vt dr Iac. 1. quia Factores iustificabuntur, vt habetur Ro. 2. Et hoc si fiat in charitate, quæ est forma boni operis. 1. Cor. 16. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, & omnia opera vestra in charitate fiant: quia certe aliter nihil valerent. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem aūt non habuero nihil mihi prodest. Sed quia in via Dei non progredi est regredi, ideo subdit Apostolus, [Vt crescamus in illo, &c.] Vbi tria facit. Primo, ostendit authorem nostri augmenti. Secundo, eius ueritatem. Tertio, modum augmenti. Secunda, ibi. [Ex quo totum corpus.] Tertia, ibi [Secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri.] Dicit ergo, Crescamus in illo, s. in Christo, de quo 1. Petr. 2. In eo crescatis in salutem. In illo, inquam, qui est caput nostrum Christus, & in ecclesia, quæ est corpus ipsius, vt dr Col. 1. Crescamus, inquam, non in possessionibus, sicut dr Iob 1. Possessio eius creuit in terra, sed in spiritualibus. Nec in uno tm, sed [Per omnia,] idest in omni bono, fructificantes, & crescentes. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite &c. Et ibi sequitur, sicut & ego per omnia omnibus placeo. De hoc commēdat Corinthios Apostolus, dicens 1. Cor. 11. Laudo vos fratres, ꝙ per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, omnia præcepta mea tenetis. Consequenter cum dicit [Ex quo totum corpus, &c.] Ostendit ueritatem Christi, per quem crescere debeamus. Vbi sciendum est, ꝙ corpus naturale tria habet. s. compactionem membrorū ad inuicem, ligationem per neruos, & mutuam subministrationem. 1. Cor. 12. Si dixerit pes, qm non sum manus, non sum de corpore, num ideo nō est de corpore? Et si dixerit auris, qm non sum oculus, non sum de corpore, &c. Si totum corpus est odoratus, vbi auditus? Spiritualiter ergo, sicut unū corpus efficitur ex multis

A

astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totū corpus compactum, & connexum per omnem iuncturā subministrationis, secūdum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationē sui in charitate.

B

C

D

E

A his tribus modis, s. per compactionem seu adunationem, per ligationem, & per mutuam operationem, & subuentionem: ita & omnia quæ sunt a capite corporali, s. compactio, neruorum ligatio, ad opus motio, fluunt a capite nostro Christo in corpore ecclesiæ. Et primo cōpactio per fidē. Vnde dicit, [Ex quo,] s. Christo qui est caput nostrū (vt modo dictum est) [Totū corpus cōpactum est,] i. coadunatū. Psal. 146. Dispersiones Israel cōgregabit. Abac. 2. Cōgregabit ad se oēs gentes, & coaceruabit ad se oēs populos. De hoc dr Colo. 2. Caput ex quo totū corpus per nexus & coniunctiones subministratū & constructū, crescit in augmentum Dei. Secūdo, fluit a Christo capite in corpus ecclesiæ suę mysticum connexio & colligatio, quia oportet adunata aliquo nexu, vel uinculo necti, vel colligari. Et pp hoc dicit; [Et connexū per oēm iuncturam subministrationis,] i. per fidem & charitatē, quę connectunt, & coniungunt membra corporis mystici, ad mutuā subministrationē. Eccle. 39. Omnia opera Dñi bona, & oē opus hora sua subministrauit. Vnde ipse Apost. confidens de ista mutua subministratione, quæ est inter membra ecclesiæ per diuinā coniunctionē, dicebat Phil. 1. Scio.n. quia hoc proueniet in salutem per vestram orationē & subministrationē spiritus Iesu Christi. Tertio, a capite Christo in membris, vt augmententur spiritualiter, influitur virtus actualiter operandi. Vnde dicit; [Secundum mensuram vniuscuiusq; membri,] augmētum corporis facit; q.d. Non solum a capite nostro Christo est membrorum ecclesię compactio per fidem, nec sola connexio, vel colligatio per mutuam subministrationē charitatis, sed certe ab ipso est actualis membrorū operatio, siue ad opus motio fm mensurā & competentiam cuiuslibet membri. Vnde dicit; [Quod facit augmentum corporis, fm operationem & mensurā vniuscuiusque membri,] debite mensurati, quia non solum per fidē corpus mysticū compaginatur, nec solum per charitatis subministrationem connectentem augetur corpus, sed per actualem cōpositionem ab vnoquoque membro egredientem, fm mensuram gratiæ sibi datæ, & actualem motionem ad operationem, quam Deus facit in nobis. Vnde Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus, vt dr 1. Cor. 12. Et hæc expositio concordat glosatori. Sed ad quid augmētat Deus vnumquodq; membrum? vt corpus ædificet. sup. 2. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templū sanctum in Dño, in quo & vos coędificamini &c. Vnde 1. Corin. 3. Dei ædificatio estis. Et hæc omnia fiunt in charitate, quia ut dr 1. Cor. 8. Charitas ædificat. vel in charitate facit Deus hæc omnia, idest ex mera dilectione. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursusque, Aedificabo, & ædificaberis. Hoc est ergo quod dicit; [In ædificationem sui in charitate.]

LECTIO VI.

HOc ergo dico & testificor in Domino: vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt,

B

C

D

LECTIO VI.

SVpra monuit Apostolus Ephesios, vt manerent in ecclesiastica vnitate, describendo modū eius & formam: in hac parte docet eos viam, per quam possint manere in ecclesiastica unitate. Et circa hoc duo facit. Primo proponit præcepta, per quæ possunt manere in ecclesiastica unitate. Secundo, ostendit potestatem hanc ad implenda præcepta in fine epistolæ, ibi, [De cętero fratres, cōfortamini &c.] Prima in duas. Primo proponit præcepta ad oēs. Secundo, pertinentia ad singulos gradus ecclesiæ, ibi; [Mulieres viris suis subditę sint &c.] Prima in duas. Primo ponit quædam præcepta generalia, ad quæ reducuntur omnia alia. Secundo ponit specialia, ibi, [Propter quod, deponentes mēdacium &c.] Prima iterum in duas, quia cū intentio Apostoli sit eos reuocare a veteri consuetudine ad nouam Christi doctrinā, Primo ostendit doctrinam Christi esse contrariam antiquę peruersitati gentilitatis. Secundo, inducit eos, vt eam deponant, & eam quæ Christi est assumant, ibi; Deponite vos fm pristinam &c.] Prima in duas, quia primo describit conuersationem gentiliū. Secundo, ostendit ꝙ ei cōtrariatur doctrina Christi, ibi; [Vos aūt non ita &c.] Prima in tres. Primo hortatur eos, vt declinent conuersationem gentilium. Secundo, describit eam quantum ad

E

interiorem animum, ibi; [Tenebris obscurati &c.] Tertio, quantum ad exteriorem modum, ibi; [Qui desperantes &c.] Dicit ergo ad hoc, ꝙ possitis implere ea quæ dicta sunt; [Dico,] idest, nō obsecro, vt prius, sed dico; [Et testificor] hoc quod dixit Gala. 5. Testificor aūt omni homini, rursum circūcidenti se, qm̄ debitor est uniuersæ legis faciendæ. 2. Tim. 4. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, &c. Et quid? [Vt iam,] s. tempore fidei, & cōuersionis ad Christum, quia iam vos mūdi estis Io. 15. [Non ambuletis,] idest, viuatis. Gal. 5. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, &c. Et hoc, [Sicut & Gentes ambulant.] 1. Cor.

impudicitiæ, in operationē immunditiæ omnis, in auaritiam.

LECTIO VII.

Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponite vos secūdum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secūdum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

12. Scitis, qm̄ cum gentes essetis, ad simulachra muta, prout ducebamini euntes, &c. Non sic igitur ambuletis. Prou. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum, &c. Consequenter cum dicit [In vanitate sensus sui.] Reddit causam huius prohibitionis. Vbi notandum est, ꝙ cū ambulare spiritualiter, sit proficere, sm̄ illud Esa. 26. Rectus callis iusti ad ambulandum, &c. Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus, dr̄ Abrahæ. Ad hoc ergo, vt homo iuste ambulet, i. spiritualiter proficiat, oportet tria, quæ in ipso sunt regulari, & ordinari. In homine. n. est ratio, iudicās de particularibus agendis. Item, intellectus vniuersalium principiorum, qui est synderesis. Tertio, lex diuina seu Deus. Quandocunque ergo aliquis sm̄ ista tria sibi inuicem ordinata dirigitur, ita ꝙ actio ordinetur sm̄ iudicium rationis, & hæc s. ratio iudicet sm̄ intellectum rectū, vel synderesim: & hæc s. synderesis ordinetur sm̄ legem diuinam, tunc actio est bona, & meritoria. Sed vita gentilium non est talis, immo deficit in prædictis tribus, quia primo deficit a ratione iudicante, quia ambulant in vanitate sensus sui. Sensus aūt est vis apprehensiua; per quam iudicamus singularia. Vnde aliquis homo rectus dr̄, qm̄ bene iudicat de agendis. Sed sensus iste, quandoq; est rectus, quandoq; est vanus. Rectus dr̄, qm̄ debita regula regitur, qua venit ad debitum finem. Vanus aūt, qm̄ indebita regula ductus, non uenit ad debitum finem. Sap. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, &c. Rom. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, &c. Hier. 2. Ambulauerunt post vanitates suas, & vani facti sunt. Quare? quia certe ratio istorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, sed erroneo. Et hoc est, quod ait, [Tenebris obscuratum habentes intellectum.] Rom. 1. Obscuratum est insipiens cor eorum. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Et ratio est, quia tales nō sunt participes diuini luminis, seu legis diuinæ illuminantis, & regulantis: pp quod subdit, [Alienati a vita Dei,] idest a Deo, qui est vita animæ. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Vel [A vita Dei,] idest a charitate, & gratia spirituali, qua anima uiuit formaliter. Rom. 6. Gratia aūt Dei vita æterna. Isti aūt erant sine spe uitæ æternæ, quia ponebant mortalitatem animæ, contra fidem, & spem. Sap. 2. Nescierunt sacramenta Dei, neque sperauerūt mercedem iustitiæ, neque iudicauerunt honorem animarum sanctarum, &c. Vel [A vita Dei,] i. a vita sancte viuendi, quæ est per fidem. Gal. 2. Viuo ego, iam non ego, &c. Iustus aūt ex fide uiuit, vt dr̄ Rom. 1. Vel quæ est per charitatem. 1. Ioan. 3. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad uitā, qm̄ diligimus fratres, &c. Non sic aūt isti, sed magis alienati. Modum aūt huius alienationis tangit, [Scilicet per ignorantiam,] non stellarum, vel cursus syderum, sed naturæ diuinæ. 1. Cor. 15. Ignorantiam quidē Dei quidam habent, quia certe tūc solum in Iudæa notus erat Deus, sed modo, vt dr̄ Act. 17. Tempora huius ignorantiæ despiciens Deus; nunc annunciat hominibus, vt omnes ubique pœnitētiam agant, &c. Huius aūt ignorantiæ Deus non erat causa, quantum de se erat, vt dr̄ Rom. 1. Deus enim illis reuelauit, sed certe causa erat illis; [Propter cæcitatem cordis ipsorum.] Et vere dicit cæcitatem, eo ꝙ ex creaturis non poterant venire in notitiam creatoris: quia ut dr̄ Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum, & sequitur, Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ. Et hoc est, quod sequitur, [Qui desperantes &c.] Vbi ostendit Apostolus quales erant in exteriori conuersatione: qm̄ sine spe, & hoc, quia alienati a uita. Iob 7. Desperaui, nequaquam vltra iam viuam, &c. Hier. 18. Desperauimus, post cogitationes. n. nostras ibimus, & vnusquisque post prauitatem cordis sui, malefaciemus. Et hoc est, quod sequitur. [Tradiderūt semetipsos impudicitiæ &c.] Et hoc legi pōt dupliciter, vel separatim, vt dica-

F tur, in auaritia, quia auari erant. Rom. 1. Repletos omni iniquitate, & malitia, fornicatione, auaritia, &c. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, &c. Quia ut dr̄ Eccle. 10. Auaro nihil est scelestius. Propter quod Abacuc 2. Væ qui congregat auaritiā malam domui suæ &c. Pōt ēt legi coniunctim cum præcedentibus, vt dicatur, in auaritia, i. auare, ita ut sit modificatiua præcedētia. Et sm̄ hoc aggrauat eorū vitam tripliciter: quia primo peccauerunt, non ex passione, sed potius ex electione. Vnde dicit: [Tradiderunt semetipsos impudicitiæ.] Quasi dicat. Nō passionibus vel infirmitate peccauerunt, sed semetipsos tradiderūt &c. Iudith

G 7. Sponte tradamus nos omnes, populo Olofernis, &c. 2. Cor. 12. Non egerunt pœnitentiam super immunditia, quā gesserūt, &c. Secundo, ex actuali effrenatione. 1. Pet. 2. Post carnem in concupiscentiam immunditiæ ambulant, &c. Et ideo dicit, [In operationē omnis immunditiæ.] Ezech. 14. Isti posuerūt immunditias suas in cordibus suis, &c. Tertio, aggrauatur eorum peccatum ex cōtinuatione, quia incessanter peccabāt. Osee 4. Fornicati sunt, & non cessauerūt, qm̄ dn̄m reliquerūt, vnde dicit, [In auaritia,] i. ardēter, & appetitu cōtinuo & insatiabili. 2. Pet. 2. Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti, pellicientes aīas instabiles, cor exercitatū in auaritia habentes, maledictionis filij, &c.

LECTIO VII.

H Ostensa peruersitate gentilis conuersationis: hic ostendit Apostolus, ꝙ doctrina Christi totaliter cōtraria est illi conuersationi, & statui. Et quia peruertentes quidam doctrinam Christi, dixerunt, non esse aliam vitam post istam, sed animā mori cum corpore, vt animalia: ideo Apostolus ostendit, Primo, doctrinam Christi contrariā esse uitæ, & statui præcedenti. Secūdo, ostendit conditiones debitas doctrinæ Christi ibi [Deponite vos, &c.] Dicit ergo. Ita dictum est, ꝙ illi desperantes, &c. [Vos aūt non ita didicistis Christum.] s. esse imitandum. Quō ergo? Ipsi enim a Deo didicistis, vt diligatis inuicē. 2. Thess. 2. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas credidistis. Et 2. Thess. 2. Quō ... mus? Et 1. Thess. 2. Qm̄ cum accepissetis a nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud nō ut uerbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei, &c. Coloss. 2. Radicati, & superædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut didicistis abundantes in illo in gratiarum

I actione. Et hoc certe. [Si tū illum audistis,] quia auditus ... disciplinæ. Si, pro quia. Quia hęc est annunciatio quam audistis, vt dr̄ 1. Io. 1. Et hoc, quantum ad prædicationem fidei. Eccle. ... Qui audit me, non confundetur. Prouer. 15. Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. [Et in illo edocti estis,] s. quō pertinentia ad fidem, sunt custodienda & adimplenda. Mat. vlt. Fecerunt sicut erant edocti &c. Et hoc [Sicut est ueritas in Iesu.] q. d. Si audiuistis fidem Christi prædicatam, & quō prædicata debeat adimpleri, estis edocti, sicut Iesus, in quo prædicatur uobis, qui est ueritas. Vos aūt non ita, sicut ... ambulate sicut aliqui desperantes. Sed quō? subdit, [Deponite vos &c.] Quæ quidem litera pōt legi dupliciter. Vno modo ut dicatur deponite, & tunc construitur cum præcedentibus sic. Si ...

K est ueritas, in qua edocti estis in Iesu deponere vos, &c. Si autem legatur deponite, quæ litera cōis habetur, dicemus, ꝙ quia contraria est, & uita, & doctrina Gentilium, vitæ, & doctrinæ Iesu, in qua edocti estis, restat ut deponatis, &c. Deo ergo facit, quia cum primo extirpanda sint uitia, quam inserantur virtutes. Primo docet eos statum pristinæ ac veteris conuersationis deponere. Secundo, nouum statum Iesu assumere, ibi. [Renouamini aūt spiritu &c.] Dicit ergo, [Deponite &c.] Vbi tria sunt consideranda. Primo quid intelligitur per veterem hominem. Dicunt aliqui, ꝙ hic primo vetus exterior, nouus vero dr̄ interior. Sed dicendum est, ꝙ homo vetus dr̄ tam interior quam exterior, qui subijcitur vetustati quantum ad animam per peccatum, & quātum ad corpus, quia membra corporis sunt arma peccati. Et sic subiectus homo peccato secundum animam, & corpus, dicitur uetus homo, secundum quod illa uetusta sunt, quæ sunt in uia corruptionis, & velut ipso corrumpi, quia, quod antiquatur & senescit, prope interitum est: vt dicitur Heb. 8. Et sic homo subiectus peccato, dicitur vetus, quia est in uia corruptionis: propter qd subdit: [Qui cor-

rumpitur secundum desideria erroris.] Nam vnū quodque corrumpitur, cum recedit ab origine naturæ suæ. Natura autem hominis est, vt desiderium eius tendat ad id quod est secundum rationem. Perfectio autem & bonum rationis est veritas. Quando ergo ratio tendit ad errorem, & desideriū ex hoc errore corrumpitur, tunc uerus homo dicitur. Dicit autem secundum desideria, scilicet mala. Roma. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs 1. Tim. 6. Desideria multa & nociua, & inutilia, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem, &c. Quia autē hęc desideria in quibusdam trahuntur ex infirmitate, in quibusdam vero ex malitia, sicut in illis, qui dicunt Deum prouidentiā non habere, ideo dicit, Erroris:] quia in talibus sic errantibus corrumpitur intellectus, & affectus. Vel secundum desideria erroris, idest quæ homines faciunt errare, secundum illud Sap. 2. Hęc cogitauerunt, & errauerunt, &c. Prou. 14. Imprudentia stultorum errans. Sed quomodo deponendus sit, docet Apostolus dicens, Coloss. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, &c. Non ergo substantialiter debet deponi, vel expoliari, sed solum quo ad opera mala, vel conuersationem. 1. Petr. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam 1. Tim. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, & conuersatione. Deinde cum dicit, [Renouamini, &c.] Ostendit, quòd debemus nouum statum induere. Circa quod tria facit. Primo, ostendit per quid consequi possumus hanc nouitatem. Secundo, in quo hæc nouitas cōsistat. Tertio, quæ sit. Quantum ad primum dicit, [Renouamini spiritu, &c.] Vbi notandum est, quod licet spiritus multipliciter dicatur in homine, tamen triplex spiritus inuenitur, scilicet Spiritussanctus. 1. Corin. 3. Nescitis, quod templum Dei estis & spiritus Dei habitat in vobis? Item, spiritus rationalis. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Item, Spiritus fantasticus. Osee 14. Scitote Israel, stultum prophetam, insanum uirum, spiritualem, idest fantasticum. Hoc ergo, quod dicit, Spiritus mentis, sumitur pro Spiritusancto. Dicit autem causam renouationis esse Spiritumsanctum, qui habitat in mente nostra. Gala. 5. Misit Deus spiritum filij sui in corda, &c. Psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, &c. Vel potest accipi spiritus pro spiritu rationali, & tunc spiritus idem est, quod mens nostra, & est simile huic, quod dicitur Coloss. 2. In expoliatione corporis carnis, idest corporis, quæ est caro, ita hic spiritu mentis, idest spiritu, qui est mens: hoc autem dicit, quia in nobis est alius spiritus, qui non est mens, qui scilicet est communis nobis, & brutis. Dicit autem, [Renouamini spiritu mentis,] quia illud quod nō est corruptum, est nouum, nec renouatione indiget. Nam si Adam corruptus non fuisset, renouatione non indiguisset, nec nos etiā. Sed quia corruptus fuit, renouatione indiguit, & eius posteriores. Et ideo oportet renouari nos in præsenti secūdum animam, & in futuro, secundum corpus, quādo Corruptibile hoc, induet incorruptionem, & mortale immortalitatem, vt dicitur 1. Cor. 15. Dicit ergo, [Renouamini spiritu,] hic scilicet, quia nisi in præsenti spiritus renouetur, nunquam corpus eius innouabitur. Vel potest exponi spiritu mentis, idest mente uestra spirituali facta, & in idem redit. In quo autē hæc renouatio consistat quantum ad secundum subdit, cum dicit. [Et induite nouum hominem, &c.] Hic aduertendum est, quòd sicut uniuscuiusque rei primum vetustatis principium fuit Adam per quem peccatū in omnes intrauit, ita principium primum nouitatis, & renouationis Christus est: quia Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. vnde Gal. vlt. In Christo Iesu, neque circuncisio, neque præputium aliquid valet, sed noua creatura. Induimini ergo Dominum nostrum Iesum Christum. Ro. 13. Quæ autem sit renouatio ostendit, cum dicit, [Qui secundū Deum creatus est, &c.] Hoc autem potest intelligi tripliciter. Vno modo sic, vt ly, [Qui,] referatur ad spiritum, idest spiritus: qui est mens nostra, creatus est a Deo, scilicet in originali iustitia, scilicet in sui nouitate. Vel recreatus noua creatione, vt esset iustus, supra 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis. vel ly, [Qui,] potest referri ad nouum hominem, scilicet Christum. Et tunc construetur sic. [Qui creatus est,] idest, formatus in vtero virginis secundum Deum, idest, non semine humano, sed Spiritusancto. Vel creatus est secundum esse gratiæ, & plenitudinis, & hoc [In iustitia,] quo ad homines, [Et in sanctitate,] quo ad Deum, & hoc [Veritatis,] non falsitatis. Luc. 2. In sanctitate, & iustitia. Vel ut sanctitas sit in corde, veritas in ore, iustitia in opere.

LECTIO VIII.

Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare: Sol nō occidat super iracundiam vestram. Nolite locum date diabolo,

A LECTIO VIII.

Svpra posita generali monitione, vt nouitatem induerēt: hic Apostolus ponit præcepta specialia. Circa quod duo facit. Primo, inhibet eis peccata interiora corrumpentia spiritum. Secundo, peccata exteriora, quæ corrumpunt carnem., ibi; [Fornicatio autem &c.] Prima in duas. Primo, prohibet peccata, quæ in deordinatione propria consistunt. Secundo, peccata, quæ cōsistunt in deordinatione alterius, ibi; [Omnis sermo malus &c.] Prima iterum in tres, quia primo prohibet peccatum corrumpēs rationalem. Secundo, peccatum deordinans irascibilem, ibi; [Irasci-

B mini & nolite peccare &c. [Tertio, peccatum pertinens ad concupiscibilem, ibi; [Qui furabatur &c.] Circa primum tria facit. Primo, quia unum istorum prohibet. Secundo, inducit ad aliud. Tertio, rationem assignat. Prohibet ergo illud primo, quod ad veterem hominem pertinet, ita ut ista litera sit expositiua huius, quod predixerat. [Induite nouum hominem,] ad quem induendum primo prohibet mendacium: quia per hoc peccatū oris corrumpitur veritas rationis. Vnde dicit. [Propter quod,] s. nouum hominem induendum, sitis supple; [Deponentes mendacium,] quia ut dr̄ in Psal. 5. Perdes omnes, qui loquūtur mendacium, s. perniciosum. Et postea inducit ad nouitatem dicēs. Zach. 4. [Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.] Et quare? [Qm̄ sumus inuicem] membra. Membra enim seinuicem diligunt, & se iuuant mutuo in veritate. Rom. 12. Vnum corpus sumus in Christo, singuli aūt alter alterius mēbra. Sequitur; [Irascimini &c.] Vbi prohibet peccatū, corrumpēns irascibilem. Cir-

C ca quod tria facit. Primo, ponit monitionem. Secūdo, eam exponit, ibi; [Sol non occidat &c.] Tertio, rationem reddit, ibi; [Nolite locum &c.] Monitionem aūt ponit, cū dicit: [Irascimini &c.] Quod pōt exponi dupliciter, quia duplex est species iræ, quadā bona, quædam mala. Mala quidem, qm̄ inordinate tendit in uindictam. s. contra iustitiam: bona vero qm̄ in uindictam debitam, qm̄. s. quis irascitur qm̄ oportet, cum quibus, & quātum oportet. Et de vtraque pōt exponi. Si de mala, sic est sensus. Non præcipit, sed permittit, quasi dicat. Si sic est, ꝙ motus iræ insurgat, quod humanum est, nolite peccare, i. nolite perducere ad effectū per consensum. 1. Corin. 10. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: quia certe, qui aliter irascitur fratri suo, reus erit iudicio, vt dr̄ Matt. 5. De hac ira monebat Ioseph fratres suos. Gen. 45. Ne irascimini in uia. Si aūt exponitur de bona, sic tenetur nō solum permissiue, vt primo, sed imperatiue, irascimini. s. contra peccata vestra: qm̄ duplex est uindicta, quam homo appetit. Vna de seipso peccante & sic pœnitentia est quædam vindicta,

D quam homo facit, & capit de seipso, & hæc est bona ira, & de hac dicitur imperatiue, irascimini scilicet contra peccata vestra, & nolite peccare scilicet de cætero, nec talia committere, contra quæ iterum oporteat irasci. Modo credunt aliqui, quòd homo secure possit sibijpsi irasci propter peccata sua, sed non proximo suo propter sua, sed non est ira: sicut enim contra seipsum quis irascitur propter peccata propria, ita proximo suo propter sua, ergo irascimini contra vitia aliena, & hoc cum zelo. Num. 25. Phinees auertit iram meam a filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos. Sic Helias 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel &c. Et nolite peccare præueniendo rationē, sed potius sequendo. Iac. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram &c. Sequitur; [Sol non occidat &c.] Vbi exponit quod dixerat, & sm̄ tres

E prædictas expositiones pōt tripliciter exponi, quia si de mala ira, tunc sic, Sol &c. Idest non persistatis in ira concepta, sed ante solis occasum deponatis, quia licet permittatur motus, propter fragilitatem, non permittitur mora. Si de bona, & hoc contra peccata propria, tunc sic; [Sol,] idest Christus. Malac. 4. Orietur uobis timentibusn nomen meum sol iustitiæ &c. [Non occidat super iracundiam vestram,] i. super peccata vestra; pro quibus iterum oporteat vos irasci & nosmetipsos punire. Si contra peccata aliena, sic accipitur sol. s. rationis. Eccl. 12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placēt, antequam tenebrescat sol &c. Sol non occidat super iracundiam vestram, idest non obtenebretur dictamen rationis. Iob 5. Virū stultum interficit iracundia. Sequitur; [Nolite locum dare diabolo,] vbi assignat rationē monitionis. Diabolus enim habet lo-

cum in nobis per peccatum, vel per consensum. Io. 13. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, &c. Et sequitur ibidem, q Post bucellam introiuit in eum sathanas. Nunc autẽ huiusmodi passiones multum inclinant ad consensum, & maxime qñ peruertunt iudicium rationis, & hoc specialiter facit ira, quæ consistit in accensione sanguinis, quæ quidem ratione uelocitatis sui motus, præcedit iudiciũ rationis. Et quia sic nobis perturbatis, diabolus incipit locũ habere in nobis, ideo dicit, [Nolite locum dare diabolo.] Quasi dicat. Non perseueretis in ira, quia per hoc datis locũ diabolo, quia totus diabolus iracũdus est. Psal. 17. Liberator meus de inimicis meis iracundis. Intrat aũt hominem cum furore, & ira. Apoc. 12. Descendit diabolus ad uos, habens iram magnam. Hoc aũt non põt facere saltem in anima, quandiu homo iustus est. Hæc autẽ iustitia per iram amittitur, quia Ira viri iustitiam Dei non operatur, vt dr̃ Iac. 1. Si ergo non vultis locum dare diabolo, saltem in anima, sol nõ occidat super iracundiam uestram. Eccl. 12. Aufer iram a corde tuo.

LECTIO IX.

QVi furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

LECTIO IX.

EXclusa supra uetustate hominis, quantum ad vim rationalem, & irascibilem: hic prohibet eam quantum ad concupiscibilem prouenientem ex rerum inordinata cõcupiscentia. Circa quod duo facit. Primo prohibet concupiscibilis uetustatem. Secundo, hortatur ad eius nouitatẽ, ibi; [Magis aũt laboret &c.] Ad uetustatem aũt concupiscibilis pertinet furtum, quod prouenit ex corrupto, & inordinato appetitu rei temporalis. Ideo dicit [Qui furabatur, iam non furetur, &c.] Quasi dicat. Qui habebat concupiscibilem corruptam, & uetustam, ex corrupto appetitu rerum temporalium, iam non furetur, s. si vult concupiscibilem renouare, quia vt dr̃ Eccl. 5. Super furem confusio: pp hoc dr̃ Exo. 20. Non furtum facies. Et quia aliquis posset se excusare præ paupertate, ideo dicit [Magis aũt laboret &c.] Sicut ipse fecit Apostolus, vt dr̃ Act. 20. Argentum, & aurum nullius concupiui aut uestem, vosipsi scitis, qm̃ ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ. Item 2. Thess. 3. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat vos imitari nos, qm̃ non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte ac die laborantes, ne quem vestrum grauaremus, &c. Vnde notandũ est, quod opus manuale ad tria inducitur. Primo, ad necessitatem uictus acquirendam. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et ideo, qui non habet vnde licite viuat, tenetur manibus laborare. 2. Thess. 3. Si quis non vult operari, non manducet: quasi dicat, Sicut qui non comedit in necessitate, peccat, ita & si nõ laborat. & sic ponitur hic ad excludendum furtum. Quandoq; vero, inducitur contra ocium, quia Multa mala docuit ociositas. Eccle. 33. Et ideo qui habent uitam otiosam, tenentur manibus laborare. 2. Thess. 3. Audiuimus quosdam inter uos ambulare inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. His aũt, qui hmõi sunt, denunciamus, & obsecramus in Dño Iesu Christo, vt cum silentio operantes suum panem manducẽt. Quandoque enim inducitur ad carnis macerationem, & domationẽ: vnde ponitur inter alia opera continentiæ. 2. Corin. 11. In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, &c. Triplex ergo est ratio iniungendi laborem corporalẽ, sed prima omnibus necessaria est, & hoc de necessitate præcepti, quia alijs modis põt excludi ocium, similiter, & lasciuia carnis põt alio modo domari, & refrænari, & sufficit quomodocunque fiat. Sequitur [Quod bonum est,] quod dupliciter põt intelligi. Vel in vi accusatiui, & sic construetur: Magis aũt laboret operãdo manibus, & quidem non illicita, sed quod bonum est, Gal. vl. Bonum aũt facientes nõ deficiamus. Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Vel põt intelligi in vi nominatiui, laboret, &c. Quod bonum est, quasi hæc sit ratio, quare laborandum est, quasi dicat. Non solum est necessariũ laborare, immo ẽt bonum est laborare, vt laborans possit uiuere, & [Vt habeat unde tribuat necessitatem patiẽti.] Eccl. 29. Fenerare proximo tuo in tpe necessitatis illius, &c. Deinde cum dicit: [Omnis sermo malus, &c.] Ponit pertinentia ad ueterem hominem in deordinatione ad alium, & facit duo: quia primo prohibet uetustatẽ, & inducit nouitatem. Secundo, inducit exemplum, in principio quinti capitis, ibi; [Estote ergo &c.] Ad proximum aũt, põt quis male se habere dupliciter. Vno modo, lędendo eum verbis malis. Alio modo, malis exẽplis. Primo, prohibet primum. Secundo, ẽm, ibi; [Et nolite contristare &c.] Prima iterum in duas. Primo, prohibet uetustatem. Secũdo, inducit ad nouitatem, ibi; [Sed si quis, &c.] Dicit ergo [Omnis sermo malus &c.] Sermo oris prætendit & annunciat, quæ sunt in aĩa, quia Voces sunt earũ, quæ sunt in anima passionum, notæ. Ille est bonus sermo, qui indicat bonam dispositionem interiorem, malus vero, qui malam. Tripliciter aũt homo ordinatur interius. s. ad se, vt. s. omnia sint rationi subiecta: ad Deum, vt ratio sit ei subdita: ad proximũ, qñ diligit eum, vt seipsum. Est ergo quandoq; sermo malus, qñ indicat hominem inordinatum in se, & hic est sermo falsus eum qui aliud loquitur, & aliud intendit: & similiter sermo inutilis & uanus. Item, est sermo malus, qui indicat hominem inordinatum contra Deum: sicut periuria blasphemiæ, & hmõi. Item, est sermo malus, qñ est contra proximum suum: sicut iniuriæ, & fallacię. Et ideo dicit; [Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.] Omnis non vero, æquipollet huic signo, Nullus. Sap. 1. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguę, quia sermo obscurus in uacuum non ibit: quia certe Deum non pręterit omnis cogitatus & nõ abscondit se ab eo vllus sermo, vt dr̃ Eccl. 42. Nunc aũt deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiã, turpem sermonẽ de ore uestro. Col. 3. Sequitur; [Sed si quis bonus est &c.] Inducit ad nouitatẽ, quia sermo bonus benedicendus est pro loco & tempore; Prou. 15. Sermo opportunus est optimus. Sic ergo loquitur, quasi sermones Dei. 1. Petr. 4. Et ad quid? [Ad ædificationẽ fidei.] i. vt corroboretur fides in cordibus hominũ 1. Cor. 14. Omnia ad ædificationẽ fiant, & hoc, vt det gratiam audientibus. s. si talis bonus sermo sit probatus, vel talis sermo est conferẽs: quia frequenter homo ex bono sermone & per virtutem boni sermonis auditi, compunctus disponitur ad gratiam. Act. 10. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbũ. Sic loquebantur de quo dicitur Luc. 4. Mirabantur ex uerbis gratię, quæ procedebant de ore ipsius. Eccl. 10. Verba oris sapientis, gratia.

LECTIO X.

ET nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicẽ sicut & Deus in Christo donauit vobis.

LECTIO X.

SVpra monuit Apost. abstinere a uerbis malis & nociuis, hic monet abstinere a uerbis & factis turbatiuis, seu contristatiuis proximorũ. Circa quod duo facit. Primo, prohibet, quod pertinet ad uetustatẽ. Secundo, persuadet, quod pertinet ad nouitatẽ, ibi; [Estote aũt inuicẽ benigni &c.] Prima iterũ in duas. Primo prohibet, quod ad uetustatẽ pertinet in generali. Secundo, in speciali, ibi; [Omnis amaritudo &c. Dicit ergo; [Nolite contristare spiritũ &c.] Contra. Spiritus sanctus est Deus, in quo non cadit passio aliqua nec tristitia. Resp. Spiritus sanctus dr̃ contristari, qñ cõtristatur ille, in quo est Spiritussanctus. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Esa. 63. Ipsi aũt ad iracundiã prouocauerunt eũ, & afflixerunt Spiritum sanctũ eius: & cõuersus est eis in inimicum. Vel dicendũ est, q est metaphoricã locutio. Sicut enim Deus dr̃ irasci pp similitudinẽ affectus, ita ẽt dr̃ contristari: quia sicut qñ aliquis contristatur, recedit a cõtristante, ita Spiritus sanctus a peccãte. Et sic est sensus. [Nolite contristare Spiritum sanctũ Dei,] i. nolite eũ fugare, vel expellere per peccatũ. Sap. 1. Spiritussanctus. n. disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se a cogitationibus, q̃ sunt sine intellectu, & corripiet a superueniẽte iniquitate. Igit̃ non est contristãdus Spiritussanctus, & hoc pp beneficium signi salutaris. Ideo subiungit; [In quo signati estis,] i. reformati estis, & ab aliis distincti. Qui aũt habebit hoc signum secũ, habebit uitã ęternã. Ideo ergo est custodiẽdus, & nullo modo contristandus, quia sine eo non est vita æterna 2. Cor. 1. Qui signauit nos Deus & dedit nobis pignus spiritus. Et qñ? [In die redẽptionis,] i. baptismi. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto &c. Act. 1. Vos autem baptizabimini spiritusancto, non post multos hos dies. Dicit aũt redemptionis, quia in baptismo fit homo particeps redemptionis factæ per Christum. Sequitur [Omnis amaritudo &c.] Vbi ostendit in speciali, quæ pertinent ad vetustatem. Quandoque enim homo contristat amicum suum ex ira, aliquando ex industria. Sed in ira est triplex gradus, quia aliquando retinetur, & manet solũ in corde, sicut qui tñ interius irascitur. Aliquãdo vero, exprimitur in uoce, sine tñ contumeliæ prolatione: sicut qui dicit, Racha. Aliquando fit ẽt, addita contumelię prolatione, sicut qui dicit, Fatue. Primo ergo ponit quod pertinet ad iram cordis. Secũdo, quod pertinet ad inordinatam prolationem. Tertio, quod pertinet ad cõtumeliam. In ira aũt cordis ista se consequuntur. Primo q ira est effectus tristitiæ, & hæc in sacra scriptura dr̃ amaritudo 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo, & oraret Deũ flens &c. Et ideo dicit [Omnis amaritudo &c.] Quæ est per memoriã iniuriæ præteritæ. Eccl. 1. Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Secundo, q statim appetit vindictam, ideo dicit [Et ira,] quæ est appetitus uindictæ. Iac. 1. Ira enim viri, Dei iustitiam non operatur. Tertio, q iratus indignum reputat, q ei parcat, & indignũ esse, q sine punitione transeat, ideo sequitur [Et indignatio.] Sed quãtum ad inordinatam prolationem, sic est clamor. Esa. 5. Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitia, & ecce clamor. Ideo dicit. [Ex clamor.] Similiter & blasphemia est, vel contra Deum, vel contra sanctos. Leui. 24. Quicunque blasphemauerit nomen Dñi, morte moriatur. Ideo dicit [Et blasphemia.] Et addit [Tollatur a uobis cum omni malitia.] s. operis. 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolũ, & simulationem. Deinde cum dicit [Estote aũt &c.] Ponit pertinentia ad nouitatem contrariam passionibus præmissis, contra amaritudinem, & benignitatem. Vnde dicit [Estote aũt inuicem benigni.] Quia benignus est spiritus sapientiæ &c. Contra iram, misericordiam. Vnde dicit [Misericordes.] Luc. 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Contra indignationem, condonationem. Vnde dicit [Donantes inuicem &c.] Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit nobis, ita & uos. Rom. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit. Et paulo post, sequitur. Quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit?

CAP. V. LEC. I.

EStote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimis & ambulate in dilectione, sicut, & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

LECTIO PRIMA.

POsita exhortatione ad benignitatem & misericordiam, quę sunt effectus charitatis: hic ostendit eis exemplum. Circa quod duo facit. Primo, inducit eos ad imitationem exemplaris. s. Dei. Secundo, ostendit in quo debẽt ipsum imitari, ibi, [Et ambulate &c.] Dicit ergo, Dixi, q debetis donare inuicem, sicut & Deus in Christo donauit uobis, ergo estote imitatores Dei, quia hoc necessarium est, licet difficile sit. Eccle. 2. Quid est, inquam, homo, vt possit sequi regem factorem suum? Nunquam tñ perficietur natura humana, nisi in cõiunctione ad Deum. Vnde Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Ergo imitandus est taliter, qño habemus possibilitatem, quia ad filium pertinet patrem imitari. Et ideo subdit [Sicut filij patrem,] s. per creationem. Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? Et addit [Charissimi.] quos. s. elegit ad participationem suipsius. Sequitur, [Et ambulate &c.] Vbi primo ponit imitandi modum, quia in charitate. Secundo, ostendit immensæ charitatis signum, ibi. [Et tradidit &c.] Quòd ergo simus filij charissimi, hoc facit charitas Dei. Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ; in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q sumus filij Dei. Debemus ergo ipsum in dilectione imitari. Et dicit [Ambulate,] idest semper proficite. Gen. 15. Ambula coram me, & esto perfectus. Et hoc, [In dilectione,] quia dilectio est tale bonum, in quo debet homo perficere, & tale debitum, quod debet homo semper soluere. Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Vel in dilectione, quæ est uia sequendi Deum magis de propinquo. 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorem uiã uobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum &c. Col. 3. Super omnia hęc, charitatem habentes &c. Et hoc exemplo Christi. Vnde subdit, [Sicut, & Christus dilexit nos.] Ioan. 13. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et quia ẽm Greg. Hom. 50. super Ioan. Probatio dilectionis, exhibitio est operis: ideo subdidit [Et tradidit semetipsum pro nobis,] Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris. Gal. 2. In fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit in mortem se ipsum p me. Esa. 53. Tradidit in mortem animam suã, &c. Hæc autẽ mors, fuit nobis utilis, & necessaria, ideo subdit [Oblationem, & hostiã, &c.] Loquitur aũt hic Apostolus more ueteris legis, in qua, vt dr̃ Leu. 4. Qñ quis peccauerat, offerri debebat pro eo hostia, & oblatio, quæ dr̃ pro peccato. Item, qñ quis agebat gratias Deo, vel aliquid consequi uolebat, oportebat offerri hostiam pacificam, vt dr̃ Leu. 3. Quę quidem erat in oblationẽ suauissimi odoris Dño, vt dr̃ ibidem. Hæc aũt facta sunt per Christum, quia ut a peccatis mundaremur, & gloriam consequeremur, tradidit semetipsum pro nobis in oblationẽ, per ea, quæ in vita gessit. Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit, &c. [Et hostiam Deo pro peccato.] Et hoc [In odorem suauitatis] Alludit autem huic, quod dr̃ Leu. 3. Sed certe ille odor non erat tunc Deo acceptus ẽm se, sed ẽm suam significationẽ, inquantum significabat oblationẽ odoriferã corporis Christi filij Dei. Gen. 2. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Sic aũt debemus nos sacrificare Deo spiritualiter. Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus, &c.

LECTIO II.

FOrcanitio autẽ, & omnis, immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

LECTIO II.

SVpra posita monitione Apost. docuit, vt deposita uetustate, Ephesij nouitatem assumerẽt, prohibendo uitia spiritualia: hic prohibet eisdem uitia ẽt carnalia. Diuiditur aũt in duas. Primo. n. prohibet uetustatem uitiorum carnaliũ. Secundo, inducit ad nouitatẽ, ibi. [Videte itaque fratres &c.] Prima aũt diuiditur in tres. Primo, excludit uetustatem uitiorum. Secundo, proponit pęnam eorũ, ibi. [Hoc aũt scitote, &c.] Tertio, excludit fallaciã, ibi [Nemo vos seducat, &c.] Prima iterum in duas. Primo, excludit quædam uitia principalia. Secundo, excludit quædam adiuncta, ibi [Aut turpitudo, &c. Excludit aũt tria uitia. s. luxuriam naturalem, quæ est cum non sua. vnde dicit [Fornicatio.] Ose. 4. Spiritus. n. fornicationum decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Sic faciebat Iob 31. Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt nec cogitarem de virgine. Dr̃ aũt fornicatio a fornice, i. arcu triumphali, iuxta quem erant lupanaria. Prouer. 20. Intrauit super eos fornicatio &c. [Et omnis immunditia,] idest omnis pollutio contra naturam. s. quæ non ordinatur ad generationem. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, &c. Tertio, excludit auaritiam, dicendo, [Aut auaritia.] Sed quare hoc? Nunquid est idem cum peccatis carnalibus? Resp. Dicendum est, q non, nec totaliter est diuisa, sed mediũ inter spiritualia & carnalia peccata, quod patet sic. In peccato sunt duo s. obiectum peccati, & delectatio in obiecto. Quædam ergo sunt peccata, quorum obiectum, & delectatio est spiritualis, sicut ira. Nam uindicta, quæ est obiectum iræ, & delectatio eius, est quid spirituale, & similiter inanis gloria. Quædam vero sunt omnino carnalia, & obiectum, & delectatio: sicut gula, & luxuria, sed auaritia tenet mediũ, quia eius obiectum est carnale. s. pecunia, sed delectatio est spiritualis, quia animo quiescit quis in pecunia. Et ideo connumeratur auaritia cum peccatis carnalibus, ratione obiecti, cũ spiritualibus vero, ratione delectationis. Heb. vlt. Sint mores sine auaritia. Vel dicendum est, q auaritia opponitur iustitiæ, vnde ponitur pro specie luxuriæ, quæ est adulterium, quod est iniustus usus mulieris alterius: sicut auaritia iniustus usus pecuniæ. Sed supra dixit, Qui furabatur &c. Hic aũt dicit, q nec nominetur, &c. Quia in pugna spirituali, vitia carnalia primo occurrunt uincenda: quia frustra pugnat quis contra intrinseca, nisi primo uincat extrinseca, scilicet carnalia, contra quæ semper remanet bellum. Et ideo dicit. [Nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos,] scilicet abstinere a factis: a cogitationibus, & a dictis. Esa. 1. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem: & germen. Eccl. 41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet sanctos. 2. Corint. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, &c. Sequitur, [Aut

Universidad de Deusto Biblioteca

[Aut turpitudo, &c.] Vbi ponit quædam uitia adiuncta. Circa quod duo facit. Primo, adiuncta uitia excludit. Secundo ad contraria eorum inducit, ibi. [Sed magis gratiarum actio, &c.] Tria ergo uitia excludit. s. turpitudinem, quæ est in tactibus turpibus, & amplexibus, & osculis libidinosis. Prouer. 6. Qui aūt adulter est, pp cordis inopiā, perdet animam suam, & turpitudinē, & igno miniam cōgregat sibi. Item; [Stultiloquiū,] idest uerba prouocan tia ad malum. Eccl. 9. Colloquiū illius, quasi ignis exardescit, scilicet malæ mulieris. [Et scurrilitatem,] idest verbū ioculatoriū, per quod aliqui uolūt inde placere alijs. Matth. 12. De omni verbo ocioso, qd locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et hęc omnia sunt mortalia, inquantum ad mortalia peccata ordinantur, quia aliquid ēt si bonum sit ex genere, inquantum ad mortale ordinatur, est mortale. Deinde inducit ad contraria. s. gratiarum actiones. Vnde dicit, [Sed magis gratiarum actio.] Esa. 51. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

LECTIO IIII.

HOc enim scitote intelligētes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Nemo uos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.

LECTIO III.

SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, hic cōminatur penā damnationis, quæ peccatoribus infligitur. Circa quod duo facit. Primo enim de hoc eos certificat. Secundo singillatim peccata recitat, ibi, [Quod omnis fornicator, &c.] Dicit ergo, [Hoc scitote intelligentes,] idest actualiter, non solum habitualiter, pro certo habete. 1. Io. 3. Hęc scripsi uobis, vt sciatis, &c. Et quid? [Quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.] Nota, q uocat hic auaritiam idololatriam, qm idololatria est, qñ honor soli Deo debitus, impenditur creaturæ. Nunc aūt Deo dupliciter honor debetur. s. ut in eo finem nostrum constituamus, & ut in eo fiduciam nostram finaliter ponamus, ergo qui hoc in creaturis ponit, reus est idololatriæ. Hoc aūt facit auarus, qui finem suum in re creata ponit, & ēt totam suam fiduciā. Ose. 8. Argentum suum, & aurum suum fecerūt sibi idola, vt interirent. Et hoc: quia, vt dr Prouer. 21. Qui confidit in diuitijs suis, corruet. Sed cum in alijs peccatis ponat homo finem suum in creatura, cui amore inhæret, quare ēt in illis non dr peccator idolatra? Respondeo, idolatrare est aliquid exterius indebite colere. Nunc aūt in alijs peccatis ponitur finis in interioribus, quasi in propria exaltatione. Sed qui ponit finem in diuitijs, ponit in eis finem, vt in re exteriori, sicut idololatra. Sed nunquid auari honorem Deo debitum exhibentes creaturæ, realiter sunt idololatræ, & per se? Dico q non, quia in moralibus, actus, seu opera iudicantur ex fine. Ille ergo per se est idololatra, qui intendit per se cultum exhibere creaturę. Hoc aūt non intēdit auarus per se, sed per accidens hoc facit, inquantum superflue, & inordinate diligit. Et quid de tali? Non habebit hæreditatem, quippe, quia filij, & hæredes, vt dr Rom. 8. Nunc aūt tales non sunt filij, qui sic carnales sunt: ergo hæreditatem non habent: quia, vt dr 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt, idest Deum, qui dicit. Ezech. 44. Ego hæreditas eorum. Sed posset quæri: si hæreditas ista est ipse Deus, cum sit indiuisibilis, & impartibilis, quare dicit, in regno Christi, & Dei diuisiue, ac si hæreditas ista sit diuisibilis? Respondeo. Hæreditas nostra consistit in fruitione Dei: nunc aūt Deus aliter se fruitur, & nos eo: quia Deus seipso perfecte fruitur: quia seipsum perfecte cognoscit, & totaliter diligit quantum cognoscibilis, & diligibilis est: non autē sic nos, quia licet ipsum perfecte cognoscamus in patria, & per consequens diligamus: quia qui aliquid simplex attingit, ipsum totum cognoscit, & si non totaliter, sicut lux Solis, si esset punctalis, humanus oculus ipsam totam apprehenderet, non totaliter, oculus vero aquilæ ipsam totaliter comprehenderet. Sic, & si Deum perfecte cognoscimus in patria, & perfecte diligimus, sed ipsum totaliter non comprehendimus, ideo vr ibi esse quædam imperfectio, & particularitas. Et ideo dicit Christi, & Dei cōiunctim, quasi partem cum parte ponendo, idest quia per Christū, & non per alium habetur hæreditas. Deinde cum dicit, [Nemo

F vos seducat.] Hic excludit fallaciam seductorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit admonitionem. Secundo, subiungit ipsius rationem, ibi, [Eratis enim aliquando tenebræ, &c.] Prima iterum in duas, quia primo monet eos, vt non seducantur verbis credendo. Secundo, vt non cōicent eis mala faciēdo, ibi, [Nolite cōicare, &c.] Prima adhuc in duas, quia primo remouet seductiones, secundo ostendit seductionis signum, ibi, [Propter hoc enim venit ira, &c.] Notandum est ergo, q inanitijs in carnalibus, falsi docuit cauere seductionem, quia a principio, vt homines possent libere frui concupiscentijs, cogitauerunt inuenire rationes, q fornicationes, & huiusmodi uenerea non essent peccata. Et ideo

LECTIO IIII.

ERatis enim aliquādo tenebræ, nunc autē lux in Domino, Vt filij lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

G dicit, [Inanibus uerbis,] quia sine ratione sunt talia uerba, quæ dicunt, q hmōi non sint peccata, nec excludāt a regno Dei, & Christi. Col. 2. Videte ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem fallaciā. Et q tales sint seductores, & talia uerba seductoria, ostendit, quia nisi peccata carnalia essent peccata, non punirentur a Deo: quia cum Deus sit iustus, non infligit penam sine culpa: nunc aūt talia puniuntur a Deo: ergo peccata sunt. Minorem probat, cum dicit, [Propter hæc. n. venit ira Dei,] s. pp peccata carnalia, [In filios diffidentiæ,] vt patuit in diluuio. Gen. 6. Item in Sodomitis. Gen. 19. Item, tribus Beniamin fere tota cōsumpta fuit pp hæc. Iudic. 20. Dicit aūt filios diffidentiæ, quia sic peccantes

H diffidunt de uita æterna: quia si sic faciens speraret uitam æternam, magis esset præsumptio, q̄ spes, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, &c. Vnde supra 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationē immunditiæ omnis, in auaritiā. Sap. 7. Nullum prauum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, &c. [Et sequitur in fine capitis.] Quoniam non sperauerunt mercedē iustitiæ, &c. Dicit ergo, q [In filios diffidentię,] i. qui non confidunt de gaudijs ęternis, venit ira Dei pp peccata, vel diffidentię, idest de quibus non est confidentia, quantum est ex parte meritorum. Et ideo concludit; [Nolite ergo effici participes eorum,] communicando. s. eis in talibus operibus. 2. Cor. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ communicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli?

LECTIO IIII.

I SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, comminando pœnam, & remouendo fallaciā: hic assignat rationē sumptam ex eorū conditione, & duo facit. Proponit. n. primo eorum conditionem. Secundo, ex eis duas conclusiones inducit, ibi, [Vt filij lucis sitis, &c.] Ponit aūt duas conditiones. Primo præteritam. Secundo, conditionem præsentem, ibi, [Nunc aūt lux, &c.] Dicit ergo, [Eratis aliqñ tenebræ,] i. excęcati ignorantia, & errore. Supra 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Psal. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulāt. Item tenebræ per peccatū. Prou. 4. Via impiorū tenebrosa, nesciūt vbi corruant. Sed notandum est, q indeterminate non dicit tenebrosi, sed tenebræ: quia sicut quilibet vr esse id quod principaliter est in eo, sicut tota ciuitas vr esse rex, & quod rex facit, ciuitas dr facere, ita qñ peccatum regnat in homine, tunc totus homo dr peccatum, & tenebræ. Sequitur. [Nunc aūt lux, &c.] Vbi ponit conditionem præsentem, quasi dicat. Nunc aūt habetis lucem fidei. Phil. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Matt. 5. Vos estis lux

K mundi. Sed contra dr de Ioanne Baptista, Non erat ille lux, quomodo ergo fideles alij, lux dicuntur? Respondeo. Non dicuntur lux per essentiam, sed per participationem. Deinde cum dicit, [Vt filij lucis ambulate, &c.] Concludit duas conclusiones. Dixerat enim, q tenebræ fuerunt, & quod nunc sunt lux. Et ideo primo concludit, vt se conforment ei, quod nunc sunt. Secundo ut uitent ea, quæ prius fuerunt ibi, [Et nolite communicare.] Prima in duas. Primo ponit admonitionem. Secundo eam exponit, ibi, [Fructus enim lucis, &c.] Dicit ergo, quia nunc lux estis, facite opera lucis: ergo ut filij lucis ambulate. Io. 12. Ambulate dum lucem habetis, &c. Hoc aūt expouit, cum dicit; [Fructus. n. &c.] Ambulat aūt quis ut filius lucis, dupliciter. Primo quantum ad substantiam, vel genus operis. Secundo, quantum ad modum, vel

vel intentionem facientis. Primo ergo ponit opera, quæ oportet facere. Secundo, qua debent fieri intentione, ibi, [Probantes, &c.] Dicit ergo, Dixi ut ambuletis vt filij lucis: fructus aūt lucis sunt opera fructifera, & clara. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, &c. [Et hoc in omni bonitate, &c. Vbi aduertendū est, q omnis actus uirtutis ad tria reducitur. Nam oportet, q agēs ordinetur in se, ad proximum, & ad Deum. In se, vt sit bonus in se ipso, & pp hoc dicit, in omni bonitate. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & sciētiam doce me, &c. Item, ad proximū per iustitiā. Ideo dicit, [In iustitia.] Psal. 118. Feci iudicium, & iustitiam, &c. Ad Deum per cognitionem, & confessionem veritatis. Et ideo dicit, [Et ueritate.] Zach. 8. Veritatem enim, & pacem diligite. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iustitia ad opus, veritas ad os. Supra 4. & Zach. 8. Loquimini veritatem vnusquisque cū proximo suo. Deinde cum dicit, [Probantes, &c.] Ostendit, qua intentione debeant operari, quia non ex abrupto, sed probantes, idest ratione discernētes. Opus suū probet unusquisque, vt dr Gala. 6. Et hoc, [Quid sit beneplacitum Deo,] idest, vt intendatis facere, q placet Deo. Ro. 15. Probetis, quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Deinde cum dicit, [Et nolite cōicare, &c.] Hortatur eos, ne redeāt ad statum quem reliquerunt, quia, vt dr Gal. 2. Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, præuaricatorem me constituo 2. Pet. 2. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Diuiditur aūt ista pars in duas. Primo ponit monitionem. Secundo assignat rationem, ibi, [Quæ aūt in occulto &c.] Prima iterum in duas. Primo monet eos ne malefaciāt. Secundo, vt mala reprehendant, ibi, [Magis aūt redarguite, &c. Dicit ergo, [Probantes quid sit beneplacitū Deo. [Et nolite cōicare operibus infructuosis tenebrarum,] idest operibus carnalibus ducentibus ad tenebras perpetuas: quæ quidem sunt infructuosa, quia non habent nisi momentaneam delectationem citissime transeūtem. Rom. 6. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Iudæ 1. Arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, &c. Item, tenebrosa loca quærunt pp turpitudinem, quia cōicant in eis cum brutis. Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens; Non me uidebit oculus, & operiet vultum suum, perfodit in tenebris domos, &c. Istis ergo nolite cōicare, imitando, coadiuuando, consentiendo. Eccle. 13. Quæ cōicatio homini sancto ad canem? Sed certe hoc non sufficit, nisi ēt eos reprehendatis: quia, vt dicit Aug. aliquando Deus punit communicantes insontes, quia aliqui boni non reprehendunt malos. Eccle. 7. Mandauit autem unicuique de proximo suo. Et ideo dicit; [Magis autē redarguite.] 2. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. Sed nunquid semper peccamus, si nō reprehendimus? Respondet Aug. Quòd enim non reprehendis ex timore charitatis, ne scilicet peior efficiatur, & scandalizatus affligat bonos, non peccas. Si autem ex timore cupiditatis, ne scilicet indignetur, & perdas beneficia tua, sic peccas.

LECTIO V.

QVæ autem in occulto fiūt ab ipsis, turpe est, & dicere. Omnia autē, quæ arguuntur a lumine, manifestātur. Omne enim, quod manifestatur, lumē est. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

LECTIO V.

SVpra posuit Apostolus monitiones: Hic assignat rationes earum. Duas aūt monitiones posuit. Prima, vt non cōicarent operibus tenebrarum. Secunda, vt redarguerent peccatores. Secundum hoc ergo duo facit. Primo ponit rationem primæ monitionis. Secundo rationem secundæ, ibi, [Omnia enim, quæ arguuntur, &c.] Dicit ergo, Bene dixi, nolite cōicare: immo debetis, & tales increpare, & redarguere. Quare? [Quia quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere,] hoc aūt est de uitijs carnalibus, in quibus est turpitudo magna: quia minimum est ibi de bonis rationis, cū huiusmodi actus cōes sint nobis, & brutis. Sequitur. [Omnia quæ arguuntur, &c.] Hic ponit Apostolus rationem secundæ monitionis, & facit duo. Primo enim ponit rationem. Secundo assignat confirmationem, ibi, [Propter quod dicit, &c.] Quantum ergo ad primum vult probare, q eos deceat delinquētes arguere, & hoc probat sic. Quicquid ostenditur malum, esse redarguitur: omnis enim redargutio manifestatio quædam est: sed omnis manifestatio fit per lumen: vos aūt estis lux: ergo decet vos arguere, & eos manifestare. Ponit autem huius rationis

A maiorem, ibi, [Omnia autem, quæ arguuntur, &c.] Minorem autem ponit, ibi, [Omne quod, &c.] q. d. Ideo decet eos arguere: quia, vt dr 1. Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vnde Glo. sic exponit. [Omnia] s. peccata. [Quæ arguuntur a lumine,] idest a bonis, & sanctis hominibus, qui sunt filij lucis, [Manifestantur.] s. per confessionem. Prouer. 18. Qui aūt confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Omne autem.] s. malum, [Quod manifestatur, per confessionem. [Lumen est,] idest in lumine vertitur. Deinde cōfirmat hoc per authoritatem, dicens, [Propter quod di

LECTIO VI.

VIdete itaque fratres quomodo caute ambulatis: non quasi insipientes, sed ut sapientes. redimentes tempus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligentes, quæ sit uoluntas Dei.

B cit. Surge, &c.] Glo. sic exponit. Propter hoc, quod sit lumen dicit. s. Spiritus sanctus, O tu qui dormis surge, &c. Sed hęc non est consuetudo Pauli. Et ideo dicendum est, q Apostolus introduxit figuram positam. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem, &c. Dicens: Propter quod dicit. s. scriptura, Surge a negligētia boni operis, tu. s. [Qui dormis.] Prou. 6. Vsquequo piger dormies? Psal. 40. Nunquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat? [Et exurge a mortuis,] idest ab operibus mortuis, seu mortificantibus. Heb. 9. Emundabit conscietiam nostram ab operibus mortuis, &c. Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgēt. Exurge ergo, [Et illuminabit te Christus.] Psal. 26. Dñs illuminatio mea, &c. Idē 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiā in morte. Sed nunquid possumus per nos resurgere a peccato, quia dicit; Surge, & illuminabit te Christus? Respondeo. Dicendum est, quod ad iustificationem impij duo requiruntur. s. liberum arbitrium

C cooperans ad resurgendum, & ipsa gratia. Et certe hoc ipsum habet liberum arbitrium a gratia præueniente, & postea meritorie operari a gratia subsequente. Vnde dicitur Tren. vlt. Conuerte nos Deus, & conuertemur.

LECTIO VI.

SVpra prohibuit fallaciarum carnalium uetustatē, hic hortatur ad contrariam nouitatē. Et primo hortatur ad nouitatem contrariā fallaciæ. Secundo ad nouitatem contrariā luxuriæ, ibi, [Et nolite inebriari, &c.] Prima in tres. Primo, inducit ad cautelam contrariā fallaciæ. Secundo, ostendit nouitatem cautelę, ibi, [Redimentes tempus, &c.] Tertio, docet modū cautelæ, ibi, [Propterea nolite fieri, &c.] Dicit ergo, [Itaque,] s. ex præmissis, [Videte qm̄o caute ambuletis.] Cautio est quædam conditio prudentiæ, per quam aliquis vitat impedimenta agendorū; & hanc cau-

D telam debent oēs habere. Prou. 4. Oculi tui uideant recta, & palpebræ tuę præcedant gressus tuos. Hoc aūt pertinet ad sapiētes, & ideo dicit, [Non quasi insipientes,] qui. s. nesciunt uitare impedimenta. Psal. 75. Turbati sunt oēs insipientes corde. [Sed ut Sapientes. Eccl. 2. Sapiētis oculi, in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Quidam dicunt, Si non caste, tñ caute. Sed sic non accipit Apostolus, sed dicit caute, ac si diceret, cauete ab hominibus contrarijs castitati. Necessitatem aūt huius cautelæ ostendit, cū dicit, [Redimentes tempus, &c.] Quod pōt exponi dupliciter. Redimit enim aliquis quandoque rem suam, dando enxenia, vel aliquid pro ea, sicut dr aliquis redimere vexationem suā, dando enxenia, vel pecuniā, vel qñ dimittit de iure suo. Dicit ergo, Totum tempus, hoc est tempus calumniæ, & ideo sitis redimentes tempus, [Quoniam dies mali sunt.] Ex quo peccauit Adam, ex tunc semper paratæ sunt insidiæ impellentes ad peccatum. Non sic aūt in statu innocentiæ, in quo non oportebat hominē ab aliquo licito abstinere, quia in eius uoluntate nō erat impellens ali

E quid ad peccatum. Modo autem oportet nos tempus redimere, [Quoniam dies mali sunt,] idest debemus maliciam dierum uitare, diem malum præcauere, vt dicit Eccle. 7. & etiam a quibusdam licitis abstinere. 1. Cor. 10. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificāt. In hunc autem modum dicitur aliquis uexationem suam redimere, quia dimittit aliquid de iure suo perire. Vel aliter, Redimentes tempus, &c. Contingit quādoque, quod aliquis per magnū tempus uitæ uiuit in peccato, & hoc est tempus perditum. Sed quomodo redimet, cum homo non sufficiat ad debita persoluenda? Respondeo. Dicendum est, quòd tanto magis debet uacare operibus bonis, quanto prius institerit malis. primo Petr. 4. Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem Gentium consumendam his, qui ambulauerunt in luxurijs,

vinolentijs, desiderijs &c. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit; [Propterea, nolite fieri &c.] Docet modū cautelæ, dicēs propterea, s. vt possitis tempus redimere, nolite fieri imprudentes. Nota, q differentia est inter sapientiam & prudentiā. Prudentia enim est quędam sapientia, sed non uniuersalis sapientia. Prouer. 10. Sapientia aūt est viro prudentia. Sapiens enim simpliciter dicitur, qui habet de omnibus ordinare: sapiēs aūt sm quid dr̄, qui habet ordinare de his, de quibus est sapiens. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamētum posui, quia sapientis est ordinare, vt dr̄ 1. Metaph. Omnis autē ordinator respicit finem: ille ergo simplicier est sapiens, qui cognoscit finē, vel qui agit pp finem uniuersalem, s. Deū. Deu. 4. Hæc est enim sapientia uestra &c. Sapientia enim est diuinarum rerum cognitio, vt dicit Augu. 4. de Trini. Prudentia vero, est particularis rei prouidētia, qn̄ scilicet, quis ordinat facta sua. Et ideo sapientia est uiro prudentia. Propter hoc ergo dicit, [Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes &c.] Sicut ratio speculatiua ordinat de agendis, & iudicat: oportet aūt conclusiones habere & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primum principium, per quod debemus iudicare omnia & regulare, est uoluntas Dei. & ideo intellectus in moralibus & diuinis, debet habere pro principio uoluntatem Dei, quia, si hāc habeat pro principio, fit prudens intellectus. Deut. 32. Vtinam saperent, & intelligerent &c. Hoc autem docuit Dominus. Mat 6. Fiat uoluntas tua.

LECTIO VII.

Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cātātes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi.

LECTIO VII.

Supra induxit ad nouitatem contra vetustatem fallaciæ: hic hoc idem facit contra vetustatem vitiorum carnaliū. Vel dicamus, q prius reprehenderit peccata carnalia, quantum ad luxuriam, hic aūt, quantum ad gulam. Duo aūt facit. Primo enim prohibet uetustatem. Secundo, inducit statum ad nouitatem, ibi; [Sed impleamini &c.] Dicit ergo: Dixi q fornicatio & omnis immunditia non nominetur in uobis: sed ad hoc cauendum debetis a vino superfluo abstinere, quia cibus & potus superfluus, est causa luxuriæ, & præcipue uinum, quod calefacit, & mouet. Prou. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Hester. 1. Cum esset rex hilarior, & post nimiam potationē incaluisset mero &c. Oseæ 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. I Vnde Hiero. Quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, Loth; [Nolite ergo &c. Sed impleamini spiritu sancto.] Inter omnia, quæ multos spiritus generant, est uinum, vnde generat animositatē, & facit homines, per talenta loqui, vt dr̄ 2. Esdræ 3. Et ideo conuenienter docet eos contra hoc, repleri spiritu sancto, qui generat feruorem deuotionis. Rom. 12. Spiritu feruentes. Item, ēt generat gaudium & lętitiam spiritualem. Rom. 14. Iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Item, facit audacter loqui. Act. 2. Repleti sunt oēs spiritu sancto, & cęperūt loqui &c. Et ideo, qui eos loquentes audiebant, credebant eos ebrios. Sed nunquid habemus spiritum sanctum in nostra potestate? Respondeo, & dico, q habere spiritum sanctum est dupliciter, vel receptiue, & sic non est in nostra potestate eum recipere, sed ex dono Dei eū recipimus. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Vel dispositiuè, & sic adhuc non sumus sufficientes eū recipere, idest nos disponere sine gratia. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vel aliquis dr̄ recipere spiritum sanctum, non tñ plenus esse spiritu sancto, qn̄ scilicet, habet gratiam spiritus sancti, quātum ad aliquam, & non quantum ad omnem hominis operationem. Tunc autem dr̄ plenus spiritu sancto, qn̄ eo utitur generaliter. Modus aūt repletionis est in dilectione Dei & proximi. Et ideo, cum dicit, Loquentes &c. Primo, tāgit modum repletionis ex parte Dei. Secundo, ex parte proximi, ibi; [Subiecti inuicem &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponitur spiritualis meditatio. Secundo, spiritualis exultatio, ibi; [Cantantes &c.] Tertio, gratiarum actio, ibi; [Gratias agentes &c.] Prima in duas, quia primo ponit modum meditationis: secundo, materiam eius, ibi;

F [In psalmis &c.] Dicit ergo: [Loquentes vobis, &c.] Est aūt duplex locutio. Vna exterior, hominis ad homines: alia interior, hominis ad seipsum. Talis aūt debet esse compunctiua. Iob 10. Loquar in amaritudine animæ meæ. Item, debet fieri in secreto. Mat. 6. Tu aūt cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuū, Et Sap. 8. Intrās in domum meam, conquiescam cum illa. Materiā vero meditationis tangit, cum dicit; [In psalmis, &c.] Psallere est uti psalterio. Et sic in psalmis, idest bonis operationib. Psal. 80. Sumite psalmū, & date tympanū, psalterium iucundū, &c. [Et hymnis,] i. laudibus diuinis. Psal. 140. Hymnus omnibus sanctis eius, &c. Et canticis spiritualibus. s. de spe æternorum, Ro. 12. Spe gaudentes. Psal. 91. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Psal. 97. Cantate dño canticum nouū, &c. Meditemur ergo de recta operatione, quid faciendum: de diuina laudatione, quid imitandum: de cęlesti iucundatione, quid & quō sperandum. Sic ergo effectus Spiritus sancti primo est sacra meditatio, secūdo, spiritualis exultatio: quia ex frequēti meditatione ignis charitatis in corde accenditur. Psal. 38. Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis, &c. Et hinc generatur lætitia spiritualis in corde. Et ideo dicit; [Cantantes, & psallentes,] i. vt affectus nostri afficiantur gaudio spirituali ad H da bona. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mente. Colo. 3. In omni sapientia docentes, & cōmouentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes, & psallentes in cordibus vestris dño. Ex hoc error hæreticorum funditur dicentiū, q vanum est cantare dño cantica vocalia, sed spiritualia tm̄. Nam in laudibus ecclesiæ est aliquid per se considerandum, & hoc est, quod Apostolus dicit; [In cordibus,] quid vero pp duo. s. pp nos, vt mens nostra incitetur ad deuotionem interiorem: sed si ex hoc aliquis cōmoueatur ad dissolutionem, vel in gloriam inanē, hoc est contra intentionem ecclesiæ. Item pp alios, quia per hoc rudes efficiuntur deuotiores. 4. Reg. 3. Dumque caneret psaltes, facta est super eum manus dñi. Tertius effectus est gratiarum actio, quia ex hoc, q aliquis affectus est ad Deum, recognoscit se omnia habere a Deo. Quanto enim aliquis magis afficitur ad Deum, & ipsum cognoscit, tanto videt eum maiorem, & se minorem: immo prope nihil, in comparatione ad Deum. Iob 42. Oculus meus uidet te, idcirco me reprehendo, &c. Et ideo dicit, [Gratias agentes semper pro omnibus,] s. donis, vel prosperis, vel aduersis. Ps. 39. Benedicam dño in omni tempore, &c. Quia hæc ēt sunt nobis dona in via. Iac. 1. Omne gaudium existimate, &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Thess. 2. In omnibus gratias agite. Sed hoc. [In nomine Dñi nostri Iesu Christi,] quia omnia bona proueniunt per Christum. Ro. 5. Pacem habemus ad Deum per Dñm nostrū Iesum Christum, per quem accessum, &c. Sed addit [Deo,] inquantum Deus noster est per creationē: [Et patri,] inquantum misit nobis Christum, per quem regenerauit nos. Et sic gratias Deo, quantum ad bona naturæ: patri, quantū ad bona gratiæ. Sed quantū ad proximum, ponit modum repletionis, dicens: [Subiecti inuicem in timore Christi,] idest non pp timorem humanum, sed Christi.

LECTIO VIII.

Mvlieres viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniā vir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ, Ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est G Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta, & immaculata. Ita, & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua.

LECTIO VIII.

K Svpra Apostolus posuit præcepta generalia ad omnes, hic ponit ea, quæ pertinent ad speciales quasdam personas, & status. Et quia sm Philosophum in politicis, Domus habet tres connexiones, sine quibus non est perfecta. s. viri, & mulieris, patris & filij, domini & serui. Ideo hæc tria prosequens instruit. Primo, mulierem & uirum. Secundo, patrem & filium, cap. 6. ibi, [Filij obedite, &c.] Tertio, seruos & dominos, ibi: [Serui obedite, &c.] Prima in duas. Primo enim monet mulieres de subiectione. Secundo, viros de dilectione, ibi, [Viri diligite &c.] Prima in duas. Primo ponit ammonitionem. Secundo, eius rationem, ibi: [Quoniam uir caput est, &c.] Dicit ergo: [Mulieres uiris suis subditæ sint, quia certe mulier, si primatum habeat, contraria est uiro suo, vt dicitur Eccle. 25. Et ideo specialiter monet eas de subiectione. Et hoc; [Sicut dño,] quia pro- A portio viri ad vxorem, quodāmodo est sicut serui ad Dñm quātum debet regi mandato Dñi: sed differentia est in hoc, q Dñs vtitur seruis suis quo ad id, quod est sibi vtile: sed vir vtitur vxore, & liberis ad vtilitatem cōem. Et ideo dicit: [Sicut Dño.] Non q vere sit Dñs; sed sicut Dñs. 1. Pet. 3. Mulieres subditę sint viris suis, &c. Deinde subdit rationem suam. Circa quod tria facit. Primo, eam proponit. Secūdo, exemplū inducit, ibi. [Sicut Christus, &c.] Tertio, ex exemplo intentum concludit, ibi; Sed sicut, &c.] Ratio aūt hæc est, qm̄ vir est caput mulieris, in capite aūt viget sensus visus. Eccle. 2. Sapiētis oculi in capite eius: & adeo vir debet gubernare mulierem, vt caput eius. 1. Cor. 11. Caput quidem mulieris vir. Deinde ponit exemplum, cum dicit; [Sicut Christus caput est Ecclesiæ.] Supra 1. Ipsum dedit caput supra oēm Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Et hoc non ad vtilitatē suam, sed Ecclesiæ, quia [Ipse est saluator corporis eius.] Act. 4. Nō est enim aliud nomen sub cęlo datum hominib. in quo oporteat nos saluos fieri. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus, & cæt. Ex hoc aūt concludit intentionem cum dicit; [Sed sicut, &c.] q.d. Non est conueniens, quod membrum repugnet ipsi capiti in aliquo: nunc autem sicut Christus caput est ecclesiæ suo modo, ita vir est caput mulieris, non debet ergo mulier inobediens esse viro; [Sed sicut ecclesia subiecta est Christo.] Psal. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea, &c. [Ita & mulieres viris suis.] Gen. 3. C Sub viri potestate eris, & hoc: [In omnibus,] s. quæ non sunt cōtra Deum, quia dr̄ Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Deinde cū dicit: [Viri diligite vxores vestras, &c.] Monet viros ad dilectionem vxorum. Et primo, facit hoc. Secundo, assignat rationem huius, ibi, [Sicut Christus, &cęt.] Dicit ergo: [Viri diligite vxores vestras,] quia certe ex amore, quem habet vir ad uxorem, magis caste uiuit, & pacificè vterque se habet. Si aūt vir aliam magis diligit, quàm suam, se, & suam discrimini exponit. Colo. 3. Viri diligite vxores vestras, nolite amari esse ad illas. Tangit aūt rationem huius triplicem. Primam sumit ex exēplo Christi, cum dicit; [Sicut & Christus, &c.] Secundam, ex parte viri, ibi: [Qui suam vxorem diligit, &cæt.] Tertiam, ex parte mandati diuini, ibi; [Propter hoc relinquet, &c.] Circa primum tria facit. Primo, proponit exemplum dilectionis Christi. Secundo, signum, ibi; [Et tradidit, &c.] Tertio, concludit intentū: [Ita, & uiri &c.] Dicit ergo; [Sicut & Christus dilexit Ecclesiam.] Su- D pra eodem, Estote imitatores Dei sicut filij carissimi, &c. Signum aūt dilectionis Christi ad ecclesiam, ostenditur: [Quia tradidit semetipsum pro ea.] Gala. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, &c.] Esa. 53. Tradidit in mortem animā suam, &c. Sed ad quid? [Vt illam sanctificaret.] Heb. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suū sanguinem populū, &c. Io. 17. Sanctifica eos in veritate. Iste est effectus mortis Christi. Effectus autem sanctificationis, est mūdatio eius à maculis peccatorum, ideo subdit dicens, [Mūdans eam lauacro aquæ. [Quod quidem lauacrum habet virtutē a passione Christi. Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Ezech. 39. Effundam super vos aquam mundum, &c. Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid, &c. Et hoc: [In verbo uitæ,] quod aduemens aquæ, dat ei virtutem abluendi. Matt. vlt. Euntes ergo, docete oēs gentes, bapti- E zantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Finis aūt sanctificationis est puritas ecclesiæ. Ideo dicit: [Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam] q.d. Apostolus: indecens est, q immaculatus sponsus, sponsam duceret maculatam. Et ideo sibi exhibet eā immaculatam: hic per gratiam, sed in futuro per gloriam. Vnde dicit, Gloriosam. s. per claritatem animæ, & corporis. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, &c. Et ideo addit; [Non habentem maculam.] Psal. 100. Ambulans in uia immaculata, &c. Psal. 118. Beati immaculati in uia, &c. [Neq; rugam,] i. sine defectu passibilitatis, quia, ut dr̄ Apoc. 7. Non esurient, neq; sitient amplius; [Aut aliqnid huiusmodi: sed ut sit sancta.] Per confirmationem gratiæ; [Et immaculata.] Ab omni immunditia. Et hæc omnia intelligi possunt de exhibitione, quæ erit in futuro per gloriam. Si autem de exhibitione per fidem; tunc diceretur, Vt exhiberet sibi. s. per fidem, ecclesiam gloriosam, quia gloria magna est sequi dominum, vt dr̄ Eccle. 23. [Non habentem ma-

A culam,] s. criminis mortalis. Maculata es in iniquitate tua. Hier. 2. [Neque rugam,] i. duplicitatem intentionis, quam non habēt, qui recte coniuncti sunt Christo, & ecclesiæ. Iob 26. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, &c. Sed magis sanctam per intētionem, & immaculatam per omnimodā puritatem. Ex hoc tertio, concludit intentū dicens; [Ita, & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua.

LECTIO IX.

Qvi suam uxorem diligit; seipsum diligit. Nemo. n. vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam, quia mēbra sumus corporis eius, de B carne eius, et de ossibus eius.

LEGTIO IX.

Svpra induxit viros ad dilectionē uxorum ex parte Christi, uel exemplo dilectionis, quam habet Christus ad ecclesiam: hic ostendit idem ex parte ipsiusmet uiri. Et facit duo. Primo, ponit rationem. Secundo, confirmat eam per exemplum, ibi; [Sicut, & Christus, &c.] Ratio est talis. Vir & mulier sunt quodammodo unum, vnde sicut caro subditur animæ, ita mulier viro, sed nullus unquam habuit carnem suam odio: ergo, nec uxorem. Dicit ergo: [Qui suam uxorem diligit: seipsum diligit.] Matt. 19. Itaque non sunt duo, sed una caro. Et ideo, sicut peccaret contra naturā, qui seipsum odio haberet, ita qui uxorem. Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominib. Concordia fratrum, amòr proximorum, & uir & mulier bene sibi cōsentientes. Quòd autem sic debeant se diligere, probat dicens. Quia; [Nemo enim carnem suam unquam odio habuit,] quod patet per effectum, quia probatio dilectionis, exhibitio est ope- C ris. Nam id, quod pro uiribus conseruamus, diligimus. [Sed quilibet:] Nutrit, & fouet carnem suam] propter conseruationem 1. Timo. vlt. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, & cæt. Sed contra. Luc. 14. Qui non odit uxorem, &c. non potest meus esse discipulus. Respondeo, Dicendum est, q (ut Apostolus dicit) sic homo uxorem debet diligere, sicut se: se autem debet homo diligere infra Deum, sic ergo uxorem debet diligere. s. infra Deum. Dicit autem, Qui non odit uxorem; non quia præcipiat eam odire, quod esset peccatum mortale præcipere, sed præcipit eam, ita ut se diligere, nūc autem minor dilectio est, quasi quoddam odium respectum eius, quod summe, & plus diligitur. s. respectu Dei, ita nemo carnem suam odit, &c. Sed contra. Qui diligit aliquem, non uult, nec appetit ab eo separari: sed sancti uolunt a carne separari. Rom. 7. Infęlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Philip. 1. Desiderium habens dissolui, &c. Præterea, nullus affligit quod diligit; sed sancti affligunt D carnem suam in hoc mundo. 1. Cor. 9. Castigo corpus meū, &c. Præterea, quidam occidunt se, sicut auditum est frequenter. Itē, de Iuda. Respondeo. Caro potest considerari in se; & sic non habetur odio, sed naturaliter quilibet appetit eam esse, & fouet eā, ut sit. Vel potest considerari caro, inquantum est alicuius impeditiua, quod uolumus, & sic odio quodammodo habetur per accidens. Nam omne quod uolumus, aut est bonum, aut malum; si bonum, uel est, ut finis ultimus. s. uita æterna, a qua impedimur per carnem 2. Corin. 5. Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Et quia naturaliter appetimus finem nostrū, & bene esse, nec hoc possumus quandiu in hac carne sumus, ideo uellemus eam abijcere, non sicut malum odio habitum, sed sicut bonum minus dilectum impediens maius bonum. Et sic exponendæ sunt authoritates supra inductæ. Infœlix, &c. Item, desiderium habens, &c. uel consimiles. Vel illud quod uolumus E est bonum, non ut finis, sed disponens ad finem; sicut sunt habitus uirtutum; hoc autem bonum impeditur per carnis lasciuiam. Et ideo sancti affligunt, & macerant carnem suam, ut subdatur spiritui ad repressionem concupiscentiarum: quia caro concupiscit impediens acquisitionem uirtutum, nos disponētium ad bonum ultimum. Et ideo, qui sic affligit carnem suam, ut subdatur spiritui, non odit eam, sed procurat bonum eius, quia bonum eius est, quod subijciatur spiritui, sicut bonum hominis est, quòd subijciatur Deo. Psalm. 72. Mihi autem adhærere Deo, bonum est. Et sic intelligitur. Castigo corpus meum, &cæt. & consimiles. Vnde, hoc non oportebat fieri in statu innocentiæ, quandiu homo subditus fuit Deo, & caro totaliter subdita fuit spiritui, in qua quidem mutua subiectione, consistebat donum originalis iustitiæ. Sed aliquando illud quod uolumus, est malum, & ideo, sicut boni carnem affligunt, uel deponere uolunt, inquantum impeditiua est boni, quod appetunt, ita mali, inquantum caro est impeditiua mali, quod appetunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

uam occidunt, & se suspendunt sicut Iudas. Deinde ostendit, F quòd virum oportet vxorem diligere, & hoc per exemplum. Vnde dicit, [Sicut ecclesiam,] s. dilexit, sicut aliquid sui: [Quia membra sumus corporis,] supra 4. Sumus enim inuicem membra. Dicit autem: [De carne eius,] propter eandem participationem naturæ. Luc. vlti. Spiritus autem carnem, & ossa non habet &cęt. Vel dicit de carne, mystice, quantum ad debiles qui, sunt carnei; [Et de ossibus eius, quantum ad fortes, qui sunt ossei.

LECTIO X.

PRopter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia, Veruntamen & vos singuli, vnusquisque G vxorem suam sicut seipsum diligat, uxor autem timeat virum suum.

LECTIO X.

SVPRA exhortatus est Apostolus Ephesios ad amorem vxorum dupliciter, scilicet exemplo dilectionis Christi ad ecclesiã, item, ex amore hominis ad seipsum: hic tertio hortatur eos per authoritatem scripturæ. Et circa hoc tria facit. Primo, authoritatem inducit. Secundo, eam mystice exponit, ibi; [Sacramentum hoc, &c.] Tertio, adaptat eam secũdum literalem sensum ad propositum suum, ibi: [Veruntamen & vos, &c.] Authoritas hæc Gene. 2. dicta est ab Adam vidente vxorem, scilicet de costa sua formatam. Sed contra, dicitur Matthæi 19. quòd Deus hoc dixit. Respondeo, Adam, ut a Deo inspiratus hoc dixit, Deus autem, ut Adam inspirans, & docens. H Nos autem hoc idem dicimus, & multa alia, quæ dixit Dominus, spiritu Dei docente: unde dicitur Matthæi. 10. Non enim vos estis, qui loquimini &cæt. Notandum hic est, quòd in prædicta authoritate, triplex coniunctio uiri ad mulierem designatur. Prima, per affectum dilectionis, quia est tantus affectus vtriusque, ut patres relinquant. 2. Esdræ, 9. Diligit homo vxorem suam magis, quàm patrem, & multi dementes facti sunt propter vxores suas &cæt. Ibi multa. Hoc autem naturale est, quia appetitus naturalis est concors debitæ actioni. Constat autem, quòd omnibus gentibus superioribus inest appetitus, vt propinquẽt, & communicent inferioribus, & ideo amor naturalis inest eis versus inferiora. Et quia homo respectu patris, & matris est inferior, non superior, ideo ad uxorem, cuius est superior, & ad filios, naturaliter plus afficitur, quàm ad parentes, & etiam quia uxor sibi coniungitur ad actum generationis. I Secunda coniunctio est, per conuersationem. Vnde dicit; [Et adhærebit uxori suæ, &cæt.] Ecclesiast. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, &c. Tertia est, per carnalem coniunctionem, ibi, [Et erunt duo in carne una,] idest in carnali opere. In qualibet enim generatione est uirtus actiua, & passiua, sed in plantis vtraque est in eodem, in perfectis autem animalibus distinguuntur. Et ideo in actu generationis, ita se habent masculus, & fœmina in animalibus, sicut in plantis solo eodem vno corpore fit. Consequenter expónit eam mystice, & dicit; [Sacramentum hoc magnum est,] idest sacræ rei signum, scilicet coniunctionis Christi, & ecclesiæ. Sapien. 6. Non abscondam a uobis sacramentum Dei. Notandum est hic, quòd quatuor sacramenta dicuntur magna, scilicet Baptismus ratione effectus, quia K delet culpam, & aperit ianuam paradisi. Confirmatio, ratione ministri, quia solum a pontificibus, & non ab alijs confertur. Eucharistia, ratione continentiæ, quia totum Christũ cõtinet. Item, matrimonium ratione significationis, quia significat coniũctionem Christi & ecclesiæ. Et ideo, si mystice exponatur, debet sic exponi litera præcedens: [Propter hoc relinquet homo,] s. Christus patrem, & matrem. Reliquit, inquam patrem, inquantũ est missus in mundum, & incarnatus. Ioann. 16. Exiui a patre, & veni in mundum &cæt. Et matrem. s. synagogam. Hier. 12. Reliqui domum meam, & dimisi hæreditatem meam, &c. Et adhærebit uxori suæ, ecclesiæ. Matt. vlt. Ecce uobiscum sum in omnibus diebus &c. Consequenter, argumentatur ẽm sensum literalem, exponendo prædictum exemplum. Quædam enim sunt in sacra scriptura ueteris testamenti, quæ tñ dicuntur de Christo, sicut illud Ps. 21. Foderunt manus meas, &c. Et illud Esa. 7. Ecce virgo concipiet &c. Quædam vero de Christo, & alijs exponi possunt, sed de Christo principaliter; de alijs uero in figura Christi, sicut prædictum exemplum. Et ideo primo exponendum est de Chri-sto, & postea de alijs. Et ideo dicit. [Veruntamen, & uos singuli vnusquisq; vxorem suam diligat,] q.d. De Christo dr principaliter & si non singulariter, quia exponendum, & implendũ est in alijs, in figura Christi. Dicit autem. [Sicut semetipsum,] quia sicut unusquisque se diligit in ordine ad Deum, ita debet uxorem diligere, non in quantum trahit ad peccatum. Luc. 14. Si quis uenit ad me, & nõ odit patrem, & matrem, & uxorem suam, &c. Sequitur, non põt meus esse discipulus. Sed [...] de uxore. [Vxor aũt ut uirũ suum timeat,] timore, & reuerentiæ, & subiectionis, quia debet ei esse subiecta.

CAP. VI. LEC. I.

FIlij obedite parentibus vestris in Domino, Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, et correctione Domini.

LECT. PRIMA.

SVpra monuit [...]rum, & uxorem, quæ est una connexio familiæ; hic monet [...]trem, & filios, quæ [est] secunda connexio domus. Et primo, facit monitionem, quo[modo] se debeant habere ad parentes. Secundo, quomodo econuerso [pa]tres ad filios, ibi. [Nolite, &c.] Prima in duas. Primo, p[onit] monitionem. Secundo, ostendit rationem, ibi. [Hoc enim iu]stum, &c.] Dicit ergo. [Filij obedite, &c.] Notandum est [...] patres debent naturaliter instruere filios moribus, filij autem [in]struentibus parentibus, naturaliter debent eis obedire, sicut [infir]mi obediunt medicis. Vnde proprium filiorũ est obedien[tia] [...] Ios. 3. Filij obedite. s. patribus per omnia, hoc est enim be[neplaci]tum Domino &c. Dicit aũt. [In Dño] quia non est ob[ediendum] parentibus nec alicui in his, quæ sunt contra Deum. Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Et per hoc [...] authoritas modo allegata. Luc. 14. Si quis uenit ad me, & [non] odit patrem, &c. Quia hoc intelligitur inquantum sunt [contra] Deum. Rationem autem assignat ex duobus. s. ex iustitia, & [uti]litate; quod autem sit iustum, patet ac probatur, quia lex [...] nihil mandat, nisi iustum. Psal. 18. Iustitiæ Domini, &c. Sed [...] mandat lex diuina. Exo. 20. & Deut. 5. Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c. Eccle. 3. Qui timet Deum honorat parentes. Honor autem importat exhibitionem reuerentiæ his, qui [supra] nos sunt: sed quia parentes habemus supra nos, utitur [...] honoris. Dicit ergo, Hoc enim iustum est, Honora patrem [...] & matrem, &c.] Eccles. 3. Qui honorat patrem suum [...] I longiore, & qui obedit patri refrigerabit matrem. Et hoc [...]gitur tripliciter, q filij debent parentes honorare, quia [...] eis reuerentiam, sicut maioribus, obedientiam, sicut instru[ctoribus], sustentamenta, sicut nutrientibus cum fortes erunt. Deinde [assi]gnat dignitatem huius præcepti, dicens. [Quod est mandatum primum.] Contra, immo mandatum primum est, q est [...] dus unus Deus. Respondeo, Mandata continentur in duabus [ta]bulis. Prima, continet ea, quę ordinantur ad Deum. [Secunda] quæ ad proximum, & in hac secunda primum mandatum est [de] honore parentum. Et hoc duplici de causa. Primo. quia in [se]cunda tabula nullum est præceptum affirmatiuũ nisi istud, quia naturale est nobis, ut parentibus seruiamus, non autem [...] proximis, ideo nullũ est aliud affirmatiuum. Sed natura[...] K ut non inferat homo proximis nocumẽtum, & ideo prohibe[tur] quia ergo primum, plus, & prius habet de debito, ideo [...] Secundo, quia Deus honorandus est sicut principiũ nostri esse, [...] quia parentes sunt et principium nostri esse, & quia ut dr 6. E[thic.] Tria habemus a parentibus. s. esse, uiuere, & disciplinã, ideo [con]ueniens est, ut post mandata ordinata ad Deum, primũ esset [or]dinatum ad parentes. Vel primum quo ad promissionem, quia isti soli additur promissio. Et huius est duplex ratio, Vna [...] quia homines in aliis, quæ agunt quærunt utilitatem propriam, & quia a parentibus, iam senibus nullam expectant utilitatem nisi a Deo prouenientem. Secunda ratio est: ne aliquis crederet honoratio parentum non sit meritoria, quia naturalis est [...] dit, vt sis longæuus super terrã. In ueteri aũt testamento promittebantur promissiones temporales, quia populus ille paruulus erat, & ideo gratiose instruendus sub pedagogo sicut paruulus erat. Tamen in illis paruis munusculis populum illũ [...] centibus, figurabantur magna bona. s. spiritualia. Et ideo [...] hoc refert ẽm sensum literalem, ad bona temporalia. Et [...]

cit [In promissione, vt bene sit tibi,] i. vt bonis promissis abũdes. Nam, qui gratus est in minorib. beneficijs, meretur maiora recipere, maxima aũt beneficia habemus a parentib. s. esse, nutrimẽtum, & disciplinã. Qñ ergo quis gratus est his, sit dignus, vt maiora recipiat. Et ideo dicit: [Vt bene sit tibi,] quia, vt dr 1. Timo. 4. Pietas ad oĩa vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nũc est, & futuræ. Et ideo addit, [Vt sis longæuus super terrã,] quasi super gradus, & beneficium vitæ, quã habes a parentib. Prou. 3. Lõgitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Sed cõtra. Multi deuoti parentib. cito moriũtur. Et ideo sciendum, q hęc temporalia, non sunt bona absolute, nisi inquãtũ ordinata ad spiritualia, & ideo intãt homini bona, inquantũ per ea iuuatur ad spiritualia. Vnde fortuna non est dicẽda bona, si est impediens a virtute. Et ideo longitudo vitæ in tñ est bona, inquantũ ad seruitia Dei est ordinata. Et ideo qñque subtrahitur, ne impediat. Sap. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Vel põt referri ad sensum spiritualem; ut sis longæuus in terra uiuentiũ. Ps. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã; pro- C pter nomen tuum Dñe viuificabis me. Consequenter instructis filijs, instruuntur parentes. Circa quod duo facit. Primo, ponit [mo]nitum prohibitiuũ. Secundo, aliud inductiuum, ibi; [Sed educate eos, &c.] Dicit ergo: [Et uos patres nolite prouocare filios vestros ad iracundiam,] non q in omnib. assentiatis voluntati eorum. Vbi notandum est, q alius est principatus patris ad filiũ, & dñi ad seruum, quia dñs vtitur seruo suo ad vtilitatem propriã, sed pater vtitur filio ad vtilitatẽ filij. Et ideo est necesse, q patres instruãt filios propter vtilitatem suã, non tñ nimis arcendo, aut [d]ijciendo. Et ideo dr Col. 3. Patres nolite ad indignationẽ prouocare filios vestros: vt. s. non pusillo animo fiant, quia talis prouocatio non amittat ad bonũ. Qño ergo, subdit, [Sed educate illos in disciplina,] s. verberum; [Et correctione,] s. verborum. i. corripite eos, & educate, vt seruiant domino. Vel in disciplina, eos ad bonum inducendo, & correctione, a malis retrahendo.

LECTIO II.

SEruí obedite dominis carnalib. cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, B cum bona uoluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Et uos Domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cęlis, & personarum acceptio non est apud Deum.

LECTIO II.

INstructis duabus cõnexionib. s. viri & mulieris. patris & filij: hic instruit cõnexionem serui ad dñm. Et circa hoc duo facit. Primo, instruit seruum. Secundo, dñm, ibi; [Et uos dñi, &c.] Iterum prima in tres. Primo. n. monitionem. Secundo, exponit, ibi; [Non ad oculum seruientes, &c.] Tertio, ostendit retributionem, ibi; [Sciẽtes qm̃ vnusquisq; &c. Iterum prima in tres. Quia primo, monet ad obedientiam. Secundo, ad reuerentiam. Tertio, ad cordis simplicitatẽ. Secunda, ibi. [Cum oĩ timore, &c.] Tertia ibi; [In simplicitate, &c.] Monet. n. eos ad obedientiam ex imperio dñi. Vnde dicit: [Serui obedite dñis carnalib.] Monet eos ad reuerentiã, dicens: [Cum timore] interius, Malac. 1. Si ego Dñs, vbi est timor meus? [Et tremore] exterius. Ps. 2. Seruite dño in timore, &c. [Et in simplicitate cordis.] Sap. 1. In simplicitate cordis q̃rite illum. Luc. 12. Fidelis seruus; &c. Iob 1. Nunquid cõsiderasti seruũ meum Iob, &c. & paulo post. Vir simplex, &c. Sic. n. seruiendũ est Christo. Vnde dicit. [Sicut Christo.] Sap. 1. In simplicitate cordis q̃rite illum. 1. Paral. 29. Dñe Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa. Dicit et, Sicut Christo; quia a dño Christo est, q dñs aliquid possit. Ro. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo seruiendum est eis, sicut Christo, in his q̃ non sunt contra fidem, nec cõtra ipsum. Exponit aũt, in simplicitate, & primo remouet, q simplicitati cõtrariatur. Secundo, docet modũ conuenientem, ibi; [Faciẽtes voluntatẽ Dei, &c.] Contrarium aũt simplicitatis est, quòd seruus habeat respectum ad oculum, & non ad complacentiã dñi. Talis. n. seruus, nõ habet simplicitatem, & rectã intentionem. Et ideo hoc prohibet, dicens. [Non ad oculum seruientes,] s. dño, propter lucrum temporale tñ. [Quasi hominib. placentes,] i. complacere uolentes.

A Gal. 1. Si adhuc hominib. placerẽ Christi seruus non essem, [Sed ut serui Christi.] Col. 3. Dño Christo seruite. Et qũo? [Facientes voluntatem Dei,] s. implendo mandata eius opere. Psal. 102. Facientes verbum illius: sicut Christus Io. 6. Descendi de cęlo, non ut facerem uoluntatem meã, sed uolũtatem eius, qui misit me. s. ut obediam hominib. propter Deũ. Et ideo dicit, [Sicut serui Christi,] & sicut seruientes dño non hominib. s. non propter se, sed pp dñm. Quomodo,] Ex animo.] Col. 3. Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut dño, & non hominib. Item, idem subiungit hic dicens. [Sicut dño, & non hominib. Cum bona uoluntate,] i. recta intentione. Col. 4. Stetis perfecti, & pleni in oĩ uolũtate Dei. Deinde subiungit remunerationem, dicẽs, [Scientes,] 1. Ioan. 5. Scripsi uobis, ut sciatis, &c. [Qm̃ unusquisque siue seruus, siue liber,] Sine personarum acceptione. Non. n. est personarum acceptio apud Deum. Gal. 3. Non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fęmina, oẽs enim uos unũ estis in Christo Iesu. Act. 10. In ueritate comperi, qm̃ nõ est personarũ acceptor Deus, sed in C omni gente qui timet Deũ, & operatur iustitiam, &c. Eccl. Quodcunque põt facere manus tua, instanter operare, &c.] Recipiet a dño] pro remuneratione. Colo. 3. Scientes, q a dño accipient retributionem hæreditatis. Deinde cum dicit; [Et uos dñi, &c.] Instruit dños, & facit duo. Primo, ponit monitionem. Secundo, subdit rationem, ibi: [Sciẽtes quia, & illorũ, &c.] Dicit ergo; [Et uos dñi eadem faciatis,] eadem s. identitate proportionis, ut sicut illi ex animo, & bona uoluntate, ita & uos faciatis. Eccle. 33. Si est tibi aliquis seruus fidelis, sit tibi sicut anima tua; [Remittentes minas,] non solũ uerba, uel flagella. Et quare? Rõnem subdit, dicẽs, [Scientes quia, & illorum, & uester Dñs est in cęlis. Nam idem Dominus omnium. Roma. 10. q.d. conserui estis, & ideo debetis uos bene habere ad eos. Mat. 18. Oportuit, & te misereri cõserui tui. [Et personarum acceptio non est apud Deum. Rom. 2. Idem dicitur. Luc. 20. Non accipis personã hominum. Act. 10. idem.

LECTIO III.

DE cætero fratres, confortamini in Dño, & in potẽtia virtutis eius. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̃ nõ est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus principes, & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

D LECTIO III.

SVpra posuit Apostolus multa præcepta generalia, & specialia ad destruendã vetustatem peccati, & inducendã nouitatẽ gratiæ; hic ostẽdit, qua uirtute debent uti ad præcepta hæc implẽda, quia fiducia auxilij diuini. Circa quod duo facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, in speciali explicat eã, ibi, [Qm̃ nõ est nobis colluctatio, &c.] Prima in duas, quia primo ostendit, de quo debemus confidere, sicut de interiori. Secundo, ostendit de quo debemus cõfidere, sicut de exteriori, ibi: [Induite uos, &c.] Illud aũt interius, de quo debemus confidere, est auxiliũ diuinum. Et ideo dicit, [De cętero fratres, cõfortamini.] Hier. 17. Benedictus vir, qui confidit in dño, & erit dominus fiducia eius, &cæt. Duplici autem ratione confidit quis de aliquo. Vna est, quia ad eum pertinet sua defensio. Alia est, quia potens est, & paratus est eũ defendere. Et hæc duo sunt in Deo respectu creaturæ suæ, E quia cura est Deo de uobis, ut dr 1. Pet. ult. Oẽm solicitudinẽ vestrã proijcientes in eum, qm̃ ipsi cura est de uobis. Itẽ, ipse potẽs est, & promptus auxiliari. Et ideo dicit, [De cętero fratres, &c.] q.d. Postquã uos instruxi supra de p̄ceptis implendis, iam cõfortamini, non in uobis, sed in dño, qui curã habet de uobis. Ps. 72. Mihi aũt adhærere Deo bonũ est, &c. Esa. 35. Dicite, pusillanimes cõfortamini, &c. Hier. 20. Dñs mecũ est tãquã bellator fortis, idcirco qui me persequũtur, cadent, &c. [Et in potentia, &c.] Luc. 1. Qui potens est. Et licet in Deo virtus, & potẽtia sint idẽ, tñ quia uirtus est ultimũ de potẽtia, & quasi perfectio potẽtiæ, ideo dicit, [In potẽtia uirtutis eius,] i. in potẽtia uirtuosa, Phil. 4. Oĩa possum in eo, qui me cõfortat. Iob 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cõtra me. Sed posset dicit si Deus põt, & uult, debemus esse securi. Ideo respondens dicit, q nõ, imo debet quilibet facere, q in se est, quia si inermis iret ad bellũ, quantũcũq;

rex

Rex protegeret eum eſſet in periculo. Et ideo dicit: [Induite vos armaturam Dei,] i.dona, & virtutes. Rom.13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, induamur arma lucis, &c. Col.3. Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, &c. Quia per virtutes homo protegitur cõtra vitia.

LECTIO IIII.

Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in oĩbus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparatione euãgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere: et galeam ſalutis aſſumite, et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

Sed cõtra. Dñs eſt rex ita potens. ꝙ nullus poteſt eũ impugnare. Reſpondeo, verũ eſt per violentiã, ſed per inſidias, & fallaciã impugnat eum diabolus in mẽbris ſuis, non in ſe, quia, vt dr̃ Eccleſ.11. Multæ ſunt inſidiæ doloſi, &c. Et ideo ſubdit, [Vt poſſitis ſtare contra inſidias diaboli. 1.Pet.5. Sobrij eſtote, & uigilate, &c. Pſ.9. Inſidiatur in abſcōdito quaſi leo, &c. Conſequenter cũ dicit, [Quia nõ eſt nobis colluctatio, &c.] Explicat in ſpeciali monitionẽ. Et primo de inſidijs inimicorũ. Secundo, de armatura ſumẽda, ibi, [Propterea accipite, &c.] Tertio, de fiducia Chriſti habenda, ibi. [Per omnium orationem, &c.] Deſcribit aũt inſidias, quia qñ aliquis hoſtis imminet, ſi ſit debilis, ſtultus, & huiuſmodi, non eſt multum cauẽdũ, nec timendũ de eo. Sed qñ eſt potens, nequam, & callidus, tũc eſt timendus. Hæc tria ſunt in diabolo. Primo, quia nõ eſt debilis. Et propter hoc dicit, ꝙ [Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinẽ, &c.] Per carnem, & ſanguinẽ intelliguntur uitia carnis. 1.Cor.15. Caro & ſanguis, regnum Dei nõ poſſidebũt, & homines carnales. Gal.1. Continuo nõ acquieui carni, & ſanguini i.hoĩb. carnalib. Dicit ergo, [Nõ eſt nobis colluctatio &c.] Quod vr̃ eſſe falſum qualitercunque accipiatur, quia, vt dr̃ Gal.5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Pſ.118. Multi qui perſequuntur me. Rñdeo dupliciter. Primo ut dicamus, [Non eſt nobis colluctatio aduerſus, &c.] Supple tñ quin ẽt aduerſus diabolũ. Vel

H aliter, quia actio, quæ inſtrumento attribuitur, eſt principaliter agentis, ſicut accipitur illud Ro.9. Non eſt uolentis, neq; currentis, ſed miſerẽtis Dei. q.d. Quod vultis aliquid, vel facitis, a vobis non eſt, ſed aliunde. ſ. a Deo: hic, [Nõ eſt nobis colluctatio, &c.] Exponatur. i. ꝙ nos impugnent. ſ. caro, & ſanguis, hoc non eſt eorũ principaliter, ſed a ſuperiore mouente. ſ. a diabolo. Conſequẽter deſcribitur a potentia, quia [Aduerſus principes, & poteſtates tenebrarũ harum.] Io.14. Venit enim princeps huius mũdi, &c. Dr̃ autem princeps mundi. non creatione, ſed imitatione mũdanorũ. Io.1. Et mundus eũ non cognouit. i. principes mũdani. Vel dr̃ princeps, quaſi primatum capiẽs. Vnde principes quaſi primi duces ad aliquid. pſ.67. Principes cõiuncti pſallentibus. Gen.23. Princeps Dei es apud nos. Ad poteſtatẽ aũt pertinet iuſtitiã exercere. Inquantũ ergo aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur principes; inquantũ vero habent poteſtatẽ puniendi illos, qui eis ſubijciuntur, dicũtur poteſtates Luc.22.

I Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarũ, &c. Sed cũ ex ordinibus omnib. ceciderint aliqui, quare mentionem facit Apoſtolus de illis duobus ordinibus denominans dęmones? Reſpondeo, In nominibus ordinum ſunt tria. In quibuſdam enim importatur ordo ad Deum: in quibuſdam vero poteſtas; in quibuſdam vero Dei miniſterium. In nominibus enim Cherubin, & Seraphin, & thronorum, importatur conuerſio ad Deum. Dæmones autem aduerſi ſunt Deo, & ideo eis non competunt hæc nomina. Item, quædam nomina importãt ordinem ad miniſterium Dei, ſicut angeli, & archangeli, & iſta etiam nomina non competunt dæmonibus, niſi cum adiuncto. ſ. ſathanæ. Tertio etiam, quia uirtutes, & dominationes important ordinem ad ſeruitium Dei: ideo eis non conueniunt hæc nomina, ſed tantum iſta duo, quæ

K communia ſunt bonis, & malis. ſ. principatus, & poteſtates. Sunt ergo, & potentes, & magni, ideo habent magnum exercitũ; contra quem habemus pugnare aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. ſ. peccatorum. Supra quinto. Eratis enim aliquãdo tenebræ, & cæt. quia quicquid eſt tenebroſum, totum eſt de ordine iſtorum, & ſubiectum eis. Glo. Mali homines ſunt equi, diaboli equites, ergo occidamus equites, & equos poſſideamus. 1. Ioan, 1. Et tenebræ eum non comprehenderunt. Sunt etiam aſtuti, quia [Contra ſpiritualia nequitiæ,] i. contra ſpirituales nequitias, emphatice loquendo, per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. Dicit autem ſpiritualia nequitiæ: quia quanto eſt altior ſecundum naturam. tanto, quando conuertitur ad malum, eſt peior, & nequior. Vnde Philo. dicit, quòd homo malus, eſt peſſimus omnium animalium. Et ideo dicit] Spiritualia nequitiæ,] quia ſpirituales, & nequiſſimi ſunt. Et dicit [In cęleſtibus,] duplici de cauſa. Vel ut oſtendat virtutem, & auantagium, ad ſu-

F perandum nos, quia nos in terra, ipſi autem in alto, ſcilicet in aere caliginoſo, & ideo habent partem meliorem. Luc. octauo. Volucres cœli comederunt illud. Vel dicit, [In hoc cœleſtibus,] quia pro cœleſtibus eſt iſta pugna: & hoc debet animare nos ad pugnam.

LECTIO IIII.

SVPRA expoſuit Apoſtolus, ꝙ dictũ eſt de inſidijs diaboli, hic monet nos de armatura ſumẽda. Et circa hoc facit duo. Primo cõcludit ex ſimili neceſſitatem armaturæ neceſſitatem. Secundo, armorum diuerſitatem deſcribit, ibi; [State ergo,

G &c.] Dicit ergo, habetis hoſtes malos, nequiſſimos, & potentes, & pro re ardua pugnantes, quia pro cęleſtibus. [Propterea accipite armaturã Dei,] i. armamini ſpiritualib. armis. 2. Cor.10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potẽtia Deo, ad deſtructionem munitionũ, &c. Et hoc [Vt poſſitis reſiſtere.] 1. Pet.5. Cui reſiſtite fortes in fide, &c. Ia.4. Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis. Quanto magis. n. ei ceditur, tanto plus inſequitur. [In die malo.] Et hoc propter mala, q̃ in die fiunt. ſup.5. Redimentes tempus, qm̃ dies mali ſunt. Eccle.7. Diem malam pręcaue, &c. Item, [Et accipite non ſolum ad reſiſtendum, ſed ẽt ad proficiendum. [Et in omnibus perfecti ſtare,] i. in aduerſis, & proſperis immobiliter ſtare. Iac.1. Sitis perfecti, in nullo deficiẽtes. De hoc 1. Pet.1. Perfecti ſperate in eam, quæ offertur uobis gratiam, &c. Sed aliquid omnes debent perfecti eſſe? Reſpondeo, Triplex eſt perfectio; vna ſufficientiæ, quam habet homo ſm quod ſibi eſt neceſſarium ad ſalutem: ſicut illud, Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, q.d. vt nihil ſit in corde tuo, quod ſit contra Deum. Et

H hoc de neceſſitate ſalutis. Iac.1. Vt ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes, &c. Alia eſt perfectio totalis abundantię, q̃ eſt perfectio patriæ, q̃ eſt conſummata gloria, in hoc, ꝙ perfecte & totaliter inhæreat Deo. Matt.22. In reſurrectione, neq; nubent, neq; nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cęlo. Et de hac loquitur Apoſtolus Philip.3. Non quod iam acceperim, aut ꝙ iam perfectus ſim. Et paulo poſt, Fratres, ego non arbitror me comprehendiſſe. Alia eſt media. ſ. conſilij, qua homo nititur ſe abſtrahere a his, & ire ad illas. Deinde cũ dicit [State ergo, &c. Deſcribit diuerſitatem armorum. Eſt aũt triplex genus ſpiritualium armorum ad ſimilitudinem corporalium, quorum quædam ſunt ſimilia indumento ad tegendum, quædam vero ad protegendum, & quædam ad impugnandũ. Indumento aũt tria ſunt neceſſaria. Primo, ꝙ cingatur. Et quantum ad hoc dicit. [State ergo ſuccincti lumbos veſtros, &c.] Sed prius induit ſe homo quam ſe cingat. Apoſtolus autem accipit hæc ſm ordinem armaturæ ſpiritualis. In bello autem

I ſpirituali prius eſt neceſſe cõcupiſcentias carnis reſtringere, quia vicinus hoſtis eſt prius vincendus: hoc aũt fit per reſtrictionem lumborum, in quibus uiget luxuria, ꝙ fit per temperantiam, q̃ gulæ & luxuriæ contrariatur. Luc.12. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Iob 38. Accinge ſicut uir lũbos, &c.] Sed [In veritate] i. in rectitudine intentionis, & non ſimulate. Alia litera habet, [In charitate.] 1. Cor. vlt. Omnia veſtra in charitate fiant. Secundo monet vincere cupiditates rerũ. Duplex aũt inuenitur armatura contra eas. ſ. iuſtitia, & abrenũtiatio rerũ temporaliũ. Et ideo primo ſubdit, ut eas nõ iniuſte vſurpemus, quod facit iuſtitia. Et ideo dicit, [Induti loricam iuſtitiæ,]. ſ. propter quã homo abſtinet a rebus alienis. Dr̃ aũt iuſtitia lorica, quia ſicut lorica tegit mẽbra, ita iuſtitia uirtutes oẽs. Sap.5. Induet pro thorace iuſtitiã, & accipiet

K pro galea iudicium certum. Secundo, præcipit ut rerum temporalium curam ſuperfluam deponamus, quia dum his nimis intendimus, non habemus pedes paratos ad diuina negocia, & myſteria annuntianda. Et propter hoc dicit [Et calciati pedes,] i. affectus diſpoſiti ſint ſupple. [In ꝑparatione euangelij pacis.] In ſignũ huius miſit Apoſtolos dñs. Mar.6. Calciatos ſandalijs, quæ habent ſubtus ſoleas; per quod ſignificatur eleuatio mentis a terrenis: & aperti ſunt ſuperius, per quod ſignificatur promptitudo ad diuinam ſapientiam. Dicit aũt pacis. quia per euangeliũ, pax nobis annuntiatur. Mat.10. In quacunque domum intraueritis, dicite, pax huic domui. Itẽ ſecundo, ſunt arma ad protegendum. Duo aũt in nobis ſunt protegenda, quæ ſunt principia uitæ. ſ. pectus in quo eſt cor, & caput in quo eſt cerebrũ. Pro pectore autem eſt ſcutum. Et ideo dicit; [In omnibus ſumentes ſcutum fidei,] quia ſicut ſcutum ſupponitur omnibus armis, ita fides omnibus alijs uirtutibus. Alia ſunt enim arma uirtutum moralium, ſcilicet temperantiæ, ideſt ſuccinctio lumborum, & iuſtitię indutio

loricæ, & hoc genus armorũ. ſ. ſcutũ, eſt virtutis theologicæ. ſ. fidei, quia ſicut per ſcutũ repellũtur tela, ita per fidẽ oĩa cõtraria, & habetur victoria. Heb.11. Sancti per fidẽ vicerũt regna; ſicut per virtutes morales vincimus poteſtates terrenas. Et ideo, ait [In quo poſſitis oĩa tela ignea nequiſſimi extinguere.] ſ. diaboli, cuius tela ſunt q̃dã immiſſiones ꝑ angelos malos. Ignea ſũt quã aduerſaria urantis cõcupiſcentijs. Pſ.75. Ibi confregit potentias arcuum. Hæc aũt ꝑ fidẽ extinguuntur, q̃ tẽtationes pręſentes, & tranſitorias extinguit per bona ſpiritualia, & æterna, quę promittit ſacra ſcriptura. Vnde Dñs Matt.4. diabolo tentãti producebat, & opponebat auctoritates ſacræ ſcripturæ. Et ſic debemus facere, ſi tẽtat de gula, ſm illud Deut.8. Non in ſolo pane uiuit homo. Vel illud, Nõ eſt regnũ Dei, eſca & potus. Ro.14. Si de luxuria, Nõ mœchaberis. Si de furto. Non furtũ facies: & ſic de alijs. Dr̃ aũt ſcutum fidei, quia ſicut protegit totũ pectus, ita fides debet eſſe ĩ pectore. Spes aũt dr̃ galea, quia ſicut galea eſt in capite, ita caput virtutũ moralium eſt finis; & de hoc eſt ſpes. ſ. de fine. Et ideo dr̃, [Et galeã ſalutis aſſumite.] Itẽ tertio, ſunt arma ad impugnandũ, quia nõ ſolũ ſufficit ſe defendere, ſed ẽt oportet aduerſariũ impugnare. Hoc aũt, ſicut fit per gladiũ materialẽ corporaliter, ita per verbũ Dei, quod eſt Spiritusſancti gladius ſpiritualiter. Et ꝑ hoc dicit, [Et gladiũ ſpiritus, quod eſt verbũ Dei,] ſ. aſſumite. Hebr.4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, pertingens vſq; ad diuiſionẽ aĩæ, & ſpiritus. Et ꝑdicatio dr̃ gladius ſpiritus, quia nõ penetrat vſq; ad ſpiritũ, niſi ducat a Spirituſancto. Matt.10. Nõ. n. uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Sic ergo habemus arma, quibus defendimur a carnalibus hoſtib. ſ. a gula, & luxuria, quod fit per tẽperantiã, ibi; [State ergo ſuccincti lũbos veſtros, &c.] Itẽ, quib. vincimus cupiditates terrenas. ſ. arma iuſtitię q̃ abſtinere nos facit ab illicitis, ibi: [Induti loricã iuſtitiæ.] Et puritatem affectus, ſeu paupertatem, q̃ nos retrahit ẽt a licitis, ibi, [Calciati pedes, &c.] Item, habemus arma quib. protegamur ab erroribus. ſ. arma fidei, ibi, [In oĩbus ſumentes ſcutũ fidei.] Et ẽt ab hoſtibus gñis humani, ibi [Quo.] ſ. ſcuto fidei [Poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere.] Itẽ, habemus arma quibus in bonis ſpiritualib. cõfirmamur. ſ. arma ſpei, ibi, [Et galeã ſalutis aſſumite.] Galea ponitur in capite, ſic ſpes in fine. Nũc aũt caput virtutũ moralium eſt ipſe finis, de quo eſt ſpes. Vnde nihil eſt aliud galeã ſalutis aſſumere, quàm ſpẽ de vltimo fine habere. Itẽ, habemus arma ad impugnandũ ipſos dæmones. ſ. [Gladium ſpiritus, quod eſt verbũ Dei:] quod fit frequẽter in ſermonib. in quibus verbũ Dei penetrans corda peccatorum expellit cõgeriẽ peccatorũ, & dæmonũ.

LECTIO V.

Per omnem orationem, & obſecrationem orãtes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnib. ſanctis, & pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei cũ fiducia, notũ facere myſterium euãgelij, pro quo legatione fungor in catena iſta, ita ut in ipſo audeam prout oportet me loqui. Vt autẽ & uos ſciatis, quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in Domino, quẽ miſi ad vos in hoc ipſum, ut cognoſcatis, quæ circa nos ſunt, & conſolentur corda veſtra. Pax fratribus, & charitas cum fide a

B Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptionem. Amen.

Supra poſuit Apoſt. q̃ dixerat de inſidijs, & armaturis: hic exponit illud, quod ẽt dixerat de cõfirmatione, & cõfortatione in potẽtia Dei, & hoc fit per orationẽ ad Deũ ſuper auxilio diuino. Facit aũt tria. Primo, monet eos ad orandũ pro ſeipſis. Secundo, pro alijs. Tertio, pro ipſomet Apoſtolo. Circa primũ ponit ſeptẽ conditiones orationis. Primo, ꝙ debet eſſe perfecta. Vnde dicit, [Oẽm orationem,] quod fit cũ in oĩbus recurrit quis ad orationẽ, vel orat pro oĩ bono. Secundo, ꝙ ſit humilis, nõ pſumptuoſa. Pſ.101. Reſpexit in orationẽ humilium, &c. Quod fit, qñ homo non putat ſe exaudiri ꝑꝑ merita ſua, ſed ꝑꝑ miſericordiã diuinam. Et ideo dicit, [Obſecrationem,] i. per ſacræ rei acceptionem. Phil.4. In oĩ oratione, & obſecratione, cum gratiarũ actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deũ. Tertio, ꝙ ſit continua, ibi: [Omni tempore. 1. Theſſ.5. Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Pſ.33. Benedicã dñm in oĩ tempore. ſ. ſtatuto. Quarto, ꝙ ſit deuota, [Quia in ſpiritu.] 1. Cor.14. Pſallã ſpiritu, pſallam & mente, i. non vt vagus. Quinto, & ſit vigilans, ibi: [Vigilantes.] 1. Pet.4. Eſtote prudentes, & uigilate in orationibus. Sexto, ꝙ ſit inſtans, ibi. [In oĩ inſtantia.] Rom.12. Oratio ni inſtãtes, &c. Septimo, charitatiua, vt. ſ. fiat pro oĩbus alijs ſanctis, ibi: [Et obſecratione, pro omnibus ſanctis.] 1. Timo.2. Obſecro enim primum, oĩum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnib. hominibus, &c. Deinde vltimo, pro ſe petit orationes fieri, ibi. [Et pro me.] Vbi tria petit ꝓ

A ſe, quæ cuilibet prædicatori ſunt neceſſaria. ſ. ꝙ os aperiat, & ad prædicandum ſe præparet, quãtum in ſe eſt, & detur ſibi gratia. Et vt hæc tria ſibi dentur, petit, ut oretur pro ſe, dicens, [Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei.] Non enim potero loqui, niſi quod dederit mihi Dñs, dicebat ille Balaam Num.22. Vnde Dñs Matt.10. Non. n. vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus, &c. Vnde dr̃ ibidem, Dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Hoc aũt dictũ, primo ponit Apoſtolus, ut detur, inquit, mihi ſermo in apertione oris mei. Col. vlti. Orantes ſimul, & pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis. Et ad quid Paule? Reſpõdet, vt. ſ. poſſim. [Cũ fiducia notũ facere euãgelij myſteriũ,] pro quo legatione fungor in catena. Et hoc eſt ſm quod petit: quia nõ ſolum eſt neceſſarium prædicatori, ut detur ei ſermo in apertione oris, ſeu ſcientia, ſed ut ſermonem ſibi datum prædicet audacter, & cum fiducia. Et hoc eſt, quod dicit [Cum fiducia, &c.] Et ſic prædicabant Apoſtoli; de quibus Act.4. ꝙ loquebantur cũ fiducia verbum Dei. Commemorat aũt Apoſtolus officium prędicationis ab excellentia, & altitudine. Vnde dicit, [Myſteriũ euangelij.] Secundo oſtendit, ꝙ pro ipſo libenter ſuſtinuit tribulationem, & ignominiam. Vnde dicit. [Pro quo legatione fungor in catena,] De his duobus ſimul. Colo. vlt. Deus aperiat nobis oſtiũ ſermonis ad loquendum myſteriũ Chriſti, propter quod, & vin-

C ctus ſum. Et quia dr̃ Eccle.20. Ex ore fatui reprobatur parabola, non enim dicit eam tempore ſuo: ideo Apoſtolus non ſolũ petit, ꝙ detur ſibi ſermo, ſeu prædicandi ſcientia, ſed gratia loquẽdi cum fiducia, ut. ſ. non deſiſteret ab incepto pro catenis, quibus catenatus erat ab incœpto, & commiſſo ſibi officio fiducialiter, & fideliter proſequendo. Tertio petit, ut detur ſibi temporis, ſeu modi congruentia quia tempus loquendi, & tempus tacendi, ut dr̃ Eccle.3. Et ideo dicit, [Vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.] Et certe in oĩbus modus, & qualitas facit gratũ. Et hoc idem petebat Apoſtolus. Coloſſ. vlti. Vt manifeſtem illud, ita ut oportet me loqui: quia ut dicitur Prouer.15. Sermo opportunus, optimus. In fine autem huius epiſtolæ, Apoſtolus ſtatum ſuum Epheſijs manifeſtat, cum dicit, [Vt autem, & uos ſciatis, &c.] Vbi primo, facit, quod dictum eſt. Secundo, eos more ſolito ſalutat, ibi; [Pax fratribus, &c.] In prima parte tria facit. Primo, ponitur ſtatus ſui manifeſtatio, ibi; [Vt autem, & uos ſciatis,

D &c.] Secundo, diſcipuli nunciãtis multiplex commendatio, ibi; [Tychicus frater meus chariſſimus, & fidelis &c.] Tertio, oſtendit finem, pro quo eis manifeſtat ſtatum ſuum, quia. ſ. eſt ipſorũ conſolatio, ibi; [Et conſolentur corda veſtra.] Dicit ergo, [Vt autem uos ſciatis, quæ circa me ſunt: quid agam: omnia nota uobis faciet, &c.] q.d. Apoſtolus, pro myſterio euangelij, pro quo catenatus ſum, uolo, quòd ſciatis, ꝙ catena, & omnes tribulationes, & omnia ſupplicia, quæ in credito officio inferuntur, nõ me angunt, nec cor mutant, nec peruertunt interius, nec attingunt: ſed certe ſic angor de iſtis, ꝙ omnia circa me ſunt, non intra. Et quia non poſſum ire ad annunciandum vobis, utpote catenatus. [Omnia nota faciet vobis Tychicus frater meus chariſſimus, & fidelis miniſter in Domino.] Et ideo ſecure credatis ei de omnibus. Luc.12. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudẽs? &c. iſte certe eſt talis. [Quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis, quæ circa nos ſunt.] Et hæc eſt diſcipuli commendatio. Et ad quid? [Vt conſolentur corda veſtra.] Deinde cum dicit. [Pax fra-

E tribus &c.] Ponit Apoſt. conſuetam ſalutationem. Et aduertendum eſt, quòd licet gratia pręcedat pacem, & charitatem mutuam hominum ad ſe inuicem, & ad Deum, quo ad collationẽ (quia non eſt pax impijs, dicit dominus:) tamen quo ad executionem gratiæ, & ueritatis, & charitatis conſeruationem, pax præcedit ſuo modo. Et ideo primo optat eis pacem ad ſe inuicẽ, & charitatem ad Deum, dicens, [Pax fratribus, & charitas cum fide.] Et quia licet pax, & charitas multum faciant ad gratię cõſeruationem, tamen, quia ſemper ſupponunt ipſam gratiam, ſine qua haberi non poſſunt, ideo optat eis gratiam. Vnde dicit, [Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in incorruptionem. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO.

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

IVstorum semita, quasi lux splendens, &c. Prouer.4. In hac authoritate describitur vita sanctorũ ex tribus. Ex eorũ arctitudine, ibi. [Semita,] quia Matt.7. Arcta est uia, &c. Iob 28. Semitã ignorauit auis, &c. Ex claritate, ibi; [Lux splendens.] Eph.5. Eratis aliqñ tenebrę, &c. Iusti.n. sunt lucẽtes, & ideo eorũ via est lucida. Ex profectu, quia semper crescit. 1.Pe.2. In eo crescatis, &c. Et hoc vsq; ad perfectum diẽ.s.glorię. 1.Cor.13. Cũ venerit quod perfectum est, euacuabitur, &c. E conuerso malorũ via est lata, obscura, tenebrosa, & deficiẽs. vnde Prou.4. subdit, Via impiorum tenebrosa, &c. Et Mat.7. Lata porta, & spatiosa via, q̃ ducit ad perditionẽ, &c. Ex his verbis, trahi põt materia huius epistolæ. Erant.n. Philippenses in Christi recta semita, tribulationes multas pro Christo sustinẽtes. Item, illuminati per fidem, infra 2. Inter quos luceris &c. Item, proficiebant, vt patet per totam epistolã. Item, conuenienter post epistolam ad Ephesios, in qua fit instructio qualiter seruanda sit ecclesiastica vnitas; hi proponuntur in exemplum seruandæ ecclesiasticæ unitatis, qui optime eam seruauerunt.

CAP. I. LEC. I.

PAulus, & Timotheus serui Iesu Christi; omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum epis, & diaconibus, Gratia uobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri (semper in cũctis orationibus meis, pro omnibus uobis in gaudio deprecationem faciens) super cõicatione vestra in euangelio Christi a prima die, vsque nũc, confidens hoc ipsum, q̃ qui cępit in uobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus uobis: eo q̃ habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione, & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes uos esse.

LECTIO PRIMA.

DIuiditur aũt hæc epist. in salutationẽ, & epistolarẽ narrationem. Secunda, ibi. [Gratias ago, &c.] Circa primũ tria facit. Quia primo, describuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi: [Oĩb. sanctis, &c.] Tertio, bona optata, ibi. [Gratia uobis, &c.] Circa primũ, primo ponuntur personæ salutãtes. Secundo, eorũ conditio, ibi; [Serui &c.] Circa primũ primo, ponitur persona principalis, cum dicit [Paulus] Et interpretatur, Paulus, quasi modicus. In quo notatur eius humilitas. Es.60. Minimus erit in mille, & paruus in gentem fortissimã. Secundo, ibi & [Timotheus] Ponitur persona adiuncta, quia fuerat eorũ p̃dicator, inf.2. Neminẽ habeo tã vnanimem, qui syncera affectione pro uobis solicitus sit. Deinde cum dicit [Serui &c.] Ponitur conditio eorũ. 2.Cor.4. Non.n. nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dñm nostrum: nos aũt seruos vestros per Iesum; &c. Sed contra, Io.15. Iam non dicam vos seruos, &c. R̃ndeo, duplex est seruitus ẽm duplicẽ timorem. Timor.n. pęnæ causat malã seruitutem, & de hac intelligitur dictũ præmissum, Io.5. Timor vero castus causat seruitutẽ reuerentiæ, & de hac loquitur Apostol. hic. Personæ salutatæ sunt oẽs de ecclesia Philippẽsi. Et primo minores. Vnde dicit [Omnib. sanctis, qui sunt Philippis.] q̃ est ciuitas, quã Philippus condidit, & dicit sanctis, & hoc pp baptismum. Ro.6. Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus. Maiores aũt tãgit, dicens: [Cũ episcopis, &c.] Quæstio est, quare minores præponit maiorib. Quia prius est populus, quãm prælatus. Ezec.34. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Greges.n. pascendi sunt a pastorib. non econuerso. Item, cur intermittit presbyteros? Respondeo, Dicendum est, q̃ cõprehenduntur cum episcopis, quia in una ciuitate nõ sunt plures episcopi, vnde dicẽs in plurali, dat intelligere & presbyteros. Et tñ est alius ordo, quia ex ipso euãgelio hoc legitur, q̃ post designationẽ duodecim Apostolorum (quorũ personas gerunt episcopi) designauit septuaginta duos discipulos, quorũ locũ sacerdotes tenent. Diony. & distinguit episcopos & sacerdotes. Sed in

F principio, licet ordines fuerint distincti, non tñ nomina ordinũ. vnde hic comprehẽdit presbyteros cum episcopis. Deinde ponit bona optata, ibi; [Gratia, &c. Et sunt duo, quæ includũt omnia. Primũ, est gratia Dei remittens peccata. Ephes.2. Gratia saluati estis, &c. Vltimũ est pax hominis. Ps.147. Qui posuit fines tuos pacẽ, &c. Et per consequens opat bona præsentia, & hoc a Deo patre.] Ia.1. Omne datũ optimũ, & oẽ donũ perfectũ desursum est, descendens a patre luminũ. Item, per meritum humilitatis Christi. Et ideo addit [Et dño Iesu Christo.] Io.1. Gratia, & ueritas per Iesum Christũ facta est. Ephes.2. Ipse.n. est pax nostra, &c. Consequenter ponit epistolarem narrationem. Et circa hoc duo facit. Quia primo, agit gratias de præteritis. Secũdo, hortatur ad profectum in futurũ, ibi [Scire aũt uos uolo &c.] Circa primũ,

H primo præmittit gratiarum actionem pro eis. Secundo materiam eius; ibi; [Super cõicatione, &c.] Gratias aũt agit super assiduitate, gaudio, & deprecatione. Et ideo hæc tria tangens, dicit [Gratias ago Deo nostro.] Gratias agere, est recognoscere gratiã sibi factam. 1.Thes.ult. In omnibus gratias agite; [In memoria vestri,] quia in eis nihil occurrit Apostolo, quod non esset dignũ gratiarum actione. Et hoc est ualde magnũ. Prou.10. Memoria iusti cum laudibus, &c. [Pro omnib.] Esa.60. Populus aũt tuus, oẽs iusti in perpetuum, &c. Agit ergo gratias pro eorũ bono, orationem, & deprecationem pro custodia: totum tñ pro gaudio. 1.Reg.12. Absit aũt a me hoc peccatum in dño, ut cessem orare pro uobis. Deinde cũ dicit: [Super cõicatione &c.] Tangit de materia trium

I predictorum. Et primo, ponit materiã gratiarũ actionis. Secũdo, gaudij de futuris, ibi. [Confidens, &c.] Tertio deprecationis, ibi [Testis, &c.] Dicit ergo, Super cõicatione. s. qua communicastis doctrinæ euangelij, credendo, & opere implendo. Hæc est enim vera communicatio. Hebr.ult. Beneficientiæ aũt, & communionis nolite obliuisci, &c. [A prima die, &c.] Eccles.27. Homo sanctus in sapientia, manet sicut sol, &c. Et hoc ipsum confidens de uobis gaudeo, [Quia qui cæpit, &c.] Hier.17. Maledictus homo, qui confidit in hoie, & ponit carnem brachiũ suum. Benedictus uir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Et hoc in uirtute Dei. Et ideo dicit, [Qui cœpit, &c.] Ioan.15. Sine me nihil potestis facere. Quod est contra Pelagianos, qui dicunt principiũ boni operis esse ex nobis, sed consummationem ex Deo. Sed

k hoc non est uerum, quia principium boni operis in nobis est cogitare de bono, & hoc ipsum est a Deo. 2.Cor.3. Non q̃ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis &c. [In diem Christi Iesu;] quo remunerabit singulos. 2.Tim.ult. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dñs, &c. 1.Cor.1. Confirmabit uos vsq; in fine sine crimine &c. Ratio gaudij ponitur, cũ dicit; [Sicut est mihi, &c.] quia.s.id iustũ est, quia cõgaudetis mihi de bonis meis [Eo q̃ habeam vos, &c.] q.d. Habeo de vobis hanc conscientiam tales vos esse, ideo gaudeo, ut scilicet gaudeatis de his, de quibus & ego, quod est; [In uinculis meis,] quia tunc pro Christo fuit ligatus, de quo gaudebat. Iaco.1. Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in uarias tentationes incideritis, scientes, &c. Act.5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, &c. [Et in defensione, & in confirmatione euãgelij.] s. audacter iudicando contra tyrannos, & hæreticos, & confirmando euangelium in cordibus fidelium. Act.18. Perambulans ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans oẽs discipulos. Vel aliter ẽm Glo. [In corde,] i. desiderio, vt socij sitis sempiterni gaudij. Io.16. Gaudium vestrũ nemo tollet a uobis. Et hoc non põt abstrahi a corde meo, quia & in uinculis existẽs, & intentus cõfirmationi, & defensioni euãgelij, securus de uobis nõ recedit de corde meo.

LECTIO II.

TEstis enim est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in omni sciẽtia, & in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis synceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriã, & laudem Dei. Scire autẽ uos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum uenerunt euangelij: ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo, in omni prætorio, & in cæteris omnibus, ut plures è fratribus in Domino confidentes in uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbum Dei loqui. Quidam quidem, & propter inuidiam, & contentionem: quidam autem, & B propter bonam uoluntatem Christum prædicant; quidam ex charitate, scientes, quoniam in defensione euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere: existimantes pressuram se suscitare uinculis meis.

LECTIO II.

POsita materia gaudij de spe futura: hic ostendit super quo deprecationem pro eis facit. Et primo, ponit suum desiderium, quod ostenditur omnino sincerum. Secũdo, materiã deprecationis, ibi. [Et hoc oro, &c.] Et quia cordis desiderium soli Deo est manifestum, ideo inuocat Deum testem, q̃ pro eis deprecetur cum desiderio. Iob 16. Ecce in cęlo [Testis] meus [Est,] s. [Deus &c. Quomodo cupiam vos,] s. ego, existens [In viscerib. Iesu Christi] Vel quomodo cupiam vos esse in eis. q.d. quomodo cupiam vestram salutem, & participationem viscerosæ charitatis Christi. Luc.1. Per viscera misericordię Dei, &c. q.d. quia ad C profunda, & intima cordis, virtus amoris pertingit. Vel cupiam, vos esse in visceribus Iesu Christi. i. vt ipsum intime diligatis, vt & diligamini ab eo; in hoc enim vita hominis consistit. Deinde cum dicit: [Et hoc oro &c.] Ponit deprecationẽ, & tria bona optat. Primo quantum ad interioris charitatis augmentũ. Affectus enim interior perficitur per charitatem, & ideo non habenti charitatem, optandum est ut habeat; habenti uero, vt perficiatur. Vnde dicit [Vt charitas &c.] Pro augmento autem charitatis orandus est Deus, quia solus Deus hoc in nobis operatur. 2.Corin.9. Potens est aũt Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abũdetis in omne opus bonum &c. Et hoc necessarium est, ut petamus, & proficiamus. Matt.5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Secundo, quantum ad intellectum. Vnde dicit [In omni scientia.] Sed numquid ex charitate prouenit scientia? Sic, quia dr̃ 1.Io.2. Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis, & non necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus &c. Item charitas est spiritus de quo dicitur Io.16. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ, &c. Cuius ratio est, quia qui habet habitum, si rectus est habitus, sequitur inde rectum iudicium de his, quæ pertinent ad illũ habitum: si vero corruptus, falsum. Sicut circa uenerea, temperatus habet bonum iudicium: intemperans non, sed falsum. Omnia autem quæ a nobis fiunt, sunt informanda charitate, & ideo habẽs charitatem, habet rectum iudicium, & quantum ad cognoscibilia. Et sic dicit [In omni scientia,] qua. s. agnoscat veritatem, & discernat circa ea, quæ sunt fidei. Hæc est scientia sanctorum, de qua dr̃ Sap.10. & quantum ad operabilia, & sic dicit [Et in omni sensu.] qui est vis cognoscitiua circa exteriora obiecta. Et proprium eius est, ut statim iudicet de proprio sensibili recte. Et ideo hoc nomen translatum est ad interius iudiciũ rationis, vnde sensati dicuntur, qui habent rectum iudicium circa agibilia. Sapientiæ prima. Sentite de Domino in bonitate &c. Sapient. sexta. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus, & cæt. Sed hic sensus, debet esse non tantum consideratiuus: sed & discretiuus inter bonum, & malum, & inter bonum, & melius. Vnde subdit [Vt probetis, &c.] Non quòd charitas perficit sensum, ut probet bona, sed perfecta charitas ut probet meliora. 1.Corint.12. Aemulamini meliora charismata, & infra capite 14. Sectamini charitatem &c. Et ideo dicit [potiora.] Tertio, quantũ ad effectum. Et primo ponit immunitatem a malo. Secundo, perfectionem in bono. Primum in hoc quod dicit [Vt sitis synceri.] Est enim duplex peccatum vitandum. s. interioris corruptionis, qua homo corrumpitur in se, & hoc excluditur per sinceritatem

A 1.Cor.5. In azimis sinceritatis &c. Aliud est in proximum. s. offensa. Et ideo dicit [Et sine offensa.] 1.Corin.4. Sine offensione estote Iudæis, & gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego &c. & 2.Cor.6. Nemini dantes vllam offensionem &c. [In diẽ Christi Iesu,] i. vsq; in finem vitæ. Matt.24. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Quantũ ad gratiã; dicit [Repleti fructu iustitiæ, ut opera iustitiæ quædam fructus sint. Ro.6. Habetis fructũ vestrũ in sanctificatione &c.] Vel fructu iustitiæ. i. præmio iustitię. s. corona. 2.Tim.4. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Sap.4. Bonorũ.n. laborum, gloriosus est fructus &c. & hoc habetur per Christum, quia oĩa, quę facimus, sunt bona per ipsum, Ioã.15. Sine me nihil potestis facere, &c. Et hæc faciẽda sunt, hoc fine. s. [In gloriã & laudẽ Dei,] quia ex operibus sanctorũ Deus clarificatur, cũ inde alii prorumpunt in laudẽ Dei. Ps.150. Laudate dñm in sanctis eius, &c. Hier.33. Erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cũctis gentibus terræ, q̃ audierunt oĩa bona &c. Deinde cum dicit; [Scire aũt &c.] Admonet ad futura. Et primo ponit exempla exequenda, & uitanda. Secundo, concludit moralem monitionem in 4.c. ibi [Itaq; fratres mei carissimi &c.] Circa primũ duo facit, quia primo ostendit, q̃ sunt imitanda: secundo, q̃ sunt uitanda. 3. ca. ibi: [De cętero, &c. Item, prima diuiditur in duas, qui primo inducit se eis imitãdũ, secundo alios, 2.c. [Si qua ergo &c.] Item, prima in tres, quia primo ponit exemplum profectum suũ. Secundo, gaudium, quod habet ex profectu, ibi. [Quid enim &c.] Tertio, fructũ ex profectu suo, ibi. [Scio enim &c.] Item, prima in duas. Primo, præmittit profectum: secundo modum, ibi. Ita ut uincula mea &c.] Dicit ergo, Monui uos ad profectum, & ut formam habeatis profectum meum; [Scire uos uolo, & quæ circa me sunt.] exterius, quia tribulationes, & si exterius essent, non inmutabãt interius, sed [Magis ad profectum venerunt,] quia ex eis fides prædicata magis profecit. 2.Cor.1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione & salute, siue consolamur pro uestra consolatione &c. Et ostẽdit profectum. Primo, quantum ad se, secundo quantũ ad alios, D ibi [Vt plures, &c.] Quantum ad se quidem manifestũ fuerat, q̃ talia pro Christo pateretur cõstanter. [Ita ut uincula, &c.] Quod est gloriosum pro Christo. 1.Pet.4. Nemo uestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut alienorum appetitor: si aũt ut Christianus, non erubescat, &c. In omni prætorio, sicut in curia Cæsaris, &c. Ex parte uero aliorum fides crescebat in communi. Vnde dicit [Vt plures &c.] 1.Mach.4. De elephantibus. Eccle.10. Secũdum iudicem populi, sic & ministri eius, &c. Prou.18. Iustus quasi leo confidens absq; terrore erit, &c. Ex parte tñ aliorum est diuersitas, quia quidam bene loquebantur, quidam male. Et qui bene, quidam ex generali charitate, & quidam ex speciali amore ad apostolum. Et qui male, quidam ex generali malitia, quidam ex speciali odio ad Apostolum. Sed ut mihi uidetur, Apostolus duplicem ostendit causam, propter quam quidam prædicabant. Primo, propter inuidiam. Et ideo Apostolus eorum prauam intentionem ostendit, dicens [Quidam quidem, propter inuidiam &c.] Iac.3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & E omne opus prauum. 1.Cor.3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Secundo, propter amorem Christi, & euangelii. Vnde dicit [Quidam propter bonam &c.] Ps.50. Benigne fac in bona uoluntate &c. Sed Apostolus addit, dicens; [Quidam vero ex charitate,] s. quæ facit bonam uoluntatem, &c. quia ut supplerent defectum mei docentis, prædicauerunt. Deinde Apost. exponit quod dixerat, dicens, quod quidam non secundum sanam intentionem, sed ex contentione. Corrupta eorum contentio dupliciter patuit. Vno modo, ut publice prædicando, turbationem facerent in populo Gentili contra Apostolum, supra illam quam habuit. Alio modo, quia credebant, quod Paulus audiens eos usurpare officium sibi commissum, turbaretur, & ex hoc adderetur afflictio afflicto.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO III.

Svpra Apost. descripsit profectum ex ipso subsecutum: hic agit de gaudio concepto ex hoc profectu. Et ponitur primo materia gaudij: secundo ipsum gaudium, ibi. [Et in hoc gaudeo, &c.] Contingit autem qnq; ꝙ aliquod gaudium prouenit ex bona causa, & hoc directe, & per se; & qnq; ex mala causa, & hoc indirecte, & per accidens. Qn̄ enim est ex bona causa, gaudendū est de effectu, & de causa, sicut de eleemosyna facta pp Deum. Sed qn̄ est ex causa mala, tunc est gaudēdum de effectu, sed de causa non, & sic de redemptione per Christū, licet fuerit ex scelere Iudæ, & Iudęorū.

LECTIO III.

Qvid enim? Dum omnimodo, siue per occasionē siue per ueritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem, & sub- G ministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem, & spem meam; quia in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum; quòd si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius; permanere autem in carne, necessarium propter uos,

Ita contingit in ecclesia, vbi prouenit vtilitas qnq; per bonos p̄dicatores quo ad bonam intentionem, qnque per malos quo ad malum, & de utraque gaudēdum est, sicut dictum est. Et ideo dicit. [Quid enim, &c.] Per occasionem annuntiat Christum, qui non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, puta lucrū, vel gloriam. Prou. 18. Occasiones quærit, qui recedere vult ab amico. Per ueritatem aūt, qn̄ ex recta intentione. Esa. 36. Obsecro dn̄e, memento quæso qūo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto &c. Sed hoc utroque modo fit ad vtilitatem ecclesiæ, ideo dicit, [Si Christus annuntietur, &c.] Quia si aliud annūtiaret quàm Christum, tunc multum interesset, quod fit, qn̄ fal- H sa doctrina docetur. Aug. Pastor qui propter ueritatem annunciat, est amandus, mercenarius qui propter lucrum, est tolerādus, qui falsus expellendus. Deinde ponit gaudium consequens, dicens [Et in hoc,] s. ꝙ uincula mea manifesta sunt propter Christum, ꝙ Christus annuntiatur, [Gaudeo,] in præsenti, Io. 4. Si diligeretis me, gauderetis vtique &c. [& gaudebo,] in futurū. Esa. 51. Gaudium, & lætitiam obtinebūt, &c. Deinde cum dicit [Scio enim, &c.] Ponit fructum ex profectu suo prouenientem. Et primo ponit ipsum fructum. Secundo, mouet quandam dubitationem, ibi; [Quod si uiuere, &c.] Item primo, proponit fructū. Secundo, auxilium ipsum consequendi, ibi: [Per uestrā orationem, &c.] Tertio, assignat materiā fructus, ibi [Sed non in oī, &c.] Dicit ergo, gaudeo de his, & hoc propter fructū prouenientē ex eis in salutem æternā. Esa. 45. Saluatus est Israel in dn̄o, salute æterna, &c. Et hoc ideo quia qn̄ nos aliqua bona facimus cooperando saluti aliorum, redundat in salutē nostrā. Si enim, vt dr̄ Matt. I 18. Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis. &c. quanta gloria dignus est qui salutem multorum procurat? Auxilium aūt est triplex. s. ex parte aliorū mutua oratio. Vnde dicit [Per vestras orationes.] s. ex quibus spero adiuuari a Deo. Iac. vlt. Orate pro inuicem, ut saluemini, &c. Ex parte Dei de quo habemus spem salutis. Esa. 26. A facie tua dn̄e concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Et ideo dicit [Et subministrationē spiritus Iesu Christi.] Ro. 8. Spiritus adiuuat infirmitatē nostrā, & loquitur similitudinarie. Qn̄. n. aliquis est debilis, indiget releuante, ut sustentetur, & hoc est subministrare, & nos debiles sumus, ideo indigemus subministratione spiritus. Io. 14. Et suggeret uobis omnia, &c. s. quasi vobis subministrando. Ex parte nostra est spes in Deo quia Prouer. 11. Qui confidit in diuitiis, corruet. Oportet ergo, ꝙ spes nostra sit in Deo, &c. Ps. 124. Qui cōfidunt in dn̄o sicut mons Syon, &c. & ideo dicit [Secundū expectationem, & spem meam.] Sed nonne spes est expectatio futuræ beatitudinis? Dicendum est, ꝙ spes est motus appetitus in bo- K num arduum. Et hoc dupliciter, quia qn̄ quis sperat adipisci per se, sic spes est sine expectatione, qn̄ autem per alium, tūc est spes cum expectatione, & sic nos expectamus, spem habētes aliquid consequi per alium. Psal. 39. Expectans expectaui dn̄m, &c. Ro. 7. Spe salui facti sumus. Sed dicit [Scio,] Et postea, [Spero, & expecto.] Nunquid certa est hæc spes? Respondet Apost. dicēs, Ita quia [In nullo confundar.] 1. Macha. 2. Oēs qui sperant in illo, nō infirmantur. Ro. 5. Spes aūt non cōfundit. Eccl. 2. Nullus sperauit in dn̄o, & confusus est. Huius primo rationem assignat, secundo exponit eam, ibi [Mihi enim uiuere, &c. Ratio hæc sumitur ex hoc, ꝙ ipse totaliter ordinatur ad seruitium Christi. q. d. Ideo hæc mihi prouenient in salutem, quia totaliter sum ad ser-

F uitium Christi. Et primo ponit fiduciam. Secundo perseuerātiā, tertio certitudinē intentionis. Dicit ergo, [Sed in oī fiducia, &c.] q. d.] Multi persequuntur me, sed ego cōfido in Deum. Esa. 12. Fiducialiter agam, & non timebo. Ps. 11. Fiducialiter agā in eo. [Sicut semper,] i. a principio conuersionis. Act. 9. Quomodo in Damasco fiducialiter egerit, &c. [Ita & nunc] Iob 27. Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deserā. Tertio, ostendit ꝙ sit eius perfecta intentio, quia [Magnificabitur Christus] qui cū sit uerus Deus, nō potest in seipso magnificari, uel minorari, sed in nobis. s. in cognitione aliorū: tunc ergo quis magnificat Christum, qn̄ eius cognitionem dilatat. Eccle. 43. Quis magnificabit eum sicuti est a principio? Et hoc, & verbo, & facto, qn̄ magnitudo diuini effectus ostendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iustificatio est hæc, quæ diu est in corde hominis latens, non magnificabitur per eā Christus, nisi quantum ad cor illius, non quantum ad alios, sed quandoque prorumpit in exteriora per actus corporales apparentes, tunc vere & proprie magnificatur. Et ideo ait, [In corpore meo,] In corpore nostro Christus dupliciter magnificatur, Vno modo, in quantum corpus nostrū deputamus ad obsequium eius, ministeria eius corporaliter exequendo. 1. Cor. 6. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Alio modo corpus nostrum exponendo H pro Christo. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeat, & cæt. Sed primus modus fit per vitam: secundus uero per mortem. Ideo dicit [Siue per uitam,] quia uiuendo operatur, [Siue per mortem.] Ro. 14. Siue uiuimus, siue morimur domini sumus, &c. Quod etiam intelligi potest de morte spirituali. Col. 3. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram, &c. Deinde exponit quomodo mortificabitur per uitam: & per mortem, dicens: [Mihi enim viuere, &c.] Vita enim importat motionem quandam. Illa enim uiuere dicuntur, quæ ex se mouentur. Et inde est, ꝙ illud uī esse radicaliter uita hominis, quod est principium motus in eo: hoc aūt est illud, cui affectus unitur sicut finis, quia ex hoc mouetur homo ad oīa. Vnde aliqui dicunt illud ex quo mouentur ad operandum, uitam suam, ut uenatores uenationem, & amici amicum. Sic ergo Christus est uita nostra, qn̄ totū principium vitę nostrę, & operationis est Christus. Et ideo dicit Aposto. [Mihi enim uiuere, &c.] quia solus Christus mouebat eum. I [Et mori lucrum.] hic Apost. proprie loquitur. Quilibet enim ad lucrum reputat, qn̄ uitam quam habet imperfectam, potest perficere. Sic infirmus ad lucrum reputat sanam uitam. Vita nostra Christus est. Corin. 3. Vita uestra abscōdita est cū Christo in Deo; sed hic est imperfecta. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a dn̄o, & ideo qn̄ moritur corpore, perficitur nobis uita nostra. s. Christus, cui tunc præsentes sumus. Ps. 126. Cum dederit dilectis suis somnum, &c. 2. Timot. 4. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, &c. Deinde cū dicit [Quod si uiuere, &c.] Ponit dubitationem quandā circa ea quæ dicta sunt. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit dubitationem. Secundo soluit eam; ibi [Et hoc cōfidens, &c.] Item prima in duas, quia primo ponit dubitationē, secundo proponit rōnes ad vtramque partē, ibi, [Coarctator aūt &c.] Dicit ergo [Si viuere in carne, hic mihi est fructus &c.] verum est, ꝙ in corpore meo, uiuo, magnificatur Christus. Ergo viuere meū in carne. i. uita mea in carne, est huiusmodi fructus. Vnde prædicat effectū de causa, K i. si uita affert mihi hunc fructū, ut Christus magnificetur, uita in carne est bona, & fructuosa. Ro. 6. Habetis fructū uestrum in sanctificationem, &c. Si ergo ita est, ignoro quid eligam, utrum mori, uel uiuere. Ro. 8. Nā quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Sap. 9. Cogitationes enim mortaliū sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sed quare dubitas? quia [Coarctor, &c.] Primo, ponit rationem ad partem unam: secundo ad aliā, in homine enim duplex est motus, naturæ. s. & gratiæ. Natura ad nō moriendū. 2. Co. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. &c. Ioā. vlt. Et alius ducet te, quo tu non uis, &c. Et gratiæ, quam suggeret charitas, quæ mouet ad dilectionē Dei, & proximi. Hic affectus ad dilectionem Dei mouet, ut simus cum Christo. Et ideo dicit [Desiderium habens dissolui,] non simpliciter,] Sed esse cū Christo. 2. Cor.

2. Cor. 5. Audemus autem, & bonam uoluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad dn̄m &c. In quo notatur falsitas opinionis Græcorum, ꝙ animæ sanctorum post mortem, non statim sunt cū Christo. Et hoc ideo opto, quia. [Est multo melius esse cum Christo.] Ps. 72. Quid enim mihi est in cęlo, &c. Defecit caro mea, & cor meū. s. ad habendum bonū. Ps. 83. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia, &c. Dilectio autē proximi, & ideo dicit. [Permanere aūt, &c.] i. necessaria est uita mea propter vtilitatē uestrā. 2. Corin. 5. Siue mēte excedimus Deo, siue sobrij sumus uobis, &c. Vel aliter, coarctor, &c. i. ex duplici parte insurgit desiderium dissolui, &c. melius, & cæt. Sententia non mutatur. Sed hoc non vr̄ dubitabile, qui nimo vr̄ ꝙ Aposto. in peiorem partem declinare. Primum. n. desiderium excitat in nobis dilectio Dei, s'm dilectio proximi. Maius aūt & melius est desiderium primum, igitur, &c. Respondeo, Dicendum est, ꝙ duplex est dilectio Dei. s. dilectio concupiscentiæ, qua uult frui Deo, & delectari in ipso, hoc est bonum hominis. Item, est dilectio amicitiæ, qua homo præponit honorē Dei, & huic delectationi, qua fruitur Deo, & hæc est perfecta chari- C tas. Vnde Rom. 8. Neque mors, neque uita, neque angeli &c. Et ibidem. 9. c. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis, &c. Et hoc dixit, vt ostendat se esse perfectioris charitatis, quasi sit paratus propter amorem Dei, & gloriam, carere delectatione uisionis Dei, & ideo hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectū.

LECTIO II.

Et hoc confidens scio, quia manebo, & permanebo omnibus uobis, ad profectum vestrum, & gaudium fidei, ut gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum B aduentum iterum ad uos. Tantum digne euangelio Christi conuersamini, ut siue cum venero, & uidero uos, siue absens audiam de uobis quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euāgelii, & in nullo terreamini ab aduersariis, q̄ est illis causa perditionis, vobis autē salutis. Et hoc a Deo; quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

LECTIO IIII.

Posita dubitatione, & rationibus hinc inde, hic soluit dubitationem. Et primo quasi eligens unam partem, prænuntiat, post futurum aduentum suum ad eos quantum ad se, secundo] ostendit quid requiratur ex parte eorum, ibi. [Tantū digne, &c. Item prima in tres, quia primo præmittit futurum aduentū: secundo ostendit fructum, tertio illum fructum exponit. Dicit ergo. Postquam supradictum est, ꝙ permanere in carne necessariū est propter uos. Et hoc, ꝙ mea uita est fructuosa uobis. [Scio,] idest. s. [Quia permanebo.] sed. [Hoc,] quasi. [Cōfidēs de Deo.] Prou. 18. Iustus quasi leo confidens, &c. [Manebo, & permanebo,] i. viuam, & diu uiuam. Sed contra, statim occisus est a Nerone. Respondeo, Dicendū est, ꝙ epistola est facta, vel scripta primo anno incarcerationis, ꝙ fuit primo anno. Neronis. Vnde postea uixit septem annis. [Omnibus uobis] i. ad utilitatem omniū uestrum. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant, Et hoc [Ad profectum uestrum,] i. vt per meam exhortationem proficiatis in fide, & gaudeatis de mea uita quam audistis, sed magis gauderetis si essem præsens. Rom. 1. Desidero aūt videre vos &c. Deinde exponit quod dixerat, dicēs. [Vt gratulatio uestra, &c. [1. si detur ut iterum ueniā ad uos est, ut gaudium abūdans sit uobis. Ephe. 3. Ei aūt qui potens est oīa facere superabundanter, quàm petimus: aut intelligimus &c. Et hoc: [In Christo Iesu,] quia hoc ipsum quod gaudebant de eo, erat propter Christū. Phile. Fruar te in dn̄o, &c.] Deinde cum dicit. [Tantum digne &c.] Ostendit quid requiratur ex parte eorum. Et circa hoc tria facit, quia primo facit hoc, secundo manifestat vtilitatem inde cōsequentem: tertio explicat. Dicit ergo, ꝙ tū ex parte eorum requiritur ꝙ in euangelio Christi digne conuersentur. s. s'm quod doctrinæ tali congruit 1. Thess. 2. Testificati sumus, ut ambuletis digne Deo, qui uocauit uos in suum regnum, & gloriam &c. Col. 1. Ambuletis digne Deo, &c. [Vt siue cum uenero ad uos, & uidero uos, siue absens audiam de uobis bona.] Et hoc gaudium est mihi. 1. Io. 3. Maiorem horū non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare, &c. Et nunc in speciali expetit ab eis. Primo unitatem; secundo constantiam, ibi. [Et in nullo &c.] Est aūt sanctis necessaria unitas triplex. s. amoris. unde dicit. [Audiam de uobis,] q. s. [Statis in uno spiritu,] quod est per amorem. Ephes. 4. Soliciti seruare

A vnitatem spiritus in uinculo pacis. Et 1. Cor. 6. Qui aūt adhæret dn̄o, vnus spiritus est. Item, concordiæ. Vnde dicit. [Vnanimes,] i. vnam voluntatem, & animum habentes. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Ps. 66. Qui inhabitare facit vnius moris in domo, &c. Item, cooperationis. Vnde dicit, [Collaborantes, &c.] vt. s. vnus adiuuet aliū. Ad hoc facit, quod dr̄. 1. Reg. 25. Congregatus est Israel vniuersus & planxerunt eum. s. Samuelem. Prouer. 18. Frater, qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Secundo expetit constantiam, ibi. [Et in nullo, &c.] Et primo inducit ad fortitudinē: secundo ponit rōnem. Dicit ergo, [Et in nullo, &c.] quia nihil possunt, nisi quantū Deus permittit Luc. 21. Capillus de capite uestro non peribit. Psal. 1. Folium eius non defluet, &c. Esa. 51. Quis tu, ut timeas ab hoīe mortali, & a filio hominis, qui quasi fęnum ita arescet? Ratio autē est triplex. Prima sumitur a fructu tribulationis. Secunda ex dono duplici Dei. Tertia ab actore. Dicit ergo, [Non terreamini, quia est uobis fructus,] i. ipsa persecutio. [Quæ.] In illis. s. persequentib. [Est causa perditionis.] Sed, [Vobis est causa salutis.] Matt. 16. Qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam, &c. C Ioan. 12. Qui amat animam sua perdet eam. Oseæ 12. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum, &c. [Et hoc a Deo,] a quo pro munere. [Donatum est uobis, ꝙ sustineatis tribulationes patienter. Secunda ratio. [Vt in eum credatis.] Ephe. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, quod est magnum, & primum donum. [Et ēt, ut pro illo patiamini,] quod est maius donum, vt. s. curam Christi agatis, quasi athletæ eius. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a cōspectu concilij, &c. Sic ergo utile est, & honorificum: ideo agatis fortiter. Tertia ratio sumitur ex exemplo, quia ita retractat eosdem, sicut nos qui sumus primitiæ fidelium. Et ideo dicit, (Idem certamen habentes; quale & uidistis in me]. s. apud vos, quando nudus, fui verberatus Philippis, propter Phitonissam liberatam. Act. 16. [Et nunc audistis de me.] Qui sum in uinculis.

CAP. II. LEC. I.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua visce-

LECTIO PRIMA.

D Svpra præbuit se in exemplum patientiæ, & sanctitatis, hic ad idem adducit exempla aliorū. Et primo ponit exemplum Christi: secundo, exempla suorum discipulorum, quos ad eorū confirmationem mittere promittit, ibi. [Spero aūt in dn̄o, &c.] Circa primum tria facit, quia primo p̄mittit exhortationem; secundo inducit exemplum, ibi. [hoc enim sentite, &c.] Tertio, cōcludit propositum ex exēplo Christi, ibi. [Itaque charissimi mei &c.] Circa primum, primo est considerandū medium quo eos inducit: secundo ad quod inducit, ibi. [Implete gaudium, &c.] Vtitur aūt circa primū quadruplici medio. Primo, ex deuotione ad ipsum Christum, secundo, ex charitate proximi. Tertio, ex speciali societate, quarto, ex miseratione. Dicit ergo, [Si qua ergo cōsolatio, &c.] Hæc quatuor media, q̄ hic, consequenter ponuntur, oīa referuntur ad hoc quod subdit. [Implete, &c. Et est sensus. q. d. Consolari volo in uobis. [Si qua ergo consolatio,] i. si quā cōsolationem mihi afferre vultis. [In Christo, implete meū E gaudiū.] Esa. 61. Vt ponerem fortitudinem lugentib. Sion &c. 2. Cor. 1. Consolatur nos in oī tribulatione, vt & ipsi possimus cōsolari, &c. Ex parte uero charitatis fraternæ, dicit. [Si quod solatium charitatis,]. s. est, implete gaudiū meū. Gala. 5. Fructus aūt spiritus est charitas, gaudiū, pax, &c. Ps. 132. Ecce quàm bonum &c. Item ex speciali societate, & hæc est inter homines, qui cōicant in rebus, sicut socij in bellicis armis: ita boni spirituales, q̄ sibi cōicant in spiritualibus bonis. Et ideo dicit. [Si qua societas spiritus,] s. est mihi ad uos, implete meum gaudium. Quasi dicat. Exhibui ego uobis multam consolationem uestram; si ergo socij mei estis, exhibete, idem, & uos mihi. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in uinculo pacis, &c. Prouerbior. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater. Item

Universidad de Deusto Biblioteca

ex miseratione, cum dicit. Si qua viscera miserationis.] Colo. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ &c. Deinde ponit ea, ad quæ inducit. Et primo in generali, dicens. [Implete, &c.] q.d. Gaudeo in uobis propter bona, q̃ vidi & audiui de uobis: sed qñ hæc perficientur, tunc gaudium meũ crescet, & tandem perficietur. Vnde illud implete. s. proficiendo in bonum. Secũdo in speciali monet ad mutuã charitatem, cuius vnitas in duobus cõsistit. s. interius in affectu, & exterius in effectu, 1. Io. 3. Nõ diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Prima designatur in obiecto charitatis, cum dicit; [Idem sapite.] Sapiẽtia enim est cognitio altissimarum causarũ, quia eius est iudicare, quod nullus potest sine causa altissima. Et ideo sapientia est cognitio de diuinis. [Idem ergo sapite &c.] q.d. Idẽ sapiatis circa ea, quæ sunt fidei. Ro. 15. Deus aũt patientiæ & solatii, det uobis idipsum sapere in alterutrum, ſm Iesum Christũ, ut vno ore glorificetis Deũ. Sed hoc fit per charitatem eandem, ideo sequitur. [Eandem charitatem habentes.] Col. 3. Super omnia charitatem habentes, quod est uinculum perfectionis. Item quantũ ad effectum sunt duo necessaria. s. consensus duorum in idẽ ex parte affectus, & iudicium rationis concors in eodem. Quantum ad primum, dicit. [Vnanimes,] s. in agendis. Ps. 67. Qui inhabitare facit unius moris in domo. Ro. 15. Vno ore honorificetis Deũ. Quantum ad ſm dicit. [Idipsum sapite.] Quod ita differt ab hoc quod dicit. [Idem sapite.] Sicut hoc quod dicit. [Vnanimes.] ab eo quod dicit, [Eandem charitatem habentes.] Secundo monet ad humilitatem, circa quam primo excludit cõtraria humilitati: secundo monet ad eam. Contraria aũt humilitati sunt, quæ oriũtur ex superbia. Hæc aũt sunt proprie exterior cõtentio, quia humiles sibi cedunt. Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, &c. Iac. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum, ideo dicit. [Nihil per contentionem.] Aliud est inanis gloria. Superbus enim inordinate appetit suam excellentiam, et in opinione aliorum. Gala. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, &c. Io. 8. Ego aũt non quæro gloriam,] Et sequitur monitio, sed in humilitate, superiores inuicem arbitrantes. Sicut enim pertinet ad superbiam, q homo se extollat supra se, ita ad humilitatem, quod homo se subijciat ſm suã mensuram. Sed quomodo superior poterit hoc implere? Aut enim non cognoscit se esse superiorem, & uirtutẽ suã, & sic non est uirtuosus, quia non est prudens. Aut scit, & sic non potest alium existimare superiorem se. Respondeo, Dicendum est, quòd nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde non oportet, quod eum proponat sibi simpliciter, sed quantũ ad hoc dicat in mente sua, sic. Forte in me est aliquis defectus, qui non est in illo. Et hoc ostendit August. in libro de virginitate, quomodo uirgo præferat sibi coniugatam, quia forte feruentior. Sed detur, quòd quantum ad omnia sit ille bonus, & ille malus, nihilominus tu, & ille geritis duplicem personam, scilicet tui, & Christi. Si ergo illum non præponas ratione suæ personæ, præponas ratione imaginis diuinæ. Roman. 12. Honore inuicem præuenientes. Tertio, monet ad mutuam solicitudinem, dicens. [Non quæ sua &c.] Corinthio. 12. Pro se inuicem solicita sunt membra, &c. 1. Corint. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt.

ra miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipsum sentientes, Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicẽ arbitrantes, non quæ sua sunt, singuli considerantes, sed ea, quę aliorum.

LECTIO II.

Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, qui cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus, ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortẽ, mortem autem crucis.

LECTIO II.

Postquam Aposto. posuit exhortationem suam; hic hortatur ad uirtutem humilitatis, exemplo Christi. Et primo, inducit ad imitandum Christi exemplum. Secundo ponit eius exemplum, ibi; [Qui cum in forma, &c.] Dicit ergo, Sitis humiles ut dixi, ideo. [Hoc sentite,] idest, experimento tenere quod fuit [In Christo Iesu.] Notandum, quòd quinque modis debemus hoc sentire, scilicet quinque sensibus. Primo uidere eius claritatem, ut ei conformemur illuminati. Esa. 33. Regem in decore suo uidebunt, &c. 2. Corint. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes, &c. Secundo, audire eius sapientiã vt beatificemur. 3. Reg. 10. Beati uiri tui, & beati serui tui, hi qui stant coram te, & audiunt sapientiam tuam. Psalm. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, odorare gratias suæ mansuetudinis, ut ad eum curramus. Cantic. 1. Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. Quarto, gustate dulcedinem eius pietatis, ut in Deo semper dilecti simus. Psal. 33. Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Quinto, tangere eius uirtutem, ut saluemur, Matth. 9. Si tetigero tantum simbriam vestimenti eius, salua ero. Et sic sentite quasi tangendo per operis imitationẽ. Deinde cũ dicit [Qui cũ in forma Dei, &c.] Proponit exemplum Christi. Et primo præmittit Christi maiestatem: Secundo, ponit eius humilitatem, ibi; [Semetipsum, &c.] Tertio, exaltationem, ibi; [Propter qđ &c.] Et primo maiestatem Christi præmittit, ut magis humilitas cõmendetur. Et duo ponit pertinentia ad Christi dignitatem. s. diuinę naturæ ueritatem. Secundo, æqualitatem, ibi; [Non rapinam.] Dicit ergo [Qui,] scilicet Christus: [Cum in forma &c.] Vnumquodque enim dicitur in natura generis uel speciei per suam formam, unde forma dicitur natura rei, & sic esse in forma Dei, est esse in natura Dei, per quod intelligitur quòd sit uerus Deus 1. Ioan. 5. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo. Sed non est intelligendum q aliud sit forma Dei, & aliud ipse Deus, quia in simplicibus, & immaterialibus idem est forma, & id cuius est maxime in Deo; sed quare potius dicit in forma, quàm in natura? Quia hoc competit nominibus proprijs filij, tripliciter. Dicitur enim & filius, & uerbum, & imago. Filius enim est qui generatur, & finis generationis est forma. Et ideo, ut ostendatur perfectus Dei filius, dicit, in forma; quasi habens perfecte formam patris. Similiter uerbum non est perfectum, nisi quando ducit in cognitionem naturæ rei, & sic uerbum Dei in forma Dei dicitur, quia habet totam naturam patris. Similiter nec imago dicitur perfecta nisi habeat formam cuius est imago. Hebr. 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Sed nunquid habet eã perfecte? Sic, quia: [Non rapinam &c.] Quod posset dupliciter intelligi. Vno modo de humanitate, & ita nõ intelligebat Paulus, quia hoc esset hæreticum, quia hoc esset rapina, si referretur ad humanitatem. Ideo exponendum est alio modo. s. de diuinitate, ſm quam dicitur de Christo. Repugnat etiam rationi aliter dicere, quia natura Dei non est receptibilis in materia, quia aliquis existens in natura aliqua, magis uel minus participat, est ex materia: sed ibi non est. ergo dicendum est, quòd: [Arbitratus est non esse rapinã. s. se æqualem Deo,] quia est in forma Dei, & cognoscit bene naturam suã. Et quia cognoscit hoc, ideo dicitur Ioan. 5. Aequalem se Deo facit: sed hoc non fuit rapina, sicut quando diabolus, & homo uolebant ei æquari. Esa. 14. Ero similis altissimo &c. Et Gen. 3. Eritis sicut dij. Hæc autem fuit rapina; ideo pro hac Christus uenit satisfacere. Psal. 66. Quæ non rapui, tunc exoluebam.

Deinde cum dicit; [Sed semetipsum &c.] Humilitatẽ Christi cõmendat. Primo quantũ ad mysterium incarnationis, secundo, quantũ ad mysterium passionis, ibi; [Humiliauit se &c.] Circa primum, ponit humilitatem: secundo, eius modum, & formam. Dicit ergo; Sed semetipsum &c.] Sed quia erat plenus diuinitate, nunquid ergo euacuauit se diuinitate? Non, quia quod erat permansit, & quod non erat, assumpsit, sed hoc est intelligendũ secundum assumptionem eius quod non habuit, sed non secundũ assumptionem eius quod habuit. Sicut enim descendit de cęlo, non q desineret esse in cęlo, sed quia incepit esse nouo modo in terris, sic ẽt se exinaniuit, non deponendo diuinam naturam, sed assumẽdo naturam humanam. Pulchre aũt dicit, exinaniuit. Inane enim opponitur pleno. Natura aũt diuina satis plena est, quia ibi est oĩs bonitatis perfectio. Exo. 33. Ostendam tibi omne bonum. Natura aũt humana, & anima non est plena, sed in potentia ad plenitudinem, quia est facta quasi tabula rasa. Est ergo natura humana inanis. Dicit ergo: [Exinaniuit,] quia naturã humanam assumpsit. Tangit ergo primo naturæ humanæ assumptionem, dicens; [Formam serui accipiens.] Homo enim ex sua creatione est seruus Dei, & natura humana est forma serui. Psal. 99. Scitote qm̃ dominus ipse est Deus &c. Esa. 42. Ecce seruus meus &c. Psalm. 3. Tu aũt domine susceptor meus es, &c. Cur dicitur conuenientius formam serui, quàm seruum? Quia seruus est nomen hipostasis, uel suppositi, quod non est assumptũ, sed natura, quod enim suscipitur, distinguitur a suscipiente. Non ergo filius Dei assumpsit hominem, quia daretur intelligi, quòd homo esset aliud a filio Dei, cum tamen filius Dei factus sit homo. Accepit ergo naturã in persona sua, ut esset idem in persona filius Dei, & filius hominis. Secundo, tangit naturæ conformitatẽ, dicens, [In similitudinem hominũ factus]. s. ſm speciem. Hebr. 2. Debuit p oĩa fratribus assimilari. Et si dicas, q in dño Iesu Christo non conuenit speciem accipere, uerum est, quia resulter ex diuinitate, & humanitate, quasi diuinitas, & humanitas cõuenissent in vnã naturam cõem. Vnde sequeretur, q diuina natura (vt ita loquar) mutaretur. Tertio, naturæ humanę cõditiones ponit, dicens, [Et habitu inuentus ut homo.] Quia defectus oẽs, & proprietates cõtinentes speciem, præter peccatum suscepit. Et ideo habitu inuẽtus ut homo. s. in exteriori conuersatione, quia esuriit, vt homo: fatigatus fuit, & huiusmodi. Hebr. 4. Tentatũ per omnia pro similitudine absq; peccato. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et sic habitũ possumus referre ad exteriores habitudines. Vel [Habitu,] quia ipsam humanitatem accepit quasi habitum. Est aũt habitus quadruplex. Vnus mutat habentẽ, & ipse non mutatur, vt stultus per sapientiam. Alius mutatur, & mutat, ut cibus. Alius qui, nec mutat, nec mutatur, ut anulus adueniens digito. Alius qui mutatur, & non mutat, vt vestimentum. Et per hanc similitudinem natura humana in Christo dr̃ habitus, quia aduenit diuinæ personæ, q non mutauit ipsam: sed mutata est in melius, quia impleta est gratia, & veritate. Io. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ, & veritatis. Dicit ergo, In similitudinem hominum factus, ita tñ quod non mutatur, quia habitu inuentus est, ut homo. Sed aduertendum est, q ex hoc verbo habitu, &c. aliqui errauerunt, Vnde tangitur triplex opinio 6. di. 3. sent. Prima est, q humanitas Christi aduenit ei accidentaliter, q est falsum: quia suppositum diuinæ naturæ factum est suppositum humanæ naturæ, & ideo accidentaliter non aduenit ei, sed substantialiter non q diuinitas naturaliter nõ aduenit ei, sed substantialiter prædicetur de ipso. Et per hoc ẽt excluditur error Fotini, qui dixit, q Christus esset purus homo, nõ de Virgine, quia dr̃ cum forma Dei esset. Ergo prius in forma Dei erat, quàm acciperet formam serui, ex qua est minor patre, quia nõ rapinam, &c. Vincitur ergo, q per formam serui meruit. Item, excluditur error Arrij, qui dixit, q esset minor patre, quia nõ rapinam, &c. Item Nestorij, qui dixit q vnio esset intelligenda ſm inhabitationem, inquantum. s. Deus inhabitauit hominem, & q alius est filius hominis, & alius filius Dei. Sed Rabanus dicit, q Aposto. incarnationem nominat exinanitionem. Constat autem, q pater inhabitat, & spiritus sanctus, & isti sunt exinaniti, quod est falsum. Item dicit, semetipsum exinaniuit, ergo idem est qui exinanitus est, & exinaniens. Sed huiusmodi est filius Dei, quia ipse semetipsum exinaniuit, ergo est vnio in persona. Item Euthicetis, qui dixit q ex duabus naturis resultat ẽt una natura. Ergo non accepit formam serui, sed quandam aliam, quod est contra hoc. Item Valentini, qui dixit, q attulit corpus de cęlo. Item Apollinaris, qui dixit, q non habuit animam. Sic enim non esset in similitudinem hominum factus. Deinde cum dicit. [Humiliauit semetipsum, &c.] Commendat humilitatem Christi, quo ad mysterium passionis eius. Et primo, ostendit humilitatem Christi; secundo modum, ibi. [Factus obediens, &c.] Est ergo homo, sed ualde magnus, quia idem est Deus, & homo, & tñ humiliauit se Eccle. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus. Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Modus humiliationis, & signum humiliatis est obedientia, quia proprium superborum est sequi propriam uoluntatem, quia superbus quærit altitudinem, ad rem aũt altam pertinet, quod non reguletur alio, sed ipsa alia regulet, & ideo obedientia contrariatur superbiæ. Vnde uolens ostendere perfectionem humilitatis, & passionis Christi, dicit q factus est obediens, quia si fuisset passus non ex obedientia, non fuisset ita commendabilis, quia obedientia dat meritum passionibus nostris. Sed quomodo factus est obediens? Non volũtate diuina, quia ipsa est regula, sed uolũtate humana, quæ regulata est in omnib. ſm uoluntatem paternam. Matt. 26. Verumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, & conuenienter introducit in passione obedientiam, quia prima pręuaricatio est facta per inobedientiam. Ro. 5. Sicut enim per inobedientiã unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiam unius hominis, iusti constituuntur multi. Prou. 21. Vir obediens loquetur uictorias. Sed q magna & commendabilis sit hæc obedientia, patet, quia tunc est obedientia magna, quod sequitur imperium alterius contra motum proprium: motus aũt uoluntatis humanæ ad duo tendit, ad uitam & ad honorem, sed Christus non recusat mortem 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Item, non fugit ignominiam. Vnde dicit. [Mortem aũt crucis,] quæ est ignominiosissima. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eũ. Sic ergo, nec refugit mortẽ, nec genus ignominiosæ mortis.

LECTIO III.

Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia

LECTIO III.

Supra cõmendauit Christi humilitatẽ. Hic commendat eius præmiũ, quod est exaltatio, & gloria. Luc. 14. & 18. Oĩs qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Iob 22. Quĩ humiliatus fuerit, erit in gloria. Nota triplicem exaltationem Christi. s. quantũ ad gloriam resurgentis, ibi. [Propter quod &c.] Quantum ad notificationem suæ diuinitatis, ibi. [Et donauit, &c.] Et quantũ ad reuerentiã totius creaturæ, ibi. [Vt in nomine &c.] Dicit ergo. [Proter quod & Deus exaltauit illum,] s. ut de morte resurgeret. Itẽ de mortalitate ad immortalitatem, Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Psa. 117. Dextera Dñi exaltauit me, non moriar, sed uiuam. Itẽ, exaltauit eum in dextris suis constituendo. Ephe. 1. Constituens illũ ad dexteram suam in cęlestibus supra oẽm, principatũ, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen &c. Sed verum est, q alij exaltantur in gloria, & in immortalitate, sed ille plus. [Quia dedit ei nomen &c.] Nomen aũt imponitur ad significandam rem aliquam, & tanto nomen est altius, quo res significata per illud est altior, & ideo nomẽ diuinitatis est altius. Ps. 8. Dñe dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum, &c. Ergo hoc nomen, vt Deus diceretur, & esset, dedit isti. s. Christo pater tanquam uero Deo; sed Fotinus dicit, q hoc ponitur hic sicut præmiũ humilitatis Christi, & dicit, q non est uerus Deus, sed q sit sibi data quædam eminentia creaturæ, & similitudo diuinitatis, quod non est uerum, quia dictum est supra, Cum in forma Dei esset &c. Dicendum ergo est, q in Christo est duplex natura, & unum suppositum. Hęc enim persona Deus est, & homo & ideo potest hoc dupliciter exponi. Vno modo, ut donauerit ei hoc nomen pater, inquantum est filius Dei, & hoc ab ęterno per generationem æternam, quæ donatio nihil est aliud quàm ęterna eius generatio. Io. 5. Sicut pater habet uitam in semetipso; sic dedit & filio uitam habere in semetipso &c. Alio modo de Christo homine, & sic pater dedit illi homini nomen, ut Deus esset, non per naturam, quia alia est natura Dei, & alia hominis, sed ut esset Deus per gratiam, non adoptionis, sed unionis, qua simul esset Deus & homo. Rom. 1. Prædestinatus est filius Dei in uirtute, ille. s. qui factus est ei ex semine Dauid ſm carnem. Et hæc est expositio Aug. ſm intentionem Apostoli. Similiter habetur Act. 2. Certissime sciat omnis domus, &c. Prima aũt est Ambr. Sed quæris quantum ad utranque expositionem obijciendo, cur postquam dixit, Humiliauit semetipsum, &c. sequitur hic: [Propter quod &c.] cum præmium non præcedat meritũ? Non ergo æterna generatio nec incarnatio est præmium passionis Christi, quia præcedunt. Sed dicendum est, q in sacra scriptura dr̃ aliquid fieri, qñ innotescit. Donauit ergo. i. fecit manifestum mundo, quod hoc nomen haberet. Hoc enim manifestatum est in resurrectione, quia ante non erat sic nota diuinitas Christi. Et huic concordat textus sequens, quasi non donauerit quod non haberet: sed ut hoc oẽs uenerentur. Et ponitur duplex ueneratio. s. in subiectione operis, & in confessione oris, ibi. [Et omnis lingua, &c.] Dicit ergo; [Et dedit illi nomen], quod est super omne nomen.] Etiam ſm quòd homo. Ideo subdit. [Vt in nomine Iesu.] Quod est nomẽ hominis: [Omne genuflectatur.] Phil. 2. & Esa. 45. Mihi curuabitur oẽ genu &c. sed hic errauit Origenes, quia cum audiuit, q omne genuflectatur, quod est reuerentiam exhibere, credidit futurum qñq;, q omnis creatura rationalis, siue angeli, siue homines, siue dæmones subijcerẽtur Christo subiectione charitatis. Sed contra hoc est illud Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Sed dicendum est, q est duplex subiectio, vna uoluntaria, & alia inuoluntaria. Et est futurum, q omnes angeli sancti Christo subijciantur uoluntarie, & ideo dicit, [Omne genuflectatur,] Et ponitur signum pro signato. Psal. 96. Adorate eum omnes angeli eius. Item, q homines beati, & sancti ac iusti

hoc modo subijcientur. Psal. 85. Omnes gentes quascunque fe- F cisti, venient, & adorabunt coram te dñe, & glorificabunt nomē tuum. Sed dæmones & damnati non sic: sed inuoluntarie subijciuntur. Iac. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt &c. Deinde cum dicit; [Et omnis lingua confiteatur, &c.] Ponitur exhibitio reuerentiæ in cōfessione oris. Omnis lingua, scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorū. Non de cōfessione laudis dr̄ hoc respectu infernorum, sed de coacta, quæ fit per recognitionē Dei. Esa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est, &c. Psalm. 98. Cōfiteatur nomini tuo magno, qm̄ terribile, & sanctum est, &c. Et hoc. [Quia Dominus Iesus Christus, &cæt.] Iste. s. homo. [In gloria &c.] Non dicit, in simili, quia in eadem, Ioan. 5. Omnes honorificēt filium, sicut honorificant patrem. Et notandum est, quòd in principio dicit. Qui cū in forma, &c. Hic dicit in gloria, qua futurum erat, quod illud quod ab æterno habuit, omnib. innotesceret, vt Io. 17. Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus H fieret apud te. Deinde cum dicit: [Itaque fratres &c.] Concluditur exhortatio. Et circa hoc tria facit, quia primo hortatur ad bene agendum, secundo ostendit, quomodo debent agere, ibi. [Omnia autem &c. Tertio, quo fructu, ibi; [Vt sitis &c. Item, prima in tres. Quia primo commemorat præteritam obedientiā, secundo ostendit, quid agere debeant, ibi [Non in præsentia, &c.] Tertio, dat fiduciam adimplendi, ibi,] Deus enim, &c.] Dicit ergo, [Itaque,] Ex quo Christus sic se humiliauit, & propter hoc est exaltatus, debetis scire quod si humiliemini, & exaltabimini, & hoc debetis facere, quia semper obediuistis. Et facit mentionem de obedientia, commendando bona eorū, & hoc ideo, quia per obedientiam intelligitur omnis virtus: quia ex hoc est homo iustus quod mandata Dei custodit. Roma. 6. Serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam, &c. Item, omne bonum quantuncumque bonum est per se, per obedientiā redditur melius. Prou. 21. Vir obediens loquetur victorias. Itē, I quia obedientia inter alias est maxima. Nam offerre de rebus exterioribus est magnum, sed maius si de corpore, maximum aūt si de anima, & voluntate tua, quod fit per obedientiam 1. Reg. 15. Melior est obedientia, quàm uictimæ, & auscultare magis quàm offerre adipem arietum, &cæt. Sed si sic fecistis, hortor, ut adhuc sic faciatis de cætero. Deinde cum dicit. [Non in præsenti, &c.] Ostendit quid agere debeant. Et primo monet, vt agāt fideliter, quia seruus infidelis non seruit, nisi quando Dominus videt, quia non curat, nisi placere, sed fidelis semper bene operatur; & ideo dicit; [Non in præsentia mea tantum,] quia sic videretur, quòd non faceritis ex instinctu bonæ uoluntatis. Ephe. 6. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes Domino, & non hominibus. Secundo, ut humiliter, ibi [Cum metu, & tremore, &c.] K Superbus enim non timet, sed humilis. 1. Corinth. 10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus Psalm. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Tertio salubriter, ibi: [Vestram salutem operamini.] Matt. 10. & 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit: [Deus enim &c.] Confirmat fiduciam, & excludit quatuor falsas existimationes. Vnam hominum credentium, quod homo per liberum arbitrium possit saluari absque diuino auxilio. Contra hoc dicit; [Deus &c.] Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera, & 15. Sine me nihil potestis facere. Alij omnino negant liberum arbitrium: dicentes quod homo necessitatur a fato, vel a prouidentia diuina. Et hoc excludit, cum dicit: [In vobis,] Quia interius per instinctum mouet voluntatem ad bene operandū. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in no-

Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Itaq; charissimi mei (sicut semper obedistis) non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutē operamini. Deus est enim qui operatur in uobis, & uelle, & perficere G pro bona uoluntate.

LECTIO IIII.

OMnia aūt facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehēsione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbū uitæ continentes ad gloriam meā in diem Christi, quia non in uacuum cucurri, neque in uacuū laboraui, sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei uestræ, gaudeo, & cōgratulor omnibus uobis, idipsum autem & uos gaudete & congratulamini mihi. Spero aūt in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad uos, ut ego bono animo sim, cognitis, quæ circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui syncera affectione pro uobis solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, quęrunt, non quę Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius,

bis. Tertia Pelagianorum, sicut & primi dicentiū, electiones esse in nobis, sed prosecutiones operum in Deo, quia uelle est a nobis, sed perficere a Deo. Et hoc excludit, dicens: [Et velle & perficere.] Roma. 9. Non est uolentis. s. currere, sed miserentis est Dei. Quarta, quòd Deus facit omne bonum in nobis, & hoc per merita nostra. Hoc excludit, cum dicit: [Pro bona uoluntate] i. sua, nō pro meritis nostris, quia ante gratiā Dei nihil boni meriti est in nobis. Psal. 50. Benigne fac Domine in bona uoluntate tua. &cæt.

LECT. IIII.

SVpra Apost. induxit ad faciendum opera salutis, hic docet eos modum faciendi. Et primo, docet ipsum modum. Secundo, assignat rationē eius, ibi; [Vt sitis &cæt.] Docet duplicem modum faciendi, vt. s. sine murmure & sine dubitatione faciant. Opera virtutum sunt difficilima, & in his habetur cum murmuratio. 1. Corin. 10. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatione. Et ne dubitetis an fi- Iac. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur &c. Ponit aūt huius rationem, & primo ex parte eorum, secundo ex parte Apostoli, ibi: [Ad gloriam &c.] Circa primum ponitur triplex ratio. Prima in comparatione ad fideles, cum dicit: [Vt sitis sine querela.] Luc. 1. Incedentes in omnibus mādatis & iustificationibus Domini sine querela, &c. Sine peccato autem nullus esse potest, sed bene sine querela. Vnde adhoc monet. Secundo, in comparatione ad Deum, ibi; [Simplices &c.] Filius enim est similis patri. Deus aūt simplex est, ergo de simplices simus sicut filij Dei, quod est, quando intentio est ad unum. Iac. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Tertio, in comparatione ad infideles, ibi; [Sine reprehensione &c.] Idest, ut bene se habeant ad infideles, ut scilicet sint sine offensione; [In medio nationis prauæ,] quantum ad mala opera; [Et peruersæ,] quantum ad infidelitatem, & hoc est, quando non possunt infamari ab eis 1. Timo. 5. Nullam occasionem date aduersario maledicti gratia. Et huius ratio ponitur, ibi; [Inter quos, &c.] Quia qualitercunque mundus utatur, luminaria cęli clara manent. Matth. 5. Vos estis lux mundi &c. Lucens non quantum ad essentiam, quia sic tantum Deus lux est. Ioan. 1. Et uita erat lux hominum &c. At uero sancti non sic. Ioan. 1. Non erat ille lux &c. Sed sunt lux, inquantum habent aliquid lucis, qui erat lux hominum. s. uerbi Dei irradiantis eos bis. Et ideo dicit: [Verbum uitæ continentes,] scilicet uerbum Christi. Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. Deinde ponit rationem ex parte Apostoli, ibi: [Ad gloriam meam.] Secundo, manifestat rationem, quia subditi debent bene agere etiam ut cedat in gloriam prælatorum. Eorum enim est gloria quando subditi sunt bene instructi. Prou. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. 1. Thess. 2. Vos enim estis gloria nostra &c. Et hoc; [In diem Christi,] quando. s. adducet secum fideles. Et hoc propter duo est ad gloriam. s. propter laborem in prædicatione, propter passionem mortis quam sustinuit. Et ideo dicit, [Quia non in uacuum cucurri, neq; in uacuum laboraui.] Cursum dicit prædicationem, propter agilitatem, quia a Hierusalem vsq; in Hispaniā. Itē labores, propter contradictiones, & pœnas quas pertulit, & hoc non in uacuum, immo in multum fructū. 1. Cor. 15. Gratia eius in me uacua non fuit. Item, propter passionem, ibi; [Sed & si immolor.] Conuertens enim aliquos, quasi de illis quos conuertit, offert sacrificium Deo. Sed quandoque offerentes a tyrānis occisi sunt supra sacrificium, sicut habetur Luc. 13. Et ideo dicit: [Offero Deo sacrificium de uobis,] sed si contingat, quod & ego supra hoc imoler. i. occasione sacrificij cōuersionis uestræ

vestræ

verba occidat [Gaudeo] propter me. Ia. 1. Oē gaudiū existimate fratres mei, F cum in tentationes varias incideritis &c. [Et cōgratulor vobis,] quod habetis fidē & cū periculo personæ meæ, cui & in hoc cōgratulamini. Et ideo dicit: [Idipsum gaudete, & cōgratulamini mihi.] Ro. 12. Gaudete cū gaudentib. Deinde cū dicit, [Spero aūt &c.] Proponit in exēplum discipulos suos. Et 1. Tim. 2. Epaphroditum, ibi; [Necessariū aūt, &c.] Circa primum, primo præmittit missionem Timothæi: secundo, commendat eū, ibi. [Neminē &c.] Tertio, innuit tempus missionis, ibi. [Hunc igitur &c.] Dicit ergo; [Spero &c.] Notādū est, quod Apostolus sic habuit fiduciam in Deo, quod & minima attribuebat Deo. 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Litera est plana. Deinde cōmendat eū, & primo ex charitate ad eos: secundo ex deuotione ad Apostolum, ibi, [Experimentum, &c.] Et sic fiet bonus mediator, quia illos diligit, hunc veneratur. Itē, primo ponit commendationem, secundo exponit, ibi; [Oēs. n. quæ &c.] Dicit ergo [Mitto &c.] Quia neminem, &c. s. in profectum vestrum. Ps. 67. Inhabitare facit vnius moris in domo, [Qui solicitus sit. H Ro. 12. Qui pest in solicitudine; [Syncera affectione,] quia solum propter Deū. 2. Cor. 1. Ex synceritate, ex Deo, corā Deo, in Christo loquimur. Ratio aūt quare, Neminem, &c. Quia oēs quæ &c. i. non quæ ad salutem proximorum sunt, & ad honorem Dei, quærunt, sed quæ ad lucrum, & gloriam, & quæ sua sunt. Sed nunquid Lucas & Epaphroditus, & alij qui erant cum Apostolo qrebant quæ sua sunt? Respondeo, Dicendum est, quod in societate Apostoli plures erant, qui hoc quærebant, qui & deseruerunt eū, 2. Tim. 4. Demas. n. me dereliquit, diligens seculū, & abijt Thessalonicā: Crescens in Galatiā, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecū solus. Sed consuetudo est, quod aliqū scriptura loquitur de nonnullis, sicut de ordinib. Hier. 6. A minori quippe vsq; ad maiorem, oēs auaritiæ student, & a propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum, &c. Et ideo est distributio accōmoda. Et si vultis scire, qūo se habet ad me? Rñdeo, Experimentum &c. i. quasi esset specialius. 1. Cor. 4. Ideo misi ad vos Timotheum, I qui est filius meus charissimus, & fidelis in Dño &c. Hūc ergo, sic solicitum pro uobis, sic mihi charū, spero &c. Sed quare nō statim? Et sciendū, quod aliter est de Christo, & de alijs sanctis. In Christo. n. est plenitudo gratiarū, vnde habuit semper notitiā omnium, non sic alij sancti. Vnde Apostolus puidebat aliqua de futuris circa se, aliqua ignorabat, & sic non reuelatum erat sibi, an deberet liberari de uinculis. Et ideo dicit [Mox &c.] Quia si detur facultas, personaliter veniā. [Et ideo confido &c.] Sed tū liberatus a uinculis non fuit. Psal. 17. Qm̄ tu illuminas lucernam meā dñe, Deus meus illumina tenebras meas. Semper. n. aliquid tenebrosum est in sanctis. Deinde cū dicit [Necessariū &c.] Proponit in exemplum alium suū discipulum. s. Epaphroditum. Et primo describit ipsum, secundo ostendit, qūo suscipiatur, ibi, [Excipite, &c.] Circa primū duo facit, quia primo cōmendat eum, secundo, ostendit causam missionis, ibi; [Qm̄ quidem &c.] Tertio eam exponit, ibi, [Nā & infirmatus est &c.] Dicit ergo: [Necessarium &c.] Nominat aūt eum fratrem, propter fidem. Matth. 23. K Oēs vos fratres estis &c. Cooperatorem. s. in labore prædicationis. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. [Et cōmilitonem, &c.] Quia simul passi tribulationem, 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu, &c. [Apostolum,] i. doctorē. Hic fuit episcopus Philippensium, & missus ab eis, vt seruiret Apostolo, & ideo dicit [Ministrū necessitatis meæ.] inf. 4. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quę misistis in odorē suauitatis hostiam acceptam, placentem Deo. Sed quare? ad satisfaciendū desiderio, quo desiderio desiderabat videre uos. Ro. 1. Desidero enim uos, &c. Itē, ad subueniendum suæ tristitiæ, quia tristis erat de uestra tristitia, quā cōceperatis, qū audistis eum infirmari, & exponit causam, dicens, [Nā & infirmatus est vsq; ad mortē,] s.

mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad uos, mox ut uidero quæ circa me sunt. Confido autem in Domino, quoniam & ipse ueniam ad uos cito. Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem, & cooperatorē, & commilitionem meum, vestrum aūt Apostolum, & mini- G strum necessitatis meæ, mittere ad uos, quoniam quidē omnes uos desiderabat, & mæstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam, & infirmatus est usque ad mortē: sed Deus misertus est eius: nō solum autem eius, uerumetiā & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, ut uiso illo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum, cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi vsq; ad mortem accessit, tradens animā suam, ut impleretur id, quod ex uobis deerat erga meum obsequium.

sm̄ iudicium medicorum, non aūt sm̄ prouidentiam diuinā, sed ad honorē Dei. Io. 11. Infirmitatis hæc non est ad mortē, sed pro gloria Dei. Ideo sequitur, [Sed Deus misertus est eius.] Ps. 6. Miserere mei dñe, qm̄ infirmus sum &c. [Et non solū &c.] Quia tristitiā temporalem, & naturalem habuit de afflictionib. suis: sicut & Christus legitur aliqū habuisse. Consequenter cōcludit missionem, & patet litera, & ostēdit qūo recipiatur, & secundo huius causam. Recipiendus est honorifice in dño, cuius est minister Gal. 4. Sicut angelū Dei excepistis me, sicut Christū Iesum. 1. Timot. 5. Qui bene præsunt p̄sbyteri, duplici honore digni habeātur: maxime, qui laborant in verbo, & doctrina &c. Et hoc [Propter &c.] i. propter Deum, & salutem fidelium vsque ad mortē accessit. Io. 15. Maiorem charitatē nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, &c. [Tradens.] Ioan. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. [Vt impleret, &c.] Quod vos personaliter non potuistis, circa meum obsequium.

CAP. III. LEC. I.

DE cætero fratres mei, gaudete in Domino. Eadem uobis scribere, mihi quidem

LECTIO PRIMA.

PRoposuit exempla, quæ sequi deberent: hic ostendit quorū exempla debent vitare. Et circa hoc tria facit, quia primo p̄mittit, quos vitare debent: secundo, exemplum uitandi per conuersationem sanctorū, ibi. [Vos. n. &c.] Tertio, inducit ad uitandum eos, quos illi reputabant imitabiles, ibi; [Imitatores &c.] Iterum, prima pars diuiditur in tres particulas, quia primo p̄mittit finem huius doctrinæ, secundo, scribendi necessitatē, ibi [Eadem vobis &c.] Tertio, necessitatis rōnem, ibi; [Videte, &c.] Intentio admonitionis est, remouere fideles gentes a legalib. ad quæ quidam eos inducebant. Et ideo dicit, [O fratres,] s. per fidem: [De cætero,] i. postquā vos monui, ut supra, [Gaudete in dño,] tm̄, non in legalib. obseruātiis. Abach. 3. Ego aūt in dño gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo &c. Et hoc, quia [Eadē,] q̄ dixi in p̄sentia. [Nō est mihi pigrū uobis scribere,] in absentia. Verba. n. de facili transeunt, sed scripta manent. Eccle. 38. Sapientiā scribe I in tēpore vacuitatis &c. Iudæ. 1. Oēm solicitudinē faciens scribēdi uobis, de cōi vestra salute necesse habui scribere uobis, &c. Ro. 15. Audacius scripsi uobis fratres, ex parte tanquā in memoriā uos reducens, &c. Et causa huius necessitatis est, quia instāt seductores, & ideo oportet instātius veritatē scribere, vnde dicit; [Videte,] i. obseruate &c. Et tria de his dicit. s. seuitiā cordis irrationabilē, unde dicit [Canes] Glo. Natura canis est, ut statim ex ira latret, nō ex rōne, sed ex consuetudine. Sic, & illi. Esa. 56. Canes impudentissimi nescierūt saturitatē, ipsi pastores nesciuerūt intelligentiā & Apoc. ult. Foris canes, &c. Secūdo, peruersæ doctrinæ seminationē, ibi; [Malos operarios,] quia non fideliter in uinea dñi laborāt, nec bonū semē in agro mittūt. Mat. 13. Inimicus hō hoc fecit, &c. 2. Tim. 2. Cura teipsum probabilē exhibere Deo, &c. Tertio dissensionis, ibi. [Cōcisionē] Et hoc uerbo utitur in eorū sygillationē. Prædicāt. n. circūcisionē, q̄ non pōt stare cū gratia Christi. Gal. 5. Si circuncidamini Christus nihil uobis pro- K derit, unde alludens uocabulo, dicit, Cōcisionē, quasi nō circuncisionē, sed concisionē habeant. Deinde cum dicit. [Nos aūt, &c.] Ostendit, qūo uitentur a sanctis. Et primo, qūo ab omnib. Secundo, qūo ab ipso, ibi, [Quapropter, &c. Dicit ergo, ego dico, quod illi sunt concisio, sed nos uera circuncisio. Qui spiritu, &c. Est autē duplex circuncisio. s. corporalis, & spiritualis. Ro. 2. Non enim, qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne, est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera &c. Circuncisio enim carnis est, quæ est de superfluo carnis, sed circuncisio spiritus, per quam Spiritus sanctus abscindit superfluas interiores concupiscentias. Et ideo dicit [Nos sumus, &c. i. qui interius circumcidit nos Deo. Ro. 1. Testis. n. est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo in euan-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

gelio filij eius, &c. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam, & mente, orabo spiritu, orabo, & mente &c. Data est aũt circũcisio, vt ostēditur Ro. 4. Vt signum fidei Abrahę ostenderetur, vt. s. eius fides ostenderetur vera, q̄ fuit fides de futuro semine. Gala. 3. Abrahæ dictę sunt promissiones, &c. Est ergo circũcisio signũ fidei Abrahę de Christo.

non pigrum, uobis aũt necessarium: uidete canes, uidete malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habētes: quanquam & ego habeo cõfidētiam in carne. Si quis alius videtur cõfidere in carne: ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secũdum legem pharisæus, secundum æmulationem persequēs ecclesiam Dei, secundum iustitiam, quæ in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christũ detrimēta: ueruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem sciētiã Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, ut & inueniar in illo.

LECTIO II.

Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi

Ille ergo circunciditur, qui interius per Spiritũsanctũ renouatur in Christo, qui est veritas circũcisionis. Cor. 2. Circuncisi estis circũcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, &c. [Et nõ habentes fiduciã in carne,] i. in carnali circuncisione, quia ut dr̄ Ioã. 6. Spiritus est qui viuificat, caro aũt non prodest quicquam. Sumitur aũt caro aliqñ in nobis, pro carnali concupiscentia, qñq; pro carnis cura, & qñque pro carnali obseruantia. Et vtrunq; debemus circuncidere, nec in eis gloriari. Deinde cũ dicit. [Quanquam ergo &c.] Ponit exemplum proprium, & primo pręmittit eminentiam suam, quam habebat in statu legali, Secũdo ostēdit qũo eam contempsit, ibi. [Sed quæ &c.] Primum proponit primo in generali, Secũdo, explicat per partes, ibi: [Circũcisus, &c.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit fiduciam, quã habere potuit in legalibus, dicens, Non debemus habere fiduciã in legalib. [Quanquam habeam,] i. possem habere, si uellem, quia, in quo quis audet, in insipientia dico, audeo, & ego, &c. Vt dr̄ 2. Cor. 11. Et hoc ēt excellentius, quia, ego magis 2. Cor. 11. Vt minus sapiēs dico, plus ego &c. Et hoc totum adducit, vt efficacius destruat obseruationes legales. Multi enim contemnunt, q̄ nesciunt, vel non habent, & hoc non ualet, sed tunc qñ aliquis habet, & contemnit, & non gloriatur in eis. Sic, si Apostolus non habuisset locum in statu legalium, poterat dici, ꝙ ideo ad statum euangelij venit. Et ideo ostendit per hoc eminentiam suã in statu illo. Et primo quantum ad genus, secundo, quantũ ad conuersationem; ibi. [Secundum legem, &c.] Quantum ad primũ tripliciter, quantum ad generis sacramentum, quia circuncisus 8. die. Gen. 17. Vt sit signũ fęderis inter me, & uos &c. Et dicit, [Octaua die,] quia hæc erat differētia inter proselytos, & eos qui erãt de genere Abrahæ, quia illi non octaua die, sed iam adulti qñ cõuertebantur, sed isti ẽm legem octaua die. Gene. 17. Infans octo dierum circuncidetur ex uobis. Sic ergo nõ vt proselytus, sed vt vere Israelita fuit. Secundo, quantum ad ipsum genus, & primo quantum ad gentem, cum dicit. [Ex genere Israel.] Ex Abrahã enim, duæ gentes descenderũt. Vna per Isaac, & alia per Ismael. De primo, duæ, Vna per Esau & alia per Iacob. Sed duæ. s. q̄ ex Esau, & Ismaelitæ non sunt consecutæ hæreditatem; sed solus Iacob, qui & Israel. Ideo dicit, Ex genere Israel 2. Cor. 11. Israelitę sunt, & ego. Item, quantum ad tribum, quia in tribu Israel erant quidam de ancillis. s. de Bala, & Zelpha, quidam de liberis. s. Lia & Rachel. Et inter istos, quidam semper erant in cultu Dei. s. Leui, Iuda, & Beniamin. Aliæ tempore Hieroboam conuersæ sunt ad idola. Et ideo tribus Beniamin priuilegiata erat, quia in fide, & dilectione uxoris, & in ea tēplum. Deut. 33. Beniamin amãtissimus Dñi habitabit cõfidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet, &c. Gen. 49. Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Quo figurabatur Paulus, qui fuit qñq; contra ecclesiã. Tertio, quantum ad nomen, & linguam, cum dicit, [Hebræus.] Aliqui dicunt, ꝙ Hebręus dr̄ ab Abraham, & hoc dicit Aug. sed postea retractat. Sed dr̄ ab Heber de quo Genes. 11. Quod aũt non Abraham, patet, quia ēt Abraham dr̄ Hebræus. Gen. 14. Nuntiauit Abrahæ Hebræo. Dicit Gl. super Gen. 11. Quod tēpore Heber, diuisum est labium gentiũ oĩum, & illa lingua, q̄ prius erat, remansit in familia Heber, & in cultu vnius Dei, & inter oẽs Hebræos. Natus est ēt ex parentibus Hebræis, & ideo dicit, Ex Hebræis. Deinde ostendit suam eminentiã, quo ad conuersationē. Et primo quantum ad sectam, cum dicit. [Secundum legē pharisæus. Apud Iudæos siquidem erant tres sectæ. s. Pharisæorũ. Saducæorum, & Hesseorum. Sed pharisæi magis ad ueritatem accedebant, quia saducæi negabant resurrectionem, neq; credebãt esse angelos, neq; spiritus, Pharisæi aũt vtrunq; confitentur, ut dr̄ Act. 23. Et ideo in hac commendabilior est secta pharisæorũ. Quomodo aũt pharisæus fuerit, dr̄ Act. 26. Qũi ẽm certissimã sectam nostræ religionis uixi pharisæus. Secundo, quantum ad æmulationē quam habuerunt Iudęi, licet nõ ẽm scientiam, in persequendo Christianos: ideo dicit, [Persequens ecclesiã Dei.] Galat. 1. Qui psequebatur nos aliqñ, nunc aũt euãgelizat fidem quã aliquãdo expugnabat. Et Act. 26. Et ego quidē existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa cõtraria agere, qđ & feci Hierosolymis, & multos sanctorum, ego in carceribus inclusi, &c. 1. Cor. 15. Non sum dignus uocari Apostolus, qm̃ persecutus sum ecclesiã Dei. Tertio, quantum ad innocentiã conuersationis. Ideo dicit: [Secundum iustitiã, &c.] Hæc iustitia consistit in exteriorib. sed iustitia fidei est cordis. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Nam quantum ad iustitiã exteriorē, Apostolus innocenter uixit. Et ideo dicit: [Sine querela.] Non aũt absque peccato, quia querela est peccatum scandali proximorum in his, quæ sunt exteriora. Luc. 1. Incedentes in omnib. mandatis & iustificationib. Dñi, sine querela &c. Et ideo non est contrarium, quod dr̄ Ephe. 2. In quibus & nos ambulauimus, quia verã iustitiam fidei, q̄ facit hominem purum, tunc non habuit, sed solũ legis. Deinde cũ dicit; [Sed quæ mihi &c.] Ostendit contemptum suæ eminentiæ in legalibus. Et primo ostēdit propter quid legalia cõtempsit in generali: secundo in speciali, ibi; [Verumtamen &c.] Dicit ergo; [Hæc quæ fuerunt &c.] i. reputabam magna, ꝙ pharisæus &c. Hæc sum arbitratus propter Christũ mihi detrimenta. i. reputo, ꝙ sunt mihi in detrimentũ. Legales cæremoniæ seruantiæ, quæ tempore legis erant efficaces, post Christum sunt noxiæ. Et ideo dicit, [Detrimenta.] Et finis huius est Christus. Et ideo dicit: [Propter Christũ.] Et exponit; quia primo propter Christũ cognoscendũ: secundo propter Christum adipiscendum. Quantum ad primũ, dicit; [Verumtamen existimo omnia detrimenta esse;] verũ est, si eis inniteretur. Et hoc quod alieni sunt reputo mihi detrimentũ, & hoc propter desideriũ rectæ scientiæ Christi Dñi mei. 1. Corin. 2. Nihil reputaui me scire nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Et hoc; [Propter eminentem scientiam &c.] Quia hæc superat oẽs alias scientias. Nihil. n. melius potest sciri, quam verbũ Dei, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Col. 2. Quantum ad ẽm dicit: [Propter quẽ omnia &c.] Et primo, ostendit ꝙ propter Christum adipiscendum contempsit legalia. Secundo ostendit, ꝙ post Christũ adipiscendum, ibi: [Non habes &c.] Dicit ergo, [Omnia detrimentũ facio,] habendo me ad ea sicut ad detrimentum, & uilia, & hoc: [Vt Christum lucrifaciam, idest adipiscar ipsum & adiũgar ei per charitatem.

LECTIO II.

Ostendit supra, preterita lucra contemnere propter Christum, & ostendit ꝙ intendebat Christum cognoscere, & Christum lucrari, & hoc intendit hic specialiter exponere. Et primo, quomodo desiderat Christũ lucrari & inueniri in eo per iustitiam. Secundo, per passionis tolerantiam, ibi; [Configuratus &c.] Circa primum, primo ostendit, quæ sit iustitia, quam dereliquit. Secundo, quæ sit quã quærit, ibi; [Sed &c.] Sciendum est aũt, quod iustitia qñque sumitur, vt est specialis uirtus, per quã homo ponit rectitudinem in his, quæ sunt ad cõem conuictum. & ẽm quòd est in his directiua: nam temperantia est circa interiores passiones. Iustitia autem est ad alterum. Alio modo iustitia dicitur virtus generalis, secundum quod homo seruat legem propter bonum commune, & hoc modo frequenter in scriptura sacra ponitur pro obseruantia diuinæ legis. Ps. 118. Feci iudicium & iustitiam, i. legem, quã seruabat ex amore, quasi motus ex se, & sic est uirtus. Non aũt si alio modo. i. ex aliqua exteriori causa. s. uel propter lucra, uel propter pęnas, & si obseruatio ei displiceat. Et secũdum hoc est duplex modus iustitiæ; unus est iustitiæ moralis: alius est iustitiæ legalis, per quam legem non ex amore,

tia in fide, ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius configuratus morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem (q̄ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero, quæ sunt priora extendens meipsum) ad destinatum persequor brauium supernę uocationis Dei in Christo Iesu.

re, sed timore seruat. Et ideo dicit: [Non habens meã iustitiã, quę ex lege est,] quia ut dicit Aug. Breuis differentia legis & euãgelij est, amor & timor. Ro. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, &c. Sed si tua est, qũo est ex lege? Respondet, immo est mea, quia humana uirtute absq; habitu gratiæ interioris iustificãtis facio talia opera, sed ex lege est, sicut a docente. Vel mea est, ꝙ præsumo per me eã seruare. Ro. 10. Moyses scripsit, qm̃ iustitiam, q̄ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. De hac iustitia, quã quærit tria dicit. s. modũ adipiscendi, actorē & fructũ. Modus est, quia non adipiscitur, nisi ex fide Christi. Ro. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deũ, per Dñm nostrũ Iesum Christum. Ro. 3. Iustitia aũt Dei per fidem Iesu Christi in oẽs, & super oẽs qui credunt. Actor autē est Deus, & non homo. 8. Ro. 8. Deus qui iustificatur. Ro. 4. Credēti aũt in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã, ẽm propositum gratię Dei. Et ideo dicit. [Quę ex Deo est &c.] Act. 5. Et spiritusanctus quē dedit Deus omnib. &c. Fructus est cognitio eius, & uirtus resurrectionis eius, & societas sanctorũ eius. Et de huiusmodi, ẽm duplicem cognitionem, põt dupliciter agi. Vno modo, exponendo de cognitione viæ, & sic oportet tria cognoscere de eo. Primo, eius personam. s. ꝙ est uerus Deus, & verus homo. Et ideo dicit; ad cognoscendum illum. Io. 14. Tanto tempore vobiscũ sum, & non cognouistis me, &c. Secundo, gloriã resurrectionis eius. Vnde dicit. [Et uirtutem resurrectionis,] i. resurrectionem virtuosam factam propria uirtute. Tertio qualiter eum imitentur, ibi. [Et societatem,] s. vt ei sociemur in passione. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Secundo, de cognitione experimentali, & incipit a posteriori, ꝙ est ultimum in executione, & primum in intentione. Primum est agnitio Dei per essentiã, ad quã ducit fides. Hier. 31. Oẽs cognoscent me, a minimo eorũ vsq; ad maximũ, dicit Dñs, &c. Et ideo dicit ad cognoscendum illum. Secundo, quia non solũ anima glorificatur, sed ex hoc ēt corpus erit gloriosum. Ideo dicit, [Et uirtutem resurrectionis eius,] s. ex qua resurgemus. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra &c. Tertio, societatem. quia per experientiam habebimus quantũ ualeat societas passionis eius. 1. Cor. 1. Fidelis aũt Deus, per quē uocati estis in societatem filij eius Christi Dñi nostri. Deinde cũ dicit. [Configuratus, &c.] Ostendit qũo uelit lucrari & inueniri in eo per tolerantiam passionis, Et primo ponit tolerantiã, secũdo fructum, ibi [Si quo modo, &c.] Dicit ergo, Inueniar nõ solũ habēs iustitiã, sed configuratus morti eius, ut patiar propter iustitiã, & veritatē, sicut Christus. Gal. ult. Ego. n. stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Fructus uero est, si qũo &c. Ex passionib. n. hic toleratis, homo peruenit ad gloriam. Ro. 6. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. 2. Tim. 2. Si cõmortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus. Ro. 8. Si tñ compatimur, vt & conglorificemur. Et dicit [Si quo modo] propter difficultatem, arduitatē, & laborem. Matt. 7. Arcta est uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam &c. Amos 4. Præparare in occursum Dei tui Israel &c. Christus. n. surrexit per potentiam propriã: homo aũt nõ propria potestate, sed gratia Dei. Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Vel põt intelligi de occursu sanctorum, qñ occurrent Christo descendenti de cęlo ad iudicium. Deinde cum dicit. [Non quod iam &c.] Ostendit qũo differtur suum desiderium. Et primo ostendit, quid de se sentit, secundo hortatur alios, ut idem de se sentiant, ibi; [Quicunque enim perfecti, &c.] Iterum prima in duas, quia primo ostendit, qũo deficit a perfectione interna. Secundo hoc exponit, ibi: [Fratres, ego me, &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit se nõ peruenisse ad perfectionem. Secundo, ꝙ ad eam tendit; [Sequor autem, &c.] Tendens in aliud, duo intendit. s. adipisci quæsitum, & frui illo. Frustra enim quæreret, si non eo frueretur & inhęreret: Et ideo dicit. [Non quod iam acceperim,] s. gloriam quam quæro. Sap. 5. Accipiēt regnum decoris, & diadema spēciei, de manu Dei. [Aut iam perfectus sim.] 1. Corint. 13. Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Sed contra. Estote perfecti. Matth. 5. & Gene. 17. Esto perfectus. Respondeo, Dicendum est, quòd duplex est perfectio, scilicet patriæ & viæ. Perfectio namq; hominis consistit in hoc, quòd adhæreat Deo per charitatem, quia vnumquodque est perfectum secundum modum, quo adhæret suæ perfectioni. Anima autem potest adhærere Deo dupliciter perfecte. Vno modo, ut totam actionem suam referat in Deũ actualiter, & cognoscat, ut cognoscibilis est: & hæc est patriæ. Sed inhæsio uiæ est duplex. Vna de necessitate salutis, ad quam omnes tenentur, scilicet ut in nullo cor suum quis applicet ad id, quod est contra Deum, sed habitualiter referat totam uitam in eum. Et isto modo dicit Dominus. Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum &c. Deut. 6. Alia est supererogationis, quando quis vltra communem statum inhæret Deo, quod fit remouendo cor a tēporalibus, & sic magis appropinquat ad patriam, quia quanto deficit cupiditas, tanto plus crescit charitas. Quod ergo hic dicitur, intelligitur de perfectione patriæ.

Deinde cum dicit, [Sequor autem, &c.] Ostendit conatum ad eam, dicens, [Sequor,] scilicet Christum. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris &c. Io. 10. Oues meæ uocem meã, audiunt, & sequuntur. Et hoc. [Si quo modo comprehendam.] 1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Sed contra, quia Deus est incomprehensibilis, quia Hiere. 31. dicitur, Si mensurari potuerint cœli desursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum, &c. Respondeo, Dicendum est, quòd comprehendere, vno modo est includere: sicut domus comprehendit nos. Alio modo idem est, quòd attingere, & tenere. Primo ergo modo est incomprehensibilis: quia non potest includi in intellectu creato, cum sit simplicissimus, quia non perfecte uides eum nec amas, sicut est uisibilis, & amabilis: sicut qui nescit demonstrationem, nescit demonstratiue, sed opinatiue. Deus autem perfecte seipsum cognoscit, ut cognoscibilis est. Cuius ratio est, quia res cognoscitur secundum modum sui esse, & ueritatis. Deus autem lux est, & ueritas infinita, sed nostrum lumen est finitũ. Et ideo dicit; [Sequor, si quomodo comprehendam,] hoc intelligendo, secundo modo. s. attingendo Cant. vlt. Tenui eum, nec dimittã, &c. In quo, & comprehensus sum. Quod tripliciter intelligitur. Nam tota gloria est in dicta Dei comprehensione, vt. s. Deus sit præsens animæ nostræ. Sed non oẽs habent æqualem beatitudinem: quia quidam clarius uident, sicut etiam quidam ardentius amabunt, & plus gaudebunt. Vnde quilibet habebit certã mensuram, & hoc ex prædestinatione diuina. Et ideo dicit, [In quo, & comprehensus sum.] q. d. in tali mensura intendo comprehēdere, secundum quod mihi dispositum est a Christo. Vel sequor vt comprehendam, sicut comprehensus sum. q. d. Vt uideam sicut ipse me uidet. 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est idest, non per similitudinem, sed per essentiam. Vel comprehendam uidendo Christum gloriosum. In quo comprehensus sum, idest in illa gloria, qua apparuit quando conuersus sum. Deinde cũ dicit. Fratres ergo, &c. Exponit, quæ dixerat, & primo de defectu perfectionis: secundo de sequela, ibi: [Vnum autem, &c.] Dicit ergo; [Ego,] & cæt. Quasi dicat; Non sum sic superbus, quòd attribuam mihi, quod non habeo, sed sequor, &c. Quod tripliciter legitur. Vno modo sic, [Vnum arbitror,] scilicet, ꝙ [Quæ retro sunt, &c.] Vel non arbitror me comprehendisse, sed prosequor vnum, scilicet ad destinatum, &cęt. Vel non arbitror me comprehendisse illud, supra Psalm. 26. Vnam petij, &c. Et tunc ostendit quid deseruit, quia vel temporalia lucra, vel temporalia bona, uel merita præterita, quia non debet homo computare Deo merita præterita. Secundo ostendit ad quid tendit scilicet; [Ad ea, &c.] idest, uel quæ pertinent ad fidem Christi; uel maiora merita, uel cœlestia. Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit, &c. Et dicit, [Extendens.] Qui enim aliquid uult capere, extendit se quantum potest. Sed debet cor extendere se per desiderium. Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ ducit ad regnũ perpetuum &c. Sed ad quid tendit? [Ad destinatum brauium,] quod est præmium solius currentis. 1. Corin. 9. Omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium. Dico autem ad hoc brauium destinatum mihi a Deo, [Quod est supernæ uocationis Dei.] Roman. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit, &c. Et hoc: [In Christo Iesu,] idest, per fidem Christi.

LECTIO III.

SVPRA posuit quomodo ab vltima perfectione deficiebãt, nunc hortatur alios ad idem sentiendum. Et primo ponitur exhortatio: secundo, quid ab eis necessario exigatur, ibi; [Veruntamen ad quod perue nimus, &c.] Dicit ergo, [Quicunq; &c.] s. quod ego sentio. s. ꝙ non sum perfectus. Quõ ergo si perfecti sumus, sentimus, quasi non perfecti? Respondeo. Dicendum, ꝙ perfecti perfectione uitę, sed non perfecti perfectione comprehensionis, qñ. s. tota intentio fertur actu in Deũ. In uia uero habitualiter, ꝙ. s. nihil contra Deũ faciamus. Et dicit. Quicunque,] quia quanto quis est perfectior, tãto imperfectũ se magis cognoscit. Iob. vlt. Auditu auris audiui te, nũc aũt oculus me' videt te. Idcirco ipse

LECTIO III.

QVicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam uobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorũ Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde etiã saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suę, qua etiam possit subijcere sibi omnia.

me reprehendendo, & ago penitentiam in fauilla, & cinere, &c. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro cõsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali. [Etsi quid aliter. &c.] In Gl. quatuor modis dr̃, & primo ponũtur duo sensus magis literales. Vnus talis, dico ꝙ vos sentiatis quod ego, s. vos esse imperfectos, tñ si quid aliter. i. melius de vobis sapiatis quàm ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationem diuinam donatum. Et qñ altius est vobis reuelatum aliquid quod nõ mihi, non contradico, sed cedo vestræ reuelationi. [Veruntamẽ nolo,] ꝙ propter hanc reuelationem ab unitate ecclesiæ discedatis; sed teneamus, ex unitate illud. [Ad quod peruenimus: ut idẽ sapiamus, &c.] Quæ unitas ecclesiæ, consistit in unitate ueritatis fidei, & rectitudinis bonæ operationis. Et utraque seruanda est 2. Cor. vlt. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c. & eadẽ regula bonæ uitæ, & operationis. Gal. ulti. Quicunq; hanc regulã secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, &c. Vel aliter, dico ẽt si uos propter ignorãtiam, vel infirmitatem aliter sapitis, quã ueritas habet, humiliter confiteamini nec proterue defendatis. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis &c. Vel aliter, dico, ꝙ idem sentiamus. s. nondũ comprehendisse, sed si quid aliter nunc sapiatis, quã sapiendũ sit in futuro, quia. Nunc uidemus in speculo, tunc aũt facie ad faciẽ Deus reuelabit in futuro. Ps. 28. Reuelabit condensa, &c. Vel aliter, siue sapiatis hic obscure, siue in futuro manifeste, Deus reuelabit, quia fides ex Deo est, [Veruntamen, &c. [Non mutatur. Deinde cum dicit [Inducit ad sui, & aliorum imitationẽ, ut caueant malos. Et primo proponit intentionem: secũdo rationẽ, ibi [Multi. n. &c.] Dicit ergo, Quia hæc reputo, ut stercora &c. In hoc imitatores, &c. Io. 10. Vocem eius audient, &c. Ego sum pastor, uos oues meæ per imitationem. 1. Cor. 4. & 11. [Imitatores mei estote,] sicut & ego Christi, &c. [Et obseruate] i. diligenter cõsiderate, [Qui ita ambulant, sicut ego.] Et uos scire potestis ex regula, & doctrina mea 1. Tim. 4. Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate 1. Pet. 5. Forma facti gregis ex animo. Deinde cum dicit. [Multi, &c.] Ponitur rõ monitionis, & primo ex parte uitandorũ, secundo ex parte imitandorũ, ibi. [Nostra aũt conuersatio, &c.] Ne aũt hæc uideatur ex odio dicere, p̃mittit suam affectionem. Secundo ostendit, quales sunt vitandi, ibi. [Inimicos &c.] Dicit ergo, Dico, ꝙ imitandi indigent obseruatione, quia quidam aliter incedunt, s. de malo in peius. Ps. 81. In tenebris ambulant, &c. [Quos, &c.] Vobiscum præsens, [Nunc aũt, & flens] præ cõpassione. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et huius rationem oñdit, dicens, [Inimicos &c.] Quod describit, Primo ex opere, secundo ex intẽtione, ibi. [Quorũ Deus, &c.] Itẽ circa primũ primo proponit opus, secundo euentũ operis ostendit, ibi [Quorũ finis, &c.] Opus eorũ, est exercitiũ inimicitiæ contra crucem Christi. s. dicentiũ, ꝙ nullus põt saluari sine legalib. in quo euacuant uirtutem [Crucis Christi.] Gal. 2. Si enim ex lege iustitia, ergo Christus gratis, i. sine utilitate mortuus est 1. Cor. 1. Verbũ enim crucis pereuntib. quidẽ stultitia est, his aũt, qui salui fiũt. i. nobis virtus Dei est. Et quid eueniet? Certe nobis uita per crucẽ Christi; illis aũt contrarium, quia incurrent mortem. Vnde dicit. [Quorum finis, interitus.] s. mortis æternæ. Iob 28. Lapidem caliginis, & umbrã mortis diuidit &c. Deinde describit eos, quantum ad intentionem. Et primo manifestat eorũ intentionem: secundo ostẽdit intẽtionis euentũ, ibi; [Et gloria, &cæt. Dicit ergo, [Quorum Deus, &c.] q.d. Ideo dissentiunt s. legalia esse obseruãda propter lucrum, & gloriam propriam, vt satisfaciãt ventri. Ro. vlt. Dño non seruiũt, sed suo uentri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentiũ. Eccle. 6. Oĩs labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Et dicit Deus, qr propriũ Dei, vt sit principiũ primũ, & finis vltimus. Vnde, qui pro fine habet aliquid, illud est Deus suus. Itẽ, quærunt gloriam suã contra illud Io. 8. Ego gloriam meam nõ quæro, est qui quærat & iudicet, &c. Sed euentus eorum erit in cõfusione, Oseæ 4. Gloriã eorũ in ignominiã cõmutabo. Et hoc eorũ, q. terrena sapiunt, i. quibus terrena placent, & ea quærunt. Et hi confundẽtur, quia status eorum transit. Ro. 8. Si ẽm carnem uixeritis moriemini, &c. Glo. Quorum Deus, &c. Dei propriũ est iustificare, quia ... in cibis iustificationem ponebant, dicebant, Deum uentrem ... est in confusione, quia in confusibilibus. s. in circuncisione ... dorum, & occisione brutorũ. Consequenter ostendit, quales ... imitandi, ibi. [Nostra aũt conuersatio, &c.] Et primo describit eis cęlestem conuersationem. Secundo expectationẽ, ibi. [Vnde ẽt saluatorem, &c.] Tertio, utilitatem, ibi. [Qui reformabit corpus humilitatis.] Dicit ergo, Illi terrena sapiunt, sed non sic de nobis, quia. Nostra conuersatio in cęlis est. i. perficitur per contemplationẽ 2. Cor. 4. Non contẽplantibus nobis, q̃ vñt, sed quæ non uidentur, &c. Item, per affectionem, quia sola cęlestia diligimus, Itẽ, per operationem, in qua est cœlestis repręsentatio. 1. Cor. 5. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cęlestis; sed quare est ibi cõuersatio? quia inde expectamus optimũ auxilium. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, &c. Matt. 6. Vbi est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vnde dicit. [Vnde expectiamus saluatorem nostrũ. Esa. 30. Beati oẽs qui expectant eum. Luc. 12. Similes hominib. expectantibus Dñm suũ, qñ reuertatur a nuptijs, &c. Tria aũt facit iste aduentus. Primo, cõem resurrectionem. Ideo dicit, [Reformabit corpus humilitatis] i. abiectionis, quia est mortalitati subiectũ. Iob 25. Homo putredo & filius hominis uermis. 1. Corin. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Hoc corpus sic abiectũ reformabit, i. ad propriã formam reducet. Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra. &c. Secũdo sanctorũ imitationem. Ideo dicit, [Configuratũ corpori claritatis suæ.] Corpus si quidẽ Christi, est glorificatũ per gloriã diuinitatis suę & hoc meruit per suã passionem. quicunq; ergo participat uirtutem diuinitatis per gratiã, & passionem Christi imitatur, glorificabitur. Apoc. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut ego uici, & sedi cũ patre meo in throno eius. 1. Io. 3. Similes ei erimus. Matt. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit. [Secundum operationem diuinitatis suæ.] i. per uirtutem in ipso, [Per quã possit subijcere omnia.] Omnes. n. Christo subijciẽtur, quidam quantum ad salutem, quidam quãtum ad pęnam, in primis exercebit misericordiam, in secundis iustitiã. Ps. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. 1. Cor. 15. Pater subiecit omnia filio. Io. 5. Quæcunque pater facit & filius similiter facit.

CAP. IIII. LEC. I.

ITaque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino charissimi. Euchodiam rogo & Syntychem deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te Germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitę. Gaudete in Domino sempe:, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim propè est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarũ actione; petitiones vestrę innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quęcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.

LECTIO PRIMA.

SVpra proposuit eis exempla sequenda, hic per admonitionem moralem, ostendit qualiter se debeant habere. Et primo ostendit, qualiter se habeant in futurum. Secundo commendat eos de præterito, ibi, [Gauisus sum aũt &c.] Circa primum duo facit. Primo, monet ad persistendum in iam habito. Secundo, ad proficiendum in melius, ibi, [Gaudete in Dño semper &c. Iterum prima diuiditur in duas partes. Quia primo inducit ad perseuerandum in generali. Secundo ponit speciales modos ad singulares personas, ibi, [Euchodiam rogo &c.] Circa primũ, primo commemorat ad eos suum affectũ. Secundo ponit monitionem, ibi, [Sic state &c.] Affectum autem suum cõmendat quintupliciter. Primo secũdum fidem, ostendens eos sibi dilectos. Vnde dicit, [Fratres,] s. per fidem. Matth. 23. Oẽs vos fratres estis. Secundo per charitatem. Vnde dicit [Charissimi] 1. Corin. 10. Charissimi mihi &c. Tertio, secundum desiderium. Vnde dicit, [Desideratissimi.] supra. 1. Testis est mihi Deus quõ cupiam &c. Et dico desideratissimi, quia desidero vos, vel quia me desideratis. Quarto, per gaudium. Vnde dicit, [Gaudium meum.] Et hoc. s. quia estis boni, Prou. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. Quinto per rationem gaudij. Vnde dicit [Corona mea] 1. Thess. 2. Quæ est enim spes nostra aut gaudiũ, aut corona gloriæ, nonne vos? &c. Deinde cum dicit; [Sic state &c.] Ponit monitionem de perseuerantia, dicens [Sic state &c.] i. sicut ego, perseuerate, vel sic, sicut statis. Mat. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit, [Euchodiam rogo &c.] Singulares monitiones ponit. Et primo de concordia. Secundo, de solicitudine adiutorij, ibi, [Etiam rogo & te &c.] Hæ duæ mulieres sanctæ ministrabant sanctis in ciuitate Philippensi, & forte erat aliqua discordia inter eas, ideo eas ad concordiam reuocat. 2. Cor. vlt. Idem sapite. Deinde cum dicit, [Etiam rogo & te &c.] Quendam rogat ut adiuuaret quasdam personas. Et dicit compar, quia socius erat prædicationis eius Prou. 17. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas fortis.] Adiuua illas &c.] Et ad hoc rogo oẽs, quorum nomina &c. Quod posuit, ne si alios non nominaret, turbarentur. q. d. Non est magnũ, si non scribo omniũ nomina, quia sunt scripta in meliori loco. Matt. 5. Gaudete & exultate &c. Liber uitæ ẽm Glo. est prędestinatio sanctorum, & hoc est uerum ẽm rem: sed differt ratione. Sciendum est aũt, ꝙ olim erat consuetudo, ꝙ qui ordinabantur ad aliquod officiũ, vel dignitatẽ, scribebantur in matricula, sicut milites & senatores, qui palatio conscripti erant. Omnes aũt sancti prędestinati eligũtur a Deo ad magnum. s. ad uitam ęternã. Et hæc ordinatio est prædestinatio. Conscriptio huius ordinationis dr̃ liber uitæ; & hæc conscriptio est in memoria diuina, quia inquantum ordinat, prædestinat. Inquantũ vero immobiliter scit, dr̃ esse præscriptio. firma ergo notitia de prædestinatis, dr̃ liber uitæ. Sed nunquid aliqui inde deleantur? Sciendum est, quod aliqui sunt scripti simpliciter, aliqui ẽm quid. Sunt. n. aliqui prędestinati a Deo, vt habituri simpliciter uitam æternam, & isti sunt scripti indelebiliter. Aliqui, vt habeant uitam æternã non in se, sed in sua causa, inquantum ordinantur ad iustitiam pręsentem, & tales dicuntur deleri de libro uitæ, qñ excedunt a præsenti iustitia. Deinde cum dicit [Gaudete in Dño &c.] Hortatur eos ad proficiendum in melius, & primo ordinat eorum animũ ad proficiendum in melius. Secũdo actum eorum, ibi [De cetero &c.] Animum aũt ordinat tripliciter, & primo quãtum ad spirituale gaudium, secundo quantũ ad spiritualem quietẽ, ibi [Nihil soliciti &c.] Tertio quantũ ad pacem, ibi [Et pax &c.] Circa primũ, primo describit quale debeat esse nostrũ gaudiũ. Secundo, ostendit gaudij causam, ibi [Dñs prope &c.] Necessarium est. n. cuilibet volenti proficere, ꝙ habeat spirituale gaudiũ. Prou. 17. Animus gaudens ætatẽ floridam facit, &c. Conditiones aũt quatuor veri gaudij tangit Apostolus, & primo quod debet esse rectum, quod est, qñ est de proprio bono hominis, ꝙ non est quid creatum, sed Deus. Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonum est, &c. Tũc aũt rectum est, qñ in Dño. Ideo dicit, [In Dño.] Næemię. 8. Gaudium Dñi est fortitudo uestra. Item, continuũ. Vnde dicit. [Semper] 1. Thes. vl. Semper gaudete, quod fit qñ non interrumpitur

peccato, tunc. n. est continuum. Aliquando vero interrumpitur per tristitiã temporalem, quod significat imperfectionẽ gaudij. Cum enim quis perfecte gaudet, non interrumpitur eius gaudiũ, quia parum curat de re, parum durante. Et dicit, [Semper.] Item, multiplicatũ debet esse: si. n. gaudes de Deo, imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Luc. 1. Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, qa natus est, &c. Itẽ ut gaudeas de actione. Pro. 21. Gaudium est iusto facere iudiciũ &c. Imminet ẽt tibi gaudiũ de contemplatione. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuersatio illius. Itẽ, si gaudes de bono proprio, imminet tibi gaudere similiter de bono aliorũ. Item, si de præsenti, imminet ẽt de futuro. & ideo dicit, iterũ, &c. Item, debet esse moderatũ, ne s. effluat per uoluptates, sicut facit gaudiũ mundi. Et ideo dicit [Modestia uestra, &c.] q. d. Ita sit moderatum gaudiũ uestrũ, ꝙ non vertatur in dissolutionem. Iud. vlt. Populus erat iucundus ẽm faciem sanctorũ &c. Prou. 12. Qui suauis est, viuit in moderationibus. Et dicit. [Nota sit omnibus hominibus] q. d. Vita vestra sic moderata sit in exterioribus, vt nullius offendat aspectũ; impediret. n. conuersationem uestram. Deinde cum dicit. [Dñs enim prope est.] tangitur causa gaudij. Homo. n. gaudet de propinquitate amici. Dñs quidem prope est, præsentia maiestatis. Act. 17. Nõ longe est ab unoquoque. Item, est prope propinquitate carnis. Ephe. 2. Qui eratis longe, facti estis prope. Item, est prope per inhabitantem gratiam. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Item, per exauditionis clementiam. Psal. 144. Prope est dñs inuocantibus eum. Item, ad remunerandum. Esa, 14. Prope est, vt ueniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, &c. Deinde cum dicit, [Nihil soliciti, &c.] Ostendit, ꝙ mens nostra debet esse quieta: & primo ostendit superfluam solicitudinẽ. Secundo ostendit, quid loco eius in mẽte succedat, ibi [Sed in omni oratione &c.] Et satis conuenienter subdit. [Nihil soliciti &c.] Ad hoc quod dixerat. Dñs prope est q. d. ipse omnia tribuet, vnde non necesse est, ꝙ sitis solliciti. Matt. 6. Ne soliciti sitis animæ uestræ, quid manducetis, neque corpori vestro; quid induamini &c. Sed contra, quia dr̃ Rom. 12. Qui pręest, in solicitudine. Resp. Dicendum est, ꝙ solicitudo, quandoq; importat diligentiam quærendi quod deest, & hoc est commendabile, & opponitur negligentiæ: quandoq; anxietatem animi cum defectu spei, & timore de obtinẽdo id, circa quod solicitatur, & hãc prohibet Dñs. Matt. 6. Et hic Apost. quia non debet desperare, quin Dñs det necessaria. Sed loco solicitudinis debemus habere recursum ad Deum, 1. Pet. vlt. Omnem solicitudinem projcientes in eum, qm̃ ipsi est cura de vobis. Et hoc fit orando. Et ideo dicit, [sed in omni &c.] Et conuenienter postquam dixit, Dñs prope est, subdit de petitione. Nouo. n. Dño uenienti, porriguntur petitiones. Et ponit quatuor, quæ necessaria sunt in qualibet oratione. Oratio. n. importat ascensum intellectus in Deum. Et ideo dicit, [In omni oratione] Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit &c. Item, debet esse cum fiducia impetrandi, & hoc ex Dei misericordia. Dan. 9. Neque. n. in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis &c. Et ideo dicit, [Obsecratione] quæ est contestatio per Dei gratiam, & eius sanctitatem, & ideo se humiliãtis est. Prou. 18. Cum obsecratione loquitur pauper. Et hoc fit cum dicimus, Per passionem, & crucem tuam, &c. Quia vero ingratus de beneficijs acceptis, indignus est, vt alia accipiat, ideo subdit. [Cum gratiarum actione] 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. Et tũc proponit petitionem. Et ideo dicit, [Petitiones uestræ. Mat. 7. Petite, & accipietis. Et hæc quatuor si bene consideremus, habent omnes orationes ecclesiæ. Primo. n. inuocatur Deus, secundo cõmemoratur diuinum beneficium. Tertio, petitur beneficium. Quarto, ponitur obsecratio, per Dñm nostrum &c. Sed notandum, ꝙ dicit, petitiones vestræ innotescant apud Deũ. Nunquid dñs nescit hoc? Ideo hoc tripliciter exponitur in Gl. Primo. [Innotescant,] i. approbentur per Deum, & appareant quasi digne, & san-

Universidad de Deusto Biblioteca

& sanctę Psal. 140. Dirigatur Dñe oratio mea sicut incensum in conspectu tuo &c. Vel innotescant nobisipsis, quod semper sint apud Deum. q. d. Non oretis pp fauorem populi. Mat. 6. Tu aũt cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, &c. Vel innotescãt his, qui sunt apud Deum. i. angelis per quorum ministerium deferuntur Deo, non quasi ignoranti, sed quia intercedunt pro nobis. Apoc. 8. Ascendit fumus incẽsorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo &c. Deinde cum dicit. [Et pax, &c.] Ordinat animũ quantum ad pacẽ per illa supradicta, dispositũ. Et hanc per modum orãtis optat. Pax ẽm Augustinum, est tranquillitas ordinis: perturbatio enim ordinis est destructio pacis. Hæc ordinis tranquillitas tripliciter cõsideratur. Primo, prout est in principio ordinis. s. in Deo. Ro. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt, &c. Ab isto profundo in quo est pax, deriuatur primo, & perfectius in beatos, in quibus nulla est perturbatio, nec culpæ, nec pęnæ, & consequenter deriuatur ad sanctos viros. Et quanto est magis sanctus, tanto minus patitur perturbationẽ mentis. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, sed perfecta est in beatis Esa. vlt. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, &c. Quia vero cor nostrum ab omni perturbatione non põt esse alienum nisi per Deum, oportet ꝙ per ipsum fiat. Vnde dicit, [Dei.] Et hoc ẽm ꝙ consideratur in ipso principio, exuperat omnẽ sensum creatum, quia ut dr 1. Tim. ult. Lucem habitat inaccessibilem. Iob 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram &c. Et ẽm ꝙ est in patria, superat oẽm sensum angelorum, sed ẽm quod est in sanctis in uia, exuperat oẽm sensum humanum non habentium gratiam. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditũ, & dabo illi calculũ &c. Hæc ergo pax [Custodiat corda uestra] i. affectus vestros, vt in nullo declinetis a bono. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso uita procedit. Item. [Intelligentias vestras] s. vt in nullo deficiatis a vero. Et hoc. [In Christo Iesu.] Per cuius. s. charitatem conseruatur affectus a malo, & per cuius fidem intellectus perseuerat in vero. Deinde cũ dicit. [De cętero &c.] Ordinat actum, & primo inducit eos ad bene agendum, vbi ponit actionis obiectum. s. bonum, quod agitur. Secundo, motiuum actus. Tertio, actum. Quarto, fructũ actus. Hæc quatuor sunt hic. Obiectum aũt boni actus, vel est obiectũ cognitionis, vel affectionis. Quantum ad intellectum est uerũ, quantum ad effectum est bonum. Et ideo dicit, [De cętero,] i. ex quo sic estis firmati, [Cogitate quæ sunt uera per fidem.] Zach. 8. Pacem & ueritatem diligite &c. Quantum aũt ad affectum sciendum est, ꝙ quædam sunt de necessitate uirtutis, quædam superaddita. De necessitate uirtutis sunt tria. Primo, vt integer sit in se, & quantum ad hoc dicit, [Quęcunque pudica.] i. casta. Iac. 3. Quæ de sursum est sapientia primum quidem pudica est, &c. Item, ꝙ sit directus ad proximum. Vnde dicit, [Quæcunque iusta &c.] Matt. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam &c. Item ordinatus ad Deum. Vnde dicit. [Sancta.] Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris &c. Obiecta aũt necessitate superaddita sunt duo. Primo, ꝙ sit inductiuum ad amicitiam. Secundo, ꝙ sit conseruatiuũ bonæ famæ. Quantum ad primum dicit. [Quæcunque amabilia] i. quæ inducunt ad mutuam amicitiam. Eccl. 7. Non te pigeat uisitare infirmum. Ex his. n. in dilectione firmaberis. Prou. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater. Quantum ad ẽm dicit. [Quæcunque bonæ famæ.] Multa. n. possent fieri cum bona conscientia, quæ tñ pp famam sunt dimittenda. Eccle. 41. Curam habe de bono nomine. Hoc. n. magis permanebit, q̃ mille thesauri magni, & pretiosi. Motiuum ad operandum est duplex. Primo, inclinatio interioris habitus. Secundo, exterior disciplina, seu instructio. Quantum ad primum dicit. [Si qua uirtus] i. habitus uirtutis est in vobis. s. inducat uos ad hoc. Eccl. 44. Diuites in uirtute pulchritudinis studium habentes, pacificãtes in domibus suis. Quantum ad ẽm dicit, [Si qua laus. i. laudabilis disciplina. s. est in vobis, facite bona. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me, &c. Et exponit qualis sit ista disciplina dicẽs. [Hæc cogitate] s. quæ didicistis, me docente. Mat. Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde &c. & 1. Thess. 2. Cum accepissetis a nobis uerbũ auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est uere verbũ Dei &c. Et vidistis per exempla. Sic. n. patet motiuum actus, & obiectũ. quia disciplina habetur per doctrinam. Et oportet, ꝙ primo capiatur, vnde dicit. [Hæc cogitate.] Item, ꝙ ei assentiatur. Vnde dicit. [Et didicistis, & accepistis. Item habetur per auditum, & uisum. Vnde dicit. Quę audistis, & vidistis.] Bonus actus est duplex. s. unus interior qui ponitur, ibi [Hæc cogitare] 1. Timo. 4. Hæc meditare: exterior, ibi. Agite. Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere &c. Fructus est Deus, ibi [Et Deus pacis &c.] q. d. Si hoc feceritis, erit uobiscum Deus 2. Cor. vlt. Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit, vobiscum.

LECTIO II.

GAuisus sum in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis, occupati, autem eratis. Non quasi propter penuriam dico, ego enim didici, in quib. sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbique, & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me cõfortat, Veruntamẽ benefecistis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem, & vos Philippenses, ꝙ in principio euangelij, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia cõicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicã semel, & bis in usum mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, & abundo: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autẽ meus impleat omne desiderium vestrum, secũdum diuitias suas in gloria in Christo. Deo autem, & patri nostro gloria in secula seculorũ Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu, Salutant vos omnes qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

L E C T I O II.

SVperius ostendit Apostolus qualiter fideles se debeãt habere in futurum, hic cõmendat eos de præterito sibi impenso beneficio. Et primo ponit cõmendationem: secundo terminat epistolam in oratione, & salutatione ibi, [Deus aũt &c.] Circa primum duo facit. Primo commẽdat eos de beneficio impenso. Secundo beneficium diffusius exponit, ibi [Non quasi &c.] Item prima pars diuiditur in tres particulas, quia primo ponit gaudium conceptum ex eorum beneficio. Secundo commendat eorũ beneficium ibi [Qñ tandem &c.] Tertio, excusat tarditatem, ibi [Occupati, &c.] Dicit ergo: moneo ut gaudeatis, sed ego gauisus sum pp ea quæ fecistis, non in rebus, sed in Dño. Abac. 3. Ego aũt in Dño gaudebo &c. Gauisus sum inquam, vehementer, quia pp filios meos. Deinde ponitur materia gaudij, ibi [Qñ tandem, &c.] Bona opera sunt opera misericordiæ, & dicuntur flores, quia sicut ex flore fructus prouenit, ita ex eis fruitio uitæ beatę percipitur. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Qñ ergo opus bonum intermittitur, & postea resumitur, dicitur reflorere. Isti aũt aliquando prouiderant Apostolo, & iterum nunc prouiderunt, ideo dicit eos refloruisse, & hoc exponit cum subdit. [Pro me sentire] i. mihi compati, supra 1. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis &c. 1. Mach. 10. Quæ nostra sunt, sentias nobiscum, vt conserues amicitias ad nos &c. Sicut & olim sentiebatis. s. qñ mihi prouidistis. Et hoc tandem aliquando, quia licet tarde, tñ aliquando fecistis. Ro. 1. Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam &c. Deinde cum dicit [Occupati &c.] Excusat tarditatem, q. d: Non imputo negligentiæ vel culpæ, sed necessitati, quia eratis occupati pp tribulationes quas passi estis. Eccle. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus & c. Deinde cum dicit [Non quasi propter.] Beneficium exponit, & primo causam gaudij. Secũdo beneficium quo floruerunt, ibi [Scitis aũt, & vos] Tertio commemorat beneficium præsens, ibi, [Habeo aũt omnia.] Item primo, excludit causam, gaudij æstimatam. Secundo, declarat propriam mentis constantiam, ibi. [Ego. n. didici &c.] Tertio, approbat beneficentiã, ibi, [Veruntamen bene fecistis.] Dicit ergo, Non gaudeo pp penuriam a uobis propulsam, quæ grauis erat. Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. Sed tñ non deprimit animum, nisi eorũ qui in diuitijs delectantur, aut qui gloriantur in substantia. Et ideo Apostolus non tristatur de paupertate, cuius ratio est constantia mentis eius, quã primo ponit. Secundo causam eius, ibi [Omnia possum, &c. Item primo, ponit constantiam in speciali casu. Secundo, generaliter in omnibus, ibi [Vbique &c.] Dicit ergo, paupertatem non timeo, quia didici &c. Nihil demonstrat ita mentem sapiẽtis perfecti, sicut ꝙ sciat uti quolibet statu. Sicut. n. est bonus dux, qui in quolibet exercitu operatur ẽm exigẽtiã eius, & coriarius, qui ex quolibet corio facit optimos sotulares, sic ille perfectus est, qui scit uti quolibet statu, vt si sit in magno non eleuetur, & si in minimo nõ deijciatur. Et ideo dicit, Didici &c.] Esa. 50. Dñs Deus aperuit mihi aũr. ego aũt non contradico, retrorsum non abij &c. Et hoc sufficit si parum habeo, si multum, scio me contemperare. Et ideo se exponit, dicens. [Scio humiliari.] Humilitas autem quandoque dicit uirtutem quandam. Luc. 14. & 18. Qui se humiliat exaltabitur. Quandoque delectionem. Psal. 540. Humiliauerunt in compedibus pedes eius.

Et sic loquitur hic, dicẽs, [Scio humiliari,] idest abiectionem sustinere moderate, sicut oportet. Et quia homines exaltantur per diuitias, & deprimuntur per paupertatẽ, ideo exaltationem vocat abundantiam. Et in utroque est periculum, quia ex abundantia erigitur animus contra Deum, ex paupertate deijcitur. Et ideo dicitur Prou. 30. Paupertatẽ, & diuitias ne dederis mihi. Sed Apostolus loquitur melius, quia uirtute in vtroq; sciuit, & hoc ubique, idest, in omni loco, negotijs, statibus, & conditionibus institutus sum. 2. Cor. 6. In omnib. exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, &c. Deinde cum dicit [Omnia possum &c] Ponit causam suæ constantiæ, dicens. [Omnia possum.] quasi dicat, Non possem hos insultus sustinere, nisi manu Dei me cõfortante. Ezech. 3. Manus Domini erat mecum. Esa. 40. Qui sperãt in Domino, habebunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ &c. Sed numquid superfluit quod misimus, cum scias egere? Non, quia licet sciam, [Penuriam pati,] quod est uirtus, tamen non debet mihi subuentio subtrahi. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicãtes. Heb. 10. Nam, & vinctis compassi estis: & sic patet causa gaudij. Secundo, commemorat præteritum beneficium, ibi, [Scitis autem.] A quibusdam enim nihil accipiebat, scilicet Corinthijs, & Thessalonicensibus, & quia Corinthij erant auari, & cum turbatione ministrassent, & quia Thessalonicenses erant ocio dediti, laborabat dans eis exemplũ laborandi. Hi vero erant boni in absentia, & præsentia. Vnde dicit 2. Cor. 11. Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. In ratione dati spiritualis, & accepti temporalis. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, nõ magnum est si nos carnalia vestra metamus? Quia & Thessalonicã, &c. Et hoc est argumentum, ꝙ Papa potest ab vna ecclesia accipere subsidium aliarum, non autem sine quacunque causa. Sciendum est autem, quod cum quis dat aliquid alicui, duo sunt consideranda: scilicet substantia muneris, & meritũ dantis. Qui gaudet de temporalibus, gaudet de substantia muneris, nec quærit [illegible] dantem, & hic est mercenarius. Qui autẽ quærit dantis meritum, quærit fructum virtutis, & iustitiæ, & talis est pastor. Fructum inquam, qui abundat in ratione uestra. Ratio dicitur dupliciter, vel secundum quod est uirtus animę, & sic omnis uirtus est rationis. Rom. 12. Rationale obsequium uestrum. Quandoque est ratiocinatio, & computatio. Matt. 18. Qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Ideo dicit abundantiam in ratione, quia plus dabant, quàm tenerentur, quia quidam tantum in præsentia, sed isti etiam mittebant Romam. Habeo autem, quæ misistis. Repletus sum acceptis, scilicet his quæ misistis. [In odorem, &c.] Leuit. 3. & 4. Offerte holocaustũ in odorem suauitatis Dño. Est enim odor Deo suauis, deuotio offerentium, & inter omnes hostias multũ valent eleemosinæ. Heb. 13. Beneficientiæ autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeret Deus. Deinde cum dicit [Deus autem &c.] Finit epistolam in oratione, & primo ponit orationem, [Deus autem meus.] Vnus Deus est omnium per creationem, & potentiam, sed meus, quia singulariter ei seruio. Rom. 1. Testis enim est mihi Deus cui seruio. Impleat, &c. Quia implestis meũ. Et hoc potest Dominus, quia abundat secundum diuitias. Rom. 10. Item, Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum, &c. Et hoc uerum, in gloria scilicet sua, quia ibi implebitur totum desiderium. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et hoc in Christo, idest per Christum. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis, & pretiosa donauit. Et de omnibus his sit Deo, Trinitati, & patri nostro gloria. 1. Tim. 1. Soli Deo honor, & gloria in secula seculorum. Seculum est spacium, seu duratio generationis aut memoriæ hominum. Posita primo oratione, & secundo gratiarum actione, tertio ponit salutationem dicens. [Salutate omnem sanctum,] idest fideles in Christo, quia per Christum sanctificati. Heb. 13. Vt sanctificaret per suũ sanguinem populũ, extra portam passus est. [Maxime, &c.] Et per hoc intelligitur, ꝙ multos de familia Cæsaris conuertit, supra primo, Vt uincula mea manifesta in Christo fierent in omni prętorio, & cæteris hominibus, &c. Quamuis autem Matt. 11. dicatur, Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, tamen ad promouendum bonos, & impediendum malos, videtur licitum sanctis in curijs regum commorari, sed non propter delitias, & concupiscentiam voluptatũ. Et dicit, qui de Cæsaris domo sunt, vt eos animet ad gaudium, & ad fidem. Deinde ponit suam salutationem de manu sua dicens. [Gratia Domini, &c.]

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Philippenses.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO.

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

PRotegebat castra gladio suo &c. 1. Mach. 3. Hæc verba congruunt materiæ huius epistolæ ad Colossenses, quia totus status huius vitæ est in pugnatione militantiũ, quorum habitacula castra dicuntur. Iob 7. Militia est vita hominis super terram; ideo habitacula fideliũ, nomine castrorum figurantur. Vnde ecclesia similitudinem habet castrorũ. Gen. 32. Castra Dei sunt hæc. Hæc castra tripliciter impugnantur. A quibusdam quasi obsidentibus, qui manifeste se erigunt contra Ecclesiam. Apoc. 20. Ascenderunt super latitudinem terræ, & circuerũt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Ab alijs latenter decipitur sicut ab hæreticis. Rom. vlt. Per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda hominum &c. 2. Tim. 3. Mali aũt homines, & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. A quibusdam, s. domesticis, per diuersas corruptelas peccatorũ, quæ sunt ex corruptione carnis. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Ephe. vlt. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes &c. Prælati ecclesiæ sunt duces. Psal. 67. Principes Iuda duces eorum. Ad quorum officium pertinet, contra omnia prędicta castra ecclesię munire. Contra peccata quidem, per exhortationes. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Contra hæreticos per sanam doctrinam. 1. Tim. 1. Amplectentem eum, qui ẽm doctrinam est, fidelem sermonem &c. Contra persecutores, exemplo, s. patienter tolerando. Sic Paulus protexit gladio spirituali, quia in suis epistolis corripiebat peccata, confutabat hæreses, animabat ad patientiam. De primo, Ephe. 5. Fornicatio aũt, & omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. De secundo, Tim. 3. Hæreticum hominem, post primam, & secũdam correptionem deuita &c. De tertio. 2. Cor. 11. per totum patet, qñ animabat ad patiẽtiã. Et sic tanguntur duo in verbis propositis, s. ecclesiæ status, cum dr̃ Castra, & Apostoli studium, ibi, Protexit. In castris aũt, debet esse solicitudo ad mala vitanda. Deu. 23. Vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis. Item, ordo ad ducem, & ad se. Can. 7. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Gen. 32. Castra Dei sunt hæc. Item, terror ad hostes. Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Sed Apostolus circa protectionem erat solicitus tanquam pastor: cuius est digere oues diligenter ne errent. Io. 10. Ante eas vadit &c. Et sic Apostolus faciebat. Phil. 3. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Item, pascere abundanter, ne deficiant. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est dñi gregem, &c. Et sic Apostolus faciebat. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis lac dedi vobis. Item, defendere potenter, ne pereãt. Eccl. 7. Noli velle fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus &c. Et ideo dicit, quòd Apostolus protegebat castra, i. ecclesiã Dei gladio, quod est verbum Dei, vt dr̃ Ephe. 6. Heb. 4. Viuus est. n. sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Sic ergo materia huius epist. est hæc. Quia in epistola ad Ephesios ostendit modũ ecclesiasticæ vnitatis. In epistola ad Philippenses ostendit eius profectum & conseruationem. In hac autem agit de eius conseruatione contra hæreticos, qui deprauauerant eos seducendo, &c.

CAP. I. LEC. I.

PAulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: his qui sunt Colossis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

LECTIO PRIMA.

DIuiditur autem hæc epistola in salutationem, & tractatum ibi. [Gratias, &c.] Item, primo ponuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi. [His qui sunt.] Tertio, bona optata, ibi, [Gratia vobis.] Circa primum, primo ponitur principalis persona. Secundo adiuncta, ibi. [Et Timotheus] Principalis persona tangitur ex nomine Paulus, idest humilis. Tales. n. percipiunt sapientiã. Mat. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et ideo docet eum. Secundo ab officio, dicet Apostolus, i. missus, s. ad procurandum salutem fidelium. Act. 13. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Io. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et Apostolus, non cuiuslibet, sed Iesu Christi, cuius gloriam quærit, non sui ipsius. 2. Cor. 4. Non. n. nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dñm nostrum, nos aũt seruos vestros per Iesum. Sed quidam aliqñ perueniunt ad officium [illegible] Dei pp peccatum populi. Iob 34. Qui regnare facit hominem hypocritam pp peccata populi. Ose. 13. Dabo tibi regem in furore meo. Et ideo dicit [Per voluntatem Dei,] s. eius beneplacitum. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia, & doctrina. Persona adiuncta est Timotheus, vt. s. In ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt dr̃ Deut. 13. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Personæ salutatæ ponuntur, ibi. [His, &c.] Sancti dicuntur maiores. Luc. 4. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso. Fideles dicũtur minores, qui saltem veram fidem tenent, quia sine fide impossibile est placere Deo, vt dr̃ Heb. 11. Vel sanctis,] i. in baptismo sanctificatis. [& fidelibus,] i. permanẽtibus in fide accepta. Prou. 28. Vt fidelis multum laudabitur, &c. Deinde ponuntur bona optata, s. gratia, quæ est principium omnis boni. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Pax quæ est finale bonum omniũ. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Et per consequens optat omnia bona media. Et hoc [A Deo.] Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dñs. [Patre Dei nostri Iesu Christi,] s. per naturã, sed nostro per gratiam. [Et Domino Iesu Christo,] & sic patre nostro, s. Deo in trinitate, & Domino Iesu Christo, quantum ad naturam assumptam.

LECTIO II.

GRatias agimus Deo, & patri Dñi nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidẽ vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quam habetis in sanctos oẽs, propter spem quæ reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad vos, sicut, & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiã manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.

LECTIO II.

HIc accedens ad propositum, incipit epistolarem tractatum. Et primo, commendat euangelij ueritatem. Secundo, contra contrariantia protegit ueritatem status huius in 2. capit. ibi. [Volo enim scire vos.] Circa primum duo facit. Primo, commendat euangelicæ fidei ueritatem. Secundo, actorem huius status, ibi. [Qui est imago] Item, prima in duas, quia primo agit gratias pro beneficijs specialiter exhibitis Colossensibus. Secundo, pro exhibitis generaliter ecclesiæ, ibi [Gratias agentes.] Circa primum duo facit. quia primo commendat gratiarum actionẽ Deo pro istis. Secundo, ostendit orationis materiam, ibi [Audientes.] Iterum, prima in duas, quia primo præmittit gratiarum actionem. Secundo, orationem, ibi, [Orantes] Dicit ergo [Gratias agimus Deo,] actori gratiarum. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. Et hoc, [Semper] pro præteritis, & futuris. Licet. n. non continue in actu possimus orare, tamẽ semper ex habitu charitatis debemus orare, 1. Thess. vlt. Sine intermissione orate. Lu. 18. Oportet semper orare. Deinde ponitur materia: & primo gratiarũ actionis. Secundo

Secundo

Secundo orationis, ibi, Ideo, & nos. Circa primum, primo commemorat bona eorum. Secundo qũo fuerunt ea adepti, [Quam audistis.] Bonum nostrum principaliter, est in fide, spe, & charitate, per fidem enim habemus notitiam Dei, per spem, eleuamur in ipsum, sed charitate vnimur ei 1. Cor. 13. Nunc autem manẽt fides, spes, charitas, tria hæc, &c. Et ideo de istis tribus gratias agit: primo q; fidem habent. Non enim ipse prædicauerat eis, sed quidã discipulus Epaphras noĩe: & postea Archippus. Et ideo dicit. [Audiẽtes fidem.] quæ est principiũ spiritualis uitæ. Abac. 2. Iustus meus ex fide uiuit. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, &c. Sed hæc sine dilectione operante, est mortua ut dr̃ Iac. 2. Et ideo oportet, q; adsit dilectio operans. Gal. vlt. in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et ideo dixit. [Et dilectionem q̃ habetis, &c.] Est aũt quædam dilectio charitatis, & quædam mundana; sed mundana non se extendit ad omnes, quia dilectio talis ad illos est, cum quibus est cõio, quæ est causa dilectionis, & hæc causa in dilectione mundana, non se habet ad omnes, sed tm̃ est cum consanguineis, & mundanis, sed dilectio charitatis se extendit ad omnes. Et ideo dicit. [In omnes.] Nam, & si peccatores diligantur per charitatem, hoc est ut sint aliquando sancti. 1. Ioan. 3. Nos scimus qm̃ translati sumus de morte ad uitam, qm̃ diligimus fratres. Item, dilectio mundi habet fructum in hoc mundo, sed charitas habet in uita æterna. Et ideo tertio subdit, de spe, dicens. [Propter spem quæ reposita est] idest, propter gloriam æternam, quæ ideo dr̃ spes, quia pro certo creditur. Iob 19. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Deinde cum dicit. [Quam ante audistis.] Ostendit, qũo adepti sunt ista. Et primo, commendat doctrinam euangelicam. Secundo ministerium, ibi. Sicut didicistis. Item, primo cõmendat doctrinam a veritate. Secundo, ab eius dilatatione, ibi. [Quod peruenit.] Tertio a profectu, ibi. [Et fructificat.] Dicit ergo. [Quam audistis.] Scilicet spem, vel rem speratam. Et hoc. [In verbo veritatis euangelij.] Hæc enim excedit omnia. 1. Cor. 2. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Et ideo Deus eam nunciat, Matt. 3. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc aũt est spes uera, non aũt est vana (sicut qñ promittens est mendax) quia in verbo veritatis. Io. 17. Sermo tuus veritas est. Deinde cum dicit. Quod peruenit.] Commendatur doctrina Christi a dilatatione: quia non solum peruenit ad vos, sed in vniuerso mundo. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Matt. 24. Oportet hoc euangelium regni prædicari in vniuerso orbe, & tunc erit consummatio. Sed qũo nondum est consummatio, cum sit prædicatum in vniuerso mundo? Respondeo. Aliqui dicunt, quod euangelium Christi non est euangeliũ regni. Sed hoc est falsum, quia Dñs dicit, hoc euangelium regni. Sed dicendum est ẽm Chrysostomum, quod adhuc viuentibus Apostolis, euangelium Christi est diuulgatum per totum mundum, saltem quantum ad famam, quod est valde miraculosum, quod in quadraginta annis sic creuerit doctrina Christi. Et sic dicit. [In vniuerso mundo.] Quantum ad famam, & tunc erit consummatio, idest, destructio Hierusalem. Secundum Aug. autem, hoc non est uerum, quia adhuc tempore suo erant aliquę gentes, in quibus nondum erat ęcclesia. Et ideo ipse dicit hoc esse intelligendum, qñ prędicabitur, ita q;, quando in omnibus Gentibus ecclesia erit fundata, licet aliqui sint credentes, aliqui non, tunc erit finis, & hoc non tempore Apostoli, sed circa finem mundi, & sic quando hic dicitur in vniuerso mundo, loquitur Apostolus de futuro sicut de præsenti propter certitudinem euentus. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Potest tamen dici, q; secundum famam est diuulgatum per totum mundum, sed non secundum fundationem. Deinde commendat doctrinam Christi quantum ad fructum per bona opera, ibi. [Et fructificat.] Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis, &c. Matt. 13. Fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum [Et crescit,] scilicet in multitudine credentium. Actuum 2. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Et hoc magnæ potestatis fuit, quia sicut in vobis, ita & alijs. Audistis prædicationem. & cognouistis approbando. Consequenter commendat ministerium tripliciter. Primo, per comparationem ad se. Secundo, per comparationem ad ipsos. Tertio, quãtum ad utrosque. Dicit ergo. [Edocti estis,] per euangelium. [Sicut ab Epaphra didicistis conseruo.] Apoc. vlt. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. [Qui est fidelis minister.] Scilicet non quærens quæ sua sunt. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, &c. Qui est fidelis, s. mediator inter Apostolum, & istos. [Qui etiam manifestauit,] i. significauit, &c.

LECTIO III.

IDeo, & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulãtes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapiẽtia, & intellectu spirituali, vt ambuletis digne, Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in sciẽtia

LECTIO III.

SVpra posuit materiam gratiarum actionis, ostendens pro quibus bonis gratias egit, hic ostendit orationem innuens quid pro eis petit. Et primo, præmittit conditiones orationis. Secundo, subdit bona petita, ibi, [Vt impleamini.] Oratio tres habet conditiones. Primo, quod sit tempestiua. Vnde subdit. [Ex qua die, &c.] supple cępimus orare. Hier. 31. Ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius &c. Secundo, q; sit continua, ibi. [Non cessamus, &c. 1. Reg. 12. Absit aũt a me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Rom. 1. Sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. Tertio multiplex & perfecta, ibi, [Orantes, & postulantes.] Oratio est ascensus mentis in Deum. Postulatio est rerum petitio. Oratio debet præcedere vt deuote petens exaudiatur, sicut petentes præmittunt persuasionem, vt inclinent, sed nos debemus præmittere deuotionem & meditationem Dei, & diuinorum, non ut eũ flectamus, sed ut nos erigamus in eum. Tria aũt petit, s. cognitionem veritatis, ibi. [Vt impleamini.] Operationem virtutis, ibi. [Vt ambuletis.] Tolerantiam malorum, ibi, [In omni patiẽtia.] Triplicem vero cognitionem optat, s. agendorum. Vnde dicit. [Vt impleamini agnitione, &c.] idest, vt plene cognoscatis voluntatem Dei. 1. Thess. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis &c. Ille ergo cognoscit voluntatẽ Dei, qui in sanctitate viuit. Qui ergo peccat: non cognoscit voluntatem Dei; quia omnis peccans est ignorans. Ro. 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei &c. Item, cognitionem diuinorum, ibi [In omni sapientia,] quæ est cognitio diuinorum, ẽm Augu. Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Item, spiritualium donorum, ibi, [Et intellectu spiritalium,] idest, non harum corporalium rerũ. 1. Cor. 2. Nos aũt spiritũ huius mundi non accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est. Et apte coniunguntur hæc duo, sapientia, & intellectus, quia minor est sapientia si intellectu careat (vt dicit Grego.) Et inutilis est intellectus sine sapientia, quia sapientia iudicat, & intellectus capit; & non valet capere nisi iudicet, & econuerso. Glossa dicit, q; primum sumitur generaliter. Secundum pertinet ad actiuam vitam. Tertium, ad cõtemplatiuam. Nec sufficit cognoscere, quia scienti bonum & non operanti, peccatum est illi, vt dicitur Iaco. 4. Vnde oportet, q; adsit uirtuosa operatio, quam primo tangit, ibi. [Vt ambuletis digne Deo.] Indigne enim ambulat, qui non uiuit sicut decet filium Dei. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patiẽtia &c. 2. Thess. 4. Sicut prædiximus, & testificati sumus. Secundo tangit rectam intentionem, ibi, [Per omnia placentes.] Sap. 4. Placẽs Deo factus est dilectus. Tertio, studium proficiendi, ibi. [In omni opere bono &c.] Semper enim homo debet niti ad vlterius bonum. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem &c. Ad fructificationem sequitur augmentũ scientiæ, ideo dicit. Et crescentes, &c. Ex hoc enim q; aliquis studet implere mandata, disponitur ad cognitionẽ Psal. 118. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sap. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis. Et dicit Dei, non mundi. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum, &c. Deinde tangit tolerantiam malorum: quia ad uirtutem nõ sufficit, scire vel velle, nisi immobiliter operetur: quod non potest esse sine patientia, & malorum tolerantia. Et ideo dicit. [In omni uirtute confortati.] Eccle. 47. Diuites in uirtute pulchritudinis studium habentes. Quæ uirtus est a Deo. Vnde dicit, [Secũdum potentiam claritatis eius.] Ephe. 6. Confortamini in domino, sed addit. [Claritatis eius,] idest Christi, qui est claritas patris, quia pergere ad peccatum, est pergere ad tenebras. Sap. 9. Vapor est enim virtutis Dei. & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. Deinde cum dicit. [In omni patientia, &c.]

Petit

Petit eis tolerantiam in aduersis. Quidam enim deficiũt vel propter difficultatem aduersorum, & ideo oportet habere patientiã. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel propter dilationem præmij. Et ideo dicit, [Et longanimitate,] quæ facit sustinere rem promissam Abac. 2. Si moram fecerit, expecta eũ &c. Heb. 6. Longanimiter ferens, adeptus est repromissionẽ. Sed aliqui hæc duo vitant, sed cũ tristitia. Contra hoc dicit [Cũ gaudio.] Iac. 1. Omne gaudiũ existimate fratres, cũ in varias tentationes incideritis, &c. Deinde cũ dicit. [Gratias agentes, &c.] Agit gratias pro beneficijs exhibitis omnibus fidelibus. Et hoc pro beneficio gratiæ, quod primo ponit. Secundo, pro fructu gratiæ ibi, [Qui eripuit.] Dicit ergo, [Oramus pro vobis agentes gratias Deo,] i. creanti; [Et patri,] s. adoptanti. [Qui dignos, &c.] Dixerunt aliqui q dona gratiarum dantur pro meritis, & quod Deus dat dignis gratiam, non aũt indignis, ideo hoc excludit Apostolus, quia quicquid habes dignitatis & gratiæ, hoc Deus fecit in te, ergo, & effectus gratiæ. Et ideo dicit. [Qui dignos nos fecit &c.] 2. Cor. 3. Non q sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis &c. In partem sortis sanctorum, &c. Omnes homines de mundo ſm naturam sunt boni. Et ideo iustum est eos aliquam partem habere Dei. Mali quidem, partem habent uoluptates, & temporalia. Sap. 2. Hæc est pars nostra; Sancti vero habent ipsum Deum partem. Tren. 3. Pars mea dñs. Psal. 15. Dñs pars hæreditatis meæ. Et ideo dicit. [Qui dignos &c.] Et addit, [Sortis,] quia dupliciter aliquid diuidunt. Quandoque per electionem, qñ unus hanc, alius illam partem elegit. Aliquando sorte. Prou. 18. Contradictiones comprimit sors. Hæc aũt pars cedit sanctis, non per electionem propriam. Io. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, sed quia ipse Deus elegit vos. Sors enim nihil aliud est quam cõmittere aliquid diuino iudicio. Sors aũt triplex est, s. consultoria, diuinatoria, & diuisoria. Prima aũt in temporalibus non est mala. Secunda vana est, & mala. Tertia in necessitatibus aliquando permittenda. sed hæc per se est possessio luminis. 1. Tim. vlt. Lucem habitat inaccessibilem. Iob 36. In manibus abscondit lucem &c. Et ex hac parte sequitur effectus gratię, s. translatio de tenebris ad lucem. Et ideo primo ponit translationem. Secundo, modum in quo homines ante gratiam sunt serui peccati. Nam cum peccatum sit tenebra, ideo sunt in potestate tenebrarum: siue demonum, siue peccatorum. Ephe. ult. Aduersus rectores mundi tenebrarum harum, &c. Esa. 49. Captiuitas a forti tollitur, &c. [Et transtulit &c.] i. vt essemus regnum Dei. Ioan. 19. Regnum meum non est de hoc mundo &c. Et hoc fit qñ liberamur a peccato. Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum &c. vel ad literam, vt vitam æternam, Matt. 3. & 4. & 10. Appropinquabit regnum cęlorũ. Et hoc est quod dicit. [Regnum filij dilectionis suæ.] Dilectio, vt dicit Aug. in Glo. quandoque dr̃ Spiritussanctus qui est amor patris, & filij. Sed si dilectio sic semper teneretur personaliter, tunc filius esset filius Spiritussancti, sed quandoque dr̃ essentialiter, vt dr̃ in Glo. Filij ergo dilectionis suæ dr̃, idest filij sui dilecti, vel filij essentiæ suę. Sed nunquid hęc est uera. Filius est filius essentię patris? Dicendum est, q si genitiuus designat habitudinem causæ efficientis, est falsum: quia essentia non generat, nec generatur. Si aũt designat formam, idest, habens essentiam suã, quasi materialiter, sicut dr̃ aliquid egregiæ formę, i. habens egregiam formam, sic est vera. Io. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Deinde cum dicit. [In quo habemus, &c.] Ostendit modum translationis. Homo enim existens in peccato, dupliciter tenebatur subditus, s. per seruitutem. Io. 8. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. Item, erat reus pęnæ, & auersus a Deo. Esa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deũ vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. Hæc duo remouet Christus, quia inquantum homo, factus est pro nobis sacrificium, & redemit nos in sanguine suo. Et ideo dicit, In quo habemus redemptionẽ. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno. Sed inquantum est Deus, habemus per eum peccatorum remissionem, quia reatus peccati solutus est per eum.

Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, cũ gaudio gratias agẽtes Deo, & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

LECTIO IIII.

Postquam superius commemorauit gratiæ beneficia specialia, & uniuersalia: hic commendat authorem huius gratiæ,

F scilicet Christum. Et primo per comparationem ad Deũ, secundo generaliter, per comparationem ad totam creaturam, ibi. [Primogenitus,] tertio specialiter, per comparationem ad ecclesiam ibi. [Et ipse est caput.] Circa primum notandum est, q Deus dicitur inuisibilis, quia excedit capacitatem visionis cuiuscunque intellectus creati, in q nullus intellectus creatus naturali cognitione potest pertingere ad eius essentiam. Iob 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. 1. Timo. vlt. Lucem habitat inaccessibilem. Videtur ergo a beatis, ex gratia, non ex natura. Ratio huius assignatur a Dionysio, quia omnis cognitio terminatur ad existens, idest, ad aliquam naturam participantem esse. Deus autem est ipsum esse, non participans, sed participatum, ergo est incognitus. Huius ergo Dei inuisibilis, filius est imago. Sed uidendum est, quomodo dicatur imago Dei, & quare dicatur inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria, scilicet, quod sit similitudo, quod deducta sit, vel expressa ex eo, tum quo est similitudo, & quod deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vel signum speciei. Si enim sunt duo similia quorum unum non oritur ab alio, neutrum dicimus alterius imaginem, sicut ouũ non dicitur imago oui. & ideo ab imitando dicitur imago. Item si sit simile, sed non quantum ad speciem, vel signum speciei, tunc non

H imago dicitur, sicut in homine multa sunt accidentia, vt color, quantitas, & huiusmodi; & secundum nullum horũ dicitur imago. Sed si figuram eius accipiat, sic potest esse imago, quia figura est signum speciei, filius autem est similis patri, & pater filio, sed filius habet hoc a patre, pater autem non a filio. Et ideo proprie loquendo dicimus filium imaginem patris, & non econuerso, quia deducitur & deriuatur hæc similitudo a patre. Item hæc similitudo est secundum speciem, quia filius in diuinis repræsentatur aliquo modo, sed deficienter per verbum mentis nostræ. Verbum autem mentis nostrę est, quando formamus actu similitudinem rei cuius notitiam habemus, & hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptum, est quædam rei similitudo quam in mente tenemus, & simile secundum speciem. Et ideo verbum Dei, imago Dei dicitur. Quantum ad secundum sciendum est, quod Arriani hoc uerbum male intellexerũt, iudicantes de Dei imagine

I secundum imagines, quę fiebant ab antiquis ut uiderent charos suos subtractos sibi, sicut, & nos facimus imagines sanctorum, vt quos non uidemus in substantia, videamus in imagine. Et ideo dicunt, quòd inuisibile est proprium patri, filius autem primum visibile in quo manifestatur bonitas patris, quasi pater sit vere inuisibilis; filius vero visibilis, & sic alterius essentiæ. Hoc autem excludit Apostolus ad Heb. 1. dicens, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Et sic est imago non solum Dei inuisibilis, sed etiam ipse est inuisibilis, sicut pater. Coloss. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Deinde cum dicit. [Primogenitus, &c.] Commẽdat Christum per comparationem ad creaturam. Et primo facit hoc, secundo exponit, ibi. [Quia in ipso.] Circa primum sciendum est, quòd Arriani sic intelligunt quasi dicatur primogenitus, quia sit prima creatura, sed hic non est sensus, vt patebit. Et ideo duo sunt uidenda, scilicet, quomodo hæc imago sit genita, & quomodo primogenita creaturæ.

K Quantum ergo ad primum, sciendum est, quòd in unaquaque re generatio est ſm modum sui esse, & suæ naturæ. Alius enim modus generationis est in hominibus, & alius in plantis, & sic de alijs. Natura autem Dei est ipsum esse intelligere, & sic oportet quòd eius generatio, vel cõceptio intellectualis, sit generatio vel conceptio naturæ eius. In nobis autem conceptio intellectus non est conceptio naturæ nostræ, quia in nobis aliud est intelligere, & natura nostra. Et ideo, cum hæc imago sit uerbum, & conceptio intellectus, oportet dicere, quòd sit germen naturæ, & de necessitate genitus, quia accipit naturam ab alio. Secundo sciendum est, quo dicatur primogenitus. Deus enim non alio se cognoscit, & creaturã, sed omnia in sua essentia, sicut in prima causa effectiua. Filius aũt est conceptio intellectualis Dei, ſm q Deus cognoscit se, & per consequens oẽm creaturam. Inquantum ergo gignitur, videtur quoddam verbum repræsentans totam creaturam, & ipsum est principium omnis creaturæ. Si enim non sic generaretur, solum uerbũ patris esset primogenitus patris, sed non creaturæ. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante [illegible]

Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, qm̃ in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia. Siue Throni, siue Dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

[illegible] creaturam, &c. Deinde cum dicit, [Quia in ipso &c.] Exponit quod dixerat, scilicet q sit primogenitus, quia scilicet, est genitus ut principium creaturę. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad rerum creationem. Secundo, quantum ad earum distinctionem, ibi, [In cęlis.] Tertio, quantum ad conseruationem in esse, ibi, [Et omnia in ipso &c.] Dicit ergo. Est primogenitus creaturæ: quia est genitus ut principiũ omnis creaturæ. Et ideo, dicit. [Quia in ipso &c.] Circa quod sciendum est, q Platonici ponebant ideas dicentes: q quælibet res fiebat ex eo quòd participabat ideam, puta, hominis vel alicuius alterius speciei. Loco enim harum idearum, nos habemus unum, scilicet filium, verbũ

B Dei. Artifex enim facit artificium ex hoc, quòd facit illud participare formam apud se conceptam quasi inuoluens eam exteriori materiæ: sicut si dicatur quòd artifex facit domum per formam rei, quam habet apud se conceptam. Et sic Deus omnia in sua sapientia dicitur facere, quia sapientia Dei se habet ad res creatas, sicut ars ædificatoris ad domum factam. Hæc autem forma, & sapientia est verbum, & ideo omnia in ipso condita sunt, sicut in quodam exemplari. Gene. 1. Dixit, & facta sunt, quia in verbo suo æterno creauit omnia ut fierent. Quantum autem ad rerum distinctionem sciendum est, quòd aliqui sicut Manichei errauerunt dicentes hæc corpora terrena, quia corruptibilia, facta esse a malo deo: cælestia vero, quia incorruptibilia, a bono deo, scilicet patre Christi. Sed mentiuntur, quia in eodem sunt vtraque creata. Ideo dicit. [In cęlis, &c.] Et hæc est distinctio, secundum partes naturæ corporeæ. Gen. 1. In principio, idest in filio, creauit Deus, &c. Platonici etiam dicunt, quod Deus per se

C creauit creaturas inuisibiles, scilicet Angelos, & per angelos creauit naturas corporeas. Sed hoc excluditur hic, quia dicitur. [Visibilia, & inuisibilia.] De primo Heb. 11. Fide intelligimus esse aptata secula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. De secundo autem. Eccl. 34. Pauca vidimus operum eius. Omnia autem Dominus fecit, &c. Hæc autem distinctio est secundum creaturarum naturam. Tertia distinctio est ordinis, & gradus in inuisibilibus, cum dicit. [Siue throni, &c.] Platonici etiam errant hic, dicebãt enim in rebus diuersas esse perfectiones, & quamlibet attribuebant uni primo principio, & secundum ordines earum perfectionum, ponebant ordines principiorum, sicut ponebant primum ens a quo participant omnia esse, & illud principium ab isto, scilicet primum intellectum; a quo omnia participant intelligere, & aliud principium vitam, a quo omnia participant viuere. Sed nos non sic ponimus, sed ab uno principio res habent quicquid in eis perfectionis est. Et ideo dicit. [Siue throni, &c.] Quasi dicat. Non dependent ab alijs principijs ordinatis, sed ab ipso uno solo verbo Dei. Sed quid quod est dicit Ephe. 1. Ipsum dedit caput, &c. Vbi quædam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic eum enumerat descendendo, quia ostendit progressum creaturę a Deo, ibi ascendendo, quia ostendit quòd filius Dei secundum quod homo, super omnes creaturas est. Sed tamen ibi principatus ponuntur sub *potestatibus: & virtutes inter dominationes, & potestates: hic principatus super potestates, & principatus medium inter dominationes, & potestates. Et secundum hoc, diuersæ sunt sententiæ Gregorij, & Dionysij. Dionysius enim ordinat eos secundum quòd dicitur ad Ephesios: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, virtutes, & potestates: Gregorius vero ordinat eos sicut hic habetur, quia in secunda hierarchia ponit dominationes, principatus, & potestates. in tertia vero virtutes, archangelos, & angelos. Sed sciendum est, quod sicut Gregorius, & Dionysius dicunt, hæc dona spiritualia ex quibus denominantur hi ordines, communia sunt omnibus, tamen quidã denominantur a quibusdam, quidam ab alijs: cuius ratio accipitur ex dictis Platonicorum, quia omne quod conuenit alicui, conuenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participatiue, aut causaliter. Essentialiter quidem, quod conuenit rei secundum proportionem suæ naturę, sicut homini rationale. Participatiue autem, quod excedit suam naturã: sed tamen aliquid de illo participat, sed imperfecte, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale, & est essentiale angelorum, & idem aliquid participat homo. Causaliter vero, quod conuenit rei superuenienter, sicut homini artificialia, quia in eo non sunt sicut in materia, sed per modum artis. Vnumquodque autem denominatur solũ ab eo, quod conuenit ei essentialiter. Vnde homo non dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autem donis in angelis, ea quæ conueniunt superioribus essentialiter, inferioribus con-

A ueniunt participatiue; quæ vero inferioribus essentialiter conueniunt, superioribus causaliter conueniunt. Et ideo superiores denominantur a superioribus donis. Supremum aũt in creatura spirituali est, quod attingit Deum, & quodammodo participat eũ. Et ideo denominantur superiores ex hoc, q attingunt Deum. Seraphin, quasi ardentes Deo vel incendentes. Cherubin, quasi scientes Deũ. Throni, quasi habentes in seipsis sedentem Deum. Tripliciter enim aliquid põt ab alio participare. Vno modo accipiẽdo proprietatẽ naturæ eius. Alio modo ut recipiat ipsum per modum intentionis cognitiuæ. Alio modo, vt deseruiat aliqualiter

B eius virtuti, sicut aliquis medicinalem artẽ participat a medico, vel quia accipit in se medicinæ artem, vel accipit cognitionẽ artis medicinalis, vel quia deseruit actu medicinæ. Primum est maius secundo, & secundum tertio. In sacra aũt scriptura significatur aliquid diuinum per ignem, Deut. 4. Dñs Deus tuus ignis cõsumens est &c. Et ideo supremus ordo dr̃ Seraphin, quasi ardentes Deo; & continentes aliquam diuinam proprietatẽ. Secundus ordo est Cherubin, consequẽtes eum cognitiue. Et tertius Throni, eius uirtuti deseruientes. Alij aũt ordines, non nominãtur ex attingendo Deum, sed per aliquam eius operationem. Et aliqui vt dirigentes, & sic sunt dominationes. Alij exequentes: Et horũ quidem ut principaliores, vt principatus. Psal. 67. Præuenerunt principes, &c. Alij ſm executionem, & sic sunt exequẽtes supra spirituales creaturas, vt sunt potestates quæ arcent dæmones: si supra naturalia, sunt virtutes quæ miracula faciunt: si supra homines, sunt archangeli ad magna; si angeli, ad minima. Et sic cõ-

C cludendo dicit, [Omnia per ipsum,] sicut per causam effectiuã, [Et in ipso,] sicut per causam exemplarem. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt &c. Sed quia posset aliquis dicere. Nunquid omnia sunt æterna? Ideo Apostolus quasi respondens ad hoc, dicit quod non, sed ipse est [Ante omnia,] s. tempora, & res alias. Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio &c. Vel ante dignitatem. Psal. 88. Quis similis Deo, &c. Quantum ad cõseruationem dicit. [Et omnia in ipso constant,] i. conseruantur. Sic enim se habet Deus ad res, sicut sol ad Lunam, quo recedente deficit lumen lunæ. Et sic si Deus subtraheret suam virtutem a nobis, in momento deficerent omnia. Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

LECTIO V.

Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis, vt sit

LECTIO V.

D Postquam Apostolus commendauit Christum per comparationem ad Deum, & ad totam creaturam, hic commendat ipsum in comparatione ad ecclesiam. Et primo generaliter. secundo specialiter, quantum ad Colossenses, ibi, [Et vos cum essetis.] Tertio, quantum ad suam personam singulariter, ibi [Cuius factus sum] Circa primum duo facit, quia primo proponit habitudinem Christi ad totam Ecclesiam, secundo exponit, ibi, Qui est principium. Dicit ergo, Iste in quo habemus redemptionẽ Christus est primogenitus creaturæ. Sed ſm quod hmõi factus est caput ecclesię, duo occurrunt hic exponenda. Et primo, qño corpus sit ecclesia, & secundo qño Christus est caput. Ecclesia dr̃ corpus ad similitudinem vnius hominis, & hoc dupliciter, s. & quãtum ad distinctionem membrorum. Ephe. 4. Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam aũt prophetas &c. & quantum ad seruitia, quæ licet sint distincta, tñ unum seruit alteri. 1. Cor. 12. Pro inuicem solicita sint mẽbra. Gal. 6. Alter alterius onera portate &c.

E Item, sicut constituitur vnum corpus ex unitate animæ, ita ecclesia ex unitate spiritus. Ephe. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus. 1. Cor. 10. Vnus panis, & unum corpus multi sumus &c. Item, est alia consideratio membrorum ad caput ecclesiæ, s. ad Christum. Ipse enim Christus est caput ecclesiæ. Psal. 3. Tu exaltas caput meum &c. Et exponit quid est esse caput, dicens, [Qui est principium &c.] Caput enim respectu aliorum membrorũ, habet tria priuilegia. Primo, quia distinguitur ab alijs ordine dignitatis, quia est principium, & præsidens. Secundo in plenitudine sensuum, qui sunt oẽs in capite. Tertio, in quodam influxu sensus, & motus ad membra. Et ideo primo ostendit, qño Christus est caput ratione dignitatis; secundo, ratione plenitudinis gratiarũ, ibi [Quia in ipso complacuit] Item tertio, ratione influentiæ, ibi [Et per eum. Ecclesia quidem habet duplicem statum, s. gratię in præsenti, & gloriæ in futuro, & est eadem Ecclesia, & Christus est caput ſm utrunque statum, quia primus in gratia, & primus in gloria. Quantum ad primum dicit [Qui est principium, quia

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non solum est in gratia ẽm quod homo, sed ẽt omnes sunt iustificati per fidem Christi. Rom. 5. Per obedientiam vnius hominis, iusti constituuntur multi. Et ideo dicit. [Qui est principium] s. iustificationis & gratię in tota ecclesia, quia ẽt in veteri testamẽto sunt aliqui iustificati per fidem Christi. Io. 8. Ego principium qui loquor &c. Psal. 109. Tecum principiũ &c. Item, est principiũ quantum ad statũ gloriç. Ideo dicit; [Primogenitus ex mortuis.] Quia enim resurrectio mortuorũ est quasi quędam secunda generatio, quia homo in ea ad uitam æternam reparatur. Matt. 19. In regeneratione, cum sederit filius hoĩs &c. & præ omnibus primus est Christus; ideo est primogenitus ex mortuis, idest eorum, qui sunt geniti per resurrectionem. Sed cõtra de Lazaro. Ioan. 11. Respondeo, Dicitur, quod iste & alij non resurrexerunt ad illam uitam immortalem, sed ad mortalem, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, vt dr̃ Rom. 6. Apoc. 1. Primogenitus mortuorum &c. 1. Cor. 15. Nunc aũt Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, Et hoc: [Vt in omnibus sit ipse principatum tenens,] quantum ad dona gratiæ, quia ipse est principium: quantũ ad dona gloriæ, quia ipse est primogenitus. Eccle. 24. In omni gente & in omni populo primatum habui &c. Deinde cum dicit: [Quia in ipso &c.] Ostendit dignitatem capitis, quãtum ad plenitudinem gratiarum omnium. Alij enim sancti habuerunt diuisiones gratiarum, sed Christus habuit oẽs. Ideo dicit: [Quia in ipso &c.] Singula verba pondus suũ habent; [Complacuit, designat quod dona hominis Christi non erant ex fato seu meritis, vt dicit Fotinus, sed ex diuinæ uoluntatis complacentia assumentis hunc hominem in unitatem personę. Mat. 3. Hic est filius meus &c. Item dicit; [Omnem,] quia alij habẽt hoc donũ, alij aliud Io. 13. Omnia dedit in manus eius. Item dicit, [Plenitudinem,] quia aliquis aliquod habuit donum, sed non plenitudinẽ eius, seu virtutis, quia forte inuitus in aliquo defecit. Sed Ioan. 1. dr̃ de Christo, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Item, dicit habitare. Alij enim acceperunt usum gratiæ ad tempus, quia spiritus prophetarum non semper adest prophetis, sed in Christo est habitualiter, quia semper ad votum in Christo est dominium huius plenitudinis Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem, & in eo manentem &c.

Deinde cum dicit. [Et per eum &c.] Ostendit Christum esse caput ecclesiæ ratione influxus. Et hæc est tertia ratio capitis. Et primo ostendit influxum gratiæ, secundo exponit quod dixerat, ibi [Pacificans.] Dicit ergo primo, Dico, quod complacuit non solum quantum ad hoc q; haberet in se, sed ẽt ut per eum ad nos deriuaret. Vnde dicit, Et per eum reconciliare omnia in ipsum.] 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Exponit aũt qualis sit ista reconciliatio; & qũo omnia reconciliata. In reconciliatione aũt, sunt duo consideranda. Primo, in quo conueniunt qui reconciliantur, Discordes enim, diuersas habẽt uoluntates. Reconciliati aũt consentiunt in aliquo uno. Et sic uoluntates prius discordes, concordant in Christo. Et hmõi uoluntates sunt & hominum, & Dei, & angelorum. Hominum, quia Christus homo est: Dei, quia Deus est. Item, discordia erat inter Iudæos, qui uolebant legem, & Gentiles qui non uolebant legem, sed utrosque Christus concordat, quia ex Iudæis est, & quia absoluit obseruantias legis. Et hæc concordia est facta per sanguinem &c. Inter Deum enim & hominem causa discordię fuit peccatum, inter Iudæos & Gentiles lex. Christus per crucem destruxit peccatum, & impleuit legem. Et ita remouit causa discordiæ Heb. 12. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem &c. Et sic reconciliati sumus. Et ista sunt peccata; [Siue quæ in cęlis, vt angeli & Deus; [Siue quæ in terris,] s. Iudęi & Gentiles. Ideo Christo nato dicitur Luc. 2. Gloria in altissimis Deo. Et in terra pax hominibus &c. Item, in resurrectione dixit, Pax uobis &c. Vt habetur Io. 20. Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque vnum &c. Deinde cum dicit. Et vos &c. ponitur commendatio Christi per dona eis collata. Vbi primo cõ-

in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quę in cęlis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nũc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortẽ, vt exhiberet vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles a spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est.

LECTIO VI.

CVius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia; cuius factus sum ego

memorat statum præteritum, secundo, Christi beneficium, ibi: [Nunc aũt &c.] Tertio, quid exigatur ab eis ibi: [Si tñ &c.] Status. n. præteritus habuit tria mala. Quantum enim ad intellectum, erant ignorantes; quantum ad affectũ, inimici iustitiæ, quantum ad actum, in multis peccatis. Quantum ad primum dicit. [Alienati &c.] Quantũ ad ẽm. [Et inimici sensu] Secundum unam literã, & ostendit defectũ sapientię, quã prædicabãt Iudęi de uno Deo. Io. 3. Dilexerũt magis tenebras quam lucẽ. Sed nunquid tenebãtur ad legem Moysi? Dicendum est q; sic, quantũ ad cultũ unius Dei. Vel alienati sensu. i. ex electione contradicentes ei ex malitia, Iob. 34. Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantũ ad tertiũ dicit. [In operibus malis. Io. 3. Erant enim eorũ opera mala, &c. Deinde cum dicit [Nunc aũt,] ponit beneficiũ Christi. Et primo est reconciliatio in corpore eius. Et dicit. [In corpore carnis,] non q; aliud sit corpus, & aliud caro, sed ad ostendendum, q; accepit corpus in esse naturę. Io. 1. Et verbum caro factũ est, &c. Et corpus carnis. i. mortale. Ro. 8. Deus filium suũ mittens in similitudinem peccati &c. Secũdum est sanctificatio. Vnde dicit. [Exhibere vos sanctos.] Heb. 13. Iesus ut sanctificaret populũ [illegible] &c. Tertium est, ablutio a peccatis, ibi, [Et immaculatos] Heb. 9. Sanguis Christi per spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostrã, &c. Item, quãtum ad futurum [Et irreprehẽsibiles,] 2. Pet. 3. Satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16. Homo videt quę foris patent, dñs aũt intuetur cor. Exigit a nobis firmitatẽ fidei, & spei. Ideo subiungit, dicens. [Si tñ permanetis in fide fundati.] Fides est sicut fundamentũ, ex cuius firmitate confirmatur ecclesiæ structura. Item, [Et stabiles.] In spe non [illegible] seipsis. [Et immobiles,] quasi non excidentes a spe per [...] spe,] inquam, [Euangelij,] id est, quam dat euangelium de [...] regni cęlorum. Mat. 4. Pęnitentiam agite, appropinquabit regnum celorum. Nec est excusatio. [Quia est prædicatum,] videlicet per apostolos. Vtitur præterito pro futuro, propter certitudinẽ eius. [In uniuersa creatura quæ sub &c.] idest omni creaturæ nouæ, idest, fidelibus quibus paratum erat.

LECTIO VI.

POstquam cõmendauit Christum in cõparatione ad Deum, & ad uniuersam creaturã, ad totam ecclesiã, & ad ipsos Colossenses, hic cõmendat eum in cõparatione ad seipsum, ostendens se fidelem ministrũ. Et primo ponit ministeriũ. Secundo, ostendit fidelitatem in ministrando, ibi [Qui nunc gaudeo] Tertio, ministerij magnitudinẽ, ibi [Cuius factus sum.] Dicit ergo, Dico q; prædicatum est in uniuersa creatura, [Cuius,] euangelij. [Factus sum minister] prædicãdi, non mea authoritate sed prædicationi ministerium [...] hibẽs. 1. Co. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores, &c. Sed est minister fidelis, q; patet quia nõ renuit pati pericula, quin diligẽter exequatur. Vnde primo ostẽdit quo affectu sustinet passiones; secũdo, quo fructu, ibi [Adimpleo &c.] Affectu quidẽ leto, quia. [Nũc gaudeo &c. pro uobis] i. pp uestram vtilitatẽ. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione, & salute &c. Et pp gaudiũ uitæ æternę, q; inde expecto, q; est fructus ministerij eius. Iac. 1. Oẽ gaudiũ existimate fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis, scientes, &c. Phil. 2. Si immolor supra sacrificiũ fidei uestræ, gaudeo, & cõgratulor &c. Et ẽt hoc fructu [Vt adimpleam ea, quæ desunt passionũ Christi &c.] Hęc uerba ẽm superficiẽ malũ possent habere intellectũ. s. q; Christi passio nõ esset sufficiẽs ad redemptionẽ, sed additæ sunt ad cõplendum passiones sanctorũ. Sed hoc est hæreticũ, qa sanguis Christi est sufficiẽs ad redemptionem, ẽt multorũ mundorũ. 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. Sed intelligendũ est, q; Christus, & eccsa est una psona mystica, cuius caput est Christus, corpus oẽs iusti, quilibet aũt iustus, est quasi mẽbrũ huius capitis. 1. Cor. 12. Et mẽbra de mẽbro. Deus aũt ordinauit in sua prædestinatione quantum meritorũ debet esse per totam ecclesiam, tam in capita quam in membris, sicut & prædestinauit numerum electorum. Et inter hęc materia pręcipue sunt passiones sanctorum mar-

martyrum. s. capitis merita sunt infinita, qlibet uero sanctus exhibet aliqua merita ẽm mẽsuram suam. Et ideo dicit, [Adimpleo ea quæ desunt passionum Chri, i. totius ecclesiæ, cuius caput est Chrs, [Adimpleo,] i. addo mensurã meam. Et hoc [In carne,] i. ego ipse patiens. Vel, q̃ passiones desunt in carne mea. Hoc. n. deerat, q; sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pateretur i Paulo membro suo, & similiter in alijs. Et pro corpore, quod est ecclesia, quæ erat redimenda p Chrm. Ephes. 5. Vt exhiberet ipse sibi ecclesiam gloriosam, nõ habentem maculam neq; rugam. Sic etiã oẽs sancti patiuntur ppter ecclesiam: quæ ex eorum exemplo roborat. Glossa. Passiones adhuc desunt, eo q; paritoria meritorum ecclesiæ nõ est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitum. Paritoria autem est vas, vel domus, ubi pariter multa inferuntur. Deinde cum dicit. [Cuius sum &c.] Ostendit dignitatẽ ministerij tripliciter. Primo ex materia adoptionis; secundo ex fine, ad quem dicit, ibi [Vt impleamini &c.] tertio ex usu, ibi [Qm̃ uos eũ &c.] Sed diceret aliquis. Est magnum hoc misterium. Et rñdet dicẽs, Ita est, quia [Traditum est mihi. ẽm dispensationem.] Quod dupliciter põt exponi, s. actiue: & sic est sensus, i. ut dispẽsem uobis diuina, fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi. Vel passiue, & tunc est sensus, idest ẽm q; mihi dispensatum est a Deo. Ephe. 4. Dedit quosdam quidem apłos: quosdam prophetas &c. Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos &c. Ecce quis est finis, certe non pecunia, nec gloria propria, sed aliquod magnũ ad quod accepi; quia ut impleã &c. Et primo ostendit dignitatem eius ad quod accepit secundo ostẽdit, quod est illud, quod est Chrs. Item primo, cõmendat magnitudinem eius ex diffusa pdicatione, & occultatione: & manifestatione. Accipitur autẽ ad conuersionem Gentilium, Vnde [Vt adimpleam verbum,] non prædicationis, sed dispensationem æternam Dei. i. vt mea pdicatione impletum ostendã uerbum Dei. i. Dei dispensationem, & præordinationem & promissionẽ de verbo Dei incarnando, uel dispensationem Dei æternam, qua disposuit, vt Gentes per Christum conuerterentur ad fidem verã Dei. Et hoc oportebat impleri. Num. 23. Dixit ergo, & non faciet, locutus est, & non implebit? Esa. 55. Verbum qd egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolui, & prosperabitur &c. Sed hoc disposuit impleri per ministerium Pauli, unde dicit: [Vt impleam hoc mysterium,] s. inquãtum est res abscondita; quia mysterium qd est absconditum est, hoc verbum. Esa. 24. Secretum meũ mihi est &c. [Quod absconditũ fuit a seculis] i. a principio seculorũ, [Et oĩbus gñationibus.] hominum qui hoc scire non potuerunt. Eph. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo. Nam & si philosophi antiqui quædam de Chri deitate uideant dixisse uel propria, vel appropriata, sicut August. inuenit in lib. Platonis, In principio erat verbum &c. tñ q; verbum caro factũ est, nullus scire potuit. Sed dicis. Nonne fuit scitum per prophetas? Rñdeo: dicendum est q; sic, tñ inquantum pertinebat ad euangelium, uel non ita aperte sicut apostoli sciuerunt. Deinde cum dicit [Nunc autẽ &c.] Agit de manifestatione eius: & primo ostendit, quib⁹ manifestatũ est, secundo ostẽdit, quare manifestatum est eis, ibi [Quibus uoluit.] Dicit ergo [Manifestatum est nunc] s. tẽpore grẽ. 2. Cor. 6. Ecce nunc tps acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc aũt est scientia sanctorũ. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorũ &c. Iob. 36. Annuntiat de ea amico suo &c. Sed hoc non pp eorum merita, sed propter beneplacitũ suum. Vnde dicit: [Quib⁹ uoluit deus &c.] Io. 15. Quę audiui a patre meo, nota feci uobis &c. Et subdit, Nõ vos me elegistis, sed ego elegi uos &c. Mat. 11. Ita placitum fuit ante te [Notas facere diuitias gloriæ sacri huius] quia per hoc, q; ista fuerunt occulta, deus apparet abũdanter gloriosus. Nã olim notus in Iudæa deus, sed per hoc sacrm conuersionis gentilium gloria dei notificat per totum mundum. Io. 17. Ego te clarificaui &c. Et hoc [In gẽtibus], s. quod completur in eis Rom. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Et Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Hoc uerbum est [Quod est Christus,] i. quod per Chrm adipiscimur, s. spem gloriæ, quæ olim uidebatur promissa solum Iudæis. Act. 10. Mirabantur q; & in nationes diffusa est gra &c. Ro. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus &c. Et post. Et gloriamur in spe gloriæ filiorũ Dei &c. Esa. 11. Radix Iesse qui stat in signũ populorum &c. Sic ergo ostẽdit origo ministerij & finis. Sed subdit usum eius, cũ dicit. [Quem nos &c.] Et circa hoc tria facit, qa primo ostendit usum eius. secũdo fructum, ibi. [Vt exhibeamus &c.] Tertio, auxilium sibi impẽsum ad cõsequendum vsum, ibi. [In quo & laboro.] Vsus eius, est nuntiare Christum. Et ponit vsum, & modum utendi. Psalm. 9. Annuntiate inter gentes studia eius, &c. Io. 1. Quod uidimus & audiuimus, annuntiamus uobis &c. Modus ponitur, ibi. [Corripiẽtes &c.] Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini, non solum Iudæis. Mat. vlt. Docete oẽs gentes &c. Modus ẽt eius est docere veritatẽ, & refellere falsitatem. Et ideo dicit. [Corripientes oẽm hoĩem,] vel infideles in vita. 2. Cor. 10. Arma militiæ nr̃æ non sunt carnalia, sed potentia Dei ad destructionẽ munitionũ, consilia destruentes &c. [Et docentes oẽm hoĩem in omni sapientia.] s. q̃ est cognitio Dei Sap. 15. Nosse. n. te, cõsummata iustitia est, & scire iustitiã, & ueritatẽ tuã, radix est ĩmortalitatis, &c. Et 1. Cor. Sapientiã loqmur &c. Fruct⁹ aũt hic est, q; hoĩes ducũtur ad pfectũ, Vnde dicit. [Vt exhibeamus oẽm hoĩem,] s. cuiuscũq; cõditionis, [perfectũ,] nõ in lege, sed [In Christo.] Mat. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti, s. ut in corde nihil admittat contrarium Deo Matt. 22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Alia de necessitate cõsili, vt abstineat etiam a licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxilium a Deo. Vnde dicit. [In quo laboro certando,] contra infideles, & peccatores 2. Tim. 2. Labora sicut bonus miles Christi & c. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui &c. Et hoc. [Secundum operationem eius. 1. Co. 15. Gratia Dei mecum. [Quam operatur in me,] quia hoc facit Deus in me. [In virtute,] miraculorũ, s. præbendo uirtutẽ. Luc. ultimo. Sedere in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbis Dei mysterium quod absconditum fuit a seculis & generationib⁹: nunc autem manifestatum est sanctis eius, quib⁹ uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gẽtibus, qd' est Christus in uobis spes gloriæ, quẽ nos annuntiamus corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: in quo, & laboro certando, secundum operationem eius, quã operatur in me in virtute.

CAP. II. LECT. I.

VOlo enim uos scire, qualem solicitudinem habeam pro uobis, & pro his qui

LECTIO PRIMA.

SVpra commendauit statum fidelium, qui est gratiæ, & actorem, s. Christum: hic protegit eos contra contrariantia huic statui: & primo contra doctrinã corrumpentẽ, secundo contra peruersos mores, 3. c. ibi [Igitur si consurrexistis] Circa primum duo facit, quia primo ostendit solicitudinem de eorum statu: secundo tuetur eos contra malam doctrinam, ibi. [Hoc aũt dico.] Iterum prima pars diuiditur in tres particulas. Quia primo ponit solicitudinem; secundo personas, de quib. solicitatur. ibi [Pro uobis,] tertio, de quo sit solicitus, ibi [Vt consolentur.] Dicit ergo, [Volo. n. uos scire, qualem habeã solicitudinem,] s. magnam. Et hoc pertinet ad bonum prælatũ. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erant in eadem regione uigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum: Et non solum pro a se conuersis, & sibi præsentibus: sed etiam pro aliis: Vnde dicit, pro uobis, s. quos non uidi corpore, sed mente, & non solum pro istis, [Sed ẽt pro illis, qui non uiderũt, &c.] Solicitus quippe erat pro toto mundo. Sap. 18. In ueste poderis Aaron, totus erat orbis terrarum, &c. Sic in mente Apost. 2. Cor. 11. Præter ea, quæ extrinsecus sunt instantia, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum &c. Sed de quibus magis solicitatur? Respondeo, de non uisis; quantum ad aliquid, quia nesciebat quid fieret circa eos, non autem simpliciter. Deinde cum dicit. [Vt consolentur,] ostendit de quo solicitus sit, s. de eorum consolatione. Et primo, hoc ponit, secundo, quo modo possit hoc haberi, ibi [Instructi:] Dicit ergo, [Vt consolentur,] idest, per me habeant consolationem spiritualem, cuius consolationis factiuum est bonum.

Est enim factiuũ gaudij, vt qui tristatur de aliquo, consoletur de alio æquẽ bono, Duo aũt sunt quæ consolantur nos, s. meditatio sapientiæ. Sap. 8. Erit allocutio cogitationis, & tędij mei. Aliud est oratio. Iaco. 5. Tristatur quis in uobis, oret: æquo animo est, psallat: Consequenter cum dicit, [Instructi, & c.] ponit

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ponit specialiter sapientiæ instructionem. Duplex est hic litera, scilicet quæ dicta est, & quæ habetur in glosa sic, Vt cõsolentur corda ipsorum instructorum &c. ad cognoscẽdum &c. Et est idẽ sensus, Instructio ergo sapientiæ consolatur contra mala temporalia. Debet autẽ hic esse instructus de uia, & ideo dicit, [In charitate,] quæ scilicet est

sunt Lodiceæ, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem misterij Dei patris, & Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo

via ad Deum. 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem uiam uobis demõstro, Si linguis, &c. Instructi ergo in charitate, qua Deus nos diligit, & qua nos eum diligimus. Vtrumque. n. nos consolatur. s. & qa dñs diligit nos. Gal. 2. Viuo ego &c. Et post. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me &c. Eph. 2. Diues ĩ misericordia, propter nimiã charitatem suã, qua dilexit nos &c. Item, qua nos Deum diligimus, uos consolamur, quia cõsolatio est amici, si pro eo sustineat mala. Eccle. 22. Et si euenerint mihi mala, pp illum sustinebo. Et subdit. [Et in oẽs diuitias,] i. in omni capacitate. Intellectus. n. noster est in potentia ad aliquid cognoscendum, sed intellectus angeli in sua creatione impletus est scientia intelligibilium. Et ideo oportet, q nostro intellectui humano superueniat scientia, vel per disciplinã: sed hæc est insufficiens, quia nunquã aliquid tm̃ potest sciri sic, q capacitatem ei⁹ impleat: vel per reuelationem diuinam & donum Dei. Et hęc est sufficiens. Eccl. 15. Impleuit eum dñs spiritu sapientiæ, & intellectus &c. Et ideo dicit. [Plenitudinis intellectus,] idest in copiã. Sap. 8. Quid sapientia locupletius? Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Instructi ergo in copia diuinæ sapientiæ, quæ copia implet intellectum. Et hoc habebimus cognoscendo Deum. H Et ideo dicit, [In agnitionẽ mysterij &c.] i. ad cognoscendũ ueritatem sacramẽti huius occulti. s. q Deus sit pater Iesu Christi. Vel [Mysterij Dei patris,] qđ est Christus. Ideo dr̃ Matth. 11. de Apostolis, Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vel in agnitione æternæ generationis & incarnationis Christi. Sap. 6. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus. Aug. Beatus qui te nouit, infęlix qui te non nouit: per cognitionem Dei habet homo oẽm plenitudinẽ. Ioan. 17. Hæc est uita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum &c. Sed nunquid per cognitionem Christi impletur intellectus? Rñdeo sic. [Quia in eo sunt oẽs thesauri &c.] Deus habet omnium rerum notitiam, & hæc notitia cõparatur thesauro. Sapien. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus, &c. Thesaurus est diuitiæ cõgregatæ, sed effusæ non dicuntur thesaurus, sed quæ in uno sunt. Deus enim sapientiam suã sparsit super omnia opera sua. Eccle. 1. Et secundum hoc non habet rationem thesauri, sed secundum I quod huiusmodi rationes uniuntur in uno scilicet sapientia diuina: & omnes huiusmodi thesauri sunt in Christo. Sapientia enim est cognitio diuinorum; scientia uero est creaturarum cognitio. Quicquid autem de Deo potest sciri pertinens ad sapientiam, totum Deus abundanter in se cognoscit.

Item, quicquid potest cognosci de creaturis, cognoscit in se supereminenter. Quicquid autẽ in sapientia Dei est, est in uerbo suo vno; quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, qa in eo non est scientia in potentia, nec in habitu. Et ideo in isto uerbo sunt omnes thesauri &c. Sed addit, [Absconditi,] quia qđ mihi aliquid absconditur, contingit dupliciter, scilicet, vel propter debilitatem intellectus mei, vel propter velamẽn oppositũ, sicut quis non uidet candelam, vel quia cæcus est, uel uelata est. Ita in uerbo Dei, sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, sed absconditi nobis, qui non habemus limpidos oculos, sed lippos. Io. 12. Adhuc modicum lumen in uobis est; & quia est uelatũ duplici uelamine. s. creaturæ, quia intellectus noster nunc ad illam K cognitionem nõ potest, nisi per similitudinem creaturarũ. Ro. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunť &c. Secundo est velatum in carne. Io. 2. Et verbum caro factum est. Et si aliquid uidemus de deo, non tñ totum. Esa. 45. Vere, tu es absconditus. Nu. 20. Aperi eis thesaurum tuum. Ponamus, q aliquis habeat candelam uelatam, non quæreret aliunde lumẽ: sed potius quod habitum ab eo reueletur, & ideo non oportet sapiẽtiam quærere, nisi in Christo. 1. Cor. 1. Non existimaui me aliquid scire, nisi Christum Iesum &c. Et 1. Ioã. 3. Cũ apparuerit. i. reuelabitur, similes ei erimus. s. omnia scientes, sicut qui haberet librum vbi esset tota scientia, non quæreret, nisi ut sciret illum librum. sic & nos non oportet amplius quærere, nisi Christũ. De-

F inde cum dicit, [Hoc aũt dico &c.] Instruit, & monet eos cõtra doctrinam corrumpentem. Seducebantur autem a quibusdã philosophis contra fidẽ, & ab hereticis, qui docebant obseruantias legalium. Ideo primo, instruit eos contra philosophos: secundo contra iudaizantes, ibi [In quo & circũcisi.] In scientia uero mũ-

uos decipiat in sublimitate sermonum.

LECTIO II.

NAm & si corpore absens sum, sed spiritu nobiscũ sum, gaudens, & uidens ordi- G nem uestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei ve-

dana duo continẽtur, quia est quædam scientia loquendi, & quædam scientia rerum, & ideo dupliciter possunt decipere. Ideo primo munit eos contra philosophos decipientes eos per scientiam loquẽdi: Secundo, contra decipientes eos per scientiã rerum, ibi [Videte, ne quis.] Primo manifestat deceptionẽ: secundo assignat rationem, ibi. [Nam si corpore.] Dicit ergo, Dico, q in Christo est omnis scientia. Et hoc dico, ne quærentes alibi scientiam, decipiamini. Et dicit [Vt nemo]. i. nec Demosthenes, nec Tulli⁹ uos decipiat [In sublimitate sermonis.] Esa. 33. Populum imprudentem non uidebis, populum alti sermonis &c. Sed nunquid est peccatũ uti sermonibus sublimibus? Rñdeo. Non, quia etiam sancti uiri elegantius loquuntur quam etiam rethores mundi, sicut Ambros. Hieron. & Leo papa. Nam, si licet uti ad persuadendum in malo ornata lectione, multo magis in bono.

LECTIO II.

SVpra monuit ne per aliquam fallaciam sermonis deciderent a fide: hic ponit rationem monitionis, quę sumitur ex bonis quę in istis erant: quæ non debebant perdere, sed proficere in eis. Et H primo commemorat bona habita: secundo ostẽdit quomodo in eis proficiant, ibi. [Sicut ergo.] Circa primũ duo facit, quia primo ostẽdit qualiter sunt sibi nota bona eorũ. Scdo, quæ bona in eis sunt, ibi. [Gaudens] Dicit ergo. [Nã, & si &c.] q.d. Licet non præsens sim uobis, nec vestra facta oculis uideã, tñ spiritu uobis unitus sum per affectionẽ, gaudens de bonis uestris. 1. Cor. 5. Absens quidem corpore, psens uero spiritu. Prouer. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. Et hoc, qa reuelabatur sibi per spm̃ sanctum, & ideo dicit. [Sed spũ vobiscũ sum.] 4. Reg. 5. Nõne cor meũ in præsenti erat, qñ reuersus est homo de curru in occursum tui &c. [Gaudens] inquam, sum, quia [Videns sum ordinem], i. ordinatam uestram conuersationẽ. 1. Cor. 14. Omnia honeste, & ẽm ordinem fiant in uobis. Iudic. 5. Stellæ manẽtes in ordine, & cursu suo &c. [Et firmamentum &c.] 1. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat. Et hoc. [In Christo.] Eph. 3. Habitare Chrm per fidem in cordibus vestris &c. Ecclesia. n. est spirituale ædificium. Eph. 2. In quo omnis ædificatio cõstructa, crescit in templum sanctum in domino. I Huius autem bonitas consistit in debito fundamento, quod est fides, & in debita superædificatione. Et ideo hæc duo posuit. Deinde cum dicit. [Sicut ergo &c.] Monet eos ad hæc seruanda. Et primo ad proficiendum: secũdo ad persistendũ: tertio ad gratias agendum. Dicit ergo. [Sicut accepistis Chrm dñm nostrum] perseuerando [in ipso ambulate.] Ro. 11. Adhærentes bono. Ecclesia q̃nque comparatur spirituali ædificio. 1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Q̃nque arbori, quia fert fructum. Et eadem est comparatio fundamenti ad domũ, & radicis ad arborem: quia utriusque firmitas est radix, & fundamentum Christus. Esa. 11. Erit radix Iesse, quę stat in signum populorum. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qđ est Chrs Iesus. Ideo dicit. [Radicati,]. s. sicut boni radice, bene. Et superædificati in ipso, & confirmati, s. sicut boni lapides, bene &c. est, si psistiteritis. [In fide,] eius. 1. Pet. vlt. Aduersarius vester &c. Et post, Cui resistite fortes ĩ fide &c. Et hoc. [Sicut & didicistis,] quod K s. in vera fide. Gala. 1; Si quis uobis euangelizauerit, pter id quod accepistis, anathema sit &c. [Abundãtes in illo in gratiarũ actione]. i. grãs agentes abundãter. 1. The. vlt. In oĩbus gratias agite. 2. Machab. 1. De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi &c. Deinde cum dicit. [Videte,] monet, ne decipiantur per uanã sapiẽtiam. Et primo ponit monitionẽ; secundo rõnem, ibi. [In ipso.] Circa primum, primo, docet vitare, quod pot decipere; scdo, ostendit, quare illud decipiat, ibi. [Secundum traditiones.] Sed q aliquis decipiat per sapientiam secularem, dupliciter contingit, s. quandoq; per principia realia philosophiæ, quãdoq; per sophisticas rationes. Et vtrasque docet cauere. Vnde dicit. [Nequis &c.] idest, per philosophica documenta, Esa. 47. Sapientia tua, & scientia hæc, decepit te. Multi enim sunt pp philosophiam

A losophiã. n. decepti, a fide deuiãtes. Hiere. 10. Stultus est factus omnis hõ a sciẽtia sua. Quantũ ad 2m dicit. [Et inanẽ fallaciã.] Quę non fundatur nisi super apparẽti uolutione verborũ. Ephe. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quomodo seducent? Qui seducit, oportet habere aliqd apparẽs, & aliquid nõ existẽs. Ideo primo ponit principium apparentię. Secundo defectũ existentiæ. Principiũ apparẽtię est duplex idest authoritas philosophorũ & quantũ ad hoc dicit. [Secundũ traditionẽ hominũ] i. secundũ ea, quæ aliqui tradiderũt propria ratione. Ps. 93. Dominus scit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. Aliud est adinuentio rationis, quando, scili-

strę. Sicut ergo accepistis Iesũ Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati, & superædificati in ipso & confirmati, in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarũ actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum B elementa mundi, & non secun-

cet aliquis vult metiri ea quæ sunt fidei, ẽm principia rerum, & non ẽm sapientiã diuina. Ex hoc. n. multi decipiuntur. Et ideo dicit. [Secundũ elemẽta mundi &c.] Sapien. decimotertio. Neque operibus attendentes, cognouerũt quis esset artifex &cæt. Quãto. n. causa est altior, tanto habet superiorẽ effectũ. Vnde, q uoluerit cõsiderare effectus superiores secundũ causas inferiores, decipitur, vt si quis cõsideret motũ aquæ secundũ virtutem aquę, nõ potest scire causã refluxus maris, sed sic, si cõsiderat eũ, secundũ virtutẽ lunæ. Vnde multo magis decipitur qui considerat pprios Dei effectus, ẽm elemẽta mũdi. Et hæc est causa apparẽtię. Sed nunquid sunt semper respuẽde traditiones hominũ, & rationes? Respondeo. Nõ, sed tũc quãdo procedit physica ratio secundũ illas, & nõ ẽm Christum. Infra eodem, Nõ tenentes C caput, ex quo totũ corpus per nexus, & cõiunctiones subministratũ, & constructum, crescit in augmentum Dei. Vel põt exponi secundum elementa mundi, mensurando. s. veritatem fidei secũdum veritatem creaturarum. Vel hoc dicit, propter idolatras colentes idola: & dicentes, Iouem cœlum. Vel secũdum Iudęos, vt sit sensus: [Per philosophiam] id est, per rationem nolentium trahere ad legalia, secundum elementa mundi, idest secundum obseruationes corporales. Gala. 4. Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit. [Quia in ipso &c.] Ponit rationẽ prædictorũ dicens, Quicquid non est secundũ Christũ, respuendum est. Sed nunquid est Christus tantus, vt pro eo omnia respui debeant? Et respondet, quod ita, quod ostẽdet dupliciter. Primo per comparationem ad diuinitatem: secundo per comparationem ad fideles, ibi. [Et estis.] Tertio per comparationem ad angelos, ibi. [Qui est caput.] Dicit ergo, Ideo respuendum est quod est contra eum, quia ipse est Deus, vnde plus est ei standũ, quã omnibus. [Quia in ipso habitat &c.] Deus. n. est in omnibus, sed in quibusdam per participationem similitudinis suę bonitatis, vt in lapide, & aliis huiusmodi. Et talia non sunt Deus, sed habent in se aliquid Dei, non eius substantiam, sed similitudinem eius bonitatis. Et ideo non habitat in eis plenitudo diuinitatis, quia non est ibi secundum substantiam. Item, est in mentibus sanctis per operationem quæ per amorem, & cognitionem attingunt Deum. Et ideo Deus est in eis secundum gratiam, sed non corporaliter, sed secundum effectum gratiæ: nec est plenitudo, sed secundum aliquos effectus terminatos. Sed in Christo est corporaliter, quod exponitur tripliciter. Corpus enim diuiditur contra vmbram, infra eodem, Quæ sunt umbra futurorum, &c. Et sic Deum contingit dupliciter inhabitare, vel secundum umbram, vel corporaliter idest realiter. Primo modo, inhabitabat in veteri lege, sed in Christo inhabitabat corporaliter, idest realiter, & secundum ueritatem. Secũdo modo exponitur, quia alii sancti inhabitantur solum secundum animam, non secundum corpus. Ro. 7. Scio, q non habitat in me. i. in carne mea bonum, sed in Christo diuinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio Dei, qua sanctos inhabitat, est per operationem, idest per amorem, & cognitionem, quod est opus solius mentis rõnalis, sed in christo inhabitat per assumptionem hominis in unitatem personæ. Vnde quicquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur a Deo: & ideo caro, & mens inhabitatur, quia ambo sunt unita verbo. Io. 1. Et verbum caro factum est. Sed tertio modo, est secundum. Tribus. n. modus est Deus in rebus. Vnus est communis, per potentiam, præsentiam, & essentiam. Alius per gratiam, in sanctis. Tertius modus est singularis in Christo per unionem. Corpus autem tres dimensiones habet. Et plenitudo diuinitatis

his modis ĩ Christo superabũdat, ideo corporaliter dr̃ in eo esse. Et primus quidẽ modus est quasi lõgitudo, quia se extẽdit ad omnia. Itẽ, latitudo est, per charitatẽ. Itẽ, quantũ ad profundum, incomprehensibilis. Sed ex hoc Nestorius errat, dicẽs unionẽ factã per inhabitationẽ tantũ, dicens verbũ inhabitasse carnẽ. Sed cõ-

dum Christum; quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis.

LECTIO III.

IN quo, & circuncisi estis, B circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisio-

tra hoc est, quod Apostolus dicit Phil. 2. Exinaniuit semetipsum &c. Habitare aũt hominẽ non est exinanire, sed hominem fieri, & subdit: in similitudinem hominũ factus, & ideo habitabilis dr̃ Christus non quasi alius sit qui habitat, & qui inhabitatur, sed ipse est & homo, & Deus, in quo habitat plenitudo diuinitatis. Deinde cum dicit. [Et estis ĩ illo &c.] Ostendit idem, per comparationem ad alios. Quasi dicat, omnia accepistis. Io. 1. De plenitudine eius &c. Sciendum est autem, qđ Platonici dicunt, quod diuina dona perueniunt ad homines mediantibus substantiis separatis. Et hoc est uerum, etiam secundũ Dio. sed hoc est quoddam speciale, quia ab eo immediate qui replet angelos. Io. 1. Vnigenitus Dei filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit &c. Heb. 2. Cũ initium accepisset enarrari per dñm ab his, qui audierunt &c. Et ideo dicit. [Qui est caput omnis principatus & potestatis.] Inquantũ est rex eorum, & dominus; non per conformitatẽ naturæ, quia sic caput est hominum. Et tangit istos ordines, qui uidentur habere quandam præeminentiam.

C LECTIO III.

SVpra muniuit fideles contra deceptiones secularis sapientiæ: hic instruit & munit eos contra hæreticos, uolentes eos ad legalia trahere: quos primo docet uitare; secundo, excludit eorum falsam seductionem, ibi; [Nemo &c.] Iterũ, prima in duas, quia primo ostendit legalia esse impleta in Christo; secundo, ea excludit ostendens, q non tenentur ad ipsa, ibi. [Nemo uos.] Inter legalia autem, primum est circuncisio, in qua Iudæi profitebantur obseruantiam ueteris legis; sicut nos in baptismo profitemur obseruantiam nouę legis. Gal. 5. Testificor omni circuncidenti se, qm̃ debitor est uniuersæ legis faciendæ. Vnde dicit, q fideles sũt circuncisi quadam spirituali circuncisione. Ex quo sequitur q illa cessat. Vnde primo ostendit, quali circuncisione sunt circuncisi. Secundo, in quo accipitur hæc circuncisio, ibi. [Consepulti,] Tertio, assignat rationem huius circuncisionis, ibi. [Et cum mortui.] Circa primum sciendum est, quod duplex est circuncisio, D scilicet carnalis, & spiritualis. Per Christum uero sumus circuncisi, non circuncisione carnali, sed spirituali. Et ideo primo excludit carnalem; secundo astruit spiritualem. Dicit ergo, [In quo,] scilicet Christo. [Circuncisi estis circuncisione non manufacta.] Rom. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est; neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera &c. In expoliatione corporis carnis.] Hoc dupliciter potest legi. Vno modo sic, Dico. [Circuncisi, non manufacta circunsione,] uos dico manentes. [In expoliatione, &c.] idest, carnalis corruptionis, secundum illud 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt, &c. q.d. Ideo circuncisi, quia non habetis iam uitia carnis, inf. 3. Expoliantes vos ueterem hominem cum actibus suis, &c. Vel dico circuncisione non manufacta, quæ circuncisio manufacta E consistit in expoliatione corporis carnis, quæ abscinditur ab alia. Vnde alia littera habet. Cutis carnis, scilicet corporis carnis, idest particulæ corporis, quæ est caro, non quod aliud sit corpus, & aliud caro. Et dicit carnis, alludens legi, ubi fit mentio de carne. Genes. decimoseptimo. Circuncidetis carnem præputij vestri, &c. Et hoc, ut ostenderet, quòd est quædam carnalis obseruantia. Sed nos non tali sumus circuncisi, sed circuncisione Christi. Sicut enim Christus assumpsit similitudinem carnis peccati, i. carnẽ passibilẽ, ut a peccato nos liberaret, ita & remedia legis, ut a legis obseruantia liberaret. Vel quam Christus facit in nobis, quæ est spiritualis circuncisio, ut dicitur. Rom. 2. Non litera, sed spiritu. Secundo ostendit, quòd adepti sumus eam in baptismo, & sic baptismus est spiritualis circuncisio. Et primo ostendit, quod in baptismo exhibetur figura mortis Christi. Secundo, quod in eo accipitur conformitas ad resurrectionem Christi: ibi. [In quo & resurrexistis.] Dicit ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

[Cōsepulti.&c.]Quia in eo exprimitur similitudo mortis Christi,ut sicut Christus ponitur primo in cruce, & postea in sepulchro:ita qui baptizatur,ponit' sub aqua, & ter,sicut stetit Christus triduo in sepulchro:[Consepulti etiam].i.baptizati ad similitudinem mortis Chri, ut sicut in ea destruxit peccatū, ita & in

ne Christi, consepulti ei in baptismo; in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo: donās nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographū decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expoliās principatus,& potestates,traduxit cōfidenter palā, triumphans illos in seipso.

baptismo. Et sicut resurrexit de sepulchro; ita, & nos a peccatis in re; & a corruptione carnis in spe. Et hoc;[Per fidē operationis Dei] quia virtute Dei resuscitatus est Ps.40. Resuscita me,& retribuā eis, &c. Et credēs hanc resurrectionē fit particeps huius resurrectionis Ro.8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis,viuificabit, & mortalia corpora uestra. Sed & Christus resuscitauit se. Eadē est.n.operatio patris & filii.Ps.107. Exurgā diluculo &c. Deinde cū dicit:[Et vos cū &c.] Ostendit rationem similitudinis, & primo ostendit similitudinē: secundo modū dictorū, ibi, [Delēs &c.] Litera nō est difficilis. Dixi vos circuncisos, quia consepulti estis Christo in baptismo. Et comparauit baptismū sepulturę & morti. Sed potest dici, ꝙ ad propositum magis esset si dicatur, ꝙ primo ostenditur ꝙ baptismus sit circuncisio; secundo ostendit rationem quare. quia s. peccatum est superfluitas, & caro præputij est superfluitas. Idem ergo est deponi peccatum. & præputium. Sed in baptismo deponitur peccatum,ergo est idem ꝙ circuncisio. Et ideo dicit; [Cum essetis mortui in delictis,] idest propter delicta vestra. Ps. 33. Mors peccatorum pessima; [Et præputio carnis nostræ] idest carnalis concupiscentiæ,quod pertinet ad originale, quasi astricti reatu malorum actuum & peccati mortalis,hoc faciens Christus conuiuificauit &c. Ephesi. 2. Cum essetis mortui delictis & peccatis vestris &c. Et hoc remouens a vobis omne peccatum, condonans & remittens vobis omnia delicta. Idem est igitur circuncidi & conuiuificari, & hoc in baptismo per remedium mortis peccati, & cum circuncidimur per remotionem peccati originalis. Sed quomodo condonauit? Respondeo.

Dicendum est, ꝙ homo peccādo duo incurrit. s. reatū culpæ, & seruitutē diaboli. Et ideo dicit quomodo sunt peccata condonata. Primo,quantū ad remotionē seruitutis diabolicę: secundo ponit ablationē reatus culpæ, ibi:[Expolians &c.] Dicit ergo: [Delēs]Quod decretū dupliciter pōt intelligēdi. Vno mō lex vetus.Eph.2. Legē mandatorū decretis euacuans &c. Et sic loquitur hic ob Iudęos quasi dicat: [Et vos cōuiuificauit] Chirographū est scriptura manualis,& proprie fit pro cautione cōtractuum. Quicunque frangit decretū Dei,efficitur reus culpæ. Et hic reatus consistit & in memoria hoīs inde perturbata & maculata,& in memoria Dei iudicaturi,& dæmonū qui cruciaturi sūt. Hoc ergo remanens in memoria, vocatur chirographum; Christus ergo est qui cōdonauit omnia, & hoc: [Delens Chirographum] .i. memoriā transgressionis;[Quod chirographum, vel decretum: [Erat aduersus nos]quia,vtrunque erat contra nos. Lex quidē,quia faciebat cognitionem peccati, & non iuuabat. Chirographum autē, quia memoria transgressionis ad puniendū erat. Et dicit: [Decreti,] quia non remittit,sic vt faciat ꝙ non peccaueris,sed quia non est in memoria Dei ad puniendum, nec in dæmonis memoria ad accusandum, nec in te ad contristandum. Psal.31. Beati quorum remissæ &c. & quorum tecta sunt peccata &c. Vel communiter loquitur, non solum ad Iudæos, sed ad omnes. Vnum decretum factum est primo homini. Gene.2. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque die comederis, morte morieris. Sed huiusmodi decretum est homo transgressus, & propter hoc in memoria est chirographum contrarium nobis quod Christus deleuit. Et quomodo, [In cruce,] quando tulit ipsum de medio, &c. Consuetudo enim erat quòd soluens omnia ad quæ quis tenebatur, scindebatur chirographum. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis patiendo Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et ideo simul cum morte Christi, hoc chirographum est destructum, & ideo dicit [Tulit de medio,] idest sustulit de rerum natura,& hoc affigens illud cruci,per quam satisfaciens Deo, tulit peccatum nostrum. Deinde cum dicit, [Expolians &c.] Ostendit quomodo liberauit a seruitute peccati. Detur enim, quòd usurarius propter cautionem teneat hominem captum, non sufficeret de-

F structio cautionis nisi liberaretur; sic, & Christus. Et ideo dicit [Expoliās &c.] Hęc expolatio refert' ad sanctos mortuos, ante passionē Christi,& sic Christus eos de inferno expoliādo liberauit. Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu,in quo nō erat aqua. Esa.49. Equidē, & captiuitas a forti tolletur,& quod ablatum fuerit,a robusto saluabitur. Si autem intelligatur de viuis,sic expoliauit eos .s.a dæmonibus. Lu.11. Si autē fortior illo superueniens uicerit eū, vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat,& spolia eius distribuet. Io. 12. Princeps huius mundi eiicietur foras. Dicit ergo. [Expolians principatus, & potestates.] .i.ipsos dæmones. Eph.ultimo. Aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, &c. [Traduxit,] ipsos deuictos,[confidenter.] tanquam authoritatē habens,in cœlum quantum ad mortuos; & quantum ad uiuos,in regnum gloriæ vel gratiæ suæ. Vel traduxit,i.extra duxit, i. expulit principatus ex domine. Esa.51. Induere fortitudinem brachium domini, &c. [Palam,]i.euidenti iudicio,quo cognoscatur ꝙ traducti sunt. Olim,.n.totus mundus seruiuit idolis,nunc non. Vel Palam,i.coram multitudine angelorum,tum quia descendit ad infernum sanctorum,tum quia ascendit in cœlum. Et hoc. [Triumphans in semetipso,] idest in sua uirtute. Phil.3. Secūdum operationem qua possit etiam subiicere sibi omnia. Alia litera sic habet. [Et exuens se carne, principatus,& potestates exemplauit fiducialiter triumphans.] Et exponitur sic: [Exuēs se carne,].i.mortalitate. 1. Cor. 15. Caro,& sanguis regnū Dei non possidebunt.i.mortalitatem carnalis corruptionis. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. 2.Cor.5. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non cognouimus. [Exemplauit,]idest,in se exemplum præbuit,quomodo sunt uincendi. Reliqua non mutantur.

LECTIO IIII.

G NEmo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. Nemo vos seducat uolens in humilitate, & religione angelorum, quæ nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ,& non tenens caput ex quo totum corpus ꝑ nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmētum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi,quid adhuc tanquam viuentes in mundo discernitis? Ne tetigeritis, neq; gustaueritis,neque cōtrectaueritis, quæ sunt omnia in interitū ipso usu,secundū præcepta, & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione,& humilitate,& nō ad parcendum corpori, nō in honore aliquo,ad saturitatem carnis.

LECTIO IIII.

SVpra ostendit legalia esse impleta in Christo, propter circuncisionē in eo impletam,quæ est legalium professio: hic ostendit eos non obligari ad legalia præcepta ceremonialia. Ceremonialia uero erant quatuor, s.sacrificia, sacra, sacramenta,& obseruantiæ. Sacrificia immolabantur Deo,ut oues, vituli & huiusmodi. Sacra erant,sicut uasa,& solemnia tempora. Sacramenta erant tria,s.circuncisio,agnus paschalis,& consecratio sacerdotum. Obseruantiæ autem erant ea, quæ pertinebant ad singularē in conuersationem populi Israel,ut cibi,uestes,& huiusmodi. Quædam vero prædictorum pertinebant ad quosdam,ut sacrificia,uasa,& alia huiusmodi: quædam ad omnes. De primis autem non facit mentionem, sed de tangētibus totū populū sicut nūc baptismus. Facit aūt mentionem de obseruantiis, quia abstinebant a certis cibis. Leu.11. vt de quadrupedibus,ab his quæ ungulam non diuidunt. In potu etiam, vas quod nō haberet operculum immundum erat, & quicquid in eo erat. Et ideo quantum ad hoc dicit [Nemo vos iudicet in cibo. i. cōdemnabiles putet in hoc, ꝙ utimini cibis uel potibus prohibitis in lege. Rom.14. Qui non manducat,manducantē non iudicet &c. Item facit mentionē de sacris ad temporū solemnitatem pertinentibus. In ueteri autem lege erat solemnitas iugis,ut sacrificium uespertinum, & matutinum, quædam aūt quæ certis tpibus fiebant: & horū, quædam fiebant pluries in anno,quædam semel tantum sicut Pascha, Scenopegia, & Pētecosten: sed sabbatum,& neomenia pluries; quia illud qualibet hebdomada,illud semel in mense. Et huius ratio erat, quia omnia festa tendunt ad honorem dei. Impendimus autem Deo honorem, uel propter aliquod æternum, & sic est iuge sacrificium,uel propter aliquod temporale, & hoc quantum ad totum hominum statum; & sic sunt duo,scilicet creationis beneficium,& sic est sabbatum. Exod. 20. Memento ut diem sabbathi sanctifices. Et ratio ponitur ibi,quia septimo die requieuit. Et ratio allegorica est, quia significat quietē Christi in sepulchro. Et anagogice, quietem animæ in Deo. Alind est beneficium propagationis, & conseruationis, quod etiam fit per tempus, Et quia Iudæi obseruabant tempora a luna, ideo dicit: Festum neomeniæ,i. nouæ lunæ. Sunt etiam aliæ causæ.s. liberationis speciales

specialis,& sic superadditę sunt aliæ solemnitates, & ideo dicit. [Aut in parte diei festi,aut neomenię.] Quæ fit quolibet mense. Leu.23. aut sabbatorū,pro qualibet septimana. Et dicit.[Sabbatorum.] qa sabbatū est requies, & isti habebant plura sabbata, qa septimū diem,& septē septimanas.s.Pētecosten,q̄ in septima septimana est à Pascha: & est principium anni, & septimū mensem,& septimū annū in quo fit remissio debitorū. Item, septima septimana annorum, i. in iubileo. Et ideo dicit, [Sabbatorum,] q.d. Nullus vos cōdemnet, qa hęc nō obseruatis. Et hoc, qa sunt vmbræ futurorum,s.Christi. Et ideo veniēte ueritate, debet cessare vmbra. [Corp' autē Christi] .i. corpus pertinēs ad Christum. Qm quis videt vmbrā, sperat quod corpus sequatur. Legalia autem sunt vmbra præcedens Christum, & eum figurabant. Et ideo dicit, [Corpus,] idest veritas rei pertinet ad Christum, sed vmbra ad legem. Deinde cum dicit. [Nemo vos seducat,&c.] Loquitur contra seductores, & deceptores. Et primo, monet ut non decipiātur, secundo arguit deceptos,ibi [Si ergo mortui.] Item,primo reddit cautos a seductione; secundo ostendit ꝑ quid seducantur, ibi. [Volens in humilitate.] Tertio,in quo deficiat,ibi.[Quæ nō vidit.] Dicit ergo. [Nemo vos seducat,].s.a veritate quam dixi. Eph. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Seducunt.n. in humilitate isti pseudo Apostoli,introducentes legalia: quia vtebantur simulata sanctitate. Sanctitas aūt in duobus consistit,s.in humili cōuersatione, & cultura Dei. Isti aūt ostendebant humilem conuersationem, cum apparebat eos non curare de rebus mundi. Et ideo dicit. [In humilitate.] Eccl.19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Item dicebant se prædicare ad reuerentiam Dei. Et ideo dicit. [Et religione angelorum.] Religio enim est ꝯm Tullium,quæ cuidam naturæ, quam diuinam vocant,cultū & cęramoniam affert. 2. Tim. 3. Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et ꝯm Glos. legitur sic [In religione &c.] Quia per hoc intendunt quod videantur esse angeli,idest nuntij Dei. Matt.7. Attendite a falsis prophetis &c. Vel in religione angelorum ad literam: qa uetus lex est tradita per angelos in manu mediatoris, ut dr Galat.3. Heb.2. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus &c. Et isti dicebant cultum legis obseruādum, quia tradita erat per angelos. Sed tñ triplex est eorum defectus,s.scientiæ,iustitiæ,& fidei. Et quantum ad primum dicit. [Volens quæ non uidit,] idest, intellexit persuadere, & semper repetere, Nemo vos seducat. Isti.n. nesciebant quo fine data esset lex. 1. Tim. 1. Volentes esse legis doctores,non intelligentes,neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmāt. Quantum ad ꝯm dicit. [Ambulās frustra inflatus.] Licet sic humilitatem prætendant. Et ponit duo.s.quòd religio eorum sit inutilis, quia ambulant frustra,s.operantes opera, quę non prosunt ad vitam ęternam. Sap. 3. Inutilia sunt opera eorū. Iob 39. Frustra laborauit,nullo timore cogente. Item quod prætendunt falsam humilitatem. Vnde dicit. [Inflatus &c. Differentia est inter inflatū,& pinguē: quia pingues, veritatis sunt pleni: inflati vero vacui,sed vento extensi. Qui ergo vere sunt humiles sunt pleni,sed qui apparent tm̄ inflati,sunt vacui. Sap.4. Dirumpet illos inflatos sine voce. Hoc sensu intelligitur illud, Scientia inflat. 1. Cor. 8. Hæc sapientia est grauis, s.quia inflat, non quę ex Deo. Matt. 6. Caro,& sanguis non reuelauit tibi &c. Quantū ad tertium dicit. [Non tenens caput,].s. Christum,per fidem. Et talis decipitur, qa sine Christo est in tenebris. 1. Tim. 6. Si quis non acquiescit sanis verbis,&c. Sed quare est caput? Rńdet, dicens, Quia ab eo dependet totum bonum corporis, s. ecclesiæ. In corpore.n.naturali sunt duo bona,s.compactio membrorum,& augmentū corporis. Et hoc habet ecclesia a Christo. Ex eo enim dependet totum corpus. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et ideo dicit. [Cōiunctiones.] In corpore.n.est duplex cōiunctio mēbrorum, s. ꝯm contactū, quia manus est cōiuncta vlnæ, hæc pectori, & sic de alijs. Alia est connexio seu coniunctio neruorum. Et ideo dicit, [Coniunctum,& connexū.] Sic in ecclesia est coniunctio per fidem, & scientiam. Ephes. 4. Vnus

A dn̄s, vna fides, vnum baptisma. Sed hoc non sufficit, nisi sit cōnexus charitatis,& connexio sacrorum,& ideo dicit [Subministratum ꝑ nexus,] qa per charitatem, vnus subministrat alteri. Augetur ēt per Christum, qui crescit. s. corpus [Constructum,] sic [In augmentum Dei,].i. quod Deus facit in nobis. Psal. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascēsiones in corde suo disposuit &c. Vel [Dei,] idest, Christi. qui Deus corpus auget; dū augetur eccla. Eph.4. Ad consummationem sanctorū in opus ministerij in ædificationem corporis Christi &cęt. Deinde cum dicit. [Si ergo mortui &cęt. Arguit ēt deceptos. Et primo ponit rōnem redargutionis ex cōditione deceptorū. Secundo, ex conditione eorū in quibus decipiebantur, ibi [Quæ oīa sunt.] Cōditio eorū erat libertas, quia sicut erāt mortui peccato, ita & legi. Vnde seruare eā non debebant. Dicit ergo. [Si ergo mortui estis cum Christo.] Mortui legi. [Ab elementis mundi,i.a legalibus obseruantijs, qa Iudæi seruiebāt Deo vero, non tñ sub elementis: sed Gentiles sub ipsis elementis,[Quid adhuc,] veritate cognita. [Tanquam viuentes in mundo, ut Iudæi C [Discernitis,] tangenda,& comedēda, s. dicentes. [Ne tetigeritis hoc,] qa peccatum est. Neq; gustaueritis, de porco, & anguilla. Leu. 11. Deinde cum dicit. [Quæ oīa &c.] Ostendit qualia sunt ex parte legaliū, dicens, ꝙ sunt in noxia,& vana,& grauia. Vnde dicit. [Quæ oīa sunt in iteritu,] qa mortifera post passionē Christi, ponentibus spem in eis, sed post tps gratiæ diuulgatæ, simpliciter oībus sunt mortifera. Quod dico ꝑꝑ opinionē Hieronymi, & Augustini, q̄ supra ad Gal.2.c. ponitur. Ad interitum ergo, & in mortē perducentia sunt. Et si dicatur quare ergo legimus vetus testm̄? dico, ꝙ legimus ad testimonium, nō ad vsum. Et ideo dicit. [Sunt in interitu ipso usu,] .i. non assumuntur ad testimonium, sed ad vsum. Item sunt uana, q̄ non innitūtur rōni nec authoritati, sed hæc non innitunt' authoritati diuinæ, sed humanę. Vnde dicit. [Secundum præcepta;] Sed nunqd non sunt pcepta a Deo? Rńdeo, sic ad tēpus, quousque veniret ueritas. Matt. 15. Irritum fecistis mandatum Dei, ꝑꝑ traditiones uestras. Item, nō D innituntur rōni, [Quia sunt habentia rōnem sapientiæ in superstitione.] q.d. Non habent rōnem, quæ inducat nisi ad superstitionem. i. ad religionem supra modum. & extra tps ipsorum obseruatum. [Et in humilitate.] s. simulata tantum ꝯm deiectionē, quia qui liberatur per Christum a seruitute legis, non dēt se iterum supponere seruituti. Galat. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis contineri. Seruantur tñ aliqua, quæ, & si non authoritate diuina, tñ humana rōne sunt utilia, sed hoc deficit hic. Sunt enim grauia hæc, ꝯm se considerata. Tria autem desideramus, s. quietem, honorem, & sufficientiam, quæ hæc legalia non hn̄t. Subtractio enim ciborum cōtraria saturitati; Inducunt ēt laborem, ꝑꝑ obseruantias multiplices. Nec sunt ad honorem, sed confusionem multam, ut illa aspersio cineris,& huiusmodi. Act. 18. Hoc est onus, quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus. [Non ad parcendum corpori,] idest ecclesiæ. [Non in honore aliquo,] idest, non ad honorem Dei, sed, [Ad saturitatē carnis] E idest, ad implendum carnalem affectum.

CAP. III. LECTIO I.

IGitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt q̄rite, vbi Christus est, in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus monuit fideles contra seducentes: hic instruit eos contra peruersitatem morum. Et primo proponit generalem doctrinam. Secundo specialē, ibi. [Mulieres subditæ] Circa primum duo facit. quia primo instruit eos de habenda recta intentione finis. Secundo de rectitudine humanæ actionis, ibi [Mortificate] Iterum, prima diuiditur in duas partes, quia primo ponit modum instructionis. Secundo assignat rationem, ibi. [Mortui.n.] Circa primum, primo ponit susceptum beneficium. Scdo ex hoc concludit instructionis documētum, ib.. [Quæ sursum.] Beneficium est, ꝙ surreximus cum Christo resurgētes, sed hoc dupliciter. Vno modo per spem corporalis resurrectionis. Cor. 15. Si autē Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniā resurrectio mortuo-

Universidad de Deusto Biblioteca

rum non est? Item, cum eo resurgente reparamur ad vitam iustitiæ. Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, quasi dicat. Si Christo resurgente, & vos resurrexistis. 2. Corin. 4. Qui suscitauit dominum Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Deinde cum dicit. [Quæ sursum &c.] Cõcludit documẽtum debitũ fini. Et primo per comparationem ad finem, & vt finem principaliter aliquis intẽdat. secundo, ut secundum finem de alijs iudicet. Dicit ergo. [Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt q̃rite.] Matt. 6. Primũ quærite regnum Dei, & iustitiã eius &c. Hic enim est finis. Ps. 26. Vnã petij a dño &c. Et ideo hoc quærite. [Vbi Christus sedet in dextera. Matth. vlt. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis assumptus est in cęlum, & sedet a dextris Dei. Psalm. 109. Sede à dextris meis. Et intelligenda est dextra, nõ pars aliqua corporalis, sed similitudinaria. Dextera.n.est potior pars hoĩs. Christus ergo sedet ad dexteram, quia ẽm quod homo in potioribus bonis patris est, sed ẽm quòd Deus, in æqualitate eius est. Et sic sit ordo in vobis, ut quia Christus est mortuus, & surrexit: & sic est assumptus a dextris Dei, ita, & vos moriamini peccato, vt postea viuatis uita iustitiæ, & sic assumamini ad gloriam. Vel nos resurreximus per Christum, ipse autem ibi sedet: ergo desiderium nostrum debet esse ad ipsum. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ &c. Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Item debemus, iudicare de alijs ẽm ipsum. Et ideo dicit. [Quæ sursum sunt sapite &c.] Astruit vnum, & aliud negat. Sapit autem, quæ sursum sunt, qui ẽm supernas rationes ordinat vitam suam, & de omnibus iudicat secundũ eam. Iacob. 3. Hæc est sapientia de sursum descendens. Sapit autem quæ sunt super terram, qui ẽm terrena bona oĩa ordinat, & iudicat iudicans ea summa bona. Philip. 3. Et gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Deinde cum dicit. [Mortui.n.&c.] Ponit rõnem monitionis. Et primo cõmemorat quãdam mortẽ, Secũdo, innuit occultationẽ cuiusdam vitæ, ibi. [Et vita. Tertio docet huius vitæ manifestationẽ, ibi. [Cum aũt Christus.] Prius .n. vnum prohibuit, & aliud astruxit: & nunc ad hæc duo redit. primo sic: Non sapite, quæ sunt terrena, qa mortui estis terrenę conuersationi. Mortuus.n. huic vitæ, non sapit ea, quæ sunt huius mundi: ita, & uos si mortui estis cum Christo, ab elementis huius mũdi. Ro. 6. Existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes aũt Deo. Esa. 26. Morientes non viuant, gigantes nõ resurgant &c. Cum aũt dixit, Existimate &c. Subdit, [Viuentes.] Et ideo alia vita est occulta. Vnde ẽt hic dicit. [Et vita vr̃a, &c.] Et hanc vitã acquirimus nobis per Christum. 1. Pet. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis &c. Quia vero hæc vita est p Christum, Christus aũt est occultus a nobis, qa est in gloria Dei patris. Et similiter vita, q̃ per eum nobis datur, est in occulto, vbi scilicet, Christus est in gloria Dei patris. Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ, & gloria. Psal. 59. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te &c. Apoc. 2. Vincẽti dabo manna absconditum, &c. Ideo cum dicit. [Cum autẽ Christus &c.] Ostendit qũo manifestatur, s. sicut & Christus, quia dicitur in Psal. 49. Deus manifeste veniet. Et ideo dicit. [Cum autem apparuerit Christus uita vestra.] Quia ipse est actor vitæ vestrę, & quia in amore eius, & cognitione consistit uita vestra. Galath. 2. Viuo ego iam non ego, viuit uero in me Christus. [Tunc & nos apparebitis. 1. Io. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, s. in gloria. Abac. 3. Ab austro veniet, & sanctus de monte Pharam &c. Deinde cum dicit. [Mortificate ergo.] Ordinat humanam actionem. Primo per cohibitionem peccatorum. Secundo, per instructionem bonorum morum, ibi. [Induite uos.] Circa primum duo facit, quia primo præmittit monitionem: secundo eius rationẽ exponit, ibi. [Expoliantes uos.] Iterum prima in duas, qa primo prohibet vitia carnalia: secundo rõnem assignat, ibi. [Propter quæ.] Circa primum duo facit, qa primo ponit generalem prohibitionem, secundo explicat in speciali, ibi. [Quæ sunt.] Dicit ergo, Non debetis sapere. [Quæ sunt super terram,] sed mortificate quicquid terrenum, & specialiter membra quę sunt, &c. Quod potest exponi similitudinarie, quia conuersatio nostra est continens multos actus, sicut corpus multa membra, & in

sapite: non quæ sunt super terram, Mortui.n.estis, & vita uestra abscõdita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra; tunc, & vos apparebitis cũ ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiã malam, & auaritiam, quæ est simulacrorũ seruitus: propter quæ, venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.

F conuersatione bona, prudentia est sicut oculus dirigens: fortitudo autem sicut pes portans. In mala vero, astutia sicut oculus, pertinacia vero sicut pes. Hæc ergo membra sunt mortificanda. Vel a iter de membris corporis carnalibus dixit, [Mortui estis &c.] s. terrenæ conuersationi. Quomodo? Et videns dicit: [Mortificate &c.] Intantum ergo mortui culpæ, inquantum viuificamur per gratiã. Vita enim gratię reparat nos quãtum ad mẽtem non totaliter quãtum ad corpus propter fomitem. Rom. 7. Ego ipse mente seruio legi Dei. carne autem legi peccati. Et paulo ante: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ &c. Qui ergo mortui estis quantum ad mentem, mortificate concupiscentiam membris, quæ sunt super terram, inquãtum sunt super terram, & terrena corpora 1. Cor. 6. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. i. non permittendo illud pertrahi ad carnalia. Et ideo ponit peccata in speciali. Et primo pure carnalia. Secundo, media ibi: [Et auaritiam.] Inter carnalia maxime concupiscentia inclinat ad luxuriã, vbi est actus turpis. Et hoc, uel ẽm naturam animalis, non dicam rõnis, quia omne peccatũ est cõtrarium rõni. Et ideo dicit: [Fornicationẽ. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione &c. vel contra naturã, & ideo dicit; [Immunditiã.] Item delectatio est immunda, vnde dicit [Libidinem.] Item concupiscentia praua, vnde dicit. [Concupiscentiam malã.] Secundo, ponit peccata media. Et primo auaritiam, cuius obiectum est corporale, s. pecunia, & cõpletur in de-
H lectatione spũali, s. dominio taliũ. Et ideo cõnectit cum carnalibus peccatis. Et subdit: [Quæ est idolorũ seruitus.] Eph. 5. Aut auarus, quod est idolorũ seruitus. Sed nunquid auaritia ex suo genere est species idolatriæ, & auarus peccat tanq̃ idolatra? Respondendum est, Non ẽm speciem, sed ẽm similitudinem, quia auarus ponit vitam suam in pecunia. Idolatra est qñ quis exhibet alicui imagini honorẽ debitum Deo. Auarus aũt honorẽ debitũ Deo exhibet pecunię; qa tota sua vita circa hoc est. Quia vero auarus non intendit circa pecuniã se hre, ut ad Deũ, sicut idolatra, ideo est minus peccatũ. Deinde cũ dicit, [Propter quæ venit ira Dei.] Ostendit rõnem, quare vitanda sunt hæc peccata, & est duplex. Vna, q̃ mouet oẽs & alia, quæ specialiter istos. Prima est vindicta Dei, quia pp carnalia venit ira, i. vindicta Dei, [In filios diffidentiæ] i. peccatores qui diffidunt de Deo, qa luxuria est filia desperationis: qa multi ex desperatione spũalium dant se totaliter carnalibus. Vel diffidentiæ, quia quantũ est de se, non est confidendum ut corrigãtur, & ideo venit ira Dei, sicut in Gen. 6. & 7.
I in diluuio; & 18. & 19. de Sodomitis. Alia rõ est, quia illi aliqñ fuerunt tales. Vnde dicit: [In quibus & vos ambulastis aliqñ] id quod de malo in peius. Et ponit hanc rõnem pp duo. s. & pp id quod Petrus dicit 1. Pet. 4. Sufficit præteritum tps ad uoluntatem gentium consummandã, qui ambulauerunt in luxurijs &c. & quia experti estis q in eis non est vtilitas, sed cõfusio Ro. 6. Quẽ ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?

LECTIO II.

G Nunc autẽ deponite & vos omnia iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non est masculus & fœmina, Gentilis, & Iudæus, circũcisio & præputium, barbarus, & scytha: seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.

LECTIO II.

Supra Apost. monuit fideles contra vitia carnalia, hic monet eos cõtra vitia spiritualia. Et primo ponit vniuersalem admonitionem: Secundo, per partes distinguit. Dicit ergo aliqñ ambulastis in illis, sed: [Nunc deponite & uos omnia,] non solum carnalia, sed omnia 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones &c. Distin-
K guit aũt vitia spiritualia in duo. Primo in peccatum cordis. Secundo, oris, ibi. [Blasfemiã &c.] Et primo ponit irã; ira.n. viri iustitiam Dei nõ operatur Iac. 1. & hæc est deponẽda. Secundo: [Indignationem,] quæ oritur ex ira, q̃ est qñ quis reputat aliquẽ indignum eorũ, quæ habet vel ut cõparetur alij Esa. 27. Indignatio non est mihi: [Malitia,] quæ consequitur ad hæc duo. s. qñ quis molitur malũ proximo inferre Iac. 1. Abijcientes omnẽ immunditiam, & abundantiã malitiæ in mansuetudine &c. Deinde ponit peccata pertinẽtia ad peccatũ oris. Et sunt tria genera peccatorum oris. Per hoc.n. peccatum designatur inordinatio mẽtis. Et primo in comparatione ad Deum, & hæc est blasphemia. Leuit. 24. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et sic quæcunque blasphemia, est peccatum mortale. Sed quid si sit subito? Respondeo. Dicendum est, quòd si sit subito, ita quòd non percipit se blasphemare: non peccat mortaliter. Sed credo quòd quantumcunque subito, si tamen percipit quòd dicit verba blasphemiæ, peccat mortaliter. Secundo, designat inordinationem circa cõcupiscentiam, dicens; [Turpem sermonẽ de ore vestro,] Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat &c. Tertio, inordinationem contra proximum, & hoc est mẽdacium. Prou. 19. Qui loquitur mendacium, non effugiet. Deinde cum dicit, [Expoliantes &c.] Ostendit rationem, quare sunt vitanda prædicta vitia, quia, scilicet deposita vetustate, debet indui nouitas. Mat. 9. Nemo mittit commissuram panni rudis, in vestimentum vetus &c. Et primo ponit depositionem vetustatis. Secundo, assumptionem nouitatis, ibi; [Et induẽtes.] Dicit ergo; [Deponite] hoc expoliantes &c. Nam hoc inueteratur per peccatum. Heb. 8. Quod autẽ antiquatur & senescit, prope interitũ est. Hæc vetustas propinquat corruptioni, qa peccatum est uia ad corruptionem. Item, per peccatum perditur virtus & decor spiritualis, quæ quidem vetustas est introducta per peccatũ primi parentis. Ro. 5. Sicut.n. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per pc̃m mors, ita & in oẽs homines pertransit, in quo oẽs peccauerũt. Hunc ergo veterem hominem, idest uetustatem peccati. Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati, vt ultra nõ seruiamus peccato &c. [Exuite cum actibus suis.] Ephe. 4. Deponite uos sedm pristinam conuersationem veterem hoĩem, qui corrumpitur sedm desideria erroris &c. Nouus homo est animus interius renouatus: quia homo ante gratiam, habet mentẽ interiorem peccato subiectam, & qñ reparat per gratiam, habet nouitatem. Psal. 102. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Gal. vlti. In Christo Iesu neq; circuncisio, neq; pputium aliquid valet, sed noua creatura. Noua creatura est gratia innouans, sed adhuc vetustas remanet in carne. Sed si sequaris iudiciũ noui hominis, tunc induis nouum hominem: si uero concupiscis secũdum desideria carnis, induis vetustatem. Ephes. 4. Induite nouum hominem, q sedm Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Deinde cum dicit; [Et induentes &c.] Describit nouum hominem. Et primo, ostendit renouationis modum. Secundo, vbi renouetur. Tertio, sedm quid renouetur. Ostendit ergo, q interior homo uetus per ignorantiam dei, renouatur per fidem & agnitionem dei. 2. Cor. 3. In eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tãquam a domini spiritu. Sed vbi est hæc renouatio? Ibi scilicet, ubi est imago dei, quæ non est in potentijs sensitiuæ partis, sed in mente. Vnde dicit; [Secũdum imaginem,] idest ipsa dei imago, quæ est in nobis renouata & hoc; [Secundum imaginem eius,] scilicet dei, [Qui creauit eum.] Dicitur autem nouus creatus, quia anima rationalis nõ est ex traduce, sed a deo creata. Deinde cum dicit, [Vbi non est &c.] Ostendit hanc innouationem esse omnibus communem, alias non pertineret ad hominem inquantum homo. Et hoc, quia facta est secundum aliquid, quod conuenit omnibũs. Quintuplex autem hic cadit distinctio inter homines. Vna, secundum sexum corporeum, & hanc excludit, dicens. Vbi non est masculus & fęmina: quia non differunt mẽte, sed secundum sexum corporeum. Secunda, per nationes, & hanc excludit, ibi [Gentilis & Iudæus.] Isti enim ex fidelibus, illi ex infidelibus, & tamen utrique mente rationales. Roma. 3. An Iudæorum deus tantum? Nonne & Gentium? Tertia, secundum ritum certum & proprium, quia quidam legis professionem, & quidam ritum eundem non habebant. Roman. 10. Idem dominus omnium &c. Alia secundum linguam, ibi; [Barbarus & scytha.] Scythia est uersus septentrionem barbarietas autem extraneitatem dicit. Vnde barbari, quasi extranei: Et simpliciter est barbarus, qui extraneus est ab homine inquãtum homo, & hoc est inquantum rationalis. Et ideo illi barbari sunt, qui non reguntur ratione & legibus, & ideo barbari naturaliter sunt serui, & in Christo non differunt, quia & si ius ciuile non habent, tamen legem habent Christi. Alia secundum conditiones, quia quidam serui, quidam liberi. in Christo autem sunt omnes similes. Iob. 3. Paruus & magnus, ibi sunt, &c. Ergo non sunt hæ differentiæ in Christo; [Sed est omnia & in omnibus Christus.] Non enim est circuncisio nisi per

A Christum & libertas per Christum: si non es liber, libertas tua est Christus. Si non es circuncisus, circuncisio tua est Christus, & sic de alijs. [Et in omnibus,] quia omnibus beneficia sua dat.

LECTIO III.

B Induite uos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, be-

LECTIO III.

Supra Apostolus induxit infideles ad vitandum mala: hic inducit eos, ad operandum bona: & primo ad opera particularium virtutum. Secundo, ad opera virtutum principaliũ perficientium animas, ibi. [Super omnia.] Et primo commemorat eorum conditionẽ. Secundo subdit uirtutũ connumerationem, ibi [Viscera misericordiæ.] Dicit ergo. Si induistis nouum hoĩem, debetis induere noui hominis partes. Ro. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, quibus induimur, quando quicquid exterius apparet, est uirtutibus ornatum. Sed quibus uirtutibus? Aliter induuntur milites, aliter sacerdotes. [Ergo induite] vobis conuenientia vestimenta. Sicut electi Dei sancti.] Et quod dicit electi, pertinet ad remotionem a malo, quod dicit sancti, ad donum gratiæ. 1. Corinth. 6. Abluti estis, sed sanctificati estis. Leuit. 11. & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus vester. Quod dicit. [Dilecti,] pertinet ad præparationem futuræ gloriæ. Ioan. 13. In finem dilexit eos, scilicet uitæ æternæ. Et describit hic vestimenta quæ protegũt nos in aduersis, & prosperis. 2. Cor. 6 Per arma iustitiæ a de-
C xtris, & a sinistris. Et primo, quæ habenda in prosperis. Secũdo, quæ in aduersis, ibi [Patientiam.] In prosperis aliquid debemus, & primo proximo misericordiam. Et ideo dicit uiscera misericordiæ. Luc. 1. Per uiscera misericordiæ Dei nostri, &c. Philip. 2. Si qua viscera miserationis, &c. idest misericordiam ex affectu procedentem. Ad oẽs vero cõsequenter est habenda benignitas, quæ est quasi bona igneitas. Ignis enim liquefacit, & effluere facit humida. Si in te est bonus ignis, liquefaciet: qcquid humiditatis habes, & dissoluet. Hanc facit Spiritussanctus. Sap. 1. Benignus est spiritus sapientiæ. Ephe. 4. Estote autẽ inuicem benigni, misericordes, &c. In corde debes habere humilitatem. Eccle. 3. Quãto magnus es humilia te in oĩbus &c. In exterioribus debes modestiam, quæ ponit modum, ne in prosperis excedas. Phil. 3. Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit oĩbus hominibus. In aduersis tria sunt arma habenda, s. patientia, quæ facit q animus propter aduersa non amoueatur ab
D amore Dei, & rectitudine iustitiæ. Luc. 21. In patiẽtia uestra possidebitis animas uestras. Sed quia qñque cõtingit, q aliquis a iustitia non declinat quantum est de se, tñ aliorum mores sunt ei importabiles, ideo dicit. [Supportantes inuicem.] 2. Pet. 2. Habitans apud eos qui de die in diem, iustam animam iniquis operibus cruciabãt. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere. Tertio, condonationem, ibi. [Et donãtes &c.] i. parcentes, 2. Cor. 2. Nã, & ego quid donaui, si quid donaui propter uos in persona Chr̃i. Condonat aũt quis iniuriam, qñ nõ habet rancorem ad eum, nec malum cõtra ipsum procurat. Sed qñ necessitas puniendi est, tunc puniendus est. Et addit rõnem. [Sicut & dñs donauit nobis. Eccles. 28. Homo homini seruat iram, & a deo q̃rit medelã. &c. Matt. 18. Omne debitũ dimisi tibi, &c. Et post, Nõne ergo oportuit, & te misereri conserui tui sicut &c. Deinde cũ dicit. [Sup oĩa &c.] Inducit ad principales uirtutes p-
E ficientes alias. Et principalior est charitas inter uirtutes, sapiẽtia uero inter dona. Charitas quidẽ, informat oẽs uirtutes. sapientia uero, dirigit, primo igit inducit ad primum. Secũdo, ad sedm ibi. [Verbum Christi.] primo inducit ad charitatem habendam. Secundo ad charitatis effectus, ibi. Et pax.] Dicit ergo. Super omnia induatis charitatẽ, quæ omnibus prædictis maior est, ut dicit 1. Co. 13. [Super omnia, idest, magis quàm omnia, quia est finis omnium virtutum. 1. Timoth. 1. Finis autem præcepti est charitas, &c. Vel super omnia debemus habere charitatẽ, quia est sup omnia alia. 1. Cor. 11. Adhuc excellentiorem uiam uobis demõstro. &c. Et hoc, quia sine ipsa nihil ualent alia, Et hæc charitas figuratur per tunicã incõsutilem. Io. 19. Et ratio huius quare est habenda, subditur, scilicet, quia [Est uinculum] ẽm Glo. per oẽs uirtutes homo perficitur, sed charitas connectit eas adinuicem, & facit eas perseuerantes, & ideo dicitur uinculum. Vel ex natura sua est uinculum, qa est amor qui est vniens amatum amãti. Osee 11. In funiculis Adam trahã eos, in uinculis charitatis &c.

Sed addit [Perfectionis,] quia est vnumquodq; perfectum, quando adhæret fini vltimo, s. deo, quod facit charitas. Deinde cũ dicit. [Et pax &c.] Mouet ad actus charitatis. Et ponit duos actus, s. pacem, & gratitudinem, & tertium innuit, s. gaudium. Dicit ergo. Et pax Christi &c. Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundum August. tranquillitas ordinis, sibi a Deo instituti, quod facit charitas. Qui enim aliquem diligit, cõcordat cum eo in uoluntate. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem etiam. [Exultet,] quia charitatis effectus est gaudium, quod sequitur ex pace, Prouerb. 12. Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Sed nõ dicit simpliciter pax, quia est pax mundi, quam Deus nõ uenit facere, sed Christi, quam fecit inter Deum, & hominem. Mat. 9. Pacem habete inter uos, quã annuntiauit. Luc. vltimo. Stetit Iesus in medio

nignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut, & dominus donauit uobis, ita & uos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est uinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua, & uocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commonẽtes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus,

G

eorum, & dixit eis; Pax uobis. Et debetis habere, quia [In ista uocati estis.] 1. Corin. 8. In pace uocauit nos Deus. Et hoc est quod subdit. [In uno corpore], i. vt sitis in uno corpore. Effectus alius est, ut sitis grati. ideo sequitur. [Et grati estote.] Sapien. 16. Ingrati spes tanquam hibernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua. Deinde cum dicit. [Verbũ Christi.] monet ad sapientiam, & primo docet sapientiæ originem. Secundo sapientiæ usum, ibi. [Docentes.] Ad hoc etiam ꝙ quis habeat patientiam uerã, oportet considerare unde oriatur. Ideo dicit. [Verbum Christi.] Eccl. 1. Fons sapientiæ, uerbum Dei in excelsis, ergo ex uerbo Christi hauriatis eam. Deuter. 4. Hæc est sapientia uestra, & intellectus coram populis &c. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia a Deo &c. Sed aliqui non habẽt uerbũ, ideo nec sapientiam. Et ideo dicit. [Habitet.] Prouer. 3. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, &c. Aliquibus sufficit modicum quid de verbo Christi: sed Apostolus vult quòd habeamus multum. Et ideo dicit. [Abundanter.] 2. Corin. 9. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper oẽm sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Prouerb. 2. Sicut thesauros effoderis eam, &c. Et addit. [In omni sapientia.] idest in oĩbus pertinentibus ad sapientiã Christi, debetis studere scire. Act. 20. Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Eccl. 21. Cor fatui, quasi uas confractum, & oẽm sapientiam non tenebit &c. Triplex aũt est usus huius sapientiæ, scilicet, instructionis, deuotionis, & directionis. Instructio duplex, s. ad cognoscendum uera. Vnde dicit. [Docentes,] quasi dicat. Habitet ita abundanter in uobis, ut de oĩbus sitis instructi per ipsum. 2. Timo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendũ &c. Item, ad cognoscendum bona, ideo dicit. [Et cõmonentes uosmetipsos,] idest exhortantes uos ad bona opera. 2. Petri. 1. Suscitate uos in commonitione &c. Secundo ponit usum deuotionis. Vnde dicit, [In psalmis, & hymnis.] In psalmis q designãt iucunditatem bonæ operationis. Psal. 148. Laudate eum in uoce exultationis &c. Hymnus est laus cum cantico. Psal. 148. Hymnus omnibus sanctis eius, &c. [Et canticis spiritualibus, &c.] quia quicquid nos facimus, debemus referre ad bona spiritualia, ad ꝓmissa æterna, & ad reuerentiam Dei. Et ideo dicit. [In cordibus, & nõ in labijs tm̃. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mente. Esa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longe est a me. Et addit. [In gratia,] scilicet recognoscentes gratiam Christi, & beneficia Dei. Sunt aũt cantica ecclesiæ cordis principaliter, sed oris sunt, vt excitetur canticum cordis, & pro simplicibus, & rudibus. Tertio, ponit usum directionis in opere, dicens. [Omne quodcũque facitis &c.] Quia & locutio opus quoddam est. 1. Cor. 10. Siue mãducatis siue bibitis, uel aliud qd facitis; oĩa in gloriã Dei facite &c. Sed contra, Aut hoc est ꝓceptũ, aut consilium: si ꝓceptũ, peccat, quicunq; hoc non facit: sed peccat venialiter qñ qs hoc non facit; ergo quicunque peccat uenialiter, peccat mortaliter. Respondeo: quidam dicunt ꝙ hoc est consilium, sed hoc non est uerum, Sed dicendum est, quòd non est necessarium

F quod omnia in Deum referãtur actu, sed habitu; qui enim facit contra gloriam Dei, & præcepta eius, facit contra hoc præceptum. Venialiter autem peccans, non facit contra hoc præceptum simpliciter; quia licet non actualiter, tamen habitualiter refert omnia in Deum.

in gratia cantantes in cordibus uestris Deo. Omne quodcunque facitis, in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agẽtes Deo, & patri per ipsum.

LECT. IIII.

POsita generali instructione ad omnes; hic incipit ponere specialẽ. Primo, dat quędam specialia documenta, pertinentia ad singulos status in eccles. Secundo, quædam cõmunia oĩbus statibus respectu certarum cõditionum, in 4. cap. ibi [Orationi instate.] Prima in tres, s. in tres cõnexiones ex quibus domus constituitur secundum Philosophũ, quarum vna est viri, & vxoris; secunda patris, & filij; alia domini, & serui. Secunda ibi. [Filij.] Tertia, ibi.] Serui. Vnaquæque earum diuiditur in duo, pri quod monet subditos vt obediãt, superiores vt moderate imperent. Dicit ergo [Mulieres &c.] dicit, [Sicut oportet,] quia hæc subiectio est ex lege diuina ordinata. Gen. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 1. Cor. 14. Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut & lex dicit. Et ratio huius est, quia regere est rationis: viri autem magis vigent ratione, & ideo præsidere debẽt. Item addit. [In domino.] Quia oĩa ordinata ad aliquos fines, sunt referenda finaliter in Deum. Deinde monet viros vt diligant eas, dicens. [Viri diligite vxores. [Hoc enim est naturale, quia vir, & vxor quodammodo sunt vnum. Eph. 5. Viri diligite vxores vestras, &c. Et prohiber ne eis sint amari Mich. 1. Infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus. Eph. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur a vobis, cum omni malitia. Deinde cum dicit [Filij & cæt. Agit de secundo, & dicit. [Filij obedite per omnia,] .s. quæ non sunt contra Deum. Heb. 12. Parentes quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, &c. Si vero præcipiant in his, quæ sunt contra Deum, sic intelligitur illud, quod dr̃ Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrẽ, &c. & hoc, quia hoc est placitum domino, idest in legẽ domini, quia lex charitatis non remouet legem naturæ, sed perficit.

LECTIO III.

G MVlieres subditę estote viris, sicut oportet in domino. Viri, diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem pro

H

I

Est autẽ lex naturalis, quod filius subdatur curę patris. Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam &c. Deinde cum dicit. [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Ephe. 6. Et vos patres, [Vt nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, &c. & hoc.] Vt non pusillo animo fiant:] Idest, vt pusillanimes fiant, & huius ratio est, quia homines retinẽt impressionem, quam a pueritia habuerunt. Naturale autem est quod qui in seruitute nutriuntur, semper sint pusillanimes. Vnde ratio est cuiusdam, quare filij Israel non statim in terram promissionis sunt perducti: quia fuerant nutriti in seruitute, & non habuissent audaciam contra inimicos pugnandi. Esa. 35. Dicite pusil. &c.

K Deinde dicit. [Serui obedite.] Agit de tertio, & primo de seruis ponit monitionẽ. Secundo, ostendit rationem, ibi. [Scientes.] Tertio, excludit dubitationẽ, ibi. [Qui enim.] Circa primũ duo facit; quia primo monet eos ad obedientiam. Secundo determinat obediendi modum, ibi. [Non ad oculũ.] Dicit ergo. [Serui.] Secũdũ carnalem conditionem. [Obedite per omnia,] quæ non sunt contra Deum. 1. Petr. secundo. Non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, &c. 1. Timot. vlt. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos, omni honore dignos arbitrentur.

Deinde cum dicit. [Non ad oculum. [Docet modum obediendi. Et ostendit duos modos obediendi. Primo, quod simpliciter, & sine dolo. Secundo, ostendit quod uoluntarie. Dicit ergo. [Non ad oculum,] .s. quantum potest uideri a domino. Eph. 6. simile. Et dicit, Quasi hominib. placentes, quia nõ seruiunt hoc modo, nisi ut placeant hominibus. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. Ideo addit; [Sed in simplicitate cordis &c.] i. absq; dolo. [Timentes dominũ sicut Iob. 1. Erat

Erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum Prou. 11. Simplicitas iustorum diriget eos &c. Item voluntaria, vnde dicit: [Quodcunque facitis ex animo,] i. prompte; [Operamini.] Et hoc, [Sicut dño] quia qui seruit alicui pp ordinem iustitię, facit hoc pp Deum à quo est hic ordo Ro. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Eph. 6. Facientes volũtatem Dei ex aĩo, cũ bona voluntate seruientes, sicut &c. Deinde dicit; [Scientes,] oñdit duplicẽ rõnem huius, & una est, ex parte remunerationis: alia, ex parte deuotionis ad Deum. Dicit ergo. Seruiatis prompte, quia. [A dño accipietis retributionẽ hereditatis] æternę psal. 15. Funes ceciderunt mihi in preclaris, etenim hæreditas mea preclara est mihi. Ephes. 6. Scientes, qm̃ vnusquisq; qdcunque fecerit bonũ, hoc recipiet a dño, siue seruus, siue liber. Quorũdam .n. fuit opinio, ꝙ actus iustitiæ non est meritorius, quia hoc videbat, esse debitũ, & hoc non est meritoriũ alicui dare qd suũ est. Sed sciendũ est, ꝙ ex hoc, ꝙ voluntariè facis, ex hoc ponis aliqd de tuo, qa de potestate tua, est velle, & non velle, & sic est meritoriũ. Serui aũt ex debito seruiunt dño, & ideo, vt habeant mercedem, hoc faciunt volũtarie. Sed sic seruite eis, qã Deo non recedatis.

vocare filios vestros: ut non pusillo animo fiant. Serui, obedite per oĩa dominis carnalibus, non ad oculũ seruientes, quasi hoĩbus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominũ. Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut dño, & nõ hoĩbus: scientes ꝙ à dño accipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo seruire. Qui .n. iniuriã facit, recipiet id quod inique gessit. Et non est personarum acceptio apud Deum. Domini, quod iustum est, & æquũ, seruis præstate: scientes, quoniam & vos dominum habetis in cœlo.

CAP. IIII. LECT. I.

ORationi instate, vigilãtes in ea in gratiarum actiones orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendum mysteriũ Christi (propter quod etiã vinctus sum) ut manifestẽ illud ita ut oporteat me loqui. In sapientia ambulate ad eos q foris sũt,

B

C

Item alia ratio est, quia sic seruitis dño Christo Ro. 12. Spiritu feruẽtes dño, &c. Deinde dicit. [Qui .n.] remouet dubitationem. Posset .n. dicere seruus. Qũo seruiam ei, qui facit mihi iniuriam. Et ideo dicit, Non est tuũ vt vindices te, subtrahendo ei quod suum est, sed expecta ab eo, qui põt, quia: [Qui iniuriã facit &c.] 2. Cor. 5. Omnes .n. nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonũ, siue malũ. Eph. 6. Et personarũ acceptio non est apud Deum. Act. 10. Non est personarum acceptor Deus. Deinde cũ dicit. [Domini] oñdit qualiter dñi se habeant ad seruos. Et circa hoc duo facit, primo dat doctrinam. Secundo reddit rõnem eorum ibi; [Scientes.] Dupliciter autẽ potest dñs grauare seruos. s. faciendo contra eos, quod iustitia legis prohibet, quia ẽm leges, non licet dño sæuire in seruum. Ideo dicit; [Quod iustum est.] Item, si exigeret totũ debitum, quod mãsuetudo christiana mitigat. Ideo dicit. [Et æquum.] Iob 31. Si contempsi subire &c. Deinde cum dicit. [Scientes &c.] Ponitur rõ, quia sicut tu habes ad eos, ita dñs ad te. Eph. 6. Scientes &c.

LECTIO PRIMA.

SVpra posuit specialia documenta ad singulos status hoĩum, hic ponit pertinentia ad oẽs, tñ respectu diuersorum. Et primo oñdit qualiter se habeãt ad alios. Secundo qualiter ad ipsos alij se habeant, ibi; [Quæ circa me &c.] Iterum, prima in duas, quia primo ostendit qũo se habeant ad ipsummet Apostolum, eorum platum. Secundo qũo ad alios, maxime infideles, ibi: [In sapientia.] Circa primum duo facit, qa primo incitat eos vniuersaliter ad orãdum. Secundo ut orent pro eo, ibi; [Orantes.] Debet autem oratio habere tria. s. quòd sit assidua, grata, & vigilans. Assidua, vnde dicit; [Orationi instantes,] .i. cum perseuerantia orate. 1. Thes. 5. Sine intermissione orate. Luc 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Item vigilans, vt animus non sit pressus. Ideo subditur. [Vigilantes] 1. Petr. 4. Vigilate in orationibus &c. Luc. 6, Erat pernoctans in oratione &c. Item grata, idest in gratiarum actione, alias non meretur beneficia nota, q de acceptis esset ingratus, Vnde sequitur. [In gratiarum

A actione.] Phil. 4. Cum gratiarũ actione. 1. Thes. 5. In oĩbus gratias agite. Consequenter rogat, ut orent pro ipso, dicens. [Orantes &c.] Quia hoc est debitũ, ꝙ subditi pro prælatis orent, quia plati custodiunt eos, & eorũ bonum est cõe oĩum. 2. Tes. 3. Orate pro nobis, ut sermo dñi currat &c. Et hoc. [Vt Deus aperiat ostium,] .i. os, p quod sermo à corde exit, & ꝙ Deus det gratiam digne proferẽdi verbum suũ. In operatione etiã significatur aliqd magnum Matt. 5. Aperiẽs os suũ, docebat eos &c. Et ideo subdit. [Ad loquendũ] 1. Cor. 14. Spiritus est qui loquit̃ mysteria. Et his indigeo, quia pp verbum Christi &c. Et tribulationes patior. Ideo orandum est, ut libere possim. 2. Tim. 2. Laboro vsque ad vincula. Et hoc modo, vt aperiat. i. [Vt manifestet &c.] Tria possunt esse impedimenta verbi, s. propter timorẽ, ideo dicit. [Victus.] vel pp altitudinem, ita ꝙ subditi nequeant intelligere, iõ dicit. [Vt manifestẽ.] Vel pp incongruitatem tpis, uel modi, ideo dicit. [Vt oportet.] 1. Cor. 3. Non potui uobis loq quasi spiritualib. &c. Luc. 12. Fidelis dispensator, & prudens, quem constituit &c. Consequenter cum dicit. [In sapientia &c.] Ostendit qũo se habeant ad extneos, & primo in conuersione.

tp̃s redimentes. Sermo vester semper in grã sale sit conditus, ut sciatis qũo oporteat vos unicuique rñdere. Quæ circa me sunt oĩa vobis nota faciet Tichicus frater, & fidelis minister & cõseruus in dño: quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & cosoletur corda uestra cũ Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex uobis est: qui oĩa quæ hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus cõcaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabę (de quo accepistis mãdata, si uenerit ad uos, suscipite illum) & Iesus qui dicit̃ iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras, q ex vobis est seruus Christi Iesu, semper solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni uoluntate Dei. Testimonium .n. illi phibeo, ꝙ habet multũ laborẽ pro uobis, & pro his q sunt Laodiceæ, &

Secundo, qũo in locutione, ibi. [Sermo vester.] Dicit ergo. [In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt.] i. infideles in sapientia. i. sapienter Sap. 7. Neminem diligit Deus, nisi qui cũ sapientia inhabitat &c. Et huius causa est. [Redimentes &c.] Redimit vexationẽ suam, qñ quis dimittit quod est de iure suo, ut vitet eam. Isti vexabantur ab eis, ideo vult ꝙ redimant eam per sapientiam. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes ha-

D bentes bonam &c. Item docet secundo, qũo se habeant loquendo. Et primo, vt sermo sit gratus. Vnde dicit: [Sermo vester, semper in gratia.] Eccl. 6. Lingua eucharis in bono hoĩe abundabit. secundo, ut sit discretus. Vnde dicit. [Sale conditus.] per salem intelligitur discretio: quia per ipsum oĩs cibus conditus est sapidus, ita oĩs actio indiscreta est insipida, & inordinata, Matth. 9. Habete in uobis sal, & pacem habete inter vos: Et hoc. [Vt sciatis &c.] Aliter .n. est rñdendum sapientibus, aliter insipientibus. Prou. 26. Non rñdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis &c. 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionẽ omni poscẽti vos rõnem &c. Deinde cum dicit. [Quę circa me &c.] Oñdit, quid alij agant ad ipsos, & primo oñdit, quid ad eos agant illi, quos ad eos mittit. Secundo, quid cum Apost. remanẽtes, ibi. [Salutant.] Mittit autem ad eos legatum, quẽ primo describit tripliciter, & primo a dilectione, dicẽs. Charissimus frater. s. per charitatẽ, quæ facit hoĩem auro ꝓtiosiorem. Esa. 13. Pretiosior

E erit uir auro & hõ mundo obrizo &c. Item à fide. Vnde dicit [Fidelis in ministerio.] 1. Cor. 4. Hic iam q̃ritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Item ab humilitate, Vnde dicit. [Et conseruus. s. in executione ministerij, sed [In dño:] qa prelatus quærere dẽt vtilitatem eorum, quibus pfertur, & Dei honorem: Sed ad quid mittitur? Vt cognoscat statum subditorum Gen. 37. Vade, & vide si cuncta prospera sunt erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur &c. 1. Reg. 27. Fratres tuos visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. Item ut consoletur. Rom. 1. Desidero .n. videre uos, ut aliqd impartiar vobis grę spũalis ad confirmandos vos. i. simul consolari in vobis &c. Et dominus missus a patre, ad hoc venit. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes &c. Item describit eius societatem

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Onesimo. [Qui omnia quæ hic aguntur, &c.] Et vestram F
hi, vt corrigam, &c. obis, vt exemplum habeatis. Deinde
cum dicit. [Salutat &c.] Ostendit, quomodo salutantur a remanentib. cum Apost. & litera satis patet. [De quo accepistis &c.] Act. 13. dicitur, quod cum Paulus, & Barnab. simul irent, quidã Ioan. Marcus sic se eis coniunxit quod postea recessit, & iterum redijt: Et Paulus quidem noluit eũ recipere, sed Barna. Et ideo Paulus recessit a Barna. Et propter hoc Apo. scripsit Colosſ. de Marco, quod non reciperent eum, sed nunc quia conuersus erat qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus clarissimus, & Demas. Salutate fratres, qui sunt Laodiceæ, & Nymphã, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut & in Loadicensium ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, uobis legatur, Et dicite Archippo. Vide ministerium, quod accepisti in domino, ut impleas illud. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

scribit, vt eum recipiant, & hoc est, [Accepistis &c.] Vel fratrem G
Barnab. de quo Barnaba accepistis, &c. [Et Iesus qui dicitur iustus.] qui quidem erat vir sanctæ conuersationis. Et ideo dicitur iustus. [Qui sunt ex circuncisione,] missi ad prædicandũ euangelium Christi Philip. 1. Quid enim, cum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annũtietur? Et sic primo Gentiles, secundo Iudæos ponit. [Epaphras qui ex vobis &c.] Quia Asianus erat. Et ad hoc salutant. [Vt stetis perfecti.] Iac. 1. Sitis & perfecti &c. [pleni &c.] Ideſt in omnibus, quæ pertinent ad uoluntatem Dei. Item, ponit Lucam, qui non fuit natus ex Iudæis, ut videtur, quia fuit Antiochenus, medicus arte, quẽ specialiter nominat, quia fuit homo bonæ authoritatis in ecclesia propter euangelium quod scripsit, Apostolo adhuc viuente. Deinde dicit. [Salutate & cæt.] ostendit quos salutent, & primo quomodos alios alienæ ecclesiæ. Secundo quomodo eos qui sunt de sua, ibi. [Et eam quæ est Laodicensium] Ex quo habetur, quod scripsit alias epistolas, quia istam, de qua fit mentio hic. s. Laodicensium, & vnam aliam ad Cor. præter primam & secundam: quia in prima epist. c. 5. dicit, Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs &c. Sed ratio est duplex, quare non sunt in canone, quia non constabat de earum authoritate, quia forte erant deprauatæ, & perierant in ecclesijs. Vel quia non continebant aliud quam ista. [Et dicite Archippo.] Iste fuit prælatus eorum, et mandat ut moneant ipsum dicentes. [Vide &c. 2. Tim. 4. Ministerium tuum impple. Et quidem tuum ministerium impleo, quando facit illud ad quod accepit. Sed videtur quod non pertineat ad subditum monere prælatum. Exo. 19. Dicendum, quòd irreuerenter arguere, & uituperare est prohibitum, sed monere charitative potest sicut Paulus Petrum. Gal. 2. Sed quare non scripsit prælato? Quia prælatus est propter ecclesiam, & non e conuerso. [Salutatio &c.] Consuetudo Apostoli erat quod totam epistolam faciebat aliquem scribere: sed in fine ponebat aliquid de manu sua 2. Thes. vlt. vbi dicit, Salutatio mea manu Pauli, idem, & hic, ne fallerentur. Et dicit. [Memores &c.] quia Romæ vinctus erat; quia Iac. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt in nomine domini, &c. Hebr. vlt. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Tandem concludens optat eis bona dicens. [Gratia &c.] Ioan. primo. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, cui sit laus, & gloria, nunc, & semper Amen.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Colloſenſes.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO.

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

PROLGVS S. THOMAE.

MVLTIPLICATAE sunt aquæ &c. Ge. 7. Hæc uerba competunt materiæ huius epistolæ. Ecclesia enim figuratur per aream, sicut dicitur 1. Pet. 3. quia sicut in arca cæteris pereuntib. paucæ animæ saluatæ fuerunt in ecclesia pauci. i. soli electi saluabuntur. Per aquas aũt significatur tribulatio-
ner. Primo, quia aquæ impelluntur irruendo si
cut tribulatiões. Matt. 7. Venerũt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerunt in domũ illã. Sed impulsu fluminum ecclesia nõ mouetur. Vñ subdit, Et nõ cecidit. Secundo aqua extinguit ignẽ. Eccl. 30. Ignẽ ardentem extinguit aqua, sic tribulationes extinguunt impetus concupiscentiarũ, nehomines ad libitũ eas sequãtur, sed nõ extinguũt verã charitatẽ ecclesiæ. Ca. 8. Aquæ multæ nõ potuerũt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent il
lam. Tertio aquæ submergunt per inundationem. Tren. 3. Inundauerunt aquæ super caput meũ: sed ecclesia nõ per has submergitur. Io. 2. Circũdederunt me aquæ usq; ad aiam meã, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meũ &c. Et post, Rursum videbo tẽplũ sãctũ tuũ &c. Nõ ergo deficit, sed subleuatur. Et primo p̃ eleuationẽ mẽtis ad Deũ. Greg. Mala quæ nos hic premunt, ad Deũ nõs ire compellunt. Osee 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Secõdo per spiritualẽ cõsolationẽ. Psa. 93. Secũdũ multitudinem dolorũ in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt aiam meã. 2. Cor. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Tertio per multiplicationem fidelium quia tempore persecutionũ Deus multiplicauit ecclesiam. Exo. 1. Quantunq; magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. Sic ergo conuenit huic epist. quia isti multas tribulationes passi, steterunt fortes. Videamus ergo textum.

LECTIO PRIMA.

APostolus vult munire hic ecclesiam contra tribulationes, & primo contra tribulationes præsentes, & hoc in prima epistola. Secundo contra futuras tempore Antichristi, & hoc in secunda. Prima diuiditur in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi. Gratias agimus. Item, primo tãgit personas salutantes. Secundo ecclesiam salutatam. Tertio bona optata. Notandũ est aũt, q̃ quia vbi non delinquimus omnes pares sumus, ideo quia illis bonis scribit, nõ facit mentionẽ de officio suo, sed solum de nomine humilitatis, quod est, [Paulus.] Sap. 7. Et innumerabilis honestas per manus illius. Et adiũgit duos, qui eis prædicauerũt ũ eo, s. [Siluanũ,] qui, est Sylas, & Timotheum, [quem circumcidit, vt dicitur Act. 16. Salutat autem ecclesiam, quæ est congregatio fidelium, & hoc, [In Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo,]. i. in fide trinitatis, & diuinitatis, & humanitatis Christi, quia in horum cognitione erit nostra beatitudo. Tangit aũt personã patris, & filij incarnati, in quibus intelligitur Spiritus sanctus, q̃ est nexus amborũ. Bona optata sunt gra, quæ est principiũ omnium bonorum 1. Corin. Gratia Dei sum id q̃ sum. Et

A pax quæ est finis, quia tunc est pax, quãdo appetitus totaliter pacatur. Deinde cũ dicit. [Gratias agimus.] Incipit epistolaris narratio, & primo commendat eos de præterita perseuerãtia. Secõ, monet eos ad bene agendum in futurum. 4. c. ibi. [De cætero.] Item, primo agit gratias vniuersaliter de bonis eorum. Secõ, ea cõmemorat in speciali, ibi. [Scientes fratres &c.] Circa primũ duo facit, quia primo ponit gratiarũ actionẽ. Secõ, eius materiã, ibi. [Memores.] Itẽ primo, pro eis gratias agit. Secõ, pro eis orat ibi, [Memorià vestri.] Quantũ ergo ad primum dicit tria quæ debent esse in gratiarum actione. Primo, quod sit ordinata, s. ad Deum. Ideo dicit. [Gras agamus Deo.] Ps. 83. Gratiã & gloriã dabit dominus. Iac. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum. Item assidua, euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tãtũ: sed & in uirtute, & in Spiritu sancto, & ĩ plenitudine multa, sicut scitis quales fuerim⁹ in uobis pp uos. Et uos imitatores nostri facti estis, & dñi excipientes uerbũ in tribulatione multa, cum gaudio Spũsãcti, ita ut facti sitis forma oĩb. credentib. in Macedonia, & in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini: nõ solum in Macedonia & in Achaia, sed in omni loco, fides uestra, q̃ ẽ ad Deũ, pfecta est, ita, ut non sit nobis necesse

B

C

quia [Semper.] Itẽ vniuersalis, ibi. [Pro oĩb. nobis. Inf. 5. In oĩb. grãs agite. Deinde orat p̃ eis, dicẽs [Memorià vestri faciẽs &c.] q.d. Quãdocũq; oro, habeo uos ĩ memoria. Ro. 1. Sine intermissione memoriã vestri facio semp in orationib. meis. Deinde cũ dicit. [Memores operis,] Ponit bona de qb. agit grãs. s. fidẽ, spẽ, & charitatẽ. 1. Cor. 3. Nũc aũt manẽt fides, spes, charitas, tria hęc, &c. Fidẽ p̃mittit. qa est substãtia sperãdarũ rerũ. &c. Accedẽtẽ. n. ad Deũ oportet credere &c. Heb. 11. Hęc aũt nõ est sufficiẽs nisi habeat operationẽ, & laborẽ. Et iõ dicit [Operis fidei vestrę, & laboris. [Iac. 2. Fides sine operib. mortua est. Itẽ, qa q̃ laborãdo pp Christũ deficit, nihil valet. Luc. 8. Ad tẽpus credũt, & in tpe tentationis recedũt. Iõ dicit. [Operis & laboris,] q.d. Memores fidei vestræ operãtis, & laborãtis. Itẽ, [Charitatis,] in cuius opib. abũdabãt. inf. 4. Charitatẽ fraternitatis &c. Itẽ spei q̃ facit patienter sustinere aduersa. Ro. 13. Spe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes, [Et sustinẽtiæ,] quã spes facit. Iac. 5. Patientiã Iob audistis, &c. [Spei,] inquã. [Domini nostri,] i. quã habemus de Christo, vel q̃ Christus dedit nobis. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spẽ uiuã, &c. Hæc spes est. Aute Deũ, nõ ante oculos hoium. Matt. 6. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominib. &c. Heb. 6. Quã sicut anchorã habemus aiæ tutã, &c. Spes. n. in veteri testõ nõ induxit ad Deũ. Deinde cũ dicit: [Scientes fratres] In speciali cõmemorat eorũ bona, quos primo cõmẽdat, q̃ deuote, & prõpte susceperũt p̃dicationẽ, nõ obstãte tribulatione. Secõ, q̃ pp tribulationẽ ab ea nõ recesserũt in 2. c. ibi. Nã ipsi scitis.] Iterũ prima pars diuidit ĩ duas; qa primo oñdit qualis fuit ista prædicatio. Secõ, qualiter ab eis recepta, ibi. [Et uos imitatores:] Circa primũ tria facit; qa primo oñdit quid circa eos sciebat; Secõ modum prædicationis suæ, ibi, [Quia euangeliũ:] Tertio, quid ipsi sciebãt de Apostolo ibi [Scientes] Dicit ergo: [O fratres dilecti a Deo.] Nõ solũ cõiter inquantum dat esse naturæ, sed inquãtum s; ãliter ad bona æternа estis vocati: Mala. 1. Iac. dilexi, Esaũ aũt odio habui, &c. Deut. 33. Dilexit populos, &c. [Electionem vestram] q.d. Certitudinaliter cognosco vos esse electos: quia hanc electionem nõ meruistis,

D

E

ftis, sed a Deo estis gratuite electi. Et hoc scio, quia Deus dedit mihi magnũ argumẽtum in prædicatione, s. quod illi, quibus loquor, sunt a Deo electi, s. quãdo Deus dat eis gratiam fructuose audiendi uerbum eis prædicatum; uel mihi gratiam copiose prędicandi eis. Contra uidetur esse quod dicitur Ezec. 3. Et linguam tuam adhęrere faciam palato tuo etc. Ideo primo commemorat, quã uirtuose eis p̄dicauit. Scdo, inducit eorum testimonium, ibi. [Sicut scitis.] Virtuose quidẽ: quia non fuit in sublimitate sermonis, [Sed in uirtute] 1. Corint. 2. Sermo meus & prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientię verbis, sed ostẽsione spiritus & uirtutis 1. Cor. 4. Non. n. in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Vel potest referri ad confirmationem prędicationis, vel ad modum prędicandi. Si ad primũ, sic confirmata fuit prędicatio mea vobis, non argumentis, sed uirtute miraculorum. Vnde dicitur Mar. vl. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Item in datione spiritussancti, vnde dicit. [Et spiritui sancto] Act. 10. Adhuc loquẽte Petro verba hæc cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant verbum &c. Hebr. 2. Contestante Deo signis & portentis & varijs virtutibus & spiritussancti distributionibus. [Et in plenitudine &c.] Et hoc addit, ne crederent se minus recepisse q̃ Iudæi. q. d. Spiritussanctus non est personarum acceptor; sed in ea plenitudine fuit apud uos, sicut apud Iudæos. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto &c. Sed si ad secũdũ, sic. [In uirtute,] idest virtuosam vitam vobis ostendens. Act. 1. Cępit Dominus facere & docere. Et in spiritu sancto s. suggerente Matth. 10. Nõ estis uos qui loquimini &c. [In plenitudine multa,] i. quia instruxi vos de omnib. ad fidem necessarijs. Inducit autem eorum testimonium ad hoc cum dicit. [Sicut uos scitis &c.] Idest, qualia dona & virtutes ostendimus in vobis 2. Cor. 5. Spero autem in conscientijs vestris manifestos uos esse.

Deinde cũ dicit; [Et uos imitatores &c.] Oñdit qũo p̄dicationẽ suã uirtuose receperunt, nec propter tribulationes recesserũt.

Et primo oñdit eorum virtutem in hoc, ꝙ alios imitati sunt. Scdo, ꝙ alijs se imitabiles pręstiterũt, ibi: [Ita ut facti sitis.] Circa primũ duo facit, quia primo oñdit quos sunt imitati. Secũdo in quib. sunt imitati, ibi; [Excipientes.] Circa primũ dicit, ꝙ imitati sunt eos quos debuerunt, s. prælatos. Et iõ dicit; [Imitatores nostri facti &c. Philip. 3. Imitatores mei estote fratres Sed imitati sũt nõ eo in quo delinquimus sicut homines, sed in quo imitamur Christũ. Vnde & dr 1. Cor. 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi, i. in quo imitatus sum Christũ, s. in patientia tribulationis Matt. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequať me 1. Pet. 2. Christus passus est ꝓ nobis, uobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia eius.

Et ideo dicit: In tribulatione mul. cum gaudio, [i. quãuis multa tribulatio immineret propter verbũ, tamẽ illud accepistis cũ gaudio. Ia 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a cõspectu cõcilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; [Cum gaudio inquam: [Spiritussancti] non alio quocunque qui est amor Dei, qui facit gaudiũ patientibus propter Christum, quia amãt eum. Can. 8. Si dederit homo omnẽ substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eã. Et sic estis imitatores nostri, quod, s. alijs estis imitabiles. Vnde dicit; [ita ut facti sitis &c.] Circa ꝙ tria facit, quia primo oñdit eos esse imitabiles. Scdo, quomodo eorũ fama diuulgata est, ibi. [A uobis, n. diffamatus.] Tertio, quomodo ab omnibus lauda-

quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo cõuersi estis ad Deũ a simulachris, seruire Deo uiuo & vero, & expectare filium eius de cœlis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum qui eripuit nos ab ira uentura.

CAP. II. LEC. I.

Nam & ipsi scitis fratres introitũ nostrum ad uos, quia non inanis fuit, sed ante passi multa & contumelis affecti (sicut scitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad uos euangelium Dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nostra, non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis euangelium, ita loqui-

F bantur populis. [Ipsi enim annuntiant.] Dicit ergo, Ita perfecte nos imitati estis, [Vt sitis facti forma,] idest, exemplum vitæ nõ solum in terra vestra, sed in alijs. Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera vestra &c. Sed credentibus forma facti estis quibus fides vestra innotuit. Ad quod bonitas uestra accessit. [A vobis. n. diffamatus est sermo Domini,] i. prædicãdi Dominũ. i. vestra fama diffusa est nõ tantum in Macedonia, & Achaia, quæ sunt uobis vicinæ, sed, [Fides vestra ad Deũ profecta,] i. quã Deus accepit, & quæ coniungit vos Deo, quæ ẽt est in omni loco diuulgata. Ro. 1. Fides vestra annũciatur in vniuerso mundo &c. Et signũ huius est, [Quia non est necesse &c.] Boni. n. prædicatoris est, bona aliorum in exemplum adducere, secũdæ Cor. 9. Vestra. n. ęmulatio prouocauit plurimos. Deinde cũ dicit. [Ipsi. n. &c. Ponit] eorũ laudẽ quia ab alijs laudabuntur quia [De nobis annuntians, &c.] Prou. vlt. Laudent illam in portis opera eius. Laudant autem in nobis nostram prædicationem, & uestram conuersionem. Annuntiat ergo qualẽ introitum habuerimus ad vos, quia cum magna difficultate & in tribulationibus. Laudant vestram conuersionem. Et ostẽdit quomodo, a quo, & ad quid conuersi sunt. Quo ad primum dicit. [Et quomodo conuersi estis ad Deum,] ideo, quam fideliter & perfecte. Iohel secũdo. Cõuertimini ad me in toto corde vestro &c. Eccl. 5. Ne tardes cõuerti ad Dñm, & ne differas de die in diẽ. Quo ad secundum dicit. [A simulachris] 1. Cor. 12. Scitis quoniã cũ gẽtes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eũtes. Quo ad tertiũ dicit [Seruire Deo,] s. seruitute latriæ non creaturę. [sed Deo. [Contra quod Ro. 1. Seruierunt creaturæ potius quã creatori &c. Et dicit. [Viuo,] vt excludat idolatriam I quia idolatræ colebant quosdã mortuos, quorũ animas dicebant deificatas, sicut Romulum, & Herculem. Et ideo dicit. [Viuo] Deut. 32. Viuo ego in æternum. Item quia Platonici ponebant quasdam substantias separatas Deos esse participatione; vero non participatione diuinæ naturæ, sed quia seruiendo sunt remunerandi. Ideo quia sic est, restat ut remuneratorem expecteris. Vnde dicit. [Et expectare filium eius] s. De cœlis,] descendentem. Luc. 12. Et uos similes famulis expectantibus Dominum suum quãdo reuertatur a nuptijs. Esa. 30. Beati omnes, qui expectant. Illi autem sunt, qui sunt lumbis præcincti. Duo autem expectamus. s. resurrectionem, vt s. ei conformemur. Vnde dicit. [Quem suscitauit ex mortuis Iesum.] Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra &c. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Itẽ liberari a pœna futura, quæ imminet reis. A causa autem pœnæ s. a peccato liberamur per Christum. Vnde dicit. [Qui eripuit nos, &c. Apoc. 6. K Absconditte vos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni &c. Ab hac ira nullus potest nos liberare nisi Christus Matth. 3. Quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?

mur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est, neque quærentes ab hominib. gloriam, neque a vobis neq; ab G alijs. Cum possemus uobis oneri esse, vt Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestrum tãquã si nutrix foueat filios suos: ita desiderãtes vos, cupide uolebamus tradere uobis non solum euangeliũ Dei, sed ẽt animas nostras. quoniã charissimi nobis facti estis. Memores. n. facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis; noćte & die operãtes, ne quẽ uestrum grauaremus, prædicaui H mus in uobis euangelium Dei. Vos testes estis & Deus, quàm sancte, & iuste, & sine q̃rela uobis, q credidistis affuim⁹ sicut

LECTIO PRIMA.

Svpra commendauit eos, quòd in tribulationibus uerbũ Dei receperunt, hic commendat eos, quòd ab eo non recesserunt propter tribulationes. Et circa hoc tria facit: quia primo commemorat eorum tribulationes. Secundo ostendit quale eis remedium adhibuit in 3. c. ibi. [Propter qđ.] Tertio propter quid, [Quia nunc vidimus.] Quia vero suprá dixit de eis nuntiatũ ab omnibus introitum Apostoli ad eorum conuersionem, iõ primo agit de introitu suo, secundo de eorum conuersione, ibi [Ideo & nos gratias.] Circa primum tria facit, quia primo commemorat suam

suam constantiam, quam habuit anteq̃ ad eos veniret. Secundo synceritatem doctrinæ per q̃ eos cõuertit, ibi. [Exhortatio enim nostra.] Tertio synceritatem suę conuersationis cum conuersis, ibi. [Vos enim.] Iterum prima in duas, quia primo p̄mittit tribulationes, quas passus est anteq̃ ad eos veniret. Secundo qũo fiduciam ex hoc nõ amisit, ibi. [Fiduciam habuimus.] Dicit ergo; Dico ꝙ annuntiat introitum nostrum, quem, & vos scitis, qm̃. [Nõ fuit inanis &c.] Idest, leuis sed difficilis, qa ꝑ multas tribulationes. Vel nõ inanis, idest vacuus, sed plenus. Gen. 1. Terra erat inanis, & vacua, &c. Vel non inanis, idest, mobilis, sed stabilis. Phil. 2. Non in vanum cucurri, neq; in vacuũ laboraui. Sed ante sumus passi passiones corporales. Prou. 19. Doctrina viri ꝑ patiẽtiam noscitur. Psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Item, spũales qa contumelijs ex hoc affecti in Phili. vbi pp̄ curationem phitonissæ passus est tribulationes. Et hæc ciuitas est Macedoniæ. Nec tamen pp̄ hæc, fiducia prædicãdi est extincta, Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agam, & non timebo. Et hæc fiducia fuit prædicandi. [Ad vos euangelium Dei in multa solicitudine,] de vestra conuersione. Rom. 12. Qui præest in solicitudine 2. Cor. 11. Pręter ea quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo oĩum ecclesiarum. Deinde cum dicit. [Exhortatio.] Ostendit synceritatẽ suæ prædicationis. Et circa hoc duo facit, qa primo probat synceritatem suæ doctrinæ, secundo quædam quæ dixerat, exponit, ibi. [Non quasi hoĩbus.] Circa primũ duo facit, qa primo excludit corruptionẽ doctrinæ, secundo ponit synceritatem, ibi. [Sed sicut probati.] Doctrina aũt corrumpitur, vel pp̄ rem quæ docetur, uel pp̄ intentionem docentis. Propter primum dupliciter corrũpitur doctrina, s. vel per errorem, ut docens salutem esse per Christum cum legalibus 2. Tim. 3. Mali hoĩes, & seductores proficient in peius errantes, & in errorem alios mittentes. Ideo dicit. [Exhortatio. n. nostra non est] sicut aliquorum. [De errore,] vel pp̄ immunditiam, sicut dicentiũ vacandum esse voluptatibus, quæ doctrina est a quodã Nicolao, qui permisit promiscua matrimonia, cõicans alijs suam vxorẽ, ideo dicit. [Nec immunditia,] Apoc. 2. Permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolotitis &c. Iob 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ. Item, nec est exhortatio in dolo sicut quorundam, qui licet verum dicant, hñt tamen intentionem corruptam, qa non profectum auditorum neq; Dei honorem, sed suũ quærunt honorem. Contra quod dicit. [Neque in dolo.] Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est &c. Sua ergo prædicatio nõ est corrupta, sed syncera. Syncerum aũt aliqd est, quod seruat suam naturam. Tunc aũt est prædicatio syncera, qñ quis docet eo tenore, & sine quo Christus docuit. Et ideo dicit. [Sed sicut probati,] i. eo modo, & ea intentione qua Deus nos elegit, & approbauit ad p̄dicandum euangeliũ loquimur. Gal. 2. Creditum est mihi euangelium præputij, sicut Petro circumcisionis. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meũ coram gentib. & regib. & filijs Israel. Deinde cũ dicit. [Non quasi hoĩbus &c.] Ostendit ꝙ sua prædicatio non est in dolo. Primo excludens illud per quod videretur esse dolosa: secundo manifestat per signum, ibi. [Neque aliquando.] Tertio per causam, ibi. [Neque in occasione.] Propter primum dicit. Prędicatio mea nõ est quasi hominibus placens, s. finaliter Psal. 52. Dissipata sunt ossa eorum, qui hominibus placent. Gal. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Aliquando tñ debent velle placere hominibus pp̄ gloriam Dei, ut prędicatio magis fructificet, sicut dr 1. Cor. 10. Ego ꝑ omnia oĩbus placeo &c. [Sed Deo &c.] Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius. Huius autem signum est, qa non adulati sumus, loquentes eis placentia. Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores &c. Prouerb. 24. Non lacies quenquã labijs tuis &c. Et idem ostendit ꝑ causam. Propter duo. n. aliquis quærit hominibus placere, scilicet vel propter beneficia, vel propter gloriam. Hoc autem hic

scitis qualiter vnumquemque vestrum sicut pater filios suos deprecantes vos, & consolantes, testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum, & gloriam.

LECTIO II.

Ideo, & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, q operatur in vobis, qui credidistis. Vos. n. imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis, & vos a contribulibus uestris: sicut & ipsi a Iudæis, qui & dominum occiderũt Iesum B & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur prohibẽtes nos gentibus loqui, ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper; peruenit enim ira Dei super illos, vsque in finem. Nos autem fratres

A excludit, & primo primũ dicens. [Neque fuimus &c.] Quiã non solum adulationem deuitamus, sed ẽt oẽm occasionem auaritiæ 1. Tim. 6. Existimãtium q̃stum esse pietatem. Hier. 6. A minori quippe vsque ad maiorem, oẽs auaritię student. Secundo ẽm, ibi. [Neque quærentes a vobis, neque ab alijs gloriam,] de doctrina, cum hẽremus vnde possemus gloriari, & accipere, imo oneri esse, & qa debebant ei, vnde dicit. [Cum possemus,] gloriam, & sustentationem. Et vocat onus, qa peruerse eis p̄dicantes, vltra modũ hæc ab eis quærebant. Esa. 3. Vos . n. depasti estis vineam meam, &c. Deinde cũ dicit. [Sed facti sumus & cęt.] Manifestat hæc duo, & primo ꝙ non q̃rit humanam gloriam, secundo ꝙ nec occasionem auaritiæ, ibi. [Memores enim estis.] Circa primũ duo facit: qa primo oñdit suam humilitatem, secundo sub similitudine oñdit suã solicitudinem, ibi. [Tanquam si nutrix.] Ponit ergo primum dicens ꝙ, [Facti sumus paruuli &c.] Idest, humiles. Eccl. 32. Rectorem te posuerũt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine, dicens. [Tãquam si nutrix,] quæ . s. condescendit infanti balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus ei ẽt condescendit. 1. Cor. 9. Omnibus oĩa fa- C ctus sum 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escam. [Etiam animas.] Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouib. suis &c. [Qm̃ charissimi &c.] 2. Cor. 12. Ego aũt libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris &c. Deinde cum dicit. [Memores. n. estis] Ostẽdit ẽm, quod supra dixerat. s. [Item neq; per occasionem auaritię:] qa nihil a vobis sumpsimus, sed de labore, quia laboris &c. Et asi qui laborant quidẽ, sed ex solatio, sed nos nõ, sed cũ labore. Ideo dicit. [Laboris nostri.] non pp̄ exercitationem corporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit, [Et fatigationis.] Aliqui ẽt laborãt de die, nos vero nocte, & die. Per hoc. n. uoluit arcere pseudo, qui nimis accipiebant, & pp̄ ociosos inter eos 1. Cor. 4. Laboramus operãtes manib. uostris &c. Deinde cum dicit. [Vos. n. estis] Ponit puritatem suæ conuersationis, & primo qũo sancta quo ad vitam, secundo, qũo solicita quo ad doctrinam, ibi [Qualiter vnumquẽque.] Dicit ergo: scitis, [Quam sancte,] i. pure Leu. 11. & 19. Sã- D cti estote, qa ego sanctus sum, [Iuste,] quo ad proximum, Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sine querela. [Vobis qui credidistis,] i. ex quo credidistis nihil agentes, vnde quis posset scãdalizare vnũquenque vestrum singulariter. Nota ꝙ singularis p̄dicatio quandoq; multum valet. Tãquam pr 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. [Deprecantes.] Philem. Multã fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, pp̄ charitatem magis obsecro. [Et consolantes.] per verba lenia. Contra quod dr Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis cum potentia. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Et quid prædicasti? [Vt digni,] i. vt uestra conuersatio esset talis, qualis decet ministros Christi. Colos. 1. Ambuletis digne Deo per omnia placentes. Deo qui nos qui nos &c. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.

LECTIO II.

E Svpra ostendit Apostolus; qualis fuit ad eos introitus suus: hic ostendit qualis fuit eorum conuersio. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, quòd perfecte conuersi sunt per fidem firmam: secundo, quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus, ibi. [Vos enim.] Ponit ergo primo bona eorum pro quibus gratias agit, & reddit rationem; Dicit ergo. [Ideo.] Quia solicite uobis prædicaui sicut pater filijs, ideo de bonis vestris. [Gratias ago,] sicut pater de bonis filiorum. Io. 2. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. Phil. 4. Cum gratiarum actione. Sed qũo? [Qm̃ cum accepissetis a nobis &c.] Gratias debet agere prædicator qñ verbum eius in auditoribus proficit. Et dicit. [Verba auditus Dei a nobis,] i. per nos. Ps. 84. Audiam quid loquatur in me Domi-

nus

mus Deus. Ro. 10. Fides enim ex auditu, auditus autem per uerbũ Christi [Accepistis illud,] i. firmiter in corde tenuistis. [Non ut verbũ hominũ,] quia uana uerba hominis, 2. Co. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? 2. Pet. 1. Nõ n. voluntate humana, allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et quare gratias agitis, quia [Hoc ipsum quod credidistis Deus in uobis operatus est.] Phil. 2. Deus est, qui operatur in uobis velle & perficere pro bona uoluntate. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Deinde cũ dicit. [Vos .n.] Ostendit, quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus. Et circa hoc duo facit, q primo ponit tribulationes eorum in quibus steterunt, secundo, ꝙ remedium proposuit adhibere, ibi. [Nos autem.] Item, prima diuiditur in duas, quia primo comendat eorũ patientiã in aduersis, secũdo reprehẽdit eos, qui intulerũt aduersa, ibi. [Qui Christum.] Dicit ergo. Accepistis verbum, nõ ut est hominum [Sed sicut est uere verbũ Dei,] quia exposuistis uos pro illo vsque ad mortẽ. Per hoc. n. ꝙ homo moritur propter Christum, testificatur, ꝙ verba fidei sunt verba Dei. Et ideo martyres, idẽ est, ꝙ testes [In Iudea] Ibi. n. fides Christi, primo est annũtiata Esa. 2. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ibi etiã, primo persecutio magna in ecclesia, quę erat Hierosolymis &c. Hebr. 10. Rememoramini autẽ pristinos dies: in quibus illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ, Et isti, similes passiones passi sunt. Et ideo dicit [Eadẽ passi a contribulibus vestris,] i. ab infidelibus Thessalonicensibus. Matt. 10. Inimici hominis &c. Deinde cũ dicit. [Qui & dominũ.] Vituperat Iudæos a quibus incepit persecutio. Et primo cõmemorat eorum culpam, secundo rationẽ culpæ, ibi. [Vt impleant.] Circa primũ tria facit, primo eorũ culpã ponit in comparatione ad Dei ministros; secundo ad ipsum, tertio ad totũ genus humanũ. Ministri Dei sũt prædicatores. Prędicatio autẽ principaliter est a Christo, figuraliter a prophetis, executiue ab Apostolis. Contra hos tres insurrexerunt Iudæi. Et primo dicit de Christo, ibi [Qui & dominũ] Matt. 21. Hic est hæres, venite occidamus eũ. Nec obstat, si Gẽtiles occiderunt eum, quia ipsi suis uocibus petierunt eum occidi a pilato. Hier. 12. Facta est hæreditas mea mihi, quasi leo in silua, dedit contra me uocem &cæt. Secundo dicit de prophetis, ibi [Et prophetas.] Act. 7. Quem prophetarum non sunt ꝑsecuti patres vestri? & occiderũt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Tertio dicit de Apostolis [Et nos,] s. Apostolos. Matt. 10. Tradent vos in conciliis &c. Secundo, ponit culpam in comparatione ad Deum, ibi [Deo non placent.] licet crederent in hoc se obsequium præstare Deo. Io. 16. Sed quia Zelum Dei habent non secundum scientiam, ideo Deo non placent, quia non faciunt recta fide. & sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Esa. iratus est furor domini in pupulo suo &c. Tertio ostendit eorum culpam in comparatione ad totum genus humanũ, cum dicit [Omnibus hominibus aduersantur.] Gen. 16. Manus eius contra omnes &c. Aduersantur autem in hoc, quia prohibent & impediunt prædicationem Gentilium & conuersionem. Act. 11. Reprehenditur Petrus, ꝙ iuit ad Concilium. Item Luc. 15. Filius maior, s. populus Iudæorum turbatur: quia filius minor idest, populus Gentilium recipitur a patre. Esa. 45. Væ qui dicit patri, quid generas? Num. 11. Quis det, ut omnis populus prophetet? Ratio autem huius culpæ est ex diuina permissione, qua vult ut impleant peccata sua. Omnium enim, quæ sunt siue bona, siue mala est quædam certa mensura, quia nihil est infinitum, & omnium istorum mensura est in præscientia. Bonorum quidem in eius præparatione. Ephe. 4. Quia unicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Malorum uerò in permissione, quia si aliqui sunt mali, non tamen quantum volunt, sed quãtum Deus permittit. Et ideo tamdiu viuunt, quandiu perueniant ad hoc, quod Deus permittit Matth. 23. Implete mensuram patrum vestrorum &c.

Et ideo dicit. [Vt impleãt &c.] Deus. n. dedit Iudeis post passionem Christi spatium penitentiæ per quadraginta annos, nec conuersi sunt, sed addebant peccata peccatis. Et ideo Deus non

desolati a uobis ad tempus horæ: aspectu, non corde, abundãtius festinauimus faciem vestrã videre cum multo desiderio, quoniam uolumus uenire ad uos, Ego quidẽ Paulus & semel & iterum: sed nos impediuit Sathanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius? Vos

F plus permisit. Vnde dicit hic. [Peruenit ira Dei &c.] 4. Reg. 22. Ira Dei magna succensa est contra nos, quia non audierũt patres nostri uerba libri huius &c. Luc. 21. Erit. n. pressura magna super terram, & ira populo huic, &c. Et non credas, ꝙ hæc ira sit per certum annos, sed [Vsque in finem,] mundi, quando plenitudo gentiũ intrauerit, &c. Luc. 19. & 21. & Matth. 24. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Deinde cũ dicit. [Nos aũt.] Ostendit remedium, quod [illegible] proposuit adhibere, [illegible] quod personaliter iret ad eos. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit propositum suæ uisitationis, secundo impedimentum, ibi. [Sed impediuit.] Tertio causã quare volebat ire, ibi. [Quæ autẽ est.] Dicit ergo. [Nos autem fratres desolati a uobis.] A quibus eramus separati, uel propter tribulationes uestras. [ore.] i. carentes collocutione, [Et aspectu,] idest, carentes visione, propter hæc enim duo, necessaria est amici præsentia, quia est consolatiua, sed [Nõ corde,] quia corde sumus præsentes 1. Corinth. 5. Ego absens quidem corpore, præsens autem spiritu. [Abundantius festinauimus faciem, & cæt.] Vt sicut corde, sic & corpore præsens essem. Roman. 15. Cupiditatem habens veniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis, &cæt. [Festinauimus.] Dicit pluraliter, quia scribit ex persona trium, scilicet sui, Siluani, & Timothei. Ideo etiam. [Voluimus uenire ad uos.] Omnes, forte semel, sed ego [Paulus semel & iterum,] idest bis proposui. [Sed impediuit nos Sathanas,] idest procurauit impedimenta. forte persecutoris tempestates. Apoc. 7. Isti sunt angeli, qui tenent ventos. Deinde cum dicit. [Quæ est enim,] Ostendit causam propositi. Primo quantum ad futurum. Secundo quantum ad præsens, ibi [Nos enim & c.] Dicit ergo, Desidero uidere uos, & gratulari de bonis uestris, quæ sunt spes nostra. Nam pro his speramus a Deo præmia, quando reddere venerit unicuique secundum opera sua. Maxima enim est retributio prædicatori, ex his quos conuertit. [Aut gaudium:] quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum eorum, est bonum Apostoli, donum enim effectus reducitur in bonum causæ; [Aut corona gloriæ.] quia pro certaminibus eorum & iste, qui induxit ad certamen, coronatur; Dux enim, qui induxit milites ad pugnam, coronatur. Eccles. 3. Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur, &c. Hæc] inquam [Spes,] quæ est [Nonne uos?] Immo sic. In futuro [Ante dominum nostrum Iesum Christum in aduentu,] sed etiam in præsenti; [Vos enim estis] apud omnes fideles [Gloria nostra] 1. Corinth. 9. Melius est mihi mori, quàm ut gloriam meam, quis euacuet. [Et gaudium,] quo lætor de bonis vestris in præsenti.

enim estis gloria nostra, & gaudium.

CAP. III. LECT. I.

G Propter quod nõ sustinẽtes amplius, placuit remanere Athenis, solis, & misimus Timotheũ fratrẽ nostrũ, & ministrũ Dei in euangelio Christi, ad cõfirmãdos uos. & exhortãdos ꝑ fide uestra: ut nemo moueatur

LECTIO PRIMA.

Commemorauit tribulationes quas passi erant, & remedium, quod proposuit eis impendere; hic ostendit quomodo eis subuenisset mittendo per Timotheum. Et primo agit de missione nuntii: secundo de relatione, facta per eum, ibi [Nunc autem.] Tertio de effectu relationis in Apostolo, ibi [Ideo consolati.] Item, prima in tres, quia primo præmittit causam quare misit eum, secundo qualem misit; tertio causam propter quam misit. Dicit ergo; [Propter quod,] idest, quia impediuit nos Sathanas, tamen Vos estis gloria nostra, ideo [Non sustinentes,] pondus amoris inclinantis ad uos. Esa. [illegible] mo. Facta sunt mihi molesta, &cet. Genes. quadragesimo. Non se poterat ultra cohibere. [Placuit nobis,] scilicet, Paulo, & Siluano; [Remanere Athenis solis, & misimus Timotheum,] qui erat Apostolo conuenientissimus. Philipp. secundo. Neminem habeo tam unanimem, qui syncera affectione pro nobis sollicitus sit primę Corinth. quarto. Misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis Domino [Fratrem,] per charitatem adiuuantem. Proueb. decimooctauo. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma: [Et ministrum.] Ecclesiæ dignitas est 2. Corinth. 11. Ministri Christi sunt & ego. & cæt. Mittit autem ad confirmandos eos, & referendum sibi. Deinde enim

cũ dicit. [Ad confirmandos &c.] Ostendit, ꝙ mittitur ad confirmandũ. Et primo facit hoc: secũdo ponit rõ confirmationis, ibi. [Ipse n.] Dicit ergo: [Ad confirmandos uos, & exhortandos,] quia per exhortationes animus hoĩs confirmatur. Iob 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et idigetis exhortari ꝑ fide uestra, [Vt nemo moueatur in his tribulationib. Eccle. 10. Si spiritus potestatem habẽtis ascẽderit super te, locũ tuũ ne dimiseris. Est autem ratio duplex cõfirmãs. Vna ex ordinatione diuina. Ipsi. n. scitis &c. Quasi dicat, Ita uoluit Deus, vt per tribulationes in cęlũ intraretis. Act. 14. Per multas tribulationes oportet uos intrare i regnum. Dei, & 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patient. Per hãc viam iuit Christus. Luc. vltimo. Oportebat Christũ pati & resurgere, & sic intrare in gloriam suã. Alia rõ est ex parte præsciẽtiæ, qa præuisa minus feriũt. Vnde dicit, [Nã, & cũ apud &c.] Idest, quia ergo prædixi vobis tribulationes quas estis passi i istis annis. [Misi ad cognoscẽdum &c.] Qualiter, s. essetis fortes in fide. Prou. 17. Diligenter agnosce vultũ pecoris tui, & greges tuos considera. [Is qui tẽtat] s. diabolus. Mat. 4. Accedẽs tentator Glosa. Cuius officiũ est tẽtare. Sed contra Tẽtat mũdus, & caro. Iac. 1. Vnusquisque tẽtatur a cõcupiscẽtia sua. &c. Itẽ. Gene. 22. Tentauit Deus Abrahã &c. Respõdeo. Tẽtare est experimentũ de aliquo sumere. In hoc cõsiderandũ est ad qd velit sumere, & quomodo. Nam hoc est dupliciter. Vel vt ipse cognoscat. vel vt aliũ cognoscere faciat. Primo modo Deus nõ tẽtat. ipse. n. scit quid est in homine. Ioã. 2. Secũdo modo sic, Deus. n. tentauit Abraham. s. ut alii scirẽt fidẽ eius. Sed primo modo tẽtare est dupliciter, s. ut promoueat ad bonũ, sicut Episcopus promouẽdos examinat, uel aliqs tẽtat ut decipiat, & hoc est diaboli, quia. s. inquirit conditionem hominũ, ut ẽm diuersas cõditiones ad diuersa vitia ad quę pronus est, inducat. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Officiũ ergo eius est tentare ad decipiendũ. Mundus aũt, & caro dicuntur tẽtare materialiter, quia per ea, ad quę ipsa inclinant, sumitur experimentũ de homine, vtrũ firmus sit ad mandata Dei, & dilectionem. Si. n. vicerit concupiscentia, non perfecte diligit Deũ. Et similiter quãdo res, mũdi, vel terrẽt, vel afficiũt. [Et inanis] quia si tẽtationi nõ resistitis, labor vester esset inanis. Galat. 4. Timeo eñ ne forte sine causa laborauerim in vobis. Ezech. 18. Omnes iustitiæ eius quas operatus est, nõ recordabunt. Inanis aũt dr, respectu mercedis æternę, tñ bona ante peccatũ commissa ad aliqd valẽt, quia post pęnitentiã reuiuiscũt. & disponit quis faciliter ad conuertendũ. Deinde cũ dicit. [Nunc aũt &c.] Ostendit quomodo retulit Timotheus bona eorũ, pertinẽtia ad Deũ & Apostolũ. Ad Deum, fidem & charitatem. Galat. sexto. In Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Sed fidem, etiam ad Apostolum: vnde dicit, [Et quia memoriam.] Eccle. 49. Memoria Iosiæ in compositione operis facta, opus pigmẽtarii &c, Prouer. 10. Memoria iusti cũ laudib. &c. [Desiderantes uidere nos, sicut & nos quoque vos.] Au. Durus est animus, q dilectionẽ, & si nõ velit impẽdere, nolit repẽdere. Esa. 51. Attendite ad Abrahã patrẽ vestrum &c.

i tribulationibus istis: ipsi. n. scitis, ꝙ in hoc positi sumus. Nam & cũ apud uos essemus, ꝑdicebamus uobis, passuros nos tribulationes, sicut, & factũ est, & scitis. Propterea, & ego ampliꝰ nõ sustinẽs, misi ad cognoscẽdũ fidẽ uestrã, ne forte tentauerit vos is, qui tẽtat, & inanis fiat labor vr̃. Nũc aũt veniẽte Timotheo ad nos a uobis, & annuntiãte nobis fidẽ & charitatẽ vastrã: & quia memoriam nostri hẽtis bonã, sp desiderantes nos videre, sicut & nos quoq; uos: iõ cõsolati sumus fratres in uobis, in oĩ necessitate, & tribulatione nostra per fidẽ vestrã; qm nũc uiuimus, si vos statis in Domino. Quã. n. gratiarũ actionẽ possumus deo retribuere ꝑ uobis, i oĩ gaudio, quo gaudemus ꝑꝑ uos ante Deũ nostrũ nocte ac die, abũdantius orãtes, vt uideamus faciẽ uestrã, & cõpleamus ea, q̃ desũt fidei vestrę? Ipse aũt Deus, & pater noster, & Dñs Iesus Christus dirigat uiã nostrã ad vos. Vos aũt Dñs multiplicet, & abũdare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes, quemadmodũ, & nos i

A Deinde cũ dicit. [Ideo cõsolati.] Ponitur effectus relationis triplex. s. spũalis cõsolationis, gratiarũ actionis ibi. [Que. n. Et orationis multiplicatę, ibi] Nocte.] Dicit ergo. Quia talia audiuimus de vobis, licet necessitates tẽporaliũ immineãt & tribulationes coeporales, tñ cõsolati sumus psal. 93. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animã meã &c. 2. Co. 1. Benedictus Deus, & pater Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, pater misericordiarũ, & Deus totius cõsolationis &c. Et hoc. [Per fidẽ vestrã]. i. audiens firmitatem fidei vestræ. [Qm̃ viuimus &c.] Quasi dicat, Tantũ diligo statũ vestrũ, ꝙ reputo me per ipsum viuere. Ge. 45. Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit. Deinde cũ dicit. [Quam. n. &c.] Ponitur secũdus effectus relationis factæ. s. gratiarũ actio, quasi dicat Non sufficio, ꝙ aliquã cõdignã gratiarũ actionẽ agam Deo pro vobis. Mich. 6. Quid dignum offerã Domino, &c. ps. 115. retribuã Domino pro omnibus? &c. Referẽdæ sunt tamen gratiarum actiones. [In omni gaudio,] ꝙ omnino non est exterius sed. [Quo gaudemus propter uos. In conscientia. [Ante Dominum] qui uidet eam. Vel ante Dominum; quia de proximo placet Deo. 1. Cor. 13. Congaudet ueritati &c. Deinde cũ dicit. [Nocte &c.] Ponitur tertius effectus relationis, & primo proponit multiplicitatem orationis, secũdo ostendit, quid orando optet ibi. [Ipse aũt &c. Dicit ergo, Gratias agimus de præteritis, nec tñ deficimus q̃n oremus pro futuris, imo [Nocte ac die,] .i. aduersis, & prosperis. psa. 54. Vespere, & mane ac meridie narrabo, &c. [Quæ desunt &c.] Non quidem quæ erant de necessitate fidei, sed aliqua secreta, quæ nec dum Apostolus eis prædicauit in sua nouitate. 1. Co. 3. Non potui loqui uobis quasi spiritualib. sed quasi carnalib. &c. Io. 16. Multa habeo uobis loqui, quæ non &c. Deinde cum dicit. [Ipse autẽ Deus &c.] Demonstrat qd optet ei. Et circa hoc primo oñdit quid petat, ibi. [Ad confirmanda] Petit aũt duo. Vnũ ex parte sua, ut posset ire ad eos. Vñ dicit. [Ipse Deus, & pater noster &c.] Io. 20. Ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ uestrũ &c. Pro. 16. Hoĩs est ꝑparare animũ, & Dñi gubernare liguã. Aliud ex parte eorũ. Vñ dicit [Vos aũt multiplicet] s. in fide. 2. Re. 24. Adaugeat Dñs populũ suum cẽtuplũ, q̃ sunt &c. Et vt augeant merita. Vñ dicit. [Et abũdare faciãt charitatẽ vestrã,] q̃ semper in uia crescere põt. Col. 3. Super oĩa charitatẽ hẽte, qd est uinculũ ꝑfectionis. Et primo. [Inuicẽ] secũdo. [In oẽs] Gal. 6. Operemur bonũ ad oẽs: maxime autẽ ad domesticos fidei. Et ponit exẽplũ de seipso, dicens. [Quẽadmodũ &c.] quasi dicat, Sicut, & ego diligo uos. 2. Cor. 7. In cordib. nostris estis ad cõmoriẽdũ & ad conuiuendũ. Sed ad qd petit. [Ad cõfirmanda corda uestra sine q̃rela,]. i. vt nullus possit conq̃ri de uobis Lu. 1. Incedẽtes in oĩb. mãdatis, & iustificationib. sine querela: [Et sanctitate ante Deũ,] s. qui cor uidet. Lu. 1. In sanctitate, & iustitia coram ipso &c. Et hoc apparet. In aduentu Dñi nostri Iesu Chr̃i,] ut uos inueniat sãctos, qui aduentus erit, [Cum oĩb. sanctis eius.]. sitis in cõspectu eius, sicut sunt oẽs sancti ante eum,

vobis, ad cõfirmãda corda vestra sine q̃rela, & sãctitate, ante Deũ, & patrẽ nostrũ, in aduẽtu Domini nostri Iesu Christi, cũ omnibus sãctis eius. Amen.

CAP. IIII. LEC. I.

B De cætero ergo fratres, rogamus uos, & obsecramus in Domino Iesu, ut queadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat uos ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, ut abũdetis magis. Scitis. n. quæ præcepta dederim uobis per Dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestra, vt abstineatis uos a fornicatione, ut sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deũ. Et ne q̃s supergrediatur, neq; circũueniat in negotio fratrem suum, quoniã uindex est Dominus de his omnib. sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non. n. uocauit nos Deus i immũditiam, sed in sanctificationẽ. Itaq; qui hæc sper

LECTIO PRIMA.

Supra commendauit Apost. fideles de constantia in tribulationibus, & aliis bonis; hic in futurum monet ad bene agendum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

dum. Et primo proponit generalem ammonitionem, secundo specificat, ibi. [Vt abstineatis. Circa primum duo facit, quia primo proponit intentum, secundo rationem monitionis assignat ibi [Vt abūdetis.] Dicit ergo, Audiui bona uestra præterita, sed in futurum rogamus &c. Inducit aūt eos primo ex parte sua. Et iō dicit. [Rogamus.] Psal. 121. Rogate, quæ ad pacē sunt &c. Item ex parte Christi, & sic dicit [Obsecramus, &cæt.] Obsecrat autem, quia erant perfecti. 1. Tim. 5. Seniorē ne increpaueris, sed obsecra, ut patrē. Sed quid rogat? [vt quemadmodū &c.] Docuerat eos Apostolus, qūo oporteret eos ambulare in uia cōi iustitiæ, quæ est per mandata. Vnde dicit: [Accepistis, &c.] Ps. 118. Viā mandatorū tuorū &c. Item, quomodo placerent Deo in via consiliorū. Sapiē. 4. Placēs Deo, factus est dilectus. Vel quomodo ambuletis, s. per rectam operationem, Io. 12. Ambulate dum lucem habetis. [Quomodo placeatis]. s. p rectā intētionem. [Sic, & ambuletis,] idest, vt seruetis primam doctrinam, non recedendo ab ea. Galat. 1. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quam quod euangelizamus vobis, anathema sit. Ratio monitionis accipitur primo ex fructu seruatæ monitionis, secundo ex ipsa monitione, ibi. [Scitis. n. quæ, &c.] Dicit ergo. Licet sitis boni tū per exercitiū mandatorū, & consiliorū abundabitis, & proficietis. 2. Cor. 9. Potens est Deus omnē gratiam abundare facere in vobis Est. n. charitas tam magna, q; semper restat quo proficiendū sit. Itē, quæ ex monitione accepistis, honesta sunt, & vtilia. Psal. 18. Lex Domini immaculata, &c. Prou. 6. Mādatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ. Ideo dicit. [Quæ præcepta,] idest qualia. Et hoc. [Per Dominū Iesum,] accepta ab eo. 1. Cor. 11. Ego. n. accepi a Domino, quod & tradidi vobis &c. Heb. 2. Quę cū initiū accepisset enarrari per Dominum ab his, qui audierūt &c. Et hæc sunt ista. [Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra,] Quasi dicat, omnia precepta Dei sunt ad hoc, quod sitis sancti. Sanctitas. n. dicit munditiā & firmitatē. Et omnia Dei pręcepta inducūt ad ista, ut quis mūdus sit a malo, & firmus in bono. Rom. 12. Probetis, quę sit voluntas Dei, s. explicata per pręcepta Deinde cū dicit. [Vt abstineatis.] Monet in speciali. Et primo corrigit eos de quibusdā inordinationibus inter eos; secūdo promouet ad obseruantiā bonorū. 5. ca. ibi. [De tēporibus.] Tres autē inordinationes erant inter eos, s. carnaliū vitiorum, quātum ad quosdam. Item curiositatis. Item tristitiæ de mortuis, & ideo de istis agit. Secunda ibi. [De charitate autē.] Tertia ibi. [Nolumus uos.] Circa primū duo facit, quia primo monet abstinere ab immoderato appetitu carnaliū. Secūdo ponit rōnem, ibi. [Quoniā uindex.] Iterū prima in duas, qa primo prohibet luxuriā; secūdo auaritiā. Et coniūgit hæc semper; quia utrūque est circa obiectū corporale, licet hoc cōpleatur in delectatione spirituali. Itē primo docet cauere luxuriā quantū ad nō suā secūdo quantū ad uxorē propriam, ibi. [Vt sciat.] Dicit ergo. [Vt abstineatis a fornicatione. Volūtas. n. Dei est abstinere a fornicatione, ergo est peccatū mortale, quia est cōtra præceptū, & uoluntate Dei. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione. Sed & respectu uxoris, abstineatis honeste. Vt sciat unusquisque uas suum,] .i. uxorem. [Possidere in sanctificatione.] cessando ad tempus. [Et in honore, non in passione,] ut. s. passio præcedat. [Sicut, & Gentes,] quia hoc est Gētilium, quærere delectationes præsentes, non aūt futuræ vitę. [In sanctificatione, & honore,] quia hic est debitus usus matrimonii, quia est ad bonū prolis, uel ad reddendū debitum, & sic potest esse sine peccato, sed aliquando est veniale peccatū, si non efferatur concupiscentia ultra limites matrimonii, s. quando licet, concupiscentiam habeat, non tamen vteretur ea nisi esset uxor sua. Sed quando eo extra limites matrimonii, sequitur mortale, & hoc quando si non esset sua vxor, adhuc vteretur ea, & libentius cum alia Heb. vlt. Sit honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores autem, & adulteros iudicabit Deus. 1. Pet. 5. Viri similiter cohabitantes secundum sciētiam, quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ, & uitę, vt nō impediantur orationes uestræ. Deinde cum dicit. Et ne quis.] Prohibet auaritiā. Vnde dicit. [Et ne quis supergrediatur,] .i. violentiam inferat auferendo alienam per potentiam. Iac. 2. Nonne diuites per potentiam uos opprimūt? Neq; circumueniat.] Per dolum. Hier. 5. Sicut decipula plena auib. sic domus eorū plenę dolo. Deinde cū dicit. [Quoniā uindex, &c.]

nit, nō hoiem spernit, sed Deū, qui ēt dedit spūm suū sanctum in nobis. De charitate aūt fraternitatis, nō necesse habuimus scribere uobis, ipsi enim uos a Deo didicistis, ut diligatis inuicē. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa macedonia. Rogamus autē uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quietis sitis, & ut uestrum negotiū agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos, qui foris sūt, & nullius aliquid desideretis.

F Ponitur ratio monitionis, quam primo assignat ex diuina ultione; secundo ostendit hanc ultionem esse iustam, ibi. [Non enim uocauit.] Dicit ergo, Abstineamus ab his, qa. [Dominus est uindex] Gal. 5. Prædico uobis sicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Nam certe iuste ulciscitur, cuius una est rō ex Deo vocante, secunda ex contrarietate doni. Si Deus nimius uocat te ad munum, & tu agis contrarium, dignus es pœna. Et ideo dicit. [Non enim vocauit &c.] Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt simus sancti, & immaculati in conspectu

G eius in charitate. Rom. 8. Quos uocauit, hos & iust. &c. Ideo dicit, [Itaque &c.] Quasi dicat, Hęc est vna ratio specialis, quam dixi. Alia est ratio, quia cōtrariantur hæc uitia spiritui, qui datus est nobis. Vnde qui hæc agit, iniuriam facit spiritui sancto. Ideo dicit. [Qui etiam &c.] Hebr. 10. Irritā quis faciens legē Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Deinde cum dicit. [De charitate autem &c.] Retrahit ab otiositate. Sciendum est autem, q; sicut dicit Hieron. in ep. ad Gal. Thes. erant liberales, & erat cōsuetudo apud eos diuites dare multum, & ideo pauperes otiose inhærebant beneficio eorum, non curantes laborare, sed discurrere per domos. Et ideo primo commendat liberalitatem

H dantium, secūdo otium accipientium dissuadet, ibi. [Et operam detis.] Dicit ergo primo, q; non indigent moneri ad charitatem: secundo monet, q; in ea proficiant, ibi [Rogamus autem.] Dicit ergo. [De charitate autem fraternitatis,] idest, q; diligatis fratres. [Non est necesse scribere vobis.] Roma. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Heb. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et ratio est, quia [Ipsi didicistis a Deo, s. præceptū in lege. Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut ipsum. Item, in euangelio Io. 13. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem &c. Vel didicistis interiori disciplina. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me &c. Et hoc discit per spiritum sanctum. Deinde cum dicit. [Rogamus autem.] Hortatur eos ad proficiendum in charitate, dicens, quia habetis charitatem ad omnes ideo rogamus, vt proficiatis. Et licet alij abundantur, vos tamen insistatis. Prouer. 15. In abundanti iustitia virtus maxima est. Deinde cum dicit. [Et operam

I detis.] Arguit otiosos, & primo eorum inquietudinem: secundo ostendit quo modo eam reprimant, tertio, quare. [Dicit ergo. Operam detis, vt quieti sitis.] Prou. 7. Garrula, & vaga quietis impatiens, nec ualens pedibus suis in domo consistere &c. 2. Thes. 3. Non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte & die operantes &c. Otium reprimentes, exercendo negotia. Vnde dicit. [Et ut vestrum negotium agatis.] Proue. 24. Diligenter exerce agrum, vt postea ędifices domum tuam. Dicit autem, uestrum. Sed nunquid non alienum negotium est agendum? Et videtur quòd sic. Rom. vlti. Assistatis ei in quocunque negotio. Respondeo. Dicendum est, quòd omnia possunt inordinate fieri, si fiant præter ordinem rationis, tunc scilicet quando aliquis se improbe gerit, & ordinate, scilicet quando seruatur ordo rationis, & in necessitate, & hoc est commendabile. [Et operemini

K manibus vestris,] idest operando manibus uestris. Eccle. 33. Multa mala docuit otiositas, &c. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebant, &c. Et hoc est in præcepto omnibus illis, qui non habent alia vnde licite viuere possunt; quia de præcepto naturæ est, q; hō corpus sustenter. 2. Thess. 3. Qui non uult operari, nec manducet. Huius est duplex ratio. Prima propter exemplum aliorum. Vnde dicit, [Vt & honeste &c.] Infideles enim videntes conuersationem vestram sic otiosam detestantur. 1. Timo. 3. Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, &c. Secunda ratio, vt non desideretis ea, quæ sunt aliorum, vnde dicitur. [Et nullius aliquid desideretis.] Prouer. 21. Desideria occidunt pigrum Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur, &c. Et ideo hæc inquietudo si reprimatur, cedit in bonum exemplum, & in repressionem desiderij.

L E-

LECTIO SECVNDA.

SVPRA induxit ad cōtinentiā a cupiditatibus, & cōpescuit ab ociositate, hic cōpescit ab inordinata tristitia. Primo præmittens monitionē, secundo assignat rationē. ibi. [Sicut & cæteri.] Prohibetur ergo ne, s. inordinate tristentur. Vnde dicit [Sicut, &c.] Videtur aūt Apostolus bene cōcedere tristari pro mortuis, aliquid tamen prohibere, ne. s. inordinate tristentur. Vnde dicit [Sicut & cæteri,] quòd enim aliquis tristetur, scilicet de mortuis habet pietatem. Primo propter defectum corporis deficientis. Debemus enim eos diligere, & corpus propter animā. Ecclesiast. 41. O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habēti &c. Secundo, propter discessum & separationē, quæ dolorosa est amicis. primo Reg. 15. Sicne separat amara mors? Tertio, quia per mortē fit commemoratio peccati. Ro. 6. Stipēdia peccati mors. Quarto, quia fit cōmemoratio mortis nřæ. Eccl. 7. In illa. n. finis cunctorū admonetur hominū, & viuēs cogitat quid futurū sit &c. Sic ergo tristandū, sed moderate. Vnde Eccles. 22. Modicū plora supra mortuū, quoniam requieuit &c. Et ideo dicit [Sicut & cæteri, qui spē nō habent,] s. quia isti credūt huiusmodi defectus perpetuos, sed nos, ad Philipp. tertio. Saluatorē expectamus dominū nostrū Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suæ. Vnde signāter dicit, [De dormientibus.] Io. 11. Lazarus amicus noster dormit. Dormiēs. n. tria facit.

C Cubat in spe surgendi. Psal. decimo. Nūquid qui dormit nō adiiciet, vt resurgat? Sic & qui moritur in fide. Itē in dormiente anima vigilat. Cāt. quinto. Ego dormio, & cor meū vigilat &c. Itē postea homo resurgit magis refectus & vegetus. Sic sācti resurgēt incorruptibiles. primæ Corinthiorū 15. Deinde cū dicit [Sic. n. credimus.] Ponitur ratio monitionis. Et primo astruit resurrectionē: secundo excludit dilationis suspitionem, ibi. [Hoc. n. vobis.] Tertio ponit resurrectionis ordinē, ibi [Quoniā ipse Dominus] Sciendū est aūt: q; Apostolus primæ Corinthiorum 15. Ex resurrectione Christi astruit nostrā, quia illa est causa nostrę, Vnde arguit per locum a causa. Et resurrectio Christi nō est causa solū, sed etiā exēplar, quia Verbū caro factū, suscitat corpora, verbū vero simpliciter, animas. Et. n. eo, q; Christ⁹ accepit carnē, & in ea resurrexit, est exēplar nostræ resurrectionis. Nec solum hoc est, sed & causa efficiēs. quia quæ humanitate Christi gesta sunt, nō solū sunt gesta secundū virtutē humanitatis, sed uirtute diuinitatis sibi vnitæ. Vnde, sicut tactus suus curabat leprosum

D inquantum instrumentum diuinitatis: sic resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis non inquantum corporis, sed inquantum resurrectio corporis vniti verbo vitæ. Et ideo Apostolus hoc firmiter suppones, sic arguit. [Si. n. credimus firmiter quòd Christus resurrexit ita & eos qui dormierunt &cæt.] Illi dormierunt [Per Iesum,] qui facti sunt conformes morti eius per baptismum, vel per Iesum, quòd secum [Adducet,] scilicet [Cum ipso] Christo. Zach. 14. Et veniet Dominus Deus meus omnesque sancti eius cum eo &c. Esa. tertio. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Deinde cum dicit [Hoc enim.] Excludit dilationem resurrectionis, quasi dicat, Scimus quòd resurgent, & venient cum Christo, ideo non debemus tantum dolere. Non enim illi, qui inuenienter uiui,

E prius consequentur resurrectionis gloriam, quàm mortui. Et ideo [Hoc enim uobis dicimus] non ex coniectura hominis, sed [in uerbo Domini,] cuius uerba non deficient [Qnia nos qui uiuimus,] i. illi, qui sunt uiui, non prius sortientur consolationem et aduentu Christi, quam mortui. Et ideo dicit [Nos qui uiuimus.] Ex quo uidetur non intelligentibus, quòd Apostolus hoc dicat, quòd adhuc Apostolo uiuente, hoc fieret, & hoc etiam Thessalonicensibus uidebatur. Et ideo scribit eis aliam epistolam in qua dicit, secundæ Thessalonicensi secundo. Non moueamini a uestro sensu, &cæt. Sed non loquitur ex persona sua, & tunc existentium, sed eorum qui tunc uiui reperientur [Qui residui sumus] idest erunt residui post persecutionē Antichristi [Non præueniemus eos,] idest nō prius recipient consolationem. 1. Corint. 15. In momento enim, in ictu oculi, in no-

LECTIO II.

NOLVMVS autem uos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos,

B qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præuenimus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, q relinquimur, simul rapiemur

A uissima tuba, &c. Deinde cū dicit [Quoniā ipse &c.] Ostendit ordinē resurrectionis, & modū. Primo, proponit resurrectionis causam. Secūdo, eius ordine, & modū, ibi. [Et mortui] Tertio, concludit eorū consolationē ibi. [Itaque consolamini inuicem] Primū ostēdit dicens [Ipse dñs. Vbi notandū est q; sicut dictum est, causa cōmunis resurrectionis, est resurrectio Christi. Sed si dicas, q; iam fuit, quare ergo non sequitur effectus eius? Respondeo, Dicendū est, q; est causa resurrectionis nostræ, secundum q; operatur in uirtute diuina. Deus autem operatur per ordinem suæ sapientiæ, Tunc ergo erit nostra resurrectio, quando hoc disposuit ordo diuinæ sapientiæ. Vt ostendat, quòd Christus sit causa, ostendit, quòd ad præsentiā Christi omnes mortui resurgent. Ad resurrectionē autē communē faciendā triplex causa concurrit. Vna principalis, s. uirtus diuinitatis, secunda instrumētalis, s. uirtus humanitatis Christi. Tertia, quasi ministerialis, s. uirtus angelorū, qui habebunt aliquē effectū in resurrectione. Augustin. enim probat, q; ea quæ fiunt nūc per creaturas corporales, fiunt a Deo eis mediantibus, in resurrectione vero aliqua per eos sunt agenda, sicut collectio pulueris. Sed reintegratio corporum, & vnio animæ ad corpus, erit immediate per Christū. Has ergo tres causas ponit. Primo, humanitatē Christi gloriosam, dicens, [Ipse Dominus, &cæt.] Actuū primo. Quæmadmodū vidistis eū ascendentē in cœlū, ita veniet. [In iussu.] In primo aduentu venit vt obediēs. Philippēs.

C secundo. Factus est obediens vsque ad mortem. Et hoc, quia ille fuit aduentus humilitatis, sed iste erit gloriæ. Lucæ. 21. Venit cū potestate magna, & maiestate. Secundo virtutē angelorū, cū dicit [In voce archangeli.] nō, q; operetur in voce eius, sed ministerio eius. Et dicit archangeli, quia omnes angeli sub vno archāgelo ministrant ecclesiæ. Apocalip. 12. Hic est Michael princeps ecclesiæ. Vel in voce archangeli, idest, Christi principis angelorū. Esai. 9. Magni consilij angelus. Et in voce eius corporali, vel spirituali, erit resurrectio. Ioann. 5. Audient uocē filii Dei, s. Surgite mortui, & uenite ad iudiciū, & illi voci corporali obedient. Tertio uirtutem diuinitatis, cum dicit. [In tuba Dei.] Hæc est virtus diuina, quia dicitur uox archangeli, inquantum fiet ministerio archangelorum, & tuba Dei inquantum uirtute diuina fiet. Et dicitur tuba propter eius sonoritat, quæ prouenit a Deo, suscitans mortuos. Item tuba congruit ad officia, cuius usus fuit multiplex in ueteri testamento, ut ad bellum. Et tunc pugnabit

D pro eo orbis terrarum. Sapien. 5. Item fiebat usus eius ad solemnitates, sic ista ad cœlestem Hierusalem. Item ad mouendum castra, & tunc sancti mouebunt castra. Vnde si sit uox corporalis, dicitur tuba propter has rationes, vel non erit uox corporalis, sed uirtus diuina Christi præsens, & manifesta toti mundo: Deinde cum dicit. [Et mortui.] Ponitur ordo resurrectionis, & circa hoc tria facit, quia primo ponit resurrectionem mortuorum, secundo occursum uiuorum, ibi. [Deinde] Tertio, beatitudinem sanctorum utrorumque ibi. [Et sic semper. Occasione horum uerborum, crediderunt aliqui quòd futuri in fine nunquam morerentur, vt dicit Hieronymus in epistola propter hoc, quod dicit. [Deinde nos &c. Alias enim frustra distingueret uiuentes a morientibus. Sed contra. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus. Item, sicut in Adam omnes mo-

E riuntur &c. vt habetur Rom. 5. Ergo mors ad omnes pertransiit. Dicendum est ergo, quòd aliqui inuenientur uiui in tempore illo, quo Christus veniet ad iudicium: sed in illo momento temporis morientur, & statim resurgent. Et ideo propter modicam interpolationem reputantur uiuentes. Sed tunc est quæstio, qa dicitur hic. [Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, & deinde nos &c.] Ergo prius resurgent mortui, quàm uiui occurrant Christo, & in hoc occursu morientur. Ergo prius aliqui resurgent & si non erit omnium resurrectio simul, quod est cōtra illud. 1. Cor. 15. In momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Respondeo, dicendum est, q; duplex est hic opinio: quidam enim dicunt, q; resurrectio nō erit simul, sed primo mortui uenient cum Christo. Et tunc in aduentu Christi, uiui rapientur in nubibus, & in illo raptu morientur, & resurgent. Et ideo quod dicitur esse in momento, intelligitur, quia in modico

Universidad de Deusto Biblioteca

tēpore fiet. Et si dicat, q erit in instanti, tunc nō est hoc referendum ad totā resurrectionem omnium, sed ad resurrectionē singulorum, quia singulus resurget in instanti. Alii uero dicunt, q ōes simul & in instanti resurgent. Quòd ergo dicit, resurgent primi, denotat ordinē dignitatis nō temporis. Sed uidetur hoc difficile, quia de uiuis multi erunt probati in persecutione Antichristi, qui dignitate præcellēt multos prius defunctos. Et iō uidetur aliter esse dicendum, q omnes morientur, omnes resurgent, & q simul. Nec Apostolus dicit hic, q illi prius resurgent, quam isti, sed q illi prius resurgent, quam isti occurrant. Apostolus enim nō ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed ordinem ad raptum, uel ad occurrentiam. Nam primo ueniente domino morientur, qui inuenientur uiui, & tunc statim cum illis, qui prius mortui fuerant resurgentes rapientur in nubibus &c. Vt Apostolus hic dicit. Est autem hæc inter bonos & malos differentia, quia mali remanebūt in terra, quam dilexerunt, boni rapientur ad Christum, quem quæsierunt. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur, & aquilæ. In resurrectione etiam sancti conformabuntur Christo, non solum quantum ad gloriam corporis. Philip. 3. sed etiam quantum ad situm, quia Christus erit in nube. Act. 1. Et nubes suscepit eum. Et quemadmodum vidistis eum &c. Sic & sancti a nubibus rapientur. Et quare hoc? Ad ostendendum eorum deformitatem. In veteri enim testamento gloria Domini apparuit per modum nubis. 3. Reg. 8. Dominus venit in nebula. Hæ nubes erunt præparatæ virtute diuina ad ostensionem gloriæ sanctorum. Vel ipsa fulgentia corpora gloriosorum uidebuntur malis quædam nubes, qui erunt in terra. Mat. 25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Deinde cum dicit [Et sic semper.] Ostendit beatitudinem sanctorum, quia semper erunt cum domino, eo fruentes. Ioan. 14. Iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Hoc sancti desiderant. Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Deinde cum dicit [Itaque &c.] Concludit consolationē habendā esse de mortuis dicens. Ex quo sancti resurgunt, & nullum detrimentum consequuntur, ergo de mortuis consolamini. Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.

cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semp cū Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

CAP. V. LEC. I.

De temporibus aūt & momentis fratres, non indigetis, vt scribamus uobis. Ipsi enim diligēter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerit pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat: omnes enim uos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neq; tenebrarū. Igitur nō dormiamus sicut, & cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Qui.n. dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos aūt qui diei sumus, sobrij simus, induti loricā fidei, & charitatis, & galeā, spem salutis: qm̄ nō posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dn̄m nostrum Iesum Christum, qui mortuus est p nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut, & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

LECTIO PRIMA.

Supra correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurū, & primo ponit monitionē, secundo orationē, ibi, [Ipse autem Deus.] Hæc aūt duo sunt nobis necessaria. Nā quia bona quæ facimus, sunt ex libero arbitrio, ideo indiget homo monitione, & quoniā sunt etiā ex gratia, ideo oratione. Circa primū duo facit, quia primo hortatur, ut præparent se ad futurū iudiciū: secūdo ostēdit præparādi modū, ibi [Propter quod cōsolamini.] Iterū prima in duas, quia primo ostēdit, qualis sit cōditio futuri iudicii: secundo qualiter præparent se ad illud, ibi [Igitur nō dormiamus.] Itē prima in duas, quia primo præmittit conditionem futuri iudicii: secundo exponit, ibi [Cum.n.] Item primo quietat eorū solicitudinē circa scientiam futuri aduentus, secundo ostendit quid circa illum sciant, ibi [Ipsi.n.] Dicit ergo: Necesse erat, q scriberem de præmissis, quia indiguistis. Sed [De temporibus,] scilicet æstate, hyeme, vel potius quæ tempora futura sunt, non erat necesse, quia quædam de his sunt soli diuinæ sciētiæ reseruata. Matthæi 24. & Mar. 13. De die illa, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater & cæt. Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, uel momenta &c. Ecclesia. 6. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret, quid conducat sibi in uita numero dierum uitæ suæ? & cæt. & ideo hoc [Non est necesse scribere] quia illud quod sciendū est, [Vos scitis] quia scilicet [Dies domini sicut fur ī nocte &c.] Sunt autem omnes dies Domini. Psalm. 118. Ordinatione tua perseuerant dies. Sed iste specialiter est Domini, quia facit in omnibus suam voluntatem, quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præscitum a Deo, scilicet salutem. 1. Timor. 2. Vult omnes homines saluos fieri &c. In malis, quia puniuntur. Psalm. 74. Dum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

F Iste ueniet sicut fur, i. ex impræmeditatione. Luc. 12. Si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, &c. 2. Pet. 3. Adueniet dies domini sicut fur. Apoc. 3. Veniam tibi tanquam fur. Quomodo autem dies dicitur uenire in nocte? Sed sciendum, q utrumque est, quia in die uenit propter manifestationē cordium. 1. Cor. 4. Quo adusque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium, sed in nocte propter incertitudinē. Matth. 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, & cæt. Incertum enim est, qua hora erit. Deinde cum dicit, [Cum enim dixerit.] Exponit quæ dixerat, & primo quantum ad malos, secundo quantum ad bonos, ibi. [Vos autem.] Circa primum duo facit. Primo describit præsumptionem malorum, secundo periculum moræ. Dicit ergo, Veniet sicut fur, quia ex improuiso. [Cū.n. dixerint pax.] Quantū ad præsentia, idest, dū trāquille viuunt, sic decipiūtur. Sapien. decimoquarto. In magno viuētes inscientiæ bello, tot & tā magna mala pacē appellant. [Et securitas.] quantum ad futura. Lucæ duodecimo. Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Sed cōtra. Lucæ vigesimoprimo. Arescētibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniēt vniuerso orbi, &c. Ergo nulla securitas. Solutio est duplex. Vna quę est Augustini, quæ talis est, In tēpore illo aliqui erunt boni, & affligentur, lugebūt, & expectabunt. Et de hoc dicitur Lucę vigesimoprimo. Arescentibus &c. ex carētia voluptatū, & abūdantia malorū, &c. Sed in malis erit pax, & securitas. Alia datur solutio in Glosa. Deinde cum dicit [Tunc repentinus.] Describit periculum a quatuor. Primo, quia subitum, ibi. [Repentinus.] Esa. 39. Subito dum non speratur veniet contritio eius: secundo quia mortiferum, ibi. [Interitus.] & Iob. decimooctauo. Calcet super eum quasi rex interitus. Tertio, afflictiuum, ibi. [Dolor.] Psalm. 47. Ibi dolores, ut parturientis, &c. Quarto, ineuitabile, ibi. [Et non effugient.] Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Ab ira Dei, nunc est effugere ad eius misericordiam, ibi vero non est tempus misericordiæ, sed iustitiæ. Deinde cum dicit [Vos autem.] Exponit quæ dixerat ad bonos, & duo facit, quia primo excipit bonos a conformitate malorum, secundo rationem assignat, ibi [Omnes.n. vos.] Dicit ergo. [Nō est in tenebris,] quia illuminati estis per Christum in illo die, ideo vobis nō est improuisus. Ioann. 8. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ, & hoc est, ibi.] Omnes.n. vos filii lucis estis.] Astruit.n. q sunt filii lucis, & diei. Filii autem alicuius rei in scriptura dicuntur aliqui propter abundantiam in re illa. Esa quinto. In cornu filio olei, habente multū oleū. Qui ergo participant multū de die, & luce, dicuntur eorū filii. Hæc lux est fides Christi. Ioann. octauo. Ego sum lux mundi, &c. Ioan. duodecimo. Credite in lucem, ut filii lucis sitis. Item, [Diei.] Sicut enim ex luce fit dies, ita ex fide Christi fit dies, scilicet honestas bonorum operum. Romanorum 13. Nox præcessit, & cæt. Et ideo [Non sumus filii noctis,] idest, infidelitatis. [Neque tenebrarum] idest peccatorum. Romanorum 13. Abiciamus ergo a nobis opera tenebrarum, & cæt. Deinde cum dicit [Igitur nō dormiamus &c.] Ostendit qualiter se præparent ad illum aduentum, & primo qualiter per ultionem malorum, secundo per obseruantiam bonorum, ibi [Induti.] Circa primum duo facit: quia primo ponit monitionem, secundo eius rationem, ibi [Qui enim dormiunt.] Dicit igitur. Ex quo dies Domini est sicut fur. Luc. 12. Si sciret pater familias, qua hora fur veniret: vigilaret vtique. Ergo non sitis, quia scitis, uigiletis. Vnde dicit [Igitur non dormiamus.] Somno peccati. Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Item nec pigritiæ. Prouer. 6. Vsque quo piger dormis? &c. [Sed vigilemus per solicitudinem.] Matth. 24. Vigilate itaque &c. Et ad hoc est necessarium, quòd [Sobrii simus,] vt & corpus, & mens sint sobria, idest, non occupata voluptatibus, & curis mundi. Lucæ 21. Attendite vobis, ne forte grauentur corda uestra crapula, & ebrietate. 1. Petr. 5. Sobrii estote, & uigilate. Ratio autem huius est, ex temporis congruitate: quia qui dormiunt, & qui ebrii sunt, aliquid faciunt in nocte. Sed nos non sumus in nocte. [Ergo, &c.] Dicit ergo [Qui enim dormiūt, nocte dormiunt] idest, tps noctis deputent quieti: diem vero operationis. Ps. 103. Ortus est sol, & congregati sunt. & in cubilibus suis collocabuntur. Et rursum ibi. Exibit hō ad opus suum, & ad opationem suā vsq; ad vesperam. Item abstinent aliqui a vino in die pp negocia exercenda: sed de nocte tn̄ concurrant. Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginē. Somnus ergo, & ebrietas est nocti cōueniēs, eo q nocte infidelitatis, & tenebris peccatorū occupati, sunt ebrij, per amorem psentium non habentes spem futurorum. Eph. 4. Desperantes tradiderunt se impudicitiæ, in operationē immunditiæ omnis in auaritia, &c. [Nos autem qui diei sumus,] idest pertinentes ad diē honestatis, & fidei. [Simus sobrij.] Rom. 13. Honeste ambulemus ī die. Deinde cum dicit. [Induti &c.] Ostendit, quomodo se pparent p bona, & primo ponit monitionem generalē: secundo specialem, ibi. [Propter quod.] Item primo in duas, quia primo ponit ipsam monitionem: secundo rōnem eius, ibi. [Qm̄ non posuit.] Sunt autē in hoīe duo principalia membra, q̄ cōsueuerunt in bellis protegi. s. cor, quod est principium vitæ, & caput. s. principium motus exterioris, a quo sunt sensus, & aliquo modo nerui. Et ptegitur cor lorica: caput galea. Spiritualis vita in nobis est Christus, per quem aīa viuit, & Dn̄s in nobis per fidem habitat. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Habitat ēt per charitatem. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: q̄ informat fidem. Et iō debemus habere fidē, & charitatem. Vnde dicit [Loricā fidei, & charitatis,] quæ ptegit uitalia [Et galeam spē salutis,] q̄ est principium motus spiritualis, quod est ex intentione finis, quem speramus assequi. Deinde cum dicit [Qm̄ non posuit nos.] Ostēdit rationem, quomodo in nobis operatur. Et primo ex pordinatione diuina: secundo ex gratia Chri: tertio ostendit modum consequendę salutis. Dicit ergo, [Qm̄ non posuit,] i. non ordinauit. Io. 15. Posui vos. s. sanctos, vt eatis, &c. [Deus in iram,] i. ad hoc, ut consequamur eius iram. Sap. 1. Deus mortem non fecit. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit Dn̄s Deus, &c. [Sed in acquisitionem,] i. ut acquiramus salutē. Matth. 11. Regnum celorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. 1. Pet. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Et hoc per grām Christi. Iō dicit [Per Dn̄m nostrum &c.] Act. 4. Non est aliud nomē sub cœlo datum hoībus, in quo oporteat nos saluos fieri. [Qui mortuus est p uobis,] i. saluauit nos moriendo p nobis. 1. Pet. 3. Mortuus est iustus pro iniustis, ut offerret nos Deo, mortificatos quidem carne viuificatos autem spiritu. Et modus perueniendi est, qa Christus docuit nos, operando salutem nostram: & hoc moriendo, & resurgēdo. Rom. 4. Traditus est pp delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo dicit [Siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus.] Rom. 14. Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus. Deinde cum dicit [Propter quod] docet nos quomodo præparemus nos, quantum ad speciales cōditiones personarum. Et circa hoc tria facit: quia primo ostendit quomodo se debeant habere ad æquales: secundo quomodo subditi se habeant ad platum, ibi [Rogamus autē.] Tertio quomodo prælati ad subditos, ibi [Rogamus autē.] Debemus autem æqualibus consolationē in aduersis. Vnde dicit [Consolamini inuicem.] Item ædificationem in exemplis. Vnde dicit [Et ædificate &c.] Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Subditi autem ad prælatos, primo debent beneficiorum recognitionem: secundo charitatem: tertio pacem. Vnde [Vt noueritis,] idest ut recognoscatis beneficia eorum. Heb. ult. Mementote præpositorum uestrorum, &c. Noueritis, inquam, primo ex parte eorum, quia maximum laborem ferunt pro uobis. Vnde dicit [Eos qui laborant inter uos,] pro bono vestro. 2. Ti. 2. Labora sicut bonus miles Chri, &c. Secundo ex parte Dei.

A Et iō est habenda reuerentia ad eos, sicut ad Deum. Vnde dicit. [Et presunt vobis in Dn̄o,] i. vice Dn̄i 2. Cor. 2. Ego si quid donaui vobis in persona Christi. Tertio, ex parte vestra, quia sunt vobis vtiles. Vnde dicit. [Et monent vos, vt habeatis, &c.] Iō secundo debetis eis charitatem abundantius. i. præ alijs: Quarto. [Pacem pp opus] illorum. [Sed contra hoc quidā agunt. Amos 5. Odio habuerūt in porta corripientē, &c. Eccle. 19. Qui odit correctionē, minuetur vita.] Sed vos habete pacē pp opus, correctionis, qđ pprie spectat ad eorum officium. Psal. 119. Dum loquebar illis, impugnabant me gratis.

LECTIO II.

Rogam⁹ aūt vos fratres corripite inqetos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiētes estote ad omnes. Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper qđ bonum est sectamini inuicem, & in omnes. Semper gaudete Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est.n. volūtas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: Prophetias nolite spernere. Omnia autē probate: quod bonū est tenete. Ab oī specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet

LECTIO II.

Supra ostendit qūo subditi debēt se habere ad prælatos: hīc ostendit econuerso. Et circa hoc duo facit, qa primo docet quomodo prælati ad secerdotes subditos se debeant habere, secundo generaliter quomodo se debeāt habere ad oēs, ibi. [Videte ne quis.] Sciēdum est autem, q cura prælatorum ad duo debet tendere. s. ad retrahēdum alios a peccatis, & ad custodiendum seipsos. Quantum ad primum, tria Apostolus dicit. Tripliciter.n. subditi possunt pati defectum. Primo in actu: secundo in uoluntate: tertio in uirtute. In actu autē, qn̄ prorumpunt in actum peccati, & tunc sunt corrigēdi. Et quis de oī peccato, specialiter tn̄ corrigendi sunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit. [Corripite inquietos.] 2. Thess. 3. Non inquieti fuimus inter nos. Eccle. 19. Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori. In voluntate uero, qn̄ non aggreditur magna, quia deijcitur propter aduersa, & peccata præcedentia. Vnde dicit. [Consolamini pusillanimes.] Pusillanimis est nō habens animum ad magna, timens ne deficiat. Esa. 35. Docite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Iob 4. Vacillantes confirmauerunt manus tuæ, &c. In uirtute autem, qn̄ uel ex infirmitate peccant, uel debilitantur in bono actu, & isti sunt fouendi. Vnde dicit. [Suscipite,] s. in uisceribus charitatis fouendo. D [Infirmos,] quorum est uirtus debilis, uel ad resistendum malis, uel ad faciendum bona. Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Prelatus autem debet se custodire a defectu cuiuscunque modi, & maxime ab impatiētia, quia ipse portat totum pondus multitudinis. Num. 11. Non possum solus sustinere omnem hanc multitudinem, quia grauis est mihi, &c. Et ideo dicit. [Patientes estote ad omnes.] Prouerb. 19. Doctrina uiri per patientiam noscitur. Ps. 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. Deinde cum dicit. [Videte ne quis.] Ostendit generaliter quomodo se habeant ad omnes. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, qualiter omnes in quibusdam debeant se habere. Secundo quid in omnibus, ibi [Omnia autem.] Circa primum tria facit: quia primo ostendit quomodo se debeant habere ad proximum: secundo quomodo se habeāt in his, q̄ ad Deum sunt ibi. [Semp gaudete.] Tertio, quomodo se habeant ad eius dona, E ibi. [Spiritum nolite.] Quantum ad pximum debent se habere, ut non inferant ei mala. & ut studeant ei benefacere. Vnde dicit. Dixi supra in speciali, sed nunc ī generali dico. [Ne quis malum &c.] Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Sed cōtra, multotiens vindicta petitur coram iudice. Rn̄deo, Sicut actus moralis sumitur secundum intentionem finis, sic ad duo pōt esse intētio, uel ad malum illius, ita q quiescat ibi, & hoc est illicitum, qa ex liuore uindictæ: uel ad bonum correctionis seu iustitiæ, & conseruationis reipublicæ, & sic non reddit malum pro malo, sed bonum, scilicet eius correctionem. Quantum ad secundum, dicit. [Sed semper quod bonum est, &c. Et dicit. [Sectamini, &c.] non faciatis: quia tu ex te debes sumere occasionem benefaciendi ad proximum tuum, & non expectare, quòd ipse det tibi occasionem benefaciendi sibi. Vnde Psalm. 33. Inquire pacem, & persequere eam. Roman. 12. Noli uinci a malo, ut scilicet, sis tra-

ctus ab eo ad malefaciendum: sed vince in bono malum, retrahendo eum ad bonum. Gal. ult. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Deinde cum dicit. [Semper gaudete.] Ostendit, quomodo se debeant habere quoad Deum, ad quem tria oportet habere. Primo, gaudere de ipso. Vnde dicit, [Semper gaudere,] scilicet de Deo: quia quicquid malum proueniat, est incomparabile bono, quod est Deus. Et ideo nullum malum, illud interrumpat. Vnde dicit. [Semper gaudere.] Secundo, orate pro beneficijs suscipiendis,

vos per omnia, vt integer spiritus vester, & aia, & corpus sine querela in aduentu Dñi nostri Iesu Christi seruet. Fidelis est, qui uocauit uos: qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis.

G ibi. [Sine intermissione orate.] Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Sed quomodo potest hoc esse? Respondeo, Dicendum est, quòd hoc potest esse tripliciter. Primo quod ille semper orat, qui statutas horas non intermittit. Simile habetur 2. Reg. 9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Secundo sic, [Semper,] idest continue orate: sed tunc oratio sumitur pro effectu orationis. Est enim oratio, interpretatio seu explicatio desiderij, quia quando desidero aliquid, tunc illud orando peto. Vnde, & oratio est petitio decentium a Deo, & ideo desiderium habet nim orationis. Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Omnia ergo quæ facimus ex desiderio proueniunt. ergo oratio in bonis quæ facimus, manet in uirtute: quia bona, quæ facimus, ex desiderio bono proueniunt. Glo. Non cessat orare, qui non cessat benefacere. Tertio, quo ad causam orationis, scilicet faciendo eleemosinam. In uitis patrum, Ille semper orat, qui eleemosinas dat. quia qui eleemosinam accepit, orat pro te, etiam te dormiente. Item tertio orare pro beneficijs suscipiendis: & gratias agere pro susceptis. Ideo dicit. [In omnibus,] scilicet bonis, & aduersis. [Gratias agite.] Ro. 7. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Colos. 2. Abundantes in illo in gratiarum actione. Philip. 4. Cum gratiarum actione. Hæc est enim uoluntas &c. 1. Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Deinde cum dicit [Spiritum nolite &c.] Ostendit quomodo se habeant ad dona Dei. Et primo quod ea non impediant. Secundo, quod ea non contemnant, ibi. [Prophetias.] Spiritus autem sanctus est persona diuina incorruptibilis, & æterna, vnde in sua substantia extingui non potest. Sed tamen dicitur quis extinguere spiritum, vno modo feruorem eius extinguendo, vel in se, vel in alio. Ro. 12. Spiritu feruentes. Cum enim aliquis aliquid boni ex feruore Spiritussancti vult facere: uel etiam cum aliquis bonus motus surgit, & ipse impedit, extinguit spiritumsanctum. Act. 7. Vos semper spirituisancto restitistis. Alio modo mortaliter peccando. Spiritus enim sanctus in se semper uiuit, sed in nobis uiuit, quando facit nos in se uiuere: sed quando quis peccat mortaliter, non uiuit in ipso spiritussanctus. Sapie. 1. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum &c. Tertio modo occultando, quasi dicat, Si donum spiritussancti habetis, utimini eo ad utilitatem proximorum. Eccl. 20. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utriusque? Matt. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio &c. [Prophetias nolite spernere.] Aliqui enim apud istos spiritu prophetiæ erant pollentes, qui ab istis reputabantur insani. 1. Cor. 14. Aemulamini spiritualia, magis autem, ut prophetetis. Vel prophetias, idest diuinam doctrinam. Exponentes enim diuinam doctrinam, dicuntur prophetæ, quasi dicat, Non spernatis uerba Dei, & prædicationes. Hie. 20. Factus est sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. Deinde cum dicit. [Omnia autem probate.] Ostendit

F qualiter se habeant ad omnia, & unum est, quod in omnibus vtantur discretione. Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum. In hac materia debet esse diligens examinatio, boni electio, mali abiectio. Quantum ad primum dicit [Prophetias nolite spernere,] tamen [Omnia probate,] scilicet quæ sunt dubia. Manifesta enim examinatione non indigent. 1. Io. 4. Omni spiritui nolite credere. Iob. 12. Nonne auris verba diiudica? Quantum ad secundum dicit [Quod bonum est tenete,] Gal. 4. Bonum autem æmulamini in bono semper.

Salutate fratres, omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola hęc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Quantum ad tertium dicit [Ab omni specie mala abstinete vos.] Esa. 7. Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Et dicit, specie, quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ vitare debemus, quæ, scilicet non possemus seruare coram hominibus absque scandalo eorum. Deinde cum dicit [Ipse autem.] Subdit orationem. & circa hoc tria facit: quia primo orat pro eis. Secundo dat spem de exauditione: tertia dat speciales monitiones. Dicit ergo. Ita moneo, sed nihil valet, nisi Deus gratiam det. [Ipse Deus pacis, sanctificet vos] Leu. 21. Ego dominus, qui sanctifico vos &c. Per omnia,] idest vt sitis totaliter sancti. [Vt integer &c.] Occasione enim verborum istorum dixerunt quidam, quod in homine aliud est spiritus, & aliud anima: ponentes duas in homine animas. Vnam quæ animat, aliam quæ

H ratiocinatur. Et hęc sunt reprobata in Ecclesiasticis dogmatibus. Vnde sciendum, quòd hæc non differt secundum essentiam, sed secundum potentiam. In anima enim nostra sunt quędam vires, quæ sunt actus corporalium organorum, sicut sunt potentiæ sensitiuæ partis. Aliæ sunt, quæ non sunt actus talium organorum, sed sunt abstractæ ab eis, sicut sunt potentiæ intellectiuæ partis. Et hæ dicuntur spiritus, quasi immateriales, & separatæ aliquo modo a corpore, inquantum non sunt actus corporis, & dicuntur etiam mens. Eph. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Inquantum autem animat, dicitur anima, quia hoc est ei proprium. Et loquitur hic Paulus proprie. Nam ad peccatum concurrunt, ratio, sensualitas, & executio corporis. Optat ergo, quòd in nullo horum sit peccatum. Non in ratione. Vnde dicit

I [Spiritus,] idest mens uestra seruetur integer. In omni enim peccato ratio corrumpitur, secundum quod omnis malus est ignorans. Item nec in sensualitate. Vnde dicit [Anima.] Item nec in corpore: & ideo dicit [Et corpus.] Hoc autem sic fit quando seruatur immune a peccato. Et dicit [Sine querela,] non sine peccato, quod est solius Christi: sed esse sine querela, est etiam aliorum, qui, & si uenialia, non tamē committunt grauia, & quibus proximus scandalizatur. Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Et addit [In aduentu &c.] scilicet perdurando usque in finem vitæ. Vel integer spiritus refertur ad donum spiritussancti, q. d. Donum Spiritussancti, quod habetis sit integrum Deinde cū dicit [Fidelis &c.] Dat spem exauditionis, quasi dicat, Vt ego spero, sic fiet, quia, & qui uocauit faciet, idest complebit. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis &c. Ro. 8. Quos uocauit, hos & iustificauit

K &c. Vltimo, subiungit familiares monitiones, scilicet orationis, ibi. [Orate.] Item mutuam pacem, ibi. Salutate omnes fratres in osculo sancto, nō proditorio, sicut Iudas. Matt. 26. Nec libidinoso, ut libidinosa mulier. Prou. 7. [Vt legatur &c.] Timebat enim ne prælati propter aliqua quæ erant hic, eā occultarent. Prouer. 11. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis &c. Vltimo concludit Epistolam in salutatione.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Thessalonicenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

Congregamini, vt annunciē, q̄ ventura sunt vobis, diebus nouissimis &c. Gen. 49. Hęc verba cōpetūt huic epistolę. Duo. n. tāguntur, q̄ ei cōueniunt, s. fructus, & eius materia. Vnde dr̄, Vt annuntiē, &c. Agitur. n. in ea de his, q̄ ventura sunt in diebus nouissimis: q̄ sunt tria, s. pericula ecclesię, tpe Antichristi. 2. Timo. 3. In nouissimis dieb⁹ instabūt tpa periculosa, &c. Itē malorū supplicia. Psal. 72. Donec intrē in sāctuariū Dei &c. Verūtamē pp dolos posuisti eis deiecisti eos dū alleuarentur. Itē pr̄mia bonorum. Pro. vlt. Fortitudo & decor, indumētū eius. Et de his agit in hac epist. Vtilitas ostēditur, qa cōgregamini. Sic acquirit ex hac epist. cōgregatio, s. cōcordantiū in veritate, quia discordabāt de iudicio futuro: pp hoc quod dicit in 1. epist. [Deinde nos qui viuimus &c.] Ps. 146. Dispersiones Israelis congregabit. Itē volūtatum, quia cum cōsiderāt, q̄ quæcunque temporalia sunt, in nouissimo mundi peribunt, datur intelligi, q̄ eos cōgregāt ad vnū quærendū, s. cœleste præmiū. Eccl. 30. Congrega cor tuū in sanctitate eius. Itē cogitationum ad vnā stabilem veritatem. Es. ulti.

C Ego autē opera eorum & cogitationes eorū venio vt cōgregem &c. Sic ergo patet fructus & materia: quia īprima muniuit eos contra persecutiones præteritas: hic munit eos contra futuras.

CAP. I. LEC. I.

Paulus & Siluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicēsiū in Deo patre nr̄o, & Dn̄o Iesu Christo. Gr̄a vobis & pax a Deo patre nr̄o, & dn̄o Iesu Christo. Gratias agere debem⁹ semp pro vobis fratres, ita vt dignū est, qm̄ supercrescit fides uestra, & abūdat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicē, ita vt & nosipsi ī vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patiētia vestra, & fide, & in oībus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exēplū iusti iudicij, vt digni habeamini ī regno Dei, p̄ quo, & patimini.

LECTIO PRIMA.

Diuiditur hęc epist. in salutationē, & epistolarem narrationē, ibi [Gratias agere debemus &c.] Itē primo ponūtur psonæ salutātes. Secundo psonę salutatæ. Tertio bona optata. Sūt autē eędē personæ, q̄ & in prima. Tres aūt personę salutātes ponūtur vt authoritas epistolæ robustior appareat. Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rūpitur, [Ecclesiæ Thessalonicēsiū &c.] Et ecclesia cōgregationē dicit, q̄ dēt esse in Deo, aliàs est mala. De bona dr̄ Ps. 49. Cōgregate illi sanctos eius, &c. [In Christo,] i. in ei⁹ fide. Ro. 5. Per quē accessum habemus per fidē in gratiā istā. Deinde

D optat eis bona: & primo pacē. Ipsa est. n. principiū oīum spiritualiū donorū. 1. Cor. 15. Gratia Dei, sum id qd sum. Itē pacē quę ē finis bonorum. Ps. 147. Qui posuit fines tuos pacem &c. Et hoc [A Deo &c.] Ia. 1. Oē datū optimū & oē donum pfectum, desursū est, descendēs a patre luminū &c. [Et dn̄o Iesu &c.] 2. Pet. 1. Per quē maxima, & pretiosa nobis donauit [Gratias agere debemus &c.] Hęc ē epistolaris narratio. Et primo instruit eos de futuris in nouissimis diebus. Secūdo admonet eos familiariter de qbus di, in tertio cap. ibi [De cętero fratres &c.] Itē primo monet, sicut dictū est, quantū ad p̄mia donorū, & pęnas malorū Secundo, quantū ad pericula tpe Antichristi. 2. c. ibi. [Rogamus autē vos &c.] Itē primo agit gratias de pparatione ad futurū iudicium. Secundo, describit ipsum iudiciū, ibi. [Si tn̄ iustum. Itē primo gratias agit de pfectu. Secundo ostēdit fructum profectus. Tertio

E signum. Dicit ergo, Gratias agere debemus &c. Nā qa in prima epist. cōmēdauit eos de fide & charitate, & aliis bonis in quibus abundabāt: ideo dicit [Gratias agere debemus semp pro uobis,] qa bonū, qd habetis, reputo meū, 2. Io. 3. Maiorē horū nō habeo gratiam, q̄ vt audiā filios meos in veritate ambulare. Et hoc [Deo,] sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignū est, quia de magnis

A bonis agimus gratias. 2. Mach. 1. de magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agamus. Quare? [Quia supercrescit,] bona spiritualia. Periculose. n. custodiuntur, nisi pficiat in eis homo. In his donis aūt Dei, primū est fides, p quā Deus habitat in nobis, & in hac pficimus s̄m intellectū. Eph. 4. Habitare Christū p fidē in cordib. vestris. Et sic, pficit homo p cognitionē, deuotionē, & inhæsionē. Secundum est charitas, p quā Deus est in nobis secūdū effectum. 1. Ioā. 4. Deus charitas est, & q manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et ideo dicit. [Et abundat.] Prouer. 15. In abūdāti iustitia, uirtus est maxima &c. 1. The. 4. De charitate aūt fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis: ipsi. n. a Deo didicistis, vt diligatis inuicē &c. Et tunc ponit pfectus, cū dicit, [Ita qd ego glorior inde apud alios,] qa vr̄a reputo mea. Bonū. n. discipulorū, est gloria p̄latorū. Prou. 10. Filius sapiēs lætificat patrē &c. Prou. 17. Corona senū, filij filiorū &c. 2. Corin. 9. Pro quo, de vobis glorior. Et tunc ponit signū pfectus, s. patientiā, q̄ ostēditur maxime in tribulationibus. Iac. 1. Beatus vir, q sustinet tentationē &c. In tribulationibus sunt duo seruāda, s. patiētia, ne discedat a fide. Iac. Patiētia opus pfectū hēat. Et fides in psecutionibus. 1. Corin. 4. Persecutionē patimur, & sustinemus. Vnde dicit. [In fide, in oībus psecutionibus vestris, & tribulationibus.] Quæ quidē tribulationes dicuntur a tribulis, qbus interius per afflictiones pungimur. Gen. 3. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Ps. 24. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. Et hæc sācti sustinēt pp duo. s. pp terrorē malorū. Si. n. Deus nō pepercit bonis in hoc mundo, quomodo parcet malis in futuro? 1. Pet. 2. Si autē primū a nobis, qs finis eorum, q nō credunt Dei euāgelio? &c. Hier. 49. Ecce qbus nō erat iudicium, vt biberēt calicē, &c. Secundo, adaugēdo meritum. Vnde dicit. Vt digni &c, Nā vt dicitur Matt. 11. Regnū cœlorum vim patit, & violēti rapiunt illud. Et Luc. vlt. Nonne hęc oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriā suā? Ro. 8. Si tn̄ cō-

D patimur, vt & glorificemur. Vn̄ dicit. [Pro quo & patimini.] Tribulatio. n. quæ fertur p Deo, facit dignum regno Dei. Matt. 5. Beati qui psecutionē patiuntur &c. 1. Pet. 4. Nemo vr̄um patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

LECTIO II.

Si tantum iustum est apud Deum retribuere tribulationem his, qui vos tribulant, &

LECTIO II.

Supra egit de eorum idoneitate ad futurū iudiciū: hic agit de forma iudicij. Et primo ponit iudiciū quātum ad punitionē malorum, & p̄mia bonorum. Secundo de vtraq; parte sigillatim ibi. [In flāma.] Itē primo ponit iudicium q̄tum ad punitionē malorū. Secundo, quātum ad p̄mia bonorū, ibi [Cum venerit.] Quātum ad primum dicit. Sustinetis in exēplum &c. Hic subinfert. [Si tn̄ iustum est.] si. p qa. Vnde alia litera hēt, Si qdē. Vel, si tn̄, referatur, in exēplum iusti iudicij: quasi dicat, Iustum est, q̄ hęc patiamini, si tamen ex hoc mereamini, sed prima litera, & expo

E sitio est melior. [Iustum est retribuere.] Psal. 93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Esa. 33. Væ qui prædaris, nonne & tu prædaberis? [Retributionem,] s. æternæ damnationis. Rom. 8. Tribulatio an angustia &c. [Et uobis qui tribulamini, requiem,] Luc. 16. Recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: Nunc autem hic consolatur, tu vero

eruciatis. Apoc. 14. Amodo enim, iā dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis [Nobiscū,] i. æqualem gloriam. Sed nunquid hoc est verum? Respondeo: duplex est æqualitas, scilicet absoluta, quantitatis, & proportionis. Et prima non est æqualis quantū ad participationem hominis, sed æqualis quantū ad beatitudinē participatam, quæ est Deus: homo. n. participat secūdum magis, & minus, scilicet, secundum quòd ardentius, vel minus ardenter amat Deum. Sed secundum secundam, omnimoda æqualitas erit, quia ita est gloria Petri ad gratiam sibi datā & meritum suum, sicut gloria Lini ad suā. Hoc, inquā, erit in reuelatione, & cæt. Io. 5. Pater omne iudicium dedit filio suo, & hoc inquātum filio hominis: vnde sequitur, Et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia in forma humana omnibus apparebit. sed modo nō apparet, quia humanitas eius latet in gloria Dei, sed tūc apparebit. Esa. 40. Et reuelabitur gloria Dñi & cæt. Et hoc [Cū angelis uirtutis eius.] Ministris suis. Matth. 25. Cū venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū eo & cæt. Deinde cū dicit. [In flamma ignis,] agit de vtraque scilicet, punitione malorum, & præmiatione bonorū: sed in punitione malorū ostendit acerbā, iustam, & diuturnam. Dicit ergo. [Dantis vindictam,] id est iudicātis puniendos in flāma ignis, faciē orbis cōburentis, & inuoluētis reprobos, & detrudētis in perpetuū. Psal, 96. Ignis ante ipsum præcedet, & c. Itē erit iusta propter duplicem culpā, s. infidelitatis, & malæ vitæ. Quantū ad primū dicit. [Qui non nouerūt.] i. noluerūt cognoscere [Deū.] Iob 21. Scientiā viarum tuarū nolumus. 1. Corinth. 14. Ignorās ignorabitur &c. Quantū ad secundum, dicit. [Qui nō obediunt euāgelio Dñi nostri Iesu Christi.] Rom. 10. Non oēs obediunt euāgelio. Inobedientia enim est tantū peccatū, q̄ per eam mors venit in hunc mundū, vt dicitur Rom. 5. Itē est diuturna, quia pœnas dabant in inte. æter. Et potest legi dupliciter, secūdum q̄ duplex est pœna, s. sensus, & damni. De pœna sensus potest intelligi sic. [Dabunt,] id est, sustinebunt. [Pœnas æternas,] non finiēdas. & hoc. [In interitu,] quia semper morientur. Aliter enim ē de pœnis huius uitæ, & illis. Nam hic, quanto plus acerbiores, tanto sunt breuiores, quia extinguuntur: sed illæ sunt grauissime, quia sunt pęnę mortis: & sunt interminabiles: Vnde dicitur, q̄ semper erunt quasi in morte Psal. 48. Mors depascet eos. Esa. vlt. Vermis eorū non morietur. Pœna autē damni est duplex, quia separabuntur a visione Dei. Vnde dicit. [A facie Domini.] s. remoti. Iob. 13. Non ueniet in conspectu eius omnis hypocrita. Alia est priuatio uisionis gloriæ sanctorū. Esa. vlt. Tollatur impius ne videat gloriam sanctorū &c. Vel aliter [A facie Domini &c.] In hoc ostenditur causa acerbitatis pœnæ sensus. Sensus enim alicuius euacuatur, vel propter superiorē iudicem, vel propter superioris potentiā: sed hoc non erit. quia hoc iudiciū procedet a facie Domini. Psal. 16. De vultu tuo iudiciū meū prodeat &c. Et ideo dicit, Dabunt pœnas, idest, sustinebant a facie Domini. Deinde cum dicit. [Cum venerit.] Agit de præmiatione sanctorū. Et primo ponit præmiū: secūdo meritum, ibi. [Qui crediderunt.] Gloriā sanctorū cōmendat, & quantum ad essentiam, per participationē gloriæ Dei, cū dicit. [Glorificari &c.] Et quantū ad eius excessum, ibi. [Et admirabilis.] Dicit ergo, [Cū uenerit.] Christus certe gloriosus est, Phil, 2. Omnis lingua cōfiteatur, quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris. [Glorificari in sanctis eius.] Quia bonū, sui est cōmunicatiuū, vel glorificari in sanctis eius, qui sunt membra sua in quibus habitat, & in qb⁹ glorificatur, quando sua gloria, s. capitis, deriuatur vsque ad sua mēbra. Esa. 49. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et hoc excedet omnē admirationē. Vnde dicit [Admirabilis &c.] Si quidē admiratio, est stupor procedens ex magna fantasia. Tāta vero sanctorum gloria nō potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit, Admirabilis. Sap. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis &c. Deinde ponit meritū, ibi. [Qui crediderunt &c.] Et ponit primo meritū fidei. Secūdo suffragiū orationis, ibi. [In quos.] Dicit ergo, Hæc erit gloria, q̄a creditū est no-

vobis qui tribulamini, requiē nobiscū in reuelatione Domini Iesu de cęlo cū angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictā his, qui non nouerunt Deū, & qui non obediunt euāgelio Domini nostri Iesu Christi, q̄ pœnas dabunt in interitu, ęternas a facie Domini, & a gloria virtutis eius, cū venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in oībus, qui crediderūt: quia creditū est testimoniū nostrū super vos in die illo. In quo etiam oramus sem-

F strū testimoniū super vos, q̄ credidimus de Christo. [In illo die,] i. propter illū diē: quia bona q̄ agimus, sunt propter illū diē. Et dicit [Hoc testimoniū est super nos,] idest super sensū humanū. Eccl. 6. Plurima super sensum hoīs, &c. Fides. n. nō habet meritū, vbi humana ratio prębet experimētū. Nisi. n. esset supra uos, nō esset magni meriti credere. Vel dicit super vos. i. dominatur uobis subiicientibus intellectū vestrū humiliter ad credēdū. 2. Corinth. 10. In captiuitatē redigentes omnē intellectū in obsequiū Christi. Sic exponit Gl. Vel aliter, & magis ſm literā: Dicit, q̄ glorificabitur Christus in vobis: qui credidistis in die iudicii, quādo Apostoli iudicabūt, & tunc testimoniū, quod est super vos. i. de promptitudine fidei vestræ, erit certū, & credibile. Deinde cū dicit. [In quo oram⁹ &c.] Subiungit suffragium

per pro vobis, vt dignos uos faciat vocatione sua Deus, & impleat omnem voluntatē bonitatis suę, & opus fidei ī uirtute, vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam

G Dei nostri, & dñi Iesu Christi.

CAP. II. LECT. I.

Rogamus autē vos fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsū: vt nō cito

orationis, & primo proponit q̄ petit: secundo quo fine, ibi. [Vt dignetur.] Tertio, per quod posset assequi petitū, ibi. [Secundū gratiā.] Petit autē vnū ex parte Dei: & duo ex parte nostra. Dicit ergo, [In quo,] i. propter quē diē [Etiā nos oramus semp.] Ro. 1. Sine intermissione, memoriā vestri facio semp in orationibus

H meis. 1. Reg. 13. Absit aūt hoc peccatū a me in dño, vt cessem orare pro vobis. Sed ad quid? Vt dignetur vos vocatione sua Deus. Dignos faciat vos in mūdo digne cōuersari suæ vocationi. Eph. 4. Digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Itē ex parte nostra duo. Primo, ex parte uolūtatis, vt plene fruantur omni bonitate. Vnde dicit [Vt impleat oēm voluntatē bonitatis,] i. impleat in vobis voluntatē omnis boni. Phil. 1. Qui operatur in nobis velle, & perficere, p bona volūtate. Itē ex parte intellectus, vt perfecte credatis, ideo d. cit [Et op⁹ fidei.] Co. 10. Corde. n. creditur ad iustitiā, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Et hoc operemini [In uirtute,] i. in constātia & fortitudine, vt nullo timore cessetis a confessione fidei. Vel sic [In quo,] i. propter quē diē oramus, vt Deus dignetur uobis dare illud ad quod vocauit vos. 1. Petr. 3. in hoc vocati estis, vt benedictionē hæreditate possideatis. Et impleat omne bonū Dei, quod desideratis, quod est in vita eterna, quādo habebimus Deū.

I Psal. 102. Qui replet in bonis desideriū tuū. Itē impleat opus fidei, q̄ erit, quādo id quod hic per speculū & ęnigmate videmus, videbimus tunc facie ad faciē. Sed quo fine? [Vt clarificetur nomē dñi nostri Iesu Christi, &c.] i. ad gloriā Christi fit, & per vos tā in pręsenti, quā in futuro nomē Christi glorificetur in bonis operibus vestris. Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrū, qui in cœlis est. Econuerso de malis dicitur Esa. 52. & Ro. 2. Nomen Dei per uos blasphematur. Sed per quid poteritis illud cōsequi? [Secundū gratiā Dei nostri,] quæ est radix omnium bonorū nostrorum, 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum &c.

LECTIO PRIMA.

Svperius Apost. ostendit futura, quātum ad penas malorū, & prēmia bonorum: hic annuntiat futura, quantū ad pericula ecclesiæ, quæ erunt tēpore Antichristi. Et primo nuntiat veritatē

K dē de futuris periculis. Secundo monet, ut in veritate permaneant, ibi. [Itaq; fratres.] Circa primū duo facit, quia primo excludit falsitatē. Secundo instruit de veritate, ibi. [Qm̄ nisi,] Itē primo in tres, quia primo cōmemorat illud ex quo debēt induci. Secundo ostēdit ad quid debent induci, ibi [Vt nō cito.] Tertio remouet illud quod eos monere posset, ibi. [Neq; per spiritū.] inducit autē ex tribus, s. propriis precibus ibi [Rogamus] non præcepto. Philem. 1. Multā fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rē pertinet, propter charitatē magis obsecro. Secūdo ex aduētu Christi, desiderabili bonis, licet terribili malis. Amos 5. Vę desiderantibus diē Domini, &c. 2. Timoth. 4. Non solum autē mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius &c. Apoc. vlt. Veni Dñi Iesu &c. Tertio ex desiderio & amore totius cōgregationis sanctorum [In idipsum,] scilicet vbi Christus est, q. Matt. 24. Vbi erit corpus, ibi congregabuntur & aquilę. Vel in idipsum, idest, in idem, quia omnes sancti loco & gloria erunt in eodem. Psal. 49. Congregate illi sanctos eius. Sed ad quid inducit? Vt

[Vt nō cito moueamini a uestro sensu.] Est autē aliud moueri, aliud terreri: Mouet autē a suo sensu, q̄ prætermittit quod tenebat, quasi dicat, Nō cito dimittatis doctrinā meā. Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Terror aūt est quædā trepidatio, cū formidine cōtrarii. Et iō dicit [Ne terreamini] Iob 15. Sonitus terroris, semp in auribus eius. Itē, sit pax, illi semper insidias suspicatur. Sap. 17. Cum. n. sit timida nequitia, dat testimonium cōdemnationi, &c. Deinde cū dicit [Neque per spiritum.] Remouet qd̄ eos mouere posset: primo in speciali: secundo in generali, ibi [Ne quis.] Seducitur autē quis per falsam reuelationē. Vnde dicit [Neq; per spūm,] i. si quis dicat sibi reuelatū per spiritumsanctū, uel a Spiritusancto aliquid quod est cōtra doctrinā meā. [Nō terreamini.] 1. Io. 4. Nolite oī spiritu credere. Ezec. 13. Væ pphetis insipiētibus, q̄ sequunt spūm suū, & nihil uidēt. Aliqñ ēt sathanas transfigurat se in angelum lucis, ut dr 2. Cor. 11. & 3. Reg. ult. Egrediar, & ero spūs mēdax in ore oīum pphetarum eius. Secundo, per rōcinationē, uel falsam expositionē scripturæ: iō dicit. [Neq; per sermonē.] 2. Tim. 2. Sermo eorū, ut cācer serpit. Eph. 5. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Tertio, per authoritatē inductā in malo intellectu. 2. Petri. Sicut charissimus frater nr̄ Paulus, ſm sibi datā sapientiā scripsit uobis, sicut in oībus epistolis. loquens in eis de his, in quibus sunt qdā difficilia intellectu, q̄ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas &c. Sed de quo seducebantur. [Quasi instet dies Dñi.] Et dicit [Neq, per epistolā, tanq̄ per nos missā.] Quia in prima epistola nisi bene intelligat, uī dicere, instare Dñi aduētum, ut illud. Deinde nos q̄ uiuimus &c. Deinde cum dicit [Ne qs, &c.] facit idē in generali. Luc. 21. Videte, ne seducamini &c. 1. Cor. Nolite seduci. Rō autem, quare hæc remouet Apostolus, s. de aduētu Domini, est, quia prælatus nullo modo debet, velle, q̄ per mendacium aliqua bona procurentur. 1. Cor. 15. Inuenimur autem & falsi testes &c. Item, quia res credita erat periculosa, q̄. s. instaret dies Domini. Primo, quia daretur occasio maioris seductionis: quia futuri erant post tēpora Apostolorum aliqui, qui dicerent se esse Christum. Lucæ 21. Multi dicent, ego sum &c. Et ideo Apostolus noluit. Item, dæmon frequenter prætendit se esse Christum, sicut patet de beato Martino. Et ideo ne seducantur, noluit. Aug. autem ponit aliam rationem, quia immineret periculum fidei, vnde diceret aliquis, tarde veniet Dominus, & tunc præparabo me ad eum. Alius diceret, Veniet cito, & ideo nunc me præparabo. Alius diceret, Nescio. Et hic melius dicit, quia cōcordat Christo, Sed ille plus errat, q̄ dicit, cito: quia elapso termino homines desperarent, & crederent falsa esse, que scripta sunt Deinde cum dicit [Quoniā, nisi venerit discessio &c.] Astruit veritatem: & primo ostendit quæ ventura sunt ad Antichristi aduentū. Et sunt duo, quorum vnum precedit aduentum antichristi. Aliud est ipse aduentus eius: primum est discessio, quod multipliciter exponitur in Glo. Et primo a fide, quia futurum erat. ut fides a toto mundo reciperetur. Matt. 24. Et prædicabitur hoc euangelium in vniuerso orbe. Istud ergo præcedit qd (ſm Aug.) non dum est impletum: & post multi discedent a fide &c. 1. Tim, 4. In nouissimis temporib. discedent quidam a fide &c. Mat, 24. Refrigescet charitas multorū. Vel discessio a Romano imperio, cui totus mundus erat subditus. Dicit autem Aug. quod hoc figuratur Dan. 2. In statua, vbi nominantur quatuor regna: & post illa aduentus Christi, & quod hoc erat conueniens signum, quia Romanum imperiū firmatum fuit ad hoc, quòd sub eius potestate prædicaretur fides per totum mundum. Sed quomodo est hoc? qui iamdiu Gentes recesserunt a Romano imperio, & tamen necdum venit Antichristus? Dicendum est, quòd nondum cessauit, sed est commutatum de temporali in spirituale: vt dicit Leo Papa in sermone de Apostolis. Et ideo dicendum est, quòd discessio a Romano imperio debet intelligi, non solū a temporali, sed a spirituali, scilicet a fide catholica Romanæ ecclesiæ. Est autem hoc cōueniens signum, q̄ Christus uenit qn̄ sicut Romanum imperium omnibus dominabatur, ita econuerso signum antichristi, est discessio ab eo. Secundo prædicit secundum futurum, scilicet Antichristum. Et primo, quantum ad eius culpam & pœnam. Secundo, quantum ad eius potestatē, ibi. [Eū cuius aduentus.] Itē primo communi-

moueamini a uestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neq; per sermonem, neque per epistolam, tanquā per nos missam, quasi instet dies domini, Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod

A ter, & implicite tangit culpā eius, & pœnam. Secundo explicat vtrunque, ibi. [Qui aduersatur.] Dicit ergo, [Discessio primo veniet, & tūc reuelabitur.] Dicitur aūt esse. [Homo peccati, & filius perditionis,] ſm Glo. q̄a sicut in Christo abundauit plenitudo virtutis, ita in Antichristo multitudo oīum peccatorum. Et sicut Christus est melior omnibus sanctis, sic ille peior omnibus malis. Et pp hoc hō peccati dicitur, q̄ totaliter erit peccatis deditus. Sed non dr̄ sic hō peccati, quin posset esse peior: quia nunquā malū corrūpit totū bonum, licet quantū ad actum non poterit esse peior. Christo aūt nullus hō potuit esse magis bonus. Dr̄ autē. Filius perditionis, i. deputatus

dicitur, Deus, aut quod colitur, ita ut in tēplo Dei sedeat, ostēdens se tanq̄ sit Deus. Nū retinetis, quòd cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis?

LECTIO II.

B Et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore. Nam mysteriū iam ope-

extremæ perditioni. Iob 21. In die perditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducet. Vel, [Perditionis,] i. diaboli nō per naturā, sed per suæ malitiæ complementum, q̄ in eo cōplebit. Et dicit. [Reuelabit.] Quia sicut omnia bona, & uirtutes sanctorum, q̄ præcesserunt Chrm, fuerunt figura Christi: ita in omnibus persecutionibus ecclesiæ tyrāni fuerunt, quasi figura Antichristi, & latuit ibi Antichristus: & ita tota illa malitia, q̄ latet in eis, reuelabitur in tempore illo. Deinde cum dicit. [Qui aduersatur] explicat q̄ dixerat. Et primo ostendit, qūo sit hō peccati. Secundo, qūo filius perditionis, ibi. [Et tunc reuelabit.] Item primo prænuntiat eius futurā culpam. Secundo assignat eius causam, ibi. [Et tunc.] Itē primo describit culpam. Secundo dicit se non annunciare doctrinam nouam, ibi. [Nonne.] Itē primo ostendit culpā. Secundo

C eius signum, ibi. [Ita ut &c.] Duplex est autem eius culpa, s. contrarietas ad Deum. Vnde dicit. [Qui aduersat,] oībus spiritibus bonis. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice, armatus est, sicut & mēbra eius. Esa. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Secunda est, quia præfert se Christo, ideo dicit. [Extollitur &c.] Dicitur autem Deus tripliciter. Primo, naturaliter. Deu. 6. Audi Israel Dñs Deus tuus, Deus unus est. Secundo, opinatiue. Ps. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Tertio, participatiue. Ps. 81. Ego dixi dii estis. Omnibus autem his se præferet Antichristus. Dan. 11. Eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica. Signum autem culpæ est, cum dicit, [ita, vt in tēplo, &c.] Superbia enim Antichristi maior est superbia omnium præcedentiū. Vnde sicut de Caio Cæsare legitur, q̄ cum in uita sua adhuc esset, coli uoluit, statuam suam ponens in quolibet templo, & Eze.

D 28. De rege Tyri dr̄, Dixisti, quia Deus ego sum &c. Ita credibile est, q̄ sic eis faciet Antichristus, dicens se Deum esse, & hominē. & in huius signū sedebit in templo. Sed in quo tēplo? Nonne est destructum a Rom. Et ideo dicunt quidā, q̄ Antichristus est de tribu Dan, cuius tribus inter alias duodecim non nominatur. Apoc. 7. Et ideo Iudæi primo eum recipient, & reædificabunt tēplū in Hierusalem, & sic implebitur illud Dan. 9. Erit in templo abominatio, & idolum. Matth. 24. Cum uero uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantē in loco sancto, qui legit intelligat. Quidā uero dicunt, q̄ nūquā Hierusalem, nec templum reædificabitur, sed usque ad consummationem, & finē perseuerabit desolatio. Et hoc etiam aliqui Iudæi credūt: ideo exponitur. [In tēplo Dei,] i. in ecclesia, quia multi de ecclesia eū recipient. Vel ſm Aug. [In templo Dei sedeat,] i. principetur, & dominetur, tāquam ipse cum suis nuntiis sit tēplum Dei, sicut Christus est cum suis. Deinde cum dicit. [Nū retinetis.] Ostēdit, q̄ nihil noui scribet, q. d. Olim, cum essem apud

E uos, dixi hoc 1. Ioan. 2. Nō mandatum nouum scribo uobis: sed mandatum uetus. quod habuistis ab initio. 2. Cor. 10. Quales fuimus uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto, &c.

LECTIO II.

Svperius Apost. prænuntians narrauit aduentum, & culpam Antichristi: hic ostendit causam dilationis. Et primo ostendit eos habere huius scientiæ causam. Secundo causam illā obscure proponit, ibi. [Nam mysteriū.] Dicit ergo, Dico, q̄ oportet reuelari hominem peccati. [Et quid nunc detineat,] i. quę sit causa: q̄ tardet [Scitis.] Quia ego dixi uobis: ita q̄ sic ad presēs detinet. [Vt suo tēpore,] i. congruo tēpore. [Reueletur.] Eccl. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Omni negotio tẽpus, & opportunitas est. Et ibidẽ 3. Omnia fecit Deus bona in tẽpore &c. Deinde cum dicit [Nã mysterium &c.] Causam eius ponit. Et hæc litera multipliciter exponitur: quia hoc mysteriũ põt esse nominatiui casus, vel accusatiui. Si primo modo, est sensus: Dico, [vt suo tẽpore,] qa ẽt iã mysteriũ, i. figuraliter occultatũ operatur in fictis, qui videntur boni, & tñ sunt mali. Et hi operãtur officiũ Antichristi. 2. Timoth. 3. Habẽtes speciẽ pietatis, virtutẽ autem eius abnegãtes. Sed secundo modo est sensus. Nã diabolus, in cuius potestate veniet Antichristus, iã incipit

ratur iniquitatis: tñ, ut qui tenet nũc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quẽ Dñs Iesus interficiet spũ oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eũ, cuius est aduẽtus ſm operationẽ Sathanæ in omni uirtute, & signis, &

operari occulte iniquitatẽ suam, per tyrãnos, & seductores: quia persecutiones ecclesiæ huius temporis sunt figuræ illius vltimæ persecutionis cõtra omnes bonos, & sũt sicut imperfecte, cõparãdo ad illam. [Tantum, vt qui tenet &c.] Hoc exponitur multipliciter. Vno modo, ẽm Glo. & Aug. 20. de Ciuit. Dei qui dicũt, ꝙ quidã opinati sunt Neronẽ, qui primo, persecutus est Christianos esse Antichristũ, & ꝙ nõ fuerat occisus, sed subtractus, & quãdoq; restituẽdus. Vnde Apost. hoc euacuãs, dicit. [Tantũ vt qui tenet nũc,] Romanũ imperium. [Teneat, donec de medio fiat,]. i, donec moriatur. Sed hoc modo, nõ est conueniens: quia multi anni sunt ꝙ Nero mortuus est, illo, s. anno quo Apostolus, sed melius est, ꝙ referatur ad Neronẽ, prout est psona publica Romani imperii, donec de medio fiat, idest, tollatur Romanũ imperiũ de hoc mũdo. Esa. 23. Dñs exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiã omnis gloriæ, & ad ignominiã &c. Vel aliter, Tantũ vt qui tenet, idest, detinet mõ aduentũ Antichristi, teneat, ne veniat: quasi sit necessariũ, ꝙ adhuc aliqui veniant ad fidẽ, & aliqui recedãt q.d. Vt discessus, & accessus, qui nũc tenet, donec ueniat, teneat donec tollatꝛ ille obscænus. Vel sic, Tñ qui nunc tenet fidẽ. teneat, i. firmus sit in ea. Apo. 2. Tene quod hẽs, ut nemo accipiat coronã tuã. Donec de medio fiat, i. congregatio malorũ permixta, separetur, & fiat seorsum, quod erit in persecutione Antichristi. Vel, [Tantũ &c.] Idest, vt mysteriũ iniqtatis, idest, iniquitas mystica, quæ detinet, detineat donec fiat de medio, idest, donec iniquitas reducatur in publicũ: & fiat quasi aliquid existẽs in publico de medio. Multi. n. modo occulte peccant, sed tñ quandoque fiet in aperto: qa Deus sustinet peccatores quandiu sunt occulti, donec publice peccẽt, & tũc nõ sustinebit, vt patet de Sodomitis Gen. 19. Sed tñ Aug. confitetur se nescire, quid Apostolus illis loqtur, qui iam sciebant. Vnde dicit. [Quid nũc detineat scitis.] Et præterea hoc non erat multũ necessariũ adsciendũ. Deinde cũ dicit. [Et tunc &c.] Ponitur aduẽtus iniqui, & pena eius. Primo manifestatio: Secũdo eius pœna. Quantũ ad primũ, dicit, [Ille] singulariter iniquus [Reuelabitur] quia manifesta erit eius culpa. [Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.] Esa. 11. Zelus Domini exercituum faciet hoc, idest, zelus iustitiæ, qui est amor. Spiritus. n. Christi, est amor Christi, & hic zelus Spiritusſanti, quem habet ad ecclesiã. [Vel spiritu oris sui,] idest, mandato suo: quia Michael interfecturus est eum in monte Oliueti: vnde Christus ascendit: sic & Iulianus manu diuina extinctus est. Et hæc est pœna præsens, licet futura etiam æternaliter punietur, quia [Destruet illustratione &c.] i. in aduentu suo omnia illustrãte. 1. Cor. 4. Illuminabit abscõdita tenebrarum &c. Et destruet, inquã, æterna s. damnatione. Psal. 27. Destruet illos &c. Et dicit illustratione, quia ipse visus est ecclesiã obtenebrare, & tenebræ expelluntur illustratione, qa qcquid Antichristus ostẽderit, ostẽdetur fuisse mendaciũ. Deinde eũ dicit. [Eum cuius est aduentus.] Prædicit potestatẽ Antichristi. Et circa hoc duo facit. quia primo, ponit potestatẽ eius ad seducendũ. Secũdo huius cãm ex Dñi iustitia, ibi. [Eo ꝙ charitatem.] Iterum prima in tres: quia primo ponit actorẽ huius potestatis. Secũdo, modũ seducẽdi. Tertio, ostendit seducendos. Actor huius potestatis est diabolus & iõ destruet eum Christus. 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideo dicit, ꝙ [Aduentus Antichristi erit ſm operationem Sathanæ,] i. ex instinctu eius. Apocal. 20. Soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes &c. Operatur. n. aliquid secundum operationem Sathanæ, sicut arreptitius, in quo non solũ instigat voluntatem, sed ẽt impedit usum rationis, quod tamen non imputatur ad culpam eius, quia non habet vsum liberi arbitrii. Antichristus aũt non sic: sed habebit vsum liberi arbitrii, in quo est diabolus suggerens, sicut dicitur de Iuda. 1. Ioan. 3. Introiuit in eũ sathanas. i. instigãdo. Decipiet

F autem hoc modo, primo per potentiam secularem. Secundo per virtutem miraculorum. Quantum ad primum, dicit [In omni virtute, scilicet sæculari. Dan. 11. Dominabitur thesaurorũ auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. Vel virtute, scilicet simulata. Quantũ ad secundum, dicit [In signis &c.] Signa sunt quædam mira, etiam parua. Prodigia uero magna, quę aliquẽ prodigiosum ostendunt, quasi procul a digito. Apocal. 13. Fecit signa magna, ita ut & ignem faceret descendere de cœlo &c. Mat. 24. Dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducan-

prodigiis mẽdacibus, & in seductione iniquitatis his q pereũt.

LECTIO III.

EO, quòd charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierẽt. Ideo mittet illis Deus

G tur, si fieri potest etiam electi. Et dicit [Mendacibus.] Miraculum mendax dicitur, uel quia deficit a uera ratione miraculi, uel a debito fine miraculi. Primum fit in præstigiis, quando per dæmones illuduntur aspectus: vt aliud uideatur, quàm est: sicut Simon magus fecit decollari arietem, & postea ostensus est uiuus, & homo decollatus est, & postea homo, qui credebatur decollatus, ostensus est uiuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt homines commutando fantasmata & decipiendo. Secundo modo illa dicuntur miracula impropriè, quæ plena sunt admiratione, quando effectus uidetur & ignoratur causa. Quæ ergo habent causam occultam alicui, & non simpliciter, dicuntur quidem mira, & non miracula simpliciter. Sed quæ simpliciter causam occultam habent, sunt proprie miracula, quorum est ipse Deus gloriosus, quia totum ordinem naturæ creatæ transcendunt. Aliquando vero fiunt aliqua mira, sed non præter ordinem naturæ, sed occultas causas habent: & hæc multo magis
H faciunt demones, qui virtutes naturæ sciunt, & qui habent determinatas efficacias ad speciales effectus, & hec faciet antichristus, sed non qui habent ueram rationem miraculi, quia non possunt in illa quæ sunt supra naturam. Tertio modo, dicuntur miracula secundum ꝙ sunt ordinata ad attestandum ueritati fidei, & inducendum fideles in Deum. Mat. vlt. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & nõ utatur eis ad hoc, miracula quidem sunt uera quo ad rationem rei factæ, & quo ad rationem miraculi, sed sunt falsa quantum ad finem debitum, & intentionem Dei. Sed tñ hoc non erit in Antichristo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia Deus nõ est testis falsitatis. Vnde aliquis prædicans falsam doctrinam non potest facere miracula, licet aliquis habens malam uitam posset. Deinde ostendit seducendos, cum dicit [His qui pereunt,] idest in præscitis ad perditionem. Ioan.
I 17. Nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Et hoc ideo, quia Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt.

LECTIO III.

POstquam ostendit in quibus habet locum deceptio Antichristi, s. in præscitis ad damnationem: hic assignat causam prædictorum. Et primo ostendit causam huius, & usio decipiendi. Secundo quomodo fideles ab eo liberentur, ibi [Nos autem.] Iterum primo ponit eorum culpam tñ. Secundo pęnam cum culpa. Tertio pœnam tantum. Et est hic processus peccati. Primo enim quis ex demerito primi peccati deseritur a gratia & cadit ĩ aliud peccatum, & post in æternum punitur. Dicit ergo, ꝙ causa, quare decipientur, est, quia noluerunt recipere charitatis ueritatem, idest ueritatem euangelii. Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Et dicit [Charitatis ueritatis:] quia nisi sit formata fides per charitatem, nihil est. 1. Cor. 13. Si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem
K autem non habuero, nihil sum &c. Gal. vlt. In Christo Iesu, neque circuncisio, neque præputium aliquid valet, sed noua creatura. Et subdit, utilitatem ueritatis, dicens, [Vt salui fierent.] Rom. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per dñm &c. Sed culpa, & pœna est eorũ seductio. Vnde dicit [Mittet,] i. permittet illis uenire operationẽ erroris. Esa. 19. Miscuit dominus in medio eius spiritũ uertiginis. 3. Reg. vlt. Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et ideo dicit. [Vt credant mẽdacio,] i. falsæ doctrinæ antichristi. Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ nõ conueniunt. Sed pœna tantum, est æterna damnatio. Vnde subdit [Vt iudicentur,] scilicet, iudicio damnationis. Ioan. 5. Et procedent, qui mala fecerunt in resurrectionem iudicij &c. [Oẽs qui crediderũt veritati] Ioan. 3.

Ioã. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Deinde cum dicit. [Nos autem.] Ostendit, quare fideles Christi liberentur. Et primo agit gratias pro eis. Secundo commemorat diuina beneficia, quibus a talibus liberantur. Dicit ergo sic, Illi decipientur, sed [Nos debemus gratias agere.] Rom. 1. Primum quidem gratias ago Deo meo semper pro uobis per Dñm, &c. Duplex autem ponit dei beneficium, s. electionẽ Dei, quę est æterna: & vocationem quæ est temporalis, ibi. [In qua, & uocauit nos.] Dicit ergo. [Quod,] pro quia, [Elegit nos,] scilicet Apostolos & uos, scilicet fideles. Ephesi. 1. Elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti &c. Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Circa electionem tria tangit, s. ordinem electorum; finem electionis, & medium consequendi finem. Electi

operationem erroris, vt credãt mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autẽ debemus gratias agere Deo semper p uobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit nos Deus primitias ĩ salutẽ, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: inquam & uocauit uos per euãgelium nostrũ, in acquisitione gloriæ Dñi nři Iesu Christi. Itaq; fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per

sunt oẽs sancti a principio mundi. Deut. 33. Dilexit populos, oẽs sancti in manu illius sũt. Sed Apostoli specialiter sunt primitiæ. Rom. 8. Nos ipsi primitias spũs habentes, &c. Et ideo dicit. [Primitias fidei. [Finis item electionis est salus æterna, & ideo dicit. [In salutẽ. 1. Timo. 2. Omnes homines vult saluos fieri &c. Hoc autẽ fit primo ex parte Dei per gratiam sanctificãtem. Vnde dicit. [In sanctificatione spiritu.] Secundo, ex parte nostra est consensus liberi arbitrij per fidem. Ideo subdit. [Et in fide ueritatis.] Deinde cum dicit. [In quam & uos uocauit, &c.] Ponit secundũ beneficium, quod est uocatio temporalis Christi, q̃ sequitur electionem. Rom. 8. Quos uocauit, hos & iustificauit &c. Et de hac uocatione nota parabolã. Luc. 14. De eo, qui fecit cęnam magnã &c. Et addit. [Per euangelium nostrum, i. a me prædicatum. Sed ad quam cænã? [In acquisitione gloriæ,] i. ut acquiramus Christi gloriam. Deinde cum dicit. [Itaq; &c. Monet tenere ueritatẽ: & primo ponit monitionem: secundo orationem, ibi. [Ipse autẽ Dñs &c. Et facit primum, quia opus nostrum dependet a libero arbitrio. Secundum uero, quia indiget auxilio gratiæ. Et primo monet ad standum, cum dicit. [State in ueritate.] Galat. 5. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Scđo docet modũ standi, ibi. [Et tenete traditiones, i. documenta, quæ a maioribus traduntur. Nam documenta, quæ traduntur à minoribus, quandoq; non sunt seruanda, qñ scilicet, contrariantur documentis fidei. Mat. 15. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem uestrã. Sed seruanda sunt, quæ ordinantur ad mandata Dei. [Quas didicistis. Act. 16. Paulus docebat, vt tenerent traditiones, & documenta, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erãt Hierosolymis &c. Et has traditiones dupliciter ediderunt: quasdam uerbis, unde dicit. [Per sermonem.] Quasdam in scripturis: ideo addit. [Siue per epistolam. Vnde patet, ꝙ multa in ecclesia non scripta, sunt ab Apostolis docta, & ideo seruanda. Nam multa ẽm iudicium Apostolorum melius erat, ut occultarẽtur, ut dicit Dionysius. Vnde Apostolus. 1 Cor. 10. Dicit, Cætera cum uenero, disponam. Deinde ponit orõnem, ibi. [Ipse autem Dñs noster Iesus Christus &c.] Quasi dicat. Sic moneo, sed nihil ualet, nisi adsit diuinum auxilium. Et ideo ponit primo duplex Dei beneficium. Primũ est amor eius ad nos, quo alia nobis impendit: ideo dicit. [Dilexit nos.] Secundum est spiritualis cõsolatio, ibi. [Et dedit consolationem æternam.] 2. Cor. 1. Qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dñs Deus uester, &c. Et dicit consolationem æternam, s. contra oia mala imminentia, & futura. Et ideo expectamus. [Spem bonã,] i. bonorũ æternorũ ĩfallibilitatẽ. 1. Pet. 1. Qui ẽm magnã misericordiã suã regenerauit nos in spẽ uiuam. Et hoc. [In grã, s. per quã speramus conseq uitã æternã. Rom. 6. Grã Dei uita æterna. Petit aũt p eis exhortationẽ, q̃ est monitio docens aliũ ad uolendũ. Et hanc põt facere hõ exterius, sed nõ esset efficax, nisi esset interius spũs dei. Vnde dicit. [exhortetꝛ corda uestra,] i. instiget. Os. 2. Ducã eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. Itẽ petit cõfirmationẽ. Vñ dicit. [Et cõfirmet] Ps. 67. Cõfirma hoc Deus, qđ opatus es ĩ nobis, q.d. Exhortetꝛ p grãm, ut uelimus, & cõfirmet, ut efficaciter velimus. Et hoc. [In oĩ ope bono & ſmone. Præcedit opus sermonẽ, qa cæpit Iesus facere, & docere. Act. 1.

A

LECTIO PRIMA.

SVpra instruxit eos de futuris in nouissimis: hic instruit eos de quibusdam, quæ particulariter eis agenda erant. Vbi primo ponitur instructio. Secundo epistolæ conclusio, ibi. [Ipse autem Deus pacis,] Item primo, monet qualiter se habeãt ad ipsum. Scđo ostẽdit, quid de eis cõfidat ipse, ibi, [Fidelis aũt Deus. Tertio, qũo se habeãt ad alios, qui inordinatè ambulant, ibi. [Denunciamus aũt vobis. Circa primũ primo ponit orationẽ. Secundo, quid in oratione est petẽdum, ibi, [Vt sermo.] Dicit ergo, [De cætero,] s. quia estis sufficiẽter instructi. [Orate pro nobis.] Rom. 15. Obsecro igitur uos fratres per dñm nřm Iesũ Chrm, & per charitatẽ Spũs sancti, ut adiuuetis me orationibus

epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono. B

CAP. III. LECT. I.

DE cætero fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud nos: Et ut liberemur ab

vestris pro me ad Deũ. Et hoc est debitũ, quia curati habent curã utilitatis gregis. Heb. 13. Mementote præpositorũ vestrorũ, q uobis locuti sunt uerbũ Dei, &c. Scđo, ostendit quid petendum est, ut. s. tollãtur impedimẽta prædicationis. Et ideo dicit: [Vt ser-
C mo Dei currat,] quia non põt totaliter impediri, sed retardari. Ideo dicit, [Currat.] Col. 4. Orantes simul etiã pro nobis, vt dñs aperiat nobis ostium sermonis: ad loquendum mysteriũ Christi. Item [Et clarificetur.] s. per claram, & lucidam expositionẽ apud rudes, & sapientes, [sicut & apud nos.] Ro. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Prou. 14. Doctrina prudentium facilis. Itẽ per miracula, quæ sunt demonstrationes fidei. Est enim omnis scientia clara per demonstrationes, & hoc est orandum. Act. 4. Da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum, &c. Item, secundo orandum est pro prædicatoribus, [Vt liberentur ab importunis, & malis hominibus.] s. pseudo apostolis, qui sunt importuni in disputando, mali in seducendo. Vel a persecutoribus, qui cogitauerunt iniquitatem in corde. Et ratio petitionis est, quia, [Oĩum non est fides.] Quia licet uideantur habere eam, nõ tñ habent ueram. Esa. 53. Dñe, quis credidit auditui nostro? Ro. 10. Non oẽs obediunt euãgelio. Deinde cum dicit, [Fidelis, &c.]
D ponit fiduciã quã habet de eis. Et primo facit hoc. Secundo, orat pro eis, ibi, [Dñs aũt, &c.] Fiducia autẽ pendet ex eo, qui gratiam dat, & ex hominibus qui sunt liberi arbitrii, ut dirigantur in gratia: dicit primo ex parte Dei, [Confido,] ꝙ orabitis, & exaudiemini, quia, [fidelis est dñs, qui cõfirmabit.] in bonis, quæ in uobis est operatus. 1. Pet. ult. Perficiet, cõfirmabit, cõsolidabitque, &c. [Et custodiet a malo.] Culpæ, & pœnæ. Si tñ in mala pœnæ incidãt, est eis in bonum, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ut dicitur Rom. 8. Secundo, ex parte eorum dicit. [Confidimus autem de uobis fratres.] s. ex gratia quam accepistis. sed in domino, non in uirtute uestra. Heb. 6. Confidimus autem de uobis dilectissimi, meliora, & uiciniora salutis, &c. [Qm quæcunque præcipimus, &c.] i. qm perseuerabitis. Exo. 24. Omnia uerba, quæ locutus est dñs faciemus. Deinde cum dicit, [Dominus, &c.] pro eis orat, dicens, [Dñs autem dirigat.] s. vt perueniatis. Est autẽ hominis præparare, & domini linguam guberna-
E re, vt dicitur Prou. 16. Et paulo post: Cor hominis disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus eius, s. ad destinatum brauium. Et ideo dicit, [Dirigat corda nostra. Non solum exteriora opera, & hoc. [In charitate Dei.] Duo autem sunt, per quæ in via salutis incedimus, scilicet bona, quæ facimus, & mala, quæ sustinemus. Sed opera non sunt bona, nisi directa in finem charitatis. 1. Timot. 1. Finis præcepti est charitas, &c. Item nec patientia, nisi per Christum. Luc. 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Matth. 5. Beati eritis, cum maledixerint uobis homines, &c. Et ideo dicit: [Et patientia Christi,] idest tolerantia malorũ pp Christũ, uel ad exẽplũ eius. 1. Pet. 2. Christus passus est p nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, &c. Deinde cũ dicit, [Denũciamus, &c.] Ostẽdit qũo se habeant ad hoĩes inordinatos. Et primo proponit edictum. Scđo, exponit ibi, [Ipsi. n. &c.] Tertio, ostendit necessitatẽ edicti proponendi, ibi, [Audiuimus,] Dicit ergo, Sic uos uiuitis, & sic cõfido. Sed quia sunt quidã mali inter vos. [Denunciamus, &c.] s. perfectis. [In nomine, &c.] Hoc enim

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad prælatum pertinet. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eo- F
rum & domui Iacob peccata eorũ &c. Ezec. 3. Sanguinẽ illius de
manu tua requirã. Et sequitur edictum, dicens. [Vt subtrahatis,
&c.] Ex hoc introductũ est in ecclesia, q̃ mali uitentur, & hoc ne
infirmiores ex eorũ cõsortio maculentur. Eccl. 13. Qui tetigerit
picem, inquinabitur ab
importunis & malis hominibus: non.n. oium est fides. Fidelis aũt Deus est, qui cõfirmabit uos, & custodiet a malo. Confidimus aũt de uobis fres in dño q̃m quæcunq; præcepimus, & facitis, & facietis. Dñs aũt dirigat corda uestra in charitate Dei, & patiẽtia Christi. Denun G
tiamus aũt uobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, ut
subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non
fm traditionẽ, quã acceperunt a nobis. Ipsi.n. scitis quẽadmodum oporteat imitari nos: q̃m non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione nocte ac die operantes, ne quẽ uestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.

LECTIO II.

NAM cum essemus apud uos, hoc denunciabamus

LECTIO II.

SVpra ostendit Apostolus quid eis suo exẽplo tradidit, ut [sua
essent inquieti, sed ut operarentur: hic ostendit q̃o hoc præ
sens uerbis, & factis tradidit. Vnde dicit; [Cum essemus,] q. d.
formam daremus uobis, fecimus q̃d docuimus. q.a. [Hoc docuimus, q̃n si quis &c.] Hæc uerba, sicut dicit Glo. & Augu. in libro de operibus monachorũ, quidã peruertebant, q̃ nõ sit licitũ seruis Dei manibus operari, p̃ hoc quod dr. Matth. 6. Nolite soliciti esse, &c. Nã dicunt hanc operationẽ pertinere ad solicitudinẽ uictus. Ad q̃ hoc illud refert bãt ad spiritualia opera, q. d. Si quis non uult tantæ opera meritoria, & spiritualia, non est dignus mãducare. Sed hoc est
contra intentionẽ Apostoli, qui dicit, [Denũciabamus,] i. mãdauimus, feci, fecisse, s. in labore, & fatigatione. Sed quid est, quoniam si quis non vult, &c. Est ne hoc consiliũ, vel præceptum? Et uidetur esse præceptũ, quia infra dicitur: Si quis non obedierit uerbo nostro, &c. Ergo omnes tenẽtur manibus operari. Qui igitur non operatur manibus, sed stat otiosus, peccat mortaliter. Resp. dicẽdũ est, q̃ est præceptũ: sed aliquid præcipitur dupliciter, scilicet, vel sub cõditione. Simpliciter præcipitur, quod per se est necessariũ ad salutẽ: & hæc sunt opera uirtutis. Sub cõditione uero, vt quando talis est casus, q̃ sine opere manuali præcepta seruari non potest. Præcipitur autem homini, q̃ corpus suum nutriat, aliàs enim est homicida suuipsius. Gẽ. 2. De omni ligno paradisi comede, &c. Ex præcepto ergo tenetur homo corpus suum nutrire, & similiter ad omnia, sine quibus corpus non potest nutriri, tenemur. Vnde quicunque non habet aliàs vnde corpus sustenter licite, vel possessione, vel licito negotio, tenetur laborare, ne furetur. Eph. 4. Qui furabatur, iam non furetur magis autem laboret operando manibus suis, &c. art. Est ergo præceptum, quando aliter non potest licite uiuere. Vnde dicit; Si quis non uult operari, nec manducet. Est ergo alterum duorum necessarium, vt homo possit manducare, i. vel quod habeat possessionem, uel quod licite procuret. Psal. 127. Labores manuum tuarũ, quia manducabis. 1. Thess. 4. Operamini manibus uestris, sicut præcipimus uobis, &c. Deinde cũ dicit, [Audiuimus, &c.] Ostendit necessitatẽ huius præcepti, q̃a Apostolus dicit hoc non ex officio docẽtis, quãm ppter vitiũ gẽtis. Ideo primo ponit culpam quæ inducit necessitatẽ præcepti. Secundo adhibet remedium, ibi. [His aũt qui, &c.] Dicit ergo, [Audiuimus, &c.] q. d. Licet nõ occulto hoc præceptũ, quia audiuimus quotidã, &c. Animi.n. hominis sẽper oportet, q̃ circa aliquid occupetur, & adhuc necesse est, q̃ otiosi inquietudinẽ patiãtur circa illicita. 1. Thess. 4. Operãdetis, vt quieti sitis, &c. Et addit, [Sed curiose agẽtes] i. de negotiis aliorum. Prou. 21. Desideria occidunt pigrum. Deinde adhibet remedium, cum dicit, [His autem qui, &c.] Et primo ex parte peccatorum. Secundo ex parte aliorum, ibi. [Vos autem, &c.] Dicit ergo, [His qui sunt huiusmodi denunciamus,] i. seuere, vt platus, [Et obsecramus,] charitative, vt pater eorum, ut [Panem suũ,] non alienũ, sed debitũ sibi, silicet acquirentes. [Cũ silentio.] i. sine inquietudine non discurrendo mandu
cent. Isa. 30. Cultus iustitiæ, silentiũ. Ezech. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Deinde cũ dicit. [Vos autẽ, &c.] ex parte alterius
non peccantium duplex adhibet remedium. Primo, s. quod non cessent benefaciendo: secundo, q̃ illos corripiant, ibi, [Quod si quis, &c.] Dicit ergo, [Vos autem, &c.] q. d. Nolite deficere benefaciendo, licet otiosi abutantur. Gal. 5. Bonum facientes, non deficiamus, &c. Et hoc necessarium est ẽ si operentur manibus, & nõ deesset illis aliquid, quia necessaria est aliis subuentio. Deinde cũ dicit, [Quod si quis, &c.] Innuit, q̃ corrigantur & primo ostendit quo ordine puniantur: secundo ostendit effectum pœnæ, ibi, [Vt confundantur.] Tertio, finẽ, ibi, [Et nolite, &c.] In ordine vero primo ponit culpam. Secundo eius manifestationem. &c. Tertio, eius punitionem. Culpa est inobediẽtia & ideo dicit; [Quod si quis non obedierit.] 1. Reg. 15. Quasi peccatũ ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Manifestatio, & conuictio ponitur, cum dicit, [Hunc per epistolam notate] idest manifestate: sed per ve- A
ritatis inquisitionem. Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligen
tissime inuestigabam. Pœna eorum est sententia excommunicationis. Vnde dicit. [Et nõ commisceamini cum illo &c.] 1. Cor. 5. Cum huiusmodi, nec cibum sumere, 2. Ioan. Nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis. Hic nota, quòd excommunicatio infligitur pro inobedientia: debet tamen esse connictus. Vnde dicit. [Si quis nõ obedierit, per epistolam vestram, hunc notate,] idest, significate nobis, vt puniatur, & tamen vos interim ne commisceamini cum illo, sed effectus pœnæ est, vt confundatur, & ex hoc resipiscat. Eccl. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Finis autem & intentio debet esse eius correctio, quam intendit charitas. Vnde dicit. [Et nolite inimicem existimare,] quia non debet fieri ex liuore odij, sed ex studio charitatis. Quasi dicat. Quod ipsum vitatis, non fiat ex odio inimicitię. Matth. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt vos. Et ideo dicit. Sed corripite vt fratrem. In quo ostenditur charitas. Psal. 132. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, &c. Deinde cum dicit. [Ipse autem &c.] concludit epistolam. Et primo ponitur conclusio: secundo salutatio, quæ est quasi epistolæ sigillum, ibi. [Salutatio

vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedierit verbo nostro B
per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse aũt Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis Salutatio, mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis. Amen.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Thessalonicenses.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM

PROLOGVS S. THOMAE.

IN manu dei potestas terrę, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempore super illam. Eccl. 10. Hęc verba, materiæ huius epistolæ cõueniũt. Prius. n. instruxit ecclesiã in his, quæ ad eius vnitatem pertinẽt. Hic instruit ipsos rectores ecclesiæ, qui sunt quasi principalia membra eius. Circa quod videnda est ista instructio, & vtilitas. Instructio est in Deo, quia in manu dei &c. Et hoc tripliciter, quia ab ipso exoritur. Ro. 13. Non est potestas nisi a deo. Itẽ quòd secundũ deũ debet regulari. Prou. 8. Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Item, quia secundum Dei dispositionẽ, eorũ potestas fundatur. Dan. 2. Et ipse mutat tpa, et ętates, transfert regna atque constituit. Item vtilitas eorũ ostenditur, quia est ad cohibendam nequitiam hominũ: quia execrabilis omnis iniquitas gentium. infra primo, Iusto nõ est lex posita. Rectores legis tripliciter debent se habere ad mala. Primo, vt ea corde odio habeãt. 2. Maca. 3. Animo odio habẽtes mala &c. Scdo, ut prohibeãt ea ne fiãt. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum. Tertio, ut facta puniãt. Ro. 13. Minister. n. dei est, uindex in irã eius qui male agit. Quarto, uidenda est utilitas, ibi. [Vtinã rectorẽ &c.] Et ad tria est utilis rector, quæ notãtur Ec. 49. Ioseph princeps fratrũ, ut gẽtẽ sustẽtet per potẽtiã. Esa. 19. Et rex fortis dominabitur eorũ &c. Rector fratrũ dirigẽdo per sapiẽtiã. Esa. 32. Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit &c. Ec. 10. In medio fratrũ rector illorũ. Stabilimẽtũ populi, ut cohibeat ab iniustis per iustitiã. Psa. 17. Tu populũ humilẽ saluũ facies, & oculos superborum humiliabis &c. Et sic patet materia harũ epistolarũ, quia est ad instructionẽ rectorũ populi fidelis, in quo qdã præferũtur in spiritualibus, sicut prælati ecclesiarũ, quos primo instruit. qdã uero in tẽporalibus, quos scdo monet, Et hoc in epistola ad Phil. Circa primũ, tres sunt epistolę scdm tria quæ cõpetũt prælato: quorũ primũ est, ut gubernet populũ. Scdm, ut pro populo subdito patiatur. Tertium, ut malos coerceat. Primũ in prima ad Tim. Scdm in scda, ubi agit de martyrio. Tertio in epistola ad Titum, ubi agit ac docet, quõ uitet hæreticos, ut etiam patet in argumentis epistolarum.

CAP. I. LEC. I.

PAulus Apostolus Iesu Christi secũdum imperiũ dei saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide; Gratia, & misericordia, & pax a deo patre, & Christo Iesu domino nostro.

LECTIO PRIMA.

DIuiditur hæc epistola in salutationẽ, & epistolarẽ narrationẽ, ibi. [Sicut rogaui.] Circa primũ tria facit, quia primo ponitur persona salutãs: Scdo, psona salutata: Tertio, bona optata. Describit aũt personã salutãtẽ, primo ex nomine [Paulus,] quod cõuenit authoritati ,ppter duo. In apostolatu. n. duo sũt, s. altitudo potestatis, ad quã exaltãtur humiles. 1. Reg. 13. Cũ esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Et Paulus, dr modicus. Itẽ claritas sapiẽtiæ, & hãc dominus prębet paruulis. Mat. 11. Reuelasti ea paruulis &c. Scdo ex authoritate: quia [Apostolus.] i. missus. Io. 10. Sicut misit me pater. 1. Cor. 9. Signaculum apostolatus mei, uos estis in domino: tertio ex origine huius authoritatis. Vnde dicit. [Iesu Christi scdm imperiũ dei &c.] Act. 13. Segregate mihi Barnabã & Saulũ in opus ad quod assumpsi eos. 1. Reg. 13. Quęsiuit sibi dominus uirũ iuxta cor suũ &c. Ex quo patet quod prælati ex necessitate præcepti tenẽtur ad ea, quæ sunt proprij officij. 1. Cor. 9. Væ mihi enim est, si non euangelizaue-

F ro. [Et Christi Iesu, spei nostræ,] qui est spes nostra, ut ad eum ueniamus. Phil. 1. Desideriũ habens dissolui, & esse cũ Christo &c. Vel, spei nostræ, quia per ipsum speramus adipisci bona æterna. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spẽ uiuã &c. Ro. 15. Per consolationẽ scripturarũ spẽ habeamus. Personã salutatã describit tripliciter. Primo ex nomine, cum dicit. [Timotheo,] de quo Act. 16. Itẽ ex affectione dicẽs, [Dilecto] Phi. 2. Neminẽ habeo tã vnanimẽ &c. Itẽ ex filiatione, dicẽs, [Filio in fide,] i. a se conuerso 1. Cor. 4. Misi ad Timotheũ filium meũ charissimũ, & fidelem in domino &c. Tunc autem primo ponit bona optata: & deinde ostendit a quo sunt. Sciendũ est aũt, quòd in alijs epistolis duo ponuntur, hic tria, quia prælati pluribus indigent. Et ideo dicit, [Gratia & misericordia.] primo sibi, & deinde alijs. Et sumitur hic misericordia pro remissione peccatorũ, quia hæc ẽ ex Dei misericordia: Gratia vero pro munere gratiarũ, quo indigent prælati. Vel gratia sicut in alijs, pro gratia iustificãte: sed misericordia, pro munere diuino in spũalib' charismatibus exaltãte. Sap. 4. Gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. [Et pax.] s. recti & [illegible]

H te alijs Psal. 71. Suscipiãt mõtes pacẽ. Sed vnde? [A Deo,] vt dr populo. Iac. 1. Omne datũ optimũ, & oẽ donũ perfectũ desursum est, descẽdẽs a patre luminum. [Et Christo Iesu Dño nostro.] Per quem maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. 1. Pet. 2.

LECTIO II.

G SIcut rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent neque intenderẽt fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstiones pręstant magis, quã ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis præcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta.

LECTIO II.

HIc incipit epistolaris narratio. Et est hæc epistola quasi pastoralis regula, quã Apostolus tradit Timotheo instruẽs de oĩbus, quæ spectãt ad regimẽ prælatorũ, & eo ordine quo dẽt se inuicẽ. Primo ergo instruit eũ de spũalibus ministrãdis: scdo de tpalibus, in 4. c. ibi, [Spũs aũt.] Itẽ ad prælatũ pertinet primo, quod doceat de forma fidei: ne fides subditorũ corrũpatur. Luc.

I 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Secũdo, vt instruat eos de pertinentibus ad cultũ Dei, quod non potest esse, nisi fides sit recta. Io primo instruit de fide: scdo, de cultu Dei. 2. c. ibi, [Obsecro igitur.] Tertio agit de institutione officiorũ. in 3. c. ibi, [Fidelis sermo.] Sciẽdũ est aũt quod in primitiua ecclesia error fuit periculosus quorũdã dicẽtiũ, legalia debere seruari simul cũ euãgelio, quod Apostolus excludit. Primo, ostẽdẽs legis cõditionẽ: scdo, ,pbat p experimẽtũ ĩ seipso, ibi, [Gratias ago.] Circa primũ tria facit quia primo ostẽdit quid de lege sit repudiãdũ: scdo, quid in ea acceptandum, ibi, [Finis aũt præcepti.] Tertio, cõcludit legis cõditionẽ, ibi, [Scimus aũt quia.] Repudiãdũ est aũt in lege quod alij male addiderunt,

K nõ quod a Deo est datũ, nisi iã scdm carnalẽ intellectũ. Et primo docet falsas fabulas, & traditiones esse repudiãdas; scdo rõnem assignat, ibi [Quæ quæstiones.] Dicit ergo, Dico quod debes facere [Sicut rogaui te,] cum tamen possem imperare. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex illis. [Vt denunciares quibusdam.] Vel aliter, Duo pertinent ad prælatum, vt cohibeat docentes falsa. Et ideo dicit, [Ne aliter docerent] Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Deuter. 4. Non addetis ad verbum quod ego loquor uobis, neque auferetis ex eo: secundo, vt si contingat quod aliqui falsa docerent, prohibeat populum ne eis intendant. Vnde

de dicit [Neq; intenderent fabulis & gen. inter.] Fuerunt aũt quidã hæretici, qui detestantes vetus testamẽtũ, exponebant, quod Apostolus ipsum repudiabat, deridẽdo historias eius dicẽs, [Fabulis & genealogijs interminatis &c.] Cõtra quod dicit Aug. quod Apostolus vtitur historijs & genealogijs veteris testamenti. Gala. 4. Abrahã duos filios habuit &c. Si ergo reprobaret, nõ eis vteretur. Dicit ergo [Fabulas,] non datã legẽ in scriptis, sed in ore, s. Thalmuth, nõ quæ Moyses ore tradidit, sed quæ alij addiderũt vt sunt stultæ fabulæ, s. quod Adã habuit aliam vxorẽ, ex qua dicũt natos dæmones. Mat. 15. Irritum fecistis mãdatum Dei ppter traditionẽ vestrã. 2. Tim. 4. Ad fabulas autẽ cõuertẽtur. Rõ huius est, quia [Præstant quæstiones.] i. contẽtiones. 2. Tim. 2. Noli verbis cõtẽdere. Pro. 20. Honor est homini, qui se separat a contentionibus [Magis quã ædificationẽ Dei, quæ est in fide] quãdo, s. aliquis est confirmatus in veritate fidei, ad quod debet oĩs doctrina tendere. Deinde cũ dicit, [Finis autẽ.] ostendit quid de lege sit tenẽdum. Et circa hoc duo facit: quia primo ostendit hoc; secundo quod periculum est his qui hoc non tenent, ibi [A quibus &c.] Circa primum sciendum est, quod lex vetus dicitur lex mãdatorum: quia mãdatis & præceptis continetur. Ephes. 2. Legẽ mandatorum, decretis euacuãs. Illud ergo ad quod ordinantur omnia mandata legis, est præcipue tenẽdum: hoc autẽ est charitas. Matt. 22. Diliges Deum tuum ex toto corde tuo &c. Et paulo post. In his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet & ,pphetę. Sed quomodo charitas est finis præcepti? Ad hoc sciendũ, duo sunt cõsideranda. Primo, quod oĩa pcepta legis, sunt de actionibus virtutum, & quod p omnes actus virtutum ordinatur homo vnus ad alium. Secundo, quod obiectum unius virtutis, est finis alterius: quia quandocunq; vna potẽtia est circa aliquẽ finẽ, ad illã ordinãtur omnia, quę sunt eiusdẽ. sicut ad finem, sicut frenefactiua ad equestrem: quia officium equestris est eius finis, hæc autẽ ad ducem. Virtutes autem theologicę, vltimum finem habent pro obiecto. Aliæ autem sunt circa ea, quæ sunt ad finem. Virtutes ergo omnes respiciunt theologicas, sicut finem. Inter theologicas vero, illa plus habet de ratione finis, quæ propinquius se habet ad ultimum finem, Fides autẽ ostendit eum, spes facit tendere in eum, charitas vnit. ergo omnes ordinantur ad charitatem: & sic dicitur. [Charitas finis præceptorum.] Sed cum ea, quæ sunt ad finem, disponunt ad finem: præcepta autem sunt ad charitatem, ideo disponunt ad eam. Ideo dicit. [De corde puro.] Ad hoc enim quòd sit purum, dantur præcepta uirtutum, quarum quędam ordinantur ad modum testificandi passiones, quarum scilicet, uirtutum materiæ sunt passiones: sicut temperantia quæ ordinat concupiscentiam: mansuetudo iras: fortitudo timores & audacias. Per has autem pasiones turbatur puritas cordis. Et ideo istæ uirtutes faciunt cor purũ. Sed nunquid hoc requiritur ad charitatem? Respondeo, dicendum est, quod sic; quia impossibile est, quòd cor impurum sit prõptum ad charitatem, quia unicuique est diligibile quod sibi est conforme. Cor impurum diligit illud, quod competit ei secũdum passionem, ergo necesse est quod sit expeditum a passionibus: Can. 1. Recti diligunt te. Alię virtutes sunt, quæ rectificant hominem ad proximum: & ex hoc sequitur quòd habeat conscientiam bonam: quia non facit alteri quod sibi nõ vult fieri. Matt. 7. Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et ideo quæ contra proximum sunt, sunt contra conscientiam. Vnde dicit [Et conscientia bona.] Qui ergo non habuerit conscientiam bonã, non potest Deum pure diligere, quia qui non habet conscientiam bonam, timet pœnam. Timor autem non est in charitate, sed fugit Deum, & non unitur ei. Et ideo præcepta, quæ conscientiam rectificant, bene disponunt ad charitatem. Aliæ sunt virtutes ad habendam veram fidem, scilicet virtutes quibus Deum colimus, scilicet latriæ & huiusmodi, quæ sunt ordinata ad remouendum errores, & ad confirmandum in cordibus fidei firmitatem de deo. Qui enim non habent veram fidem, non possunt deum diligere: quia qui falso credit de Deo, iam non diligit deum. Non enim diligit, qui non credit: quia non figitur affectus, nisi in illo quod ostendit intellectus. Et ideo quæ

A faciunt fidem veram, ordinantur ad charitatem. Et iõ dicit. [De corde puro,] quia faciunt hoc, Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. [Et conscientia bona.] 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, [Et fide non ficta,] i. vera. Et ideo virtutes, & præcepta ordinantur ad finem qui est charitas, quæ sumitur secũdum ista tria, &c.

LECTIO III.

A Quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium, uolẽtes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Scimus aũt, quia bona est lex, si qs ea legitime utatur, sciẽtes hoc, quia lex iusto nõ est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & cõtaminatis,

B patricidis, & matricidis homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mẽdacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersa-

LECTIO III.

SVpra ostendit uirtutum dignitatem & vtilitatẽ: hic declarat harum necessitatem, quia quicunque ab his discedit, in periculum falsæ doctrinæ cadit. Et circa hoc duo facit: quia primo ponit falsitas doctrinæ in quam incidunt: Secundo, conditio falsa docentium, ibi. Volentes esse.] Dicit ergo, Finis præcepti &c. Et hæc sunt principalia legis, a quibus quidam discedũt. Psa. 11. Vana locuti sunt &c. Et nota quod recessus a charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui nõ amãt charitatẽ, cadunt in mendaciũ. 2. Thess. 2. Qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Similiter qui dimittunt cordis puritatem. Habentes. n. cor infectum passionibus, iudicant scdm affectum earum, & non scdm Deum. 1. Cor. 2. Animalis homo, non percipit, quæ Dei sunt &c. Similiter habentes conscientiam malam, quia nõ possunt quiescere in veritate. Et inde est quod quærunt falsa, vt in eis quiescant. infra eodem, Habens fidem, & conscientiam bonam. Similiter qui

C habet fictã fiduciam. Esa. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Deinde cũ dicit. [Volẽtes &c. ponitur conditio falsa docẽtiũ: & primo inordinata ambitio: scdo defectus eorũ. Quãtũ ad primũ dicit. [Volẽtes esse &c.] Matt. 23. Amãt primos recubitus in cœnis, & vocari ab hoĩbus. Rabbi &c. Ia. 3. Nolite plures Magistri fieri &c. Quãtũ ad scdm, dicit. [Nõ intelligẽtes.] Psa. 81. Nescierũt, neq; intellexerũt, ĩ tenebris ambulãt. Sap. 5. Sol intelligẽtię nõ est ortus nobis. [Neq; quæ loquũt,] per authoritates, quas nõ intelligũt. [Neq; de qbus affirmãt,] s. cõcludẽdo, Deinde cũ dicit. [Scimus aũt &c.] Ponit legis cõditionẽ quãtũ ad duo, Primo, quãtũ ad bonitatẽ legis: scdo, quãtũ ad finẽ, & intẽtionẽ legislatoris, ibi. [Scientes, [Dicit ergo, [Scimus,]. s. per certitudinem, [Quòd lex bona est, non mala, ut hæretici dicũt. Psa. 18. Lex domini immaculata &c. Ro. 7. Lex quidem sancta est, & mandatũ sanctũ, & iustũ, & bonũ. Sed cõtingit quod aliquis bono utatur male. Quũ ergo lex sit bona, reqritur quod homo ea bene utat. Et ideo dicit. [Si quis recte ea utatur.] Alias fit ei mors, vt dr Ro. 8. In lege. n. sunt quædã moralia, quædã ceremonialia: ceremonialia quidẽ

D in figura Christi, & ecclesię sunt data, sed indigẽt, vt intelligãtur nõ solum carnaliter, sed et spiritualiter, & in figura futurorum, & ut scias quod nõ sunt perpetuo seruanda, sed cessant ueritate ueniẽte. Hier. 31. Et feriã domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non scdm pactum quod pepigi cũ patribus uestris &c. Et sic exponit glosa. Sed Apostolus uidetur loqui de moralibus, quia subdit, quòd lex posita est propter peccata, & hæc sunt præcepta moralia. Horum legitimus usus est, ut homo nõ attribuat eis plus quàm quod in eis continetur. Data est lex ut cognoscatur peccatum. Rom. 7. Quia nisi lex diceret, Non concupisces, concupiscentiam nesciebam &c. Quod dicitur in decalogo, Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide. Ro. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. Deinde cum dicit. [Scientes.] ostendit conditionem legis, quantum ad legislatoris intentionem, & primo ponit existimatam: secundo ponit

E ueram intentionem, ibi. [Sed iniustis] Existimata intentio excluditur, cum dicit. [Iusto &c.] Vbi posset esse duplex falsus intellectus. Vnus, quòd iustus legem non seruat, quod falsum est, quia nisi seruaret eam quantum ad moralia, iustus non esset. Vnde & Christus factus est sub lege. Alius, quod iustus non obligatur ad præcepta legis, & non peccaret, si faceret contra ea. Sed uerus est sequens sensus, supponendo, quia quod imponitur alicui, imponitur sicut onus: lex. n. iustis non imponitur, sicut onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex, & ideo non est onus eis: Rom. 2. Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter, [Lex non est posita] pro iustis, sed pro iniustis. quasi dicat, Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset dandi legem, quia omnes essent sibi lex. Intentio bonorum debet esse, ut alios

indu-

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, qui est s̄m euangelium gloriæ beati Dei, quod creditū est mihi, Gratias ago ei, qui me cōfortauit in Chr̄o Iesu dn̄o nr̄o, quia fidelē me existimauit ponens in ministerio. Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & cōtumeliosus, sed misericordiā Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est ī Christo Iesu.

inducant ad uirtutes. Quidam autem per se sunt bene dispositi ad uirtutes; alij habent metē bene dispositā, sed per alium: & de istis sufficit paterna monitio, nō coactiua. Alij autē nec p se, nec p alium bene disponuntur, ideo eis omnino est necessaria lex, ut patet in Ethicis. Deinde cum dicit. [Sed iniustis &c.] Ponit uerā intētionē: & Primo describit eos in generali, qbus necessaria ē lex. Secūdo in speciali, ibi [Patricidis. Sciēdum ē autē, q; sicut 1. Io. 3. dicitur, Omne peccatum est iniquitas, & ideo repugnat alicui iuri. Cū autē sit duplex ius, scilicet naturale, & positiuū, naturali repugnat, quod secundum se est malum: positiuo aūt repugnat, quod est malū, qa prohibitum. Quantum ad primum, dicit [Sed iniustis.] q; s. agūt cōtra ius naturale. Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum &c. Quantum ad secundum, dicit [Nō subditis.] s. pcepto humano. Ro. 1. Parentibus nō obedientes. Et hæc duo respiciunt ratione peccati. Ponit autē alia, quæ sumuntur per cōparationem ad illud: & hoc est, vel contra Deum, uel cōtra proximum, vel in seipsum. In Deum dicitur impietas, quia pietas importat cultum Dei: ideo dicit [Impiis.] In proximū sic dicit [Peccatoribus.] Ps. 1. Nō resurgent impij in iudicio &c. Gala. 2. Nos enim natura Iudæi, & nō ex Gentibus peccatores. Sed secūdum Aug. de doct. Christ. Peccata distinguuntur in duo, s. in spiritualia, q̄ dicuntur facinora: & in carnalia, & hæc dicuntur flagitia: & ideo dicit [Sceleratis.] quantum ad spiritualia. Prou. 17. Qui abscōdit scelera &c. Quātum ad carnalia dicit [Contaminatis.] 1. Mach. 2. Cōtaminauit Iudas sanctificationē dn̄i &c. Deinde cōmunerat peccata in speciali. Et primo nominat quædā in speciali, secundo colligit alia in generali, ibi [Et si quid aliud &c.] Primo ponit peccata operis, Secundo peccata oris: ibi [Mendacibus &c.] Circa primum primo ponit quātum ad facinora, secundo quantum ad flagitia. Facinora dicuntur, quæ sunt in nocumentum pximi. Et quanto est proximius cōiunctus, tanto est eorum peccatū grauius, qa plus eis tenemur. Et ideo primo dicit de patre: secundo de matre. Exod. 20. Honora patrē tuum, & matrem tuā &c. Et postea 21. Qui percusserit patrē suum, aut matrē, morte moriatur. Deinde prosequitur de aliis proximorum homicidiis, dicens Exo. 21. Si quis per industriā occiderit proximū suū &c. Deinde ponit flagitia, & primo q̄ secundum naturam sunt, cum dicit [Fornicariis.] Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Secundo contra naturā, dicens [Masculorum cōcubitoribus.] 1. Cor. 6. Neq; masculorum cōcubitores, regnū Dei possidebunt. Deinde ponit nocumēta oris, & primo quātum ad simplex mendacium: dicēs [Mendacibus.] Eph. 4. Deponentes mendacium; loquimini veritatē &c. Secundo quantum ad iuramentum, dicēs [Periuris.] Et tunc colligit alia in generali, dicens [Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur &c.] Iob. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatē, nec in faucibus meis stultitia psonabit &c. Tim. 2. Loquere, quæ decent sanā doctrinā. Deinde cum dicit [Quæ est secundum euangelium.] ostendit q; euangelium cōmunicat sanam doctrinā: quod tripliciter describit. Et primo a fine, cum dicit [Gloriæ.] s. quam annuntiat Psal. 95. Annuntiate inter gētes gloriā eius: secundo ab actore gloriæ, cū dicit [Beati Dei.] Infra vlt. Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens regnum &c. Tertio ministro, cum dicit [Quod creditum est mihi.] Gal. 2. Cum vidissent q; creditum est mihi euāgelium p putij &c. Deinde cum dicit [Gratias ago.] probat per experimentum in seipso, quid fuerit ipse tēpore legis, & quid consecutus sit tēpore gratię. Et primo ostendit quid circa se vtroque tempore sit actum: secundo inducit Timo. ad imitandum se, ibi [Hoc preceptum.] Circa primū duo facit: quia primo ostendit quid datū sibi fuit in lege: & quid sibi sit datum in euāgelio: secundo rōnem assignat, ibi [Fidelis sermo.] Itē prima pars diuiditur in tres particulas: qa primo ponit dignitatē quā consecut* est in euangelio: secundo peccata quibus subiacuit in statu legis, ibi [Qui prius fui.] Tertio q̄ō liberatus fuit, ibi [Sed misericordiā &c.] Sed ad hoc q; aliquis sit minister euangelij, tria requiruntur. Primo quōd sibi cōmittatur. Ro. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur &c. Secundo idoneitas, idest vt sit fidelis. 1.

F Cor. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Itē vt sit fortis ad prosequēdum. Et hæc tria ponit ordine retrogrado: & primo tertium, dicens. [Qui me confortauit &c.] s. ad prosequendum officiū iniunctum. Eze. 3. Manus domini erat mecum, cōfortans me. Secundum ponit, ibi. [Quia fidelē me, &c.] 24. Fidelis seruus, & prudens, quē constituit dn̄s super familiam suā. Et hoc, qa quærebat solum, q̄ dei erant. Primū vero ostēdit, cum dicit, In ministerio. i. cōmittens ministerium hoc. Act. 13. Segregate mihi Barnabā, & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos. 2. Co. 11. Ministri Christi sunt, & ego. Sed qualis erat in statu legis? Peccator. Et primo in Deum, cum dicit. [Qui prius fui blasphemus.] s. nōis Christi. Leu. 24.

LECTIO IIII.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, qd Christus Iesus uenit in hunc mūdū peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sū,
G vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationē eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam.

Educ blasphemū extra castra, & ponant oēs qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vnde sibi illud competebat. Itē in proximum, cum dicit, [& persecutor.] 1. Cor. 15. Nō sum dignus vocari, Apostolus, quoniā persecutus sum ecclesiā Dei Item [& cōtumeliosus,] verbis, & factis. Hie. 20. Audiui cōtumelias multorum &c. Deinde cū dicit. [Sed misericordiā dei.] Ostendit quomodo fuit liberatus p Christum.
H Et circa hoc duo facit: quia primo ponit misericordiā liberantē: secundo ostendit q; superabundanter in bonis repletur, ibi [Superabundauit autē.] Quantum ad primū, dicit. [Sed misericordiam dei cōsecutus sum.] Tren. 3. Misericordiæ dn̄i. q; non sumus cōsumpti. Ro. 9. Cuius vult, miseretur, & quē vult, indurat. Sed ex parte mea aliqua est excusatio peccati. Quia ignorans feci. Minus dicit, plus significat quia aliud est ignoranter agere, aliud p ignorantiā: qa ignoranter facit aliquid, qui nescit quod facit, etiā si sciret, etiā faceret illud, sicut credēs se interficere ferā, occidit inimicū suum, quē tamen occidisset, et libētius, si nouisset eum. Sed p ignorantiam facit, qui facit aliquid quod nō faceret, si sciret, sicut occidens patrē quem si sciret, non occideret eum, quem tn̄ occidit, qa eū credidit inimicū. Sed Paulus fecit p ignorantiā: quia si sciuisset q; Christus esset filius dei, hoc nō fecisset. Sed Iudæi per ignorantiam non occiderunt Christum, sed ignoranter: quia si sciuissent ipsum esse Christum libentius occidissent eum.
I Lucæ. 12. Seruus qui cognouit voluntatem dn̄i sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis &c. Quantum vero ad secundum, dicit. [Superabundabit, &c.] Ro. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. [Cum fide & dilectione.] Nam fecit ibi effectum fidei per dilectionem operantem, quæ est in Christo Iesu Ga. 5. In Christo Iesu, vt pollicitationē spiritus accipiamus per fidem.

LECTIO QVARTA.

Supra ostendit conditionem suam, & quātum ad peccata sub lege, & quantum ad bona tempore gratiæ: hic ostendit rationem horum beneficiorum, q̄ sumitur ex diuina miseratione. Et primo, pponit diuinam miseratione in cōmuni: secundo aptat ad se ibi. [Quorum primus.] Tertio ponit gratiarū actionē, ibi [Regi autē seculorum.] Circa primum duo facit, qa primo com-
k mendat veritatem pponendam: secundo proponit diuinam miserationē, ibi [Quia Christus Iesus.] Quantū ad primum dicit. s. [Fidelis sermo &c.] Duo autē sunt in sermone cōmēdanda. s. q; sit verus, & q; sit acceptabilis Aliquando. n. sermo verus, est durus, & odia cōcitans. Ga. 4. Inimicus factus sum vobis, verum dicēs vobis. Sed hic sermo primo quidē habet veritatem. Vnde dicit. [Fidelis sermo] Apo. vlt. Hæc verba fidelissima, & vera sunt. Item acceptabilis est, quia de salute nostra. Ideo dicit. [Et omni acceptione dignus.] Zach. 1. Et respondit dn̄s angelo, qui loquebatur &c. Alia litera habet: humanus sermo, quia de susceptione hominum. Titum. 3. Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nr̄i &c. Et hic sermo est talis. Quia Christus venit &c. Quōd in mundū venit, exprimit duplicē naturā, s. diuinitatis, in qua erat antequā in mundo appareret. Io. 16. Exiui a patre, & veni in mundū, &c. & humanitatis in qua apparuit. Et quia deus est, cęlum, & terram implet. Hier. 23. Ideo nō cōpetit ei secundum diuinam naturam in aliquo loco esse, sed competit ei secundum huma-

humanam naturam. Ioan. 1. In mundo erat, & mundus, &c. In propria uenit, &c. Sed ad quid uenit? [Peccatores saluos facere,] propter salutem populorum. Io. 3. Nō enim misit Deus filium in mundum, ut iudicet mundum, sed ut mundus saluetur per ipsum. Ioan. 12. Non enim veni, ut iudicem mūdum. Sed, si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus nō fuisset? Videtur quōd nō: quia uenit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Item glo. Tolle morbum, & medicinæ non opus erit. Respondeo. Dicendū est, quōd ex uerbis sanctorum satis hoc patet. Sed hæc quæstio non est magnæ authoritatis: quia Deus ordinauit fienda, secundum quōd res fiendę erant. Et nescimus quid ordinasset, si non præsciuisset peccatum, nihilominus tamen authoritates videntur expresse sonare, quōd non fuisset incarnatus, si non peccasset homo, in quam partem ego magis declino. Deinde cum dicit [Quorum primus,] adaptat hoc ad se. Primo confitens se peccatorem: secundo dicit se saluatū, ibi. [Sed misericordiam.] Dicit ergo [Quorū primus ego sum.] Hic dicit hæreticus, quōd anima Adæ fuit in Paulo, & transiuit de corpore in corpus. Quasi dicat, Ego primus peccator, quia anima Adæ est anima mea, sed hoc est contra Apostolum. Roman. nono. Cum nondum nati essent, &c. Ergo anima non est ante corpus. Primus ergo non in tempore, sed peccatorum magnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. Prou. 18. Iustus, prior est accusator sui. Prouerb. 30. Stultissimus sum virorum, &c. Sed nunquid fuit Apostolus maximus peccator? Et videtur, quōd Iudas fuit maior. Sed quidam dicunt, quōd peccatū Pauli generalius fuit, quia contra totam ecclesiam. Sed hoc nihil est: quia Paulus in incredulitate, & multi Iudæi persequebantur ex malitia. Dicendum est ergo, quōd est primus, non quōd inter peccatores maximus, qui tunc erant: sed maximus inter peccatores saluatos, quasi dicat. [Venit peccatores saluos facere, quorum,] scilicet peccatorum saluatorum. [Ego sum primus] quod est de illis intelligendum, qui præcesserant Apostolum: quia prius etiam multi alij sunt ecclesiam persecuti. Et hoc dicit, ut ostenderet quōd omnia, quæ Deus facit, facit ad ostensionem bonitatis suæ. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Ecclesiast. 42. Gloria domini plenum est opus eius. Item propter vtilitatē: & ideo dicit. [Ideo saluauit me.] Primo propter gloriam suam. Vnde exponitur primum tempore, uel primum, idest potissime. [Omnem patientiam,] idest perfectam, quia prouocatus, nō puniuit: sed potius aduersarium exaltauit, & hoc ad vtilitatem nostram. Vnde dicit [Ad exemplum,] idest informationem, & eruditionem, quasi dicat. Vt non diffidant peccantes ad eum accedere. 1. Pet. vltimo. Forma facti gregis. Deinde cū dicit [Regi &c.] Ponit gratiarum actionem, & circa hoc duo facit: quia primo commendat eum, cui gratias agit: secundo gratias refert: ibi. [Honor.] Commendat autem eum primo ex potestate: secundo ex naturæ proprietate. Quantum ad primum dicit [Regi.] Dominium suum est maximum, quia solus dominatur, & habet liberam potestatem, non secundum statuta, vt politicus: Deus autem vnus est dominus omnium. Et ideo dicit [Deo.] Apocal. 1. Rex Regum, & dominus dominātium. Psalmus quadrigesimus sextus. Quoniam rex omnis terræ, Deus. Item alicuius regis potestas, vt plurimum non vltra quam quinquaginta annis durat, sed iste est omnium seculorum. Psalm. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum &c. Ecclesiast. decimo. In manu Dei potestas terræ. Cui etiam conuenit proprietas naturæ Dei. Circa quod sciendum est, quōd in rebus prima differentia rerum naturalium est corruptibile, & incorruptibile. Et incorruptibilium quædam uisibilia, & corporalia, ut corpora terrestria: quædam autem inuisibilia, & spiritualia, vt angeli. Et hæc diuiduntur secundum Platonicos in deos, qui per naturam supremi sunt, & in intellectus qui non sunt dij, sed diuini: & in animas. sed apud nos est vnus solus Deus. Deuteronom. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus. Dicit ergo primo, [Immortali.] Vt distinguat à corruptibilibus. [Inuisibili.] vt ad inuisibilem ostendat pertinere: & vt distinguat ab alijs visibilibus. Dicit [Soli Deo,] & non soli immortali, vel inuisibili: quia solus est Deus per naturam: licet possit dici solus immortalis, & solus inuisibilis, idest, specialis præ alijs. Infra ultimo. Qui solus habet immortalitatem. Deinde cū dicit [Honor, & gloria.] Agit gratias. Quasi dicat, Exhibendus est ei honor ex subiectione totius creaturæ, & in manifestationē excellentissimæ ipsius bonitatis, claritatis, & gloriæ. Apocaly. 7.

Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in secula seculorum, Amen. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, è quibus est Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare.

A Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro. [In secula seculorum.] Quia seculum aliorum est modico tempore. Esa. 40. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius ut flos fœni. Deinde cum dicit. [Hoc præceptum &c.] Instruit Timotheum permanere in his quæ dicuntur. Primo commemorans quid sit ei commissum. Secūdo monet ad debitum usum. Et tertio docet utendi modū. Dicit ergo. [Hoc præceptum.] Vt scilicet, tu custodias finem legis, idest, charitatem cōseruès semper, non autem fabulas Iudæorū. [Cōmendo tibi.] Sicut fidele depositum, quia tibi ideo est commis-
B sum. Et quomodo? [Secundum præcedentes, &c.] idest, quia hoc euangelium non discordat à prophetijs quas ante dedicerat: quia fuit filius mulieris Iudææ. 2. Pet. 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco &c. 1. Thess. ult. Prophetias nolite spernere &c. Vel secundum præcedentes, idest secundum quōd ego, & alii sancti de te per spiritum prophetiæ cognouerunt tradendum esse tibi. [Vt in illis milites.] scilicet prophetijs. [Bonam militiam.] Militia est duplex, quædam spiritualis, quædam carnalis. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo &c. In bona militia requiruntur duo ex parte militis, scilicet, vt nihil agat contrarium disciplinæ militari, vt non marcescat otio. 1. Corin. 9. Omnis qui in agone contēdit, ab omnibus se abstinet &cæt. Item ex parte militiæ duo requiruntur, scilicet, ut expugnet contrarios reipublicę, & ut subiiciat eos qui debent esse subiecti. Sic, & in militia spirituali est,
C quia ordinatur ad destruendum omnes extollentes se, & ad subiiciendum omnem intellectum in obsequium Christi, ut dicitur 2. Corinth. 10. Et hæc est vera militia: de qua dicit, Milites &c. Vbi etiam primo modus utendi ponitur: & secundo eius necessitas, ibi. [Quam quidam.] Dicit ergo. [Milites &c.] Quasi dicat. Potes quidem facere bonam militiam. Primo, per fidem bonam quam habes. 1. Ioan. vltimo. Hæc est victoria, quæ uincit mundum, fides, &cæt. Item per conscientiam bonam, quia de facili homo recedit ab eo quod mordet eum: unde remorsus conscientiæ, est sicut quidam stimulus, qui habentem malam conscientiam pungit, & ideo cito à peccatis per bonam conscientiā, & rectam fidem recedit. Act. 23. Ego omni conscientia bona cōuersatus sum ante Deum, usque in hodiernum diem. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Necessitas bonæ conscientiæ, consequēter ostenditur, cum dicit. [Quā quidam &c.] Vbi primo ponit culpam: secundo pœnam: tertio fructum pœnæ. Culpam, ibi. [Quam,] scilicet, conscientiam
D bonam. [Quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.] Qui enim contra fidem errat, perdit omnia quæ habet. Hebr. 11. Sine fide, impossibile est placere Deo. Item moritur, quia iustus meus ex fide uiuit. Abac. 2. & Rom. 1. [Ex quibus est Alexander, & Hymenæus.] 2. Timoth. 4. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, &c. Deinde ponitur eorum pena, cum dicit. [Quos tradidi, &c.] Quia excommunicauit eos, ut fideles uitēt eos ne coinquinet ipsos. Fuit autem excommunicatio Apostoli tantæ uirtutis quōd excommunicati mox corripiebantur à diabolo, & corporaliter uexabantur. 1. Corinth. 5. Congregatis uobis, & meo spiritu in uirtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Tamen etiam modo traduntur ad uexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia ecclesiæ, quæ multum iuuant contra diabolum. Et tradi-
E dit, sicut Deus tradidit in reprobum sensum. Roman. 1. Quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem ecclesiæ, & suffragia. Et hoc non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorū. 1. Corinth. 5. Vt spiritus saluus fiat. Vnde dicit. [Vt discant,] saltem per pœnam. [Non blasphemare.] Discit autem quis recedere à peccato tripliciter, quandoque, scilicet ex pœna, quando corporaliter uexatur. Item ex confusione excommunicationis. Item ex hoc, quōd cum ecclesia tradit aliquem Sathanæ, ruit in peccata manifesta. Vnde confusus, humiliatur, & abstinet etiam ab occultis, quæ prius non cognoscebat se habere.

LECTIO

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO PRIMA.

Supra docuit Timotheum, quomodo reducat populũ ad formã ueræ fidei, hic agit de pertinentibus ad cultum fidei, s. orationibus, & obsequiis, & primo ponit doctrinã orationis in cõi: secundò descendit ad determinatas conditiones hominũ, ibi. [Volo ergo.] Itẽ primo, distinguit diuersos modos oronis: secundo ostendit, pro quibus sit orandũ, ibi; [Pro omnibus.] Tertio assignat rõnem, ibi. [Hoc enim bonũ. [Dicit ergo. Quia ita est quòd Christus venit peccatores saluos facere. Igitur. [Primum omnium obsecro &c.]

CAP. II. LECT. I.

Obsecro igitur primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnib. qui in sublimitate constituti sunt; ut quietam, & trãquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus .n. Deus, unus & mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus.

In quo aperte ostendit, ꝙ inter omnia necessaria ad vitã christianã præcipua est oratio, quæ valet contra pericula tẽtationis, & ad proficiendũ in bono. Iacob. vlti. Multũ valet oratio iusti assidua. Distinguit ergo orationem in quatuor, s. Obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarũ actiones,] quorũ tria pertinent ad beneficia impetrãda, vltimũ ad beneficia accepta. In impetrãdis aũt beneficiis, tria requiruntur. Primo, vt. s. impetrans assignet causã, quare debet ei concedi. Secundo, oportet ꝙ ostẽdat causam esse rationabilẽ. Tertio cõcludit petitionẽ. Et sicut rhetores faciunt, sic & nos in orando debemus facere. Primo excogitare causam, quare sit concedendũ, & hoc non merita, nostra, sed miseratione diuinã. Dani. 9. Nõ in iustificationibus nostris posternimus preces ante faciẽ tuam, sed in miserationibus tuis multis &c. Et ad hoc est obsecratio, quæ est attestatio p sacra, sicut; Per passionẽ & crucẽ tuã, libera nos Domine. H Hac causa excogitata, necesse est ꝙ meditemur ꝙ hoc sacrũ est causa salutis. Et ideo requiritur oratio, quæ est ascensus mentis in Deũ. Psalm. 68. Ego vero orationem meam ad te Domine &c. Dicitur autem oratio quasi oris ratio. Persuasiones enim rhetorum, dicuntur orationes, quia persuadẽt, sed aliter ibi, aliter in nostra ad Deum, quia non intendimus quòd animum Dei flectamus, qui semper ad bonum est paratus, sed vt nostrum cor sit in oratione ad Deum eleuatum. Tertio, [Postulatio] Iaco. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Item de acceptis donis gratiarum actiones. 1. Thess. vlti. In omnibus gratias agite. Philippẽ. 4. In omni oratione & obsecratione, cum gratiarũ actione petitiones vestræ innotescant ante Deum. Vnde iste modus orãdi est in ecclesia Dei, Omnipotẽs sempiterne Deus, ecce ascensus mẽtis qui est oratio. Qui dedisti ecclesiæ tale beneficiũ, ecce gratiarũ actio. Præsta quæsumus, ecce postulatio. Per dominũ, ecce obsecratio. Similiter in missa est obsecratio vsque ad cõsecrationẽ I corporis, & sanguinis, quia in eis est cõmemoratio sacrorum ex quibus est fiducia impetrandi. In mysterio cõsecrationis est oratio, quia meditatio eorũ, quæ Christus egit. In aliis vero vsque ad communionem, est postulatio pro viuis, & mortuis, & pro se. In fine autem est gratiarum actio. Vel hæc quatuor referuntur ad quatuor, quę nos volumus in oratione obtinere, vt obsecratio referatur ad difficilia impetrãda, vt ad impiorũ cõuersionẽ. Oratio, quãdo iã cõuersis imploramus gratiã, vt proficiãt. Postulatio, vt præmia pro meritis retribuãtur. Et pro beneficiis iã acceptis, est gratiarũ actio. Deinde cũ dicit. [Pro omnibus.] ostẽdit pro quibus est orandũ. Et circa hoc duo facit, quia primo ostẽdit orãdũ esse pro omnibus, secundo assignat fructũ orationis, ibi. [Vt quietã.] Circa primum ergo dicit esse orandum. [Pro omnibus hominibus.] Cuius ratio est, quia oratio est interpres desiderii nostri. Orando enim, petimus quod desideramus. Charitas aũt requirit quòd desideremus bonum omnibus, ad quos se extendit. K Iacob. vlti. Orate pro inuicem, vt saluemini &c. Sed pro quibus specialiter? [Pro regibus &c.] Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babiloniæ, & pro vita Balthasar filii eius. Et Apostolus dicit: Roman. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. 1. Pet. 3. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Subiecti quippe oportet quòd impendant dominis sus de suis officiis, vtilitas autem est, quia per hoc etiam procuramus bonum nostrum. In pace. n. eorum est pax nostra. Vnde dicit. [Vt quietam & tranquillam &c.] In his duobus est pax mundi: Ecclesia si quidem habet pacẽ propriam, in qua non est mundus, quia non est pax impiis. Sed quædã est pax cõmunis vtrisque, & hac indiget ecclesia. Hieremię. 29.

F Querite pacẽ ciuitatis, ad quã trãsmigrare vos feci. Pax terrena quãdoq; perturbatur ab interiori, quandoq; ab exteriori. 2. Corin. 7. Foris pugnę, intus timores. Quantum ad primũ dicit, [Vt quietã.] Quantũ ad secundũ dicit, [Et tanquillã vitã.] Et licet pax terrena cõmunis sit bonis, & malis, tamẽ diuersimode vtuntur illa vtuntur. Mali enim tunc ad duo ea vtebantur, scilicet, ad cultum dæmonum: quia illam prosperitatem falsis diis attribuebant. Item ad lasciuiam: quia tempore pacis uitia carnalia abundabant Sap. 14. In magno uiuentes inscientiæ bello, tot & tã magna mala pacẽ appellant. Sed sancti e conuerso ea utuntur, G quia in cultu veri Dei, & in castitate. Et ideo dicit. [In omni pietate, & castitate.] Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. Deinde cũ dicit. [Hoc. n. bonũ.] ponitur ratio orationis. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit rationes, secũdo probat quoddã propositũ, ibi. [Vnus.n. Deus.] Item primo assignat rationẽ ex specie operis, secũdo ex parte Dei, ibi. [Et acceptũ.] Ponit ergo rationẽ ex operis specie, quia quãdo aliquid est secũdum se bonum, illud debemus facere, sed pro aliis orare est huiusmodi, quia est actus charitatis. Et ideo dicit. [Hoc.n. bonum est.] Psal. 51. Quoniã bonũ est in conspectu sanctorũ tuorũ. Itẽ ex parte Dei, quia est. [Et acceptũ corã Deo.] Psalm. 50. Tunc acceptabis sacrificiũ, &c. Et hoc, non nisi in charitate fuerit oblatũ. Et dicit, [Saluatore,] quia solus Deus saluat. Esa. 43. Non est absque me Saluator. Et probat ꝙ sit acceptũ, ibi. [Qui vult &c.] 2. Pe- H tri. 3. Nolẽs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiã reuerti. Sed contra Omnia quęcũque voluit fecit, ergo omnes saluat. Sed dicis; ꝙ non quia homo nõ vult, videtur inconueniens ꝙ omnipotens impediatur per voluntatẽ non omnipotentis. Respondeo. Velle ponitur quandoque pro volũtate beneplaciti, quandoque pro volũtate signi. Pro volũtate signi vult saluare omnes, quia omnibus proposuit salutis pręcepta, cõsilia, & remedia. Pro volũtate beneplaciti, sic exponi põt quatuor modis. Vno modo, vt sit locutio causalis, sicut Deus dicitur aliquid facere quia facit alios illud facere, sicut Rom. 8. Spiritus postulat, i. postulare nos facit. Sic ergo Deus vult, quia. s. facit suos sãctos velle, ꝙ omnes salui fiant. Hoc velle. n. debet esse in sanctis, quia nesciũt qui sunt prædestinati, & qui nõ. Alio modo, vt sit distributio accommoda, idest, omnes qui saluabũtur, quia nullus saluatur nisi per voluntatẽ eius, sicut in vna schola Magister docet omnes pueros huius ciuitatis, quia nullus docetur nisi ab eo. Alio modo vt sit distributio pro generibus singulorũ, non pro singulis generum, I nullũ genus humanũ excipit a salute, olim tantũ Iudęis, sed modo omnibus prebetur. Et hoc magis facit ad intentionẽ Apostoli. Alio vero modo secũdũ Dã. vt intelligatur de volũtate antecedente, nõ cõsequẽte. In volũtate. n. Dei, licet nõ sit prius, & posterius, dr̃ tamẽ volũtas antecedens, & cõsequẽs. Itẽ secundũ ordinem volitorum, secundum quòd voluntas potest dupliciter considerari, scilicet in vniuersali, vel absolute, & secundum aliquas circunstantias, & in particulari. Et prius est absoluta consideratio, & in vniuersali quàm in particulari, & comparatio. Et ideo uoluntas absoluta est quasi antecedens, & voluntas alicuius rei in particulari, est quasi consequens. Exemplum de mercatore qui vult oẽs merces suas saluare absolute, & hoc voluntate antecedente. Sed si consideret salutem, non vult omnes merces saluare per comparationem ad alia saluare, s. quando cum salute sequitur submersio nauis Et hæc voluntas est consequẽs. Sic in Deo salus omniũ hoĩum ſm se cõsiderata habet rationẽ, vt sit uolibi- K lis. Et Apostolus hic ita loquitur, & sic eius voluntas est antecedẽs. Sed si consideretur bonũ iustitiæ & ꝙ peccata puniantur, sic nõ vult. Et hec est volũtas cõsequens. Et subdit. [Ad agnitionem veritatis.] Quia salus non est nisi per agnitionem veritatis. Io. 8. Agnoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde cum dicit. [Vnus &c.] probat quod dixerat per rationem, & sũt tres probationes. Vna ex parte Dei, alia ex parte hominis Christi. Tertia ex parte testiũ Christi. Dicit ergo, ꝙ Deus uelit oẽs &c. patet. [Quia unus est Deus.] oĩum, qui saluat. Ro. 3. An Iudeorũ Deus tñ? an nõ & Gentiũ? imo & Gẽtiũ, qm̃ quidẽ unus Deus &c. Tũc ponitur rõ ex parte hoĩs Christi, ibi. [Vnus, & mediator &c.] Vbi primo ꝓbat intẽtũ, scđo inducit signũ, ibi. [Qui dedit.] Dicit ergo,] Hõ Christus Iesus est mediator Dei, & hoĩum, non quorundam, sed inter Deũ & omnes homines, & hoc non fuisset nisi vellet omnes saluare. Et potest dici quòd Christus mediator est similis vtrique extremo, s. Deo & homini inquãtũ Deus, & inquantum homo, quia medium debet habere aliquid de vtroque extremorum. Et hęc sunt homo & Deus. Sed quia medium est distinctum ab vtroque extremorũ, & filius non est alius Deus a patre, ideo melius est dicendum, ꝙ mediator est secũdum ꝙ homo. Sic enim communicat cum vtroque extremorum. In Deo enim sũt duo, s. iustitia, & immortalitas, in hominibus vero est iniustitia, & mortalitas. Media ergo sunt duo. Vnum in quo est iustitia & mortalitas. Aliud in quo est immortalitas, & iniustitia. Et vtrumque est medium, sed primum mediũ conuenit Christo, secundum vero diabolo. Et ideo diabolus est medium disiungens, quia per iniustitiãm suam disiungit nos a diuina iustitia: sed Christus est medium coniungens, quia est iustus, & mortalis & per suam mortem coniungit nos Dei iustitiæ 1. Ioan. secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, pro aliquibus efficaciter, sed pro omnibus sufficiẽter, quia pretium sanguinis eius, est sufficiens ad salutem omnium: sed non habet efficaciam nisi in electis propter impedimentum.

LECTIO II.

Cuius testimonium temporibus suis confirmatũ est; in quo positus sum ego prædicator & Apostolus (veritatẽ dico non mentior,) doctor Gentiũ in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & disceptatione. Similiter, & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinib. aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

LECTIO II.

Supra dixit ꝙ Deus vult omnes saluos fieri, & probauit hoc ex parte Dei, qui est vnus omniũ, & ex parte Christi qui est unus mediator omnium; hic probat idem ex parte testimonii. Et primo inducit alios testes: secundo suum testimonium, ibi [In quo positus sum.] Dicit ergo, dedit se pro omnibus. Sed nũquid subito Deo in mente uenit, ut qui elegerat saluare Iudæos solũ, vellet saluare totum mundum? hoc excludens dicit [Cuius testimonium temporibus suis [quasi dicat. Hæc lex non est subita, sed antiquitus attestata per legem, & per prophetas, Esa. 44. Vos estis testes mei. Act. 10. Huic oẽs prophetæ testimonium perhibent &c. [Confirmatum est.] .s. impletione & ostensione signorum, & prędicatione Apostolorum. [Temporibus suis.] .s. quib. prædeterminatum erat fieri. Eccl. 3. Omnia tempus habent. Vel testimonium apostolorum confirmatum est temporibus determinatis. Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad ultimum terræ &c. Deinde cum dicit. [In quo positus sum.] ponit testimonium. Et primo ostendit suum officium; secundo officii sui vsum, ibi [Veritatem.] Dicit ergo, [In quo] .s. officio testificandi. [Positus sum] scilicet a Deo. Io. 15. Posui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. [Ego prædicator,] quia ad hoc me posuit, vt prædicarem. Mar. ult. Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Sed in quolibet artificio sunt duo, quidã ministerialiter operantes, quidam qui disponunt de aliis, s. architectores: sed in officio ecclesiæ disponentes sunt apostoli, & iõ dicit [Apostolus,] quasi cum authoritate 1. Cor. 9. Signaculũ apostolatus mei uos estis in dño. Vsus autem officii est prædicare ueritatem, & hoc est officium prædicatorum ut ueritatẽ dicant. Prou. 8. ueritatẽ meditabitur guttur meũ Ephe. 4. Loquimini ueritatẽ. Sed non est aliqua doctrina, quæ non habeat aliquam ueritatem: sed in hoc dãnatur aliqua doctrina, qa miscet ueritati falsitatẽ. Et ideo dicit [Veritatem dico, non mẽtior.] Prou. 8. Recti sunt omnes sermones mei. Iob 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et hic est usus officii. s. ueritatem sine mẽdacio prædicare, qui competit meo officio qui sum [Doctor gentiũ.] Doctor autem generat scientiam in aĩa discipuli. Scientia aũt non est de falso, unde docens falsum non est doctor. Sed cõtra. Matt. 23. Nolite uocari rabbi. Respõdeo. Non prohibet ministerium doctrinæ, sed ambitionẽ officii. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomẽ meũ &c. Esa. 49. Dedi te in lucem gentiũ &c. Et debeo eas docere. [In fide & ueritate] quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit in fide, i. de his quæ pertinent ad statum præsentem in quo secundum fidem uiuimus, & in ueritate quantum ad statũ gloriæ. Deinde cum dicit [Volo.] Descẽdit ad speciales gradus hominũ. Et circa hoc duo facit, quia primo monet uiros de oratione: secundo mulieres, ibi, [Similiter & mulieres.] Dicit ergo, [Volo &c.] Tria exigit a uiris in orando, primo ꝙ oratio sit assidua, secũdo pura, tertio quieta. Assidua ut in omni tẽpore & in omni loco. Et dicit [Volo,] quia bonum est ꝙ

F homo oret, & ego doctor. [Volo viros orare in omni loco,] non in Hierusalem tantum, vt Iudæi, nec in monte Garisim, vt Samaritani. Io. 4. In omni loco potest homo spiritualiter, & mentaliter orare. Soph. 2. Adorabũt eum viri de loco suo; omnes insulæ Gentium &c. Sed quomodo dominus reprehendit Pharisęos stãtes in angulis? Matth. 6. Respondeo. Oratio mentalis vbique potest fieri, sed signa orationis exterius, non debẽt fieri in omni loco, qa homo non debet singularis apparere in exterioribus, quia propter hoc posset haberi inanis gloria. Sed quare nunc sunt factę Ecclesię? Respondeo: Non ꝙ locus sit de necessitate orationis, sed ad bene esse ei, quia oratio requirit solitudinẽ & quietem. Item pura. Ideo dicit: [Leuãtes puras manus:] Aug. quod exterius orando agimus, facimus ut affectus noster interius excitetur. Genuflexiones enim, & huiusmodi non sunt per se acceptæ Deo, sed quia per hęc tamquã per humilitatis signa homo interius humiliatur, sicut eleuatio manus significat eleuationem cordis. Tre. 3. Leuemus corda nostra cum manib. ad dominum in cœlo. [Leuantes &c.] idest orantes cum deuotione cordis. Iob. 8. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ. Item quieta. Ideo dicit. [Sine ira & disceptatione.] Et ponit duo pri- H mo ut. s. mens sit sine ira, quæ animum inquieta ad inferendum nocumentum proximo, a qua oportet liberum esse animum orantis. Eccl. 28. Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam. Item liber debet esse homo a disceptatione, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo secũdum gl. Et non disceptemus contra Deum increduli uerbis eius, & murmurando contra eius ordinationem. Rom, 9. O homo tu quis es qui respondeas Deo &c. Item contra proximum, ut non rumpamus pacem cum eo, quod fit per disceptationẽ. Pax. n. est necessaria oranti. Matt. 18. Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quã petierint, fiet illis a patre meo. Deinde cum dicit. [Similiter & mulieres.] Ordinat mulieres, & primo quantum ad orationẽ: secundo quantum ad doctrinam, ibi. [Mulieres in silentio.] Item primo ostendit quid requiratur a muliere orante, secundo exponit quæ dixerat, ibi [Non in tortis.] Circa primum sciendum est, ꝙ omnia, quæ requiruntur ad uirum orantem, requiruntur, & ad mu- I lieres. Et ideo dicit. [Similiter, & mulieres,] Quasi dicat. Omnia seruent, quæ dicta sunt. Sed addit duo, s. ornamenta & uerecundiã, dicens. [In habitu ornato cum uerecundia.] Cuius ratio est, quia naturale est ꝙ sicut mulieres sunt mollioris corporis quã uiri, ita, & debilioris rationis. Rationis autẽ est ordinare actus. & effectus uniuscuiusq; rei. Ornatus uero consistit in debita ordinatione, & dispositione. Sic interiori decore nisi sint oĩa ordinata ex dispõne per rõnem, non habẽt pulchritudinẽ spiritualẽ.

Et ideo, quia mulieres deficiunt a ratione, requirit ab eis ornatum. Itẽ uerecundia est de turpi actu, & ideo est laudabilis in illis, qui facile solent declinare in actus turpes, cuiusmodi sunt iuuenes, & mulieres, & ideo hoc in eis laudatur, non aũt senes, & perfecti. Eccles. 27. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Itẽ sobrietatẽ requirit, unde sequitur. [Et sobrietate.] Quia .n. in mulieribus ratio est debilis, sobrietas autem conseruat uirtutẽ rationis, ideo in mulieribus maxime reprehẽditur ebrietas. K Vnde antiquitus apud Romanos eis non dabatur uinum. [Non in tortis crinib. & auro &c.] Exponit quod dixerat, & primo de ornatu, secundo de uerecũdia, ibi, [Sed quod decet.] Circa primũ primo excludit ornatum corporalẽ, secundo ponit spiritualẽ ibi. Sed quod decet.] Circa primum dicit. Quod dixi de habitu ornato, non intelligo de exteriori, quia, [Non in tortis crinibus,] i. nõ ornata capite uel toto corpore. Sed præcipue mulieres ornãt caput quod est naturale mulieri, ut dicitur primæ Cor. 11. Et ideo ornamenta in capite habent. In capite uero est duplex uelamentum. Vnum est naturale. s. capilli, ut dicitur primæ Corinth. 11. Item artificiale, & in utrisque se ornant, quia capillos torquent. Vnde dicit, Non in tortis, idest crispatis. Esa. 3. Erit pro crispanti crine caluitium. Item artificialia prohibet, cum dicit. [Aut auro, aut margaritis.] primæ Pet. 3. Non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, aut uestimentorum cultus, & cæt. Vel non in tortis crinibus, & auro, idest, non habentes crines tortos auro, uel margaritis. Quantum uero ad totum

corpus,dicit.] Vel veste pretiosa,] hoc enim damnat Apostolus hic,& Esa. 3. Sed nunquid hoc est peccatum? Respondeo. Dicendum est ꝙ secundum Aug. duo sunt cõsideranda in ornatu mulierum, s. simplex ornatus,& fucatus. Simplex ornatus,puta in veste,& in auro,& huiusmodi,quod potest fieri cum peccato tribus modis, s. ex praua intentione, vt si intendant commotionẽ concupiscentiȩ: ostentationẽ,vel inanem gloriã, Prou. 7. Præparata ad capiendas animas. Secundo, si fiat præter cõsuetudinẽ patriæ,quod fit diuersimode. Quod enim excedit modum

LECTIO III.

Mvlier in silẽtio discat,cũ omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in uirũ,

consuetum patriȩ,hoc ex leuitate animi est. Tertio,si conditionem sui status excedit. Sed seruata recta intentione,consuetudine patriæ,& conditione status,non est peccatum. De fucato aũt semper est peccatum. Mulieribus enim non permittitur ornari nisi propter viros,& viri nolunt decipi, vt fucatȩ eis appareant. Sit ergo non talis ornatus. [Sed qualis decet mulieres, promittẽtes pietatem.] Exteriora enim opera hominis sunt quasi quædam professio interioris hominis, sicut religiosi ad hoc habent habitum,& clerici similiter. Vnde,nisi concordet interior, cum exteriori,est fictio. Ita etiam de alijs operibus interioribus. Interioribus enim debemus colere pietatem, idest, cultum Dei habere, exterius vero promittere, & per bona opera, quæ concordant pietati, & similiter habere interius, sicut ostendimus exterius.

Vel dico, ꝙ debent se ornare non exterius, [Sed secundum quod decet eas,promittentes,] idest,quę promittere debẽt.[Pietatem per opera bona.] Ecclesiast. 19. Amictus corporis,& risus dentium, & ingressus hominis annuntiant de illo.

LECTIO III.

Svperius Apostolus ordinauit mulieres quo ad orationem: hic ordinat eas quantum ad doctrinam, & primo ponit suam ordinationem circa earum doctrinam: secundo rationem ordinationis assignat,ibi.[Adam enim primus.] Tertio,respondet tacitæ quæstioni,ibi. [Saluabitur autem.] Item, primo ostendit,quid mulieribus conueniat: secundo,quid eis non competat,ibi.[Docere autem.] Circa primum,tria ponit eis competere,scilicet taciturnitatem,disciplinam,& subiectionem,quę tria ex vna ratione procedunt,scilicet ex defectu rationis in eis, quibus primo indicit silentium dicens.[Mulier in silentio discat &c.] Iac.3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. & 1. Corinthiorum. 14. Mulieres in ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui,&c. Nam verba mulieris sunt inflammantia. Eccl. 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Secundo,vt discant,quia eorum qui deficiunt ratione, proprium est addiscere. 1. Cor. 14. Si quid volunt discere,domi viros suos interrogẽt &c. Viris autem datur,quod doceant. Tertio,indicit subiectionem, quia naturale est quod anima dominetur corpori, & ratio viribus inferioribus.

Et ideo sicut philosophus docet. Quandocunque aliqua duo ad inuicem sic se habeant, sicut anima ad corpus,& ratio ad sensualitatem, naturale dominium est eius, qui abundat ratione, & illud est principans, aliud autem est subditum, quod scilicet deficit ratione. Gen. secundo. Sub viri potestate eris. Item excludit ea,quę eis non competunt, dicens. [Docere autem &c. Et sunt duo scilicet, vt non doceant. Sed contra, Prouerbior. vltimo Erudiuit eum mater sua &c. Respondeo, Dicendum est ꝙ doctrina,alia est publica, & hæc non competit mulieri, & ideo dicit,[In Ecclesia.] Alia est priuata,& hac,mater erudit filium, Sed contra Iudi. 5. Delbora erudiuit populum Israel. Respondeo. illa eruditio est per spiritum prophetiæ, & gratia Spiritussancti non discernit inter virum, & mulierem, non tamen publice prædicabat,sed instinctu Spiritussancti consilia dabat. Secundo,interdicitur eis dominium in virum. Ecclesi. 25. Mulier, si primatum habeat, contraria est viro suo. Et Philosophus dicit quod dominium mulierum, est corruptio familiæ, sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo, contra duo, quæ competunt eis, sed primum repetit, scilicet. [Sed esse in silentio.] Deinde cum dicit. [Adam enim.] Assignat rationem eius quod dixerat, & primo ex ordine creationis, secundo ex ordine culpæ,ibi. [Et Adam non est seductus.] Circa primum,sciendum est quod in ordine rerum, perfectum, & imperfectum diuersimode ordinantur, quia in vno, & eodem imperfectum præcedit tempore,& perfectum præcedit natura: quia natura ducit ad perfectum,sed in diuersis perfectum est prius tempore,& natura,quia natura semper incipit a perfectis. Et hunc ordinem agit hic,quia vir perfectus est in natura humana, mulier vir occasionatus. Vnde primo formatus est Adam Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Secundario mulier,sicut quoddam imperfectum a perfecto originatum,scilicet de costa. primæ Corinthiorũ vndecimo. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro est. Et inde est,ꝙ homo dicitur factus propter

sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua,& Adam nõ est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationẽ: si pmanserit in fide,& dilectio

mulierem,sed ad similitudinem Dei. Gene. primo. Faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostram. Mulier autem propter virum,ideo vir debet præ esse. Item,ex parte culpæ. Quando enim generationis,& corruptionis est contrarius,quia quod est primum in generatione,est vltimum in corruptione. Peccatum autem est corruptio naturȩ,& ideo generatio incipit primo ab Adam, sed corruptio a muliere.

Vnde dicit,Adam non est seductus, scilicet primo, quia fortior erat,sed tentator incepit a debiliori, vt facilius seduceret fortior. Alludit autem hic verbis Adæ. Genes. tertio. Cum enim dominus reprehendit Adam, dixit; Mulier, quam dedisti mihi sociam,dedit mihi,&c. Et ideo dicit. [Adam non est seductus, sed mulier.] Seductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & in particulari eligibili,quæ est ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali quando, scilicet credidit quod serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quod gerendus esset mos vxori,& cum ea comedere deberet,& inexpertus diuinæ seueritatis credit quòd facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia est pœna peccati,ergo pœna præcessit culpam. Respondeo,Dicendum est, quòd non præcessit, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo quòd alius esset de ea solicitus,& ex illa elatione seducta est, unde elatio præcessit. Deinde cum dicit. [Saluabitur autem.] Respondet cuidam tacitæ quæstioni,quia diceret quis,quod si mulier non est propter virum,& ea est initium peccati,ergo viro est nociua: sed si aliquid non est propter aliud,sed est ei nociuum, debet tolli, ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo, quód duplex est salus. Alia est licet temporalis,& hæc est communis,etiam brutis. Alia est æterna, & hæc est propria hominum. Esaiæ quinquagesimo primo. Salus autem mea in sempiternum erit. Vtranque autem salutem mulier non amisit. Non temporalem,quia statim conseruatur sexu muliebri propter generationem prolis; nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ, & gloriæ. Et ideo quantum ad primum dicitur. [Saluabitur,] idest, non extirpabitur; & hoc. [Per generationem filiorum,] ad quam est Deo ordinata. Quantum ad secundum, dicit. [Si permanserit.] Sed quia, [Si] importat causam, nunquid quæ non permansit, non saluabitur, cum Apostolus dicat, quòd mulier melius facit, si non nubat? Respondeo,vno modo, potest esse intellectio figuratiua: & sic per uirum, ratio superior intelligitur. ratio inferior est mulier; opera bona sunt filij inferioris rationis, & charitas, quam per virum concipit, & per hæc saluabitur. Alia est expositio literalis, ut ly [Per,] non dicat causam, sed repugnantiam. Et est sensus. [Mulier saluabitur,] etiam,si incedat per generationem, scilicet, si nubat,& non sit uirgo. Et tunc ly [Per,] dicit augmentationem salutis,quasi per generationem filiorum ad cultum Dei, magis saluabitur. Ecclesiastici septimo, Filij tibi sunt, erudi illos,& incurua illos a pueritia illorum. Quo ad salutem æternam consequendam, tria ponit. Primo aliquid quo ad intellectum. Secundo quo ad effectum. Tertio quo ad exteriorem actum. In intellectu est fides per quam intellectus Christo subijcitur. Vnde dicit. [In fide.] Hebræorum undecimo. Sine fide impossibile est placere Deo.

Et quia fides nihil ualet sine dilectione, ideo, quo ad effectum statim subiungit, dicens. [Et dilectione.] Primæ Corinthiorum, tertiodecimo. Si habuero omnem fidem, ita, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, & cætera. In exteriori autem, ponit duo contra luxuriam, quæ consistit in duobus, scilicet in luxuria. Et quantum ad hoc dicit [In sanctificatione,] idest,in castitate, 1. Thes. 4. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra, &c. Item in crapula,

contra quod dicit. Cum sobrietate. Tit. 2. Sobrie, iuste & pie,viuamus in hoc sæculo.

LECTIO PRIMA.

Svpra instruxit Timotheum de pertinentibus ad fidẽ rectã, & cultum Dei,hic agit de instructione officiorum ecclesiasticorũ. Et primo, ponitur institutio. Secũdo sit institutionis occasio seu necessitas, ibi. [Hæc tibi scribo.] Item primo, instruit de pertinentibus ad epis. Sedo, quo ad diaconos, ibi. [Diacones similiter.] Sed cũ sm Dionysium tres sint

ne, & sanctificatione, & cum sobrietate.

CAPIT. III. LEC. I.

Fidelis sermo. Si quis episcopatũ desiderat,bonum opus desiderat, Oportet. n. episcopum irreprehẽsibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem,pudicũ, hospitalem,doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum,non litigiosum, non cupidum.

ordines,s. episcoporũ,qui pręficiunt, presbyterorũ, qui illuminãt, diaconorum, qui purgant: quare non facit mentionem de presbyteris? R̃ideo, Dicendũ est ꝙ presbyteri intelliguntur cũ epis. non ꝙ sit indistinctio inter ordines quantum ad rẽ,sed quã tum ad nomina: quia presbyter idem est quod senior: & eps superintendens. Et ideo presbyteri, & episcopi quantum ad nomen, vocabantur,& episcopi, & presbyteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniẽdi ad episcopatum. Secundo describit conditionem episcopi, ibi. [Oportet autem.] Præmittit ergo suæ institutionis assertionẽ,dicens. [Fidelis sermo,] s. quẽ dicam vel dixi. Apoc. vlt. Hæc verba fidelissima & vera sunt. [Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.] Ex hoc sũpserunt aliqui occasionem ambitionis episcopatus, & prælationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus enim hic noluit ostẽdere quid pertineat ad episcopũ. Episcopus est nomen Græcum, scopos. n. idem est quod intendens, epi. i. supra, eps ergo dicitur quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo, s. gradus superior,& actio plebi utilis. Aliqui enim prospiciunt forte oculum ad ea,quæ circunstant eũ, s. ꝙ qui præest honoratur,& quod habet potestatem. Et qui pp ista desiderat episcopatum,nescit quid sit episcopus. Et ideo dicit Apostolus quid sit episcopus,& quid desiderat, qui episcopatum desiderat, quia bonum opus. Non dicit bonum desiderium habet, sed bonum opus; s. vtilitatem plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit quod non. Glo. Locus superior sine quo regi non põt populus,& si teneatur,& administretur decenter, tamẽ indecenter appetitur. Et idem dicit. 19. de ci. Dei, Cuius ratio est ꝙ nullus debet appetere aliquid supra vires suas non sibi proportionatum,aliàs esset stultus. Horatius. Ludere qui nescit, cãpestribus abstinet armis, Ille ergo bene episcopatum desiderare posset, cuius facultas episcopatui esset proportionata. Ad hoc aũt nullus est idoneus: quia prælatus secundum gradum,& conuersationem debet oẽs alios excedere in conuersatione, & cõtemplatione, ita vt in respectu sui alij sint grex. Et hanc idoneitatem de se præsumere, est maximȩ superbiæ. aut ergo appetit circunstantias,& tunc nescit quid appetat, quia non est hic episcopatus, uel ipsum opus,& hoc est superbiæ. Et ideo non est ac cipiendum nisi impositum. Glo. si dicis, status episcoporum est perfectior statu religiosorum, hunc autem licet appetere, igitur. R̃ideo. Perfectio aliter se habet in hoc,& in illo, quia status episcoporum præsupponit perfectionẽ,& ideo nullus appetere dẽt nisi hẽat eam: sed status religiosorum est uia, & ideo non requiritur perfectio iam habita, sed quòd teneatur acquirere eam nisi habeat,& hoc patet Ioan. vlt. Vbi dominus Symoni, non dicit, Si vis perfectus esse pasce &c. Et inueni dicit. Si uis perfectus esse &c. Sic ergo intelligendum est, in nomine episcopatus bonum opus. 1. Pet. 5. Non vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis &c. Quasi dicat: Si tu episcopatum desideras,hoc est quod desideras,quia bonum opus. Sed qualis debeat esse episcopus ostendit, cum subdit. [Oportet episcopum &c.] Quem primo instruit in generali. Secundo,in speciali. ibi. [Vnius vxoris.] Dicit ergo. Dico quòd bonum opus desiderat,sed ad hoc, non omnis est idoneus, sed oportet quòd sit talis: primo irreprehensibilis. Vnde de Zacharia dicitur Luc. 1. quòd incedebat in omnibus mandatis, & iustificationibus sine querela. Leu. 12. Qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Nec intelligendum est, quòd omnino sit si ne peccato,quia dicitur. 1. Io. 1. Si dixerimus &c. Nec est dicendum sicut aliqui dixerunt, ꝙ quicunq; peccauit mortaliter post baptismum,non est idoneus,quia pauci essent tales: sed irreprehẽsibilis. i. non subiectus alicui pctõ,unde ab alijs reprahendi posset,quia indecens est,si reprahensibilis sit reprehensor. Mat. 7. Eijce primum trabẽ &c. Deinde cũ dicit.[Vnius uxoris &c.] Instruit eũ in spãli,& primo quãtũ ad se. Scdo quantũ ad multitudinem,ibi. Filios hẽtẽ. Itẽ prima in duas, quia primo ondit, quibus virtutibus ornetur. Scdo,a quo mens dẽt esse immunis, ibi. [Non violentũ. Oĩs aũt moralis virtus, est primo circa passiones,& sunt duo quæ faciunt sanctitatẽ, s. castitas,& sobrietas: quia per delectationem, vel delectabilia carnis, maxime inquietatur aĩa. Et ideo primo ponit quod pertinet ad castitatem, dicens[Vnius vxoris virũ.] Simile Tit. 1. In hoc aũt discordia videtur esse inter Augustinum, & Hieronymũ. Hieronymus. n. dicit ꝙ hoc intelligitur post baptismũ, quia si ante baptismum duas habuit vxores, vel vnam primo,& aliã postea,non impeditur ab ordinatione, quia per baptismum oĩa delentur. Augustinus,& Ambrosius contrariũ dicunt,quia siue ante,siue post,si duas habuit non ordinetẽ. Et nunquid baptismus oĩa delet? R̃ideo, sic,quo ad peccata, non aũt quo ad irregularitatẽ,quæ interdũ ẽt sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutione,sed matrimoniũ non est peccatũ,ẽt in paganis. Sed quæ est cã huius institutionis? Nũquid non magis impeditur qui multas concubinas hẽt? R̃ideo, Dicendũ ꝙ hoc fit nõ pp incontinẽtiam tñ,sed pp representationem sacramenti, quia sponsus ecclesiæ est Christus, & vna est ecclesia. Can. 5. Vna est columba mea. Scdo agit de sobrietate dicens,[Sobriũ.] Tit. 2. Sobrie,& pie,& iuste viuamus in hoc seculo, &c. Hic. n. docet episcopum,qui dicitur superintendens, vt vigilet. Luc. 1. Pastores aũt erãt &c. Et ebrietas obstat vigilijs. 1. Pe. vlt. Sobrij estote &c. Tertio ordinat rõnẽ, dicens. [Prudentẽ, quia hæc est regitiua oĩum virtutũ, & eps eligitur, vt alios regat. Matt. 10. Estote prudentes. Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens &c. Consequenter ponit virtutes, quæ ordinant actiones exteriores. Primo,quantum ad se. Scdo,quantum ad alios. Quãtum ad se,dicit. [Ornatũ,pudicũ. Ornatus est qñ bene componitur in actibus,& dictis. Ornatus. n. importat pulchritudinẽ quæ consistit in proportione. Vnde tunc est ornatus,qñ agit,& loquitur, vt decet. Eccl. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis studiũ hẽntes. Hoc requiritur in epõ, quia per exteriora iudicamus de interioribus. Eccle. 19. Amictus corporis, & risus dẽtiũ, & ingressus hominis, enũtiãt de illo: quia prȩlatus qui ponitur in aspectu hominũ,oportet ꝙ sit ornatus. Vnde dicitur de Ambrosio, ꝙ quosdã ordinare nolebat,quia dissolute incedebant. Itẽ qñq; contingit, ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in alijs vel agentibus vel dicentibus,& ad hæc dẽt habere pudicitiam, vt verecundetur,si videat vel audiat. Aug. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Eccl. 7. Gratia. n. verecundiæ illius super aurũ. Deinde cũ dicit. [Hospitalem &c.] agit de episcopo in cõparatione ad alios. Imponitur aũt episcopo, vt pascat oues. Io. vlt. &c. 1. Pe. vl. Et duplex est eleemosyna, s. corporalis, & spiritualis. Ergo debet in vtraque pascere. Quantum ad primum dicit, [Hospitalẽm]. s. peregrinorum,& hospitum. Rom. 12. Hospitalitatẽ sectantes. Heb. vlt. Hospitalitatẽ nolite obliuisci, &c. Iob. 31. Ostium meũ viatori patuit &c. Quantum ad secundũ dicit, [Doctorem.] Ephe. 4. Alios pastores,& doctores &c. Et hoc est officium proprium prælati. Hiero. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum,& pascent vos scientia,& doctrina &c. Consequẽter cum dicit. [Non vinolentum &c.] Remouet vitia opposita. Tria autem remouet. Vnum quod pertinet ad concupiscentiã carnis,aliud ad iram,aliud ad cupiditatem, Quantum ad primũ dicit. [Non uinolentum.] Minus dicit, & plus significat Eph. 5. Nolite inebriari uino in quo est luxuria q. d. non gulosum, non luxuriosum. Quantum ad iram duo ponit,primo, quantum ad actum dicit. [Non percussorem.] Decenter prohibet hoc post vina,quia ebrij de facili percutiunt. [Sed modestum,]. i. patiẽtẽ Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Psal. 91. Bene patientes erunt vt annuntient. Christus passus non percutiebat. Secundo, quantum ad verba,cum dicit. [Non litigiosũ.] 2. Tim. 2. Seruum Dei non oportet litigare. 1. Cor. 11. Si quis ãt videtur contentiosus esse nos talẽ consuetudinẽ non habemus, neq; ecclesia Dei Et hoc, quia epi sunt successores apostolorũ, quos Christus instruxit, vt pacem annuntiarent. Item in passione sua Christus dixit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quantum ad res temporales dicit. [Non cupidum.] quia ponitur iudex,& ordinator ecclesiæ, qui si sit cupidus de facili declinat a iustitia. Exo. 23. Ne accipias munera, quæ excæcant ẽt prudentes, & subuertunt verba iustorum sed heu Hier. 6. A maiore vsque ad minorem, omnes auaritiæ student.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Supra ostendit Apostolus, qualis debet esse episcopus secundum se. hic ostendit, qualis debet esse in comparatione ad multitudinem. Et primo, quo ad multitudinem domesticæ familiæ. Secundo, quo ad multitudinem ecclesiæ, ibi. [Non neophitū.] Tertio, ad multitudinem infidelium, ibi. [Oportet autem.] Item primo ostendit, qualis dēt esse in comparatione ad familiam domesticam. Secundo, rōnem huius assignat, ibi. [Si quis autem.] Item primo ostendit, ꝙ ab epo requiritur gubernatio debita familiæ. Secundo, bona instructio filiorum, ibi. [Filios habentem.] Dicit ergo, Oportet epm bene præesse domui, i. familiæ suæ, ut eam bene gubernet.

LECT. II.

Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem, & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueū diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

Bona autem gubernatio non solum est acquisitio diuitiarum, qa ea non sunt finis œconomiæ, sed instrā: sed finis eius est recta vita. Eccl. 44. Pacificantes in domibus suis. Specialiter autem in domestica familia precipui sunt filij. Et ideo dicit de eis specialiter. [Filios habentē subditos,] idest, ꝙ suis filijs dominetur, non emollitus ex teneritudine amoris, quam qñque extendit ad filios. Inter alia aūt, quæ requiruntur in filijs eporum, quos habuerunt antequā essent epi, requiritur, ꝙ sint casti. Ideo subditur. [Cum omni castitate,] qa mala eorum vita, esset testimonium contra parentem, & placitum. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Sap. 4. Ex iniquis. n. omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Secunda rō est, quia ad domum epi cōcurrit populus, ideo oportet eos esse castos. Contra illud, primi Regum 2. vbi filij Hely non casti, corrūpebant mulieres veniētes ad templum: vnde, & Hely a dño est punitus. Deinde cum dicit. [Si quis aūt.] Dicti sui rōnem assignat. Posset. n. dici; Quid ad epum, quod bene regat familiam, cui imminet cura cōis? Et ideo dicit. [Si quis autem domui suæ &c.] proprię familiæ. Lucæ 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Contingit tñ frequenter, ꝙ aliqui non sunt bene regitiui in paruis domesticis, qui tñ bene regunt in maioribus. Sed quod dicit. [Nescit,] hæc nescientia refertur ad negligentiam. Nam qui parua negligit, de facili magna negligit, licet qui non curat de paruis, aliqñ bene se habeat in maioribus. Consequenter ostendit, qualiter se habeat ad multitudinem ecclesiæ in qua non dēt esse nouitius in fide, sed antiquus. Vnde dicit, [Non neophitum,] i. nouam fidem habētem. Act. 1. Oportet eligere vnum ex his, qui nobiscum &c. Item, Num. 11. Cōgrega mihi 70. viros de senioribus, quos tu nosti ꝙ senes sint populi, ac magistri, & duces &c. Sed sicut dr. Sap. 4. Senectus venerabilis est, nō diuturna, neque numero annorum cōputata. Contingit enim qñque, ꝙ in aliquibus nouis superabundet grã, & hñt simul cum ætate iuuenili morum senectutem, qui dispensatiue promouētur; sicut Ambrosius diuina inspiratione. Vnde hoc, quod dicit hic, ad eos pertinet, qui non solū ætate neophiti, sed & qui neophiti sunt perfectione. Et huius est rō. [Ne in superbiam &c.] Quando. n. aliquis de nouo veniens ad fidem, & ad conditionem aliquam promouetur, reputat se alijs meliorē, & valde necessarium, quasi nisi ipse esset, non haberēt vnde prouideretur ecclesiæ. Et dicit. [Diaboli,] qa ipse cōdemnatus fuit pp peccatum superbiæ. Deinde cum dicit. [Oportet autem illum &c.] ostendit qualiter se habeat ad multitudinem infideliū, & ponit documenta. Primo, vt sit bonæ famæ. Colos. 4. In sapiētia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonā. Et hoc necessariū est prælato, quia conuersatio totius cōgregationis iudicatur ex prælato. Sed contra 2. Cor. 6. Per infamiam, & bonam famam. Rñdeo, infamia insurgit qñque ex culpa eius qui infamatur, & hanc prohibet hic, qñque ex malitia detrahētium, & in hac oportet habere patientiam, & de hac loquitur Apostolus ibi. Sed hic loquitur de assumendo in epum, qui, & si sit bonus, & infamatur falso, debet patiēter ferre. Secundo assignat rōnem. Vnde subdit. [Vt non in opprobrium, &c.] Vbi tangit duplex periculum, scilicet, ne fiat opprobriosus, & per hoc eius authoritas minuatur, & p consequens auferatur audacia corrigendi. Matth. 7. Eijce primū trabem &c. Secundo. [Ne incidat in laqueum diaboli,] qñque, scilicet, impatienter sustinendo, per quod, infamis concitetur ad odia, & desperet, & huiusmodi. Et ꝙ prælatus sit odiosus laycis, contingit, si negligit cultum diuinæ laudis. Malach. 2. Irritum fecistis pactum Leui, dicit dñs exercituum, pp quod dedit vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Deinde cum dicit [Diaconos &c.] Ostendit pertinentia ad diaconos, quod in græco idē est, quod ministri. In primitiua enim Ecclesia solum erant tres ordines, ut dicit Dionysius, s. episcoporū, presbyterorū, & ministrorum, & non diuidebantur p diuersos gradus, sed omnia erāt in vno ordine, pp paucitatem ministrorum, & pp nouitatem Ecclesiæ. Primo ergo ostendit, quales debent esse. Secundo, quantum ad alios ibi, [Mulieres.] Item primo ostendit quales debent esse. Secundo qūo examinandi sunt, ibi, [Et hi.] Item primo ostendit quales dñt esse quantum ad eorum proprium corpus. Secundo quantum ad res exteriores, ibi, [Non turpe.] Tertio, quantum ad alia ibi, [Habentes &c.] Item quantum ad corpus, primo ostendit quo ad totius corporis qualitates. Secundo, quantum ad oris refrenationem. Dicit ergo. Dico, ꝙ episcopi debent esse pudici, similiter oportet diaconos esse, quia cōtrarium pudicitiæ facit ineptum ad spūalia, quia denegat animum a spūalibus, quem necesse est tales hrē eleuatum. Esai. 52. Mundamini, qui fertis vasa dñi. Lucæ 12. Sint lumbi vestri præcincti. Deinde ostendit, quales debent esse in ore. Os seruit locutioni, & gustui. Quantum ad primum dicit, [Non bilingues.] Eccl. 28. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos a gente in gentem. Bilinguis dr habens duas linguas. Non erant tales Diaconi ministri pauli. Quantum ad 2m dicit, [Non multo.] Prou. 23. Cui veh? Cui patri veh? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffossio oculorum? Nonne his qui cōmorantur in vino, & student calicibus epotandis? Esa. 5. Veh qui potentes estis ad bibendum vinum; & viri fortes ad miscendam ebrietatē. Deinde cum dicit [Non turpe lucrum sectantes.] Ostendit, qūo se habeant ad res exteriores. Non solum enim diuertitur a iustitia, quandoque propter cupiditatem lucri, sed etiam a veritate, dicentes, quæ non oportet. Et ideo prohibetur eis temporale lucrum, in quo intelligitur omne lucrum inhonestum. Sed quātum ad affectionem dicit. [Habentes &c.] Et instruit eos. Primo, quantum ad fidem. Secundo, quantum ad conscientiæ puritatem. Vnde dicit [Mysterium fidei.] non fidem, idest, non tantum fidem simplicem, sed intelligentiam eius, quod in fide occultum est. Mysterium enim idem est, quòd occultum: quia ministri debent scire non tantum ea de fide, quæ & populus intelligit, sed & mysteria, quia debent alios instituere. 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe &c. Item, conscientiam puram, quia impura facit in fide errare: supra primo, Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Deinde cum dicit; [Et hi probentur primum, & sic &c.] Ostendit quomodo examinentur. Posset enim dicere aliquis: Puto omnes bonos: hoc enim debet esse in tua reputatione. Sed quantum ad eorum promotionem omnes sunt examinandi. Vnde etiam ipsi examinantur, vnde dicit, [Et hi &c. Nullum crimen.] idest, peccatum mortale, non autem intendit de peccato veniali: quia vt dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixeritis, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Nec dicit, qui habuerunt, sed [Habētes,] idest, qui sunt notabiles & hēnt infamię crimen. Alioquin hoc esset deregare clauibus Ecclesiæ. Deinde cum dicit, [Mulieres &c.] Ostendit, qualiter se habeant ad alios. Et primo ponit suam instructionem. Secundo rationem, ibi. [Qui enim habent.] Circa primū duo facit, quia primo ostendit, qualiter se habeant ad vxores, quas habebant in primitiua Ecclesia, & loquitur pro statu illo. Secundo, qūo ad filios, [Qui filijs.] Iterū prima in duas, quia primo ostendit, quales debent esse eorum vxores. Secundo, qualiter ipsi habeāt se ad illas, ibi [Dyacones.] In vxoribus eorū requirit quatuor, s. pudicitiā, modestiā, sobrietatem, & fidelitatem. Dicit ergo, similiter sicut dixi de Dyaconibus, dico de mulieribus, quia oportet eas esse. [Pudicas.] Ecclesiast. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Item

modestas in lingua, [Non detrahentes.] Ecclesi. 10. Qūo si serpens mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Item, [Sobrias,] quæ est maximum ornamentum mulierum; supra 2. Similiter & mulieres in habitu ornato, cū verecūdia & sobrietate. Item [Fideles,] vel Deo quantum ad veram fidem, vel viris suis. Sed quæ culpa est diaconi, si eius vxor est mala? Respondeo; Aliquis a ministerio repellitur non solū propter culpam, sed ēt propter aliquod impedimentum ministerii. Et ideo si præter culpā eorum possent mulieres esse malæ, tamē pręstant impedimentū dupliciter. Primo, quia cū malę sunt, indigent maiori cura, & per hoc earum viri minus vacarent ecclesiasticis ministeriis. Secūdo, quia tū depræuantur ex vxoribus, Item esset in periculum, quia ministrorum ecclesiæ multi frequentant domos. Dixerunt autem Cathaphrigę, ꝙ ex quo inter diaconos agitur de mulieribus, mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendum est, ꝙ in [illegible] aliquæ mulieres aliquando vocantur diaconissæ, non quia habeant huiusmodi ordinem, sed propter aliquod ministerium ecclesiæ: sicut in græco dicitur diaconus quilibet minister.

LECTIO III.

Diaconi sint vni⁹ vxoris viri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. Qui. n. bene ministrauerint, gradū bonū sibi acquirent & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me venire ad te cito. Si autē tardauero, vt scias qūo oporteat te in domo Dei conuersari, quę est ecclesia Dei viui, columna, & firmamētum veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramētum, quod manifestatū est in carne, iustificatū ē in spū, apparuit angelis, prędicatū est in gētib. creditū ē in mūdo, assūptū est in gloria.

LECTIO III.

Supra ostendit Apostolus, quales debent esse diaconi & eorū vxores, hic ostendit, quomodo diaconi se habeant ad vxores & ad filios & familiam. Et primo ponit documentum. Secundo eius rationem, ibi, [Qui enim bene.] Dicit ergo. Dixi quòd mulieres diaconorum sint pudicæ. Et si in vxoribus est pudicitia habenda propter eos. amplius in ipsis est necessaria, vt sint omnino a contactu mulierum immunes. Sed quia secundum hoc pauci essent ministri, concedit quòd saltem sint vnius exoris viri, quia habuisse plures est signum incontinentiæ & contra significationem sacramenti. Et inde est, quod dominus instituit matrimonium vnius ad vnam. Vnde & prima vxor benedicitur, non secunda. Deinde monet qualiter se habeant ad filios dicens. [Qui filiis suis bene præsint.] scilicet bene erudiendo in disciplina bona & vita Ecclesia. 7. Filij tibi sunt, erudi illos, & cęt. Consequenter hortatur eos bene præesse toti domini, idest familiæ, scilicet cum mansuetudine. Ecclesiast. 4. Noli esse sicut leo in domo tua & cæt. Et huius ponit rationem, dicens, [Qui enim bene ministrauerint & cæt.] quasi diceret, Quod requiris ab episcopis, rationabile est, quia ipsi sunt prælati. Sed quare a diacono qui ē minister? Respondet, dicens, [Qui enim & cæt.] Et primo ostēdit ꝙ bonus vsus huius ministerij est via ad maiorem dignitatē. Secundo etiam quòd est via ad uitam æternam. Quantum ad primum dicit [Qui enim bene ministrauerint.] exercendo officium diaconi. Quod. n. est in græco dyaconus, in latino dr minister, [Gradum bonum sibi acquirent,] i. promoueri merentur ad gradum altiorem. Matthæ. 25. Quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam & cæt. Et dicit bonum, quia supra eodem. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nec tamen hoc est eorum finis, sed cum hoc remunerationem habent a Deo. Ioan. Volo, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Et ideo dicit [Multam fiduciam,] i. s. auxilij gratię in præsenti, & gloriæ in futuro, & hoc [In fide & cæt.] idest, per fidem Christi. 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus &c. Esa. duodecimo. Fiducialiter agam & non timebo. Deinde cum dicit, [Hæc tibi scribo.] Ponit rationem omnium prædictarum monitionum. Et primo excludit causam opinatam. Secundo astruit ueram, ibi, [Si autem.] Tertio assignat rationem ibi, [Quæ est ecclesia.] Circa primum sciendū est, quòd posset Timotheus credere quòd ex quo scripsit, de cætero eum non uisurus esset, alias superfluum videretur eum literis monere. Et iō dicit. [Hæc tibi scribo fili. Et nominat eum filium, quia sibi charissimus erat. 1. Cor. 4. Ideo misi ad vos Tim. q est filius meus charissimus. Et dicit [Sperās,] quasi non certus. 2. Ioan. 1. Plura habens vobis scribere nolui p cartam & attramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui. Scribo igitur, licet spem habeam, quia spes in longum protrahi potest. Prouerb. 16. Hominis est præparare animum, & domini linguam gubernare. Et ideo dicit, [Si autem tardauero &c.] 1. Thessal. 2. Sed sathanas impediuit nos. Ego igitur scribo, [Si tardauero, vt scias quomodo oportet te in domo Dei cōuersari] Psal. 67. Habitare facit vnius moris in domo, &c. Deinde cum dicit. [Quę est ecclesia.] Assignat rationē, quare sic sit conuersandum in ea. Et assignat rationem huius causæ, quæ est duplex. Primo commendando ipsam ecclesiam. Secundo ueritatē ecclesiæ, ibi. [Et manifeste.] Circa primū duo facit, quia primo commendat ecclesiam ex parte eius, cuius est ecclesia. Secūdo ex veritate ipsius ecclesiæ ibi. [Columna.] Ex parte eius cuius est ecclesia, quia est Dei viui. Ecclesia dicitur quasi adunatio, quia in ecclesia est adunatio fidelium. Ro. 8. Quos vocauit, &c. Et adunantur ī Deum, Ioan. 17. Vt & ipsi in nobis sint vnū, &c. Et ideo dicit. [Quæ est Dei.] Et addit [Viui,] ad distinctionem aliorum Deorum ad quos congregantur gentes. Nam hi sunt mortui, sed Deus ecclesiæ est viuus Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, &c. Est ergo sic in ea conuersandum, ut spiritualiter uiuamus. psal. 29. Domum tuam domine decet sanctitudo &c. Secūda ratio est ex veritate ecclesiæ. Naturale est. n. homini vt desideret cognitionē veritatis, cum sit perfectio intellectus. Vnde Aug. dicit ꝙ beatitudo est finis hominis, quæ nihil aliud est quàm gaudium de veritate. Hoc innotuit philosophis per creaturas. Ro. 1. Sed in hoc vacillabant, quia non habebant certitudinem ueritatis tum quia erant corrupti erroribus, tū quia uix inuenitur apud eos ꝙ in ueritate concordent. Sed in ecclesia est firma cognitio, & ueritas. Vnde dicit. [Columna. Eccl. 24. Thronus meus in columna nubis, &c. Eccl. 26. Colūnæ aureæ, &c. Et dicitur aurea, quia in se sancta. [Et firmamentum,] s. quantum ad alios, quia non possunt firmari in ueritate nisi p ecclesiæ sacramēta. Luc. 22. Tu aliquando cōuersus, confirma &c. Ps. 74. Ego confirmaui columnas eius. Quia igitur ecclesia cōgregat in Deo, & dat cognitionē ueritatis, debemus esse in ea. Deinde cū dicit. [Et manifeste.] Cōmendat ueritatē ecclesiæ. Et primo Christum, ad cuius manifestationem apparuit. Secundo de eius exaltatione agit ibi. [Assumptū.] Commendat autē Christum dupliciter. Primo quantū ad naturam diuinam. Secundo quantū ad humanam, ibi, [Quod manifestatum est.] Dicit ergo. [Et manifeste &c.] Quia sacramentū idem est quod sacrum secretum. Nihil autē tam secretū quàm id, quod in corde gerimus. Multo ergo magis qđ in corde Dei, & secretum est, & sacrum. 1. Corin. 2. Quę sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei, &c. Esa. 24. Secretum meū mihi. Esa. 45. Tu es Deus absconditus. Et hoc est uerbum Dei in corde patris. Ps. 44. Eructauit cor meum uerbum bonū. Hoc siquidem secretum est sacramentum pietatis, secretum aūt hominis aliquādo est uanum. Ps. 93. Dominus scit cogitationes hominum. quoniam uanæ sunt. Inquantum ergo est restauratiuum mundi, est pietatis. Item magnum, quia est uerus Deus, cuius magnitudinis non est finis. Hoc ergo secretū quod latet in corde patris, factum est homo. Et ideo describit ipsum. Secundo quantum ad naturā humanam. Et primo quantum ad carnem. Secundo quātum ad animam. Quantum ad primum dicit. [Quod manifestatum est in carne.] Sicut uerbum quod latet in corde, manifestatur uerbo sensibili, ita uerbum Dei in corde Dei latebat, sed in carne est manifestatum. Io. 1. Verbum caro factum, &c. Quantum ad animam dicit. [Iustificatum est in spiritu.] Hoc dupliciter exponitur. Primo ne credatur ꝙ caro prius sit concepta, dicit quòd non, quia in spiritu. i. per spiritum sanctum conceptus est, Mat. 1. Quod. n. ex ea natū est, de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Quod. n. ex te nascetur, uocabitur filius Dei. Et hoc, quia Spiritussanctus superueniet in te, &c. Vel in spiritu sancto humano de quo Io. 19. Emisit spūm. Et sic est manifestatum in carne, qđ tñ est cū spiritu. Et dico spiritu iustificato, s. quia iustus est absq; omni macula. Deinde cum dicit. [Apparuit.] Ostendit eius manifestationem, & primo factam angelis, secundo hominibus, ibi, [Prædicatum,] Dicit ergo sacramentum illud quod apparuit angelis, & excedit etiam cognitionem angelorum. Illud autem dicitur apparere quod in potestate sua habet uideri, & non uideri, & non subest potestati uidentis. Vnde non dicitur, lapis apparet mihi, sed uideo lapidem. Si ergo angelus in sua natura uel potestate haberet ꝙ videret verbum, non diceretur verbum apparere sibi, sed ꝙ ipse uideret cum uellet: Et ideo dicit Apostolus quòd apparuit angelis, quia non in sua natura uiderunt ipsum. Et uerum est, quòd a principio apparuit ange-

lis, quando ex conuersione ad se, ędificauit ipsos, sed qũ est incarnatum, multa mysteria innotuerunt angelis, quę non cognouerāt antea. Et ideo dicit Beda, ꝙ in natiuitate apparuit angelis claritas, quæ non antea in veritate visa est hoībus. Et hoc dupliciter Primo, quantū ad ministerium apostolorum. Secundo, quantum ad cognitionem populorum, quibus manifestatur. Olim siquidē solis Iudęis manifestabitur, sed nūc in Gētibus. Et ideo dicit [Prædicatū est Gentibus. Matt. vlt. Euntes ergo, docete oēs gētes &c. Ps. 95. Annuntiate inter gentes gloriā eius. Et hoc efficaciter, quia [Creditū est in mundo.] Et hoc dñs orabat. Ioā. 17. Et hoc maxime mirū est, ꝙ per simplices pauperes & impotētes, totus mundus est cōuersus. 1. Cor. 1. Non multi sapientes &c. Et hoc, vt non glorietur oīs caro &c. Secundo, manifestat ꝙ sola veritas Dei hoc facit, quia [Assumptū est in gloria.] Christus, s. quia manifestatus, assūptus est in cęlis. Mar. vltimo. Dñs quidem Iesus, postquā locutus est eis, assumptus est in cœlū. Philip. 2. Et omnis lingua cōfiteatur, quia dñs noster Iesus Christus in gloria est Dei patris.

CAP. IIII. LECT. I.

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum, in hypocrisi loquentiū mendacium, & cauteriatam habentium suam consciētiam, prohibentiū nubere, & abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiēdū cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerūt veritatē. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

LECTIO PRIMA.

Svperius instruxit Timotheum de pertinentibus ad ordinationem ecclesiæ in spiritualibus. Secundo, quantum ad documēta fidei, cultum Dei, & dispositionem ministeriorum. hic instruit eum de ordinatione ecclesiæ, quantum ad exteriora. Et primo, quantū ad cibos. Secundo, quantum ad status hoīum & diuitias, ibi [Quicunque sub iugo.] Item primo agit de vsu ciborum. Secundo de dispensatione ciborum. 5. cap. ibi [Viduas honora.] item primo excludit superstitiosam abstinentiam. Secundo, præfert pietatem abstinentiæ licitę, ibi [Exerce te.] Item primo pręnūtiat falsam doctrinam de illicita abstinētia. Secundo, instruit eum hęc proponere fratribus; ibi [Hæc proponens.] Item primo errorem manifestat. Secundo excludit ipsum, ibi [Quos Deus.] Item primo prænuntiat errorem futurum ex parte deceptorum. Secundo ex parte decipiētium. ibi [In hypocrisi.] Itē ponit actorem denuntiationis. Secundo fidei defectum, ibi [Quia in nouissimis.] Tertio causam defectus, ibi [Attēdentes.] Dicit ergo, Magnum est pietatis sacramentum, quod iustificatum est in spiritu, sed supra hoc sacramentū Spiritussanctus aliquid pnuntiat futurū, ad eum.n. ptinet reuelare mysteria. 1. Cor. 15. & Io. 16. Quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Spiritus ergo prænuntiat prius secreta in corde patris sitita. Sed olim loquebatur in similitudinibus. Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta dñi, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Oseæ 12. Ego visionē multiplicaui, & in manu prophetarū assimilatus sum. Sed in nouo testamento [Spiritussanctus manifeste dicit. Io. 16. Et palā, de patre meo annuntiabo vobis. Et prænuntiat defectum fidei futurum. Vnde dicit [In nouissimis tēporibus &c.] Nouissimum tēpus dicitur vltima ętas, quia nos sumus, in quos fines seculorū deuenerunt. Tñ in hoc tēpore, tanto amplius nouissimum est, quanto magis propinquū nouissimæ diei. Et sicut in primitiua ecclesia propter propinquitatē ad Christum, & sacramenta recēter instituta, fuit feruētissima fides: sic in nouissimis tēporibus, in cōparatione ad tēpus apostolorum [Discedent quidā a fide] qa carnales erunt, sed magis in fine abundabunt errores. Gē. 49. Congregamini, vt annuntiē quæ ventura sunt vobis nouissimis diebus &c. Causa defectus est duplex. Vna ex parte diaboli seducentis. 2. Cor. 11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua &c. Et ideo dicit [Attendentes spiritibus erroris]. s. dæmonibus quorum est officiū in errorē mittere. Ioan. 8. Mēdax est, & pater eius. 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero spūs mendax &c. Et dicit [Spiritibus,] quia dęmon maior multos habet ministros. Sed qūo attēdent eis? Nunquid eos videbunt? Non, sed loquitur in eis. Et iō addit secūdā causam. s. falsam doctrinā. Et sm glosam, dicit hic falsos doctores, dęmones, nec immerito. Sicut.n. boni homines interdum dicuntur angeli: sic isti pp excellentem malitiam dęmones dicuntur. Ioā. 6. Nonne ego duodecim vos elegi? & vnus ex vobis est diabolus. Ex parte decipiētiū est duplex causa. Vna, eorum falsitas. Alia, peruersitas conscientiæ eorum. Quantum ad primum dicit [Dæmoniorum] .i. hominum a dæmone possessorum, & horum dico. Loquentium mendacium.] Hier. 23. Vsquequo istud est in corde prophetarū vaticinantiū mēdacium, & prophetantiū seductiones cordis sui? Et nota, ꝙ p mēdacium simplex absq; pallio apparentiæ, nō posset aliquis decipere quempiā. Et ita hi neminē possent fallere, nisi prætenderent aliquod pallium, vel bonæ intentionis, vel simulationis, vel falsę authoritatis. 1. Cor. 3. Nemo vos seducat &c. 2. Tim. 3. Habentes quidē speciem pietatis, .i. fictam pietatem. Et dęmoniorum dico. [Habentium conscientiam cauteriatā.] Cauterium est corruptio ī carne p ignem, ex qua egreditur cōtinue putredo. Ita ex igne peruersæ voluntatis, iræ odij, concupiscentiæ, vlceratur conscientia, & demoniorū egreditur falsa doctrina. Titū. 1. Coinquinatæ sunt eorū mentes. Deinde ostendit, q̄ sit ista falsa doctrina, & tāgit hæresim Manicheorum, qui damnant matrimoniū, cōtra illud Matt. 19. Quos Deus cōiunxit, homo non separet. 1. Corin. 7. Mulier nō peccat, si nubat. Item Manichei prohibent vsum ciborum, i. mādant abstinere a cibis. Abstinere aūt a cibis potest, qs licite, intētione domandi carnē sicut Timotheus abstinebat a vino, vel pp scandalum, sicut dicit Apo. 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrē meū, non manducabo carnes in æternū. Item illicite. Vno modo, propter legis præceptum, quasi legalia adhuc essent seruanda, contra ꝙ loquitur ad Gal. 2. Alio mō, sm hæresim Manicheorū, non quia prohibitū lege (quā damnant) sed quia dicūt ꝙ in carnibus, oleis, & vino, & hmōi, i. in aliqua taliū particula, diuina natura est admixta, quod nō potest de Deo putari. Non vt autem hoc dicere de cibis legalibus, quia dicit, in nouissimis diebus, sed de prohibitis a Manicheis. Et istos Manicheos dæmones vocat, quia inter oēs hæreses, plus dant diabolo de honore, quia ponunt eum principium ex æquo cū Deo bono, ponentes eum principium sibiipsū. Improbat aūt Apostolus hanc erroneā doctrinā dupliciter, s. ex intentione Dei creantis cibos. Secundo, ex conditione creaturæ, ibi. [Omnis creatura.] Dicit ergo, ꝙ prohibent abstinere, & hoc contra intentionē Dei, qui. [Creauit eos ad percipiendum] Gen. 1. & 9. Sicut olera uirētia dedi vobis oīa &c. Sed dices, Nunquid plantæ pp animalia, & animalia pp hoīes? Respondeo, Dicendū est, ꝙ sic sm etiam Philosophū in 1. Pol. quia imperfectum ordinatur ad perfectius. Et ideo sicut in generatione est multiplex perfectio, s. Plantarum, deinde animalium, & ultimo humana, ita in vsu rerum. Et ideo, [Ad percipiendum, sed Cum gratiarum actione.] 1. The. vlt. In oībus gratias agite, quia, s. concessa sunt vobis a Deo. Ps. 21. Edēt pauperes &c. Et subdit. [Fidelibus] Nam quia illi, qui pcipiunt cum gratiarum actione, sunt fideles. Nullus.n. potest gratias agere Deo in eo, quod illicitum est. Stultus enim, est qui agit gratias de fornicatione Deo, quia Deus non est actor malorū. Ergo ille gratias agit, qui habet hoc, ꝙ vsus ciborum sit licitus. Et hoc quidem innotescit per fidem solam. Et ex ista ratione dicit, [Fidelibus. [Deinde cum dicit. Qui cognouerunt veritatē. Quia omnis &c.] Improbat errorem ex conditione creaturę. Et primo proponit creaturam esse bonam sm se. Secundo, quantū ad vsum, Dicit ergo. [Omnis creatura Dei, est bona]. s. in sua natura Gen. 1. Vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erant ualde bona. A bono &t actore, nihil est nisi bonū. Sed quia multa sunt in se bona, quorum tamen usus non est bonus, ideo probat omnem creaturam esse bonam non solum in se, sed & quantum ad vsum. Et primo, ponit intentum. Secundo probat, ibi [Sanctificatur enim.] Dicit ergo, Nihil reijciendum est, s. ex debito diuinæ legis, quamuis ex alia causa, sicut venenū cōmedere. inquantum est cibus, non est peccatum, sed reiiciendum est, inquantum est mortiferum. Similiter nec alij cibi, inquantum res tales sunt, nō sunt reiiciendi, sed inquantum incitant ad lasciuiam. Ergo secundum discretionem rationis, & ordinationem charitatis, nō sunt reiiciendi. Matt. 15. Omne quod intrat in os, non coinquinat hominem &c. Quare ergo aliqui cibi in ueteri lege sunt prohibiti? Aug. ponit rationem contra Faustum; quia in illo statu non solum per verba, sed etiam per acta præfiguratus est Christus. Et ideo in cibis, vestibus, & sacrificiis fuerunt figuræ futuri status, Non ergo prohibentur secundum se, sed quia immundorū figuræ sunt sicut porcus est signum immundæ vitæ. Et ideo prohibitio carnis eius, est signum quod in lege Christi est prohibita omnis immunditia. Et est exemplum Augustini. Hoc nomen fatuus potest considerari secundum quod est vox composita ex

ex literis, & sic est bona: vel inquantū signum, & significatiua talis rei, & sic mala est, & prohibita. Omnis ergo creaturæ vsus secundum se, est bonus. Cuius ratio est, quia si esset malus, hoc nō posset esse, nisi inquantum diabolus post peccatum hominis accepisset potestatem super eos, quia ex quo homo peccauit, accepit in hominem potestatem, & in ea, q̄ sunt eius. Sed p Christū ablata est hęc potestas, & hæc uocat sāctificatio. Vnde omnia quęcūque benedicimus, exorcizantur primo, & ibi est oratio expellens diabolū. Et ideo dicit. [Sāctificatur enim per verbum Dei. i. per Christū qui omnes sanctificat. Io. 17. [Et per orationem,] fidelium. Iacob. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua.

LECTIO II.

Haec proponēs fratrib. bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autē, & aniles fabulas, deuita. Exerce autem teipsum ad pietatē. Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est, pietas autē ad oīa vtilis est, promissionem habēs vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & oī acceptione dignus. In hoc.n. laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deū viuū

LECTIO SECVNDA.

Svpra reprobauit superstitiosam ciborum abstinentiam, hic mandat Timotheo vt doctrinam præmissam proponat fidelibus. & primo ostēdit, quid dēt proponere. Secundo, quid debet vitare, ibi. [Ineptas autem.] Proponit ergo duas rationes, quare debet proponere pmissa. Vnam, ex cōmisso sibi officio. Secundā ex eius educatione. Dicit ergo. Hæc quæ dixi supra. s. ꝙ oīs creatura est bona, & ꝙ nihil reijciendum &c. [Proponens &c. Timotheus.n. constitutus erat in officio ministerij Christi, quia oēs habentes officium prædicandi, & regendi, constituuntur ministri Christi. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Ille autē est bonus minister, qui sequitur intentionem dñi sui, Christus aūt hoc docuit. Matt. 15. Nihil qđ intrat in os, coinquinat. Et ideo hoc officium requirit illud docere. Item ipsa educatio hoc requirit. Prou. 22. Adolescens iuxta vitam suam, etiā cum senuerit, non recedet ab ea. Et ideo inconueniens est, ꝙ aliqui nutriti veritate doctrinæ, recedant ab ea. Vnde recedēs a doctrina, qua ecclesia suos paruulos instruit, nō est bonus minister Christi. Et ideo dicit [Enutritus verbis fidei &c.] Verbum enim Dei est spirituale nutrimentum quo sustentatur anima, sicut corpus per cibū. Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hoc verbum fidei instruit primo, circa credenda, & sic dicit. [Enutritus verbis fidei.] Secundo circa agēda, & sic subiungit [Et bonæ doctrinę.] Vel fidei verbū quod & simplices habent; & bonę doctrinæ quā spirituales magistri. Deinde cum dicit.]Ineptas &c.] Ostendit, quid vitandum est, quia fabulę ineptæ, & inanes. Fabula enim secundum Philosophum, est composita ex miris, & fuerunt in principio inuentæ (vt dicit Philosophus in poetria,) quia intentio hominum erat, vt inducerent ad acquirendum virtutes, & vitandum vitia. Simplices autem melius inducunt representationibus, quam rationibus. Vnde in miro bene representato videtur delectatio, quia ratio delectatur in collatione. Et sicut representatio in factis est delectabilis, ita representatio in verbis, & hoc est fabula, s. dictū aliquod representans, & representando mouens ad aliquid. Antiqui enim habebant aliquas fabulas accōmodatas aliquib. veris qui veritatē occultabant in fabulis. Duo ergo sunt in fabula, ꝙ contineat verum sensum, & representet aliquid vtile. Itē ꝙ conueniat illi veritati. Si ergo, proponatur fabula, quæ non potest representare aliquā veritatem est inanis, sed quæ non proprie representat, est inepta, sicut fabulę de thalmuth. Deinde cum dicit [Exerce &c.] Exclusa superstitiosa abstinentia, hic comparat abstinentiam virtuōsam aliis virtutibus. Et sciendum est, ꝙ iste Timotheus erat homo valde abstinens. Vnde dicit infra. 5. Quòd modico vino vtatur, & forte, vt sit solicitus de his, quæ ad misericordiam pertinent, quia qui nō parcunt sibi frequenter nec aliis parcunt. Et ideo inducit eum, ut pietatem præferat abstinentiæ. Et primo, inducit eum ad pietatem. Secundo, præfert eā abstinentiæ, ibi [Nam corporalis.] Tertio confirmat quoddā dictū, ibi [Promissionem.] Quarto, dat formam docendi pietatem, ibi, [Præcipe hęc. [Dicit ergo. [Exerce teipsum ad pietatem.] Pietas est, per quam parentibus, patriæque beniuolentiæ officium impendimus, sicut religio per quam cultum debitum Deo exhibemus. Pietas enim importat quādam affectionem ad suum principium. Principium aūt generationis, est pater, & patria. Et ideo oportet, ꝙ homo circa eos sit beneuolus. Pater autem omnium est Deus Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Et ideo nomen pietatis, est deriuatum ad cultum Dei, vt dicit August. 4. de ciuitate Dei. Vnde eusebia est idem quod pietas. Iob 28. Ecce pietas, ipsa est sapientia, secundum aliam translationem, vbi nostra sic habet. Ecce timor dñi, ipsa est sapiētia. Titum 1. In agnitione veritatis, quæ est secundum pietatem. Sed quantum ad terrenam pietatem, competit pietati, vt homo sit beneuolus compatriotis: sed quantum ad Christianam pietatem, requiritur, vt homo omnibus hominibus sit beneuolus, quia omnes sumus eiusdem patriæ. Et ideo pietas sumitur pro misericordia. Cum ergo dicit, Exerce te ipsum ad pietatem; potest accipi; secundum quod pertinet ad cultum Dei, & ad opera misericordiæ exhibenda Glosa, ad pietatem, idest ad cultum omnipotētis Dei, & opera misericordiæ. Et dicit, Exerce non fac; quia exercitium dicit prōptitudinem, & hoc ideo, quia exercitatus facit leuius. delectabilius, & stabilius. Prou. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Deinde cum dicit. [Nā corporalis exercitatio ad modicum vtilis est.] Præfert eam abstinentię. Et primo ostendit, ad quid valet exercitatio corporalis. Secundo, ad quid pietas, ibi, [Pietas autem.] Corporalis exercitatio ieiunij, & huiusmodi, in sua natura nō sunt bona, sed pęnalia, & si homo non peccasset, nihil horum fuisset, sed sunt bona medicinalia. Sicut.n. reubarbarum est bonum, inquantum releuat a colera, sic & ista, inquantum comprimunt concupiscentias, ergo ad istud modicum sunt utilia. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. Col. 3. Mortificate membra vestra, q̄ sunt super terram. Et ideo, si homo esset in statu, ī quo nō posset peccare; non indigeret ieiunio, & huiusmodi. Vnde Chrisostomus super illud Matt. 16. Venit Iesus &c. Dicit, Ioannes purus homo, indigebat medicina ieiunij; Christus Deus erat, & non purus homo, & ideo huiusmodi non indigebat, ergo ad modicū utilis est, quia tantum od morbū peccati carnalis, non spiritualis; quia aliquando propter abstinentiā homo iracundiā, inanē gloriam, & huiusmodi incurrit. Deinde cum dicit. [Pietas autem.] Præfert abstinentiæ pietatem, & accipitur hic vtroq; modo, s. p cultu Dei, & misericordia. [Et est ad omnia vtilis,] quia ad omnia peccata delenda. Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Item ad bona promouenda. Ecclesiast. decimoseptimo. Elemosyna hominis, quasi sacculus &c. Itē promeretur specialem Dei misericordiam. Matth. quinto. Beati misericordes, quoniam. ipsi misericordiam cōsequentur. Et ideo ad hoc designandum, dñs, Matt. vigesimoquinto, specialiter cōmemorat opera misericordiæ. Quod probat subdēs. [Promissionē habens.] In præceptis enim decalogi vnum solum inuenitur, quod pertinet ad pietatem, scilicet, honorare patrem, & matrem & sub illo continentur omnia præcepta, ad quodcunque beneficium impendendum proximo, & hoc est solum præceptum inter ea, quæ sunt ad proximum habens promissionem, scilicet, vt sis longæuus &c. Exod. 20. Et Apostolus hic interpretatur lōgæuus, secundum vitam præsentem, & futuram. Vnde dicit. [Vitę, quæ nunc est & futuræ.] Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius. Sed tunc est quæstio, quia aliquando inuenitur aliquis pietatem sequens, qui tñ non est longæuus. Respondeo, sicut dicit Philosophus, hæc bona temporalia, intantum sunt bona, inquantum vtilia ad felicitatem. Vnde si quis haberet tantum de tēporalibus, ꝙ propter ipsa impediretur a bono uirtutis, & felicitatis hoc non esset sibi ad bonam fortunam, sed ad malam, vt dicitur 10. Et hic. Et longitudo vitæ est unū de temporalibus, intantum bonum, inquantum coadiuuat ad virtutem. Aliquando autē est occasio ad peccandum, & ideo Deus aliquando subtrahit eam homini, non quia deficiat a promissione, sed quia dat quod melius est. Sapien. 4. Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Alia est quæstio, quia apostolus præfert pietatem corporali exercitationi, quia habet spem vitæ præsentis, & futuræ. Sed nunquid corporalis exercitatio non habet ipsum? alias ieiunans non meretur vitam æternam. Respondeo, quando duæ uirtutes sunt, ꝙ una continet aliam, illud quod est superioris virtutis per se competit per accidens inferiori: virtus autem cui competit per se mereri vitam æternam, est charitas, cuius proprius, & immediatus effectus est pietas. Et ideo secundum propriam rationem, attingit ad merendam vitam æternam: abstinentia autem non, nisi inquantum ordinatur ad charitatem, & pietatem: quia si ieiunans non refert hoc ad dilectionem Dei, non meretur vitam æternam.

Tertia quæstio est, quia dicit hic Ambrosius in glosa, Omnis summa disciplinæ Christianę in misericordia, & pietate est,

Universidad de Deusto Biblioteca

quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, nō tñ peribit. Vbi primo est dubium de prima eius parte, quia misericordia, & pietas immediate ordiātur ad charitatē, in qua est summa Christianæ religionis. Respōdeo, quorundam fuit opinio, sicut Aug. dicit. n. 10. de ciui. Dei. ꝙ exercentes pietatis opera, quantumcunq; faciāt peccata carnalia, finaliter nō pereunt æternaliter. Et ad hoc est authoritas ista. Itē, quod habetur Mat. 25. Vbi dānandis solū improperat defectum misericordiæ, ergo debetur pœna æterna solū immisericordibus. Aug. autē dicit contrarium, quia Apostolus dicit, q talia agunt regnū Dei &c. Quantumcunq; n. exerceretur quis in misericordia, si in morte ē in peccato mortali, nō intrabit in regnum. Ad opposita dicēdum est, ꝙ non est misericors, q sibi non miseretur, secundum illud Eccl. 30. Miserere aię tuæ placens Deo, & hoc fit, si homo cōiungatur Deo p amorem, alias nō est misericors. Ad illud euangelij respondet Aug. ꝙ nō quicunq; peccat detruditur in infernū statim, qa remanet ei locus pœnitētiæ, sed ille detruditur, qui finaliter moritur in peccato & pertinet pœnitentia ad misericordiā. Sed quid dicit, Si lubricū &c. Respōdeo, dicendum est, ꝙ loquitur de Lubrico mortali. Et quod dicit, nō peribit, licet hoc nō fit ex cōdigno, tñ est ex congruo, inquātum disponitur aīus ad bonū; vnde dñs post lapsum hoīem reparat. Et hoc pcipue videtur esse in pietate, quia homo benefaciendo aliis, inducit alios ad orandum pro se, & Dñs donat aliquando ueniam peccatoribus, precibus sanctorum; inquantum impetratur eis venia peccatorum, & donū gratiæ; quia homo potest mereri ex congruo alteri primā gratiam, aliàs pro nihilo oraret ecclesia pro peccatoribus. Deinde cum dicit, [Fidelis sermo.] Ostendit ꝙ promittitur nobis futura vita, & primo ostēdit hoc ex labore sanctorum. Secundo, ex eorum spe, ibi. [Quia speramus.] Tertio, ex benignitate Dei, ibi [Qui est.] Dicit ergo. [Sermo,] ꝙ s. pietas habet promissionem. [Est fidelis.] Quod supra expositum est. Et quare? [In hoc enim,] idest propter hoc, vt consequamur vitam æternam. [Laboramus.] 2. Tim. 2. Laborantem agricolam, oportet primū de fructibus percipere. Itē, ut benefaciamus, licet mala sustineamus, unde dicit. [Benedicimus & maledicimur.] Iac. 1. Patientia opus perfectū hēt, & Ro. 5. Patiētia pbationem operatur &c. Et sustinemus pp spem uitę. [Quia speramus in Deum viuum, qui est saluator,] vitæ præsentis, & futuræ. Itē ex officio Dei cuius est saluare. Esa. 43. Nō est absq; me saluator. Et ideo incarnatus est Deus, & uocatus est Iesus. Matt. 1. Ipse. n. saluum faciet populum suum a peccatis eorū, & Iesus idē est ꝙ saluator, quia saluat, salute corporali, quo ad oēs. Et ideo dicit. [Omnium hominum.] Item spirituali, quo ad bonos. Et ideo dicit. [Et maxime fidelium.]

qui est saluator omnium hominum, maxime, autem fidelium.

LECTIO III.

PRæcipe hæc, & doce. Nemo adolescentiā tuā contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinę. Noli negligere gratiam, quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cū impositione manuum præsbyteri. Hæc meditare, ī his esto: vt pfectus tuus manifest⁹ sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ; in- G sta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluū facies, & eos qui te audiūt. Seniorem ne increpaueris; sed obsecra ut patrem; iuuenes vt fratres; anus vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate.

LECTIO III.

SVperius Apostolus hortatus est Timotheū ad pietatem: hic dat ei formam docendi pietatem: cui primo iniungit, vt pietatem doceat. Secundo, qūo sit idoneus ad docēdū, ibi. [Nemo.] Tertio, qūo diuersos diuersimode doceat, ibi. [Seniorē.] Doctrina vero pietatis in duobus cōsistit, s. in agendis, & credendis. Agenda aūt non solum debent instruere, si sunt authoritatē habētes, sed etiā præcipere. Et ideo dicit. [Præcipe hæc.] Tit. 2. Argue cum omni imperio. Quantum ad credenda, dicit. [Et doce.] Matth. vltimo. Docete omnes gentes. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Deinde cum dicit. [Nemo.] Ostendit, quomodo possit esse idoneus ad prędicta, & primo ad pręcipiendum. Secundo quomodo ad docendum, ibi. [Dum venio.] Circa primum duo facit, qa primo docet, quomodo debet excludere contemptum, Secundo manifestat, per quid excludendum sit, ibi. [Sed exemplum.] Præceptum efficaciam non habet nisi per authoritatem præcipientis, & ideo quando authoritas contemnitur, præceptum frustratur, quod maxime fit in adolescentia, quia tales non creduntur prudentes esse. Vnde secūdum Philosophum, nemo iuuenes elegit duces. Et ideo dicit. [Nemo &c.] Quasi dicat, Licet sis iuuenis, mores tñ representent senectutem. Tob. 1. Cū esset iunior. Deinde ostendit, quomodo excluditur contemptus dicens,

F [Sed esto &c.] vt. s. talē exhibeas te, vt sis exemplū faciēdi, quod verbo doces. Et notandum, ꝙ in his, in quibus prælatus est exemplum, est multiplex differentia. Quædam. n. ordinantur ad proximum, quædā ad Deum, qdam ad se. Quantum ad proximū dicit, [Exēplo esto fidelibus,] vt. s. ꝙ verbo præcipis, impleas opere. 1. Petr. vlt. Forma facti gregis &c. Et hoc in locutione. Vnde dicit [In verbo.] s. pōderato, ordinato & circūspecto. Collo quarto. Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus. 1. Petr. 4. Si qs loquitur, quasi sermones Dei. Itē [In cōuersatione.] exteriori, vt sicut excellit loco & dignitate, ita & honesta conuersatione. 1. Pet. 2. Cōuersationē vestram inter gentes habentes bonā &c. Matt. 5. Videāt opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, q in cęlis est. Quātū ad Deū ordinatur charitate, q perficit affectū. Vnde dicit, [In charitate.] 1. Cor. 13. Si linguis hoīum loquar &c. Collo. 3. Super oīa charitatem habentes. Itē per fidem, q illuminat intellectum. Vnde dicit [In fide.] Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Quod specialiter cōpetit prælatis, qui sunt custodes fidei. Vnde Luc. 22. Specialiter Dñs orat pro fide Petri dicens, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Quantum ad se, vitā & ministerium ordinat castitas, quia indecens est nimis, vt uita ministri H discordet a vita dñi. Eccl. 10. Secundum iudicē populi, sic & ministri eius. Christus autem sic castitatē dilexit, vt de uirgine voluit nasci & ipse eam seruauit, ideo sequitur, [In castitate.] Deinde cum dicit, [Dū venio &c.] Ostendit, qūo sit idoneus ad docendum, & primo facit hoc. Secundo assignat rationē pmissæ monitionis, ibi, [Noli negligere.] Per duo aūtē est idoneus ad docendum, s. per lectionem, in qua acquirit scientiā, & p exercitium, quo efficitur prōptus. Et ideo dicit [Dum venio, attēde lectioni.] s. librorū sanctorū. 3. Mach. 12. Habentes solatio libros sanctos. Io. 5. Scrutamini scripturas. Et hoc significatur Exod. 25. Vbi dicitur, ꝙ semp in arca Dñi debebant esse vectes in circulis, & circuli in angulis: quasi semper parati ad portandū. Ad exercitium aūt necessaria est exhortatio nostra, quantum ad agenda, doctrina, quantum ad cognoscēda. Ideo addit [Exhortationi & doctrinæ.] Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascent vos I scientia & doctrina. Deinde cū dicit [Noli] Ponit rationē monitionis pmisse, & primo ponit cām, ex dono suscepto. Secūdo causam, ex præmio expectato, ibi [Attende tibi.] Item primo ponit rationem. Secundo ostendit, qūo quod in ratione cōtinetur, impleri potest, ibi, [Hæc meditare.] Dicit ergo [Noli &c.] Quasi dicat immo attende, quia qui recipit gratiam, non dēt in ea negligens esse, sed ex ea fructificare debet. Matt. 25. [Seruus abscondens in terra pecuniā, punitur pp negligentiam. [Noli ergo negligere gratiam &c. Per hoc intellige, uel dignitatem episcopalē, vel donum scientiæ vel prophetiæ, uel miraculorū, quorū nihil debet negligi. 2. Cor. 6. Ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Dico gratiam, [Quę data est tibi p prophetiam.] i. per diuinam inspirationem. Nā in primitiua ecclesia, vbi pure & pp Deū electiones fiebant, nullus assumebatur ad episcopatum, nisi per electionem diuinam, sicut electus est Ambro. & Nicolaus. Et hanc in spirationē, vocat hic prophetiam. Vnde Gl. dicit 1. per sancto- K rum electionē, quia sancti non eligebant, quem a Deo non sciebant electum. Itē apostolus puidebat hunc profuturum esse populo. Prou. 29. Cum prophetia defecerit. i. talis modus electionis dissipabitur populus. Et quo modo? [Cum impositione manus presbyteri.] Alia littera habet. [Manuum presbyteri.] Et sicut dictū est noīa presbyteri, uel episcopi sunt promiscua, quia sacerdotes & presbyteri. i. episcopi erant, qui recipiebantur cū manus impositione. Num. 27. Voca Iosue, & impone manū tuā super eum &c. Dñs ēt imposuit manum pueris, vt dr̄ Matth. 19. Itē Apostoli septem diaconibus. Act. 6. Et ideo ordinandis in episcopos imponuntur manus. Sed quæstio, est, cum episcopus debeat ordinari a tribus, quare hic dicitur singulari numero presbyteri? Respondeo, hoc ideo dicit, quia & si conueniant multi, tamen unus est principalis, & alij consistentes. Tamen potest dici, quod tunc hæc constitutio nondum erat, & tunc pauci erant episcopi, qui non poterant congregari. Alia littera habet, non in presbyteri ideo illorum, qui sibi imposuerunt manus,

quam

quantum hoīes, sed inquantum presbyteri. Et hæc impositio significat collationem gratiæ, non ꝙ ministri dent gratiam, sed ꝙ significant gratiam datam a Christo. Vnde illorum est solū, qui sunt ministri Christi. Et iō dicit.]Presbyterij, vel presbyteri,] qa manus impositio, alia est quæ fit a diaconibus, & alia q̄ fit a presbyteris. Deinde cū dicit. [Hæc meditare.] Ostendit, qūo impleatur, quod dictum est, vt scilicet, continue meditetur ea, q̄ spectant ad officium suū. Heb. vlt. Ipsi. n. peruigilāt, quasi rōnem pro animabus vestris reddituri. [Hæc ergo meditare,] i. frequenter cogita, quę sūt ad curā gregis tui. [In his esto,] i. tota virtus tua sit ad hoc. Et quare? [Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.] Mat. 5. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, &c. phil. 4. Modestia vestra nota sit oībus hominibus. Et hæc debet seruare pp præmium expectatum, ppter quod subdit, dicens. [Attende tibi & doctrinæ.] Aliqui sic attendunt doctrinæ, ꝙ sui curam negligūt: sed Apostolus dicit, ꝙ primo, attendat sibi, & postea doctrinæ. Eccle. 30. Miserere aīæ tuæ placēs Deo. Vnde Iesus cępit facere, & docere. [Insta in illis,] i. instāter exerce. 2. Tim. 4. Insta opportune. Et fructus erit ex hoc copiosus, quia [Hoc. n. faciens, & teipsum, &c.] Et hoc est magnum. Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animam suam a morte. Dan. 12. Qui ad iustitiā erudiūt multos, quasi stellæ, &c. Vnde doctoribus debetur pręmium aureolæ. Deinde cum dicit. [Seniorem &c.] Ostendit, qūo diuersimode diuersis suam doctrinā debet tradere, & ponit duas diuersitates. Vnam, secundum ætatem. Aliā, secundum sexum. Secundum ætatem primo, quantum ad viros. Secundo, quantū ad fœminas, ibi. [Anus &c.] Dicit ergo. [Seniorem &c. Sed obsecra, ut patrem.] Leuit. 19. Honora personā senis. Et ideo non sunt mordaciter increpandi, sed obsecrādi. 1. Pet. 5. Seniores, qui in uobis sunt, obsecro consenior. Et si Petrus senior hoc faciebat, quanto magis iuuenis hoc debet? Sed contra. Esa. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorū maledictus erit. Respondeo, Dicendum est, quòd senex propter excedētem malitiā perdit honorem senectutis, & tunc increpandus. Iuuenes vt fratres. Matth. 23. Omnes vos fratres estis. Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Ex parte fęminarum est differentia ætatū, [Quia anus vt matres,] maxime, quæ non sunt iuuenes. infra 5. Viduas honora. [Iuuenculas, vt sorores.] Ex amore charitatis. Et hoc. [In omni castitate.] Quia amor spiritualis ad mulieres, nisi cautus sit, degenerat in carnalem, ideo in his, quæ ad iuuenculas pertinent, adhibenda est castitas, & ideo Apostolus addit hoc. Vnde Papa scribens eis, dicit. [Dilectus in Christo.] Sed uiris simpliciter, Dilectis filijs.

CAP. V. LECT. I.

VIduas honora: quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte, & die. Nam quę in delicijs est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam B non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.

LECTIO PRIMA.

SVpra instruxit Timotheum de usu ciborum, & de abstinentia: hic instruit eum de dispensatione ciborum, quæ fit spiritualib. personis. s. quæ dispensabantur viduis, & doctorib. Primo ergo instruit eum de viduis. Secundo, de doctorib. ibi. [Et qui bene præsunt.] Circa primum, primo ostendit, qūo viduis, & doctoribus sunt ministranda alimenta per ecclesiā. Scdo, qualis uidua sit eligenda, ibi. Vidua eligatur. Item, primo ostendit qualib. uiduis sit subueniendum. Secundo, manifestat quod dixit, ibi. [Si qua autem.] Tertio, ostendit rōnem dictorum, ibi. [Si quis.] Dicit ergo. [Viduas honora,] non solū reuerētiā exhibendo, sed necessaria tribuendo. Hęc. n. duo intelligunt in verbo honoris. Vnde in præcepto honorandi parentes, intelligitur ēt de subuentione, q. d. In necessarijs prouide, & hoc inchoatū est a principio ecclesiæ. Act. 6. Factum est murmur Græcorū aduersus Hebręos, eo qd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. 2. Mach. 3. In templo pecunia posita erat ad alimoniam uiduarū, & pupillorum. Sed quas viduas? Illas, [Quæ vere sunt uiduæ.] Vidua dr̄ quasi a uiro uidua. i. diuisa. Nā vidua uere est illa, quæ non habet alias personas a quibus sustentetur, & huic necessaria dabantur de eleemosynis fidelium. Deinde cum dicit. [Si qua autem.] Exponit, quæ sunt uere uiduæ; & primo ostendit, quæ non sunt vere. Secundo, quæ sunt uere, ibi, [Quæ autem.] Circa primum, primo agit de institutione earum, quæ sunt ue-

A re viduæ. Secundo rōnem assignat, ibi. [Hoc enim.] Instruit ergo huiusmodi, ꝙ. [Discant domum suam regere.] Tob. 10. Docuerunt filiam suam regere familiam. Et dicit, [primum,] quia uidua quæ assumitur ad promissionem sibi ab ecclesia fiendā, debet esse cum honestate uigilans. Et hoc est, qd dicit. [Discat.] Itē debet suis parētib⁹ seruire, & iō dicit. [Mutuā, &c.] Quasi dicat, Sicut parentes eam nutrierūt, ita & ipsa eos si habet. Et huius rō assignat, cū subiūgit, dicēs. [Hoc. n. est acceptum, &c.] Quia hæc non solum hoībus fiunt, sed Deo. Et hoc patet, quia Dñs de hoc spāle mandatum dedit. Exod. 20. Quod etiam Dñs Iesus in euāgelio noluit ptermitti. Item hoc natura docet, vt homo recompenses beneficia impendentibus. At nulli tñ impenderunt, quantum parentes. Deinde cum dicit. [Quę autem.] Tractat de veris uiduis. Primo ostendens, quæ uere sunt uiduæ. Secundo qualiter instruendæ sunt, ibi. [Speret in Deū.] Dicit ergo. [Quæ aūt vere uidua est, & desolata,] i. quæ non habet consolationem humanam. s. filios uel parentes, & talis quæ non habet aliud confugium, [speret in Deum,] ēt quantum ad tpalia subsidia per ecclesiam sustentata. Et debet instrui primo, ut exerceatur in bonis. Scdo vt caueat a malis, ibi. [Et hoc pcipe.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quibus debet occupari hæc uidua. Secundo rōnem assignat, ibi. [Nam vidua.] Dicit ergo. [Speret in Deum, & actum spei conuenientem exerceat, qd fit per orationem, & obsecrationem, per quas obtinetur, qd spe- C ratur. Oratio. n. eleuatio est mentis in Deum, obsecratio est postulatio per aliqua sacra. Et ideo subiungit. [Et instet obsecrationibus, & orationibus,] & dicit. [Die & nocte,] quia impossibile est, ꝙ animus hominis sit sine aliqua cura. Et ideo, ex quo uidua nihil habet in quo occupetur, debet vacare semper Deo. Luc. 2. Anna non discedebat de templo, &c. Iudith. 8. Fecit cubiculum in superiori ad orandum. Deinde cum dicit. [Nam quę.] Reddit rōnem quare debet semper vacare orationi. s. quia impossibile est, ꝙ animus nō occupetur circa aliquam delectationem. Et cū animus otiosi non occupatur utilibus, oportet, ꝙ occupetur carnalibus. Et ideo dicit, ꝙ uidua sic desolata uacet orationi, quia si non habet hanc occupationem, dat se delicijs, & sic mortua est morte peccati. Apocal. 3. Nomen habes, ꝙ uiuas, & mortuus es. Esa. 38. Viuens. s. interius, viuens. s. exterius, confitebitur tibi. Et licet deliciæ sint omnib. hominib. occasio mortis, specialiter tamen mulieribus, quia ex sui natura habent animi molliciē. Cū ergo deliciæ emolliant animum, necesse est, ꝙ mulieres multo D plus emolliantur. Hierem. 31. Vsquequo delicijs dissolueris filia uagā? Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantū date illi tormentum, & luctum. Deinde cum dicit. [Et hoc præcipe.] Ostendit, quòd instruēdi debent cauere se a malis. Et ideo dicit, quòd etiam prohibeat hoc, præcipiens. [Quod mulieres,] quæ ab ecclesia sustentantur, [Sint irreprehensibiles.] Psalm. 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Deinde cum dicit. [Si quis autem] Assignat rationem huius, quod dicit. [Discat primum, &c.] Dicens, quòd oportet, quòd circa hoc instruatur uidua, quia hoc est de necessitate. Et ideo dicit. [Suorum,] quorū, scilicet cura ei incumbit. [Et maxime domesticorum.] Cano. 2. Ordinauit in me charitatem. Et sicut August. dicit; possumus omnibus bene uelle, sed illi qui sunt nobis coniuncti, æstiman- E tur quasi quædam sors, & ideo magis diligendi. Ambros. in lib. de offic. dicit, quòd ratio huius est, quia forte his quibus non est uerecundum suscipere a suis, esset uerecūdum suscipere ab aliis. [Fidem negauit,] per opera, quia si non seruat fidem his, quos sibi natura copulauit, consequens est, quòd nec aliis Tim. 1. Cōfitentur se nosse Deum factis autem negant. Sed nūquid est hoc uerum? [Et est infideli deterior.] Cuius contrarium uidetur per August. Io. 15. Si non uenissem &c. Quia super hoc dicit, quòd ibi loquitur de peccato infidelitatis, quod est grauius cęteris peccatis: quia peccata in Deum sunt grauiora, quàm quæ in proximum. Respondeo, quòd status fidelis, ab infideli potest dupliciter considerari. Primo quantum ad statum peccati, & sic infideles sunt in peiori statu, quia nihil agunt Deo acceptum. Secundo quātum ad vnum peccatum, & tunc econtra, fidelis. n. & infidelis si męchentur, plus peccat fidelis, quia facit iniuriā fidei. Et sic dicit, quòd si fidelis contemnit curā parentum, grauius peccat,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm si hoc faceret infidelis 2. Pet. 2. Melius erat eis nõ cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum cõuerti &c.

LECTIO II.

SVpra ostendit viduas ab ecclesia esse sustẽtãdas: hic ostendit, quales sunt sustẽtãdæ. Et primo ostẽdit, qualis sit eligẽda: secundo, qualis vitanda, ibi. [Adolescentiores.] Circa primum, tria facit, quia primo ostẽdit esse eligendam ex tempore, secundo ex castitate; tertio ex bonorũ operum exercitio. Ex tempore, quia. [Sexaginta annorum.] Sed do qua electione agit? Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo, quòd loquitur de electione, qua eligitur ad præsidẽdum gubernationi aliarum viduarum, quæ ab ecclesia nutriebantur, quæ sic antiqua præficiatur, vt de continentia eius nullus suspicetur. Num. 4. A triginta annis, & ꝫ, vsq; ad annos quinquaginta, &c. Sed cõtra videtur, qa ecclesia facit cõtrarium, qa abbatissæ iuniores fiunt. Respõdeo, Dicẽdũ est, quòd inordinatũ est, quòd nimis iuuenculæ fiãt: sed tũ nõ est tãta diligẽtia ecclesiæ in eis, quæ sunt inclusæ, vt in eis, quæ sunt liberæ. Alio mõ, quòd loquatur de electione, qua eligitur ad hoc, quòd sustẽteretur ĩ tipendijs ecclesiæ, & talis eligat nõ minus, quàm annorũ sexaginta: quia iuuenes possunt laborare manibus, sicut & Apostolus, qui licet posset de euãgelio viuere, tñ laborabat, sed vetulę quiescunt. Ex castitate etiam eligẽda est vidua, ideo dicit. [Quæ fuerit unius viri vxor.] Sicut. n. requiritur in episcopo, quòd sit vir unius vxoris, ita in vetula, quòd sit uiri vnius vxor. Gl. hoc dicit propter prædictũ sacramẽtũ. Hæc Glosa est magistralis, & patũ valet. Non. n. videt rõ sumi ex aliquo sacramẽto, quia mulieres nõ suscipiũt aliqua sacramenta ministrãda. Sed hoc dicit propter firmitatẽ, ſ. habeãt continuũ propositũ seruãdæ viduitatis. Sed Hieronymus in epistola ad Gerũtiã, aliàs ad Eficiã, aliã rationẽ assignat, ſ. quòd apud Gentiles mos erat, quòd in sacris deorũ nulla præerat, q̃ haberet duos viros. Et iõ Apostolus voluit, vt quæ alimentis ecclesiæ nutriebantur, non minus essent castæ. Iudith 15. Eo quòd castitatẽ amaueris, & post uirum tuum, alterum nesceris &c. Luc. 2. Vixit annis septẽ cũ viro suo a virginitate sua. Et ideo est quasi laudabile signũ castitatis, quòd vnius viri fuit vxor. Deinde cũ dicit. [In operibus bonis &c.] Ostẽdit viduã esse eligẽdã ex exercitatione bonorũ operũ, & primo in generali, ſcdo in speciali, ibi. [Si filios.] Tertio dat idẽ intelligere de oĩbus bonis operibus, ibi. [Si omne opus.] Quãtũ ad primũ, dicit. [In operibus bonis.] Prou. vlt. Laudẽt eã in portis opera eius. Et dicit. [Testimoniũ habẽs.] Io. 5. Opera quæ dedit mihi pater, vt perficiã, ipsa opera, quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me. Exteriora. n. opera ostẽdũt interiorẽ fidẽ. Iac. 2. Ostẽde mihi fidẽ tuã sine operibus, & ego ostendã tibi ex operib. fidẽ meã. Sed quæ opera? primo ad suos: ſcdo ad alios. Ad suos dicit. [Si filios educauit.] ſ. in timore Dei & castitate, Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. Quantũ ad alios, tangit tria opera pietatis, Primo ad misericordiam quia mulieres habentes cor molle, sunt naturaliter misericordes. Primo ergo decet hospitalitatẽ, ibi. [Si hospitio receperit.] Ro. 12. Hospitalitatem sectantes. Secundo cum hoc simul ponit humiliratem, dicens. [Si sanctorum lauit pedes,] sic. n. sunt sancti recipiendi, & honorifice tractandi. Luc. 10. Martha autem satagebat circa frequens ministeriũ, sic Christus Io. 13. Si ergo ego laui pedes uestros Dñs, & magister, & vos debetis alter alterus lauare pedes. Glo. Aug. super Io. Faciũt hoc sibi inuicẽ fratres etiã in ipso opere visibili, & quod manu nõ faciũt, corde nõ faciunt. Multo aũt melius est, vt etiã manibus fiat, nec dediguetur id q̃ fecit Christus, facere Christianus. Qui. n. ad pedes fratris inclinatur, ei in corde humilitas excitatur. vel si iam inerat, confirmatur humilitatis effectus. Tertio fortitudinem, & constantiam, ut, ſcilicet, tribulatis assistat, vnde dicit. [Si tribulationẽ patientib. subminis trauit.] Heb. 10. Vinctis compassi estis. Deinde cũ dicit. [Si oẽ opus.] Concludit, in quib. debet esse bona, dicens. [Si oẽ opus bonum subsecuta est,] ſ. prosecuta est Galata. 6. Dũ tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Deinde cum dicit. [Adolescentiores, & cæt.] Ostendit, quæ sint vitandæ. Et primo hoc ostendit, ſecũdo assignat rationẽ, ibi [Cum. n. luxuriatæ.] Dicit ergo, Eligantur viduæ talis ætatis, sed denita adolescentiores viduæ, i. passim non recipias ad sustentationẽ in ecclesia, præcipue infames & dissolutas: vel [Denita eas.] quãtum ad cõtortiũ, & familiaritatẽ. Ecc. 42. Melior est iniquitas viri, i. securior ad cõmorandũ, quàm mulier benefaciens, vnde ibi subditur, & mulier confundens in opprobrium. Prima expositio est literalis. Deinde cum dicit. [Cum. n. luxuriatæ fuerint &c.] Assignat duplex ratio, ex duplici periculo, quod imminet. Circa primum duo facit, quia primo proponit primũ; ſcdo respondit quæstioni, ibi [Habentes damnationem. Si enim adolescentes assumuntur ad sustentationem ecclesiæ, sunt duo consequentia. ſ. quòd habeãt sufficientiam, & quod non cogãtur manib. operari. Ex vtroque autẽ imminet periculum. Ex primo periculum castitatis. Vnde dicit [Cum. n. luxuriatæ fuerint.] Luxuria q̃nque sumitur ꝓ superfluitate actus venerei, & sic est vnũ de septẽ vitijs capitalib⁹: q̃nque vero sumitur ꝓ oĩ superfluitate rerũ corporaliũ: & sic sumitur hic, q. d. Cũ habuerint superabundantiã [In Christo: per suffragiũ Christi tunc [Nubere volunt.] Exo. 32. Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerunt ludere. Valerius dicit, ꝙ a cerere, i. cibo, & libero patre, ꝙ inquies est locus ad veneré Osee. 4. Comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerunt &c. Deinde cũ dicit [Habentes &c.] Respondet tacitæ quæstioni. Posset. n. aliquis dicere, Quid enim mali est, si nubant? Tu enim dicis 2. Cor. 7. Mulier non peccat, si nubat. Ideo dicit [In hoc habent damnationem, quia primam fidem &c.] ſ. castitatis, quam vouerunt, alias. n. non fuissent assumptæ ad alimoniam. Vnde dicit Aug. hic, q̃ ex solo proposito quis incurrit damnationẽ. Verum est, si sit ad determinatum & cum consilio. Ec. 4. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere. Luc. 9. Nemo mittẽs manũ in aratrũ, & aspiciẽs retro aptus ẽ regno Dei. Ex secũdo ſ. quòd nõ laborãt, tria mala incurrũt. Primũ malũ est otiositas. Ec. 33. Multã malitiã docuit otiositas. Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otiũ. Pro. 12. Qui sectat otiũ stultissimus est. Ex otiositate sequitur hæc mala. Cor mulieris non est firmũ sicut viri, & pp hoc ad diuersa mouetur. Si ergo nõ assumatur ad operãdum, oportet ferri ad diuersa. Et iõ est periculum, quòd mulieres sint otiosæ, vnde antiqui occupabant eas. Item efficiuntur instabiles quantum ad locum, quia discunt circumire domos. Pro. 7. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Hierem. decimoquarto. Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Quantum ad verba dicit [Verbosæ] Ex quo enim non occupantur, multum vacant nugis. Prou. 7. Garrula, vaga, quietis impatiens. Quantum ad cor [Curiosæ,] quia ex quo non occupantur in suis, intromittunt se de alienis, & ideo [Loquuntur, quæ non oportet,] quia omnium facta dijudicant. Eccl. 9. Collo quium eius, quasi ignis exardescit.

Deinde cum dicit [Volo ergo &c.] Ostendit, cui operæ sint applicandæ ſcilicet vt nubant. Et proponit primo documentum, ſecundo assignat rationem, ibi, Iam enim. Dicit ergo. [Volo Iuniores.] ſcilicet viduas. [Nubere.] Contra primæ Corinth. septimo. Bonum est eis, sic sic permaneant, ergo debet melius dicere, Volo continere. Respondeo. Hieronymus dicit, quòd illud. 1. Corinth. 7. Volebat ex principali intentione, sed vnusquisque habet proprium donum a Deo. Et ideo subdit, Melius est nubere, quam vri. Et ideo in quo casu loquitur, videndum est, quia in hoc, ne primam fidem faciant irritam: & ideo quod hic dicit, volo, intelligitur non ex principali intentione [Filios procreare.] & non eos occulte occidere per abortum, supra secundo. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide [Matres familias esse.] vt ſcilicet sint occupatæ, nec verbosæ discurrant per domos. Et etiam hoc volo, [Vt nullam occasionem dent aduersario,] ideſt vel diabolo, vel gẽtili [Maledicti gratia,] ideſt, vt possit maledicere ecclesijs Dei. In quo sic cõcludit vitã viduitatum, vt sic viuant, quòd in nullo alios prouocent ad lasciuiam. primæ Petr. 2. Sic est voluntas Dei, vt bene facientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Et est eius hęc ratio, quia [Quædam vouentes castitatem, conuersæ sunt retro,] votũ irritantes. Et tales vadunt, [post Sathanam,] per tentationem, qui apostatauit de societate angelorum. Deinde cũ dicit. [Si quis.] Ostendit, quæ viduę sunt nutriendæ a priuatis personis, & primo ponit documentũ: secundo rationem, ibi. [Et non grauentur.] Dicit ergo ꝙ quæ est vidua, vere fruetur in Deo, sed iam si qua hãt fratres, vel parentes, sustẽtentur ab illis. Et ideo dicit. [Si quis fidelis &c.] Quia hoc est opus pietatis. Et hoc. [Vt ecclesia non grauetur &c.] Et hoc necessarium est, quia tunc ecclesia nõ habuit possessiones, sed modo habet possessiones deputatas ad hoc. primo Thessalon. primo. Nolite, & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.

LECTIO III.

SVperius egit de viduis honorandis, quæ stipendiis ecclesię sustentabantur: hic agit de honoratione presbyterorũ. & primo instruit Timotheũ, qualiter se habeat ad eos. secundo ostendit quũ quædam dicta sunt intelligenda, ibi. [Quorundam hominum.] Item primo ostendit, ꝙ presbyteri sunt honorandi: secundo confirmat per authoritatem, ibi. [Dicit. n. scriptura. Circa primum duo facit, quia primo ostendit ꝙ sunt honorandi: secundo ostendit, qua rõne debentur eis honor, ibi. [Maxime qui.] Dicit ergo, [Qui bene præsunt presbyteri.] Presbyter idẽ est ꝙ senior, & sicut senes ętate, consueuerunt habere prudentiam. Iob 12. In multo tpe prudentiã, ita qui sumitur ad regimẽ ecclesiæ debet prudens esse. Luc. 12. Fidelis seruus, & prudẽs &c. Et ideo ꝓlati ecclesiæ, ſ. episcopi, & sacerdotes, vocantur presbyteri. Et ideo dicit, [Qui præsunt &c.] Nec hoc tantum, sed oportet, ꝙ bene præsint, ſ. ad Dei honorẽ, & non ad propriam commoditatẽ Ezec. 34. Væ pastoribꝰ. Israel, qui pascebat semetipsos. Itẽ, prudẽs fuit vnicuiq; det tempore suo. 1. Cor. 4. Hic iam quæritur in dispensatores, vt fidelis ꝙs inueniatur. Isti [Duplici digni sunt honore,] quorũ vnus est in ministratione necessariorũ, Tob. 1. Ex his quib. honoratus fuerat a rege, habuisset decẽ talenta argẽti &c. Prou. 3. Honora Dominum de tua substantia. Item, alius in exhibitione reuerentiæ. Eccle. 4. Presbytero humilia animam tuam. Heb. 12. Obedite præpositis uestris. Prou. vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicib. Es. 16. In terra sua duplicia possidebunt. Sed [Maxime,] ꝑcipue hic honor est illis exhibendus, ꝙ meruntur suo labore, ſ. [Qui laborant in verbo,] prædicatio nis. Phil. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verbũ vitæ continentes. Col. 3. Verbũ Christi habitet in vobis abundãter, in omni sapientia docẽtes. Itẽ. [In doctrina,] i. in erudtione, Heer. 3. Dabo nobis pastores iuxta cor meũ, & pascent uos scĩa, & doctrina. Et Ephes. 4. Iungit pastores, & doctores, quia hoc est officiũ Episcopi. Deinde cũ dicit. [Dicit. n.] probat per duplicem authoritatem, & vnam introducit secundũ sensum mysticum, aliam fm literalem, ibi, [Dignus est.] Dicit ergo. [Dicit. n. scriptura,] ſ. Deut. 25.] Nõ alligabis os boui triturãti.] 1. Cor. 9. Pro tua Apostolus hoc esse intelligendũ de doctoribꝰ. quia Deo non est cura de bob. nõ quin subsint diuinæ prouidẽtię, sed quia Deo nõ est cura, qualiter hoĩes tractent boues, qui pnt eis uti ut uolunt. Vñ illa lex non est de bob. sed p similitudinẽ dr. q. d. Homini laboranti in officio ꝓdicationis & regiminis, nõ prohibeas, quin vinat de illo officio. Per boues, intelliguntur docẽtes. Prou. 14. Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Per messes, fideles. Matt. 9. Messis quidẽ multa &c. Ergo nõ sunt ꝓhibẽdi ꝓdicatores & doctores, qn sumptus hẽant. Alia authoritas est. [Dignus est operarius cibo suo.] Mat. 10. Vel potius in veteri testamẽto est, licet nõ sic scripta sic. Nec cõsueuit Apost. de euangelio inducere authoritatẽ, nisi cũ expressione dictis, sed sufficit hęc de Leu. 9. Nõ morabitur apud te merces mercenarij tui vsq; mane. Sed nũquid sũptus sunt merces? Dicit Aug. in Glo. ꝙ sic. Non. tñ venale est euangelium, vt pro istis prædicetur. Merces. n. q̃nque dr, ꝙ homini redditur pro præmio finali, & sic absq; ꝙ prædicatorum merces sint huiusmodi sumptus, q̃nque dr

merces solum, quo quis sit dignus laborãdo. Et hoc modo, largo hic dr merces. Et ideo dicit Aug. Accipiant ergo &c. Deinde cũ dicit. [Aduersus presbyterum,] agit de correctione presbyteri, dicẽs, ꝙ presbyteri, qui bene præsunt, duplici honore sunt honorandi, sed mali sunt corrigendi. Circa qđ tria facit. Primo dicit, ꝙ faciliter eorum accusatio non admittatur. Secundo, ꝙ culpabiles sunt publice corrigendi, ibi, [Peccãtes.] Tertio, ꝙ non dãnentur temere, ibi. Sine præiudicio.] Dicit ergo, Tu maior presbyter. [Noli ad uersus presbyterum accusationem &c.] Duo sufficiunt, si boni sunt. Cuius dicti ratio, est in Glo. quia non est facile accusanda, tam alti ordinis persona, quæ sit vice Chri. Sed hoc non vł sufficere, quia aliorũ accusatio. [Nõ nisi sub duobus, vel trib. testibus.] admittitur. Deut. 17. In ore duoũ aut trium testium peribit, qui occidetur. Vnde notandum, ꝙ aliud est accipere accusationem, & aliud cõdemnare accusatum, secundum non debet iudex, nisi cum testib. conuictus fuerit damnandus, & hoc in hominib. vulgi, sed in sacerdotem non debet accusationẽ recipere nisi sit euidens. Deinde cũ dicit [Peccantes &c.] Ostendit qũo puniatur si sibi probetur, & primo ostendit, ꝙ publice corrigat eũ, secundo adiurat eũ, ꝙ obseruet ista, ibi. [Testor corã.] Dicit ergo. [Peccantes,] tam presbyteros, quam quoscunque. [Coram omnib. argue. Et quare? [Vt cæteri timorem habeant.] Proceditur tñ aliter in correctione fraterna, aliter in iudiciaria, quia iudex gerit personã publicam, & ideo debet intẽdere bonum cõe, quod lædituꝛ per peccatum publicũ, quia multi scãdalizantur. Et iõ iudex ecclesiasticus sic dẽt publice punire, ut alii ædificentur. Eccl. 8. Quia non cito profertur contra malos sẽtentia, absq; vllo timore filii hominũ perpetrant mala. Prou. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Nota, ꝙ dicit. [Corã omnib.] Sed contra Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, &c. Respondeo Aug. in Glo. distingue tempora, & peccatum, quia aliud est occultum, aliud publicum. Sed primum indiget occulto remedio, i. occulte est arguẽdũ, & de hoc loquitur Dñs. Vnde dicit in te, ſ. solo quasi occulte. Sed Apostolus loquitur de pctõ publico, quod publica pœna indiget. Et hoc significatur in mortuis, quos Dñs suscitauit. Matt. 9. Puellam suscitauit intra domum, per quod occultũ peccatum intelligitur, vnde, & tunc eiecit turbã, sed Luc. 7. Filiũ viduæ extra portam, coram omnib. per quod ostenditur publicũ peccatũ publice puniẽdũ. Deinde cum dicit. [Testor &c.] Quia iudex ecclesiasticus maxime gerit in indicando personam Dei: ideo per Dei attestãdus est, ꝙ iuste iudicet. Sic. n. dẽt arguere coram omnib. ꝙ non despiciat iudiciũ Dei. Vbi tria ostendit, Primum est authoritas diuina, quia Deus pater authoritate iudicabit, ideo dicit. [Corã Deo.] Gen. 18. Iudicas omnem terram. Item Christus homo sicut in iudicio comparens. Io. 5. Potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hoĩs est, Et iõ dicit, [Et Christo Iesu.] Itẽ angeli sicut ministri. Mat. 25. Cũ venerit filius hoĩs in maiestate sua, & oẽs angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Iõ addit. [Coram angelis.] Iob 10. Instauras testes tuos contra me. Deinde cũ dicit. [Sine prędicio.] Remouet temeritatem iudiciũ, dicens. [Sine præiudicio.] Vt, ſ. nõ temere ꝓcedas, sed cum deliberatione nihil facies, ſ. declinando ad aliquã partẽ. Vel sine præiudicio, i. sine pcedenti discussione. Eccle. 33. Sine iudicio nihil facias graue. Iob 29. Causam quã nesciebã diligentissime inuestigabã, alioquin nõ esses medius inter partes. Exo. 23. Non declinabis in iudicio pauperes. Deinde cum dicit [Manus cito nemini imposueris.] Agit de promotione, & hoc vł esse tõ primi. Sicut. n. non dẽt cito punire, ita nec cito promouere, i. ordinare de facili ad sacros ordines. Supra 2. Et hi ꝓhibẽtur primũ, &c. Nu. 11. Cõgrega ad me 70. viros de seniorib. Israel, quos tu nosti. ꝙ senes sunt populi ac magistri, q. d. illos quos tibi cõstat idoneos esse. Et quare? [Neq; cõicaueris peccatis alienis,] qa si inordinate promoueas & ex hoc cõtingat pctũ eis, vel in plebe, hoc tibi imputabitur. Vel cõicat alienis, qa nõ corripit cũ põt. Ro. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciũt ea, sed ẽt qui cõsentiunt facientib. Esa. 52. Pollutum noli tangere. Deinde cũ dicit. [Teipsũ, &c.] Ostendit, quomodo habeat se, ad seipsum, & hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc satis rationabiliter, quia contingit q̃ aliquis ita fertur ad alios quod se negligit. Vnde primo, hortatur eum ad castitatem: secundo, ex hoc reprimit immoderatam eius abstinentiam, ibi. Noli adhuc &c. [Dicit ergo. [Tu qui alios debes corrigere. Teipsum castum &c.] 1. Cor. 9. Castigo corpus meum. & in seruitutẽ redigo, ne cũ aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Iste siquidem Timotheus erat nimię abstinentię, & ad vitandũ carnis peccata, corpus macerabat. Eccl. 2. Cogitãs in corde meo, abstrahere a vino carnem meã &c. Et quia propter hoc fuit infirmus totaliter, ideo dicit [Noli adhuc,] postq̃ es infirmus. [Aquã bibere.] Et quare? Quia Leu. 2. Quicquid obtuleris sacrificij, sale, s. discretionis, cõdies. Ro. 12. Rationabile obsequium vestrũ. Et ideo dicit. [Vtere vino, sed modico.] Non ad ebrietatem. Eccl. 31. Exultatio animæ, & cordis vinum moderate potatum. [Propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates,] s. quæ tibi ex abstinentia proueniunt. Glo. Laborandum. n. est vt si fieri potest, cepti officium gradatim promoueatur: potius quã per inconsiderationem diminuatur. Sed notandum est, q̃ sanabat Paul? infirmos, & mortuos suscitabat & tamẽ Timotheũ curat consilio medicinæ, per quod datur intelligi, q̃ non ad oẽs verebatur miraculis, sed q̃s expediebat propter fidem. Deinde cũ dicit. [Quorundam &c.] Ostendit qualiter intelligenda sũt duo, quæ dixit, s. sine præiudicio nihil in condemnationib. fiendum. Item manus cito &c. Et primo, primum: secundo secundum. Quantum ad primum dicit. [Quorundam. n. peccata &c. q. d. Superius dixi sine præiudicio &c. Tamen debes adhibere considerationẽ; quia quædam peccata sunt notoria, & hæc non indigẽt examinatione: quædam occulta, & hæc indigent. Vnde in istis vere intelligitur sine præiudicio, & non in primis, quia illa præcedunt iudicium: ista vero subsequuntur, s. manifestatio per discussionem non tunc publicandã. Prou. 27. Qũo in aquis respondet vultus prospicientiũ, sic corda hoĩum manifesta sunt prudentib. Secundo, dicit. [Manus cito &c.] Quod dicit esse intelligendum in non manifeste bonis, quia [Similiter facta bona,] quorundã. [Manifesta sunt.] Mat. 5. Videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum. Io. 3. Qui aũt facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifestentur eius opera. [Quæ aliter se hñt] .i. quæ non sunt manifesta. [Abscondi non possunt,] quia Matt. 10. Nihil operatum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur, quia vel in futuro, vel etiam hic omnis iniquitas manifestatur. Et in his non est facilis impositio.

LECTIO PRIMA.

SVpra Aposto. Timotheum instruxit de vsu ciborũ, & de personis quib. ecclesia ministrabat alimenta, hic agit de aliis psonis ad populum ecclesiæ pertinentibus. Et primo de personis infimi status: secundo, de personis maioris status, ibi. [Diuitib?.] Circa primum tria facit, quia primo, ponit instructionem de seruis; secundo. arguit contrariam assertionem, ibi. [Si quis aliter.] Tertio monet, vt contraria viter, & seruet prædicta, ibi [Cum autem.] Item prima in duas: quia primo ostendit, qd sit tenendum, secundo, docet hoc esse docendum, ibi. [Hæc doce.] Item primo ondit, qualiter se habeãt serui ad Dños infideles. Secundo, qualiter se habeãt ad fideles, ibi, [Qui aũt.] Dicit ergo. [Quicũq; serui sunt sub iugo]. s. propter seruilem conditionem, quæ dr iugum similiudinarie, quia sicut boues continentur sub iugo, vt non liceat eis ire quo velint, ita serui sub Domino, ut non liceat eis, q̃ velint, facere. Gal. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis cõtineri. [Omni honore,] .i. debita reuerentia. Eph. 6. Serui obedite Dñis carnalib. cum omni timore, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Cuius ratio est. [Ne nomen Dñi, & doctrina blasphemet,] Si. n. Domini infideles, seruos intuitu fidei rebelles sentirent, damnarent nomen Christi, & blasphemarent doctrinam nostram. Rom. 2. Nomen Christi per nos blasphematur. Qui ergo infideles habent Dños, illis obediant, ne nomen Dei &c. Sed quomodo fidelibus? [Qui autem fideles habent Dominos, non contemnãt,] quod quandoque contingit, quando familiaritas infimis exhibetur, s. q̃ erigantur in superbiam. Prou. 30. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere, per seruum, cum regnauerit. Et huius ratio est ẽm Philosophum, q̃ homines in talibus paralogizant: q̃ si in vno vident se æquales, credunt, q̃ sint in omnib. æquales, & nolunt illis in aliquo subdi, sicut in ciuilib. bellis, quia populus nõ est subiectus, credunt q̃ sint totaliter æquales nobilibus. Et sic posset contingere, q̃ serui videtes se in aliquo, s. fide æquales dominis, reputent se æquales simpliciter. Et ideo dicit [Non contemnant.] Et ponit tria. Primum est fidei donum. Vnde dicit. [Quia fideles sunt,] & hoc valde magnum est, quia per fidem viuit iustus. Et per eam vincitur mundus. Secũdum est dignitas diuinæ dilectionis, ideo dicit. [Dilecti,] s. excellentius aliis creaturis, quia adoptant in filios Dei. 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Tertium est beneficium gratię, ideo dicit. [Quia beneficij participes sunt,] s. quantum ad sacramentum Domini. 1. Corin. 10. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis domini est? Ps. 118. Particeps ego sum omnium timentium te. [Hæc doce,] s. nescientes. [Et exhortare,] vt impleant scientes. Tit. 2. Hæc loquere &c.

Deinde cũ dicit. [Si quis.] Excludit contrariam assertionẽ. Et primo, modum falsæ doctrinę: secundo, radicẽ, ibi. [Superbus.] Tertio, effectum eius, ibi. [Ex quibus.] Si uis scire, quæ doctrina sit erronea, hoc ostendit ex tribus. Primo, si sit contra doctrinam ecclesiasticam. Et ideo dicit. [Si quis aliter docet,] s. quam ego, & alij Apostoli, quantum ad primum. Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Doctrina enim Apostolorum, & prophetarum dr canonica, quia est quasi regula intellectus nostri. Et ideo nullus aliter debet, docere Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, neque auferetis ex eo. Apo. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Quantũ ad secundum dicit. [Et non acquiescit &c.] Nam Dominus Iesus venit, ut testimonium phibeat veritati. Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, ut testimonium perhibeam veritati. Et ideo missus est a patre docuit doctor, & magister. 1. Mach. 2. Ipsum audite semper, & aperit vobis pater &c. Et ideo erroneus est quicunque non acquiescit sermonib. eius. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Et dicit. [Sanis,] quia in Christi sermonib. nihil est corruptionis, nihil falsitatis, uel peruersitatis, quia sunt sermones diuinæ sapientiæ. Pro. 8. Iusti sunt sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Recti sunt intelligentib. & equi inuenientib. scientiam. Quantum ad 3. Prou. 6. Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. Vnde dicit. [Et ei, quæ secundũ pietatẽ est doctrinæ,] s. ecclesiasticæ. Hæc pietas est per cultũ Dei. Ti. 1. Secundum agnitionẽ veritatis, q̃ est ẽm pietatem. Radix aũt erroris est duplex, s. superbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantum ad primũ dicit [Superbus] Dr aũt superbia radix erroꝝ dupliciter. Primo, qa superbi volũt se intromittere de his ad quæ non attingunt, & ideo necesse est, q̃ erret, & deficiant. Esa. 16. Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plus q̃ fortitudo eius &c. Itẽ, qa nolunt intellectũ alteri subijcere, sed innituntur suæ prudentiæ, & iõ nolunt obedire scripturæ. Contra hoc dicitur Prou. 3. Ne innitaris prudentię tuæ. Prou. 12. Via insipientis, ibi sapientia. Itẽ defectus intellectus. Vbi sciendum est, q̃ sicut in corpore sanitas est quædam æqualitas humorum, ita veritas est quædam æqualitas in intellectu, quia veritas est adæquatio rei, & intellectus. Vnde sicut infirmus qñ nõ habet æqualitatem complexionis ad modica contraria accidẽtia leditur, sic in intellectu quando homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem per quã possit iudicare veritatẽ, a qualibet quæstionis difficultate, incidit in errorẽ. Vñ dicit [Langues circa qstiones, &c.] Sap. 9. Hõ infirmus, & exigui tpis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Sicut dicit Boetius, ita se hẽt intellectus ad rem

oem, sicut circulus ad centrum. Ratio. n. discurrit considerando actus ac defectus, & habitudinẽ vnius rei ad aliam. Et nisi resolueret vsq; ad intellectum veritatis, vana est ratio. Vnde qñ accipit veritatem rei, habet eã quasi centrum. Quidã aũt discurrunt, & non attingunt. 2. Tim. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis puenientes. Et ideo dicit circa qstiones, i. nõ peruenientes ad ipsum centrũ, & dicit. [Quæstiones &c.] Quia in aliquib. dubitatio fit ex parte rei, in aliquibus ex parte verborum, & nolum. Et iõ dicit. [Quæstiones,] quantũ ad primum, i. de rebus supra 2. Quæ quæstiones præstãt magis quã ædificationẽ Dei, q̃ est in fide. Quantum ad ẽm, dicit, Pugnas verborũ. Pro. 19. Qui tantum verba sectatur nihil habebit. Et dicit. [Pugnas verborũ,] quod intelligitur qñ fit dissentio ex verbis tantum orta, quia Dñs dicit Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis, & Matt. 17. Ergo liberi sunt filii. Si ex hoc nellet aliqui inferre, q̃ oẽs catholici sient sunt filij Dei, ita essent etiã liberi, esset pugna verborum, quia Dñs loquitur ibi de libertate spirituali, non de carnali. Deinde cum dicit. [Ex quibus &c.] Ponit effectũ erroris. Et primo ponit ipsum effectum: secundo manifestat quæcũ quæ dixerat, ibi. [Est autem quæstus,] Item primo ostendit, quæ mala sequantur ex falsa doctrina, secundo, in quibus, ibi, Hominum mente. Inter mala vero quæ ponit, quę dam sunt intus in corde, quædã exterius. Interius sunt inordinatę motus respectu boni, vel respectu mali. Respectu boni est inuidia, quę est tristitia de bono alieno. Vnde dicit. [Inuidię.] Qđ potest intelligi, vel in proposito, vel uniuersaliter, quia cum aliqui laborant non ad ueritatem, sed solummodo ad uerba, nõ uident æquo animo, si aliquis prævalet. Iob 5. Paruulum occidit, inuidia. Itẽ in proposito, quia si serui habentur, ut liberi, & non sunt subditi, Dñi inuidebunt, & dolebunt seruos sibi æquari. Ex inuidia vero homo insurgit contra proximũ cui inuidet. Et hæc est contẽtio. Prou. 20. Honor est homini, qui se separat a cõtentionibus. Vel insurgit cõtra Deũ, & hoc est blasphemia 2. Pet. 2. Quæ ingerant blasphemãtes &c. Respectu vero mali est suspitio. Vnde dicit. [Suspitiones malæ.] i, Dominorũ aduersus Christianos, quasi libertatem ad lucrum finxerimus. Vel q̃ solũ tota doctrina Christiana esset inuenta, ut serui fierent liberi, Eccle. 3. multos supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorũ, Et ex istis sequuntur conflictationes aduersus fideles. Gen. 13. Facta est rixa inter pastores gregũ Abraham, & Loth. Sed hoc non est in cordibus oĩum, sed quorundã. Et ponit tres eorũ conditiones, quarũ prima pertinet ad defectũ luminis naturalis: secũda ad defectum cognitionis: tertia ad uitium inordinatæ affectionis. Quantũ ad primum dicit. [Hoĩum mente corruptorum,] i. ratione etiã naturali, qui habent peruersum iudiciũ. Ps. 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Quantum ad ẽm dicit. [A veritate,] s. cognitionis eius. [Priuati sunt.] Osee 4. Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Quantũ ad tertium dicit. [Existimantium quæstum esse pietatem,] i. quòd cultus Dei ordinetur ad quæstum, & acquisitionem diuitiarum. Sap. 15. Existimauerunt Iesum esse vitã nostram, & conuersationem vitæ cõpositam ad lucrum, & oportere undecunque, etiam ex malo acquirere. Homines ergo huiusmodi, qui hoc credunt, de facili contemnunt, & incidunt in mala prædicta. Deinde cum dicit. [Est autem,] Declarat vltimo dictum, scilicet quæstum esse pietatem. Et primo ostendit, quomodo pietas habet se ad quæstum: secundo ostendit, quòd non cõfuse in quæstu diuitiarum exteriorum, ibi. [Nam qui uolunt.] Item primo ostendit primum. Secundo, rationem affingat, ibi. [Nihil enim.] Dicit ergo, Isti dicunt quæstum esse pietatem, sed ego dico, quòd. [Pietas est quæstus,] Ideo addit. [Cum sufficientia,] sed illarum diuitiarum, quæ dant sufficientiam. Et hoc cõsistit in duobus. In uno principaliter, scilicet pietate, quæ ordinat alia in Deum, & proximum, & hæc sunt uirtutes, & dona gratiæ. Sapien. 7. Infinitus. n. thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Secundo in sufficientia vitæ. Vnde dicit, Cũ sufficientia. i. in his, quæ sunt necessaria ad uitã Matt. 6. Quærite primum regnũ Dei, & iustitiã eius, &c. Supra 4. Pietas ad omnia utilis est. Deinde cũ dicit. [Nihil n. &c.] Assignat rationem huius. Et primo ex humana cõditione: secundo, ex eius necessitate, ibi. [Habentes.] Conditionem aũt ponit quantum ad duo, s. quantũ ad principiũ, quia. [Nihil intulimus &c.] Quasi dicat Sufficit necessitas, non expedit superfluitas, qa nihil intulim?. [In hũc mundũ.] Iob 1. Nudus egressus sũ de vtero matris meę. Item quantũ ad finẽ, quia. [Nihil auferemus.] Ps. 75, Dormierunt somnum suũ, & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ ĩ manib. suis. Iob 27. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet Eccles. 5. Qũo venit, sic reuertetur. Quantũ ad necessitatem dicit. [Habentes alimenta, & quib. tegamur,] quia bona sunt pp necessitatẽ, quibus indiget hõ cõtra interiora consumentia, & hæc sunt alimenta, vel contra exteriora corrumpentia, & sic indiget hõ tegumentis vestium, & domorũ. Heb. vlt. Sint mores sine auaritia, contenti præsentib. Eccl. 29. Initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem.

Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre q̃d possumus. Habentes aũt alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

LECTIO II.

NAm qui volũt diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ, & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, q̃ mergunt hoĩes in interitum, & perditionẽ. Radix. n. oĩum malorum est cupiditas: quã quidã appetentes, errauerũt a fide, & inseruerunt se dolorib. multis Tu aũt o hõ Dei, hęc fuge. Sectare vero iustitiã, pietatem, fidem, charitatẽ, patientiam, mãsuetudinẽ. Certa bonum certamen fidei, apprehẽde vitã æternẽ in qua vocatus es. & confessus bonã confessionẽ corã multis testib. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat oĩa, & Chro Iesu, qui testimoniũ reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt serues mãdatum sine macula irreprehẽsibile vs.

LECTIO SECVNDA.

SVpra ostendit Apostolus, quid sit quæstus Christianis expediens, quia pietas cũ sufficientia; hic ostendit, q̃ quærẽtes superfluũ quæstum diuitiarum, incurrunt damna multa. Et primo ostendit mala, quæ sequuntur exinordinato appetitu diuitiarũ: secundo assignat rationem, ibi. [Radix. n. Mala aũt, quæ sequũtur, sunt duplicia. Quędam. n. oriuntur ex hoste exteriori, quędã vero a cõcupiscentia interiori, ibi. [Desideria.] Dicit ergo, simus contenti alimentis &c. Quia. [Qui uolunt diuites fieri.] Non ad necessitatem, sed ad abundantiam diuitiarũ. [Incidunt &c.] Eccl. 10. Nihil est iniquius, q̃ amare pecuniã. Eccl. 5. Qui amant diuitias, fructum non capiẽt ex eis. Et ponit duo, s. tentationes, & laqueũ: quia primo tentant, inquãtũ diuitiæ alliciunt, & inducũt ad aliqua peccata 1. Thess. 3. Ne forte tentauerit vos, qui tentat &c. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat nisi humana, & laqueo inuoluũt, quia diuitiæ sunt nõ habentibus ad tentationem habentibus in laqueũ: quia non libenter reddunt eas quas auferunt. Prou. 21. Qui congregat thesauros, lingua mẽdacij, uanus. & excors est. Ex parte interiori, ponit tria mala. Primo, q̃. [Incidit in desideria multa.] Perfectio. n. hoĩs est, q̃ cor eius congregetur in unũ: quia quanto aliquid est magis unũ, tanto est Deo similius, qui vere unus est. Ps. 26. Vnã petii a dño &c. Sed contra hoc patitur, quærens diuitias, quia cor eius trahitur ad diuersa Osee 10. Diuisum est cor eorũ, nunc interibunt. Et hoc ideo, qa ubi est thesaurus tuus &c. Matt. 6. Item sunt inutilia huiusmodi desideria multipliciter. Primo, quia, [Inutilia] sunt spiritualiter, quia diuitiæ non ducunt ad beatitudinẽ. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia? aut quid diuitiarum iactantia cõtulit nobis? &c. Eccl. 5. Qui amat diuitias fructum nõ capiet ex eis. Item temporaliter, quia nõ dant, quod ꝓmittunt Eccl. 6. Est aliud malum, quod uidi sub sole, & quidem frequens apud hoĩes, uir cui dedit Deus diuitias, & substantiã, & honorem, & nihil deest animæ suę ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed extraneus homo deuorabit illud &c. Tertio, sunt. [Nociua,] Eccles. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum Dñi sui. Et ondit qũo sunt nociuæ, [Quia mergunt in interitum,] s. in præsenti. Propter diuitias multi perierunt. Item, in futuro, Vnde dicit. [Et perditionem.] Act. 7. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ. Vel utrumque reiectur ad spirituale dãnũ. Interitũ, idest mortẽ æternã. Ro. 9. Sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta in interitu &c. Et perditionem, i. pœnam æternam, quæ dicitur perditio propter pœnam damni, quia sunt quasi perditi damnati, dum non possunt redire in domum suam, s. æternitatis. Iob nigesimoprimo. In diem perditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Deinde cum dicit. [Radix &cæt.] Ostendit

Universidad de Deusto Biblioteca

ditur ratio huius, & hoc ex duobus, s. ex natura cupiditatis, & experientia, ibi. [Quam quidam &c.] Dicit ergo. [Incidunt intétationem &c.] Quare? Quia. [Radix omnium malorum est cupiditas] Vbi notandum est, q secundum quosdam, cupiditas sumitur tripliciter. Quandoque pro auaritia, secundum q est speciale peccatum, s. inordinatus amor habendi diuitias. Quandoq; prout est genus peccatorú omnium, secundum q importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in

que in aduentum Domini nostri Iesu Christi.

LECTIO III.

Qvem suis temporib. ostédet beatus, & solus po-

omni peccato, quia peccatum est conuersio ad bonum commutabile. Sed sic non est radix, sed genus omnium. Tertio modo, prout est quædã inordinatio animi ad cupiédú bona temporalia inordinate, & hæc est habituale tantum peccatum, & non in actu, sed est quædam radix omnium peccatorum. Et dicitur cupiditas radix; & superbia initium. Eccl. 10. Initium omnis peccati est superbia, quia superbia dicit corruptionem animi ad recedendú à Deo. Arbor autem a radice habet alimentum; & sic peccatú à cupiditate ex parte cóuersionis ad bonum commutabile sumit nutrimentum. Sed credo, quòd loquitur de cupiditate, secundum q est speciale peccatum. Vnde dicit, Qui volunt diuites fieri &c. Et hæc est inordinatus amor pecuniarum. Et ideo dico, q auaritia est radix omnium. Omnia enim peccata consistunt in appetitu, & ideo origo peccatorum est secúdum originem appetibiliú. Origo. n. appetibilium procedit ex fine. Et ideo, quanto aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tanto est peius. Finis autem alicuius peccati est desiderabilis propter duo. s. pp seipsum, & hæc est excellentia, quia ad hoc homo bonum illud vult, vt excellat. Et hæc est superbia, & ideo superbia est initium omnium peccatorum. Item pp aliud & hoc est q ad omnia valet, & huiusmodi sunt diuitiæ, quia per hoc homines credunt se habere omnia. Ex ista parte auaritia est radix omnium malorú. Deinde cum dicit. [Quam quidam.] Ostendit idem per experientiam, & dicit, [Appetentes,] quia quanto magis habentur diuitiæ tanto magis desiderantur. Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Et incidunt primo, in damnum spirituale. Vnde dicit, [Errauerunt à fide.] Cuius ratio est, quia per saná doctrinam fidei prohibentur multa illicita lucra, a quib. desistere nolút, & inueniút sibi aliam doctrinam, vbi eis sit spes salutis. Et hoc specialiter faciunt vsurarij, secundo, quia [Inseruerunt se doloribus multis.] etiam in præsenti, quia est solicitudo in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Iob. 20. Cum satiatus fuerit in diuitijs, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet in eum. Et multo magis in futuro dolebút. Deinde cum dicit. [Tu autem.] Monet ad sequendum sanam doctrinam, & vitandam malam. Et primo exponit viam quam sequatur, secundo alligat eum inductione præcepti, ibi. [Præcipio.] Item primo, hortatur ad vitandum peccata prędicta: secundo, ondit quid agat, ibi. [Sectare vero.] Et qa seruus debet imitari dominum suum, quia vt dr Ecc. 10. Secúdú iudicé populi, sic & ministri eius, ideo dicit. [O homo Dei.] Quasi dicat. Tu deditus seruituti Dei Ps. 115. Ego seruus tuus 1. Ioa. 2. Qui dicit se in illo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si igitur tu es homo Dei, debes facere sicut Christus fecit: Qui, vt habetur Io. 6. Fugit cum eum volebant facere regé. Heb. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, cófusione contépta. Ergo & tu [Hæc fuge.] Ps. 54. Elongaui fugiens, & mási in solitudine. Quid ergo faciet? Ad duo hortatur, primo. s. ad sectandum arma spiritualia: secundo, ad certandum in eis, ibi [Certa bonum.] Arma autem spiritualia, aut sunt ad faciendum bonú aut ad malum tolerandum. Primú autem est, vel in comparatione ad proximum, cui per duo ordinamur. s. per iustitiam, & pietatem seu misericordiam; quia primum sine secundo, est seueritas: secundum sine primo, est remissio. Quantum ad primum dicit: [Sectare iustitiam,] quę cópetit prælatis. Sap. 1. Diligite iustitiá, qui iudicatis terram. Item quátum ad secundum dicit. [Pietaté,] i. misericordiam. Prouer. 20. Misericordia, & iustitia custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. In comparatione autem ad Deum primum est, q perficit intellectum, fides. Heb. vndecimo. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Secundum quod perficit affectum, est charitas 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ad sustinenda mala sunt duæ virtutes, scilicet patientia, & mansuetudo: quia homo in malo duas passiones inordinatas incurrit, scilicet tristitiam inordinatam, & iram quæ est ex ea. Et ideo patientia est contra immoderatam tristitiam. Luc. vigesimoprimo. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & mansuetudo est contra iram. Deinde inducit eum ad debitum certamen, Et primo ostendit, qualiter

F certet: secundo inducit rationem. Dicit ergo] Certa bonum certamen, [s. exemplo militum, qui dupliciter pugnant. s. quandoque ad defendendum; q habent, quandoque ad acquirendum nó habita. & hoc imminet sanctis; primum, vt custodiant habita. s. fidé & virtutes. Et ideo dicit [Fidei] id est pro fide custodienda, Eccl. 4. Vsq; ad mortem certa pro iustitia &c. Vel [Fidei,] vt per fidem vincas peccata. 1. Io. vlt. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Vel [Fidei,] i. vt alios ad eam conuertas. Et dicit

tés, rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitaté, & lucé habitat inacessibilé, quem nullus hominú vidit, sed nec videre potest;

bonum, id est legitimum certamen 1. Corint. 6. Oís qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tunc est bonum quando abstinet se ab omnibus impedimentis 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui Secundo certant ad acquirendum, quæ non habent. Et
G hæc est vita æterna, quę acquiritur, per pugnam. Mat. 11. Regnú cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et ideo dicit [Apprehende vitam æternam,] s. quasi tenens, tuo certamine vincas. Vel certe certamen fidei. Et quo premio? Vt apprehendas vitam æternam. 1. Cor. 9. Nos autem incorruptam, &c. Deinde cum dicit [In quam vocatus es.] Rationem ponit huius dicti. s. Apprehende, &c. Et primo respódet obiectioni, quasi dicat, Dicis q debeo apprehendere, vellem quidem, sed non possum. Immo potes quia debetur tibi de iure, quia vocatus es in eam à Deo & a rege illius regni. Et ideo debes conari potissime 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Secundo proponit obligationem, quasi dicat, Certa bonum certamen, quia dedisti iuramentum de hoc faciendo, & ideo non licet tibi repugnare. Vnde dicit. [Et confessus bonam confessionem corá multis testibus,] i.
H in consecutione bonum certamen professus es, quando ordinatus es episcopus 1. Cor. 9. Ná si non euangelizauero &c. Vęque dispensatio credita est mihi. Vel confessionem bonam. s. prædicando fidem, vt eam serues. Deinde cum dicit [Præcepto.] Obligat eum ad prædicta ex præcepto, q primo ponit: secundo manifestat quædam dicta, ibi. [Quem suis.] In pręcepto autem primo testes inducit: secundo. commendat pręceptum: tertio ondit quá diu seruet pceptú. Testes inducit Deú patrem, & Dñm nostrum Iesum Christú. Dicit ergo. Te monu. sed ne credas q liceat aliter facere [Præcipio tibi,] sicut tu debes præcipere subditis tuis [Coram Deo.] Ad duo induxerat, s. apprehende vitam, & confessus es, &c. Et ideo induxit actorem vitæ. [Qui viuificat omnia.] Dicit autem [Deo,] qui est tota trinitas, qui est author vitæ. Item hominem Christum inducit etiam, qui confessus est se esse filium Dei, q est bona confessio fidei nostræ. Item commendat mandatum, quia in se iustum, & rectum, & irreprehésibile ab aliis. Io.
I 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et quamdiu est seruandum? [Vsque in aduentum. Domini, ly, vsque, dicit finem intentionis, i. vt per obseruantiam huius mandati ordines te ad aduétum. Vel, i. vsque ad mortem tuam, quia qualis eris in illa, talis inuenieris tunc. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finé &c.

LECTIO III.

Svpra Apostolus proponens præceptum Timotheo, præcepit vt seruet prædicta vsque ad aduétum Christi; & ideo agit hic de Christi aduentu, de quo tria manifestat. Primo q erit tpe congruo. secundo q manifestus erit; tertio ostendit authorem aduentus. Quantum ad primum dicit. [Quem suis temporibus ostendet.] 1. Pet. vlt. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, &c. Et ideo vult ostendere, q etsi videatur aduentus tardari, tamen suo tempore ostendetur. Eccl. 3. Omnia tempus habent. Eccl. 8. Omni negocio tempus est, & opportunitas. Congruum
k tempus est finis mundi, quia illud tempus est tempus messis, & collectionis fructus Et ideo oportet, quòd veniat in fine. Quantum ad secundum dicit [Ostendet,] i. manifestabit. Licet enim sit visibilis quantum ad carnem, tamen virtus eius est abscondita sed tunc etiam diuinitas eius erit manifesta sanctis, reprobi vero solum uidebunt gloriam carnis. Sed quantum ad tertium dicit, quia quod ostendet eum Deus Trinitas. Et circa hoc duo facit; quia primo describit aduentum Christi: secundo in eius commendationem prorumpens, laudat eum, ibi, Cui honor &cæt. Item circa primum tria facit. Primo actorem aduentus describit ex perfecta operatione: secundo ex singulari potestate: tertio ex incomprehensibilitate naturæ. Primum cum dicit [Beatus.] Beatitudo enim est operatio perfecta, quæ est supremæ virtutis operatiuæ, optime dispositæ. Et hæc est beatitudo nostra. Dei autem beatitudo est qua cognoscit se. Si enim se non cognosceret, Deus non esset, beatus Greg. Deus dum seipso perfruitur perfecte gloriosus est. Et conuenienter de actore huius aduentus dicit, q beatus est: quia ad hoc est aduentus Christi, vt nos dedu-

ducat ab beatitudiné. Tob. 13. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndú claritaté Hierusalé. Quátú ad śm, dicit [Solus potens. Ps. 88. Potens es dñe &c. Sed quare dicit [Solus?] Núquid nó oía habét potentiá, immo sed per participationé, sed solus Deus a se essentialiter. Vnde dicit [Rex regú, & Dominus dominátiú.] Ambr. Dominus est nomen ptátis, & Rex similiter. Qui ergo hét dominiú, & regé supra se, est sub iectus potestati, & talis nó est potés a se, sed ab alio. Si ergo Christus est rex regú &c. Necesse est, q solus habeat potestatem, non ab alio, sed oés ab eo. Et signat

cut honor & imperium sempiternum. Amen.

LECT. IIII.

Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui præ-

duplex potentia Dei. s. gubernatiua múdi, cú dicit, Rex regum,
B quasi a regimine dicta. Pro. 20. Rex q sedet in solio iudicij, dissipat oé malú intuitu suo. Ité potétia creádi, cú dicit, dñs dominátiú. Ps. 99. Scitote, qm dñs ipse est Deus, ipse fecit nos. Apoc. 19. Et habebat in vestimento, & in femore suo scriptú, Rex regú, & dñs dominátiú. Quátú ad tertiú dicit. [Qui solus hét immortalitaté, & lucem habitat inaccessibilem.] Incomprehésibilitas Dei ex duob. patet. Primo, quia transcendit quicquid in creaturis est comprehensibile. Secundo, quia hoc ipsum, q Deus est, omniú comprehésionem excedit. Primum, cú dicit, [Solus,] in qualibet. n. mutatione est quædam corruptio, quia omne, quod mutatur inquátum huiusmodi, desinit esse tale. Illud ergo proprie & uere est incorruptibile, quod penitus est immutabile. Quęlibet aút creatura in se considerata, habet aliquá mutationem, vel mutabilitatem; Deus autem est oíno immutabilis. Sed si aliqua creatura est immutabilis, hoc conuenit ei ex dono gratiæ. Et ex hoc ostendit, quòd natura Dei transcédit oé quod est in natura creata. Supra. 1. Regi seculorum immortali &c. Quantum ad scdm
C dicit, [Lucé &c.] Lux in sensibilib. est principium videndi, vnde illud, quo aliquid cognoscitur quocumq; mó, dr lux. Vnú quod que autem cognoscitur per suam formá, & scdm q est actu. Vñ quátú hét de forma & actu, tátú habet de luce. Res ergo, q sunt actus quidá, sed non purus, lucentia sunt, sed non lux. Sed diuina essentia, quæ est actus purus, est ipsa lux. Io. 1. Non erat ille lux &c. Deus aút habitat apud se, & hæc lux est inaccessibilis. i. non visibilis oculo carnis, sed intelligibilis. Et tñ nullus intellectus creatus pót ad eum accedere. Notádú est tamé, q dupliciter pót intellectus accedere ad cognitionem naturę alicuius. s. vt cognoscat, vt comprehendat. Ad comprehendendú aút Deú impossibile est intellectum peruenire, quia sic cognosceret Deú, vt cognoscibilis est; Deus autem perfecte cognoscibilis est in quantú hét de entitate & luce: hæc aut sunt infinita, ergo est infinite cognoscibilis. Virtus aút intellectus creati est finita. Et ideo etiá intellectus Christi non comprehendit Deum. Sed alius modus est co-
D gnoscendi Deum. s. attingendo Deum. Et secundum hoc nullus intellectus creatus, per propria naturalia attingit ad cognoscendum id quod est Deus. Et rõ huius est, quia nulla potentia pót in aliquid altius suo obiecto, sicut visus ad altius cognoscere. Proprium autem obiectú intellectus est, quod quid est, vnde quod superat quod quid est, excedit porportionem omnis intellectus. In Deo autem non est aliud esse, & quidditas eius. Quomodo ergo cognoscibilis est? accedamus ad eum cognoscendum: hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Ps. 33. Accedite ad eú, & illuminamini. Sed qualiter ergo Deus habitat lucem inaccessibilem? & in Ps. 96. Nubes & caligo in circuitu eius. Exo. 9. Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus. Respondet Dion. Omnis caligo est inaccessibile lumen. Est ergo idem quod hic lu-
E men, & ibi caligo, sed caligo est inquantum non videtur, lumen vero inquantum videtur. Sed aliquid est inuisibile dupliciter. Vno mó propter se, sicut opacum. Alio mó propter excedentiá eius, sicut sol ab oculo noctuæ. Si quædá sunt nobis non conspicua propter defectum sui esse, & quædam pp excedentiam eius: & sic Deus nobis quodammó inaccessibilis est [Qué nullus hominú vidit.] Si intelligať de cóprehensione, sic absolute est, ét de angelis: quia solus Deus comprehendit se. Si autem de uisione, qua attingitur, sic intelligitur tripliciter. Vno mó, nemo vidit oculo corporali. Alio modo, śm essentiam oculo mentis, viuens in carne, nisi Christus. Exo. 33. Non videbit me homo & viuet. Tertio mó, nemo vidit quid est Deus per seipsum. Matt. 11. Nemo nouit patré &c. Matt. 16. Caro & sanguis nó reuelauit tibi. Deinde prorúpit in laudé Dei, dicés [Cui honor.] Et ponit duo. Primú ptinet ad reuerentiæ exhibitionem, dicens, [Honor.] qui est exhibitio reuerétię. Mal. 1. Si ego př, vbi est honor meus &c.

A Secundum ad gubernationé, cú dicit. [Imperium sempiternú.]

LECTIO IIII.

Svpra egit de instructione personarum infirmi status: hic redit ad materiam suam, & instruit eum ad instruendum diuites. Et primo, facit hoc: secundo agit de instructione Timothei, ibi. [O Timothee.] Et semper quádo instruit eum ad instructionem aliorum, monet, vt nó negligat se. Et circa primum, primo excludit vitia, quæ solent in diuitibus abundare: secú do inducit ad bona ibi. [bene agere.] Item circa primum, primo proponit vitia, quæ solent

stat nobis oía abunde ad fruédú bñ agere, diuites fieri in bonis operib', facile tribuere, cóicare, thesaurizare sibi fundamentú bonú in futurum, ut apprehédant boná uitá. O Timothee depositum custodi, deuitás prophanas vocú nouitates

B esse in diuitibus; secundo, excludit hæc, reddendo rationem huius, ibi [In incerto.] Dicit ergo [Diuitibus.] Diuitiæ abundantiá important. Est autem abundátia spúalium, & hæ sunt verę diuitiæ. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia timor Domini ipse est thesaurus eius. Quædam corporales, & hæ non sunt veræ diuitiæ, quia non sufficiunt. Et ideo addit cum quadam diminutione. [Huius sæculi.] Baruch tertio. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. His ergo [Præcipe.] Quando de seruis egit, non posuit præceptum, quia hoc est virtus, quod homo vtatur authoritate ad maiores, non ad minores. Et ideo dicit, Nó dimittas propter diuitias, & propter altum statum eorum, quin præcipias. Et quid debet præcipere? [Non sublime sapere,] i. non sentire aliquid excelsum de se. Nunquid hoc est malum? Respondeo. Potest reddi malum ex duobus. Primo, si sublime sapit de se, pp ea, quę nó habét excellétiá verá. Et hoc est, si in rebus téporalib', vñ qui pp exterioré excellétiá sublime sapit de se, inordinate sapit; & hæc est superbia. Et tñ carnales
C nó aliá sublimitaté curát nisi istá, & hæc acquiri pót p diuitias. Eccl. 10. Pecunię obediút oía. Vñ qa diuites huius múdi hæc habét, inaniter extollút. Ité alio mó, qa sunt quædá, quæ hént sublimitaté, sicut dona spúalia. Eccl. 24. Quàm magnus est, q inuenit sapiétiá, & sciétiá &c. In his. n. aliquis pót inordinate sapere sublimitaté, nó ex natura donorú, sed, vel attribuédo sibi q non habet, vel nó cognoscédo a Deo ea, quæ habet. Vñ in primo, est inordinatio pp defectú rerú. In secúdo, pp inordinationem affectus. Scdum vitiú in diuitibus est spes múdanorú. Vñ dicit. [Neque sperare.] Iob 31. Si putaui aurú robur meú, & obrizo dixi, fiducia mea. Prou. 10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Deinde cum dicit. [In incerto diuitiarum.] Assignat rationem monitionis. In eo. n. sperat aliquis, vnde credit auxiliú habere: sed auxilium hr a forti, & diuitiæ sunt fragiles, ergo nó est in eis sperádum. Mat. 6. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, vbi erugo, ac tinea demolitur, &c. [Sed in Deo viuo,] vbi est vera spes ponenda. Hier. 17. Beatus vir qui confidit in Dño, & erit
D Dñs fiducia eius. Iac. 1. Dat oíbus affluenter. Sed hoc qđ dicit [Abúde ad fruendú.] dupliciter pót exponi. Vno mó, vt fruitio sumatur p gaudio, & hoc mó est ét in corpalib', Vel expone. i. vt p hæc perueniamus ad fruitioné Dei. Deinde cú dicit. [Bene agere.] Monet ad operandú bonú. Qui aút hńt affectum ad diuitias, primo nituntur ad acquirendú nó habitas: scđo vt vtátur habitis: tertio vt ad finé diuitiarum perueniant. Hic tria monet Apostolus: primo, vt acquirant spúales diuitias quas non hńt. & ideo dicit. [Bene agere &c.] Esa. 1. Discite bńfacere. Quantú ad scđm, sciendú est, q duplex est vsus diuitiarum. Vnus est tenere, & alius est dare, sed principalis est dare. Et ideo ista duo ponit, primo vt dét. Vñ dicit. [Facile tribuere,] i. sine grauitate cordis interius. 2. Cor. 9. Nó ex tristitia, aut ex necessitate &c. Et si
E ne tarditate. Prouer. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cú statim possis dare. Iob 31. Si oculos viduæ expectare feci. Scđo, vt custodiat, nó qđé tm ad suá vtilitaté, sed ad quoddá cóe. Vnde dicit. [Cóicare,] i. habere eas sicut cóes. Ro. 12. Necessitatibus sanctorú cóicantes. Quantú ad tertium, vt ad finé thesaurizádi pueniant, ideo dicit. [Thesaurizare &c.] Thesaurus spúalis est cógregatio meritorú, quæ sunt fundaméntú futuri ædificij, qđ nobis præparať in cęlo, qa tota pparatio futuræ gloriæ est p merita, q acquirimus per grám, q est principiú merendi. Matt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cęlo, vbi neq; tinea &c. 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Deinde cum dicit. [O Timothee.] Instruit ipsum Timotheum. Et primo, vt bona conseruet: secundo, vt mala deuitet ibi. [Deuitans.] Dicit ergo. [O Timothee depositú custodi.] Depositú hoís est oé bonum, quod habet quilibet, quod sibi commissum a Deo, vt conseruet & multiplicet. Eccles. 17. Gratiam hominis, quasi

pupillam

Universidad de Deusto
Biblioteca

pupillam conseruabit 1. Cor. 15. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Et sic dici ei, vt depositum custodiat, idest vt se in gratia Dei conseruet, & multiplicet. Qui enim abscondit talentum, punitur. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Et inutilem seruum eij cite in tenebras exteriores &c. Matth. 25. Et specialiter prælati habent depositum. s. curam proximorum et fidelium. Ioan. vlt. Pasce oues meas. Heb. vlt. Ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. 2. Timo. 1. Bonum depositum custodi. Item quòd mala vitet, precipue illa quæ sunt nata coinquinare fidem, cuius ratio est, quia sicut Princeps secularis ponitur ad custodiendam vnitatem regni, ita spiritualis ad seruandam vnitatem spiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia. & ideo ille ordinatur ad iustitiam. Sed vnitas ecclesiæ est in fide, & ideo principaliter monet ad custodiam fidei. Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu conuersus aliquando confirma fratres tuos &c. Similiter autem posset corrumpi fides per fallaciam, sicut etiam quælibet scientia. Sed sicut dicitur 1. Elen. Fallacia fit quandoq; ex voce, quandoque ex re. Vnde est fallacia in dictione, & extra dictionem. Et sic fides aliquando corrumpitur per aliquas voces inordinatas, sicut dicit Hier. quòd ex verbis inordinate prolatis, fit hæresis. Et ideo dicit. [Deuitans prophanas vocum nouitates.] Quia non uelle audire aliquid noui, est oblatrare contra consuetu-

& oppositiones falsi nominis scientię, quã quidam promittẽtes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

dines. Sed noua prophanæ non sunt audienda. Sed prophanæ nouitas est, quando inducitur aliquid contra fidem. Et dicitur nouum, per comparationem ad id quod est antiquum. Hoc fecit Nestorius quando dixit de Virgine Maria Christotochos, quæ inferret quod non esset mater Dei. Et ideo sancti patres in Ephesino Concilio instituerunt, quòd diceretur Theotochos 2. Timoth. 1. Formam habens sanorum verborum, quæ a me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu. Et c. 2. [Prophana & vaniloquia deuita &c.] Quandoque vero corrumpitur per rationes reales sophisticas. Et istud vitandum est. Et dicit. [Et oppositiones scientiæ falsi nominis,] quia non est vera scientia, sed apparens. Scientia enim secundum propriam rationem non est nisi verorum. Impossibile autem est, quod verum sit vero contrarium, licet quandoque duo falsa sint sibi contraria, & ideo impossibile est, quòd illud quod repugnat veritati diuinæ, quæ est summa veritas, sit verum. Col. 2. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominem, secundum elementa mundi, & non secũdum Christum. [Promittentes,] idest dicentes se habere. Hier. 10. Sultus factus est omnis homo a scientia sua, quæ non est Dei, quia qui loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Io. 8. Hier. 2. Filij Mempheos, & Taphneos, constuprauerunt te vsq; ad verticem. Esa. 47. Sapientia tua, & scientia tua hæc, decepit te, [Gratia Dei,] tecum. Amen.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam Primam ad Timotheum.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM.

PROLOGVS S. THOMAE.

NOCTE & die æstu vtebar & gelu &c. Gen. 31. Verba sunt Iacob ostendentis & commendantis curã pastoralem, ac pastoreale officium. In quibus circa hoc officium tria ponuntur, scilicet assiduitas, patientia, solicitudo. Primum est, quia sine intermissione debet curam gregis gerere. Vnde dicit, Nocte & die Nocte orãdo, die studiẽdo. Es. 21. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiã ego sum stans totis noctibus. Vel per diem, i. tempore prosperitatis, & per noctem, tempore aduersitatis. In quibus prælatus debet respicere curam gregijs 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ, a dextris & a sinistris. Prou. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Secundum est, quia maxime prælato patientia necessaria est. Debet enim prælatus propter gregis salutem omnia sustinere. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Vnde dicit, Aestu, idest feruore instantis persecutionis. Iac. 1. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum. Gelu, idest timore futurorum. 2. Cor. 6. Foris pugnæ, intus timores. Tertiũ est, quia præest in solicitudine, vt dicitur Rom. 12. Et hoc expellit somnum negligentiæ. Vnde subditur Gen. 31. Fugiebatque somnus ab oculis meis. Pro. 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne des oculis tuis somnum. Recte ergo hæc verba materiæ huius epistolę conueniunt. In prima enim instruit eum de ordinatione ecclesiastica. In hac autem secunda agit de solicitudine tanta pastorali, vt etiam martyrium sustineat pro cura gregis, vt patet in prologo.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationem, & natrationem secunda ibi; [Gratias ago.] Item primo ponitur persona salutans. Secundo, persona salutata. Tertio, bona optata. Persona salutans describitur ex nomine. [Paulus] quod sonat modicitatem, q̃ ei competit propter humilitatem mentis, & tribulationem, quæ faciunt hominem parum. Intantum q̃ Christus dicitur minoratus propter passiones. Heb. 2. Eum, qui in modico ab angelis minoratus est &c. Item ex dignitate quam primo ponit. Secundo, dignitatis originem. Tertio, fructum. Dignitas est magna, quia est; [Apostolus Iesu Christi,] i. missus est a Christo. Luc. 6. Elegit duodecim ex ipsis. quos etiam Apostolos nominauit. Hanc dignitatem adeptus est, quia plus omnib. laborauit 1. Cor. 15. & Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes: Origo Apostolatus est volũtas Dei. Vnde dicit; [Per voluntatem Dei.] quam quidam præueniunt, quia se ingerunt, contra quos dicitur Heb. 5. Nemo assumit sib: honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Item quidam permittuntur, propter peccata populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Iei hoc est per voluntatem Dei, quod dicit, quia nõ per voluntatem suam. Fructus autem non est aliquid terrenum, sed [secundum promissionem vitæ, quę est &c.] idest, ad consequendam initam æternam promissam a Christo. Hec debet esse finis prælatorum. 1. Cor. 6. Illi quidem, vt corruptibilem coronã accipiant, nos autem incorruptam. Daniel. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Persona salutata est Timotheus filius eius, ab eo conuersus. Act. 26. Chatissimus, quia sibi vnanimis. Phil. 2. Neminem habeo tam vnanimem &c. Bona optata sunt tria. s. [Gratia,] per quam est remissio peccatorum: [Misericordia,] per quam consequimur finale bonum: [Pax.] Glo. i. tranquillitas mentis, hæc competit prælato qui ad hoc ponitur, vt pacẽ procuret. Io. 10. dixit dominus. Pax vobis. Et præcepit intrantibus domum, pacem offerre, vt habetur Matt. 10. Et hoc: [A Deo patre,] qui est dator oĩs boni. Iac. 1. Itẽ. [A Iesu Christo,] qui est mediator sq̃ã tũ hõ, Dei, & hoium. 2. Petr. 1. Per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit.

patre nostro, & Christo Iesu domino nostro.

LECTIO II.

GRatias ago Deo meo, cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura,

LECTIO II.

HIc incipit epistolaris narratio, in qua primo munit eum contra præsentes persecutiones. Secundo, contra futura pericula Ecclesiæ 3. cap. ibi, [Hoc autem scito.] Item primo, inducit ad instantiam prædicationis, quæ tunc erat causa & occasio persecutionis. Secundo, hortatur ad sustinendas tribulationes propter Christum. ibi: [Tu ergo &c. c. 2.] Item primo, commemorat bona ipsius Timothei. Secundo, hortatur eum ad vsum horum bonorum per instantiam prædicationis, ibi. [Per quam &c.] Tertio, ponit se in exemplum, ibi; [In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & Magister &c.] Item primo, ponit affectum, quem habebat ad Timotheum. Secundo ponit bona huius, quæ prouocabant eum ad huiusmodi affectum, ibi; [Memor.] Affectus ostenditur per duo, s. per orationem & desiderium. Et ideo: [Gratias agit Deo] de affectu quem habet ad Timotheum, quia est charitatis, & charitas est principale donum, q. d. Reputo me gratiam consecutum, quod sic sincerum affectum habeo ad te. Et dicit, [Deo meo,] cui specialiter; [Seruio a progenitoribus meis.] non a parentibus carnalibus, quia 1. Tim. 1. Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed seruitio deriuato à progenitoribus meis, s. patriarchis & prophetis qui Deo sincere seruierunt. Et dicitur a progenitoribus, quia filij facilius imitantur perfectionem paternam, tum, quia instruuntur ab eis, vt Thobias, tum quia etiã facilius imitatur amicos. Et quomodo seruio ei? [In conscientia pura, quia vt habetur Abac. 1. Mundi sunt oculi tui Domine, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. 2. Corin. primo. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. De quo agit gratias. [Quia sine intermissione,] siue die prosperitatis, siue nocte aduersitatis, oro pro te. Item ex desiderio. Ideo dicit. [Desiderans te uidere,] s. propter consolationem vtriusque. Roma. 1. Desidero enim videre vos &c.

Deinde eum dicit. [Memor.] ostendit bona, quæ erant in Timotheo. Et primo commemorat affectum eius ad se. Secundo, fidem ad Deum, ibi. [Recordationem.] Dicit ergo. [Memor lachrimarum,] quas scilicet Timotheus effudit, quando discessit Ephesum ab eo, paratus ad martyrium. Vel lachrimarum quas fudit in orationibus, & hoc; [Vt gaudio implear,] idest hæc memoria replet me gaudio. Phil. 2. Implete gaudium meũ &c. Item memor fidei ad Deum. Fidem eius primo commemorat. Secundo, ostendit eam a parentibus deriuatam, & non nouitiam. Dicit ergo; [Recordationem &c.] Fides necessaria est prælato, qui est fidei custos. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et dicit [Non ficta.] Vera enim per opera bona est. Iac. 2. Ostende mihi sine operibus fidem tuam, & ego ostẽ-

Universidad de Deusto Biblioteca

ostendam tibi ex operibus fidem meam. 1. Tim. 1. Finis praecepti est charitas &c. Sap. 1. Effugiet fictum &c. Et haec non noua, sed,[Habitauit primum in auia tua Loide &c.] Act. 16. dr̃ quod fuit filius mulieris Iudaeae:[Certus autem,] vel per reuelationem vel per indicia:[Quod in te.]

q sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre. Memor lachrimarũ tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quae est in te non ficta, quę & habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem, q & in te,

LECTIO III.

Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non.n. dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius; sed collabora euangelio, secundum virtutem Dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum G propositum suum & gratiã, quae data est nobis in Christo Iesu, ante tẽpora secularia. Manifestata est autem nũc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionẽ per euangelium.

LECTIO III.

Supra commẽdauit eum de bonis gratuitis: hic hortatur ad vsum gratuitorum sibi datorum, praecipue in praedicatione euangelij. Et primo monet generaliter ad vsum datę sibi gratiae. Secundo, specificat, qualis sit vsus gratię, ibi:[Noli itaque erubescere.] Item primo, ponit monitionem: secundo, eius rationem, ibi:[Non.n. dedit nobis] Dicit ergo:[Fides non ficta] in matre & auia & in te est:[Propter quam cãm admoneo te.] Gratia Dei est sicut ignis, q qñ obtegit' cinere, non lucet, sic gr̃a obtegit' in hoĩe p torporem, vel humanũ timorẽ. Vnde & Timotheus effectus pusillanimis, torpuerat circa praedicationem. Et ideo dicit:[Vt resuscites gratiam,] sopitam. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Et addit:[Quae est in te per impositionem manuum mearum,] a quo. s. ordinatus erat episcopus. In qua manus impositione, data est ei gratia Spiritussancti. Deinde cum dicit.[Non.n.] ponitur ratio monitionis, & sumitur ex conditione diuinorum munerum. Qui enim accipit munus, debet operari secundum congruentiam muneris. ergo secundum conditionem diuinorũ munerũ debemus Deo seruire. Est aũt duplex spiritus huius mũdi, & Dei. Et horum distinctio est; spiritus enim significat amorem. quia nomen spiritus impulsionem importat, & amor impellit. Duplex autem est amor, s. Dei: & hic est per spiritum Dei, & amor mundi, & hic est per spiritum mundi 1. Cor. 2. Non enim accepimus spiritum huius mundi &c. Spiritus autem mundi facit amare bona mundi, & timere mala temporalia, & ideo dicit;[Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris,] s. mũdani: quia hunc Deus aufert à nobis. Matth. 10. Nolite timore eos, qui occidunt corpus &c. Est alius spiritus timoris Domini & sanctus; & iste facit, vt timeatur Deus; hic autem est sine offensa, Et hic est a Deo. Matt. 10. Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Et addit;[Sed virtutis] quia per Spiritum sanctum dirigimur in malis, & hoc per virtutem, s. fortitudinis contra aduersa mundi. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Item dirigimur in bonis, quia quantum ad affectionem ordinamur per dilectionem charitatis, dum quis omnia quae diligit, refert in Deum. Vnde dicit:[Et dilectionis] 1. Io. 3. Qui non diligit, manet in morte. Item quantum ad bona exteriora, & ideo dicit;[Et sobrietatis,] i. omnis temperantiae, seruando debitum modum & mẽsuram, vt. s. temperate vtamur bonis mundi. Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo 1. Tim. 3. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium. Deinde cũ dicit;[Noli,] specificat vsum gratiae, & primo, excludit contraria huic vsui. Secundo, hortatur ad vsum gratiae, ibi;[Sed collabora.] A solita autem praedicatione poterat impediri propter duo. Primo, per erubescentiam. Secundo, ex poena Apostoli, quam patiebatur propter Euangelium, & ideo quantum ad primum dicit;[Noli itaq;] s. ex quo habes spiritum fortitudinis;[Erubescere &c.] Praedicatio.n. Christi, si referatur ad sapientiam mundi, videbatur stulta, vnde erubescẽtiam habere videbatur 1. Cor. 1. Nos praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Rom. 1. Non enim erubesco Euangelium. Luc. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Quantum ad secundum sciendum est, quòd si latro videt aliquem suspensum, erubescit se confiteri socium eius. Sic, quia Apostolus erat vinctus, poterat cum Timotheus erubescere, & ideo dicit;[Neque me vinctũ eius.] Eph. 9. Pro quo legatione fungor in catena. Eccl. 4. Ne reuerearis proximum tuum in casu suo. Deinde cum dicit;[Sed collabora] hortatur ad vsum gratiae, & primo in generali. Secundo, ostendit, ex qua fiducia hunc vsum aggre- F diatur, ibi;[Secundum virtutem.] hic manifestat, quod dicit, ibi;[Non secundũ &c.] Sed collabora. Dicit ergo, ne erubescas, sed [Collabora,] i. simul mecum labora. 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet. Et dicit[Euangelio,] quod potest esse ablatiui casus, & sic in euãgelio prędicãdo vel datiui casus, & sic ad laudem euangelij, vt. s. crescat. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus &c. Et hoc cũ fiducia, non propria, quia non sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis &c. Sed [Secundum Dei virtutem], i. habendo fiduciam de virtute Dei. Esa. 40. qui dat lasso virtutẽ & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Haec virtus manifestatur per duo. s. quantum ad affectum, quia liberamur a malis. Et ideo dicit; Qui nos liberauit. 1. Esd. 8. Liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via. Ioan. octauo. Si filius vos liberauerit. Et quantum ad hoc, q vocat nos ad bona. Vnde sequitur[Et vocat vocatione sua sancta,] quia vocauit ad sanctificandum. Rom. 8. Quos praedestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. secundo. Qui de tenebris nos vocauit, in admirabile lumen suum. H Et manifestat quaedam, quae dicit, dicens[Non secundum opera nostra.[Vbi ostendit, q per virtutem Dei liberati & vocati sumus, non per humanam. Et primo ostendit causam vocationis nostrae, & liberationis esse à Deo. Secundo, processum causae, ibi.[Quae data est etiam,] Tertio commendat datorem causae s. gratiae, & eius conseruatorem, ibi,[Qui destruxit.] Dicit ergo vocauit non per nostram virtutẽ, quia; s. non p opera nostra, quae sunt effectus virtutis. Tit. 3. Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est autem duplex causa humanae salutis, quae est à Deo. Vna est aeterna, s. eius praedestinatio. Alia est temporalis, s. gratia iustificans. Quantum ad primum dicit[Secundum propositum,] i. praedestinationem, quae est propositum miserendi. Eph. 1. Operatur omnia secundum propositum voluntatis suae. Rom. 8. His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quantum ad secundum dicit[Et gratiam.] Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Circa processum gratiae primo ostendit, quomodo est praeparata gratia. I Secundo, quomodo collata. Tertio per quem. Primum ostendit, cum dicit[Quae data est nobis in Christo Iesu,] i. praeparata est nobis dari[Ante tempora secularia,] Sicut dicit philosophus, Seculum nihil aliud est, quam mensura durationis aliquarum rerum, vnde diuersa secula, diuersae sunt aetates hominum. Vnde vnum seculum durat mille annis: quia homo dr̃, viuere qdiu est in memoria hominũ, quae non excedit mille annos. Tpa ergo secularia sunt, quae mensurant res mutabiles, & haec perierunt cum mundo. seu praedestinatio est ante mundum. Ephes. primo Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi. Et dicit,[In Christo Iesu,] quia nõ sumus electi, sic vt saluemur propriis meritis, sed per gratiam Christi: quia sicut praedestinauit salutẽ nostram, ita modum salutis nostrae Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sed haec praedestinatio prius erat occulta, sed nunc est manifesta. Et quomodo? sicut conceptus cordis per opera, vnde nunc in effectu operis, suis electis manifestauit, per illuminationẽ proprie loquitur: manifestare.n. est in lucem K ducere. Iob. decimooctauo Abscondita produxit in lucem. Sic ergo[Manifestata est nunc &c.] Per hoc, quod misit Christum nos illuminantem. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum. Lucae primo. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Deinde cum dicit;[Qui destruxit.] commendat Christum illuminatorem; & primo quantum virtutem, quantum ad mala, quae abstulit. Secundo, quantum ad bona, quae contulit. Dicit ergo.[Christus,] propter hoc, quod pro nobis passus est[Destruxit mortem,] idest satisfecit Deo pro peccatis nostris. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. Et peccatum erat causa nostrae mortis corporalis. Roman. 6. Stipendia enim peccati, mors: & ideo destruendo peccatum, destruxit mortem. Oseae. 13. Ero mors tua o mors

o mors &c. Contulit etiam perfecta bona: primo animae in praesenti, A per gratiam fidei. Abach. 2. Iustus meus ex fide uiuit & est imperfecta in hac uita, sed perficietur in gloria. Io. 15. Haec est vita aeterna, vt cognoscant te. Secundo, immortalitatem carnis resurgentem ex gloria animae. 1. Corin. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem &c. Io. 10. Ego ueni, ut uitam habeant, s. iam per gratiam, & abundantius habeat, s. per gloriam in futuro. Item ibidẽ, omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternum.

LECTIO IIII.

In quo positus sum ego prędicator, & Apostolus & magister Gentium. Ob quam causa etiã haec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum uerborum, quae a me audisti in fide, & ĩ dilectione ĩ Christo Iesu. Bonum depositum custodi per Spiritumsanctũ, qui habitat in nobis. Scis.n. hoc, q auersi sũt a me oẽs qui in Asia sunt: ex quibus est Philetus, & Hermogenes. Dei misericordiã Dominus Onesiphori domui, quia sępe me refrigerauit & catenã meã non erubuit, sed B cum Romam uenisset, solicite me quęsiuit, & inuenit. Det illi dñs iuenire misericordiã a Deo in illa die, Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

LECTIO IIII.

Supra monuit ad sollicitam Christi praedicationem: hic inducit ad hoc per exemplum, & primo, ponit hoc. Secundo, inducit ad sui sequelam, ibi:[Formam habens.] Tertio ostendit sequendi necessitatem, ibi: Scis hoc.] Item primo, ponit suum officiũ. Secundo, ostendit quae patitur pro sui officij executione, ibi.[Scio enim.] Describit autem officium suum tripliciter: quia dicit se praedicatorem ad excitandum ad bonos mores. Inf. 4. Praedica uerbum, insta opportune. Mar. ult. Praedicate Euangelium omni creaturae. Apostolum ad regendum Ecclesiam: quia Apostoli sunt praelati Eccle. Galat. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et magistrum institutum ad docendum fidei sanctitatem, & cognitionem Dei. 1. Tim. 2. Doctor gentium in fide & ueritate. Iohel. 2. Filij Sion exultate & letamini in Domino Deo nostro, q dedit uobis doctorem iustitiae. Sed dicit:[In quo positus sum ego. Vbi notantur tria. Primo, quòd ipse non assumpsit sibi, sed ab illo positus est. Heb. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Secundo, in positione designatur ordo. Tertio, firmitas: quia secundum ordinem rationis institutus, firmiter mansit. Io. 15. Posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat, Iudicum 5. Stellę manentes in ordine & cursu suo. Deinde cum dicit;[Ob quam causam,] ostendit, quae pati se pro sui officij executione, dicens, Hęc aduersa:[Patior,] s. vincula & taedia, & hoc pro fide Christi. infra secundo. Laboro usque ad uincula. Et dicit, ob hanc causam, quia pati simpliciter non est laudabile, sed propter iustam causam. Matt. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et ideo[Sed non cõfundor,] quia non est ad confusionem ei qui patitur propter iustitiam 1. Pet. 4. Nemo uestrum patiatur quasi homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorũ appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Deinde cum dicit.[Scio.] Ponitur certitudo spei quae facit eum non confundi: etiam hoc prouenit ex magnitudine Dei promittentis. Et ideo dicit;[Cui credidi.] Et nota q vno modo credere, est actus fidei, & est sensus?[Scio &c.] Idest scio quòd ille, qui promisit, est uerax, & potens ad reddendam vitam aeternam, q̃ re.p. misit homini fideli existenti. Sed contra, ex hoc sequitur, quod eadem est scientia & fides. & idem est scitum & creditum, quod est impossibile; quia de ratione sciti est, quod uideatur, de ratione crediti, quòd non R̃ndeo: in fide duo sunt, s. id quod creditur, & ille cui creditur. De eo quod creditur, nõ potest esse scientia, quia sic perderet crediti rationem, sed de eo cui creditur, est sciẽtia, quia per euidentissimam rationem est scitum, q Deus est uerax. Et sic dicit, Cui credidi 1. Io. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Prouerb. 14. Innocens credit omni uerbo &c. Alio modo, dicitur credere fidei eius, cui committit rem suam, & hic sensus est verior, quasi dicat, Quia meipsum, labores, & passiones credidi, idest com misi Deo, scio q;[Potens est depositum meum seruare &c.] Et nota, q depositum dicitur dupliciter. Vno modo, q ego deposui. Et sic homo deponit apud Deum salutem suam, quando se Deo totum committit. 1. Pet. 5. Omnem solicitudinem uestram in eum proijcientes, quoniam ipsi cura est de vobis. psal. 54. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, Item deponit opera sua, quando scilicet, non statim recipit remunerationem suam, sed in posterum. Et sic qui benefacit, deponit illud apud Deum, & hoc;[Vsque in illum diem,] qñ iudicabit occulta hominum, quib. tunc reddet Deus mercedem laborum suorum. Sap. 10. & Esa. 5. Dicite iusto, qm̃ bene, qm̃ fructum adinuentionum suarum comedet. Vel depositum, i. quod penes me positum est officium, s. officium euangelij. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. Etiam Deus est potens conseruare suum Apostolum usque ad mortem suam. Deinde cum dicit[Formam habens,] inducit ad sequelam sui, & est duplex litera. Vna dicit[Habe,] altera Habens.] Si dicit habens, sic primo ponit idoneitatem, quam proponit Timotheo ad imitandum exemplum Apostoli. Secundo hortatur ad imitandum, ibi[Bonum depositum.] Apostolus autem bonam idoneitatem habuit secundum duo, s. secundum eruditionẽ quantum ad cognitionem. Et ideo dicit[Sanorum verborum.] Item sm virtutem. Vnde dicit[In fide & dilectione.] Dicit ergo, Non potes te excusare, si patienter non habeas usque ad uincula, sicut ego, quia tu es[Habens formam sanorum verborũ,] s. quae nõn continent falsitatis corruptionem ad Titũ secundo. Loquere quę decent sanam doctrinam. Et dicitur doctrina sana non corrupta, effectiue, quia nos sanos facit. Et addit.[Quae a me audisti.] Quasi dicat, non es deceptus, quia hoc tibi tradidi, quod a Christo audiui. 1. Cor. 10. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi uobis. Luc. 10. Qui uos audit, me audit. Et hoc C [In fide & dilectione,] quia si aliquis omnia verba sana sciret & non crederet, non esset idoneus, nec etiam diligeret, quia de facili recederet a doctrina, uel per aduersa, uel p prospera. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. 1. Io. tertio. Qui non diligit manet in morte. Et hoc[In Christo Iesu,] quia uera fides est eorum quae Christus docuit, & uera dilectio est in Christo, qui dedit Spiritumsanctum, per quem Deum diligimus. Haec igitur habens,[Custodi bonum depositum,] quod scilicet dedi tibi, idest officium praedicationis, vt nunquam a ueritate recedas, nec propter timorem, officium praedicationis ullo tempore dimittas. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum &c. 1. Timot. 6. O Timothee depositum custodi. Et hoc,[Custodi] bono adiutorio, s.[Per spiritum sanctum, qui habitat in nobis.] 1. Cor. Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Secũdum aliam literam monet ad duo. Primo ad sanam doctrinã. Secundo ad perseuerantiam in ea. Deinde cum dicit[Scis hoc,] ostendit necessitatem monitionis ex defectu, & profectu aliorũ. Quando enim aliquis uidet aliquos sociorum suorum profice- D te, & aliquos deficere, nititur sequi bonos. Et ideo primo commemorat deficientes: secundo proficientes, ibi.[Det misericordiam.] Ostendit ergo, quid caueat, alias est periculum. 1. Corin. 10. Qui se existimet stare, uideat nec cadat. Et ideo dicit:[Auersi &c.] Gl. isti fallacia erant pleni. simulate.n. fuerant cum Apostolo, vt. s. addiscerent, unde facerent calumniam Apostolo. Isti ergo,[Qui sunt auersi a me, sunt modo in Asia,] inter quos praecipue sunt isti duo, qui conuersi sunt per Iacobum. Deinde cũ dicit,[Det misericordiam.] Ostendit aliorum profectum, & pręcipue cuiusdam Onesiphori, commemorans primo bona, quae sibi contulit Romae. Secundo, quae in Asia. Item primo optat ei Dei misericordiã. Scdo, oñdit meritũ misericordiae. Tertio, tp̃s misericordiae. Primũ, cũ dicit[Det misericordiã.] Recte optat ei misericordiã, quia p̃sens vita miseria est. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tp̃e, repletur multis miserijs. Dicit[Det Onesiphori Domui,] nõ solũ p̃sonę, sed familiae, q̃a pp̃ bonitatẽ E vnius deriuatur gr̃a ad totã familiã. Matt. 10. Siquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax uestra sup eã. Meritũ ãt misericordię, est misericordia, q̃ habebant in Apostolũ. Vñ dicit,] Quia saepe me refrigerauit,] s. quietẽ praestando. Mat. 5. Beati misericordes qm̃ ipsi misericordiam consequent'. Eccl. 17. Nonne ardorem refrigerabit ros? Philem. 6. Viscera sanctorum requieuerunt p te, frater[Et catenam meam.] infra 2. laboro usq; ad uincula, quasi male operans,[Non erubuit, sed cũ Romã uenisset solicite] quaesiuit.] Eccl. 6. Si possides amicum, in tẽtatione posside illum. Prou. 17. Omni tp̃e diligit, qui amicus est. Optat ãt misericordiam futuri seculi, cum dicit,[In illa die,] in qua, s. Dñs iudicabit oẽs, qñ misericordia est necessaria, non solum autẽ Romae, sed & Eph. Et ideo dignus est diuina misericordia.

LECTIO I.

SVpra induxit Timotheum ad diligentem Euangelij prædicationem; inducit eum hic ad constantem tolerantiam martyrij. Et primo inducit eum ad sustinendam passionem pro salute fidelium. Secundo docet eum, qualiter resistat infidelib. ibi. [Noli verbis.] Itē primo inducitur præparatio ad martyrium sustinendum. Secundo exhortatio martyrij, ibi. [Memor esto.] Præparatio martyrii præmittitur, quantum ad tria. Primum est animi fortitudo. Secundum est bonorum dispensatio, ibi. [Et quæ audisti.] Tertium est fructuosus militiæ labor, ibi: [Labora.] Requiritur autem ad martyrium fortitudo, quæ est circa pericula mortis. Et ideo dicit, [Tu ergo fili mi,] s. quem per Euangelium genui. [Confortare in gratia.] psal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor uostrum. [Quæ est.] non in te. s. cuius fortitudo est uana, sed; [In Christo Iesu.] Eph. 6. Confortamini in Domino & in potentia uirtutis eius. Vel in gratia, &c. Idest gratuito Dei dono per Christum. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Secundum est dispensatio bonorum. Circa quod notandum est, quòd quando aliquis adducitur ad mortem, disponit de suis. Non ergo minus debent esse soliciti sancti de bonis spiritualibus sibi creditis, quòd non dispereant post eorum mortē, sed alijs credant, & ideo monet eum, vt si ad martyrium venerit, quòd dispenset doctrinam fidei. Et primo ponit, quomodo accepit, quia per auditum. Vnde dicit [Quæ audiuisti a me,] & ego a Christo. Et dico a me, non singulariter, sed confirmata. [Per multos testes,] i. per legem & prophetas. Rom. 3. Testificata a lege & prophetis. Vel per Apostolos 1. Corin. 15. Siue.n. ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis. [Hæc commenda,] inquantum sunt accepta. Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. [Fidelibus hominibus,] vt. s. non quærant lucrum temporale, sed gloriam Dei. 1. Cor. 4. Hic iam quęritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam, &c. Item, qui sunt idonei ad dispensandum. Ideo dicit: [Qui idonei, &c.] Debent autem esse idonei tripliciter, Primo intellectu, ut sint sapientes ad intelligendum, Lucæ, vigesimoprimo. Ego dabo uobis os & sapientiam, &c. Item lingua, ut sint facundi ad docendum. Esa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam suscitare eum, qui lapsus est, verbo. Item opere, quia cœpit Iesus facere, & docere. Act. 1. Deinde cum dicit: [Labora,] ponitur tertium, quod est legitimus militiæ labor, ad quem primo hortatur. Secundo ponit laboris præmium, ibi. [Nam & qui.] Tertitio militiæ stipendia. [Laborantem.] Item primo hortatur ad legitimum laborem. Secundo exponit, quis labor sit legitimus, ibi: [Nemo.] Dicit ergo; [Labora sicut bonus miles Christi.] Est autem tripliciter aliquis miles Christi. Primo inquantū pugnat contra peccata Iob. 7. Militia est uita hominis super terram, & decimoquarto. Cunctis diebus, quib. nunc milito, expecto, &c. Et hæc pugna est contra carnem, mundum, & diabolū. Ephe. vlt. Non est uobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. Secundo est aliquis miles Christi, pugnando contra errores 2. Corin. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, &c. Tertio est militia martyrum contra tyrannos. Et hęc est laboriosior. Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius. Et non debet quiescere miles, quia dicitur a militia sustinenda. Deinde cum dicit: [Nemo.] Exponit, quid sit legitimus labor. Et primo, inducit eum ad laborem. Secundo ostēdit, qualis dēt esse bonus miles, ibi; [Vt ei placeat.] Primo circa primum duo facit, quia exemplum ponit. Secundo manifestat. Dicit ergo. [Nemo militans Deo, &c. [Circa primum sciendum est, ꝙ alius est finis militiæ spiritualis, & alius est finis militiæ corporalis, quia finis militiæ corporalis est, ut obtineat uictoriā contra hostes patriæ, & ideo milites debent abstinere ab his, quæ abstrahūt a pugna, puta, a negociis & deliciis 1. Corin. 9. Qui in agone cōtendit ab omnibus se abstinet. Sed militiæ spiritualis finis est, ut uictoriā habeat ab hominibus, qui sunt contra Deum, & ideo oportet, ꝙ abstineant ab omnib. quæ distrahunt a Deo. Hæc autem sunt negocia sæcularia, quia solicitudo huius sęculi suffocat uerbū. Et ideo dicit, [Implicat se.] Sed contra. Negocia sæcularia sunt temporalia, hoc autem Apostolus fecit, quando vixit de labore manuum suarum. Respōdeo, Dicendum est, ꝙ Apostolus dicit [Implicat,] & non dicit exerceret. Ille autem eis implicatur, cuius cura & solicitudo iungitur circa ipsa. Et tunc proprie ipsa hæc interdicuntur militib. Christi, in quib. ostenditur non esse necesse implicari animum. Itē non dicit, simpliciter implicatur, sed dicit implicat se, quia quandoque implicatur, & non se implicat. Implicat.n. se, quando sine pietate & necessitate assumit negocia, sed qn necessitas officii pietatis, & authoritatis exercetur, tunc nō implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate. Rom. 16. Assistatis ei, in quocunque negocio vestri indiguerit. Causa tamen, quare non debet se implicare, est: Vt ei placeat, cui se probauit. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Qui.n. est miles Christi, deuouit se ad militandum Deo, & ideo dēt conari, ut ei placeat, cui se deuouit. Deinde cum dicit: [Nam & qui.] Ponit laboris præmium. Et quia diceret aliquis, O Paule magna imponis: sed quis est eorum fructus? Respondet, assumatis exemplum in pugnis secularibus, ubi non omnes, sed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spiritualibus, ꝙ nullus coronabitur, nisi seruet debitas leges pugnæ. 1. Corin. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat. Deinde cum dicit: [Laborantem.] Ostendit stipēdia, interdicitque ei negocia sæcularia: Et primo proponit stipendia sub metaphora. Secundo exponit, ibi: [Intellige,] officium.n. prædicatorum & doctorum, est officium militum, inquantum insurgunt contra hostes & uitia. Item agricolæ, inquantum fructum faciunt, promouendo ad bona. Huius ager est ecclesia, & principalis agricola est Deus, interius & exterius operans. Io. 15. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Homines āt exterius adhibent ministerium. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus āt incrementum dedit. Isti sunt exteriores agricolæ. Iob 31. Si animam agricolarum eius afflixi. Istum ergo agricolam oportet fructū accipere; huius fructus sunt opera uirtutum, Ecclesia 24. Flores mei, fructus honoris & honestatis. Gal. 5. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia. Inter hos fructus, sunt & fructus eleemosynarum. Act. 9. Hæc erat plena fructibus bonis, & eleemosynis quas faciebat. Isti ergo debent principaliter fructum percipere, vt ipsi gaudeant. Primo, de subditorum profectibus. Phil. 4. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. Secundo, de subsidijs temporalibus, non pro præmio principali, sed stipendio. Gal. 5. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnib. bonis. Matt. 1. Dignus est operarius cibo suo. Deinde cum dicit; [Intellige.] Exponit quæ dixerat, sequens modum Christi post parabolas. Mat. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. Quasi dicat, Reduc hæc ad intellectum spiritualem. Dan. 16. Intelligentia opus est in uisione, quasi diceret aliquis, tu dicis: accipe stipendium o Timothee, sed tu non facis, quia de labore manuū vis uiuere. Vnde; [Intellige quæ dico,] quia est necessaria discretio, quia ibi non sunt accipienda, ubi est occasio auaritiæ contra euangelium, uel propter cupiditatem, vel propter otium, & hoc poteris intelligere, quia, [Dabit &c.] 1. Io. 2. Vnctio docebit uos de omnibus.

CAP. II. LEC. I.

TV ergo fili mi, cōfortare in gratia, quæ est in Christo Iesu, & in his quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negocijs sæcularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectū.

LECTIO II.

MEmor esto Dominū nostrum Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secūdum euangeliū meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum, ideo oīa sustineo pp electos, vt & ipsi salutem consequātur, quę est in Christo Iesu cum gloria cęlesti. Fidelis sermo. Nā si commortui sumus, & cōuiuemus: si sustinemus, & cōregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis pmanet, negare seipsum non pōt. Hæc commone, testificans coram Deo. Noli contendere verbis, ad nihil.n. vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Solicite autem cura, teipsum probabilem exhibere Deo, operariū inconfusibilem, recte tractantem verbum ueritatis.

LECTIO II.

SVpra ponitur præparatio ad martyrium; hic ponitur exhortatio ad ipsum, & primo præmittit exemplum præmij; secūdo exemplum martyrii, ibi; [In quo laboro.] Tertio, manifestat consequentiam præmij ad martyrium, ibi; [Fidelis sermo.] Nā præmium mortis pretiosæ martyrii, est resurrectio gloriosa, cuius exemplum præcessit in capite nostro Christo. Et ideo dicit: [Memor esto &c.] q. d. Dominum nostrum Iesum Christum supple habe in mente, contra tribulationes. Prouerb. 3. In omnibus uijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Multa enim sunt in eo cogitanda, sed specialiter resurrectio. Ad hanc omnia ordinantur, & præcipue totus Christianæ religionis status. Rom. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & corde tuo credideris, quod Deus excitauit illum a mortuis, saluus eris. Et nota ꝙ dicit resuscitatum, quia & si pater eum suscitauerit, tamen propria etiam virtute resurrexit, & est primus resurgentium. 1. Corin. 15. Sed quia secundum naturam humanā, resurrexit, & mortuus est ex semine Dauid. Rom. primo. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem &c. [Secundum euangelium meum,] idest a me prædicatū, 1. Corin. 15. Notū autem facio vobis euangelium, quod prædicaui vobis. Qui prædicat euangelium, est minister baptismi. Tamen non potest dici baptisma meum, sed euangelium sic. Et hoc ideo, quia multum facit exhortatio & solicitudo. Deinde cum dicit. [In quo laboro,] ostendit se in exemplum martyrij, & primo eius pęnam. Secundo, eius causam, ibi, [Ideo omnia.] Tria autem ostendit esse in pœna, scilicet acerbitatem, opprobrium, & constantiam. Acerbitatem cum dicit: [In quo.] scilicet euangelio prædicando, vel pro quo: [Laboro] idest affligor, & hoc: [Vsque ad uincula,] quia quando hanc epistolā scripsit, erat Romæ in vinculis. Ephesi. vlt. Mysterium euangelij pro quo legatione fungor in catena. Opprobrium quantū ad infideles, cum dicit: [Quasi male operans] Christiani enim tunc reputabantur pessimi. Luc. 9. Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint, & exprobauerint, & cæt. Christus etiā fuit damnatus quasi male operans. Esa. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Constantiam autem ostendit, cum dicit: [Sed verbum Dei &c.] Licet enim corpus sit alligatum, tamen verbum Dei non est alligatum, quia prædicatio fiut ex uoluntate Apostoli, quæ libera est, præcipue propter efficaciam charitatis, quæ nihil timet Rom. 8. Certus sum.n. quia neque mors neque uita &c. Quia sicut 1. Ioan. 3. dicitur, Maior est Deus corde nostro. Et dicitur, quòd in uinculis existens multos conuertit. Deinde cum dicit, [Ideo omnia sustineo.] Ostendit causam, quia martyrem non pœna facit, sed causa. Duplex autem est causa martyrii, scilicet propter diuinum honorem, & salutem proximi. Propter Deum quidem, quia Rom. 8. Propter te mortificamur tota die. Propter salutem proximorum, quia dicit hic. [Propter electos.] Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis 1. Io. 3. Quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter electos, quia quæcumque bona fiunt specialiter cedunt in bonum electorum, non reproborum. Et quomodo? [Vt & ipsi salutem consequantur.] Sed nunquid sufficit passio Christi? Dicendum est quòd sic effectiue, sed passio Apostoli dupliciter expediebat. Primo, quia dabat exemplum persistendi in fide. Secundo, quia confirmabatur fides, & ex hoc inducebantur ad salutem. Et hoc, [in Christo,] idest quæ venit nobis per eum, Matth. primo. Ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Et hoc non solum salutem gratiæ præsentem, sed etiam [Cum gloria cœlesti.] Matth. quinto. Merces vestra copiosa est in cęlis. Deinde cum dicit: [Fidelis sermo,] Ponit consequentiam præmii ad meritū martyrii. Et primo ponit attestationem. Secundo consequentiam, ibi: [Hęc commone.] Dicit ergo: [Fidelis sermo,] i. verbum quod dicam est fidele. Apoc. ult. Hęc uerba fidelissima sunt &c. Deinde cum dicit: [Num si &c.] Ponit cōnā. Et primo de remuneratione bonorum. Secundo, de punitione malorum, ibi: [Si negauerimus] In præmio bonorum sunt duo, s. reparatio per resurrectionem, & super additio gloriæ ad quam resurgēt. Et iō primo ostēdit, quod per Christum uenitur ad reparationem uitæ. Scdo, ꝙ per ipsum venitur ad resurrectionem, ibi: [Si sustinemus:] Dicit ergo: [Si commortui sumus,] s. cum Christo, & hoc per sacramēti susceptionem in baptismo. Ro. 6. Consepulti.n. sumus cum illo per baptismum in mortem. Item per pęnitentiam nos macerando. Galat. 6. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū vitiis & concupiscentijs. Item pro confessione veritatis moriendo sicut & Christus psal. 115. Pretiosa in conspectu Dñi mors sanctorum eius. Si ergo commortui sumus: [Et conuiuemus,] i. sicut ipse resurrexit, sic & nos, Rom. 6. Si cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus; Deinde agit de gloria q̄ sancti merentur per mortis ignominiam, Luc. vlt. Nonne hæc oportuit Christum pati. Et ideo dicit; Si sustinuerimus, scilicet, patienter afflictiones & opprobria. [Conregnabimus, idest simul cum ipso perueniemus ad regnum. Matt. 5. Beati qui persecutionem &c. Deinde cum dicit; [Si negauerimus.] Ostendit consequentiam quantum ad pęnas. Dupliciter autem potest aliquis peccare contra fidem. Primo, exterius negando. Secundo, interius eam deponendo. Quātum ad primum dicit, [Si negauerimus,] scilicet coram aliis. [Ipse negabit nos,] i. iudicio. Matth. 25. Amen dico vobis, nescio uos. Negare est non cognoscere eos esse de suis. Quantum ad secūdum dicit; [Si non credimus, i. si fidem a corde abiiciamus:] Ille fidelis permanet,] i. ipse fidem suam tenet. Vnde fidelis manet in sua fide, quia fides nihil aliud est, quàm participatio siue adhæsio veritati. Ipse autem est ipsa veritas, q̄ negare se non potest. Ergo non est omnipotens. Respondeo ex hoc est omnipotens, q; [Seipsum negare non potest.] Posse.n. deficere, magis est pertinens ad impotentiam, quia quòd aliqd deficiat a suo esse, est per debilitatem uirtutis propriæ. Christū autem negare seipsum, est deficere a seipso, hoc ergo ipsum, ꝙ non potest negare se, est ratio perfectæ virtutis. Vnde nec peccatum cadit in eum, ut est dictum, nec potest negare suam virtutem & suam iustitiam quin puniat. Matt. ult. Qui uero non crediderit condemnabitur. Sed nunquid non potest Deus alicui remittere pęnam? Potest quidem secundum ordinem sapientiæ suæ, sed contra ordinem sapientiæ & iustitiæ, non. Deinde cum dicit: [Hæc commone &c.] Confirmat per testimonium. Quasi dicat, Simul cum aliis admoneo, ut semper habeas in corde, [Testificans coram Deo,] idest testem adducens coram quo loquor. Deinde cum dicit: Noli uerbis.] Ostendit quomodo resistat infidelibus, quia primo præmittit modū resistendi. Secundo, ostēdit quæ sunt quibus resistat, ibi: [Prophana. Item primo excludit indebitum modum resistendi. Secundo, ponit debitum, ibi: [Solicite.] Circa primum primo excludit indebitum modū. Secundo, rationem assignat, ibi; [Ad nihil.] Dicit ergo: [Noli cōtēdere verbis.] Contentio importat concertationem in verbis. Pōt ergo secundum duo intelligi, quia acrimoniam loquens deprauatur dupliciter. Vno modo, si per hoc acceditur ad fauorem falsitatis, vt quando quis cum confidentia clamoris impugnat veritatem Alio modo propter inordinationem, ut quando utit̄ acrimonia, uel ultra modum debitum, vel contra qualitatem psonæ. Sed si moderate, & cum circumstantiis debitis, & pro ueritate fiat, non est peccatum. Et sic in Rethorica est unum instrumentum exhortationis. Tn̄ in sacra scriptura, accipitur s̄m ꝙ importat inordinationem. 1. Cor. 11. Si quis videtur inter uos contentionis esse, nos non habemus talem consuetudinem, neque ecclesia Dei. Et dicit verbis, quia aliqui disceptant solum verbis improperij. Et hoc proprie est contendere. Si hoc fit non verbis tantum, sed veris rationibus, hoc est disputare, non contēdere. Deinde cum dicit; [Ad nihil utile est.] Ostendit rationem documenti. Nam moderata disputatio quando cum ratione fit, est utilis ad instructionem; sed quando cum uerbis tantum, tūc est litigiosa. Ideo dicit: [Nisi ad subuersionem,] & hoc dupliciter. Vno modo, dum quod est certum uenit in dubium. Alio modo, quia audientes scandalizantur. Prouerb. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas, unde Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Sed nunquid non sine contentione debet quis disputare coram populo de fide? Respondeo, distinguendum est ex parte audientium, quia aut sunt solicitati ab infidelibus, & tunc est utilis publica disputatio, quia per hanc simplices efficiuntur magis instructi, quando vident errantes confutari. Si uero non sunt solicitati ab infidelibus, tunc non est utilis disputatio, sed periculosa. Item est distinguendam ex parte disputantis, quia si disputans est prudens sic, quòd manifeste confutet aduersarium, tunc debet publice disputare: si vero non, nullo modo. Deinde cum dicit: [Solicite cura teipsum,] ponit debitum modum resistendi. Et primo quantum ad rectam intentionem. Secundo, quantum ad rectam operationem. Tertio, quantum ad rectam doctrinam. Qui enim vult disputare, primo debet scrutari suam intentionem, utrum moueatur bono zelo. Ideo dicit;

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Probabilem Deo exhibere,]qui scilicet,probat cor.2. Cor. 10. Non enim,qui seipsum commendat,ille probatus est, sed quem Deus commendat.psalm.16.Probasti cor meum,& uisitasti nocte.Item,quòd doctrinam quam prædicat ore,stabiliat per opera,quod nisi faciat,est confusione dignus.Vnde dicit.[Operariũ inconfusibilem.]Quasi dicat, Hæc facito, sic non confunderis. Item, quòd recte tractet verbum veritatis, vera docendo,& utilia audiẽtibus. Vnde subiungit.[Recte tractantem verbum veritatis, non quærens lucrum, & gloriam.2. Corint. 2. Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbũ Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

LECTIO III.

PRophana autem, & uaniloquia,deuita.Multum.n. proficiunt ad impietatem, & sermo eorum,vt cãcer serpit. Ex quibus est Hymeneus, & Philetus,qui a ueritate excident,dicentes resurrectionem iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmũ

G

fundamentum Dei stat, habẽs signaculum hoc. Cognouit Dominus, qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. In magna autem domo, non solum sunt uasa aurea, & argentea: sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem,quædam autem in contumeliam,

H

mo, ex diuina prædestinatione. Sed ex libero arbitrio nro. Et ideo quantum ad primum dicit,Hoc firmũ fundamentum [Habẽs hoc signaculum,]idest hoc est signum huius firmitatis.Ioan.3. Qui aũt acceperit testimonium eius,signauit,quia Deus uerax est.Et hæc est prima pars signaculi,s. ex diuina prædestinatione, quia Nouit Dominus, qui sunt eius.]Et hæc est notitia diuinæ prædestinationis. Ioan.10. Ego cognosco oues meas,& alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Mat.7.Non noui vos. Sed quantum ad ẽm, dicit [Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat.]Quasi dicat,si prædestinati sunt a Deo,quod per liberum arbitrium saluabuntur, quia ex hoc,q̃ aliquis finaliter non adhæret peccato, ostẽdit se esse predestinatum.Et ponit duo,quæ pertinent ad ordinationem in ista salutis.Primum,q̃ confiteatur fidem.Ideo dicit, [Omnis qui &c.]Rom.10.Ore autem confessio fit ad salutem. Secundum, q̃ recedat a peccato.Mat.7.Non omnis, qui dicit mihi,Domine Dñe,intrabit in regnum cęlorum &c.Et iõ dicit, [Discedat &c.]Esa.55.Derelinquat impius uiam suam &c. Quod uero dicit[Inuocat nomen]non intelligit,q̃ solum nomine ore,sed tertius per fidem,& extra per opus.Deinde cum dicit[In magna] ponit rationem,quare Deus permittit aliquos errare, licet omnes diligat.Dupliciter autem potest hoc intelligi, quia uel generali,uel in speciali ad hunc,uel illum. Si enim quæras in singulari,quare dat huic donum perseuerantiæ & non illi, non habet rationem,nisi solam Dei uoluntatem.Augu.Quare hunc trahat,& illum non trahat,noli uelle iudicare,si non uis errare &c. Sed si quæras in generali, quare quibusdam dat & quibusdam non, habet rationem, quam & assignat Apostolus Ro.9. Et ex eadem ratio cum ista, licet per alia exempla. Ideo enim dicit, Sustinuit in multa patientia &c.Secundum enim,q̃ omnia operatur,quæ Deus fecit in natura & gratia, sunt facta ad manifestandum gloriam Dei. Eccl. 42. Gloria Domini plenum est opus eius.Sic etiam fecit diuersas creaturas, ut perfectio diuinæ bonitatis,quæ non potest manifestari per unam,sufficienter manifestetur per aliã.Ita ẽt considerandũ est de uno artifice,in domo una est una fenestra,quæ est altera pulchrior. Si quis ergo quærat,quare nõ tota domus est fenestra,nõ est,quia tota domus esset imperfecta,Similiter dicit Apostolus 1. Cor.12.Si totum corpus esset oculus,ubi auditus? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratiæ,quia oportuit, q̃ Deus manifestaret iustitiam & misericordiam. Si enim omnes saluaret, esset solũ eius misericordia. Si oẽs dãnaret,solũ esset iustitia. Et iõ Deus uolens manifestare irã,i.iustitiã &c.Et si fis est tõ d pfectione ecclię,q̃ oportebat esse pfectã,q̃ non esset si nõ cẽt in ea diuersitas.In qua est triplex diuersitas,s.bonorũ & malorũ,bonorũ & meliorũ malorũ & peiorũ.Et hanc assignans, dicit[In magna aũt domo,]i.ecclesia.Baruch. 3.O Israel, quam magna est domus Dei,& ingens locus possessionis eius,[Non solum sunt uasa aurea &c.] ubi aurea & argentea distinguuntur a fictilib.Item, argentea ab aureis. Ista fictilia a ligneis.In primo,comparatio bonorum & malorum innuitur.In secundo,comparatio bonorum, & meliorum. In tertio, malorum & peiorum. Nam aurea & argentea sunt bona, sed aurea meliores,argentea minus boni. Similiter ligneа & fictilia sũt mali,sed fictilia sunt peiores,ligneа uero minus malę.

Consequenter designat diuersitatem quantum ad usum, ut boni sint uasa in honorem,sicut deputati ad honorabilem usum mali uero sint uasa fictilia & lignea,quasi deputati in contumeliam, idest ad uilem usum. Sicut enim in hominibus quidam, scilicet sancti,quasi uasa pretiosa.Eccl.50.Vas auri solidum &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Quidam uero sicut uasa inutilia,scilicet mali.Esa.32. Fraudulenti uasa pessima sunt. Ecclesiast.21.Cor fatui, quasi uas cõfractum. Prima uasa sunt in honorem,quibus debetur uita æterna. Rom.secundo. His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem,& incorruptionem,quærentibus vitam æternam. Secunda uasa

LECTIO III.

SI quis ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatum, & utile dño, ad omne opus bonum paratum.Iuuenilia autem desideria fuge: sectare iustitiam, fidem,spem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem,& sine

B

LECTIO IIII.

SVpra ostendit quod prophana sint uitãda per rationem sumptam ex nocumento: hic ostendit idem per rationem sumptam ex fructu.Et primo,proponit uitationem.Secundo,eius fructum,ibi,[Est uas.]Nam uitationem uocat emundationem.Dicit ergo,quædam sunt uasa in contumeliam.[Ergo si quis emundauerit se ab istis,]quia eorum consortia inquinant Ecclesiasticorum decimotertio. Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt. secunda Corinthiorum nono. Exite de medio, & separamini,dicit dominus, & immundum ne tetigeritis &c.Fructus autem sequens,est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam.[Quia erit uas in honorem,]quia si fortasse ab illis,erit in contumeliam,si emundat se, in honorem. Psal.138.Nimis honorati sunt amici &c.Prouer.25. Aufer rubiginem de argento,& egredietur uas purissimum. Alij effectus sunt gratiæ,quorum primus est hominis sanctificatio.Secundus est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit. [Sanctificatum]i.Cor.6.Abluti estis,sanctificati estis.Sed quantum ad secundum dicit.[Vtile domino,]Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non Psalm.15.Bonorum meorum non indiges. Sed dicit utile domino,i.utilitas sua cedet ad honorem domini Act.9.Vt portet nomen meum coram gentibus,& regibus & filijs Israel. Quantum ad tertium dicit. [Ad omne opus bonũ paratum. Psal. 118. Paratus sum,& non sum turbatus.Et dicit,Ad omne bonum, qa præcepta affirmatiua non obligant ad semper.Et ideo debet esse paratus,vt quando necesse est operetur.Deinde cum dicit. [Iuuenilia.Ostendit qualiter prophana sunt uitanda.Et ponit duo uitanda.Primum est conuersatio praua.Secundum est doctrina mala, ibi,[Stultas autem.]Circa primum duo facit,quia primo ostendit quid sit uitandum.Secundo,quid sit sequẽdum,ibi.[Sectare.] Dicit ergo,Dico quòd debes uitare hæc, vt sis uas emundatum. Ideo iuuenilia &c.Considerandum est quòd dicit hoc, quia iste iuuenis erat.Et hęc sunt desideria uanitatum exteriorum,& carnalium uoluptatum.Naturale est iuuenibus quòd hæc desiderẽt. Eccl.11.Adolescentia & uoluptas uana sunt.Cuius est duplex ratio.Vna,quia non sunt alia experti.Secunda,quia huiusmodi delectationes naturales,sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura uero in iuuenibus laborat,& ideo inclinantur ad eas.Deinde cum dicit[Sectare uero iustitiam,fidem,spem, charitatem, & pacem.] Ostendit,quæ sunt sectanda. Et sunt quatuor,quorũ primum ordinat ad subditos,& hæc est iustitia,quia princeps est custos iustitiæ.Pro.20.Rex qui sedet in solio iudicij,dissipat omne malum intuitu suo. Secundum, ordinat ad Deum.& hæc est fides, sine qua impossibile est placere Deo Heb.11.Tertium,est spes.Quartum,ordinat ad proximum ymmoquemq;,s.charitas, & pax,quę se extẽdit ad inimicos.1.Corin.13.Si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero,nihil sum.Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit. [Cum his qui inuocant &c.] Vno modo exponi potest referendo ad immediate dictum, q̃.d. Sequimini pacem cum his &c. Quod autem dicit. [De corde puro,ponitur,quia non est speciosa laus &c.] Sed Heb.12. dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hic, cum his qui inuocant dominum de corde puro? Respondeo,dicendum est, q̃ quantum in nobis est,debemus habere pacem cum omnibus,si fieri potest, sed non potest esse pax inter bonos,& malos, quia pax dicit concordiam, quæ non põt haberi cum malis. Alio modo, legitur cum his &c. vt referatur ad totum præcedens.q.d. Ita sectare iustitiam,pacem,& omnia, sicut & illi q̃ inuocant &c. Deinde cum dicit. [Stultas autem,]

uasa sunt in contumeliam. 1.Reg.2. Qui autem contemnũt me, erũt ignobiles. Et prędicta diuersitas potest aliter applicari ad diuersitatem ecclesię, vt uasa aurea sint prælati,argentea uero,& ligneа,& fictilia renentes inferiorem gradum, inter quos est quidam gradus.Et quod subdit. [Quædam in honorẽ &c.] Non est hoc intelligendum, q̃ uasa aurea,& argentea omnia sint in honorẽ, & fictilia in contumeliam,quia de omnibus quæ statu quidam saluantur,& quidam damnantur.

A

LECTIO IIII.

SVpra ostendit quod prophana sint uitãda per rationem sumptam ex nocumento: hic ostendit idem per rationem sumptam ex fructu.Et primo,proponit uitationem.Secundo,eius fructum,ibi,[Est uas.]Nam uitationem uocat emundationem.Dicit ergo,quædam sunt uasa in contumeliam.[Ergo si quis emundauerit se ab istis,]quia eorum consortia inquinant Ecclesiasticorum decimotertio. Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt. secunda Corinthiorum nono. Exite de medio, & separamini,dicit dominus, & immundum ne tetigeritis &c.Fructus autem sequens,est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam.[Quia erit uas in honorem,]quia si fortasse ab illis,erit in contumeliam,si emundat se, in honorem. Psal.138.Nimis honorati sunt amici &c.Prouer.25. Aufer rubiginem de argento,& egredietur uas purissimum. Alij effectus sunt gratiæ,quorum primus est hominis sanctificatio.Secundus est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit. [Sanctificatum]i.Cor.6.Abluti estis,sanctificati estis.Sed quantum ad secundum dicit.[Vtile domino,]Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non Psalm.15.Bonorum meorum non indiges. Sed dicit utile domino,i.utilitas sua cedet ad honorem domini Act.9.Vt portet nomen meum coram gentibus,& regibus & filijs Israel. Quantum ad tertium dicit. [Ad omne opus bonũ paratum. Psal. 118. Paratus sum,& non sum turbatus.Et dicit,Ad omne bonum, qa præcepta affirmatiua non obligant ad semper.Et ideo debet esse paratus,vt quando necesse est operetur.Deinde cum dicit. [Iuuenilia.Ostendit qualiter prophana sunt uitanda.Et ponit duo uitanda.Primum est conuersatio praua.Secundum est doctrina mala, ibi,[Stultas autem.]Circa primum duo facit,quia primo ostendit quid sit uitandum.Secundo,quid sit sequẽdum,ibi.[Sectare.] Dicit ergo,Dico quòd debes uitare hæc, vt sis uas emundatum. Ideo iuuenilia &c.Considerandum est quòd dicit hoc, quia iste iuuenis erat.Et hęc sunt desideria uanitatum exteriorum,& carnalium uoluptatum.Naturale est iuuenibus quòd hæc desiderẽt. Eccl.11.Adolescentia & uoluptas uana sunt.Cuius est duplex ratio.Vna,quia non sunt alia experti.Secunda,quia huiusmodi delectationes naturales,sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura uero in iuuenibus laborat,& ideo inclinantur ad eas.Deinde cum dicit[Sectare uero iustitiam,fidem,spem, charitatem, & pacem.] Ostendit,quæ sunt sectanda. Et sunt quatuor,quorũ primum ordinat ad subditos,& hæc est iustitia,quia princeps est custos iustitiæ.Pro.20.Rex qui sedet in solio iudicij,dissipat omne malum intuitu suo. Secundum, ordinat ad Deum.& hæc est fides, sine qua impossibile est placere Deo Heb.11.Tertium,est spes.Quartum,ordinat ad proximum ymmoquemq;,s.charitas, & pax,quę se extẽdit ad inimicos.1.Corin.13.Si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero,nihil sum.Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit. [Cum his qui inuocant &c.] Vno modo exponi potest referendo ad immediate dictum, q̃.d. Sequimini pacem cum his &c. Quod autem dicit. [De corde puro,ponitur,quia non est speciosa laus &c.] Sed Heb.12. dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hic, cum his qui inuocant dominum de corde puro? Respondeo,dicendum est, q̃ quantum in nobis est,debemus habere pacem cum omnibus,si fieri potest, sed non potest esse pax inter bonos,& malos, quia pax dicit concordiam, quæ non põt haberi cum malis. Alio modo, legitur cum his &c. vt referatur ad totum præcedens.q.d. Ita sectare iustitiam,pacem,& omnia, sicut & illi q̃ inuocant &c. Deinde cum dicit. [Stultas autem,]

C

hortatur ad uitandum doctrinam malam.Et primo, docet quid sit uitãdum. Secũdo, quid sit sectandum,ibi. [Sed mansuetũ] Circa primum,duo facit,quia primo proponit documentum. Secundo rationem assignat ibi. [Sciens quia.] Vitanda sunt.]Quæstiones stultæ,]quantum ad materiam,quia sunt de stultis, idest de his, quæ contrariantur sapientię, i. de his, quę sunt contra diuinam sapientiam. Has non debet homo mouere, sed eis resistere.Hierem.10 Stultus factus est omnis homo a sciẽtia sua. Dicit autem. [Sine disciplina,] quantum ad modum, quia clamosæ sunt. Vel sine disciplina ex parte eorum de quibus dubitatur,vt puta, si uertat in dubiũ id,quod tota ecclesia tenet. Iob. 34. Iob aũt stulte locutus est, & uerba eius non sonant disciplinam.Quæstiones aũt in tantum sunt amandæ,inquantũ ducunt ad ueritatem: per hoc q̃ oportet q̃ omnes unum dicant. Quæstiones autem stultæ non ducunt ad ueritatem,sed ad litem quæ est uitanda. Esa. 58. Ecce ad lites & contentiones iciunatis &c.Et ideo dicit,[Sed mansuetum domini,]i.eum qui se dat seruitio domini.[Nõ oportet litigare.]1.Tim.3.Non litigiosum.Deinde cum dicit.[Sed mansuetum,] ostendit quid sit sectandum. Et primo,ponit documentum.Secundo rationem,ibi, [Ne quando det.]Item prima in duas,quia primo proponit quoddam generale ad omnes. Secundo, quædam necessaria ad singulos,ibi, [Docibilem]Generale quod debet habere qui uult disputare,est quod sit mansuetus. Psal.24.Docebit mites uias suas.Est.n.mansuetudo uirtus compescens ab ira,quæ perturbat iudicium rationis,quæ necessaria est in quæstione,& iudicio ueritatis.Mat.11. Discite a me,quia mitis sum,& humilis corde.In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem,respectu persecutorum,patientiam; respectu falsorum doctorum correctionem. Quantum ad primum dicit. [Docibilem.]idest,paratum cortigi a quocunq;.Et hæc est sapientia cœlestis.Iaco.3.Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est:deinde autem pacifica,modesta suasibilis &c.Quantum ad secundum dicit[Patientem.Psal. 61. Bene patientes erunt ut annuntient. Prouerb. 19.Doctrina uiri per patientiam noscitur.Quantum ad tertium dicit. [Cum modestia corripientem,] quia correctio debet esse modesta.Gala.6.Vos qui spirituales estis,huiusmodi instruite in spiritu lenitatis &c.Deinde cum dicit.[Nequando] assignat rationem uitationis,& respondet cuidam tacitæ quæstioni. Posset enim aliquis dicere,Isti resistunt ueritati. & ideo imminet necessitas corrigẽdi. Respondeo,q̃ Deus pater eos potest reducere ad pœnitentiam,& ad hoc debet iustus niti.Et primo præmittit pœnitentiam,quam debet intendere contra aduersarios. Secundo, pœnitentiæ fructus.Tertio,pœnitentię necessitatem.Dicit ergo. [Ne quando,]i.ut [Deus aliquando det eis pœnitentiam.] Quia ex superbia resistunt, quibus difficile uidetur dari pœnitentia. Hic excluditur error Pelagij;qui dicit dona gratiæ esse ex operibus nostris,quod per hoc patet esse falsum,quia etiam principiũ bonorum,s.pœnitentia,datur à Deo. Tren. 5. Conuerte nos domine ad te,& conuertemur.Esa.26. A timore tuo concepimus. Fructus uero pœnitentiæ duplex est,scilicet cognitio ueritatis,liberatio a potestate diaboli. Quãtum ad primum,dicit.[Ad agnoscendam ueritatem,] quia quando ex malitia resistitur ueritati, ipsa malitia sua excæcat eos:quando ergo malitia auferrũ, cognoscunt ueritatem.Quantum ad secundum dicit. Et resipiscãt a diaboli laqueis,] idest ab occasionibus errorum ex parte intellectus,sicut falsæ fantasiæ,& ex parte affectus,sicut sunt inuidia, superbia,& huiusmodi.Necessitas autem pœnitentię,est magna, quam nisi habeant,diabolus dominatur eis. Vnde dicit. [A quo captiui tenentur,] Qui facit peccatum, seruus est peccati. Io.8. Et dicit.[Ad ipsius uoluntatem]scilicet sectandam. Vel,ut de homine faciat uoluntatem suam. Sed contra.Non statim præcipitat sicut uellet.

B

Dicendum est,q̃ solum adipiscitur,quantum permittitur sibi,sed difficile est, quod ei auferatur id quod tenet.Esai.49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captum fuerit a robusto, saluũ esse poterit?

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO PRIMA.

Supra instruxit eum, quomodo resistat tribulationibus & periculis præsentibus, hic ostendit, quomodo stet cōtra futura. Et primo prænunciat futura pericula. Secundo ostendit idoneitatem suam ad resistendum, ibi [Tu aūt assecutus. Tertio ostēdit, qualiter resistit, ib [Testificor.] Circa primū duo facit, quia primo prænūciat pericula nouissimorum temporū. Secundo ostendit, quomodo eorum vitia sunt etiā modo vitanda, ibi. [Et hos deuita.] Item prima in duas, quia primo prænuntiat esse futura pericula in nouissimis temporibus.

CAP. III. LEC. I.

Hoc autem scito, quia in nouissimis dieb. instabūt tempora periculosa: & erūt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cęci, & voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes speciē quidem pietatis, virtutem autē eius abnegantes.

Secundo causam periculorum, ibi [Et erūt homines.] Dicit ergo, Dixi, deuita prophana &c. Nō solum aūt sunt hæc modo vitanda, sed in futuro restant & quædam alia vitanda. Et dicuntur [Nouissimi dies.] quia sunt propinqui nouissimæ diei. Ioan. quinto. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Genes. penultimo, Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis dieb. nouissimis. Et addit [Instabunt tempora periculosa &c.] Matt. 24. Eritis odio omnibus gentibus propter nomē meum. Causa horum est iniquitatis abundantia. Matt. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia quanto magis aliquid elongatur à suo principio, tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides & charitas, quia plus elongantur a Christo, Luc. 19. Filius hominis veniens puta inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo, diuersas eius species. Radix autem totius iniquitatis, est amor sui ipsius. Duplex autem amor duplicem ciuitatem facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo, Dicendum est, quòd in homine duo sunt, s. natura rationalis, & corporalis. Quantum ad intellectualem seu rationalem, quæ interior homo appellatur, vt dicitur 2. Cor. 4. homo debet plus se diligere quàm omnes alios, quia stultus esset, qui vellet peccare, vt alios à peccatis retrahat: sed quantum ad exteriorem hominem, laudabile est, vt alios plus diligat quā se. Vnde illi, qui se sic tantum amant, sunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes quæ sunt sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Ex hac radice diuersæ sunt species iniquitatis. Vnde dicit Cupidi, elati &c.] Et circa hoc tria facit, quia primo ponit peccata, quæ sunt in abusu rerum exteriorum. Secundo, quæ pertinent ad inordinationem hoīs ad alios, ibi [Blasphemi.] Tertio, quæ ad seipsum, ibi [Incontinentes.] Duo aūt sunt in rebus exterioribus. s. abundātia diuitiarum, & excellentia honorū. Quantum ad primū, dicit [Cupidi.] Et cupiditas primo ponitur, quia est radix omniū malorum. uel est propinqua amori suipsius, quæ est ad bona exteriora. Quantum ad secundū, dicit [Elati.] Elatio est species superbiæ, quæ sunt quatuor. Vna, quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secunda, quando quod ab alio habet, attribuit sibi, ac si haberet a se. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti &c. Tertia, quando attribuit sibi quod habet ab alio, sed meritis proprijs. Lucæ 18. Ieiuno bis in sabbatho &c. Quarta, quando singulariter vult videri supra omnes, & hæc est elatio. Psal. 130. Dñe non est exaltatum cor meum &c. Quod dicit, [Superbi] reducitur ad alias species superbię. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Consequenter ponit vitia, quantum ad alios. Et primo, quantum ad superiores; secundo, quantum ad æquales, ibi [Scelesti.] Superior est triplex. s. Deus, & contra hunc dicit [Blasphemi.] Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerūt sanctū Israel, abalienati sunt retrorsum. Item parentes, & quantum ad hoc dicit [Parentibus non obedientes.] 1. Regum 15. Quasi peccatum ariolandi, est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Prou. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Item benefactor, inquantum huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit. [Ingrati.] Psalm. 37. Qui retribuunt mala pro bonis &c. Cor. 3. Grati estote. Sapien. 16. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua superuacua. Tunc ponit mala, quæ sunt ad æqualem, & proximum, & sunt tria.

Primum pertinet ad opus. Vnde dicit [Scelesti.] idest, qui scelera grauia perpetrant in proximos. Esa 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis &c.

Secundum ad affectum. Vnde dicit [Sine affectione.] sed sine affectu charitatis, & sine pace. Tertio, quantum ad verbum. Vnde dicit [Criminatores.] Leuit. 19. Non eris criminator, nec susurro in populis. Item, quantum ad seipsum, ostendit quædam alia, tripliciter. Primo, quantum ad corruptionem concupiscibilis: secundo, irascibilis: tertio, rationalis. Quantum ad primum, dicit. [Incontinentes] Vnde dicitur incōtinens, qui se non tenet in bono proposito, propter prauas concupiscentias. Ecclesi. 26. Omnis autē ponderatio, non est digna continentis animę. Quantum ad irascibilem, dicit proprie [Immites,] idest non mansueti: hæc enim mansuetudo moderatur passiones iræ. Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Psalm. 24. Docebit mites vias suas. Item ponit aliud, quod pertinet ad affectum irascibilis, scilicet benignitatis exclusio. Vnde dicit. [Sine benignitate.] Hoc enim est naturale, quòd quando dominatur vnum contrarium, excludit aliud. Ephes. 4. Estote inuicem benigni. Deinde ponit vitia, quæ sunt ad corruptionem rationalis. Hæc autem potentia perficitur per prudentiam; prudentiæ autem opponitur aliquod vitium per abusum prudentiæ, & aliquod per eius priuationem, & vtrunque ponit. Quantum ad primum, dicit [Proditores] Ad prudentiam autem pertinet sagacitas, qua quidam abutuntur in malum, & hi sunt proditores. Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Item constantia, qua quidam abutuntur, dum in malo proteruiunt. Vnde dicit. [Proterui.] Prou. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Deinde ponit vitia, quæ sunt ad priuationem prudentiæ. Et primo ponit priuationis causam. Vnde dicit. [Tumidi.] Superbi enim inflantur in agendis, quia non metiuntur vires suas, & ideo deficiunt. Prou. 11. Vbi superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Secundo, ponit priuationis effectum, quia temporalia præponunt æternis. Vnde dicit [Voluptatum amatores, magis quam Dei.] Esa. 13. Syrenæ in delubris voluptatis. Sed nunquid est idem esse incontinentem, & voluptatum amatorem? Respōdeo. Dicendum est q non, quia proprie incontinens dicitur, qui habet spem fugiendi sed vincitur ab eis: sed proprie amator earum est intemperatus qui habet corruptam æstimationem. Consequenter ponit simulationem. dicens [Habentes quidem speciem pietatis.] 2. Cor. 11. Operarij subdoli. Virtutem autem eius abnegantes.] virtutem, scilicet pietatis, quæ dicitur hic dupliciter. Vno modo, ipsa vis pietatis, i. eius virtus. Vnde dicit [Abnegantes, i. veritatem nō habentes, ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Alio modo, quia virtus rei dicitur illud, ex quo dependet ista res. Tota autem virtus pietatis dependet ex charitate, ideo dicit [Virtutem eius, s. charitatem abnegantes.

LECTIO II.

Et hos, deuita, Ex his enim sunt qui penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient: Insipientia .n. eorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, Listris; quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus.

LECTIO III.

Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali au-

LECTIO II.

Supra Apostolus descripsit pericula nouissimorum temporū, & causam assignauit, hic docet huiusmodi etiam in præsenti esse vitanda. Et primo præmittit monitionem de horum vitatione. secundo, ostendit, in quibus hominib. in præsenti appareant prędicta, ibi. [Ex his enim.] Dicit ergo, Dixi, q in nouissimis temporibus erunt homines. Sed non credas te in præsenti esse tutū, sed etiam nunc hos, & tales homines deuita, s. ne in similem errorem labaris. Tit. vlt. Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem, deuita. Et licet quantum ad aliqua vitandi sint, sed non quantum ad sermonem exhortationis. Et tunc ostē dit, quòd etiam modo sunt aliqui tales.

Et primo ostendit nocumentum quod inferunt, secundo defectum quē patiuntur, ibi, [Homines reprobi. [Tertio, impedimentum quo arctantur, ibi [Sed vltra.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit impedimentum quod inferunt subditis, secundo impedimentum quod inferunt prælatis, ibi; [Quemadmodū autem.] Iterum prima in duas: quia primo ostendit, eorum imprudentiam, secundo, eorum astutiam, ibi [Et captiuas.] Quantum ad primum, dicit. [Deuita hos,] quia iam sunt aliqui tales. Nā [ex his enim] idest eorum numero [Sūt] 1. Io. 2. Nunc antichristi multi sunt &c. Nec debetis intelligere, q ex his fuerūt, sed sunt, s. scelesti, & ingrati &c. quia peccatores iam conuersi non debent

bene dici peccatores. psal. 15. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Deinde cum dicit. [Qui penetrant domos,] ostendit eorum malitiam. Et ad literam potest exponi, quasi inordinate ingerentes se, & circumeuntes propter lucrum. Contra qd Eccl. 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Sed propter hoc, non prohibentur aliq visitare afflictos in domib. Iac. 1. Religio mū da, & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, &c. Vel metaphorice potest exponi, domus, idest conscientia. Sapien. 8. Intrans in domum meam, conquiescam, &c. Illi ergo penetrant domos, qui cum astutia uolunt scire secreta conscientiæ, vt decipiant alios. Ecclesia. decimotertio. Ex multa loquela tentabit te, & subridens interrogabit te. Nihilominus tamen illis, qui curam habent, licet inquirere statum conscientiæ. Prouerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Deinde cum dicit. [Et captiuas ducunt.] Ostendit eorum astutiam. Et primo tangitur eorum malitia, quia abducunt a libertate, & statu gratiæ. Iaco. 1. Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis, &c. Et ducunt in statum seruitutis, qui est status peccati. psal. 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion, &c. Hoc enim, nomen captiuitatis importat. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Secundo ostendit, in quas personas exercent malitiam, quas describit primo, a fragilitate sexus: secundo ex malitia conuersationis tertio ex uanitate affectionis: quarto ex defectu discretionis. Quantum ad primum. dicit. [Mulierculas,] quæ sunt minoris discretionis, & sexus fragilioris. Et dicit, Mulierculas, quia magnę dominæ habent aliquos consiliarios, unde non possunt seduci. Sed hæ sunt tali auxilio destitutæ. Mat. 23. Comeditis domos uiduarum 1. Mach. 1. Captiuas duxerunt mulieres, &c. Quantum ad secūdum. dicit. [Oneratas peccatis.] Peccatum est onus, quia non permittit libere incedere, nec erectum esse, & stare, sed incuruat. psal. 37. Sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Et iō, ista specialiter decipiunt, quia peccatum parat uiam seductioni. Item, quia malæ sunt, timent resistere, ne perdantur. Quantum ad tertium dicit. [Quæ ducuntur uarijs desiderijs.] idest aptæ sunt, ut seducantur propter uaria desideria, quæ habent. Iac. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnib. vijs suis. Et ideo prima mulier fuit seducta, quia non stetit constanter in uerbis domini, sed dixit, Ne forte moriamur. Eccl. 6. Ne respicias mulierem multiuolam. Quantum ad quartum dicit. [Semper discentes, & nunquam &c.] Curiositas semper noua nititur quærere, & non vult insistere. Vñ dicit, [Semper discētes,] Prouer. 9. Mulier clamosa, &c. Tamen hoc q dicit, Semper discentes, pt reduci ad penetrantes domos. Deinde cum dicit. [Quemadmodum,] ostendit nocumentum quod afferunt prælatis, & nocumentum resistēdi eorum doctrinæ & inducit exemplū de Exodo, vbi magi Pharaonis restiterunt Moysi, quia a principio mundi semper fuit pugna inter veritatem, & falsitatem 2. Pet. 2. Fuerunt vero, & pseudo prophetæ in populo, sicut & in vobis, &c. Sed in Exodo isti magi non nominantur, sed hic sic, quod forte habuit ex aliquibus uerbis Iudæorū. [Ita, & resistunt ueritati,] scilicet q̄ nos prædicamus. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Act. 17. Sp spiritui sancto restitistis. Consequēter cum dicit [Homines, &c.] Ostendit eorum defectum in fide, & in opere. In opere. [Homines reprobi.] Glo. In operib. i. qui per opera sua, se reprobos ostē dunt. Hier. 6. Argētum reprobum vocate eos. Item in fide. [Corrupti mente,] i. potentia rationali. Vnūquodque. n. tunc dicitur corruptum, qñ deficit a propria virtute. Propria āt mentis perfectio est cognitio veritatis. Vñ dr̄ corruptus mēte qui deficit a cognitione fidei. Consequenter, cum dicit. [Sed ultra.] Ostendit, qño arctantur, & primo ostendit eos esse impediendos: secūdo, docet modum impediendi, ibi. [Insipientia.] Sciendum est āt circa primum, q uoluntas nocendi est homini a seipso, sed potestas nocendi est a Deo permittente. Et Deus non permittit ut noceat quātum vult malus, sed imponit terminum. Iob. 38. Et hic cōfringes tumentes fluctus tuos. Sic, & diabolus non læsit Iob, nisi ſm quod permissus fuit a Deo. Sic Arrius nō nocuit in ecclesia, nisi

quātum dn̄s permisit. Apocalip. 7. dicit angelus, Nolite nocere terræ & mari, neq; arborib. quoadusque signemus seruos Dei in frontib. eorum, &c. Et dicit [Vltra.] Scilicet, q̄ Deus permittit. [Non proficient.] Modus impediendi est, vt tollatur eorum pallium, & occultatio, quæ sunt tollenda, quia nocent. Iob. 41. Quis reuelabit faciē indumēti eius &c. Et iō dicit. [Insipientia eorū manifesta erit.] Deo detegente, qñ illuminabit abscondita tenebrarū &c. vt dr̄. 1. Cor. 4. [Sicut & illorum,] s. magorum Pharaonis, q̄ fuit manifesta, qa nō potuerūt facere signa. Deinde cū dicit. [Tu āt &c.] Ostēdit idoneitatem Timothei ad resistendum huiusmodi periculis. Et primo, ostendit, quòd erat idoneus ex institutione Apostoli; secundo ex experientia scripturarum, ibi. [Ab infantia.] Item primo ostendit, qño erat instructus sufficienter ab Apostolo; secundo, qño vniuersaliter instrui ab alijs poterat, ibi. [Omnis qui &c.] Circa primum, primo ostendit, qño instructus erat verbo; secundo, qño exemplo, ibi. [Propositum.] Sed sciendum est, q verbo aliquis instruitur dupliciter, vno mō, de veritate agnoscenda: alio mō, de iustitia operanda. Quantum ad primum dicit. [Tu āt assecutus es meam doctrinā,] i. instructus es in fide catholica, iō bñ potes uitare eos. Quantum ad ſm dicit: [Meam institutionem.] Institutio est eruditio, quæ est de aliquib. agendis, quæ subduntur operationi humanæ. Phil. 4. Vbique, & in omnib. institutus sū. Item, qño institutus erat exemplo. Et primo, q̄tum ad bona agē da; secundo, q̄tum ad mala toleranda, ibi. [Patientiam.] In bonis faciendis ponit duo. Primum est intentio recti finis. Et q̄tū ad hoc, dicit. [Propositum,] q est de fine. Sap. 8. Proposuit ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum. Et ad hoc peruenitur per bona opera, quæ deriuantur a tribus uirtutib. s. fide, spe, & charitate. Et primo, ponit fidem, cum dicit. [Fidem.] Heb. 11. Sine fide, impossibile est placere Deo. Secundo spem, cū dicit. [Longanimitatem,] quæ in longum expectat. 2. Cor. 6. In longanimitate. Tertio, charitatem, cum dicit. [Dilectionem.] 1. Io. 3. Qui nō diligit manet in morte. Deinde de malis tolerandis instruit eū q̄tum ad tria, ea reducendo ad memoriam. primo, patientiam q̄ habuit. Item mala, quæ sustinuit. Item, diuinum auxilium, quòd sibi affuit. Primo ergo ponit. [Patientiam] quæ opus perfectum habet. Iac. 1. & primo, ponit patientiæ materiam, s. [Persecutiones,] in generali. Mat. 10. Si uos persequuntur in una ciuitate, fugite in aliam. Item in speciali, cum dicit. [Passiones,] quas, s. passus est in proprio corpore. 2. Corin. 11. Ter virgis cæsus sum, &c. Tertio, in particulari, cum dicit. [Qualia facta sunt mihi Antiochiæ &c.] Act. 16. & 17. Iudæi persecuti sunt eum, præsente Timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. [Et ex omnibus eripuit me dominus. 2. Cor. 1. Qui consolatur nos, in omni tribulatione nostra.

LECTIO III.

Supra proposuit Timotheo in exēplum persecutiones, quas ipse passus fuit. Et ne videatur ipse solus per huiusmodi passiones transisse, ostendit eas esse communes sanctis. Et primo docet, qño sancti patiuntur hic defectus penales: secundo, qño mali proficiunt per defectum culpæ, ibi, [Mali āt homines.] Dicit ergo, Persecutiones sustinui, & non solum ego, sed & oēs. Pie sumitur dupliciter, qñque pro virtute pietatis ad cultum diuinū, sup. eod. Habentes speciem pietatis, Qñque pro misericordia ad proximum 1. Ti. 4. Pietas ad omnia ualet. [Omnes ergo, qui pie volunt uiuere in Christo &c.] i. volūt obseruare cultum religionis Christianæ Tim. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, &c. Et tales persecutionem patientur, & maxime in primitiua ecclesia, qñ Christus vndique impugnabatur a Iudæis, & Gentib. Et ideo Ioan. 16. Venit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Matth. 24. Eritis odio omnib. Gentib. propter nomen meum. Item, omnes qui pie uolunt, & cæt. idest uolunt per fidem Christi seruare misericordiā ad proximum, necesse est eos persecutionem pati, & si non ab extra, tamen ab intus aliquando, scilicet compatiuntur defectibus

Universidad de Deusto Biblioteca

fectibus proximorum, quorum culpas & pœnalitates vident 2. Cor. 11. Quis scandalizatur, & ego non uror? &c. 2. Petr. 2. Habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescebam &c. Item sunt aliæ persecutiones, quæ sanctis omnibus deesse non possunt. s. carnis, mundi, & dæmonis: quia vt habetur Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ro. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? psal. 33. multę tribulationes iustorum. Deinde cum dicit. [Mali autem homines,] ostendit, quod mali incidũt in peiora mala. s. culpæ. Dicit, mali in se. s. inquantũ peccatis inhærent. Matt. 21. Malos male perdet, &c. [Et seductores]. s. in proximorum nocumentum, inquantum seorsum ducunt eos a uia ueritatis, quæ cõis est. Ro. vlt. Per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium. Sed isti non contenti malis q̃ fecerunt. [Proficient in peius.] Apo. vl. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Sed contra, supra eodem, ultra non proficient. Dicẽdum est, q̃ qui proficiunt in peius, sunt permissi a Deo; uel sic quòd proficiunt in peius ex intentione malitiæ eorum, quæ semper est ad malum: sed secundum prouidentiam diuinam prohibentur, ne possint implere quod cęperunt. Proficiunt autem in peius mali in seipsis, inquãtum errant circa ueritatem. Mat. 22. Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Item opere errant, & hoc modo omnes mali errant. Prou. 14. Errant oẽs, qui operantur malum. Item in proximis, quia seductores. Vnde dicit. [In errorem mittentes] suadendo, s. q̃ possint per prosperitates uenire ad regnum cęlorum, contra illud supra, Qui pie volunt, &c. Et Esa. 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Deinde cum dicit. [Tu uero,] monet eum, ut maneat in sua institutione. Et hortatur eum tripliciter. s. ex parte doctoris, ex parte ipsius Timothei, & ex parte eorum, q̃ accepit Dicit ergo; Assecutus es meam doctrinam, & cæt. ut supra, ergo: [Permane in his.] Eccl. decimo. Si spiritus potestatem habentis ascẽderit super te, locum tuum ne dimiseris 1. Cor. 15. Stabiles estote, & immobiles. Dicit ergo; [Quæ didicisti, & credita sunt tibi.] quia quilibet Christianus discit, quæ fidei sunt; & hæc est doctrina salutaris. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre meo, & didicit, uenit ad me, &c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prælatis, inquantum debent alijs ea dispensare. Galat. 2. Cũ vidissent, q̃ creditum est mihi Euangelium præputij. Et quare oportet permanere? Quia ego a Magistro scientiæ habui, qui errare non potuit 2. Corint. 13. In me loquitur Christus. Et ideo in his firmiter permane; [Sciens a quo dedideris,] quia a Paulo, qui non ab homine, neq; per hoĩem didicit, &c. Gal. 1. Scdo ex propria conditione. Turpe. n. est homini nutrito in bono a pueritia, in senectute deficere. Eccl. 26. Qui transgreditur a iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad rõpheã. Timotheus aũt sic fuit nutritus, Prou. 22. Adolescens iuxta viam suam, ẽt cũ senuerit, non recedet ab ea. Vñ dicit; [Et quia ab infantia. Sacras literas nosti,] quæ sunt literæ ueteris testamenti, quas didicit ab infantia, quia filius mulieris Iudeæ. Act. 16. Vnde mater sua fecit eum erudiri in eis; qđ est contra Manichæum: quia Apostolus vetus testamentum hic nominat, sacras literas, quæ non possunt intelligi de nouo testamento, quia ab infantia sua non erat edoctus literas noui testamenti. Tertio ex parte eorum q̃ accepit, & est tertia rõ. Nam si aliquis hẽt aliq̃ scientiam in qua non est utilitas, deserit eam & transit ad aliam. Sed si scientia est ualde utilis, stultum est eam dimittere. Et primo facit rõnem: secũdo manifestat eam, ibi, [Oĩs scriptura.] Dicit ergo, Dico, q̃ accepisti literas sacras, q̃ nõ sunt cõtemnẽdæ, quia sunt vtiles. Esa. 48. Ego dñs Deus tuus, docens te vtilia. Vnde subdit, dicens. [Quæ te possunt instruere.] Io. 6. Dñe ad quem ibimus? verba uitæ æternæ habes. Io. 5. Scrutamini scripturas, in quib. putatis vitam ęternã habere, illæ sunt quæ testimonium perhiberent de me. Et hæ literæ te possunt instruere ad salutẽ, sed nõ nisi. [Per fidẽ, q̃ est in Christo Iesu.] Ro. 10. Finis. n. legis est Christus, ad iustitiã omni credẽti, Heb. 11. Sine fide. n. impossibile est placere Deo. Rõnẽ aũt manifestat, dicens. [Oĩs.] Vbi ostẽdit, q̃ sacrę literæ sunt uiæ ad salutẽ. Et tria ponit. Nã cõmendat scripturas rõne principii, rõne effectus vtilis, & rõne ultimi fructus & profectus, Si. n. cõ-

Mali autem homines, & seductores, proficient in peius: errãtes, & in errorem mittẽtes. Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. Et q̃a ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quę est in Christo Iesu. Omnis. n. scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

F sideres eius principium, habẽt priuilegiũ sup oẽs: quia aliæ sunt traditæ p rõnem humanã, sacra aũt scriptura est diuina; iõ dicit. [Scriptura diuinitus inspirata.] 2. Pet. 1. Non. n. uoluntate humana, allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sancti Dei hoĩes. Iob. 32. Inspiratio oĩpotentis dat intelligentiã. Sed dices, qũo nõ alia oĩs scriptura diuinitus inspiratur, cũ ẽm Ambrosium, oẽ verum, a quocunque dicatur, a Spiritusancto est? Dicẽdum est, q̃ Deus dupliciter aliquid operatur, s. immediate, vt proprium opus, sicut miracula. Aliquid mediãtib. causis inferioribus vt opa naturalia. Iob. 10. Manus tuæ dñe fecerunt me &c. Quæ tamen fiunt operatione naturæ. Et sic in homine instruit intellectum & immediate per sacras literas, & mediate per alias scripturas. Effectus huius scripturæ est duplex, s. quia docet cognoscere veritatem, & suadet operari iustitiam. Io. 14. Paracletus aũt Spiritussanctus docebit, s. cognoscenda, suggeret operanda. Et iõ utilis est ad cognoscendã veritatem, & utilis est ad dirigendum in operatione. Est. n. ratio speculatiua, & est ẽt ratio practica. Et in vtroque sunt duo necessaria. s. q̃ veritatẽ cognoscat, & errorẽ refellat. Hoc. n. opus, est opus sapientis, s. non mentiri, & mentientem refellere. Quantũ ad primum dicit [Vtilis est ad docendum,] s. veritatem. Ps. 118. bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me. Quantum ad 2m, subdit [Ad arguendum] Titum. 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Item, quantum ad practicam sunt duo necessaria. s. vt reducat a malo, & ad bonum inducat. psal 33. Declina a malo, & fac bonum. Quantum ad primum, dicit [Ad corripiendum,] quod est corripere a malo Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Iob. 5. Beatus homo, qui corripitur a domino. Quantum ad secundum, dicit [Ad erudiẽdum in iustitia.] Et hæc omnia sacra scriptura facit. Esa. 8. In manu forti erudiuit me &c. Sic ergo quadruplex est effectus sacræ scripturæ, s. docere veritatem, arguere falsitatem, quantumad speculatiuã: eripere a malo, & inducere ad bonum quantum ad practicam: vltimus eius effectus est, ut perducat homines ad perfectũ. Non enim qualitercunque bonum facit, sed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et ideo dicit [Vt perfectus sit homo Dei.] Perfectum. n. est, cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus, quando est instructus, i. paratus [Ad omne opus bonum,] non solum ad ea, quæ sunt de necessitate salutis, sed etiam ad ea q̃ sunt supererogationis. bonũ autẽ facientes, non deficiamus. Gal. vlt.

CAP. IIII. LEC. I.

G TEstificor coram Deo, & dño Iesu Christo, q̃ iudicaturus est viuos & mortuos, p aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros pruriẽtes auribus, & a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.

LECTIO PRIMA.

I PRæmissis periculis temporum nouissimorum, & idoneitate Timothei ad resistendum: hic ostendit, quomodo resistat. Et primo ponitur monitio, secundo eius necessitas, ibi [Erit enim.] Item primo ponitur eius contestatio: secundo admonitio, ibi [Prædica verbum.] In contestatione sunt duo consideranda, scilicet coram quibus contestetur. & per quem. Contestatur autem coram duobus, s. coram eo, qui est nostra beatitudo, & coram eo, qui nos in beatitudinem introducit. Beatitudo autem nostra Deus est psal. 32. Beata gens, cuius est dominus Deus eius. Et ideo dicit [Testificor coram Deo.] idest testem inuoco Deum, quòd hanc monitionem faciam. Hic enim testis non decipitur. 2. Corin. 1. Ego autem Deum testem inuoco in animam meam. [Et Christo.] Cuius est introducere in beatitudinem. K Roma. 5. Per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam. Vel aliter introducit quidem, quia [Ipse iudicaturus est viuos & mortuos.] Et tunc uiuos dicit illos, qui uiui reperientur in aduentu eius, qui morientur quidem, sed quia in modico tempore resurgent, dicuntur viui 1. Thessalon. 4. Nos qui uiuimus: qui residui sumus in aduentu domini, non pręueniemus eos qui dormierunt. Vel viuos dicit bonos, scilicet qui viuunt uita gratiæ, & mortuos, malos. 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et hos etiam iudicat. Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum. Sed cum Christus sit Deus, qũo vtitur hic, hac copula coram Deo, & Christo? Respondeo. Potest dici quod dicitur, coram Deo. s. patre, & Christo, idest filio. Pater enim est fons diuinitatis.

tis. Deinde cum dicit. [Et per aduentum, &c.] Contestatur per duo desiderabilia sanctis. Primum est aduentus Christi. Luc. 12. Similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs. Apoc. vlt. Veni domine Iesu. Secundum est regnum eius. Mat. 6. Adueniat regnum tuum. Regnat quidem secundum potestatem generalem super omnem creaturam. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Sed & specialiter, spiritualiter in sanctis regnat, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui sancti non sunt de hoc mundo. Ioan. 18. Regnum meum nõ est de hoc mundo. Sed hoc regnum hic inchoatur, & in futuro consummabitur, quando omnia regna ei subijcientur, & volentia, & nolentia. psal. 109. Donec ponã inimicos tuos &c. Consequenter cum dicit. [Prædica verbum.] ponitur monitio, & hoc vt instet doctrinæ, quæ est duplex. Vna ad omnes, quam ponit primo. Alia ad aliquos, & hanc ponit secundo, ibi, [Argue.] Item primo monet eum ad generalem doctrinam exequendam, secundo, docet modum exequendi. Dicit ergo. [Prędica verbum,] s. euangelij. Mar. vlt. Euntes in mũdum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. In prędicatione duo sũt, scilicet denuntiatio veritatis, & instructio ad mores. Et hæc duo debet prædicator facere. Luc. vlt. incipiens a Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, &c. Modus est instantia, & continuatio. Vnde dicit [Insta opportune, importune] 2. Cor. 11. Instantia mea quotidiana, &c. Sed dicit, C Importune. Contra. Eccl. 10. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Item. Prou. 15. Sermo opportunus optimus est. Dicendum est, quòd prædicator secundum veritatem, semper debet prædicare opportune, sed secundũ existimationem falsam audientium, debet prædicare importune quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus semper, Io. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, qui ex Deo non estis. Eccl. 6. Quàm aspera est nimium sapientia in doctis hominibus. Si homo enim vellet hanc seruare opportunitatem, vt solum diceret his qui volunt audire, prodesset tantum iustis, sed oportet quòd aliquando etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et ad hoc additur, importune. Esa. 58. Clama, ne cesses &c. Consequenter cum dicit. [Argue,] ponit doctrina in speciali, quam primo ponit: secundo modum, ibi. [In omni patientia.] Instituens autem aliquem specialiter potest eum instituere. Vel de pertinentibus ad fidem, puta ut doceat veritatem, & remoueat errorem. Et quantum ad hoc D primum, dicit. [Argue,] Scilicet errores. Tit. 2. Argue cum omni imperio. Vel de pertinentibus ad bonos mores, & ad hoc debet inducere aliquando bonum, & superiorem, & tunc debet placide, & benigne monere. Vnde dicit. [Obsecra] 2. Tim. 4. Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra, vt patrẽ. Gal. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter, si non peccat ex malitia. Si autem instruat uel instituat malum, debet eum increpare. Ideo dicit. [Increpa.] Tit. 1. Ob quam causã increpa illos dure, ut sani sint in fide. Iob. 5. Increpationem domini reprobes. Sed quis modus? [In omni patientia,] ne iratus appareas, & ex ira instruas, sed tranquille. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur psalm. 61. Bene patientes erunt, vt annuncient. [Et doctrina,] s. de his, quæ ad fidem, & in his quæ ad mores Hier. 3. Pascent vos scientia & doctrina. Deinde cum dicit. [Erit enim] Ostendit necessitatem monitionis præmissę. Est E autem triplex necessitas prædictorum. Et prima, ex parte audiẽtium: secunda, ex parte Timothei, ibi, [Tu vero.] Tertia, ex parte Apostoli, ibi. [Ego enim iam.] Circa primum duo facit, quia primo proponit necessitatem, secundo exponit dictum suum, ibi [Et a veritate.] Necessitas prima est auditorum peruersitas in audiendo, vt vtilia nolint audire, sed curiosa. Dicit ergo quantũ ad primum, Insta, dum nolunt audire sanam doctrinam. Nam [Erit enim tempus, cum sanam doctrinam, &c.] quando erunt mali doctores Act. 20. Ego scio, quoniam lupi rapaces intrabũt in uos, post discessionem meam. Vnde dicit, [Non sustinebunt,] i. erit eis odiosa vestra doctrina, s. Christi. Prou. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Alia peruersitas, quia volũt inordinate audire curiosa, & noxia. Pro. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea, quæ sunt sibi

A noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiã? Ideo dicit. [Sed ad sua desiderta coaceruabunt,] i. multiplicabunt, &c. Contra quos dicitur Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Et est coaceruatio, quãdo indigni, & insufficientes multiplicantur, & magis coaceruatio est, si fiãt quatuor indigni, quam si centum boni; quia, vt habetur Sap. 6. Multitudo sapientũ, sanitas est orbis terrarũ. Esa. 30. Loquimini nobis placẽtia. Et hoc est ẽm sua desideria, quia vnus vult audire vnũ, alius alium, & sic q̃rũt diuersos magistros. Et dicit. [Magistros prurientes auribus,] s. auditores. Pruritum dr habere in pedib. qui non vult quiescere. In auribus vero, qui semper audire vult noua, inaudita, & curiosa, & quãdoque noxia. Act. 17. Athenienses ad nihil aliud vacabant, nisi aut discere, aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicatur doctrina hæretica. Pro. 19. Aquę furtiuę dulciores sunt, & panis absconditus suauior &c. Consequenter, cũ dicit. [Et à veritate.] exponit dictum, & primo exponit quod dixerat, quod sanam doctrinam non sustinent, cum dicit. [A veritate auditum auertent.] Sana doctrina est, quando non habet admixtam falsitatem, ergo sanam doctrinam non sustinent, dum veritatem nolunt audire, Osee. 4. Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Secundo quod dixerat, Coaceruabunt &c. exponit, cum dicit. [Ad fabulas autem conuertentur.] Fabula est composita ex miris, in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritum, volunt audire. 1. Tim. 4. Ineptas, & inanes fabulas deuita. Deinde cum dicit. [Tu vero.] Ponitur necessitas ex parte Timothei, cui erat officium commissum, & ideo necessarium erat quòd prędicaret. Et primo monet eum ad solicitudinem: secundo, inducit eum ad laborem tertio, moderatur laborem. Dicit ergo. [Tu vero vigila,] q. d. Isti sic faciunt. [Tu vero &c.] Matt. 24. Vigilate; quia nescitis qua hora dominus uester venturus sit. Lu. 2. Et pastores erãt in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suum. Ro. 12. Qui præest in solicitudine. Sed quia solicitudo sine labore, inanis est: ideo primo, inducit ad vniuersaliter laborãdum, tertio, laborandi necessitatem. Dicit ergo, [Vigila,] sed sic, quòd aliquid facias: & ideo. [Labora.] Sap. 3. Bonorum laborũ gloriosus est fructus. Et hoc. [In omnibus,] i. in omni genere hominum. Es. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas. Mar. vlt. Prædicate euangelium omni creaturę. Vnde mox determinat D in quo est laborandum, dicens. [Opus fac euangelistæ,] i. euangeliza. Hoc enim est nobile opus, quia ad hoc Christus est missus. Luc. 4. Alijs ciuitatib. oportet me euangelizare, quia iõ missus sum. Esa. 41. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Hierusalem euangelistam dabo. Euãgelista autem dicitur aliquãdo, qui scripsit euangelium, & sic sunt quatuor, quandoque qui prædicat ipsum, & sic dicitur hic, Eph. 4. Necessitas autem huius laboris quia est. [Ministerium tuũ,] tibi cõmissum. Et ideo, [Imple,] s. prædicando. Colos. 4. Dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas. Ille autem implet officium euangelistæ, qui verbo prædicat, & opere implet. Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Consequenter inducit ad moderantiam dicens. [Sobrius esto.] vel sobrietate corporali, quæ decet prædicatorem. Ebrietas enim est inimica sapientiæ. Eccl. 2. Cogitaui abstrahere a vino carnem meam. Vel potius sobrietas, ponitur E hic pro discretione. Act. 26. Verba sobrietatis, & veritatis eloquor. 1. Pet. 5. Sobrij estote &c.

LECTIO II.

B EGo enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem

LECTIO II.

SVpra monuit eum, vt instaret doctrinæ, & hoc propter audiẽtes, & propter ipsum Timotheum: hic inducit tertiam necessitatem. s. ex parte Apostoli, & est, quia in breui erat subtrahendus de mundo. Et primo prænuntiat suam mortem imminere; secundo, mandat q̃ visitet eum, ibi. [Festina.] Circa primum duo facit; primo: designatur instantia mortis eius: secundo, securitas morientis, ibi. [Bonum certamen.] Circa primũ duo facit, quia primo nuntiat passiones quas patiebatur; secundo, prędicit mortem, quæ expectabatur, ibi. [Et tempus meæ.] Quantum ad primum, dicit. [Ego. n. iam delibor.] q. d. Statim ego delibor Sanctorum autem passio, dr immolatio. Phil. 2. Sed, & si immolor super [illegible]sequium fidei vestræ, gaudeo, ps. 115.

Tibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tibi sacrificabo hostiam laudis, s. pro te patiendo. Antiquitus in sacrificijs, quæ ex humidis offerebantur, quædam fiebant prægustationes, & hæ vocabantur delibationes. Ro. 11. Quod si delibatio sancta est, & massa &c. Et ideo vocat passiones imminentes, delibationes. Et quamuis iamdiu eas sim expertus; [Tempus tñ meæ resolutionis instat. [Est autem duplex resolutio, s. animę a corpore. Eccl. vlt. Et reuertatur pulus in terram suam, vñ erat: & spũs redeat ad Deũ qui dedit illum. Item est resolutio corporis in puluerem Genesis Tertio Puluis es, & in puluerem reuerteris, Deinde cum dicit [Bonum,] ostendit securitatem suę mortis. Sed sciendum est, ꝙ est differentia inter mortem iusti, & peccatoris: quia vt dicitur prou. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Quia. n. spẽ habet in istis rebus transitorijs, ideo spem non habet in æternis, sed iustus habet spem in æternis, & non in terrenis. Primo ergo ponit meritum suæ securitatis. Secundo, securitatem de premio ibi; [In reliquo.] Meritum huius vitæ est in trib. s. in resistendo malis in proficiendo in bonis, & in bene vtendo Dei donis. Primum dr̃ quoddam certamen. Vnde hic dicit: [Bonum certamen certaui,] Sed certamen dr̃ bonum. Primo, si sit pro bonis, puta, si sit pro fide & iustitia, sicut Apostoli Iudæ 1. De cõi vestra salute necesse habui scribere vobis, deprecãs supercertari semel traditæ sanctæ fidei Ecc. 4. Pro iustitia agonizare pro aĩa tua, & vsque ad mortẽ certa pro iustitiã. Secundo, propter modum certaminis, s. s. solicite & legitime certetur: supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. 1. Cor. 9. Sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum &c. Tertiũ pp difficultatem certaminis. Sap. 10. Et certamen forte dedit illi, vt vinceret. Secundum, ꝙ est profectus in bonis, dr̃ cursus: vnde sequitur. [Cursum consumaui] 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Et dr̃ cursus, profectus sanctorum, quia cum festinatione currunt, vt meliorã tes consument agitati stimulis charitatis. Heb. 4. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Sed adhuc certamen & cursus mortis restabat. ergo non consũmauerat cursum. nec certauerat; Dicendum est, ꝙ sicut homo qui bene incipit & intendit finire, habet opus perfecte, sic & Apostolus: iam enim incæperat, & finire intendebat. Bonus vsus donorum Dei est duplex, s. conseruatio fidei; & ideo dicit: [Fidem seruaui] quod facit qui utitur donis Dei, ad gloriã Dei, & salutem proximorum Matt. 24. Qui sputas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? 1. Tim. 1. Fidelem me existimauit ponens in ministerio. Vel seruaui in me virtutem fidei. Ro. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Propter quod Matt. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes idest custodite fidẽ, tãquã caput & fundamentũ uirtutum.

seruaui, In reliquo, reposita est est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus ĩ illa die, iustus iudex. Nõ solum autem mihi, sed & his qui diligũt aduentum eius.

Deinde cum dicit. [In reliquo.] ponitur spes de premio, ꝙ primo ponit: secundo ostendit datorẽ eius, ibi. [Quam reddet.] Tertio, ponit participes præmij, ibi. [Qui diligunt.] Dicit ergo, Ex quo pugnaui, & cursum consumaui, nihil restat nisi quod coroner. Corona iustitiæ dr̃, quam Deus ex sua iustitia reddet. Sed cõtra, quia vita æterna ex gratia datur. Ro. 6. Gratia Dei vita æterna. & cap. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, non ergo ex iustitia. Respondeo. Dicendum est, quòd est ibi: [Gratia,] quantum ad radicem merendi: iustitia q̃tum ad actum, qui procedit ex voluntate. Vel corona iustitię est, quæ datur ex iustitia, quia datur iustis secundum opera iusta Esa. 3. Dicite iusto, quoniam benę fructum adinuentionum suarum comedet &c. Hæc corona duplex est, quædam principalis, quædam secundaria. Prima est pmiam essentiale, quæ nihil est aliud quam gaudium de veritate Esa. 28. In illo die erit dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui: Deus est ergo corona nostra. Secunda est corona, quæ dẽtur specialib. op.b. & hęc est aureola; & vna dẽtur martyrib. supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & ad hoc est quòd dicit; [Bonum certamen certaui.] Alia debetur virginibus. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat incoinquinatorũ certaminum præmium vincens. Et ad hoc est: Cursum consumaui. Apoculyp. 14. Hi sequuntur agnum &c. Tertia est doctorũ. prou. 4. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. Et ad hoc dicit; [Fidem seruaui.] Et dicit; [Reposita,] s. secundum ęternam prædestinationem reseruata; supra 1, Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Dator huius est Deus, ideo dicit. [Quam reddet mihi dominus,] s. per suam iustitiam [In illa die.] Nam

F hęc est corona gloriç, & hæc est duplex, s. animæ, & hæc redditur sanctis in illa die, s. in morte. Vnde hic dicit.] Tempus meæ resolutionis instat [2. Cor. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex Deo. Alia est corporis, & hæc reddetur in illa die, scilicet iudicij 1. Cor. 15. Seminatur in ignobilitate, &c. Participes huius sunt omnes sancti. Vnde dicit, [Non solum autem mihi,] scilicet reponitur Apoc. vlt. Veni domine Iesu, Cantic. 5. veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Qui non diligunt Deum, nihil habent, vt diligant aduẽ G tum eius. Amos 5. Vę desideranribus diem domini, quia corona solum charitati debetur. Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

LECTIO III.

Festina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc sæculum, & abijt Thessalonicam, Crescens in Galatiã, Titus in Dalmatiã,

LECTIO III.

Rogat visitari; & primo vocat eum ad se: secundo significat suum statum, ibi [Alexander.] Tertio, concludit epistolarem salutationem, ibi. [Salutant te.] Item primo mandat vt veniat: secũdo assignat ei socium, ibi. [Marcum assume.] Tertio, ostendit quid deferat, ibi: [Penulam.] Circa primũ duo facit quia primo vocat eum: secundo causam vocationis assignat, ibi. [Demas.] Dicit ergo. Quia in breui sum recessurus de mundo. [Festina ad me venire cito.] & hoc vt inuicem consolarentur, & vt iuuarent eum in prædicatione euangelij, pro quo erat solici H tus in uinculis existens. Pro. 18. Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Causa vocationis est, quia societate debita erat destitutus. Et primo a quodam qui propter suam culpam recesserat; secundo quia quosdam miserat ad prædicandum. Dicit ergo. [Demas enim &c.] idest præposuit amorem huius sæculi amori meo. 1. Io. 1. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Crescens quidam discipulus: [Abijt in Galatiam] missus ab Apostolo. [Titus,] etiam missus ab eo. [Abijt in Dalmatiam,] vbi finaliter dicitur fuisse episcopus. Iob. 38. Nunquid mittes fulgura & ibunt? [Lucas est mecum solus] hunc retinuit in prædicatione euangelij, in qua fuit gratiosus 2. Cor. 8. Cuius laus est in euangdlio per omnes ecclesias. Deinde cum dicit [Marcum assume & adhuc.] Assignat ei socium & circa hoc duo facit, primo assignat ei socium: secũdo huius rationem. Hic Marcus alio nomine dicitur, Ioannes, & consobrinus Bernabæ, Act. 14. Dicitur quod Barnabas volebat assumere Marcum, sed Paulus nole I bat. Et propter hoc dissensio facta est inter eos, ita vt discederet ab eis. Col. vlt. Marcus consobrinus Barnabæ. ratio est, quia [Est mihi vtilis, &c.] Deinde cum dicit, [Penulam, &c.] Dicit quid portet. Carpus est sanctus quidam. Penula secundum Hieronymum erat volumen legis, quod habebat in carta per modum rotali, & hoc vocat, penulam; vel pennula dicitur vestis aliqua, secundum Chrysostomum erat vestis communis. Et quia Apostolus Romæ erat pauper, non accipiens ab alijs, ideo uoluit vt sibi vestis portaretur. Haymo dicit, ꝙ erat specialis vestis in signum nobilitatis. Vnde Ac. 22. Paulus dixit se ciuem Romanorum. Pater enim Pauli seruiebat Romanis in Tarso Ciliciæ: & ex hoc factus fuit ciuis Romanus: & Pennula erat vestis in signum consulis. Et forte pater suus erat ibi consul. Vel pennula dicitur mãtica vbi erant libri, quod videtur, quia sequitur. [Et libros.] Sed quid Apostolo de libris pleno Spiritu sancto? Item instabat sua resolutio. Respondeo dicendum est, quod propter duo. Primo vt K in legendo haberet solatium 1. Machab. 12. Habentes solatio sanctos libros. In libris enim est remedium contra tribulationes Vel dicit hoc ne perderentur, sed remanerent fidelibus. Item quanto magis appropinquabat morti, tanto magis instabat seruitio scripturarum, sicut de Ambrosio dicitur, ꝙ vsque ad vltimam ægritudinem non cessauit scribere. vnde scribens illũ psalmum 47. Magnus dominus & laudabilis nimis, &c. mortuus est. [Maxime autem membranas.] Membranæ sunt cartæ non scriptæ, vel schedulæ vbi scripserat epistolas, vel prædicationes suas. Deinde cum dicit. [Alexander &c.] ostendit, quæ apud ipsum fuerunt, & quæ apud ipsum sunt. Et primo ex parte hominum: secundo, ex parte Dei, ibi; Dominus autem mihi astitit.] Iterum prima in duas quia primo significat ei de quodam, qui ei aduersabatur. scdo de negligentia eorum qui eum non iuuabant, ibi. [In prima mea defensione, &c.] Itẽ primo præmittit culpã impugnãtis: secũdo, oñdit penã eius futurã, ibi. [Reddet ei, &c.] Tertio ostendit quomodo sit etiam ẽm Ecclesiã puniendus, ibi. [Quem

[Quem & tu deuita.] Videtur quòd hic Alexander fuit artifex vel custos ærarij: & erat de his, qui dixerunt legalia esse de necessitate salutis seruanda 1. Tim. 1. Circa fidem naufragauerũt ex quibus est Himenæus & Alexander. Et dicunt quidam, quòd iste est, de quo dicitur Act. 19. Qui concitauit seditionem in Apostolum, sed nomen dissonat, quia ille Demetrius, hic Alexander, & Lucas quia ille Ephesi, iste Romę fuit. Et subiungit. [Multa mala mihi ostendit. Et nota, ꝙ non dicit, fecit, sed quòd ostendit: quia impij aduersus iustos animum ostẽdere possunt, sed non semper explent. Hie. 1. & 15. Bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum. Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint adimplere manus eorum, quod cœperunt. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Deinde cum dicit. [Reddet illi dominus &c.] ponit pœnam eius futuram. Sed nota., quod non ponit verbum optatiuum, reddat, sed dicit, reddet; quia significatur pœnam esse paratam a Deo, quod præuidebat Apostolus ex eius pertinacia. Psal. 61. Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Tamen cum hoc quod reseruatur ei pœna in futurum, ecclesia debet etiam eum punire excommunicando. Vnde subiungit: [Quem & tu deuita,] scilicet tamquam hæreticum Tim. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita. Cuius etiam dicti reddit rationem. dicens, [Valde enim restitit verbis nostris.] Act. 7. Vos semper Spirituisancto restitistis. Consequenter ponit negligentiam non iuuantium eum, & primo reprehendit eorum culpam: secundo, petit eis veniam, ibi: [Nõ illis imputetur. [Dicit ergo,] In prima mea &c. Glo. dicit quòd Apostolus sæpe contra Alexandrum praue docentem pugnauit, & in persona nullus ei affuit: sed hic non uidetur esse sensus eius, quia iste Alexander non erat tantus, quòd Apost. indigeret alijs ad disputandum, cum eo, sed dicendum est, quod sicut dicitur Act. 25. Paulus appellans missus est Romam; & ideo oportuit, quòd præsentaretur Cæsari, vt discuteretur missionis suæ causa, & Iudæi venerunt contra eum. Et hoc Apost. appellat suam primam defensionem. In qua discipuli defuerunt ei, timentes ne a crudeli Nerone punirentur. Eccl. 51. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Esa. 63. Forcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum. Sed posset dici, quòd hoc fuit, quia a principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum, immo ex quadam pusillanimitate recesserunt. Psal. 87. Elongasti a me amicum, & proximum, & notos meos a miseria. Iob. 6. Fratres mei præterierunt me &c. Sed quia fecerunt ex infirmitate, orat pro eis, & non excommunicat, dicens, [Non illis imputetur.] Luc. 6. Orate pro calumniantibus vos. Deinde cum dicit; [Dominus autem.] Ostendit, quid agitur circa eum, ex parte Dei, cuius au-

Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adhuc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. Tichicum autem misi Ephesum. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, B maxime autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius; quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes dereliquerunt, non illis imputetur, Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, ut per me p̃dicatio impleatur, & audiant omnes gẽtes, quia liberatus sũ de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cæleste; cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Saluta Priscã, & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi, Trophimũ ãt reliqui infirmum Milethi. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudẽs, & Linus, & Claudia; & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cũ spiritu tuo. Gratia vobiscum, Amen.

A xilium primo ponit, secundo huius effectum, ibi, [Et audiant.] Dicit ergo. Omnes me dereliquerunt, sed vbi deest homo, offert se Deus. Psal. 24. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem suscepit me. Vnde dicit: [Dominus mihi astitit,] scilicet ad adiuuandum me. Hier. 20. Dñs mecum est, tanquam bellator fortis. psal. 15. Prouidebam dominum in cõspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne cõmouear. Et quomodo? Et cõfortauit me] fortitudinem, animi dando, vt non stupescerem coram Cæsare. Ezec. 3. Manus domini erat mecum, me confortans. Et hoc; [Vt p me &c. [Quod impletur quando ad plures diffunditur, & quando quod ore dicitur, opere impletur. Act. 9. Vas electionis &cæt. Deinde cum dicit: [Et audiant,] ponitur effectus auxilij diuini. Et primo, quan C tum ad futura, tertio agit gratias: sed duplex est beneficium circa præterita, scilicet deliberationis a culpa & a pœna. Dicit ergo. Dominus mihi astitit, & ideo in illa vocatione liberatus fui, quia non fui condemnatus a Cæsare, sed permissum est mihi, quòd irem quo vellem. Et ideo dicit; [Et audiant omnes gentes,] vt idest alij se eum confortentur ad veniendum. psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Et vt Iudæorum insultatio deprimeretur. Et subdit [Liberatus sum de ore leonis,] idest de crudelitate Neronis. Prou. 29. Sicut fremitus leonum, ita ira Regis. Prou. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Secundo, liberatus fuit a culpa. Vnde dicit; [Liberauit me dominus ab omni opere malo. [Aliqui vero liberantur a pœna, incidentes in culpam negationis a fide. Psal. 17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis & ab his, D qui oderunt me &c. Et hoc per Deum. Sap. 8. Non possum esse continens, nisi Deus det. In futuro. [Saluum faciet.] Esa. 45. Israel saluatus est in domino salute æterna. Et dicit. [In regnum cœleste.] Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Et ideo agit gratias: [Cui gloria. [1. Ti. 2. Regi sæculorum. Deinde cum dicit; [Saluta &c.] iniungit ei aliorum salutationem, secundo, eum salutat ex parte aliorum: tertio ex parte sua. Item circa primum, primo iniungit aliorum salutationem; secundo determinat tempus veniendi. Dicit ergo; [Saluta priscam,] scilicet quæ est mulier; [Et Aquilam] virum Priscæ, quos præmittit, quia forte deuotiores [Et Onesiphori domum.] Sed quare non eum, sed domum? quia forte mortuus erat; & ideo salutat familiam. Vel forte, quia erat cum eo Romæ. Determinãs tempus veniendi: primo ostendit necessitatem: secundo, prosequitur propositum. Necessitas est propter alios remanentes in altis locis. Item propter turbationem maris. Deinde ponit personas salutantes, vt patet. Et modo consueto, ne corrumpatur epistola, scribit manu sua. [Gratia vobiscum,] Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Timotheum.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM SANCTI PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

PROLOGVS S. THOMAE.

SI sciret paterfamilias, &c. Luc. 12. Per patrēfamilias significatur prælatus Ecclesiæ pp tria, quæ dēt exhibere, s. generationē ad fidē, eruditionē ad salutē, custodiam ad securitatē. Primū quidē, quia sicut est vita corporalis per animam, ita spiritualis per fidem. Abac. 2. Iustus autem meus ex fide viuit. Et sicut ad vitam carnalem generatur quis, per emissionem seminis corporalis, ita ad vitam spūalē per infusionē seminis spūalis, q̃ est uerbū Dei. Matt. 13. & 1. Cor. 4. Per Euangeliū ego vos genui. Itē per eruditionē. Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. Esa. 48. Ego dñs Deus tuus, docens te vtilia. Itē p ꝓtectionē ad tutelā. Deut. 32. Circumduxit eū, & docuit, &c. Cuilibet. n. p̄lato cōmittitur cura subditorū 3. Reg. 20. Custodi virū hunc, qui si lapsus fuerit, erit aīa tua pro aīa eius. Et Heb. 13. Ipsi peruigilant, quasi rōnem reddituri ꝓ aīabus vestris. Sed ad hāc generationē requirit̃ scīa. Osee 4. Quia tu sciētiā repulisti, & ego repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et iō dicit. Si sciret. Requiritur. n. q̃ sciant. Itē vltra eruditionē, requiritur q̃ sit solicitus. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erāt ī regione eadē, vigilātes & custodiētes vigilias noctis supra gregē suū. Ad custodiā vero fortitudo requirit̃ ad ꝓtegēdū. 1. Mac. 3. de Iuda Machabæo, induit se loricam, sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in p̄lijs, & ꝓtegebat castra gladio suo. Et iō dr̄. Et non sineret perfodi domū suā, i. Ecclesiā 1. Ti. 3. Vt scias, quō oporteat te cōuersari in domo Dei q̃ est Ecclesia Dei. Hæc domus est Dei, sicut domini, & prælati sicut famuli. Heb. 3. Moyses quidē erat fidelis in tota domo illius, tāquā famulus: Christus vero tāquā filius in domo sua. Hæc perfodit̃ a fure. i. hæretico. Abdiæ ca. vnico. Si fures introissent ad te, si latrones per noctē, quō cōticuisses? Qui dr̄ fur, qa occulte venit, & graditur in tenebris. Vñ fur a furno dr̄, q̃ est obscurus, sic isti per obscura dogmata. Prou. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis abscōditus suauior. Itē ex peruersa intētione, qa intēdūt occidere. Io. 10. Fur nō uenit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Itē ex mō intrādi, qa nō per ostium 1. Io. 4. Et oīs spiritus, q̃ soluit Iesū, ex Deo nō est, & hic est Antichristus, &c. Sic ergo ex p̄missis trahit̃ conuenieter intētio huius epistolæ, in qua Apostolus instruit Titū, quō regat Ecclesiam, vt patet in argō.

CAPIT. I. LEC. I.

PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secūdum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundū pietatem est, in spem vitæ æternę, quā promisit qui nō mentitur Deus, ante tpa sæcularia: manifestauit āt tpib. suis verbum suum in prędicatione, quæ credita est mihi secūdum præceptum saluatoris nr̄i Dei. Tito dilecto filio s̄m cōem fidē, gratia, & pax a Deo patre, & Christo Iesu saluatore nr̄o.

LECTIO PRIMA.

HAec epistola diuiditur in salutationem & epistolarē narrationē, ibi. [Huius rei.] In prima primo ponitur psona salutans, quæ notificatur tripliciter, s. ex nomine, cū dicit: [Paulus,] q̃ significat humilitatē, 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorū, &c. Itē ex cōditione, cū dicit: [Seruus Dei.] ps. 115. Domine ego seruus tuus. Cōtra, Io. 14. Iā nō dicā vos seruos, Respōdeo, Sācti qñq; dicūtur serui, quādoq; nō, sed filij. Duplex. n. est seruitus. Vna est ex timore, quæ non cōpetit filiationi Dei, sed condiuiditur contra eam Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Alia ex amore, quæ consequitur filiationem Dei. Et ratio huius distinctionis est, quia liber est, qui est causa sui, qui operatur quod vult: seruus uero est, qui est cā alterius. Sed triplex est causa, quæ est principium operis, scilicet finalis, formalis, & efficiens. Si ergo propter causam finalem, sic omnes sancti sunt serui Dei, quia propter Deū faciunt. 1. Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Si igitur propter Deum procedit, quòd oīa operemur pp Deum. Si vero pp causam mouētē, quæ est extrinseca, & compellit, sic est seruitus timoris, & est malorum. Si pp causam formalē, sic est habitus inclinans: & sic quidam sunt serui peccati, quidā serui iustitiæ; qui secundū habitum inclinantur ad malum, vel ad bonum. Itē ex authoritate, cum dicit [Apostolus aūt.] Luc. 6. Elegit, s. super oēs fideles, duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Eph. 4. Primū quidē apostolos. Et describitur primo ab authore, cū dicit [Iesu Christi] quia ab ipso est electus. Gal. 1. Nō ab hoibus, neq; p hominē, sed p Iesum Christū, &c. Itē, quia solū Christū annūtiabat 2. Cor. 4. Non. n. nosmetipsos prædicamus, sed Iesū Christū dñm nr̄m, nos aūt seruos vestros p Iesū. Itē qa legatus Christi, cuius authoritate vtebatur 2. Cor. 5. Pro Christo ergo legatione fungimūr, Eph. 6. Legatione fungor in catena 2. Cor. 2. Si quid donaui pp vos in psona Christi. Itē scdo, describitur ex idoneitate: nā Apostolus est annūtiator Matt. vlt. Docete oēs gētes &c. Doctor āt dēt hr̄e fundamētū doctrinæ & doctrinæ pdictionē. Primū ptinet ad quēlibet, s̄m vero ptinet ad pdicatores, & ad doctores. Et sicut in alijs sciētijs sūt principia, sic ī hac sūt articuli fidei, qui innotescunt cuilibet fideli s̄m lumē infusū, & articuli sūt fundamēta fidei q̃ est suba rerū sperādarū &c. Heb. 11. Et iō dicit. [Secūdū fidē electorū Dei.] Itē requiritur pfectio doctrinæ. Vñ dicit. [Et agnitionē veritatis,] Duplex aūt habetur cognitio veritatis, s. pfecta in patria, s. qñ videbimus facie ad faciē, & imperfecta p fidē, quā hēnt sācti. Io. 8. Cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis? [In agnitionē eius quæ est secundū pietatē.] Religio. n. & pietas secūdū Tullium, sunt partes iustitię; & differunt, quia religio est cultus Dei. Sed quia Deus nō solū est creator, sed ēt & pr̄, iō nō solū debemus ei cultū vt creatori, sed amorē & cultū sicut patri. Et iō pietas, quę pro cultu Dei sumitur. Iob. 28. Ecce pietas ipsa est sapiētia, s̄m aliā trāslationē, vbi nostra sic habet, Ecce timor dñi ipsa est sapiētia. Tertio, describitur ex fine: & primo, ponit ipsum finē; secūdo, eius dignitatem, ibi: [Quā promisit.] Finis aūt est spes vitæ æternæ, quia & si Moyses posset dicit Apostolus, quia a domino missus, Exo. 4. sed tamen non in spē vitæ æternæ, sed terræ Euei & Amorrhei: sed Paulus est Apostolus; [In spē vitæ æternæ.] Io. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt oīs q̃ videt filiū & credit in eū, habeat uitā æternam, & ego resuscitabo &c. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spē uiuā. Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorū Dei. Promissio autem hæc, est firma dupliciter; primo, ex parte promittentis. Vnde dicit. [Qui non mentitur.] Deus enim veritas est, cuius contrarium est mendacium. Num. 23. Nō est Deus hō, vt mentiatur. Secundo, ex diuino proposito dandi. Vnde dicit: [Ante tempora sæcularia.] Sæculum, secundum philosophum, est mensura durationis vniuscuiusque rei. Tempora ergo sæcularia, sunt tempora distincta secundum diuersas successiones rerum: q. d. antequam tempus successiuū inciperet esse. Et quia incepit hoc tempus cum mundo, iō fuit ante principium mundi. Alia litera habet, æterna, i. antiqua. Sic enim aliquando accipitur æternum; i. antiquum. Vel æterna, nō secundum veritatem, sed secūdum imaginationem. Et ante ista promisit hoc, quia hæc sunt successiua. Sed ꝓmittere, est verbo nuntiare suā voluntatē de dando. Et Deus ab ęterno ꝓtulit verbū suū in quo erat, vt sancti haberent vitam æternam. Eph. 1.

Elegit nos ante mundi constitutionem. Confirmatur autē hæc spes, ex manifestatione promissionis. Vnde dicit. [Manifestauit autem suis temporibus, &c.] Et describitur hæc manifestatio tripliciter. Primo ex tempore. Vnde manifestauit, quando verbū suum incarnari constituit. Vnde dicit; [Temporibus suis,] idest tpe congruo, quo homo esset conuictus de superbia, per quā peccauerat. Et sic primo medicus conuincit ægrotum, ut eum congruētius sanet. Homo enim superbiebat de scientia, sed conuictus est de ignorantia ante tempus legis, vbi peccauit in idolatria, & uitijs contra naturam. Item de virtutibus, & de his conuictus est tempore legis. Gal. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Item secundo describitur ex modo, quia per publicam prædicationem. Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Vnde dicit. [In prædicatione] 1. Cor. 9. Dispensatio est mihi. Item tertio ex authore. Vnde dicit. [Secundum præceptum, &c.] Matt. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meū &c. Persona salutata ponitur, cum dicit: [Tito.] quem describit tripliciter. Primo ex nomine; secundo ex dilectione; tertio ex filiatione. Filius ergo est per dilectionem & fidem, quę debet esse communis, ut ipsum dicant omnes. Et ideo dicit. [Communem fidem,] quæ etiam dicitur catholica, i. uniuersalis. Vnde dicitur Ephes. 4. Vna fides, vnus dominus, &c. bona uero optata sunt. [Gratia & pax.] Hæc sæpe coniungit, quia omnium spiritualium bonorum principium est gratia: & pax, finis. psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. [A Deo &c.]

LECTIO II.

HVius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quę desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, nō turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem.

LECTIO II.

ACcedit ad narrationem: & ut dictum est, intendit munire Ecclesiam contra hæreticos. Et primo monet Titum q̃ alios instruat ad resistendum hæreticis. Secundo docet quomodo ipse eis resistat, ibi. [Tu autem loquere.] cap. 2. Item primo monet, vt instituat episcopos, qui hæreticis resistant: secundo ostendit necessitatem huius commissionis. ibi. [Sunt enim multi.] Item primo ponit commissionem Tito factam de instituendo episcopo. Secundo ostendit quales debent esse episcopi. ibi: [Si quis sine crimine.] Tertio manifestat quæ dixit, ibi. [Oportet enim.] Quia ergo Apostolus habuit vniuersalem commissionē de Ecclesia Gentium, & non poterat solus per se omnia exequi, ideo dicit. [Huius rei gratia reliqui te Cretæ,] in Creta, scilicet insula, vt loco Apostoli, Ecclesiæ Cretensi officium pastorale gerat. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Sed quod dicit. [Vt quæ desunt corrigas.] Videtur, quòd deberet dicere, suppleas. R̄ndeo Dicendum est, q̃ gl. sic supplet, vt omnia quę sunt in malis corrigas; & quę desunt in bonis, addas 1. Thess. 3. Impleamus ea, quæ desunt fidei vestrę. Vel dicendum est, q̃ est quoddam peccatum omissionis, & quoddam trāsgressionis, & utrumque indiget correctione. In sanctis āt & perfectis, sicut Titus fuit, non abundauerunt transgressiones, & iō non dicit, trāsgressiones corrigas, sed quæ desunt, i. omissiones. [Et constituas presbyteros,] i. episcopos, Vnde inferius, dicit, Oportet episcopum, &c. Et vtitur indifferenter nomine episcoporum & presbyterorum. Vnde sumpsit occasionem hæreticus, qui ambiuit episcopatum, quem quia non poterat adipisci, diuisit se ab alijs, & multa falsa docuit. Inter quæ dixit, q̃ episcopi in nullo differunt a sacerdotibus, quod est contra Diony. in libr. de eccle. hierar. Vtitur ergo Apostolus eodē nomine in utroque per identitatem rei, quia presbyter dicitur senior. Item qa pertinet ad superiores epm constituere, licet eum canonici eligant. Et dicit. [Constituas,] nō in villis, sed. [Per ciuitates,] sicut enim in republica reges sunt tantum in ciuitatib. sic in spirituali regimine epi, primæ Petr. 2. Regale sacerdotium. Item debent seniores esse Eccl. 10. Væ tibi terra, cuius rex est puer. & intelligo senes, non solum ætate, sed & morib. Num. vndecimo. Congrega mihi 70. viros de seniorib. Israel, quos tu nosti, quòd senes sint populi ac magistri, &c. Item s̄m formam Ecclesiæ. Vñ dicit: [Sicut ego disposui tibi.] Prouer. decimotertio. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Deinde cum dicit. [Si quis sine crimine,] describit eos tripliciter, s. q̄tum ad seipsos, q̄tum ex parte vxoris, & ex parte filiorum. Et primo dr̄. [Sine crimine.] Si qs talis erit 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est, Dicendum est, q̃ aliud est crimen, & aliud est peccatum. Peccatum dr̄ quodcunque, siue magnum siue paruum, siue occultum. Crimen āt magnū & infame. psal. 14. Dñe, quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Et postea subdit, Qui ingreditur sine macula &c. Non q̃ qui mortaliter peccat post baptismū, non possit eligi. Sed q̃ eligendus, non sit infamis. Quo ad s̄m dicit: [Vnius uxoris virū.] Quod orientales sic exponunt, i. q̃ non hēat simul duas uxores, sicut quorundam est consuetudo. Sed s̄m hoc non esset necessarium, q̃ Apostolus hoc diceret, quia s̄m leges Romanas, quib. Apostolus scribebat, ēt ante fidem non licebat simul habere plures uxores. Item 1. Tim. 5. dicit de uidua, q̃ fuit vnius viri vxor, & tamen nunquam licuit, quòd vna plures uiros simul posset habere. Et hoc modo vult istud ēē de uidua, s. q̃ nō habuerit nisi vnum uirum. Sed Hiero. dicit oportere q̃ unam tm̄ uxorē post baptismum habuerit, & q̃ non est uis, si ante baptismum alias habuisset, Sed Aug. & Ambr. dicunt, q̃ per baptismum delentur omnia crimina, sed q̃ per baptismum, matrimonium non deletur, ergo s̄m hos dicendum est & rectius, q̃ unam tm̄, & nō plures licet habuisse ante uel post. Secundum quosdam āt ratio huius est, quia signum esset incontinentiæ, si plures habuisset. Sed hoc non est uerum: quia nihil repugnaret si plures habuisset meretrices, quæ sunt magis incontinentes. Sed est alia ratio altior, significato. s. quia ipse est dispensator sacramentorum, & ideo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo: sed sacramentum matrimonij est significatiuum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, ergo ut signum respondeat signato, sicut Christus est vnus, & Ecclesia una, sic & hic; quod quidem deficeret, si episcopus plures uxores habuisset. In ueteri autem lege, Patriarchæ significabant coniunctionem hanc, non ut coniunctam Christo, sed coniungendam: & cum ecclesia erat futura ex multis, ideo tunc non una, sed plures habebantur. Et ideo multitudo vxorū ipsorum hoc significabat. Quantum autem ad tertium, s. ex parte filiorum, subiungit, dicens; [Filios habens fideles, non in accusatione luxurię &c.] Episcopus enim constituitur ut superintendat: & qui constituitur ad aliquid. debet esse exercitatus in illo, alias non prudenter institueretur. Præsumitur autem esse bene exercitatus, si bene alios rexit. Episcopus autem constituitur ad tria. Primo, ut fidem doceat. Matth. ult. docete omnes gētes &c. ideo dicit [Fideles.] Secundo requiritur q̃ populum instruat ad uirtutes. Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos: peccata aūt lasciuiæ magis abstrahunt a virtute, Ecclesiast. Lasciuus & imprudens non seruabunt tempus. Et iō dicit: [Non in accusatione luxuriæ] 1. Reg. 3. Hely condemnatur, quia filios de hoc nō correxit. Tertio, oportet, q̃ pertinaces corrigat. Vnde dicit; [Aut non subditos,] i. non obedientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Deinde cum dicit: [Oportet. n.] exponit quod dixit; & primo, quod dixit; [Sine crimine.] Secundo, sine quib. debet esse, ibi: [Non superbum.] Cā āt primi est, quia debet dispensare diuina. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, & sic ministri eius. psal. 190. Ambulans in via immaculata, hic &c. Deinde cum dicit; [Non superbum,] ostendit a quibus dēt esse immunis: & primo ostendit a quibus criminibus. Secundo, quib. virtutibus luceat, ibi. [Hospitalem.] Peccatorum āt quedam sunt carnalia, quædam spiritualia. De primis non facit mentionem, quia oīno debēt mundi esse ab eis. Ephes. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia. aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Sed tantum de spiritualibus quæ sunt quinque, quorum duo non habent locum in prelatis, s. inuidia, quod est peccatum paruulorum. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Prælatus autem est in summo. Item ne accidia, qa omnia ei ad uotum succedunt, sed superbia, quia est in summo, & ita & cupiditas occasione temporaliū, quorū est dispensator. Quantum ad primū, dicit. [Nō supbū.] psal. 100. Supbo oculo & insatiabili corde, cū hoc non edebā. Ecclesi. 32. Rectorē te posuerūt, noli extolli &c. Quantū ad s̄m, primo excludit irā, cū dicit: [Nō iracūdū.] Scdo, incētiuū iræ, q̃ est uinū, dicēs. [Nō uinolētū.] Prou. 23. Cui suffossio oculorū, nonne his q̃ cōmorant̃ in vino? &c. Tertio, sequelā iræ, q̃ est ꝑcussio. Iō dicit. [Nō percussorem,]

foré,]i.non crudelem. Esa.50. Corpus meũ dedi percutientib.& genas meas uellentibus &c. Vel non percussorem, idest nõ percutientem conscientias aliorum prauis moribus. 1.Corin.8. Et percutientem conscientiam eorum infirmam. Quantum ad tertium, dicit:[Non turpis lucri cupidum.] 1.Tim.3. Non turpe lucrum sectantes. Sap. 15. Sed æstimauerunt lusum esse uitam nostram, & conuersationem uitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecumque etiam ex malo acquirere. Deinde ponit bona, quę debet habere. Et primo, quæ pertinent ad conuersationem vitæ. Secundo, quæ ad veritatem doctrinæ, ibi:[Amplectentem.] Et patent omnia.

LECTIO III.

Amplectentem eũ, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quę nõ oportet turpis lucri grã. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semp mẽdaces, malæ bestię, ventres pigri. Testimoniũ hoc uerũ est.

LECTIO III.

Supra docuit, qualem oportet esse episcopum in uita: hic ostendit, qualem oportet esse in doctrina. Et primo ostendit, quòd ad ipsum requiritur diligentia studij. Secundo, ponit materiam studij. Tertio, eius vtilitatem. Quantum ad primũ, dicit:[Amplectentem,] Aliquid enim amplectens, illud diligenter cõstringit, & amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eũ scientiæ inhærere cum amplexu, i. firma adhæsione animi, & cordis dilectione. Sap.9. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Prou.4. Arripe illam & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eã fueris amplexatus. Materia studij non debent esse fabulæ, nec temporalia, sed sermo fidelis, idest verus. Psalm. 144. Fidelis dominus &c. Vel sermo fidelis, idest fidei, in qua oportet episcopũ instrui. Sed aliqui studẽt in eis dupliciter, ut scilicet addiscant soli & operentur. Sed hec non sufficit episcopo, sed oportet, vt & alios instruat. Et ideo dicit:[Quę secundũ doctrinã est,] 1.Tim.4. dicitur. Nemo adolescentiã tuã contemnat, sed esto exẽplũ fidelib. in verbo, in cõuersatione. Vtilitas, est facultas exequẽdi officiũ suũ. Officiũ aũt plati est, sicut pastoris. Ioan.vlt. Pasce oues meas. Pastor vero duo habet facere, scilicet pascere gregem. 1.Pet.5. Pascite, qui in uobis est gregẽ Dei. Itẽ arcere lupũ. Sic & episcopus pascere debet per doctrinam veram. Hier.3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Et iõ dicit.[Vt sit potens exhortari in doctrina.] Nõ dicit, exhortetur, sed ut potens sit exhortari. Quod est, quando hẽt in promptu exhortationes, quãdo est necesse exequi. Quod figuratur Exo. 25. per uectes in circulis arcæ, ut archa scilicet posset portari. Luc. ult. Potẽs in opere & sermone. Et dicit;[Sana,]i. absq; corruptione falsitatis. infra 2. Tu autem loquere, quæ decent sanã doctrinam. 1.Thess.2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia &c. Item, vt custodiant contra hereticos. Et ideo dicit:[Et eos, qui contradicunt, arguere,] i. conuincere, & hoc per studium sacrę scripturæ. 2.Tim.3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum. Iob 6. Nec cõtradicã sermonibus sanctis. Et hæc duo secũdũ Philosophũ ptinẽt ad opus sapiẽtis, s. nõ mẽtiri de quibus nouit, quãtũ ad primũ: & mentientẽ manifestare posse, quãtũ ad secundũ. Cõsequenter cũ dicit.[Sunt.n.multi.] ponit necessitatem dictorum. Et primo, ex parte falsorum doctorũ. Scdo, ex parte malorum auditorũ, ibi;[Dixit quidam.] Circa primũ, duo facit, quia primo describit cõditionẽ falsorum doctorum. Secundo, peruersitatem studij ipsorum, ibi:[Qui vniuersas.] Item primo, ostendit eorũ cõditionẽ. Secundo, docet remedium cõtra eos, ibi;[Quos oportet.] Conditionẽ ostẽdit quadrupliciter. Et primo, ex numero cũ dicit,[Multi.] Eccl.1. Stultorum infinitus est numerus. Secũdo, ex vitio inobediẽtiæ, cũ dicit;[Etiã inobedientes] quãtum ad Deũ, & suos superiores. Ro.1. Parẽtibus non obedientes. 1.Reg.15. Peccatum inobedientię, sicut idolatria dicitur esse. Tertio, ex vaniloquio, cũ dicit:[Vaniloqui,] s. quo ad se Ps.93. Dominus scit cogitationes hominũ quoniã vanæ sunt. Sap.13. Vani sunt homines, in quibus nõ subest scientia Dei, & præcipue vani sunt hæretici: ideo subiungit dicẽs;[Seductores,] scilicet quo ad inferiores. 2.Tim.3. Mali homines & seductores &c. Quarto, ex loco, cũ dicit[Maxime qui de circuncisione.] Qui cogebant homines iudaizare. Phil.3. Videte canes, uidete malos operarios, videte concisionem. Contra quos ponit remedium. Nõ.n. sunt tolerandi, quia corrumperetur populus, & imputaretur pastori. Ezech.13. Non ascendistis ex aduerso, neque op[illegible]

F Israel, &c. Tim.4. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Et iõ dicit.[Quos oportet redargui.] Deinde cũ dicit,[Qui uniuersas, &c.] Describit horũ studiũ; & primo describit ex damno quod inferunt. Scdo ex falso quod docent. Tertio, ex lucro, quod concupiscunt. Damnum est, quia[Vniuersas domos subuertunt.] Doctrina enim catholica publice proponitur in ecclesia, sed hæretici latẽter: & ideo quærunt latibula. Prou.9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et iõ circumeunt per domos, vt seducãt præcipue mulieres. 2.Timo.3. Ex his sunt q penetrãt domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.[Docentes quæ nõ oportet.] Idest, vana & inutilia: nec quærunt lucrũ spirituale, sed temporale. Et iõ addit.[Turpis lucri grã.] Scilicet tpalis, vel propriæ gloriæ. Sapiẽ.15. Sed æstimauerunt lusũm esse vitã nostrã & conuersationẽ vitæ compositam ad lucrũ, & oportere vndecũque ẽt ex malo acquirere. Deinde cũ dicit.[Dixit quidã;] describit auditores, quia illi erãt Cretenses, & ad hoc refert hoc opus. Et primo ostendit conditionẽ. Scdo dat remediũ, ibi[Quã ob causam.] Circa primum, primo describit conditionẽ per testimoniũ. Scdo confirmat. Dicit ergo, Tales sunt doctores, sed & auditores sunt similiter seducibiles, iuxta testimoniũ cuiusdam poetæ eorum. s. Epimenidis, quẽ hic Paulus dicit.[Eorũ prophetã.] Vbi nota, quòd propheta aliquis dicitur, qui a Deo illuminatur secundum intellectum ad cognoscendum aliqua supra cõem cognitionẽ. Num.12. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Item, qui exponit prophetias eodem spiritu, & eodem modo quo sunt traditæ. Item, qui profert aliquid propheticum. Vnde potest proferri aliquid propheticum ex quodam interiori instinctu, etiam præter suum intellectum. Io.11. Caiphas cum esset pontifex, prophetauit. Non.n. prophetauit secundum suam intentionem qui dicebat expedire eũ mori, intelligẽs sic, ne seduceret populum. Nihilominus tamen fuit motus ad id dicendum per spiritum. Et hic modus prophetandi est apud illos, quia accipiunt primum verbum aliquorum [illegible] mine, quod etiam fit a dæmonibus. Et dicit.[Proprius,] [illegible] prie descripsit eorum conditiones. Deinde cum dicit.[Cretenses,] proponit testimonium, & notat eos de tribus, scilicet de corruptione rationalis, cum dicit.[Semper mendaces.] Psalm.5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item de corruptione irascibilis, cum dicit.[Malæ bestiæ,] idest crudeles: bestiæ dicuntur, quasi vastiæ, quia crudeles sunt. Prou.28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius, super populũ pauperem. Et dicit[Malæ,] quia secundum Philosophum in politicis, Homo quando secundum rationem operatur, est optimum animalium, sed quando declinat ad malitiam, est pessimum: quia si declinat ad crudelitatẽ, nulla bestia ita est crudelis. Vnde dicit, quòd [illegible] milies est peior malus homo, quã mala bestia. Itẽ de corruptione cõcupiscibilis, cũ dicit[Ventres pigri,] i. pigritiã habentes ex ventre: erant enim gulosi, & tales quærunt quietem. Luc.12. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede bibe, epulare. Confirmat aũt testimoniũ, cum dicit.[Testimoniũ, &c.] Gloss. Per hoc intelligimus, quòd doctor sacræ scripturæ accipit testimoniũ veritatis, vbicumque inuenerit. Vnde K Apost. in pluribus locis recitat dicta Gẽtiliũ, sicut in 1.Cor.15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Item Act.17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Nec propter hoc approbatur tota eorum doctrina, sed eligitur bonum, quia verum a quocumque dicatur, est a Spiritusancto, & respuitur malum. Vnde dr Deut. 21. In figura huius, quòd si quis viderit puellã in numero captiuorum, debet præcidere ungues, & capillos, idest superfluitates.

LECTIO IIII.

G Quam ob causã, increpa illos dure, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se a veritate. Omnia mũda mundis: coinquinatis autem & infidelibus, nihil est mũdum, sed inquinatæ sunt eorum, & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cũ sint abominati, & incredibiles, & ad omne op⁹ bonũ reprobi.

LECTIO IIII.

Posita conditione Cretensis populi hic ponit remedium: & primo ponit remedium reprehensionis: secundo assignat dictorum rationem, ibi,[Omnia mũda.] Circa primũ tria facit: quia primo hortatur Titum ad reprehendendum eos, scdo, reprehensionis finem osñdit, ibi.[Vt sani.] Tertio docet debitum modum perueniendi ad finẽ, ibi[Non intendentes.] Dicit ergo Cretenses sunt malæ bestiæ, quibus s. debetur flagellum, & castigatio. Et ideo;[Increpa illos dure.] Prouer.6. Via vitæ, increpatio: psalm.67. Increpa feras arundinis. Sed contra 2.Tim.4. In omni patientia. Respondeo: duplex est ratio exhortationis huius. Vna ex parte eorum qui reprehenduntur. Cretenses.n. duri & pertinaces erant, & ideo dure eos reprehẽdi iubet, non aũt Ephesij, quorum archiepiscopus erat Timoth. Alia ex parte reprehẽdentium, quia & Titus fuit lenis & mansuetus: & ideo inducitur quasi ad contrarium, sed Timotheus erat rigidus, & ideo inducitur ad patientiam. Deinde cum dicit: [Vt sani sint in fide tangit finem reprehensionis. Nam homo est sanus, in quo non est corruptio. Et sic sanus est in fide, qui in nullo habet eam corruptam. Horum autem fides viciabatur per hæreticos 2.Cor.11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpãtur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. 1.Tim.6. Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi &c. Modus perueniẽdi ad sanitatem est, si vitent errores Iudæorum. Vnde dicit;[Nõ intendentes Iudaicis fabulis.] In lege.n. erant duplicia documẽta fidei, s. quædam circa credenda. Item quædam mandata religionis, quæ erant seruanda circa cultum Dei. Et prima, uocat fabulas. Secunda, mandata hominum, & non Dei. Ex quo videtur quòd contemnat vetus testamentum, vt dicunt Manichæi. Sed quod dicit;[Fabulis,] potest referri ad eorum narrationes, præter doctrinam legis, quæ sunt fabulosa, vt Thalmuth. 1.Tim.1. Ne intenderent fabulis & genealogijs interminatis. Vel ipsa doctrina, quæ fuit olim veritas; nunc secundum quod ipsi intelligant, sunt fabulæ, sicut illud Esa.7. Virgo concipiet &c. fuit veritas: sed nunc quia ipsi dicunt adhuc hoc esse implendum, est fabulosum. Item mandata hominum possunt intelligi, non quæ sunt in lege Moysi, sed traditiones seniorum. Mat.15. Sed nunquid mandatis hominum non est obediendum? Respondeo, quòd sic: quandiu non auertunt a ueritate dei. Et ideo subdit: Auersantium se a veritate. 2. Tim.4. A veritate quidem auditum auertent &c. Simile habetur Matth. 15. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Simile dicitur Mat.7. Vel dicendum est, quòd mandata, quæ sunt in lege Dei, sunt facta mandata hominum. Quando.n. seruantur in signum futuræ veritatis, sunt mandata Dei: sed quando volunt ea, seruare postquam corpus nostrum mortuum est legi, sunt mandata hominum. Deinde cum dicit;[Omnia munda,] in speciali ostendit dictorum rationem, s. quomodo auertãt se a veritate, & quo discunt fabulas, & mandata hominum: quod est præcipue de discretione ciborum secundum legem, quam pseudo quidam dicebant esse seruandam. Et ideo primo ostendit, quomodo hi cibi habent se ad bonos, secundo, quomodo ad malos, ibi;[Coinquinatis autem.] Dicit ergo. Non intendentes Iudaicis fabulis, de cibis: quia;[Omnia,] s. cibaria;[Sunt munda mundis.] Sed infert, Ergo adulterium est mundum mundis. Respondeo, Dicendum est, quòd non: quia ex hoc ipso quòd adulterium est, immundat. Sed sunt munda mundis illa, quę de se non coinquinãt hominem, ergo omne quod intrat in os, mundum est. Sed duplex est obiectio. Vna quod Leuit. 11. dicitur, quòd quando aliquod animal non ruminat, vel non scindit vngulam, est immundum. Respondeo secundum Aug. cõtra Faustum: Aliquod est immundum, vel secundum rei naturam, vel secundum significationem, puta, si hoc nomen, stultus, secundum se sumatur, inquantum est vox quædam, sic non est immundum, sed bonum. Si vero secundum significationem, quia significat defectum sapientiæ, sic habet immunditiam. Actus autem illius populi erãt actus prophetici. Vnde porcus secundum q res quædam, nõ est immundus, sed secundum q significat hominem voluptatib. se inuoluentem. Sed nunc veritate veniente cessant, & vtuntur cibis homines, secundum suam naturam. Alia quæstio est, quòd Act.15. mandauerunt Apostoli, q abstinerent se a sanguine & suffocato, ergo videtur, q non sit licitum hoc concedere: nõ ergo omnia munda mundis: Respondeo: Aliqui credunt, q illud mandatum intelligatur ad literam, & quòd obligat vsque mõ, vt apud Grecos, & etiam aliquando apud Latinos. Aliqui autẽ dicunt, q non intelligitur secundum literam, sed secundum mysterium, vt per sanguinem intelligatur homicidium, & a suffocato, s. oppressione pauperum. Et hoc bonum est, sed non est tota ratio præcepti: & ideo dico, quòd ad literam est præceptum, & tamen non obligamur. Quædam enim prohibentur quia mala

A sunt, & hęc simpliciter sunt vitanda. Aliqua vero, quæ non sunt mala simpliciter, sed pro tempore, & hæc sunt seruanda existente causa. Et hæc Apostoli prohibuerunt, non quia mala secundũ se, quia Mat.15. dicit dominus contrarium. Sed ratio erat, quia conuersi erant, quidam ex Iudæis, quidam ex Gentibus: & ideo oportebat ad hoc, q vnus popul⁹ ex eis fieret, quòd vni condescẽderet alius, vt iudæis, quibus abominabile erat comedere sanguinem & suffocatum, cõdescenderetur. Et ideo ad seruandam pacem, instituerunt Apostoli hoc esse seruandum pro tempore illo. Deinde cum dicit;[Coinquinatis,] ostendit quomodo se habent ad malos: & circa hoc tria facit: quia primo ostendit hoc: secundo B assignat causam, ibi;[Sed inquinatæ.] Tertio manifestat per signum, ibi;[Confitentur se nosse Deũ.] Dicit ergo, Cibi isti mundi sunt mundis, sed immundi coinquinatis, i. his qui habent conscientiam coinquinatam. Eccl.13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.[Et infidelibus] s. qui habent malam fidem. Esa.21. Qui incredulus est, infideliter agit. Sed nunquid facit peccator & infidelis immundam eleemosynam? Dicendum est, q Apostolus non ponit affirmatiuam, sed negatiuam. Vnde non dicit, omnia, sed nihil mundum eis, quod est verum: quia nihil eis perfecte mundum est: quia nihil est mundum in actib. nisi in finem debitum ordinatum sit. Isti autem sunt extra finem. Sed nũquid aliqd est eis mundũ? sic. Sed contra: quia omne q non est ex fide, peccatum est. Dicendum est, q malum nunquam corrumpit totum bonum. Impossibile.n. est quin in peccatore quolibet sit aliquod bonum, s. naturę etiam in dæmonib. quando ergo peccator facit aliquod bonũ ſm q est peccator & infidelis, totum est peccatum ex radice. Sed si quid facit ex principio alicuius boni C quod habet, vt fidei informis, vel naturæ, non est immundum. Et ideo signanter dicit;[Coinquinatis & infidelibus,] i. inquantum sunt huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide. Et ideo quod de natura sua est mundum, fecerunt sibi immundum. Cuius causa est, quia causa actuum eorum est immunda, s. voluntas & intellectus, quæ sunt in eis deprauata. Vnde dicit;[Sed inquinatæ sunt eorum mens.] s. per infidelitatem;[Et conscientia] s. per peccatum. Baruc.3. Quid est Israel, q in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis &c. Deinde cum dicit:[Confitentur &c.] ostendit fidem per signum. Si.n. aliquis dicat, quòd eorum dicta sunt vera, immo, quòd habent fidem vnius Dei & confitẽtur eum, hoc excludit. Et primo ostendit bonum quod erat in eis, s. q;[Confitentur, s. labijs exterioribus;[Se nosse Deũ] Esa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Hier.12. Prope es tu ori eorum. Secundo ostendit defectũ interiorem: & primo quantum ad præsentia: secundo quantum D ad futura, ibi;[Incredibiles.] Quo ad præsentia, quia;[Negant eum factis.] Qui.n. peccat, inquantum est de se, negat eũ factis: quia qui confitetur Deum, confitetur & eius potestatem, s. q est ei obediendum. Et ideo si non obedit peccando, negat factis, q confitetur ore. Sed dicis, quicumque negat Deum, est infidelis: peccatores negant Deum factis, ergo peccatores sunt infideles. Respondeo, sicut habens scientiam in vniuersali, potest errare in particulari, ita habens fidem in vniuersali, in particulari tamẽ agibili corrumpitur, propter corruptionem affectus. 1. Thim. 5. Fidem negauit, & est infideli deterior. Quomodo autẽ quo ad futura deficiunt? Certe, quia non solum negant, sed sunt indispositi ad redeundum ad Deum. Sunt.n. tria per quę homo redit ad Deum, s. Dei gratia. Rom.5. Iustificati gratia ipsius. Secundum est fides. Act.15. Purificans fide corda eorum. Tertium, exercitium boni operis. Rom.2. Factores legis iustificabuntur. Hæc tria excludit ab ipsis: primo gratiam, ibi;[Cum sint abominati,] idest, non accepti ad gratiam. E Secundo fidem, cum dicit;[Incredibiles.] idest non apti ad credendum. Eze. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio tertium, quia:[Ad omne opus bonum reprobi.] idest reprobandi. Hierem. sexto. Argentum reprobum, vocate [illegible]os.

CAP. II. LEC. I.

Tv autē loquere, quæ decent sanā doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes: bene docentes, vt prudentiam doceant. Adolescentulas ut uiros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbū Dei. Iuuenes similiter hortare, vt so-
G brij sint.

LECTIO I.

Svperius Apostolus instruxit Titum quales ministros instituat ad arcendum hæreticos; hic docet quid ipse circa eos faciat. Et primo, proponit hoc in generali: secundo, distinguit per partes, ibi; [Senes.] Dicit ergo, Ita dixi, quòd oportet episcopos constituere; sed ne credas, ꝙ tu sis propter hoc alienus à cura, immo maior debet esse tibi solicitudo ad instruendum. Ideo; [Tu autē loquere, quæ decent sanam doctrinam,] s. per quæ fides incorrupta ædificatur. sup. 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicũt, arguere. Deinde ostendit idem per partes: & primo, ponitur doctrina sana contra peruersitatem vitæ: secundo, contra hæreticos & errores, ibi; [Stultas autem quæstiones.] Circa primum duo facit: quia primo instruit singulas conditiones hominum. Secundo, generaliter omnes c. 3. ibi; [Admone illos.] Iterum prima in duas, quia primo ostendit quomodo instruat liberos, secundo, quomodo instruat seruos, ibi; [Seruos.] Item primo, ostendit quomodo instruat liberos verbo: secundo, quomodo exemplo, ibi: [In omnibus teipsum.] Circa primum duo facit, quia primo, ostendit quomodo instruat senes: secundo, quomodo doceat iuuenes, ibi; [Adolescentulas.] Item prima in duas, quia primo, ostendit quomodo instruat senes mares: secundo, quomodo anus fœminas, ibi; [Anus.] Sciendum est autem, quòd quædam bona sunt, ad quæ senectus disponit, quæ primo, ponit: secundo quædam bona quibus senectus contrariatur: & hæc secundo, ponit, ibi; [Sani in fide.] Inter bona vero ad quæ senectus disponit. Vnum est contēptus delectationum. Aliud est perfectio sapientiæ, & prudentię. Disponit quidem senectus ad contemptum delectationum. Iuuenum. n. corpora feruent naturali calore, ex quo concitatur iuuentus ad delectationes corporales, quæ præcipue consistunt in cibis & potibus, & venereis. Sed ad vitandum hæc disponit senectus. Senes enim sunt mortificati 2. Reg. 19. Nunquid vigēt sensus mei ad discernendum suaue, uel amarum? Et ideo dicit; [Vt sobrij sint,] quantum ad cibos & potus: [Et pudici,] quantũ ad venerea. Gen. 18. Postquam consenui & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Sed si senectus ad hoc disponit, quare hoc monet? Respondeo, aliquando contingit ex magna peruersitate ꝙ senex reducitur ad puerilia peccata. Esa. 65. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit, Et duplex est ratio quare hoc contingit. Aliter.n. ad hoc mouetur senex, aliter iuuenis. Iuuenis enim incitatur ad hæc ex instinctu passionis, sed senex ex electione, propter duo. Nullus.n. vult esse sine delectationibus, & tanto plus appetit eas quanto maiores molestias sentit. Senex autem patitur multa incommoda & defectus naturæ. Et ideo quando non habet spirituales delectationes, quærit corporales. Secunda ratio est, quia iuuenis quandoque refrenatur per pudorem: senes autem s̄m Philosophum sunt inuerecundi, quia sunt antiqui & multa experti. Iuuenes autem vani & verecundabiles naturaliter: & ideo refrenantur, sed non senes. Item senectus disponit ad prudentiã propter experimentum longi temporis. Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccle. 25. Quàm speciosa ueterani sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senum multa peritia. Vnde subdit; [Prudentes.] Contingit tamen aliquando senem esse fatuum. Eccl. 25. Senem fatuum & insensatum. Et hoc est ex duobus, quòd senex est fatuus, prudentia. n. acquiritur per exercitium: quando ergo in iuuentute se in bonis non occupant, sunt in senectute imprudentes. Eccl. 25. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute tua? Item alia ratio est, quia in iuuentute quãdoque affluunt voluptatibus, & maxime superfluitate ciborum: & ideo desiccatur eorum cerebrum. Prou. 20. Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur, nõ erit sapiens. Deinde ponit ad quæ contrariatur senectus: & primũ est fides: secundum dilectio: tertium patientia. Quantum ad primum, dicit; [Sani in fide,] quia sine ea, impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Sed quòd aliqui non sunt sani in fide, maxime in aliquo nouo quod proponitur senibus credendum, contingit ex duob. Primo, quòd senes non sunt firmi in aliquo nouo propter præsumptionem sapientiæ: & ideo non credunt ijs. Iob.
F 12. Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitium senũ est, quòd sint increduli: quia sunt experti se sepius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper cum, forte, vel ferè, aduerbijs temperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autē repugnat fidei. Esa. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. Quantum ad s̄m dicit; [In dilectione.] Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo, quia in senib' parum est amicitiæ, quia amor nutritur per conuictũ. Nullus autem vult diu cõuiuere cum tristib. Senes autem sunt tristes, & ideo non est eis amicitia. Item, quia senes diligunt propter vtilitatem tantum, sicut iuuenes propter delectabile. Senex.n. indiget sustentatione. Quantum ad tertium, dicit; [In patientia.] & monet ad hoc propter tria. Primo, quia senes multa mala siue incommoda circumueniunt: & ideo indigent patientia contra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorum: vnde semper dicunt antiqua, Iuuenes autem viuunt in spe magnorum: & ex hoc senes dupliciter ad impatiētiam mouentur, propter bona, s. quæ habuerunt, & carent eis: vnde Boetius, Summa miseria est fuisse fœlicem. Tren. 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. Item, quia viuunt in memoria, contingit, quòd aliqui, qui modo eos despiciunt, aliquando fuerunt peiores: & ideo turban-
H tur. Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorũ patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia rõ est, quia quanto senex appropinquat ad finem vitæ, tanto magis desiderat viuere. Vnde videns se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit; [Anus,] docet, qualiter vetulæ instruantur. Et primo docet, qualiter vetulæ instruantur in vita: secundo in doctrina. Item primo qualiter in habitu: secundo, qualiter in victu. Tertio, quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit; [In habitu sancto.] i. carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Petr. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorumque cultus &c. 1. Tim. 2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent. quia iuuencularum est, propter viros suos modeste se ornare, quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Ec-
I cle. 19. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quantum ad secundum dicit; [Non criminatrices.] Duo.n. sunt in sene. Vnum, ꝙ cõe est senibus, s. ꝙ sunt suspitiosi, quia viderunt multa mala, quæ similiter præsumunt de alijs. Item, in mulierib. quæ specialiter sunt zelotipæ, & vtrũque contingit in vetula, quia rõne ætatis, est suspitiosa: rõne sexus, est zelotipa. Eccle. 26. In muliere zelotipa flagellum linguę omnib. cõicans. Et ideo, [Non criminatrices.] Quantum ad cõuictum, dicit; [Non multo vino seruientes.] Et de viris dixit [Vt sobrij sint.]

Et dicit, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit; [Bñ docentes.] Contra. 1. Corint. 14. Mulieres in ecclesijs taceant non.n. eis pmittitur loqui, sed subditas esse. 1. Tim. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere ãt mulieri non permitto. Rñdeo, Dicendum est, ꝙ doctrina publica, quæ fit in populo, inter-
K dicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Prou. 31. Visio, qua erudiuit eum mater sua, & Prou. 4. Nã & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat &c. Et bene dicit: [Vt prudentiam doceant.] magis ad anus, q̃ ad viros: quia quandoque dicent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipsæ conuersantur cum pueris & cum familia, quàm viri. Deinde cum dicit; [Adolescentulas.] ostendit qualiter instruat iuuenes: & primo ostendit qualiter instruat iuuenes fęminas: secũdo qualiter mares iuuenes, ibi; [Iuuenes similiter.] Item, prima in tres: quia primo ostendit, qualiter se habeant ad personas cõiunctas: secundo ad seipsas, tertio ad subiectos. Quantum ad primum dicit; [Vt viros suos ament.] Viro.n. debetur amor. Prou. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 25. in trib. bñplacitum est spiritui meo &c. & j. Vir. & mulier bñ sibi cõsentiẽtes. Vel sic vt prudētiã doceant adolescẽtulas & uiros &c. Sed prima expo-

positio est melior; [Et filios diligãt.] hoc est naturale. Esa. 49. Nũquid põt mulier obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et nota, quòd dicit, Vt viros ament, & filios diligant: quia ad viros est amor feruentior, sed ad filios naturalior. Sed quantum ad seipsas, tria dicit. Vnum, quo ad rationem, scilicet; [Prudentis.] Prou. 19. Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino autē proprie vxor prudens. Et hoc necessarium est, quia iuuentus earum, & sexus contrariatur prudentiæ. Alius est, quãtum ad concupiscibilem, s. cum dicit, [Castas.] Tertium vero, quantum ad irascibilem, cum dicit; [Sobrias.] Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Sed quantum ad subiectos, primo ponit curam eorum: secundo modum: tertio rationem assignat. De primo dicit; [Domus curam habentes.] Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens vero, instructam quoque destruet manibus. In cura autem sunt duo obseruanda mulieri, sunt enim vt plurimum iracundæ. Eccl. 25. Non est ira super iram mulierum. Et ideo dicit; [Benignas,] quia s. dicit. Cum mansuetudine regant. Aliud est, quia quando mulier potestatem habet, nititur in contrarium, viro suo. Eccl. 25. Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo: ideo dicitur; [Subditas viris suis.] Vnde dicitur Gen. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc ideo; [Vt non blasphemetur verbum Dei,] i. non detis occasionem blasphemandi. Et omnia hęc notantur Tob. 10. Vbi dicitur, quòd Raguel & Sara, monuerũt filiam suam honorare soceros, diligere maritũ, regere familiã, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Cõsequenter ostendit, qualiter doceat mares iuuenes, s. [Vt sobrij sint] quod repetit: quia ebrietas est principium vitiorum 1. Pet. 5. Sobrij estote &c.

LECTIO II.

IN omnibus teipsum præbe exemplum bonorũ operũ: in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, inreprehensibile; ut is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habēs malũ dicere de nobis. Seruos, dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non cõtradicentes, non fraudãtes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei, ornent in oibus.

LECTIO II.

SVpra Apostolus Titum docuit, de quibus instruat subditos liberos. Et quia non tantum verba prosunt, sed etiam exempla: ideo docet, vt se exemplum præbeat. Primo generaliter: secundo, specialiter, ibi; [In doctrina.] Tertio, rationem huius assignat, ibi: [Vt is qui ex &c.] Dicit ergo, Quia ætate iuuenis es. [Præbe te in exemplum omnibus bonorum operum.] Prelatus. n. debet esse quasi forma existens discipulis 1. Cor. 11. Imitatores mei estote: sicut & ego Christi Io. 13. Exemplum dedi vobis &c. Deinde cum dicit; [In doctrina] ponit specialia, in quib. debet se præbere exemplum: primo ostendit, quis debeat esse eius actus, s. in doctrina. Vnde dicit; [In doctrina.] Hoc.n. est proprium prælati. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Et ei maxime conuenit, vt qui habeat alios episcopos sub se, vt dicitur supra 1. Episcopos constituas &c. Ideo debet alios docendo, eis exemplum doctrinæ pbere. 1. Tim. 4. Attende tibi, & doctrine. Item monet eum quantum ad vitam. Et primo, declinare a malo. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Et ideo dicit; [In integritate per incorruptionem: sicut.n. corpus perdit integritatem per corruptionem membrorum suorum, ita anima per corruptionem peccati. In prælato autem est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis per castitatem. 1. The. vlt. Integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Secundo, quod sit grauis quantum ad bona, q̃ cum charitate fiunt. Graue autem duo habet, vnum quia descendit, & secundum hoc vituperatur, psal. 4. Filij hominum vsquequo graui corde &c. Aliud est, quòd est stabile & firmum. Et ideo illi dicuntur graues, qui non de facili mouentur a bono: ita hic, cum dicit; [In grauitate,] & hoc commendatur. psal. 34. In populo graui laudabo te. Deinde ostendit, qualis debet esse eius doctrina & verbum. Et dicit, quòd debet esse, [Sanum,] i. non corruptum falsitate 2. Timoth. 1. Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide &c. Prou. 17. Non decet principem labium mentiens. Item, quantum ad modum, cum dicit; [Irreprehensibile,] i. vt proferatur tempore suo, & cum omni decentia & prouocatione ad correctionem Eccl. 20. Ex ore fatui reprobatur parabola. Non.n. dicet illam in tpe suo. Finis autem doctrinæ est. [Vt is, qui ex aduerso est, vereatur &c.] quasi
A dicat. Si omnes bene se habeant, s. prælati & subditi, aduersarij non possunt vobis nocere. 1. Pet. 2. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Tim. 5. Nullam occasionem date aduersario, maledicti gratia. Deinde cum dicit; [Seruos.] docet, qualiter instruat seruos, & primo facit hoc, secundo eius rationem assignat, ibi; [Apparuit.] Circa primum tria facit: quia primo inducit seruos ad subiectionem: secũdo determinat modũ eius, ibi; [In omnib.] Tertio, ostendit necessitatem doctrinæ huius, ibi; [Vt doctrinã.] Dicit ergo, Admone seruos dominis suis. [Subesse. 1. Pet. 2. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Coloss. 3. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequenter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hæresis.n. incępit apud Iudæos, ꝙ serui Dei non deberent seruire hominib. & ex hoc etiam deriuatũ est in populo Christiano, ꝙ dixerunt, ꝙ per Christum filij Dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Rom. 3. Iustitia autem facit alio, alij subdi. Sed seruitus huiusmodi est, quantum ad corpus. Nam per Christũ nunc liberamur a seruitute, quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiã a corruptione, & seruitute corporali. 1. Corint. 15. Cum tradide-
C rit regnum Deo & patri &c. Sed quod dicit; [In omnibus,] potest referri primo ad hoc quod dicit; [Subditos,] vt intelligatur in omnibus, scilicet, ad quæ se extendit ius dominatiuæ potestatis: Vel ad hoc quod dicit, [Placentes,] Debet.n. esse subiectio. Primo, vt seruiant sine offensione, non cum murmure & tarditate; Coloss. 1. Per omnia placentes Deo. 1. Corin. 10. Ego per omnia omnibus placeo, Contra Galat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum, est vituperabile, sed propter Deum, est laudabile. Secũdo, vt sint sine repugnantia: ideo dicit; [Non contradicentes.] Eccl. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertio, sine fraude. Vnde dicit; [Non fraudantes.] Vbi vnum remouet, & alterum astruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luc. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in omnibus bonitatem. Et ideo dicit; [Sed in omnibus fidem bonam ostendentes.] Sed quo fine sunt hæc fienda? Non quidem propter terrenum
D fauorem, sed propter gloriam Dei. Vnde dicit: [Vt doctrinam Saluatoris nostri domini ornent &c.] Glo. Ornamentum doctoris, est honesta vita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi Esa. 52. Iugiter tota die nomē meum blasphematur. Mat. 5. Vt videant opera vestra bona &c.

LECTIO III.

B APparuit eni gratia Dei, & Saluatoris nostri, omnibus hominibus: erudiens

LECTIO III.

SVpra Apost. instruxit Titum, qualiter doceret seruos & liberos, & conclusit quasi rationem, vt s. doctrina Christi ornaretur, hic assignans plenam rationem dictorum exponit quod dixit, per bonam conuersationem. Et primo præmittit gratiam & doctrinam Christi: secundo inducit eum ad gratiæ prædicationem ibi; [Hæc loquere.] Item primo proponit gratiæ apparitionem: secundo eius instructionem, ibi; [Erudiens nos.] Tertio eius operationem, ibi; [Qui dedit.] Sciendum est autem,
E quòd gratia importat misericordiam, quia gratia est de eo quod gratis datur, & quod gratis datur, hoc misericorditer datur. Misericordia autem semper in Deo fuit, tamen olim circa homines latebat. psalm. 35. Domine in cœlo misericordia tua. Ante Christum.n. omnes, quantumcumque essent iusti erant sub damnatione, sed Christo filio Dei carnem assumente. [Apparuit gratia.] 1. Tim. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. psal. 79. Qui sedes super cherubin, manifestare. Sed quanto quis est potentior, tanto eius gratia magis desideratur. Vnde gratia Dei desideranda est. Et hoc est quod dicit; [Gratia Dei,] Et hoc ad saluandum. Vnde dicit; [Et saluatoris nostri.] Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Hęc aut gratia non proponitur vni solummodo popu-

Universidad de Deusto Biblioteca

lo Iudeorum, sicut olim, sed; [Omnibus hominibus.] Esa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Esa. 52. Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 1. Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Et potest dici, quòd in natiuitate Christi apparuit, hæc gratia dupliciter. Vno modo & primo, quia per maximā Dei gratiam datus est nobis. Vnde eius conceptio cum sit operatio totius trinitatis, attribuitur tamen specialiter spirituisancto, qui est principiū gratiarum. Et hæc gratia apparuit omnibus hominibus, & specialiter hōi Christo. Io. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Ex hac gratia secūdo, est consecuta instructio humani generis: quia ante Christū fuit mundus in ignorantia, & hæresi. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Vnde dicit; [Erudiens nos,] s. sicut homo erudit filium. De duobus autem erudiuit nos quia duo necessaria sunt homini, s. bonum opus, & recta intentio. Primo ostendit, quomodo Christus nos de primo erudiuit: secundo, de secundo, ibi; [Expectantes.] Dicit ergo; [Vt abnegātes impietatem & sæcularia.] Notandum est, quòd dicit, impietatem & sæcularia desideria, quia omnia peccata vel consistunt in his, quæ sunt directe contra Deum, quæ dicuntur peccata impietatis. Pietas. n. proprie est secundum quam colimus parentes & patriam. Sed quia Deus est principalis pater noster, ideo pertinet ad cultum Dei pietas. Iob. 28. Secundum aliam literam, ubi nos habemus sic, Ecce timor domini ipsa est sapientia, habetur, Ecce pietas ipsa est sapientia. Et ideo peccata contra Deum dicūtur esse impietates. Ro. 1. Reuelatur. n. ira Dei de cœlo sup omnem impietatem, & ibi loquitur de idolatria. Vel consistunt in abusu temporalium, & hæc sunt sæcularia desideria. Est autem sæculum spatium mensurans periodum rerum. Vnde per sæcularia intelliguntur res sæculares, & omnia peccata, quæ in proximum committuntur vel in se, per earum abusum. Deinde cū dicit; [Sobrie &c.] ostendit quid boni faciamus & dicit; [Sobrie] quantum ad se; [Iuste] ad proximum; [Pie] ad Deum; [Sobrie] ad se, quasi mensurate. Bria. n. mensura est, & hoc, si homo cum mensura rationis utatur exterioribus rebus, & proprijs passionibus. Vnde sobrietas accipitur pro quolibet mensurato vsu rerum exteriorum, & extrinsecarum passionum. Sap. 8. Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam, & virtutem, quibus nihil vtilius est in vita hominib. [Iuste,] ad proximum. Psal. 10. Iustus Dominus & iustitiam dilexit; [Pie,] ad Deum 1. Tim. 4. exerce te ad pietatem. Deinde cum dicit; [Expectantes beatā spem.] Instruit eum de fine, qui consistit in duobus, scilicet in gloria animæ, in morte. Alius in gloria corporis, in aduētu Christi, Io. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei &c. Quantum ad primum dicit; [Expectātes beatam spem.] Contra illos qui ponunt finem hominis in actu virtutum, in hac vita. Sed hoc non est verum, quia & si sobrie, & pie & iuste viuamus, adhuc sumus expectantes. Iob. 7. & 14. Sicut mercenarij dies eius. Esa. 30. Beati omnes, qui expectāt eum. Et ideo dicit, Expectantes beatam spem: quod potest intelligi dupliciter: vel quia est spes de beatitudine, vel quia expectatio facit ipsos beatos, quantum ad secundum dicit; [Et aduentū gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi,] s. per quem surgent corpora nostra. Qui. n. diligit amicum, cum desiderio expectat eum. 2. Tim. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Et dicit; [Aduentum gloriæ,] quia primus aduentus fuit humilitatis. Philip. 2. Humiliauit semetipsū &c. Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et ille erit gloriæ, quia sua diuinitas omnibus innotescet. Luc. 21. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum potestata magna & maiestate. Et dicit; [Magni Dei,] contra Arriū, qui dixit filium non æqualem patri. Et bene magnus, quia dicitur Ro. 9. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula 1. Io. vlt. Vt simus in vero filio eius &c. Item est saluator. 1. Tim. 2. Hoc. n. bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, q omnes homines vult saluos fieri &c. Quia ad hoc venit, & hoc importat nomen eius. Matt. 1. Ipse. n. saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et addit; [Christi,] s. qui est vnctus, in quo intelligitur vnio diuinitatis ad humanitatem. Aliqui. n. dicuntur vniti: sed non ita, q habeant [illegible] diuinitatis vni-

nos, ut abnegantes impietatē, & sæcularia desideria, sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

F tam, sed quia participant eius aliquid, sed Christo est vnita diuinitas. psal. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus, &c. Deinde cum dicit; [Qui dedit semetipsum,] ostenditur operatio gratiæ. Et primo, ostendit beneficium gratiæ passionis eius. Secundo, passionis fructum, ibi; [Vt nos redimeret.] Dicit ergo, Dico quòd est noster saluator, & quomodo? [Quia dedit semetipsum pro nobis.] Eph. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo. Fructus eius dicitur liberatio & sanctificatio. Liberatio, cum dicit; [Vt nos redimeret ab omni iniquitate.] Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Primus. n. homo ex peccato suo redactus est in seruitutem peccati, ex qua seruitute inclinabatur ad aliud peccatum, sed Christus satisfecit per suam passionem: & ideo sumus redempti a seruitute. Esai. 43. Noli timere, quia redemi te &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus, quæ quis sua uoluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit; [Vt mundaret sibi populum,] idest vt sanctificaret populum, sic. s. vt essemus populus eius, i. ei consecratus. Qui aliquando non populus eius, nunc autem populus eius. Osee. 1. & Rom. 9. [Acceptabilem.] s. Deo per rectam fidem & intentionem. Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens. Vel acceptabilem, idest peculiarem. Deut. 7. Te elegit dominus

CAP. III. LEC. I.

G Admone illos, principib. & potestatib. subditos eē dicto obedire, ad oē opus bonū paratos esse: neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostēdentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, seruientes desiderijs, & uoluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autē benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundū misericordiā suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum Saluatorē nostrū: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundū spē vitæ æternæ. Fidelis sermo

H Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Sed oportet etiam, quòd extra sint opera bona. Vnde dicit; [Sectatorem bonorum operum.] Ro. 13. Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Gal. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus. Deinde cum dicit; [Hæc loquere &c.] inducit eum ad prædicationem gratiæ: & circa hoc duo facit: quia primo hortatur eum ad prædicandum; secundo instruit prædicandi modum, ibi; [Cum omni &c.] Dicit ergo [Loquere,] spectantia ad credenda, [Exhortare, ad agenda.] 1. Thessal. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo [Argue] male agentes. 1. Tim. 5. Peccantes coram omnib. argue. Et hoc, [Cum omni imperio.] i. cum authoritate, quia loquitur vt instrumentum, vel minister Dei. Et ideo cum fiducia diuinæ authoritatis. Est tamen loquēdum in exhortando quandoque cum prece, considerando infirmitatem propriam. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Quandoque cum imperio, considerando authoritatem commissam.
I 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate ad obstinatos: habet autem moneri, ut cum imperio arguat, quia naturaliter fuit mitis. 1. Timot. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat.

LECTIO I.

SVpra Apostolus posuit particulares admonitiones pertinentes ad singulos status: hic ponit generales ad omnes. Et primo ponit ipsas. Secundo rationem ipsarum, ibi, [Eramus.] Tertio inducit Titum ad vtrorumque prędicationem, ibi, [Et de his volo te.] Circa primum duo facit, quia primum monet omnes, qualiter se habeant ad superiores: secundo quomodo ad æquales, ibi; [Neminem blasphemare.] Item prima in duas, quia primo ostendit, q superiorib. debent subditi reuerentiā subiectionis. Sēdo, obedientiam iussionis, ibi; [Dicto obedire.] Dicit ergo:
k Dixi de quo moneas prædictos, sed; [Admone illos,] i. oēs; [Principib.] i. maiorib. s. regib. & huiusmodi; [Et potestatib.] i. alijs officialib. [Subditos esse.] 1. Pet. 2. Subiecti estote humanæ creaturæ pp Deum, siue regi, tamquam præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis. Ro. 13. Omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit. Et hæc monitio necessaria est, primo ad tollendū errorem circa Iudæos, qui dicunt non esse obediendum mandatis hominum. Secundo, vt nullam inquietudinem facerent in ecclesia. Tertio, quia tenentur ad obedientiam iussionis. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis &c. Et dixit; [Dicto obedire,] i. ad solum verbum præsidis. 1. Regu. 15. Melior est. n. obedientia, q̄ victimæ. 2. Thes. 3. Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam, hunc notate. Non solum autem est necessaria promptitudo, sed discretio. Vnde dicit; [Ad omne opus bonum,] alioquin non esset obedientia: tunc enim magis Deo obediendum est, quo maior est. Act. 4. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum iudicate. Vnde milites

non

non tenetur obedire in bello iniusto. Deinde cum dicit; [Neminem.] Ostendit, qualiter se habeant erga æquales. Et primo, quo ad vitationem mali. Secūdo, quo ad operationem boni, ibi; [Sed modestos.] Monet autem eos specialiter de verbis, quia in primitiua ecclesia pauci peccabant factis. Verbis autem aliquis peccat, primo contra personā alterius, si ei improperia inferat. Vnde dicit; [Neminem blasphemare.] [Sed cōtra, quia blasphemia est relatio criminis in Deum, non ergo est blasphemia in proximum. Respondeo, inquantum dilectio proximi refertur in dilectionem Dei, & honor proximi in honorem Dei, sic eius improperium est in Deum. Sumitur ergo hic blasphemare p qualibet maledictione occulta, vel manifesta. 2. Pe. 2. Sectas non metuunt introducere blasphemantes. Secundo, quis peccat contra proximum propter res exteriores. Et ideo dicit. [Non litigiosos esse.] Vbi est sciendum, q tria sunt genera hominum. Quidā eorum sunt virtuosi, & duo vitiosi. Quidam. n. omnibus uerbis auditis, in nullo cōtristātur, & hi sunt adulatores. Et quidam omni uerbo resistunt, & hi litigiosi sunt. Contra hos loquitur hic. Ideo dicitur 2. Timot. 2. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Prouerb. 20. Honor est homini, qui se separat a contētionibus. Sed medium tenens, vt quandoque delectetur verbis, quandoque contristetur, est uirtuosus. 2. Corint. 2. Si contristaui vos epistola, non me pœnitet &c. Deinde cum dicit. [Sed modestos.] Ostendit, quomodo se habebant in operatione boni, &
C primo in exterioribus actibus, dicens: [Sed modestos.] Est autē modestia uirtus, per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt non offendat cuiusquam aspectum. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominib. Prouerb. 22. Finis modestiæ, timor Domini, diuitiæ, gloria, & vita &c. Quanto autem quis est impetuosior in interioribus affectib. tanto refrænatur difficilius, etiam in exterioribus. Talis autem est inter omnes affectus, ira. Et ideo contra hoc ponit mansuetudinem, quæ moderatur passiones iræ. Vnde dicit; [Omnem mansuetudinē ostēdentes ad omnes homines.] Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Deinde cum dicit; [Eramus enim nos &c.] Assignat rationem prædictorum, & maxime huius vltimi, s. quòd sint mansueti. Possent. n. dicere, quō erimus mansueti ad infideles? qīo ad malos? Non. n. hoc possumus. Respondet. Considera te qualis fueris. Et ideo contra iram
D optimum remedium est, recognitio fragilitatis propriæ. Et ideo primo, ponit statum eorum præteritum. Secundo, ostendit vnde venerunt ad statum perfectionis, ibi; [Cum autem benignitas.] Item primo ponit defectus pertinentes ad intellectum: secundo ad affectum, ibi, [Seruientes.] Intellectus autem potest dupliciter deficere: uel quia deficit a uera cognitione, sicut per ignorantiam negationis: vel quia incidit in opinionem falsi. Verum autem in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt. Quidam. n. solum per fidem, quidam prægustando per lumen sapientiæ, per apertam aliquam cognitionem. Vnde quantum ad secundū dicit; [Eramus enim insipientes,] idest priuati ista sapientia. Luc. 21. Dabo uobis os & sapientiam &c. Quantum ad primum dicit; [Et increduli,] i. infideles. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Sed erramus, incidentes in contrariam opinionem. Vnde dicit; [Errantes,] i. falsum pro uero tenentes. Esa. 19. Errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Deinde ponit ea, quæ
E pertinent ad corruptionem affectus: & primo quantum ad se: secūdo, q̄tum ad alios, ibi; [In malitia &c.] Affectus aūt hominis tunc est rectus, quando seruit rationi, & vtitur licitis delectationibus, secundum rationem. Quando ergo non sequitur rōnē, sed sua desideria, tunc corrumpitur. Vnde dicit, [Seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs.] Voluptates respiciunt peccata delectationum carnalium, ut sunt luxuria & gula. Desideria vero, q̄ libet alia vitia, ut sunt ambitio, & huiusmodi. Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluptate tua auertere. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscentijs eis. 2. Timoth. 3. Voluptatum amatores magis quā Dei. Deinde cum dicit, [In malitia & inuidia agētes. [Ponit peccata in ordine ad alios: & primo malitiam, q̄ est voluntas nocen-

A di alteri, effectus. n. denominatur a fine. Qui ergo intendit inferre malum, dicitur malitiosus. Iac. 1. Propter quod abijciētes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ. Secundo ponit inuidiam, quæ dolet de proximi bono, sicut malitia infert malū. Prouerb. 14. Putredo ossium inuidia. Tertio ponit odium. Vnde dicit; [Odibiles] s. vel Deo, per hoc, q faciūt peccatum. Sap. 14. Similiter odibiles sunt Deo, impius & impietas eius. Ro. 1. Detractores, Deo odibiles. Vel proximo, quando faciunt illud, vnde proximus eos odio habere debeat. Et addit; [Odientes inuicem.] quasi dicat, & nos etiam odiebamus alios. 1. Io. 3. Qui odit fratrem suū homicida est. Deinde cum dicit; [Cum autem benignitas.] Ostendit statum salutis nostræ, cuius ordinem & processum primo describit. Secundo cōfirmat dictum, ibi; [Fidelis sermo.] Circa primum quatuor facit, quia primo ostendit causam salutis: secundo rationem saluandi, ibi; [Non ex operibus iustitiæ.] Tertio modum eius, ibi; [Per lauacrum.] Quarto finem, ibi; [Vt iustificati.] Causa autē nostræ salutis est charitas Dei. Ephes. 2. Deus autem, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos &c. Hanc charitatem describit primo quantum ad affectum: secūdo quantum ad effectum. Interior charitatis affectus designatur in benignitate, quæ dicitur bona igneitas. Ignis aūt significat amorem. Cant. 8. Lampades eius, lampades ignis atq; flammarum. Benignitas ergo est amor interior, profundens bona
C ad exteriora. Hæc ab æterno fuit in Deo, quia amor eius est causa omnium. Iohel. 2. Benignus, & misericors est &c. Sed hoc quandoque non apparebat. Esa. 63. Vbi nunc zelus tuus & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum, & miserationum tuarū? super me continuerunt se. Sed per effectum apparuit, quod designatur, cum dicit; [Humanitas,] quod dupliciter potest intelligi, uel secundum quod significat humanam naturam, quasi dicat [Apparuit benignitas, & humanitas,] quando Deus ex benignitate est homo factus. Philip. 2. Habitu inuentus, ut homo. psal. 64. Benedicens coronæ anni benignitatis tuæ. Vel secundū q designat uirtutem, quæ consistit in exteriori subuentione in defectib. aliorum. Vn humanum esse, est condescēdere. Act. vlt. Barbari autem præstabant non modicam humanitatem nobis. Sic Deus condescendit nostris defectib. psal. 102. Ipse cognouit figmentum nostrum. Et hoc: [Saluatoris,] quia ut dicit psal. 36. Salus autem iustorum a Domino. Deinde cum dicit; [Non ex
D operib. &c.] Ponit rationem saluandi: & primo excluditur rō psumpta: secundo ostenditur rō uera. Rō presumpta, est q pp merita nostra simus saluati, q excludit, cum dicit; [Non ex operib. iustitiæ, q̄ fecimus nos.] Ro. 11. Reliquiæ sm electionem grē Dei saluæ factæ sunt. Deut. 9. Non propter iustitias tuas, & æquitates cordis tui ingredieris, ut possideas, terram eorum &c. Sed vera rō est, sola misericordia Dei. Vn dicit; [Sed sm suam misericordiam &c.] Tren. 3. Misericordiæ Dñi, q non sumus consūpti. Luc. 1. Et misericordia eius a progenie in progenies. Modus salutis adipiscendæ est per baptismum, quem primo proponit: secundo effectum eius: tertio cām. Dicit ergo; [Per lauacrum,] idest saluati sumus per ablutionem spiritualem Eph. 5. Mundās eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantib. Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ, Quantum ad effectus eius, subdit; [Regenerationis & renouationis.] Pro quo sciendum est, quòd homo indigebat duobus in statu perditionis, quæ consecutus est per
E Christum, s. participatione diuinæ naturæ, & depositione vetustatis. Erat. n. separatus a Deo. Esa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter uos & Deū vestrū, & peccata vestra absconderunt faciem eius a uobis ne exaudiret. Et erat inueteratus. Baruc. 3. Inueterasti in terra aliena. Sed primū cōsequimur per Christū, s. per participationē naturę diuinę. 1. Pet. 2. Vt per hoc efficiamur consortes diuinæ naturæ. Sed noua natura non acquiritur, nisi p gñationē. Sed tñ hęc natura ita dat, q ēt remanet nra, & itē superaddit. Sic. n. gñat participatio in filiū Dei, q nō destruit homo. Io. 3. Oportet nos nasci denuo. Et iō dr gñatio. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suæ. Homo ēt p Chrm deposuit vetustatē peccati, renouatus ad integritatē naturę, & hoc vocat renouatio. Eph. 4. Renouamini spū mētis vestræ. Sed q̄ est cā huius

Universidad de Deusto Biblioteca

affectus, vt cor abluat? Hęc virtus est a sancta, & indiuidua Trinitate. Matt. vlt. In nõie Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. Vnde & Christo baptizato pater in voce, filius in carne, Spiritus sãctus in columbæ specie apparuerunt. Et ideo dicit; [Spiritus sancti,] idest quam Spiritus sanctus facit. psal. 103. Emitte spiritum

est. Et de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus pesse, qui credũt Deo. Hæc sunt bona, & vtilia hominibus.

LECTIO II.

Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contētio-

tuum, &c. Item est generatio per spiritum. Gal. 4. Misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis ĩ timore, sed accepistis spũm adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater. Sed hunc spiritum dat Deus pater; [Quẽ effudit in nos abunde,] vt designet copiam gratiæ in baptismo, vnde fit plena peccatorum remissio. Iohel 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, &c. Effundam spiritum meum super semen tuum. Et propter diuersa dona gratiarum. Iac. 1. Qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Hoc etiam datur; [Per Christum Iesum.] Io. 16. Paraclitus, quem ego mittam vobis, &c. In Christo. n. duas naturas inuenimus, & ad utramque pertinet, q Christus det Spiritum sanctum. Quantum quidẽ ad diuinam, quia est verbum, ex quo simul & a patre procedit vt amor. Amor autem in nobis procedit ex conceptione cordis, cuius conceptio est verbum. Quantũ vero ad humanam, quia Christus accepit summam plenitudinẽ eius, ita quòd per eum ad omnes deriuatur. Io. 1. Plenum gratię, & veritatis. Et paulo post. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, gratiam pro gratia. Et c. 3. Non enim ad mensurã dat Deus spiritum, &c. Et ideo baptismus, & alia sacramẽta non habẽt efficaciam nisi ex virtute humanitatis, & passionis Christi. Deinde cum dicit; [Vt iustificati gratia ipsius.] Ponitur finis salutis nostræ, quæ est participatio vitæ æternæ. Vnde dicit; [Hæredes.] Idem autem est iustificati, & quod prius dixerat, regenerati. In iustificatione impij sunt duo termini. s. a quo, qui est remissio culpæ, & hæc est renouatio: & ad quem, qui est infusio gratiæ, & hoc ad regenerationem pertinet. Dicit ergo; Ideo verbum caro factum est, vt iustificati, idest renouati per gratiam, quia iustificatio non fit sine gratia. Sed nunquid Deus posset remittere culpam sine gratiæ infusione? Videtur, quòd sic, quia a principio poterat constituere hominem esse sine gratia, & culpa. Respondeo. Dicendum est, quòd aliud est de homine, qui nũquam offendit, quia sic potest esse sine gratia, & sine culpa; & aliud est de homine, qui iam peccauit, qui non potest esse quin odiatur, vel diligatur, & si a Deo diligitur, oportet, quòd diligat, & si diligit, oportet, quòd præstetur ei gratia: quia sine gratia nõ diligit. & quòd etiam per hoc efficiantur hæredes. 1. Pet. 1. Hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam. & immarcescibilem conseruatam in cęlis in uobis, &c. Et hoc; [Vitæ æternę.] psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi, &c. Sed quomodo hæredes? [Secundum spem,] quia iam non est spes huius vitę. Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Deinde cum dicit; [Fidelis sermo est,] probat dicta de salute nostra, & spe, quasi dicat; Hoc dictum est fidele. Apoc. vlt. Hæc verba, fidelissima, & uera sunt. Deinde cum dicit; [Et de his uolo.] Mandat hoc prædicari. Et primo ponit pceptum. Secundo rationem assignat, ibi; [Hęc sunt.] Dicit ergo; [Et de his,] s. quæ ad Dei beneficia, reprehensionem peccatorũ, documenta fidei, & morum; [Volo te cõfirmare,] s. alios. Iob. 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Act. 15. Et confirmauerunt eos. Et ratio huius est; [Vt curent, &c.] Quod potest intelligi de prælatis, quasi dicat, Volo, quòd confirmes viatores, idest prælatos; [Vt ipsi curent præesse his, qui credunt Deo,] s. fidelibus in bonis operibus 1. Pet. 2. Ex bonis operibus uos considerãtes, glorificent Deum. Matt. 5. Vt uideant opera uestra bona, & glorificẽt patrem uestrum. Hæc verba; [Sunt bona,] quia de bonitate Dei. Mat. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona; [Et utilia hominibus.] Esa. 48. Ego dominus Deus tuus, docens te vtilia.

LECTIO II.

Supra Apostolus docuit Titum, qualia ad instructionem populi proponat, nunc ostendit, quæ vitet in doctrina. Et primo facit hoc. Secundo, scribit quædam familiaria, ibi; [Cum misero.] Item prima in duas, quia primo ostendit, quo uitet inutilia, & aliena dogmata. Secundo, quomodo vitet hæreticos, ibi, [Hæreticum.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit

F quæ sunt vitanda in sua doctrina. Secundo, rationem assignat, ibi; [Sunt enim.] Notandum est autem circa primum, quòd ad eum qui profitetur doctrinam alicuius scientię, primo pertinet, vt satisfaciat quæstionibus, quæ mouentur in illa. Secundo, ut per se aliqua tractet. Tertio, ut disputet cum resistentibus. Et

nes, & pugnas legis, deuita. Sũt enim inutiles & uanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem, deuita: sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Arthemam, aut Ty-

quarto, quòd doceat, quid circa eam sit uitãdum. In alijs autem scientijs nullus sapiẽs cuilibet quæstioni respondet, sed tantũ ad eas, quæ pertinent ad scientiam. Ita doctor veritatis nõ debet cuilibet quæstioni respõdere. Stultitia enim sapientiæ opponit. Hęc autem doctrina est sapientiæ. Deuteron. 4. G Hæc enim sapientia vestra, & intellectus coram populis. Ideo dicit; [Stultas quæstiones.] Quæstiones ergo aduersantes intentionibus doctrinæ illius, stultæ sunt. Aduersantur autem ei illæ, quæ sunt indisciplinabilia. Iob 34. Iob autem stulte locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Item, quando manifestum proponitur ut dubium, s. quæcunque debet aliquis per se tenere in scientia. Et hæc sunt quę spectant ad instructionem fidei, & eruditionem morum. Et quædam sunt, quæ debet vitare. Vnde dicit; [Genealogias.] Ponuntur enim genealogiæ in scripturis propter mysteria, & propter intellectum historialem, resistendo impugnantibus, debet uitare; [Contentiones, & pugnas.] Quando enim est disputatio ad inquisitionem ueritatis, est laudabile: sed quando est contentio ad ostendendum quid sit tenendum, & quid uitandum, tales sunt uitãdæ. Prouerb. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus. 2. Timoth. H 2. Noli verbis contendere. Pugnæ legis sunt, quæ non ex uitio disputantium, sed quæ oriuntur ex contrarietate in scriptura, vel rationibus contrarijs. Sed nunquid huiusmodi semper sunt vitanda? Dicendum est: in scriptura sacra secundum veritatem nihil est contrarium: sed si aliquid apparet contrarium, uel est, quia non intelligitur, uel quia corrupta sunt uitio scriptorum, quod patet specialiter in numeris & genealogijs. Et ideo hæc, quia determinari non possunt, vult quòd vitentur. Et hoc ideo, quia; [Inutiles sunt.] Et doctor ad duo intendere debet, s. ad utilitatem, & ad ueritatem. Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum &c. Esa. 48. Ego Dominus Deus tuus docẽs te utilia. Non est ergo intromittendum se de inutilibus, & quæ non hãt solidam ueritatem. Scire enim singularia, ut sunt genealogiæ, non est ad perfectionem intellectus, nec ad instructionem morum, nec fidei. Et sunt; [Vanę,] quia non habent solidam ueritatem. Deinde cum dicit; [Hæreticum.] Ostendit qui sunt vitandi I inter homines, & primo ostendit, quòd hæretici: secundo ostendit rationem huius, ibi; [Sciens quia.] Dicit ergo; [Hæreticum hominem.] Vbi notandum est, quid faciat esse hæreticum, & accipienda est prima ratio huius nominis, hæreticus. Non enim dicit a diuisione, sed ab electione, vt dicit Hieronymus. In Græco enim, hæresis, dicitur electio. Vnde hæreticus, idest electiuus quasi pertinaciter adhærens sectæ alicuius, quam elegit. Vnde sciendum est, quòd omnis hæreticus est errans, & non econuerso, propter duo. Primo, ex parte materiæ circa quam errat, puta, si non est circa finem uitæ humanę, uel circa id quod ad fidem pertinet & bonos mores. Talis. n. sic errans, non est hæreticus. Si uero erraret circa ea q sunt ad finem uitæ humanæ, tũc est hæreticus. Et dico finem uitæ humanę, qa apud antiquos erant sciẽtiæ ponẽtes diuersum finẽ, ut patet de Stoicis & Epicureis. Vel circa fidẽ & sic, si aliqs diceret Deũ nõ esse trinũ & unũ, & fornicationem non esse peccatũ, est hrticus. Scdo, ex parte electionis, qa eligens, si nõ est pertinax, sed est paratus corrigi sm ecclæ K determinationẽ, & sic nõ est ex malitia, sed ex ignorantia, nõ est hrticus, [Hunc ergo deuita] pp periculum. 2. Tim. 2. Sermo eorũ, ut cãcer serpit. Itẽ ne aliquis cõicet peccatis eorum, ne uideatur eis consentire. 2. Io. c. unico. Si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinam non affert &c. Item pp pęnam. Num. 16. Recedite a tabernaculis hoĩum impiorum, & nolite tangere q ad eos pertinent &c. Vult ẽ q moneatur, & si non dimittit, tunc est hrticus & uitandus. Et dicit; [Post primam & secundam correptionẽ.] Sic. n. fit in ecclesia in excõicationibus. Et ratio est, quia numerus oĩs rei habet principium, medium, & finem. Ideo accipitur vt sufficiens ad omnia. 2. Corint. ult. Ecce iam tertio hoc uenio ad uos &c. Item propter perfectionem numeri ternarij. Ratio autem deuitationis est, quia cum errante agendum a principio, vt

vt corrigatur. Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Et ideo non est dimittendum quousque videatur si curari poterit; sed si non potest sanari, tunc est dimittendus. Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Deinde cum dicit; [Cum misero.] Scribit quædam familiaria. Et primo quædam disponenda circa ipsum: secundo, epistolam terminat in salute. Dicit ergo; [Cum misero &c.] Hi duo discipuli erant Apostoli. Alios misit, quia volebat quod Titus iret ad eum, nec determinat ei tempus, sed locum;

chicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hiemare. Zenam legisperitum & Apollo solicite præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: ut non sint infructuosi. Salutant te q mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

eo enim indiguit in adiutorium prædicationis, voluit tamen præmitti; [Arthemam,] & ostendit quid de eis disponat: secundo obiectioni respondet, ibi; [Discant autem & vestri.] Apollo iste de quo. Act. 19. Erat episcopus Corinthiorum, propter quorum culpam dimisit eos, & iuit Cretam ad Titum, sed correctis Corinthijs Apostolis reuocat eum. Vocat autem; [Zenam legisperitum,] licet & Apollo esset valde doctus, quia in Iudaismo habuit hanc dignitatem. Ratio autem quare istos vult præmitti, & non Titum est, quia Titus necessarius erat apud Cretam propter episcopatum, isti autem non habebant aliquam curam. Et dicit; [Vt nihil illis desit.] quasi dicat: Si non habes, prouideant subditi tui. Et ideo subiungit; [Sic discant vestri,] scilicet fideles prouidere sicut faciunt Iudæi. Et

A dicit vestri, scilicet subditi discant excellere Iudæos, alios & de Asia, qui suis prædicatoribus & indigentibus prouideant. Et dicit; [Ad vsus necessarios,] idest, in casibus necessitatis. 1. Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Ratio autem quare præsint: est; [Vt non sint infructuosi. 1. Corinth. 5. Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? & cæt. Populus ergo si est vt vinea Domini, debet ferre fructum, non solum spiritualem, sed etiam temporalem, vt exinde cultores sustentẽtur, aliàs B essent infructuosi. Matth. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur &c. Deinde salutat eos primo ex parte aliorum: secundo, rogat, quòd salutent alios: tertio ponit suam. Quantum ad primum dicit; [Salutant &c.] Id est salutem optant. Secundo dicit; [Saluta eos qui nos amant in fide Christi existentes,] quia non est conuentio fidelis cum infideli. 2. Paralip. 19. Impio præbes auxilium & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris. Vel qui nos amant in fide; idest, fideli affectu. Ecclesiast. 6. Amico fideli, nulla est comparatio; [Gratia Dei,] scilicet, quę est principium omnium bonorum. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et dicit; [Vobis,] quia non scribit vni propter vtilitatem ipsius tantum, sed propter totam ecclesiam. Deo gratias.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Titum.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO,

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI, AD PHILEMONEM.

PROLOGVS S. THOMAE.

SERVVS si est tibi fidelis, sit tibi quasi aīa tua &c. Eccle. 33. Ostendit sapiens tria circa Dominū & seruum, s. quid requiratur ex parte serui. Itē, qualis dēt esse affectus Domini ad seruū. Itē, qualis vsus serui. Ex parte serui requiritur fidelitas, in qua est bonū serui, quia & quod est, & omnia sua debet dare Dño. Matt. 24. Fidelis seruus & prudens &c. Et dicit, si est fidelis, quia fidelitas apud paucos est. Prou. 20. Virū fidelem quis inueniet? talis ergo seruus dēt haberi a Dño, sicut amicus in affectu. Vnde dicit, sit tibi sicut aīa tua. Hoc n. est proprium amicorū, vt corū aīa, vna sit in nolendo & volēdo. Act. 4. Multitudinis credētiū erat cor vnū, & aīa vna. In quo dat intelligi, q̄ est quidam consensus inter Dñm & seruū, qa seruus fidelis trāsit in amiciū. Vsus eius est, vt tractet vt frater, nā frater est, & quātū ad generationē naturæ, qa eodē auctore. Iob. 31. Si cōtēpsi subire iudiciū cū seruo meo. Malac. 2. Nūqd nō vnus pater omniū nostrū? Nūqd nō Deus vnus? Et quātū ad generationē gratiæ, q̄ est eadē ad Gal. 3. Quicūq; enim ī Chr̄o baptizati estis, Christū īduistis: nō est Iudæus, neq; Græcus, nō est seruus, neq; liber, nō est mascul', neq; fœmina, oēs. n. vos vnū estis in Christo Iesu. Mat. 23. Oīs vos fratres estis. Hæc āt verba cōueniūt materiæ hui' epistolæ. Sicut. n. sup. oñdit, qualiter, spūales plati hēant se ad subditos, sic hic, quāt tpales Dñi ad tpales seruos, & qūo seruus fidelis quo ad Dominum eius.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS vinctus Christi Iesu: & Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo cōmilitoni nostro & Ecclesię quę in domo tua est: Gratia uobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriā tui faciēs ī orationib. meis, audiens charitatē tuā, & fidē q̄ habes in Domino Iesu, & in omnes sāctos: vt cōmunicatio fidei tuæ euidēs fiat in agnitione omnis operis boni ī Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui, & cōsolationem in charitate tua, quia uiscera sāctorū H requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciā habens in Christo Iesu imperādi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatē magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex.

LECTIO PRIMA.

EPistolæ occasio ex hoc est. Apud. n. Colossenses quidā Christianus magnus habuit quēdā seruū q furtim fugiens Romā, ab Apostolo est baptizatus, ꝓ quo & scribit. Et primo ponit salutatio, s. do epistolaris narratio. In salutatione primo ponit psonas salutantes, scdo salutatas, tertio bona optata. Dicit ergo, [Paulus,] q̄ est nomē venerādū oībus fidelibus, q sunt docti ab eo; [Vinctus] 2. Tim. 2. Laboro vsq; ad vincula. Nā tūc vinctus erat Romæ. Sed; [Iesu Christi,] vbi oñditur cā vinculorū. Laudabile. n. valde est vinctū esse pp Christū, ī hoc. n. est beatificādus. Matt. 5. Beati, q persecutionē patiuntur pp iustitiā &c. 1. Pet. 4. Nemo vestrū patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor: si āt vt Christianus, non erubescat, glorificet āt Deū in isto noīe. Act. 5. Ibāt Apostoli &c. [Et Timotheus frater.] Fratres sunt, quātū ad perfectā fidē. Phi. 2. Neminē habeo tā vnanimē, q syncera affectione ꝓ vobis solicitus sit. Ipsū aūt Timotheū adiūgit, vt facilius impetret, qa impossibile est pces multorū nō exaudiri. Deinde ponit psonas salutatas. Et primo, ponit psona principalis salutata: scdo adiūcta. Itē primo, ponit maritū & vxorē, q dominiū domus habēt, quibus obligat seruus Philemoni dilecto nostro adiutori, & Appiæ sorori carissimæ; [Dilectū] dicit pp bona optata. Io. 15. Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicē; [Adiutori,] qa subministrabat sanctis. Prou. 18. Frater q iuuat a fratre, quasi ciuitas firma. Scdo, ponitur persona adiūcta, cū dicit: [Archippo commilitoni nostro,] qui ita erat potēs Colossis, quòd oēs Christiani erāt sub vmbra eius. Et ideo inducit totam Ecclesiam ibi, cuius erat episcopus, sic scribens.

G Col. vlt. Dicite Archippo, vide ministerium, q̄ accepisti &c. Et dicit Archippo commilitoni, quia oēs prælati, sunt sicut spūales milites ecclesię 2. Cor. 10. Arma militiæ nostrę nō sunt carnalia &c. Et addit; [Et ecclesiæ &c.] Hos superinducit: vt moueāt eū ad exaudiendū. Bona optata exponuntur, vt consuetum est. Deinde cum dicit; [Gratias ago.] Ponitur epistolaris narratio. Et primo ponitur grārum actio, scdo petitio, ibi; [Propter q̄;] tertio, cōclusio, ibi: [Itaque frater.] Itē primo, grārū actio ponitur, scdo, materia actionis gratiarū, ibi: [Audiēs,] tertio, cā pp quā Deo grās agit, ibi: [Gaudium. n. magnū.] Dicit ergo; [Gratias ago Deo meo.] Coloss. 3. Et grati estote. Philipp. 4. Cū gratiarū actione, quasi dicat. Ita ago grās de pteritis, ut orē tā pro futuris. Et ideo dicit; [Sēper memoriā tui faciēs &c.] Phil. 1. Eo q̄ habeam vos in corde, & in vinculis meis. Esa. 49. Nūqd pōt mulier obliuisci infantē suū &c. Ponēdo āt materiam grārū actionis, & orationis oñdit qd ꝓ eo petēdo orat. Materia āt huius erat necessaria & bona Philemoni, s. & charitas, & fides, sine. n. charitate nihil aliorū ualet, & p eā oīa habētur. 1. Cor. 2. Si linguis hominū loquar &c. Itē sine fide nullus Deū amare pōt, qa nō cognoscit I vere Deū. De spe āt mentionē nō facit, qa media est: & in his intelligitur. Sed in quo habes fidē & charitatē? [In Dño Iesu.] 1. Cor. vlt. Si qs nō amat Dñm nr̄m Iesū Christū, anathema sit. Et hoc est necessariū, qa ex Christo dulcius dilecto deriuatur dilectio ad mēbra, qa nō diligit caput, q nō diligit mēbra. 1. Io. 4. Qui nō diligit fratrē suū quē videt, Deū quē nō videt qūo pōt diligere? [Et in oēs sanctos.] fides innititur doctrinæ, prout est manifestata per Christū, qa Deū nemo vidit vnquā. Io. 1. & 14. Creditis in Deū, & in me credite, & iō per fidē habemus Christum. Sed q̄ ad sanctos ptinet pōt intelligi dupliciter. Vno mō, qa ex fide quā habēt ad Christū, ꝓcedūt obsequia impēsa sanctis. Vel fides cōsistit ī diuinitate principaliter, ꝓut est annūtiata p Christū, sed nō solū p Christū, sed ēt p sāctos. Mat. vlt. Eūtes ergo, docete oēs gētes &c. Debemus ergo credere non solū dicta p Christū, sed ēt p sāctos. Heb. 2. Quæ cū initiū accepisset enarrari per K dñm ab eis, q audierūt in nos cōfirmata est: [Vt cōmunicatio fidei,] hoc cōtinuat dupliciter. Vno. n. mō, vt sit signū. Et ē sensus vt cōicatio, &c. Idest, tāta ē charitas tua, ut cōicatio fidei tuę, &c. Vel aliter; [Grās ago, & memoriā, &c.] vt s. oñdat, qd ꝓ eo petat orādo. Et pōt intelligi cōicatio fidei dupliciter, vel qa ī fides cōicabat cū oībus sāctis, nō habēs aliā fidē nouā, vt hæretici. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis oēs, &c. Vel cōicatio, qa bona cōicas sanctis, procedēs ex fide. 1. Tim. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe nō altū sapere, nec sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, qui præstat nobis, &c. [Euidēs fiat,] i. vt bonū latēs in corde, euidēs fiat p bona opera: [In agnitione oīs boni,] s. q̄ a te fit. Et hoc [In Iesu Christo,] i. ꝑ Iesu Christo. Iac. 2. Oñde mihi fidē tuam sine opib. & ego tibi oñdā ex operib. fidē meā. Vel aliter. Multa sūt opera in mūdo, qa sunt bona hominibus, & tū Deo nō sunt bona, qa nō recte fiūt. Prou. 13. Est uia, q̄ videtur homini recta, nouissima autē eius deducunt ad mortē. Eccl. 8. Vidi impios sepul-

tos, qui etiam cum adhuc viuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed hoc manifestatur per fidem rectam, quando consequitur præmium à Deo, qui non remunerat nisi recta. Et ideo dicit, In agnitione, idest, vt hoc euidens fiat, quòd cognoscas omne bonum. Vel quod cognoscatur in te omne bonum quod est fruitio diuinitatis. Exo. 33. Ostendā tibi omne bonum. Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa. Causa autem propter quam gratias agit est gaudium. Et ideo dicit, [Gaudium. n. magnum habui. 3. Ioa. ca. vnico. Maiorem horū gratiam non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc enim gaudiū alleuiabat pssuras sua. Vnde addit [Et consolationem. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Cuius rationem assignat, dicens: [Quia viscera sanctorū requieuerunt per te frater.] Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem &c. 3. Io. cap. vnico: Carissime, fideliter agis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos &c. Deinde cum dicit [Propter quod &c.] Ponitur petitio, & primo fiducia petendi: secundo ipsa petitio, ibi [Obsecro,] tertio, eius ratio, ibi [Forsitan.] Dicit ergo, propter quod, i. quia sic abundas charitate; [Multam fiduciam habeo in Christo Iesu,] q. d. Non ex me, sed ex authoritate Iesu Christi, in cuius fide te genui. Et ideo possum tibi imperare, vt pater, sed [Quod ad rem,] s. tuam [Pertinet,] vel communem, alias prælatus non habet potestatem imperādi sibi quicquam, nisi quod vel est ad eius vtilitatem, vel Ecclesiæ, vel bonorum morum christianæ religionis. Tamen. [Propter charitatē magis obsecro.] Prou. 18. Cum obsecrationib. loquitur pauper. Et quare? Certe, cum sis talis &c. Sunt duo propter quæ quis debet obsecrari, s. ætas senectutis. 1. Tim. 4. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem &c. Item honestas virtutis, vbi enim non delinquimus pares sumus. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Dicit ergo [Cum sis talis, vt Paulus senex.] Quasi dicat, Si esses puer præciperem tibi hoc, sed tu es senex. Item, si leuis, sed talis es vitæ, q̄ es mihi similis. Non quòd talis & tantus sit simpliciter, sed aliquo modo similis, quòd dicit ex sua humilitate. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Origines, Paulus, diu vixit in fide. Conuersus enim fuit adolescens, nunc dicit [Vt senex.] Origenes, Raro vtilis doctor inuenitur in ecclesia, quin sit longæuus. Exemplum de Petro, & Paulo.

LECTIO II.

NVnc autem & vinctus Iesu Christi: obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea B viscera, suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij: Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt in æternū illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimū fratrē, maxime mihi, quāto aūt magis tibi, & in carne, & in Domino? Si ergo habes me sociū, suscipe illum sicut me. Si autē aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam: vt non dicam tibi, quod & te-

LECTIO II.

POSITA fiducia Apostoli de bonitate Philemonis: ponit hic suam petitionem. Et primo ostendit personam pro qua petit, secundo ex hoc petitionem concludit, ibi [Tu autem illum.] Circa primum duo facit, quia primo describendo personā, ostēdit eam sibi acceptam ex spirituali generatione: secundo ex morum mutatione. Dicit ergo, Vere sum exaudiendus, quia petitio cōtinet honestatem & pietatem pro meo filio Onesimo, de quo est præsens mea solicitudo. Et acquirens filium tempore defectus, magis eum diligit, vt senex filios in senectute genitos. Genes. 37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum. Hunc autem genuit in vinculis. Secundo est mutatio in moribus. Si enim in peccato perseuerasset, non fuisset dignus venia. Et nota, quod minus dicit, & plus significat. Docet enim Tullius, quod quis factum suum debet attenuare quantum potest. Sic Apostolus leuiter de culpa huius loquitur dicens [Inutilis,] idest nociuus in subtrahēdo res tuas, nunc autem conuersus a malo ad statum virtutis, vtilis est ad seruitium Dei & hominum. 2. Timoth. 2. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum. Pro. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Deinde cum dicit [Tu autem illum.] Ponit petitionem suam. Et primo ponitur petitio: secūdo respondet quęstioni, ibi. [Quē ego.] Dicit ergo [Tu ergo illum; vt mea viscera suscipe.] Et hoc ideo, quia vidi eum emundatum, cuius signum est, quia eū remisi tibi. Contra. Deut. 24. Non trades seruum Domino, qui ad

A te confugerit &c. Respondeo. Verum est, quando Dominus, quęrit eum ad mortem, & ideo dicit, [Tu autem &c.] Philip. 1. Eo q̄ habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione &c. Et respondet quæstioni, quia posset dicere, Si est vtilis tibi, quare non retines eum vsque ad mortem? ideo dicit, quæ est causa mittendi eum. Primo autem ostendit propositum retinendi eum: secundo, quare destitit a proposito, ibi; [Sine consilio autem tuo,] Dicit ergo Philemoni, qui licet esset magnus, tamē Apostolo solitus erat ministrare. Matt. 20. Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Vnde ex hac fiducia ꝓposuit eum tenere, vt loco eius sibi ministraret. Vnde dicit. [Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te &c.] Quod erat maxime necessarium, quando erat in vinculis propter Christum. Est enim prouidendum, quando quis patitur pro Domino suo. Ratio autem, quare destitit, est, quia noluit vti re aliena ignorante Domino. Vnde dicit [Sine consilio &cæt.] Quasi dicat, Si retinuissem eum, iam placeret tibi non valenti resistere, & esset quædam coactio. Sed sic nolui, immo magis volui, q̄ voluntarie fieret Exod. 25. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas scilicet, primitias. 2. Corinth. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hylarem. n. datorem diligit Deus. Deinde cum dicit, [Forsitan. n.] Po- C nit rōnem quare debet eum recipere benigne. Et primo ex parte Dei: secundo ex parte ipsius Apostoli, ibi; [Si ergo habes.] tertio ex parte ipsius Philemonis, ibi, [Confidens.] Ex parte Dei, quia sæpe Dei prouidentia id quod videtur malum permittit fieri, vt exinde sequatur bonum, vt patet de Ioseph vendito, vt liberaret Aegyptū & familiā patris. Gen. 45. Pro salute. n. vestra misit me Deus ante vos. Et dicit [Forsitan,] qa incōprehensibilia sunt Dei iudicia. Rom. 11. Et dicit [Pro seruo,] i. loco serui. Mat. 23. Oēs aūt vos fratres estis. Et non solum tibi, sed mihi in comparatione ad Deum, licet sit filius ministerio; [Quanto magis tibi, & in carne, & in Domino?] q̄ dupliciter pōt exponi. Vno mō, q̄ referatur ad primam originē diuinę creationis, & sic est frater. Deu. 32. Nonne est ipse pater tuus, qui possedit & fecit, & creauit te? Mal. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrū, nunquid non Deus vnus creauit nos? Item in Deo per fidem, vel magis erat in bonum Philemoni, quia affinis eius ēm carnē, quia ēm eā erat D seruus eius, quia hoc totū, q̄ erat ei carnaliter, erat suū. Vnde duplici rōne quis mouetur ex charitate, s. ex amore ēm carnis originem, & ex amore spirituali. Ex parte aūt Apost. Primo allegat suam amicitiā, sub cuius obtentu vult eum suscipi. Secundo fideiubet pro eo de damno. Tertio ostēdit receptionis officium. Secundum, ibi, [Si aūt.] Tertium ibi, [Itaque frater.] Dicit ergo. Si ergo habes me so. [Suscipe illū.] 1. Io. 1. Si aūt in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicē. Et dicit. [Sicut & me,] quia iunctus est mihi. Matt. 10. Qui vos recipit, me recipit. Secundo autem obligat se pro eo satisfacturum pro damno. Dicit ergo [Si aliquid nocuit,] s. dimittens seruitium tuū, [Hoc mihi imputa.] Quasi dicat, Ego satisfaciā. Galat. vlt. Alter alterius onera portate. Et plus, quia primo promittit se soluturū. Secundo ostendit eū esse debitorem ad hoc, nō necessitatis, sed volūtatis. Dicit ergo. [Ego Paulus.] q. d. vt certus sis de restitutione [Scripsi manu.] Et hoc nō est necessitas, qa tu debes mihi teipsum, quem erui a morte æterna. Et talis debet se liberatori. Tob. 9. Si meipsum tradā tibi seruum, non ero condignus ꝓ- E uidentiæ tuæ. Et subiungit dicens, [Itaque frater, ego te fruar.] quasi dicat. Si vis me habere sociū, suscipe eum, & ego ita fruar te. frater, idest si feceris, implebis voluntatem meam gaudijs. Nā frui est vti fructu, & sicut ē vti ad vtile, sic frui ad fructū. Importat aūt fructus dulcedinem. Canti. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Item finem, quia vltimum de arbore est fructus. Et ideo proprie est habere aliquid vt delectabile & finale. Et inde est, q̄ dicit Aug. Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectatur propter dulcedinem. Item frui est alicui inhærere pp se. Aliqñ ergo accipiuntur frui & vti communiter, prout important delectationē absq; contrario. Eccl. 8. Fruere magnatis sine querela. Dicit ergo, Sic fruar: quia in nullo mihi contrarius es. Et si in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi satisfacies nihil erit in corde meo de te, quod contristet me, & sic dele chabis me. Si autem accipitur frui prout finale quid est, sic non est fruendum homine, sed solo Deo. Contra quod est illud Sap. 2. Fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c. Vnde iste addit, [In Domino,] idest fruar

ipsum mihi debes. Ita frater, ego te fruar in Domino, refice uiscera mea in Christo. Confidens in obediētia tua scripsi tibi: sciensquoniā & super illud quod dico, facies: Simul & para mihi hospitiū: nam spero p

orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cū spiritu uestro, Amen.

Finis expositionis D. Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Philemonem.

DIVI THOMAE AQVINATIS EXPOSITIO.

SVPER EPISTOLAM PRIMAM S. PAVLI APOSTOLI AD HEBRAEOS.

PROLOGVS S. THOMAE.

NON est similis tui in dijs Domine, & non est secundum opera tua. Psal. 85. In verbis istis, exprimitur Christi excellentia quantum ad duo. Et primo, quātum ad comparationem ad alios Deos, cū dicit [Nō est similis tui in dijs domine:] secūdo, p cōparōnem ad effectus cum dicit, [Et non est secundum opera tua.] Circa primum sciendum est, q̄ licet sit tantum vnus Deus naturaliter, vt dē Ieu. 6, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: tamē participatiue in celo & in terra sunt dij multi. 1. Cor. 8. Sūt quidem dij multi, & domini multi. Nam dij quandoq; dicūtur ipsi angeli, vt patet Iob 1. & 2. Cum venissent filij Dei. vt assisterent coram domino: & quandoq; prophetæ, vt dē de Moyse. Exo. 6. Constitui te Deum Paraonis. Item de sacerdotibus dē Exo. 22. Dijs, i. sacerdotibus non detrahes. Item ibi, Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad deos. Sed angeli dicuntur dij pp abundantissimam refulgentiam diuinæ claritatis. Iob. 25. Super quem non fulget lumen illius. Angeli vero non sunt similes Christo in dijs, qui est splendor paternæ gloriæ. vt dī 1. Eph. 1. Constituens eū ad dexteram suam in cęlestibus supra oēm principatum &c. Prophetę vero dicūtur dij, quia ad ipsos sermo Dei factus est. Ioā. 10. Illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. ergo multo excellētius q̄. Deus Christus, qui est substantialiter ipsum verbum Dei. Io. 1. Sacerdotes vero dicuntur dij, quia Dei ministri. Esa. 61. Vos sacerdotes dñi vocabimini ministri Dei, sed Christ⁹ multo sortit⁹, qui nō est, minister, sed dñs vniuersorū. Hest. 4. Itē Apoc. 19. Dominus dominantium. Et inf. 3. Tanquā dñs in oī domo sua. Christus ergo Deus magnus super oēs deos, quia splēdor, quia verbū, quia dominus est. Secundo manifestatur hæc excellentia per effectus, cū dī. Et nō est sm opera tua. Vbi sciēdū est, q̄ triplex est opus excellens Christi. Vnum, q̄ se extēdit ad totam creaturam, deus creatoris. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Aliud quidem tantum ad creaturam rationalem, quæ per Christum illuminatur. q̄ est illuminationis. Io. 1. Erat lux vera &c. Tertium est iustificationis, q̄ pertinet tātum ad sanctos, qui per ipsum per gratiam vnificantē vnificantur & iustificantur. Ioa. 1. Et vita erat lux hominum. His. n. tribus modis non possunt operari dij prædicti. Angeli. n. non sunt creatores, sed creaturæ. Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus &c. Prophetæ etiam sunt illuminati, non illuminantes. Ioā. 1. Non erat ille lux &c. Sacerdotes etiam non iustificabant, inf. 10. Impossibile est enim sanguine hyrcorū & taurorum auferri peccata. ergo manifeste in uerbis istis dēmōstrat Christi excellētia, & hæc est materia huius epistolæ ad Hebræos, quæ ab aliis distinguitur, quia in quibusdam epistolis agitur de gratia noui testamenti, quantum ad totum corpus mysticum ecclesiæ, & hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesiis, in q̄. quæ est ad Rom. ad Cor. & ad Galatas, & vsque ad primam ad Timotheum. In quibusdam vero, quantum ad membra principalia, sicut in his quæ mittit singularibus personis, scilicet ad Timotheum, ad Titum, & ad Philemonem. In ista vero commendat ipsam gratiam quantum ad caput, s. Christum. In corpore ecclesiæ ista tria reperiuntur sicut & in corpore naturali, s. ipsum corpus mysticum, membra principalia, s. prælati & maiores, & caput a quo tota fluit in totum corpus, s. Christus. Sed antequam accedamus ad diuisionem, sciendum est, q̄ ante tyndū Siquidem quidam dubitauerunt, an ista epistola esset Pauli. Et q̄ non, probant duobus argumentis. Vnum est, quia non tenet hūc ordinem quem in aliis epistolis. Non. n. præmittit hic salutationem nec nomen suum, & aliud est, quia non sapit stylum aliarū,

MCAP. I. LEC. I.

Vltipariè multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime

immo habet elegantiorem, nec est aliqua scriptura, quæ sic ordinate procedat in ordine uerborum & in sententijs, sicut ista. Vnde dicebant ipsam esse, uel Lucæ euangelistæ, uel Barnabæ, uel Clementis Papæ. Ipse. n. scripsit Atheuienſibus quasi per omnia secundum stylum istum. Sed antiqui doctores præcipue Dionysius, & aliqui alij, acceperūt uerba huius epistolæ pro testimonijs Pauli. Et Hieronymus illā inter epistolas Pauli recipit. Ad primum ergo dicendum est, quòd triplex ratio fuit, quare non posuit nomen suum. Vna est, quia non erat Apostolus iudæorum sed gentium. Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes &c. Et ideo non fecit mentionem de apostolatu suo in principio huius epistolæ, quia nolebat officiū sui apostolatus insinuare, ni si ipsis gentibus. Secunda quia nomen suum iudæis erat odiosum, cum diceret legalia nō debere seruari, ut patet Act. 25. Et ipsum tacuit ne saluberrima doctrina huius epistolæ abijceretur: Tertia, quia iudęus erat: hebræi sunt & ego 2. Cor. 11. Et domestici non bene sustinent excellentiam suorum. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Matth. 13. Ad argumentum secundum, dicendum est, q̄ iō est elegātior in stylo, quia, & si sciebat omnem linguam, 1. Cor. 14. Omnium uestrum lingua loquor, tamen melius sciebat hebræam tanquam sibi magis connaturalem, in qua scripsit epistolam istam. Et ideo magis ornate potuit loqui in idiomate suo, quam in aliquo alio. Vnde dicit. Et si imperitus sermone, sed nō scientia. 2. Cor. 11. Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebræo in Græcum,

LECTIO PRIMA.

SCripsit autem epist. istam contra errores quorundam, qui ex Iudaismo ad fidem Christi conuersi, uolebant seruare legalia cum euangelio, quasi non sufficeret gratia Christi ad salutē. Vnde & diuiditur in duas partes. Primo enim multipliciter commendat excellentiam Christi, ut per hoc præferat nouum testamentum ueteri: secundo agit de his per quæ membra iunguntur capiti, s. de fide, inf. 11. c. ibi. [Est autem fides.] Intendit ait ostēdere excellentiam noui ad uetus testamentum, per excellētiam Christi, quantum ad tres personas solemnes in ipso ueteri testamento contentas, s. angelos, per quos lex tradita est. Gal. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris &c. Quantum ad Moysen a quo uel per quem data est. Ioann. primo. Lex per Moysen data est. Et Deut. vl. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, cui locutus est dominus facie ad faciem &c. Quantū ad sacerdotium, per quod ministrabatur inf. 9. In priori tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consumātes &c. Vnde primo, præfert Christum angelis, secundo Moysi. 3. c. ibi. [Vnde fratres.] Sed tertio, sacerdotio ueteris testamenti. 5. c. ibi. [Omnis namq; pontifex.] Circa primum duo facit, quia primo præfert Christū angelis in isto c. Secundo concludit, qualis reuerentia exhibenda sit nobis legi, 2. c. ib. [Propter hoc abundantius.] Adhuc circa primum duo facit, quia primo excellentiam Christi ostendit: secundo probat, q̄ hoc verum sit de Christo, & sic angelos deficere ab illa excellentia, ibi [Tanto melior.] Hoc autem est in hac epistola singulare, q̄ singula verba habēt singulas sententias, & seruant ordinem suum. Excellentiam vero Christi denotat quantum ad quatuor. Primo, quantum ad proprietatem originis, vocādo eum verum Dei filium naturalē, cum dicit [Locutus est nobis in filio.] Secundo, quantū ad magnitudinem dignationis, ibi [Quem constituit hæredem vniuersorū.] Tertio, quantum ad virtutem operationis, ibi [Per quē fecit & sęculā

Universidad de Deusto Biblioteca

F cula.]Quarto quantũ ad sublimitatẽ dignitatis, ibi.[Qui cũ sit splendor gloriæ]Quia vero intendit cõmẽdare Christũ, ut hoc redũdet in nouũ testamẽtũ, per hoc præfert nouũ testamẽtum veteri. Circa autẽ vetus testamẽtũ quinque ponit: primo, modũ tradendi, quia multipharie multisque modis &c. Secundo tempus cum dicit; Olim. Tertio authorem, siue datorem, quia Deus. Quarto, quibus sit traditũ, quia patribus nostris: Quinto, qbus ministris, qa in prophetis. Dicit ergo: [Multipharie] & hoc quãtũ ad diuisionẽ, quæ attenditur quãtum ad tria. Primo quãtũ ad diuersas psonas, quia nõ uni psonę, sed pluribus, s. Abrahæ, Noe, & sic de alijs. Secundo, quantũ ad diuersa tempora, & hoc totum ad eius certitudinẽ. Vnde Matt. 20. Exijt primo mane, & circa horam tertiam &c. Itẽ quãtum ad ea, quæ ibi ostensa sunt, quia diuina. Exo. 3. Ego sum, qui sum &c. Item G euentus futuri. Sap. 8. Signa & monstra scit antequam fiãt &c. Itẽ promissiones futurorũ bonorũ, saltẽ in figura. Eccl. 3. Plurima super sensum hoĩum mõstrata sunt tibi. Item multipharie quãtũ ad diuersas figuras, quia mõ in figura leonis, mõ in figura lapidis, sicut Dan. 2. Abscisus est lapis de mõte sine manibus. Iob. 11. Et q multiplex sit lex oris eius. Sequit; Multisque modis, q refertur ad tria diuersa genera visionum, s. ad uisionẽ corporalem, sicut Dan. 5. Apparuerunt digiti quasi manus scribentis in pariete &c. Aliquando aliquibus per visionẽ imaginariã. Esa. 6. Vidi Dominum sedentem &c. Aliquibus uero apparebat per uisionem intellectualem, sicut Dauid. Psal. 118. Super senes intellexi. Vnde de istis dicitur Oseæ duodecimo. Ego visionem multiplicaui eis. Refertur etiã ad diuersos modos loquendi, qa aliquãdo plane loquebantur, aliquando uero obscure, nec est aliquis modus loquendi, quo scriptura ueteris testamenti non loquatur. H Prou. 22. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus, & scientia &c. Tertio, quia arguendo malos, alliciẽdo iustos, instruendo ignorantes. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendam &c. Secundo, tangit tempus traditionis huius doctrinæ, quod est tempus præteritum, quia [Olim,] idest nõ subito, quia tam magna erãt, quæ de Christo dicebantur, quod non poterant credi, nisi cum incremẽto temporum prius didicissent. Vnde dicit Beatus Gregorius, per successiones temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Esa. 48. Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea &c. Tertio, tangit authorem, quia, Deus, qui loquitur. Psal. octuagesimoquarto. Audiam quid loquatur in me dominus. Hic est autem, qui non mentitur. Num. 23. Nõ est Deus quasi homo, ut mentiatur. Ex his autem tribus commendat uetus testamẽtum, s. ab authoritate, quia est a Deo: a subtilitate, & a sublimitate, quia [Multipharie multisque modis.] I A firmitate, quia olim. Quarto, ostendit quibus traditũ sit, quia [Patribus.] Et ideo est nobis familiare, & acceptum. Actuũ 13. Annuntiamus uobis eam, quę ad patres nostros repromissio facta est &c. Sed 5. ostendit quibus ministris, quia non ioculatoribus, sed [In prophetis,] idest per prophetas. Roman. 1. Quod ante promiserat per prophetas. Actuum 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Deinde cum dicit [Nouissime,] Describit doctrinam noui testamenti, & ponit quinque, quorũ quatuor sunt diuersa a quatuor præmissis unum autem est idẽ utrobique. Quod enim dixerat, Multipharie multisque modis, &c. Ostendit, quia omnis multitudo ordinata ad unum debet referri. Ideo dicit, quòd licet sit modus multiplex, tamen totũ ordinatum est ad istud nouissimum. Prou. 23. In timore Domini esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consumationem enim & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. K Item illud olim in tempore expectationis, & tenebrarum, sed istud [In diebus istis,] idest tempore gratiæ. Romanor. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit &cæt. Vbi notandum est, quòd ibi dicit loquẽs, hic autem dicit locutus est, ut designet locutionem noui testamenti perfectiorem illa, quæ fuit in ueteri. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd tria requiruntur ad locutionem nostram. Primo, uerbi conceptio, quia scilicet præconcipiatur in mente id, quod ore loquendum est. Secundo, ipsius uerbi concepti expressio, qua insinuetur, quod cõceptum est. Tertio ipsius rei expressæ manifestatio, qua res expressa euidens fiat. Deus ergo loquendo primo, cõcepit, cuius conceptio vna fuit & ab æterno. Iob 32. Semel loquitur Deus, & hæc æterna, fuit filij generatio, de qua in Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Secundo, huiusmodi conceptum expressit, & hoc tripliciter. Primo, in creaturarum

diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula.

editione, cum scilicet verbum conceptum similitudo patris existens, sit etiam similitudo ad quã oẽs creaturæ factæ sũt. Gẽ. 1. Dixit Deus fiat lux &c. Secũdo, per quasdã notiones, puta, in mentibus angelorũ, in quibus species oĩum rerũ, q in verbo latebant indidit, & in mentibus hoĩum sanctorum & hoc p reuelationes sensibiles, vel intellectuales, vel imaginarias. Et iõ omnis talis manifestatio procedens a verbo æterno, locutio nuncupatur. Hiere. primo Factũ est verbum Dñi &c. Tertio, per carnis assumptionem de qua dicitur Io. 1. Verbũ caro factũ est, & vidimus gloriã eius &c. Et iõ dicit Augustinus, quòd hoc modo se habet verbũ incarnatũ, ad verbũ increatũ, sicut verbũ vocis, ad verbum cordis. Prima autẽ expressio, s. in creatione, non ordinatur ad manifestationem. Manifestum est, quòd illa expressio non potest dici locutio, & ideo nunquam dicitur quòd Deus loquatur creãdo creaturas, sed quòd cognoscatur. Romanorum primo. Inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. Secunda vero expressio, q est edictio specierum in mente Angelica, vel humana, ordinatur tantum ad cognitionem sapientiæ diuinę; & ideo potest dici locutio. Tertia vero, quæ per assumptionem carnis, ordinatur ad esse, & ad cognitionem, & ad expressam manifestationem, quia per assumptionem carnis, & verbum factus est homo, & nos in cognitionem Dei perfectam (Io. 18. Ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati) & se nobis expresse manifestauit. Baruc quarto. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Sic ergo licet Deus loquatur in nouo, & ueteri testamẽto, perfectius tamẽ nobis loquitur, quia ibi p reuelationes in mẽtibus hominũ, hic per incarnationem filij. Vetus vero testamẽtum traditũ est patribus, aspicientibus a longe, & intuentibus Deum procul: istud autem nobis, s. Apostolis, qui vidimus, eum in propria persona. primę Io. 1. Qui audiuimus, vidimus oculis nostris, & manus nostræ contractauerunt de uerbo uitæ. Deu. 5. Non cum patribus nostris inijt pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus & uidimus, & facie ad faciem locutus est nobis. Vnde patet, quod illa locutio fuit promissio Gal. 3. Abrahæ dictę sunt repromissiones. Ista est exhibitio. Io. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Item ibi locutus est in Prophetis, hic in filio, qui est Dominus prophetarum. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse nobis narrauit. Sed nunquid omnes, per quos loquitur Deus sunt prophetæ? Ad quod dicendum est, quod quinque requiruntur ad hoc, quod aliquis sit verus propheta. Primum est, reuelatio eorum quæ excedunt humanam cognitionem, alias non dicitur propheta, sed sapiẽs, sicut Salomon, cuius mens illuminata est ad ea, quæ sunt secundum rationem humanam. Vnde nec a Iudæis propheta dicitur, sed sapiens. Secundum, est intelligentia reuelatorum, alias nisi reuelata intelligerentur, non esset propheta. Dan. 6. Intelligentia opus est in uisibile, & inde est, quòd Nabucdonosor reuelationem sibi factam non intelligens, propheta non dicitur, sed Daniel, qui eam intellexit. Tertium est quod propheta in rebus uisis, quibus alienatur, non detineatur tanquam ipsis rebus, sed tanquam in figuris, aliàs non esset propheta, sed freneticus, qui imaginata apprehendit, ut ipsas res. Hier. 23. Qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem meum, narret sermonem meum. Quartum est, ut cum certitudine reuelata percipiat, quasi per demonstrationem scientiæ, aliàs esset somnium & non prophetia. Esa. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem, non contradico, retrorsum non abij. Quintum est, ut adsit uoluntas adnunciandi, quæ reuelata sunt, unde & Dan. a quibusdam dicitur, quòd non est propheta, quia non accipit reuelata per modum enunciabilem, unde non dicitur, quòd factum est uerbum Domini ad Danielem, sicut de alijs prophetis dicitur Hier. 20. Factum est uerbum Domini mihi in opprobrium, & in derisum tota die & dixi. Non recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius, & factus est in corde meo sicut ignis æstuans. Sed rursus queritur: quare dicit in prophetis, cũ potius debuisset dicere per prophetas? Ad hoc dicẽdũ est, quòd hoc fecit, ut excluderet quorundam errorem, primo quidẽ errorẽ Porphyrij dicentis, quòd prophetæ ea quæ dixerũt, fingendo, non ex spiritu sancto dixerunt, & cõtra hoc dixit. In prophetis, quasi non ipsi locuti sunt ex se, sed Deus locutus est in eis. 2. Pet. 1. Non enim uoluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei

A Dei homines. Secundo, ad excludendum errorem quorundam dicẽtium, prophetiam esse quid naturale, & haberi per naturalem dispositionem, sicut cum aliquis melancolicus est adeo fortis imaginationis, quòd imaginata apprehendat vt certa, & res ipsas & ideo dicit; [Locutus est in prophetis, quasi dicat, Non habetur prophetia per modum naturalis dispositionis & passionis, sed per locutionem internam a Deo Io. 3. Spiritus vbi vult spirat. Tertio, contra errorem dicentium haberi prophetiam per modum habitus sicut scientia, vt s. quandocunque vult prophetet, quòd non est verum, cum p phetiæ spiritus non adsit prophetis semper, sed cum eorum mens illustratur diuinitus. Vnde 4. Reg. 4. dicit Heliseus. Anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, & ideo dicit; [In prophetis.] Quasi dicat, non quod habeatur ab omnibus, & semper, vt habitus, sed in illis, in quibus placet Deo loqui. Quarto, ad excludendum errorem Priscillæ, & Montani, dicentium prophetas non intelligere ea quę dicebant, quod non est verum. B Vnde dicitur Agge. 1. Factum est verbum Domini in manu Aggei prophetæ, in manu, i. in potestate. Et 1. Corin. 14. Spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt. Et ideo dicit; [In prophetis,] i. in intellectu, & potestate prophetarum. Sic ergo patet Christi proprietas, qa filius est naturalis. Io. 14. Pater in me est, & ego in patre. Sed nunquid est de illis filijs, de quibus dicitur in psal. 81. Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes? Absit, quia illi dicuntur filij cum uniuersitate, iste est constitutus hæres, & Dominus vniuersorum. Numquid est de illis filijs de quib. dicitur Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Nõ quidem, quia illi dicuntur facti filij, iste vero est filius, per quem fecit & sęcula. Numquid est de illis filijs qui gloriantur in spe gloriæ filiorum Dei? Roma. 5. Non quidem, quia illi sunt filij per spem gloriæ Dei, quam habent, iste vero ipsius gloriæ splendor. Alij dicuntur filij, quia facti ad imaginẽ huius filij. Ro. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij eius, iste aũt C est ipsa imago, & figura substantiæ eius. Alij dicuntur filij, vt in se uerbum Dei continentes, secundum illud Philip. 2. Vt sint sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauę, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes. Iste autem filius portat omnia, uerbo uirtutis suæ. Ergo patet Christi excellentia quantum ad proprietatem originis, & diffuse quantum ad alios filios Dei, per quod ostenditur eminentia noui testamenti ad vetus. Sed tamen vtrobique dicit; [Locutus est, uel loquens] & denotat eundem esse actorem ueteris & noui testamenti contra Manicheum. Ephe. 2. Per ipsum habemus accessum, ambo in uno spiritu &c. Rom. 3. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Item, illud fuit traditum patribus nostris, sed istud; [Nobis,] idest Apostolis, qui Christum in propria persona vidimus. Deuter. 5. Non cum patribus nostris iniuit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & uidimus. D Item, illud per prophetas, sed istud; [In filio,] idest per filium, q est Dominus prophetarum. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ista occasione Apostolus introducit eum esse filium. Consequenter ostendit magnitudinem dominationis Christi, cum dicit; [Quem constituit hæredem,] quia ut dicitur Galath. 4. Si filius & hæres per Deum. In Christo autem sũt duæ naturæ, s. diuina & humana. Secundum ergo, q est filius naturalis, non est constitutus hæres, sed est naturalis: sed inquantũ homo, factus est filius Dei. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Et secundum hoc, est constitutus hæres vniuersorum, sicut verus filius patris. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Et hoc quantum ad totam creaturam in qua accepit dominationem. Item, non tantum quo ad unum genus hominum, sed; [Vniuersorum,] s. tam Iudæorum, quàm Gẽtium, psal. 2. Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuã &c. [Quem constituit heredem uniuersorum.] ostensa excellentia Christi quantum ad proprietatem originis, hic osten- E dit excellentiam eius quantum ad maiestatem dominij, & quidem congrue coniungit, locutus est in filio, & cõstitutus est hæres, quia si filij & hæredes. Ro. 8. Sciendum est autem, quod in Christo sunt duę naturæ, diuina. s. & humana, sed secundum diuinam naturam, sicut non est constitutus filius cum sit filius naturalis ab æterno, ita nec est constitutus hæres, sed ab eterno est hæres naturalis. Secundum vero naturam humanam, sicut est factus filius Dei. Ro. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ita & factus est hæres uniuersorum. Et quantum ad hoc dicit; [Quem constituit hæredem,] idest Dominum uniuersorum. Matth. 21. Hic est hæres, venite & occidamus eum. Mich. 1. Adhuc hæredem adducam tibi, qui habitas in Maresa, vsque ad Odollam, ueniet gloria Israel. Et quidem secundum diuinam naturam competit Christo, quòd sit hæres genitus, & Dominus. Et primo quidem, quia ipse est Dei uirtus, & Dei sapientia. 1. Cor. 1. Per quem pater omnia facit. Et ideo si pater dicitur Dominus omniũ, ratione creationis, similiter & filius, per quem omnia producunt in esse, dominus est. Prou. 8. Cũ eo eram cuncta componens. Secundo, quia filius est patris sapientia, qua omnia gubernat. Sapien. 8. Dicitur de sapientia. Attingit a fine usque ad finem &c. Si ergo pater dicitur Dominus ratione gubernationis. Sap. 13. Tu autem pater gubernas omnia &c. Et filio competit dominium. Item pater est dominus, in quantum ad ipsum omnia ordinantur, sicut ad primum principium, & finem omnium, similiter & filius, qui est Dei sapientia, præcedens omnia, dominus est. Ecclesias. 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Sapien. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Secundum humanam uero naturam competit etiam Christo, quòd sit constitutus hæres, & dominus vniuersorum. Primo quidem ratione vnionis, ex hoc scilicet ipso, quòd assumptus est homo ille in persona filij Dei. Act. 3. Hunc Deus, dominum saluatorem constituit. Ephe. 1. Constituit eum super omnem principatum, & potestatem &cæt. Secundo, ratione potestatis, quia omnia ei obediunt, & seruiunt. Matthæi vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo &c. Tertio, ratione subiectionis, Philip. 2. In nomine Iesu omne genuflectatur &c. Sed dicit vniuersorum, quod refertur ad totius naturæ vniuersitatem, in qua accepit dominiũ, secundum illud psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item, refertur ad omne genus hominum, vt sit sensus. Vniuersorum, idest, tam iudæorum, quam etiam omnium aliorum hominum, secundum illud psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &cæt. Et de hoc dicitur Hester 13. Dominus omnium tu es. Consequenter cum dicit [Per quem fecit & sæcula.] Ostendit virtutem operationis Christi, quare sit constitutus hæres uniuersorum, non quòd ipse sit factus in tempore, & hoc meruerit merito bonæ vitæ, sicut dicit Fotinus, sed quòd æque omnia facta sunt per ipsum, sicut & per patrem. Per ipsum enim fecit pater sæcula. Sed sciẽdum est, quòd ista præpositio. Per, denotat causam actus. Sed hoc est dupliciter. Vno modo, quia est causa factionis ex parte facientis, vt cum scilicet causale cui adiungitur, est causa actionis, secundum quod exit ab agente. Semper enim factio, est medium inter faciens & factum. Potest ergo denotare circa agens causam finalem, vt artifex operatur per lucrum. Aliquando vero causam formalem, vt ignis calefacit per calorem. Aliquando vero causam efficientem, vt bailiuus operatur per regem. Nullo istorum modorum, est filius causa patris quòd per illum operetur, sicut nec quòd ab ipso sit. Aliquando vero causale est causa actionis, secundum quòd terminatur ad factum, vt artifex operatur per martellum. Martellus enim non est causa artificis, quòd agat, sed est causa artificiato, quòd ab artifice procedat, vt ferro, quòd recipiat operationem ab artifice, sic filius est causa facti, & pater operatur per filium. Sed nunquid filius est minor patre? Videtur quòd sic, quia illud, quòd est causa facti, vt fiat, videtur habere rationem instrumenti. Sed ad hoc dicendum est, quòd si non esset eadem virtus numero in filio & patre, & eadem operatio, teneret obiectio. Nunc ergo eadem est virtus & operatio patris & filij, sicut & eadem natura, & esse, dicitur pater per eum facere sæcula, quia genuit eum operantem sæcula. Ioann. 6. Quæcumque pater facit, & filius facit.

Sæculum dicitur spatium rei tẽporalis. Sæcula ergo sunt successiones temporum: non ergo fecit tantum tempora sempiterna, secundum quòd Philosophi aliqui dixerunt Deum tantum fecisse sempiternũ, & angelos creasse temporalia, sed etiam fecit tẽporalia, quæ vocat hic sæcula. inf. 11. Fide intelligimus aptata esse sæcula Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. In hoc ergo remouet errorem Manichei dupliciter. Primo, in hoc, quòd dicit eum actorem veteris testamenti: secundo, quòd dicit ipsum fecisse temporalia.

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Svperius ostendit Apostolus Christi excellentiam, quantum ad originis proprietatem, quantum ad dominij maiestatem, & quãtum ad operationis virtutem: hic autem ostendit eius excellentiam, quantum ad gloriæ, & dignitatis sublimitatem. Et pars ista diuiditur in duas. Primo enim ostẽdit Christum esse idoneum ad dignitatem istam. Secundo, ponit ipsam dignitatem, ibi. [Sedet ad dexteram.] Idoneitatem, vero ostendit ex duobus, quæ reddunt aliquem idoneum ad aliquid magnum, vnum est facilitas administrandi, aliud est industria & strenuitas exequendi. Primo ergo ostendit eius facilitatem, secundo, eius strenuitatem, ibi. [Purgationem peccatorum faciens.] Circa primum sciendum est, quòd tria requiruntur, quæ faciunt facilitatem ad dignitatem aliquam ministrandam. Primum quidem sapientia, ne erret gubernando. Ecclesiast. 10. Est & malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens a facie principis positum stultum in dignitate sublimi. Prouerb. 8. Per me reges regnant.

Secundum est generis prosapia, ne contemnatur præcipiendo. Prouerb. vlt. Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terræ.

Tertium, virtutis potentia in exequendo. Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute erumpere iniquitates. Et quantum ad ista tria, Apostolus ostendit in Christo facilitatem ad dignitatem prædictam. Primo, quia non solum est sapiens, sed etiam ipsa sapientia. Vnde dicit [Cum sit splendor gloriæ.] Secundo, quia non solum est nobilis, sed est ipsa nobilitas; quia est [Figura substantiæ eius.] Tertio, quia non solum est potens, sed est ipsa potentia [Portans omnia verbo &c.] Tria autẽ sunt, vt supra dictum est, quæ faciunt hominem idoneum, vt magnã dignitatem assequatur. Primum est sapientiæ claritas. Prouerb. 3. Gloriam sapientes possidebunt. Et ideo ostendit Christi sapiẽtiam, dicens, [Qui cum sit splendor gloriæ,] Vbi est considerandum, quòd secundum Ambrosium, gloria est clara cum laude notitia, quasi quædam manifesta notitia, quæ de bonitate alicuius habetur. Sed sicut dicitur Matt. decimonono, Nemo bonus, nisi solus Deus. Et etiam. Lu. 18. Vnde ipse est bonitas antonomasice, & per essentiam. Alia vero bona per participationem, & ita soli Deo conuenit gloria antonomasice. Esa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. 1. Timot. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor & gloria. Cognitio ergo diuinæ bonitatis excellenter & antonomasice dicitur gloria, idest clara cum laude notitia bonitatis diuinæ. Ista aliqualiter habetur ab homine: quia nunc cognosco ex parte. 1. Cor. 13. Sed habetur excellentius ab angelis: sed a solo Deo perfecte Deum nemo vidit unquam. Io. 1. Verum est, nec angeli comprehensiue, sed ipse solus seipsum comprehẽdit. Ergo sola cognitio Dei de seipso perfecte dicitur gloria, quia perfectam notitiam hẽt, & clarissimam de seipso. Quoniam autem splendor est illud, quod a fulgente primo emittitur. Sapientia est quiddã fulgens. Eccl. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Inde est, quòd prima conceptio sapientiæ est quasi quidam splendor. Verbum ergo patris, quod est quidam conceptus intellectus eius, est splendor sapientiæ, qua se cognoscit. Et ideo Apostolus filium uocat splendorem gloriæ, idest diuinæ claræ notitiæ. In quo ostendit ipsum non solum sapientem, sed sapientiam genitam. Esai. 62. Donec egrediatur, vt splendor iustus eius &c. Secundum, quod facit hominem idoneum ad magnam dignitatem, est generis nobilitas. Et hoc ostendit esse in Christo, quia dicit, quòd est, [Figura substantiæ eius.] Decet enim cum sapientia, esse nobilitatem in principe. Deut. 1. Tuliq; de tribubus vestris sapientes, & nobiles, & constitui eos principes &c. Figura hic ponitur pro charactere, uel imagine, quasi dicat, imago substantiæ. Sciendum tamen, quòd licet imago dicat similitudinem, non tamen quælibet similitudo est imago. Albedo enim in pariete non est imago albedinis meæ, sed imago, & similitudo in specie. Illud ergo proprie dicitur esse imago alicuius, quod habet similitudinem speciei eius, vel expressum signum speciei. Inter accidentia uero, nihil ita est expressum signum, sicut speciei est figura. Vnde, qui describit figuram animalis, describit imaginem eius. Filius ergo, qui est imago inuisibilis Dei, Colossenses primo, proprie dicitur figura. Sed cuius? [Substantiæ eius.] Imago enim alicuius est multiplex. Aliquando enim est signum representans speciem, in nullo cum ipsa conueniens, sicut imago hominis

LECTIO II.

Qvi cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia uerbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

F in pariete, quæ in nullo habet veram speciem hominis. Aliquando vero assimilatur ei in specie, non tantum in repræsentando, sed etiam in essendo, sicut filius est imago uera patris. Genes. 5. Adam genuit filium ad imaginem suam, idest in natura speciei, & ideo addit substantiæ eius, quia secũdum Augustinum, Filius dicitur imago patris, quia est eiusdem naturæ cum ipso. Dicit ergo, q est figura substantiæ. Sed quare non dicit, quòd est figura naturæ? Quia possibile est, quòd natura speciei multiplicetur ad multitudinem indiuiduorum in compositis ex materia & forma. Vnde filius Sortis non habet eandem naturam numero cum patre suo. Substantia vero nũquam multiplicatur. Non enim alia est substantia patris, alia filij. Nec enim diuiditur secundum diuersa indiuidua. Quia ergo una, & eadem est numero natura in patre, & filio Dei, ideo non dicit naturæ, quæ diuiditur, sed substantiæ indiuisibilis. Ioan. 10. Ego & pater, vnum sumus, & 14. Ego in patre, & pater in me est. Tertium, quod facit hominem idoneum, est virtus & potestas. Vnde Eccl. 7. Noli quærere esse iudex, nisi valeas virtute erumpere iniquitates. Et ideo ostendit virtutem, cum dicit; [Portansque omnia verbo virtutis suæ. Proprium autem principum, & potentum est portare. Iob. 9. Sub quo curuantur, qui portant orbem. Ipse ergo portat, sed videndum est quid portat, & quo, vel per quid. [Quantum ad primum, sciendum est, quòd id, quod de se nec stare, nec ambulare potest, indiget portari. Omnis autem creatura de se, nec subsistere, nec operari potest, primum patet, quia remota causa, remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantiæ, quia non minus est causa substantiæ rerum ad fieri, quàm domificator est causa fieri domus, inde licet ad absentiam domificatoris cessat fieri domus: & ad absentiam Solis cessat, fieri & esse luminis, in aere. Ita ad subtractionem virtutis diuinæ cessat, & esse, & fieri, & subsistere omnis creaturæ. Portat ergo omnia quãtum ad suum esse. Portat etiam omnia quantum ad operari: quia subtracta influentia, eius, cessat omnis motio causarum secundarum, cum ipse sit causa prima: & causa prima plus influit, quàm secunda. Iob. 38. Super quo bases illius solidatæ sunt. Sic ergo patet, quòd omnia portat. Sed per quod portat? Verbo virtutis suæ. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum dixit, quòd Deus omnia fecit per filium: quia scilicet, dixerat, per quem fecit, & sæcula.

Ille autem per quem aliquis operatur, nõ videtur virtute sua operari, sed virtute eius, qui per eum operatur: sicut bailiuus per quẽ Rex operatur, non operatur uirtute propria. Ergo per hoc videtur, quòd filius non operetur virtute propria. Ideo dicit Apostolus, quòd portat; [Verbo virtutis suæ,] quia cum idem sit causa essendi, & conseruandi, cum dicit, quòd filius virtute sua est causa conseruationis, ostendit, quod etiam est causa essendi. Sed nunquid non virtute patris? Vtique, & eius virtute, quia eadem est virtus vtriusque.

Operatur ergo, & virtute propria, & virtute patris, quia virtutem suam habet a patre: nec tamen dicit Apostolus virtute sua, sed verbo uirtutis suæ: ad ostendendum, quòd sicut pater omnia per verbum produxit. Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt, & cætera. In quo ostenditur maxima virtus patris: ita filius eodem verbo, quod est ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam virtutis suæ, quia eandem habet cum patre, quia eadem operatur, & per idemsque ille. Sed tunc est dubium: quia pater cum dicit, producit verbũ. Ergo filius, cum dicit, produceret verbum, & sic verbum patris esset verbum filij. Et ad hoc dicunt Græci, quòd sicut filius est imago patris, ita Spiritus sanctus est imago filij. Et sic exponit Basilius, Portans verbo virtutis suæ, i. spiritu sancto. Nam sicut filius est verbum filij. Et iõ per ipsum facit filius, sicut per filium pater. Verumtamen proprie loquendo, verbum non dicitur, nisi quod procedit, vt conceptus ab intellectu, ad q sequitur procedere in similitudinẽ spẽi. Spiritus aũt sanctus, & si sit similis, nõ tñ habet hoc ex modo suæ processionis: quia non procedit vt conceptus ab intellectu, sed vt amor à voluntate. Aliter autem exponit Glosa. [Verbo virtutis suæ,] i. imperio suo. Sed hic adhuc est dubium de isto verbo quid sit, quia imperium hominis, vel est exterius per vocem prolatũ, & hoc non potest dici in diuinis, quia nihil est extrinsecũ a natura diuina, pcedens a filio, per q omnia portẽtur, vel illud imperium est interius in corde conceptum, sed nec ẽt hoc potest stare, quia nihil in mente Dei concipitur, nisi verbum eternum. Ergo si illud imperium sic conceptum in mente filij, esset verbũ eternũ, & sic essent duo verba eterna, quod nephas est dicere. Iõ ad argũ est dicen-

dicendum, sicut exponit Aug. illud Ioann. 12. Sermo quem locutus sum ille indicabit eum, idest ipse ego, qui sum verum patris indicabo eum. Et similiter in proposito, verbum virtutis suę, idest seipso, qui est verbum virtuosum. Per ista ergo tria, ostendit tria de Christo. Per hoc enim, quòd est splendor, ostendit eius coęternitatem cum patre. In creaturis enim splendor est coæuus, sed ille est coæternus. Et hoc est contra Arriũ. Sed cum dicit imago substantiæ eius, consubstantialitatem. Quia enim splendor non est eiusdem naturæ cum resplendente, ne forte aliquis credat, quod non sit similis in natura, dicit quòd est imago, vel figura substantię. Sed quia filius & si sit eiusdem naturæ cum patre, si tamen sit infirmus, deficit a virtute patris. Ideo subdit. Portans omnia verbo virtutis suæ Apostolus ergo in his tribus commendat Christum a tribus, scilicet a coæternitate, à consubstantialitate, & ad æqualitate potestatis. Deinde cum dicit? [Purgationem peccatorum faciens,] ostendit secundum, quod facit ad idoneitatem dignitatis eius, scilicet strenuitas, & industria, quam habuit in operando. Fuit. n. hoc magnæ industriæ, vt quod ei cõpetebat ex natura qua Deus est, ipse meruerit per passionem in natura assumpta. Vnde Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, propter q & Deus exaltauit illum. Purgare ergo peccata & si conueniat ei ex natura diuina, tamen conuenit ei etiam ex merito passionis. Vnde Eccl. 47. Christus purgauit peccata eius, & exaltauit in æternum cornu eius &c. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suũ a peccatis eorum.

Conuenit etiam Christo purgare, ratione diuinæ naturæ: & ratione proprietatis filij: ratione diuinæ naturæ, quia culpa, seu peccatum, proprie est malum rationalis creaturæ, hoc autem malum, siue peccatum nõ potest reparari nisi per Deum. Nam peccatum in voluntate consistit, voluntatem aũt solus Deus potest mouere. Hier. 12. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud: Ego Dominus &c. Et huiusmodi ratio est, quia quod est immediatius fini, non reducitur ad ipsum finem, nisi a prima causa agente. Voluntas autem est ultimi finis, quia, s. ad fruendum Deo, & ideo à Deo tantũ mouetur, & reducitur. Cum ergo Christus sit uerus Deus, manifestum est, quod purgationem peccatorum facere potest. Esa. 42. Ego sum qui deleo iniquitates uestras propter me &c. Mat. 9. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus Ratione uero proprietatis competit etiam Christo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod in peccato primo quidem est transgressio legis æternæ, & iuris diuini, cum omne peccatũ sit iniquitas, quæ est transgressio legis. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Cum ergo lex æterna & ius diuinum sitã uerbo æterno, manifestum quod ad Christum competit purgatio peccatorum, inquantum est uerbum Psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Secundo, est in peccato, amissio luminis rationis, & per consequens sapientię Dei in homine, cum huiusmodi lumen sit participatio quędã diuinæ sapientiæ. Baruc. 4. Et quia non habuerunt sapientiã, ideo perierunt. Prou. 14. Errant omnes, qui operantur malũ, & secundum Philosophum, omnis malus est ignorans. Rectificatio autem ad diuinam sapientiam, competit ei qui est diuina sapiẽtia. Hic autem est Christus 1. Cor. 1. prædicamus Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sap. 9. Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi Domine à principio. Tertio, in peccato est deformatio similitudinis Dei in homine: Pro. 2. Cor. 2. Cor stultorum dissimile erit: Vnde dicitur. Luc. 14. De filio prodigo, quod abijt in regionẽ lõginquam. Et ideo competit huiusmodi deformationi rectificari per filium, qui est imago patris. 1. Cor. 14. Sicut portauimus imaginem terreni portemus imaginem cœlestis. Quarto, amissio ęterne hęreditatis in cuius signum homo post peccatũ exclusus est a paradiso. Gen. 3. Separatio aũt ad hoc proprie conuenit filio, qui est hæres. Rom. 8. Si filij, & hæredes. Gal. 4. Misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum Dei reciperemus. Sic ergo patet, quòd Christo competit purgare peccata & ratione humanæ naturæ, & ratione diuinæ. Sed quomodo fecit purgationẽ peccatorum? Ex hoc patet. In peccato enim primo est peruersitas voluntatis, qua homo recedit a bono incommutabili, & ad hanc rectificandã exhibuit Christus gratiã ipsius. Secundo, est macula relicta in anima ex peruersitate voluntatis, & ad hanc lauandam præbuit sanguinem suum. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a pec-

A catis &c. Tertio, est reatus pęnæ, cui homo adiudicatur ex culpa, & ad satisfaciendum per hanc obtulit semetipsum Deo hostiam, in ara Crucis. Ephes. 4. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Quarto seruitur diabo. cui homo efficitur obnoxius peccando, quia qui facit peccatum, seruus est peccati, & ad eripiẽdum nos ab hac redemit nos. Psal. 30. Redemisti me domine Deus veritatis. Consequenter cum dicit;

LECTIO III.

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius prę illis nomẽ hęreditauit. Cui .n. dixit aliquando angelorũ filius meus es tu, ego hodie gẽui te? Et rursũ, Ego ero illi in pa-

[Sedet ad dexteram.] Subiungit ipsam dignitatem. Quasi dicat, Non videtur indecens si sedet &c. Quia ipse est splendor. & figura & portat omnia &c. In verbo autem sessionis tria solent importari. Vnum est sedentis authoritas Iob. 29. Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu &c. In diuina autem curia multi
B assistunt, quia Dan. 7. Millia milium ministrabant ei, & decies cẽtena millia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere. Quia omnes sunt ibi serui ministri. infra eodem, Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi. Sed solus iste habet regiam dignitatem. Dan. 7. Et vsque ad antiquum dierum venit. Et postea sequitur. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum &c, Matt. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et post sequitur, Tunc dicet rex his &c. Secundum, est sedentis stabilitas. Luc. vlt. Sedete in ciuitate &c. Daniel 7. Potestas eius, potestas æterna, & infra decimotertio. Christus Iesus heri & hodie, ipse in sæcula. Item aliquando sedere importat humilitatẽ, quia sedens inferior est stantibus. Psalm. 138. Tu cognouisti sessionem meam. Et sic non accipitur hic, sed primis duobus modis, sed contra. Act. 7. Ecce video cęlos apertos, & Iesum stantem &c. Et dicẽdum est, q sedere & stare, & huiusmodi dispositiones
C de Deo dicuntur, secundum similitudinem. Et ideo secundum diuersa, dicitur & sedens, & stans. Sedens quidem propter immobilitatem, sed stans propter vtilitatem ad fortiter resistendum. Vnde stabat quasi paratus iuuare Stephanum, in agone constitutũ. Sed addit Apostolus, quòd; [Sedet ad dexteram, idest ad æqualitatem patris. Si vero ad humanam, est sensus ad dexteram, i. in potioribus bonis patris. Marc. vl. Sedet à dextris Dei. Psal. 109. & Matt. 22. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Sed inter eos, qui habent assessores, quidam sunt simpliciter maiores, ut rex uel imperator, quidam uero non simpliciter maiores, sed secundum quid, ut præpositi, uel bailiui. Sed Christus nõ sedet ad dexteram alicuius inferiorum iudicum, sicut alicuius præpositi, vt bailiui, sed simpliciter maioris, quia; [Ad dexteram maiestatis.] Maiestas proprie est summa potestas. Esa. 6. Plena erat omnis terrra maiestate eius. Prouerb. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Christus autem & si sic sedeat ad dexteram maiestatis, habet tamen & ipse maiestatem, qui
D habet eandem cum patre. Mat. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua. Luc. 9. Hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua & patris. Dicit etiam non solum maiestatis, sed etiam, [In excelsis.] i. super omnem creaturam. Eccl. 24. Ego in altissimis habito. Sic ergo sedet in excelsis, quia eleuatus est super omnem creaturam. Psal. 8. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cęlos. Et secundum quod dicit Chrysost. Apost. in loco isto tenet modum uolentis instruere paruulum, qui non statim proponit ei summa, sed paulatim perducit eum, modo loquendo ardua, modo proponendo infima, ita etiam modo proponit diuina cum dicit; [In filio,] modo humana, cum dicit [Quẽ constituit hæredem &c.] Et sic de alijs ut patet in Glo.

LECTIO III.

E Sicut supra dictum est, Apost. in toto capit. intendit præferre Christum angelis quantum ad excellentiam, unde posuit quatuor pertinentia ad excellentiam Christi, scilicet quantum ad originem: quia [Filius;] quantum ad dominationem quia: Hæres: quantum ad operationem, quia: [Ipse fecit sæcula. [quãtum ad honorem, quia; Sedet ad dexteram maiestatis.] Modo Apostolus in parte ista ostendit, quòd Christus quantum ad ista quatuor excedit angelos: & primo quantum ad filiationem: secundo, quantum ad dominationem, ibi; [Et cum iterum introducit.] tertio quantum ad operationem creationis, ibi. [Et tu in principio dñe terram fundasti.] quarto, quantum ad patris confessionem, ibi; [Ad quem aũt angelorum.] Circa primum duo facit quia primo præmittit intentũ: secundo, propositũ probat, ibi, [Cui. n. dixit.] Dicit ergo; [Tanto melior angelis]-i. sanctior, & ideo propinquior, in quo proponit excellentiam Christi ad angelos [illegible] cum ad dexteram suam in celesti-

bus

Universidad de Deusto Biblioteca

bus super omnem principatum & potestatem. Sed tunc oritur quæstio: quõ Apostolus hoc intelligit, vtrum secundum diuinã naturam, vel humanam: quia secundum diuinam non vr̃ verũ, quia secundum illam genitus est, non factus: secundum vero humanum non est melior angelis, vt inf. 2. c. Eum aũt, qui modico, q̃ angelum &c. Sed dicendum est, q; Christus secundum humanã naturam duo habuit inuita ista, s. infirmitatem carnis, & sic fuit minoratus ab angelis inf. 2. c. Eum qui modico &c. Item habuit gratiæ plenitudinem, & sic ẽt in humanitate maior fuit angelis in gratia, & gloria. Io. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à patre, ple. gra. & ve. Sed hic non est intellectus. Apost. enim non intelligit, q; melior fuerit quantum ad gratiam: sed pp vnionem humanæ naturæ ad diuinã; & sic dr̃ factus, inquantum per illius vnionis factionem peruenit ad hoc, q; esset melior angelis, & diceretur & esset filius Dei. Et ideo subdit, [Quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Et quantum ad hoc nomen, ostendit dr̃iam quantum ad tria .s. quantum ad nominis significationem, quia proprium nomen angelorum est, q; dñr angeli, quod est nomen ministri. Angelus enim idem est, quod nuntius. Nomen aũt proprium Christi est, q; dr̃ filius Dei: & hoc nomen est valde differentius ab illo, quia quãtamcunque dr̃iam ponis, adhuc est maiorem dare, cum distent in infinitum. Prou. 30. Quod nomen eius? & quod nomen filij eius si nosti? Est. n. nomen filij eius sicut & patris, incõprehẽsibile. Philipp. 2. Et dedit illi nomen, quod est super oẽ nomen. Sed forte dices, q; etiam angeli dicuntur filij Dei. Iob. 1. & 2. Cũ assisterent filij Dei coram domino &c. Dicendum est, q; si dicuntur filij Dei, hoc non est essentialiter & per naturam, sed per q̃dam participationem. Ipse aũt est essentialiter filius Dei, & ideo habet nomen differentius præ illis, & hoc est secũdum: quia differunt quantum ad modum. Psal. 88. Quis est similis Deo in filijs Dei? q. d. Nullus per naturam. Quantum ad tertium dicit, q; illud nomen hæreditauit. Hæreditas enim consequitur originẽ. Vnde Christus, q; filius sit, habet ex origine, & per naturam: angeli autem ex dono gratiæ. Mat. 21. Hic est hæres. Vnde ipse nomen hæreditauit, non autem angeli, & hæc est tertia differentia. Deinde cum dicit: [Cui enim dixit aliquando angelorum] probat, quod dixit, & primo agit de nomine secundum quòd conuenit Christo secundum diuinitatem: secundo, secundum humanitatem, ibi; [Et rursus, Ego ero &c.] Quantum ad primum inducit authoritatem. Psal. 2. Dominus dixit à me &c. Et hoc est, Cui enim angelorum &c.] Quasi dicat, Nulli angelorum dicta sunt hæc verba, sed tantum Christo. Vbi tria possunt notari. Primo, modus originis in verbo, Dixit. Secũdo, singularitas filiationis, ibi; [Filius meus es tu.] Tertio, eius authoritas, ibi; [Ego hodie.] Modus iste nõ est carnalis, sed sp̃ualis & intellectualis. Deus enim spiritus est. Io. 4. Et ideo non generat carnaliter, sed spiritualiter, & intellectualiter. Intellectus autem dicendo, generat verbum, quod est conceptus eius, & ideo signanter dixit, quòd dominus dixit à me, idest pater dixit filio. Dicere ergo intellectus patris, nihil aliud est, quàm in corde uerbum concipere. Psalm. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Iob 22. Semel loquitur & secundo idipsum non repetit. Eccles. 24. Ego ex ore altissimi prodij. Sed quantum ad secundum, generatio ista est singularis, quia dicit; [Filius meus es tu.] Quasi dicat. Et si multi alij filij dicuntur, tamen esse filium naturalem est sibi propriũ: alij autem dicuntur filij Dei, quia sunt participes uerbi Dei. Ioan. decimo. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, sed Christus est ipsum verbum. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus.

trem, & ipse erit mihi in filiũ? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidẽ dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammam ignis.

Sed quantũ ad tertium, ista generatio non est tpalis, sed æterna, quia hodie genui te. Differt autẽ tempus ab æternitate, quia tempus variatur sicut motus, cuius mensura est in uariatione & successione. Et ideo nominatur per successionem præteriti, & futuri. Aeternitas autem est mensura rei immobilis, & ideo nõ est ibi uariatio per successionem, sed semper est præsens: & ideo notatur per aduerbium præsentis temporis, s. hodie, i. in æternitate. Verum quia illud quod fit, quia nondum est, incompletum per consequens est, quod autem factum est, completum est, & ita perfectum: ideo non dicit genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione, & per consequens in defectione, addit hodie & coniungit præsenti præteritum, s. hodie & genui, ut scias ipsam generationem semper esse, & perfectam esse, & sic in hodie permanentia, in genui uero perfectio designatur: ut sit sensus: perfectus es filij, & tamen generatio tua æterna est, & semper à me generaris: sicut lumen in aere perfectum est, & tñ semper procedit à sole. Mich. 5. Egressus eius à principio à dieb. æternitatis. Ps. Ex vtero ante luciferum genui te. Potest ẽt hoc exponi de generatione tpali, vt dicat hodie, i. in tpe genui te. Consequenter cum dicit; [Et rursus, ego ero illi in patrẽ &c.] Propositum ostendit, secundum quod conuenit Christo, secundum humilitatem, & hoc p aliam authoritatem, secundum Gl. istud dr̃ in Esa. Ego ero illi in patrem. Sed tñ non inuenitur aliquid huic simile in Esaia, nisi illud. Et filius datus est nobis. Sed 2. Reg. 7. & 1. Paral. 28. Habentur ista eadem uerba Domini dicentis ad Dauid de Salomone, per quem figurabat Christus. Sciendum est aũt, q; in ueteri testõ quædam dicuntur de eo quod est figura, non inquantum quædam res sed inquantum est figura, & tunc non exponitur de illo, nisi inquantum refertur ad figuratum. Verbi gratia in psal. 71. quædam dicitur de Dauid, uel de Salomone, inquantum figurabant Christum tãtum: quædam uero etiam secundum q; sunt homines quidam: & istorum dicta de ipsis possunt exponi & de Christo: sicut illum, Deus iudicium tuum regi da: quia illud potest conuenire Salomoni. Illa uero quæ dicuntur de ipsis inquantum sunt figura, nunquam de ipsis possunt exponi, sicut illud, Et dominabitur a mari usque ad mare &c. Quia nullo modo uerificari potest de Salomone. Sic & in proposito, licet ista dicta sint de Salomone, tñ pñt exponi de Christo qui præfigurabatur per illum. Dicit ergo; [Ero,] quod est futuri tpis, ad denotandum, q; incarnatio filii futura erat in tpe. Gal. 4. At ubi uenit plenitudo temporis &c. Supra uero cum loquebat de æterna generatione, dixit; [Es tu,] quasi sine motu: hic autem cum loquitur de temporali, dicit, in filium: quod denotat terminum alicuius motionis. Assumptio enim importat motum in filiationem. Et quia omnis motio fit per operationem alicuius terminatam ad aliquem effectum, ideo primo ponit operationem facientis, quia non uirtute humanitatis facta est assumptio, sed diuinitatis, cum dicit; [Ego ero illi in patrẽ,] i. assumam eum ad unionem personæ filij. Et subiungit effectum consequentum, quia scilicet est susceptus in unitatem personalem filij [Et ipse erit mihi in filium.] De primo dicitur Luc. 1. Virtus altissimi, i. Christi assumptionem, obumbrauit tibi. De secundo. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, Iterum: ego ero illi, idest ad honorem & utilitatem suam clarificabo ipsum. Ioan. 14. Clarifica me pater. Et ipse erit mihi, idest ad honorem meum, manifestando nomen meum hominibus. Ioan. 14. Manifestaui nomen tuum &c. Deinde cum dicit [Et cum iterum &c.] Vbi Agit de dominatione Christi, qua est hæres uniuersorum. Et tria facit, quia primo ostendit dominium eius, & præcipue super angelos: secundo, ponit rationem dominii illius ex parte angelorum, ibi, [Et ad angelos.] Tertio, ex parte Christi, ibi; [Ad filium autem.]

Quãtum ad primũ inducit authoritatẽ. psal. 96. Cũ dicit, Adorate eum omnes angeli eius, hoc habetur in psa. 96. Dominus regnauit exul. &c. Adoratio enim non fit nisi Domino. ergo si angeli eum adorant, Dominus illorum est. Volens Apostolus inducere hanc authoritatem. Primo tangit intentionem Psalmistæ, cum dicit; [Et cum iterum introducit &c.] Vt Psalmista loquatur de aduentu Christi in mundum. Et ideo dicit. Et cum scriptura introducit, idest introducendum dicit primogenitum &c. quasi dicat. Iam dictum est, quòd Christus est filius præ angelis ergo est principaliter à patre genitus. Est ergo dicẽdus primogenitus. Rom. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hic autem primogenitus debebat introduci in orbẽ &c. Et uide q̃ ordinate loquatur Apos. Primo. n. dicit ipsum esse à patre ibi; [Ego ero illi in patrẽ.] Secũdo, assumptũ in unitate personæ, ibi; [Et ipse erit mihi in filium] Sed modo proponit eum in notitiam hominum. Sed Vocat autem incarnationem introductionem in mundum. Sed contra. Ipse Christus uocat eam exitum. Ioan. 16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Et dicendum est, quòd exitus est etiam introductio, sicut si aliquis reconciliandus sit principi, primo exit ad eum mediator, & post introducit eum. Simile habetur 1. Regum 20. de Dauid ad Ionatam. Sic Christus mediator Dei & hominum, primo, exijt ad homines, & postea introducit eos reconciliatos. inf. 2. Qui multos filios adduxerat in gloriam &c. Vel [Introducit,] inducit eum usque in corda hominum, quia scriptura loquens de aduentu Christi, dicit eum suscipiendum in corda hominum. Ista autem receptio fit per fidem. Ephes. tertio. habitare Christum per fidem in cordibus uestris. psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Quando enim scriptura dicit, quòd gentes debent credere, dicit quòd Christus intraturus est in corde

in corde ipsorum. Hoc autem, quod dicit. [Iterum] multipliciter exponitur. Dicit enim Chryso quod de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, non loquitur scriptura semel, sed iterũ atque iterum, Vel aliter: quia ipse primo erat in mundo per potentiam diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eũ in mundum, secundum præsentiam, humanitatis visibiliter. Vel aliter, q supra dixerat, Ero illi in patrem, idest assumam in unitatẽ personalem mei. Et cum iterum introducit eum, scilicet istum primo genitum & assumptum ad unitatem personæ, quia non sufficeret dicere, quòd introducitur, nisi dicatur qualiter introducatur quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorent eum omnes angeli. Nehe. 9. Exercitus cœli te adorat. Apocal. 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt, & adorauerunt, &c.

Deinde cum dicit, [Et ad angelos, &c.] Ponitur ratio ex parte angelorum, quare eum adorant, quasi dicat, Iustum est, quod adorent, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminando intellectum. Ioan. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Aliquando uero mouet ad opus. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primũ facit Deus in nobis mediantibus angelis. Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Secundum etiam facit in nobis, ipsis mediantibus, sicut dicit Diony. 4. cap. cælestis hierarchiæ. Inquantum ergo illuminat per ipsos, dicuntur nuntij. Nuntij enim est nuntiare ea, quæ sunt in corde Domini sui. Inquantum vero sunt mediatores operum diuinorum, dicuntur ministri. Psal. 102. Ministri eius, qui faciunt voluntatem eius. Sunt ergo & nuntij & ministri, sed quales sint, describit eos per duas res corporales maxime ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietas multum conuenit nuntio. Ministro autem proprietas ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressionis. Item, optime reddit recepta. Item, habet velocem motum. Hæc autem debet habere bonus nuntius, ut scilicet bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrumque velociter faciat. Ista bene conueniunt angelis. Optime enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda secundum Dionysi. Matt. 18. Et angeli eorum in cœlis, &c. Item optime reddunt, quod significatum est. Apocal. 1. Significauit Deus, quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo Ioanni, &cæt. Item, sunt veloces Esa. 18. Ite angeli veloces, &c. Isti autem dicuntur spiritus, quia omnis substantia inuisibilis, dicitur spiritus vnde & aer dicitur spiritus. Item sunt ignis, inquantum ministri. Ignis autem inter omnia elementa est maxime actiuus, & efficax ad agendum. Vnde in Psa. 103. de Angelis ubi dicuntur ministri eius, ibi additur.

Et ministros tuos ignem vrentem Item, ignis calorem causat per quod designatur charitas. Cant. 8. Lampades ignis atque flammarum. Vnde describuntur in igne, & dicuntur Seraphim. Esa. 6. Item, ignis semper mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quæ agunt, semper referunt in gloriam Dei, sicut patet de angelo. Thob. 12. Bene dicite Deum celi, &c. Non dicit, benedicite me. sed Deum cœli. Non sic de malo angelo, qui dicit Matt. 4. Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tamquam bonus minister dic Apocal. ul. Vide ne feceris, & sequitur, Deum adora.

LECTIO IIII.

Ad filium autẽ. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, uirga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propte-

LECTIO IIII.

Supra probauit Apostolus per authoritatem angelos esse ministros hic probat hoc per rationem sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hic probare regiam dignitatem Christi, ubi duo facit.

Primo enim, commendat regiam dignitatem ipsius Christi. Secundo, eius ad illam dignitatem ostendit idoneitatem, ibi. [Propterea unxit te Deus. Circa primam tria facit. Primo, commendat Christi regiam authoritatem. Secundo eius regiminis æquitatem, ibi. [Virga æquitatis.] Tertio, regiminis bonitatem, ibi. Dilexisti iustitiam.] Dicit ergo. [Ad filium autem.] Dicit Thronus tuus, &c.] Et sunt verba Dei patris loquentis per linguam prophetæ, sicut per calamum scribæ. Dicit ergo, O Deus sit, thronus tuus, &c. In quo denotatur regia maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistri, tribunal autem sedes iudicis, quæ omnia conueniunt Christo, quia ipse est rex noster Luc. primo. Regnabit in domo Iacob, & ideo conuenit ei thronus. Psalm. 88. Thronus eius sicut Sol. 1. Ipse est magister Ioan. 3. Scimus, quia a Deo venisti magister, ideo competit ei cathedra. Ipse iudex noster Esa. 33. Dominus Iudex noster. Dominus legifer noster, & ideo congruit sibi tribunal. 2. Corinth. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi &cæt. Competit autem thronus Christo secundum naturam diuinam, inquantum est Deus. psalm. 46. Rex omnis terræ Deus, sed secundum quod homo, conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis, Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo, Hic thronus est perpetuus. Luc. primo. Et regni eius non erit finis. Daniel, septimo. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur. Patet autem, quod regnum illud est æternum, & inquantum sibi conuenit ex natura, quia est Deus. Psal. centesimoquadragesimoquarto. Regnum tuum regnum omnium sæculorum. Item, inquantum sibi conuenit, ut homo, & hoc duplici ratione. Vna, quia regnum illud non ordinatur ad temporalia, sed ad æterna. Ioan. decimooctauo. Regnum meum non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat, ut homines dirigat ad vitam æternam. Non autem sic est de regno hominum, unde regnum illorum finitur cum uita præsenti. Alia ratio est, quia ecclesia, quæ est regnum eius, durat vsque ad finem mundi, & tunc tradet Christus regnum Deo, & patri confirmandum, & perficiendum.

Consequenter commendat regnum eius ab æquitate, cum dicit; [Virga æquitatis &cæt.] Conuenienter autem describitur regnum per uirgam. Differt enim regimen tyrannicum a regimine regis, quia regimen tyrannicum est ad utilitatem suam cũ grauamine subditorum, regimen autem regis, principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorum. Et ideo rex est, pater, & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psal. octuagesimooctauo. Visitabo in uirga iniquitates eorum. Item, pastor vtitur uirga in directione gregis. Mich. 7. Pasce populum tuum in uirga tua. Virga etiam sustentat infirmos. Psal. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Item, uirga conturbat hostes. Nume. 24. Consurget uirga de Israel & percutiet duces Moab. Sed hæc est uirga æquitatis Esa. 11. Argue in æquitate pro mansuetis terræ. Sed sciendum est, quòd aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea, quæ iusta sunt secundum se. Contingit autem, quòd aliquid de se iustum est, & tamen comparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur, & ideo oportet, quod ius commune ad hoc applicetur, & si hoc fiat, tunc est regimen æquitatis. Regnum veteris testamenti erat secundũ rigorem iustitiæ. Act. decimoquinto, Onus, q; nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed regnum Christi est regnum æquitatis, & iustitiæ, quia in ipso non imponitur nisi suauis obseruantia. Matth. 11. Iugum enim meũ suaue est & onus meum leue, & psalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate.

Consequenter cum dicit: [Dilexisti &c.] Bonitatem regentis commendat. Quidam enim seruant æquitatem, non tamen propter amorem iustitiæ, sed magis propter timorem, uel gloriã, uel metum, & tale regimen non durat. Sed iste seruat æquitatem propter amorem iustitiæ. Dicit ergo: [Dilexisti iustitiam.] Quasi dicat, Hoc quod uirga est æqua & directa, hoc est, quia dilexisti iustitiam. Sapien. primo. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Non autem est iustus, qui non amat iustitiam. Matth. quinto. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Sed aliqui quidẽ diligunt iustitiam, sed sunt remissi in correctione iniquitatis, sed Christus odit, idest reprobat iniquitatem, psalm. centesimodecimooctauo. Iniquos odio habui. Sapien. decimoquarto. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores & misertus est pœnitentibus: & ideo dicit & odisti iniquitatem. Deinde cum dicit: [Propterea unxit te Deus.] Ostendit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum, ubi dubitatio est de hoc, quod dicit, propterea &cæt. In uerbis istis, agitur de sp̃uali unctione, qua Christus est repletus Spiritusancto. Nunquid enim ideo repletus est, quia dilexit iustitiam? Ergo meruit gratiam, quod est, contra illud Roman. 11. Si ex operibus iam non ex gratia, & hæc est ratio communis. Sed specialiter ad propositum, quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus Spiritusancto. Ioan. 1. Plenum gratiæ & ueritate. Non ergo meruit. Respondeo. Hic est cauendus error Origenis. Voluit enim, quòd omnes spirituales creaturæ, etiam anima Christi à principio creatæ fuerint, & secundum

Universidad de Deusto Biblioteca

in corde ipsorum. Hoc autem, quod dicit. [Iterum] multipliciter exponitur. Dicit enim Chrysostomus quod de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, non loquitur scriptura semel, sed iterũ atque iterum, Vel aliter: quia ipse primo erat in mundo per potentiam diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eũ in mundum, secundum præsentiam, humanitatis visibiliter. Vel aliter, quia supra dixerat, Ero illi in patrem, idest assumam in vnitatẽ personalem mei. Et cum iterum introducit eum, scilicet istum primo genitum & assumptum ad vnitatem personæ, quia non sufficeret dicere; quòd introducitur, nisi dicatur qualiter introducatur quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorent eum omnes angeli. Nehe. 9. Exercitus cœli te adorat. Apocal. 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt, & adorauerunt, &c.

Deinde cum dicit, [Et ad angelos, &c.] Ponitur ratio ex parte angelorum, quare eum adorant, quasi dicat, Iustum est, quod adorent, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminando intellectum. Ioan. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Aliquando uero mouet ad opus. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primũ facit Deus in nobis mediantibus angelis. Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Secundum etiam facit in nobis, ipsis mediantibus, sicut dicit Diony. 4. cap. cælestis hierarchiæ. Inquantum ergo illuminat per ipsos, dicuntur nuntij. Nuntij enim est nuntiare ea, quæ sunt in corde Domini sui. Inquantum vero sunt mediatores operum diuinorum, dicuntur ministri. Psal. 102. Ministri eius, qui faciunt voluntatem eius. Sunt ergo & nuntij & ministri, sed quales sint; describit eos per duas res corporales maxime ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietas multum conuenit nuntio. Ministro autem proprietas ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressionis. Item, optime reddit recepta. Item, habet velocem motum. Hæc autem debet habere bonus nuntius, ut scilicet bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrumque velociter faciat. Ista bene conueniunt angelis. Optime enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda secundum Dionysi. Matt. 18. Et angeli eorum in cœlis, &c. Item optime reddunt, quod significatum est. Apocal. 1. Significauit Deus, quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo Ioanni, &cæt, Item, sunt veloces Esa. 18. Ite angeli veloces, &c. Isti autem dicuntur spiritus, quia omnis substantia inuisibilis, dicitur spiritus vnde & aer dicitur spiritus. Item sunt ignis, inquantum ministri. Ignis autem inter omnia elementa est maxime actiuus, & efficax ad agendum. Vnde in Psa. 103. de Angelis ubi dicuntur ministri eius, ibi additur.

Et ministros tuos ignem vrentem Item, ignis calorem causat per quod designatur charitas. Cant. 8. Lampades ignis atque flammarum. Vnde describuntur in igne, & dicuntur Seraphim. Esa. 6. Item, ignis semper mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quæ agunt, semper referunt in gloriam Dei, sicut patet de angelo. Thob. 12. Benedicite Deum cœli, &c. Non dicit, benedicite me. sed Deum cœli. Non sic de malo angelo, qui dicit Matt. 4. Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tamquam bonus minister dic Apocal. ul. Vide ne feceris, & sequitur, Deum adora.

LECTIO IIII.

AD filium autẽ. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, uirga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

LECTIO IIII.

Supra probauit Apostolus per authoritatem angelos esse ministros hic probat hoc per rationem sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hic probare regiam dignitatem Christi, ubi duo facit.

Primo enim, commendat regiam dignitatem ipsius Christi. Secundo, eius ad illam dignitatem ostendit idoneitatem, ibi. [Propterea unxit te Deus. Circa primum tria facit. Primo commendat Christi regiam authoritatem. Secundo eius regiminis æquitatem, ibi. [Virga æquitatis.] Tertio, regiminis bonitatem, ibi. Dilexisti iustitiam.] Dicit ergo. [Ad filium autem.] Dicit Thronus tuus, &c.] Et sunt verba Dei patris loquentis per linguam prophetæ, sicut per calamum scribæ. Dicit ergo, O Deus fili, thronus tuus, &c. In quo denotatur regia maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistri, tribunal autem sedes iudicis, quæ omnia conueniunt Christo, quia ipse est rex noster Luc. primo. Regnabit in domo Iacob, & ideo

A conuenit ei thronus. Psalm. 88. Thronus eius sicut Sol. Ipse est magister Ioan. 3. Scimus, quia a Deo venisti magister, ideo competit ei cathedra. Ipse iudex noster Esa. 33. Dominus Iudex noster. Dominus legifer noster, & ideo congruit sibi tribunal. 2. Corinth. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi &cæt. Competit autem thronus Christo secundum naturam diuinam, inquantum est Deus. psalm. 46. Rex omnis terræ Deus, sed secundum quod homo, conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis, Apoca. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo, Hic thronus est perpetuus. Luc. primo. Et regni eius non erit finis. Daniel. septimo. Potestas eius potestas
B æterna, quæ non auferetur. Patet autem, quod regnum illud est æternum, & inquantum sibi conuenit ex natura, quia est Deus. Psal. centesimoquadragesimoquarto. Regnum tuum regnum omnium sæculorum. Item, inquantum sibi conuenit, ut homo. & hoc duplici ratione. Vna, quia regnum illud non ordinatur ad temporalia, sed ad æterna. Ioan. decimooctauo. Regnum meum non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat, ut homines dirigat ad vitam æternam. Non autem sic est de regno hominum, unde regnum illorum finitur cum uita præsenti. Alia ratio est, quia ecclesia, quæ est regnum eius, durat vsque ad finem mundi, & tunc tradet Christus regnum Deo, & patri consumandum, & perficiendum.

Consequenter commendat regnum eius ab æquitate, cum dicit: [Virga æquitatis &cæt.] Conuenienter autem describitur regnum per uirgam. Differt enim regimen tyrannicum a regimine regis, quia regimen tyrannicum est ad utilitatem suam cũ
C grauamine subditorum, regimen autem regis, principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorum. Et ideo rex est, pater, & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psal. octuagesimooctauo. Visitabo in uirga iniquitates eorum. Item, pastor vtitur uirga in directione gregis. Mich. 7. Pasce populum tuum in uirga tua. Virga etiam sustentat infirmos. Psal. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Item, uirga conturbat hostes. Nume. 24. Consurget uirga de Israel & percutiet duces Moab. Sed hæc est uirga æquitatis Esa. 11. Argue in æquitate pro mansuetis terræ. Sed sciendum est, quòd aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea, quæ iusta sunt secundum se. Contingit autem, quòd aliquid de se iustum est, quod tamen comparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur, & ideo oportet, quod ius commune ad hoc applicetur, & si hoc fiat, tunc est regimen æquitatis, Regnum veteris testamenti erat secundũ rigorem iustitiæ. Act. decimoquinto, Onus, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed regnum Christi est re-
D gnum æquitatis, & iustitiæ, quia in ipso non imponitur nisi suauis obseruantia. Matth. 11. Iugum enim meũ suaue est & onus meum leue, & psalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate.

Consequenter cum dicit: [Dilexisti &c.] Bonitatem regentis, commendat. Quidam enim seruant æquitatem, non tamen propter amorem iustitiæ, sed magis propter timorem, uel gloriã, uel metum, & tale regimen non durat. Sed iste seruat æquitatem propter amorem iustitiæ. Dicit ergo: [Dilexisti iustitiam.] Quasi dicat, Hoc quod uirga est æqua & directa, hoc est, quia dilexisti iustitiam. Sapien. primo. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Non autem est iustus, qui non amat iustitiam. Matth. quinto. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Sed aliqui quidẽ diligunt iustitiam, sed sunt remissi in correctione iniquitatis, sed Christus odit, idest reprobat iniquitatem, psalm. centesimodecimooctauo. Iniquos odio habui. Sapien. decimoquarto. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Eccles. 12. Altissimus
E odio habet peccatores & misertus est pœnitentibus: & ideo dicit & odisti iniquitatem. Deinde cum dicit: [Propterea unxit te Deus.] Ostendit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum, ubi dubitatio est de hoc, quod dicit, propterea & cæt. In uerbis istis agitur de spũali unctione, qua Christus est repletus Spiritusancto. Nunquid enim ideo repletus est, quia dilexit iustitiam? Ergo meruit gratiam, quod est, contra illud Roman. 11. Si ex operibus iam non ex gratia, & hæc est ratio communis. Sed specialiter ad propositum, quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus Spiritusancto. Ioan. 1. Plenum gratia & ueritate. Non ergo meruit. Respondeo. Hic est cauendus error Origenis. Voluit enim, quòd omnes spirituales creaturæ, etiam anima Christi a principio creatæ fuerint, & secundum

quod pius, vel minus adhæserunt Deo, vel diuerterunt ab ipso per libertatem arbitrij sui, facta est distinctio inter angelos & etiam animas. Vnde in Peryarchon dicit, quòd anima Christi, quia vehementius adhæsit Deo diligendo iustitiam, & odiendo iniquitatem, quod meruit maiorem plenitudinem gratiæ præ cunctis, substantijs spiritualibus, Sed hoc hæreticum dicere, quòd scilicet quæcunque anima, vel etiam anima Christi, creata fuerit ante corpus, quod etiã specialem rationem in Christo habet, quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatum corpus, & totum est assumptum a filio Dei. Quid ergo dicit, propterea? Vna Gloss. videtur sentire cum Origene. Sed si volumus eã saluare, dicemus quòd in scriptura dicitur aliquid fieri quando innotescit, sicut cum dicitur Philip. secundo. Factus est obediẽs, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi no. &c. Nunquid Christus merito passionis meruit esse Deus? Absit. Hic .n. est error Fotini, Dicendum est ergo, quòd Christum esse Deum excedit omne meritũ, sed per passionem meruit, quòd manifestetur vbique esse Deum & quòd Deus dederat illi tale nomen. &c. Ita hoc quod dicit hic, propterea vnxit te Deus, &c. Vt sit sensus. Ex hoc quòd tu dilexisti iustitiam, meruisti quòd hoc innotescat. Vel aliter & melius, ita quòd ly propterea, non dicat causam meritoriam, sed finalem, quasi dicat. Ad hoc, quòd illa habes, scilicet thronum perpetuum, virgam æquitatis, &c. Quę dicta sunt, propterea vnxit te Deus oleo, scilicet sanctificationis, quod Dominus mandauit fieri, Exo. trigesimo. Quo ungebantur vasa & sacerdotes. Leuit. 8. et 9. & Reges, ut patet de Dauid 1. Reg. decimosexto, & Salomone 3. Reg. 1. Item Prophetæ, vt patet de Heliseo 3. Reg. decimonono. Sed quare fiebat ista sanctificatio per unctionem? Ratio est literalis. Homines enim orientales pro celebritate vngebantur ne consumerentur, eo quòd sunt in regione multum calida. Pauperes etiam ungebantur ad festiuitatem 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua, nisi parum olei quo ungar. In scriptura autem, diuina traduntur nobis per modum quo homines solent vti. Quia ergo tunc vngebãtur homines, uel ꝓpter celebritatem festi, vel celebritatem personæ, ideo ad ostendendũ excellentiam Christi, dicit eum unctum [Oleo exultationis.] Ipse .n. est rex. Esa. trigesimosecundo. Ecce in iustitia regnabit rex, Et trigesimoquinto. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Est & sacerdos. psalm. centesimonono. Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech. Fuit etiam propheta. Deuter decimooctauo. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus. Et cõuenit sibi ungi oleo sanctificationis & exultationis. Ab ipso autem sunt sacramenta, quæ sunt vasa gratiæ. Esa. vigesimosecundo. Suspendã super eum omnem gloriam domus patris eius vasorum diuersa genera, &c. Conuenit etiam ista vnctio Christianis. Sunt enim reges & sacerdotes, primæ Petr. secundo. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Apocal. quinto. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Item habet spiritumsanctum, q est ꝓphetiæ spiritus. Iohel secundo. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Et ideo omnes uncti sunt inuisibili vnctione. secundæ Corint. primo. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos & dedit, &c. 1. Ioan. secundo. Vos vnctionem habetis a sancto & nostis omnia. Sed quæ comparatio est, inter Christum unctum, & Christianos unctos? Ista scilicet, quia ipse habet eam principaliter, & primo, nos autem & alij ab ipso effusam. psalm. 127. Sicut unguentum in capite, &c. Et ideo dicit [Præ participibus tuis.] Ioan. primo. De plenitudine eius omnes accepimus. Vnde alij dicunt sancti, ipse vero sanctus sanctorum. Ipse enim est radix omnis sanctitatis. Dicit autẽ oleo lætitiæ, vel exultationis, quia ex ista unctione procedit spiritualis lætitia. Roman. decimoquarto. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sãcto. Galat. quinto. Fructus aũt spiritus, est charitas, pax, gaudiũ. psal. cẽtesimotertio. Vt exhilaret faciem in oleo. Esa. 61. Oleum gaudij pro luctu, &c. Illud autem, quod bis dicit [Deus Deus,] Dupliciter exponitur. Vno modo, quòd repetatur nominatiuus casus, vt sit sensus, Vnxit te Deus per seipsum Deum, nos autem per te mediatorẽ Dei, & hominum hominem Christum. secundæ Petr. primo. per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit. Alio modo, quia secundum Augustin. in Gloss. alterũ est nominatiui casus, alterũ vocatiui, vt sit sensus. O Christe, q es Deus filius, Deus pater unxit te, &c. Et quòd debeat sic exponi magis patet in Græco. Sed cum Christus non sit unctus, secundum quòd Deus, quia sic

F non conuenit sibi recipere Spiritumsanctum, sed magis alijs dare, secunda expositio non videtur esse uera. Respondeo, Dicendum est, quòd idem est in persona & Deus & homo, tamen vnctus est inquantum homo. Et cum dicitur o Deus &c. & ungens est Deus & homo, & unctus similiter est Deus & homo, & vnũ cum ipso in persona.

LECTIO V.

ET tu in principio Dñe ter-

LECTIO V.

Supra præmiserat Apostolus quatuor, in quibus Christus excellit angelos & ꝓbauit duo illorũ, scilicet quòd excedit eos, quia est filius, & quia est hæres, nũc probat tertiũ, scilicet quòd excedit eos in virtute operationis, quia per eum pater fecit & secula. Hoc aũt ꝓbat Apostolus ex authoritate eiusdẽ ꝓphetiæ, & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit virtutẽ operationis, inquantũ creator. Secũdo, quãtũ ad differentiã creatoris ad creaturã, ibi. [Ipsi peri-
G bũt.] Circa primũ duo facit, quia primo ponit creationẽ terræ, secundo cœlorum, ibi [Et opera manuum,] Sciendum est aũt circa primum, quòd hoc potest dupliciter legi. Vno modo, ut sit sermo prophetæ directus ad patrem, vt sit sensus. [Tu Domine,] scilicet Deus pater. [Fundasti terram in principio,] idest in filio, qui est principium, Ioan. octauo. Ego principium, qui & loquor uobis. Et hoc tantum ualet ac si dixisset, Tu fundasti terram per filium. psalm. centesimotertio. Omnia in sapientia fecisti. Filius autem est sapientia genita, unde supra dixit eum splendorem gloriæ. Et hoc quod dicit hic, respondet huic quod supra dixit, Per quem fecit & secula. Alio modo, quòd sit sermo directus ad filium, sic [Et tu Domine,] scilicet fili, fundasti terram in principio, scilicet temporis, vt excludat opinionem ponentium æternitatem mundi, uel in principio, scilicet productionis rerum, vt excludat opinionem dicentium, corporalia non fuisse creata cũ spiritualibus, sed post. Genes. 1. In principio creauit Deus cœ-
H lum & terram. Eccle. decimooctauo. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Sciendum est autem, quòd tripliciter potest distingui terra a cœlo. Vno modo & ad literam, quòd per terram intelligatur elementum terræ, per cœlum autem superiora corpora, vt sicut Moyses non facit mentionem de aere, quia est cũ aqua, ita hic intelligit per cœlum, ipsum cœlum & alia duo elementa, scilicet aerem & ignem quæ magis accedunt ad naturam cœli, quod patet ex loco ipsorũ Sic etiã accipit Moyses. Genes. 1. Et dicit; [Fundasti.] Vt ostendat tria ad terram pertinentia, primo quidẽ terræ quietem, omnia enim alia participant motum, sola autẽ terra secundum totalitatem suam immobilis perseuerat, ut sit sensus [Fundasti.] idest firmasti. psalm. centesimotertio. [Qui fundauit terram super stabilitatem suam.] Secundo, vt ostendat terræ perpetuitatem, nam fundamentum ædificij inter alias eius partes stabilius est. Terra autem in æternum stat. Eccles. primo. Et secundum hoc dicit [Fundasti
I terram,] idest perpetuo solidasti. Tertio, vt ostendat terræ ... dinem, quia sicut fundamentum, quod est prima pars ædificij est in imo, ita terra inter omnia elementa tenet locum imum. Esa. quadragesimooctauo. Manus mea fundauit terram. psalm. 94. Aridam fundauerunt manus eius. Non autem dicit fecisti cœlos sed [Opera manuum tuarum, sunt cœli,] quia illud quod aliquis facit manibus, magis diligenter videtur facere. Et ideo sic loquitur ad designandum nobilitatem, & pulchritudinem ipsorũ. Esa. quadragesimooctauo. Dextera mea mensa est cœlos. Aliter vero, quòd per terram intelligat totam naturam corporalem. Et sic terram fundasti, quia materia est locus & fundamentum formarum, per cœlos autem spirituales substantias. psa. 14. Laudate eũ cœli cœlorum. Et hi sunt opera manuum eius, quia fecit eos ad imaginem & similitudinem suam. Vel per terram imperfectos in ecclesia, qui sunt fundamentum aliorum, quia nisi esset actiua in
K ecclesia, contemplatiua non subsisteret. Per cœlos contemplatiuos. Et hæc facta in ecclesia, in principio, idest p filium. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, ut fundes terram, idest imperfectos, & plantes cœlos, idest perfectos. Quantum autem ad cœlos dicit [Opera manuum tuarum sunt cœli.] Dicit autem opera manuum tuarum, & non simpliciter cœlos fecisti, propter quatuor rationes. Primo, ut excludat errorem dicentium, Deũ esse animam cœli, & per consequens totum mundũ, & partes eius debere coli, ut Deus, quod & Idolatræ faciebant. & hæc excludit cum dicit [Opera manuum tuarum sunt cœli,] quasi dicat, non sunt proportionati tibi, ut corpus animæ. sed sicut facti & proportionati virtuti, & voluntati tuæ. Deut. 4. Ne forte oculis ad cœlum eleuatis, videas Solem & Lunam & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea. Secundo, ut designet cœlorum dignitatem & pulchritudinem, quia illud dicit ...

Universidad de Deusto Biblioteca

quod pius, vel minus adhæserunt Deo, vel diuerterunt ab ipso per libertatem arbitrij sui, facta est distinctio inter angelos & etiam animas. Vnde in Peryarchon dicit, quòd anima Christi, qa vehementius adhæsit Deo diligendo iustitiam, & odiendo iniquitatem, quod meruit maiorem plenitudinem gratiæ præcunctis, substantijs spiritualibus, Sed hoc hæreticum dicere, quòd scilicet quæcunque anima, vel etiam anima Christi, creata fuerit ante corpus, quod etiã specialem rationem in Christo habet, quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatum corpus, & totum est assumptum a filio Dei. Quid ergo dicit, propterea? Vna Gloss. videtur sentire cum Origene. Sed si volumus eã saluare, dicemus quòd in scriptura dicitur aliquid fieri quando innotescit, sicut cum dicitur Philip. secundo. Factus est obediẽs, &c. Propter q & Deus exaltauit illum, & dedit illi no. &c. Nunquid Christus merito passionis meruit esse Deus? Absit. Hic .n. est error Fotini. Dicendum est ergo, quòd Christum esse Deum excedit omne meritũ, sed per passionem meruit, quòd manifestetur vbique esse Deum & quòd Deus dederat illi tale nomen. &c. Ita hoc quod dicit hic, propterea vnxit te Deus, &c. Vt sit sensus. Ex hoc quòd tu dilexisti iustitiam, meruisti quòd hoc innotescat. Vel aliter & melius, ita quòd ly propterea, non dicat causam meritoriam, sed finalem, quasi dicat. Ad hoc, quòd illa haberes, scilicet thronum perpetuum, virgam æquitatis, &c. Quę dicta sunt, propterea vnxit te Deus oleo, scilicet sanctificationis, q Dominus mandauit fieri, Exo. trigesimo. Quo ungebantur vasa & sacerdotes. Leuit. 8. et 9. & Reges, ut patet de Dauid 1. Reg. decimosexto, & Salomone 3. Reg. 1. Item Prophetæ, vt patet de Heliseo 3. Reg. decimonono. Sed quare fiebat ista sanctificatio per unctionem? Ratio est literalis. Homines enim orientales pro celebritate vngebantur ne consumerentur, eo quòd sunt in regione multum calida. Pauperes etiam ungebantur ad festiuitatem 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua, nisi parum olei quo ungar. In scriptura autem, diuina traduntur nobis per modum quo homines solent vti. Quia ergo tunc vngebãtur homines, uel ,ppter celebr tatem festi, vel celebritatem personæ, ideo ad ostendendũ excellentiam Christi, dicit eum unctum [Oleo exultationis.] Ipse .n. est rex. Esa. trigesimosecundo. Ecce in iustitia regnabit rex. Et trigesimoquinto. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Est ẽt sacerdos. psalm. centesimonono. Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech. Fuit etiam propheta. Deuter decimooctauo. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus. Et cõuenit sibi ungi oleo sanctificationis & exultationis. Ab ipso autem sunt sacramenta, quæ sunt vasa gratiæ. Esa. vigesimosecundo. Suspendã super eum omnem gloriam domus patris eius vasorum diuersa genera, &c. Conuenit etiam ista vnctio Christianis. Sunt enim reges & sacerdotes, primæ Petr. secundo. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Apocal. quinto. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Item habet spiritumsanctum, q est ,phetiæ spiritus. Iohel secundo. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Et ideo omnes uncti sunt inuisibili vnctione. secundæ Corint. primo. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos & dedit, &c. 1. Ioan. secundo. Vos vnctionem habetis a sancto & nostis omnia. Sed quæ comparatio est, inter Christum unctum, & Christianos unctos? Ista scilicet, quia ipse habet eam principaliter, & primo, nos autem & alij ab ipso effusam. psalm. 127. Sicut unguentum in capite, &c. Et ideo dicit [Præ participibus tuis.] Ioan. primo. De plenitudine eius omnes accepimus. Vnde alij dicunt sancti, ipse vero sanctus sanctorum. Ipse enim est radix omnis sanctitatis. Dicit autẽ oleo lætitiæ, vel exultationis, quia ex ista unctione procedit spiritualis lætitia. Roman. decimoquarto. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sãcto. Galat. quinto. Fructus aut spiritus, est charitas, pax, gaudiũ. psal. cẽtesimotertio. Vt exhilaret faciem in oleo. Esa. 61. Oleum gaudij pro luctu, &c. Illud autem, quod bis dicit. [Deus Deus.] Dupliciter exponitur. Vno modo, quòd repetatur nominatiuus casus, vt sit sensus, Vnxit te Deus per seipsum Deum, nos autem per te mediatorẽ Dei, & hominum hominem Christum. secundæ Petr. primo. per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit. Alio modo, qa secundum Augustin. in Gloss. alterũ est nominatiui casus, alterũ vocatiui, vt sit sensus. O Christe, q es Deus filius, Deus pater unxit te, &c. Et quòd debeat sic exponi magis patet in Græco. Sed cum Christus non sit unctus, secundum quod Deus, quia sic

rea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis prę participibus tuis.

F non conuenit sibi recipere Spiritumsanctum, sed magis alijs dare, secunda expositio non videtur esse uera. Respondeo, Dicendum est, quòd idem est in persona & Deus & homo, tamen vnctus est inquantum homo. Et cum dicitur o Deus &c. & ungens est Deus & homo, & unctus simi liter est Deus & homo, & vnit cum ipso in persona.

LECTIO V.

ET tu in principio Dñe ter-

LECTIO V.

SVpra præmiserat Apostolus quatuor, in quibus Christus excellit angelos & ,pbauit duo illorũ, s. & q excedit eos, qa est filius, & qa est hæres, nũc probat tertiũ, s. q excedit eos in virtute operationis, qa p eum pater fecit & secula. Hoc aũt ,pbat Apostolus ex authoritate eiusdẽ ,pphetię, & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit virtutẽ operationis, ingtũ creator. Secũdo, quãtũ ad differentiã creatoris ad creaturã, ibi. [Ipsi peribũt.] G Circa primũ duo facit, quia primo ponit creationẽ terrę. secundo cœlorum, ibi [Et opera manuum,] Sciendum est aũt circa primum, quòd hoc potest dupliciter legi. Vno modo, ut sit sermo propheta directus ad patrem, vt sit sensus. [Tu Domine,] scilicet Deus pater. [Fundasti terram in principio,] idest in filio tuo, qui est principium, Ioan. octauo. Ego principium, qui & loquor uobis. Et hoc tantum ualet ac si dixisset, Tu fundasti terram per filium. psalm. centesimotertio. Omnia in sapientia fecisti Filius autem est sapientia genita, unde supra dixit eum splendorem gloriæ. Et hoc quod dicit hic, respondet huic quod supra dixit, Per quem fecit & secula. Alio modo, quòd sit sermo directus ad filium, sic [Et tu Domine,] scilicet fili, fundasti terram in principio, scilicet temporis, vt excludat opinionem ponentium æternitatem mundi, uel in principio, scilicet productionis rerũ, vt excludat opinionem dicentium, corporalia non fuisse creata cũ spiritualibus, sed post. Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. H Eccle. decimooctauo. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Sciendum est autem, quòd tripliciter potest distingui terra a cœlo. Vno modo & ad literam, quòd per terram intelligatur elementum terræ, per cœlum autem superiora corpora, vt sicut Moyses non facit mentionem de aere, quia est cũ aqua, ita hic intelligit per cœlum, ipsum cœlum & alia duo elementa, scilicet aerem & ignem quæ magis accedunt ad naturam cœli, quod patet ex loco ipsorũ Sic etiã accipit Moyses. Gene. 1. Et dicit; [Fundasti.] Vt ostendat tria ad terram pertinere. primo quidẽ terræ quietem, omnia enim alia participant motum, sola autẽ terra secundum totalitatem suam immobilis perseuerat, ut sit sensus [Fundasti.] idest firmasti. psalm. centesimotertio. Qui fundauit terram super stabilitatem suam. Secundo, vt ostendat terræ perpetuitatem, nam fundamentum ædificij inter alias eius partes stabilius est. Terra autem in æternum stat. Ecclesi. primo. Et secundum hoc dicit [Fundasti terram.] idest perpetuo solidasti. I Tertio, vt ostendat terræ ordinem, quia sicut fundamentum. q. est prima pars ędificij est in imo, ita terra inter omnia elementa tenet locum infimum. Esa. quadragesimooctauo. Manus mea fundauit terram. psalm. 94. Aridam fundauerunt manus eius. Non autem dicit fecisti cęlos sed [Opera manuum tuarum, sunt cœli.] quia illud quod aliquis facit manibus, magis diligenter videtur facere. Et ideo sic loquitur ad designandum nobilitatem, & pulchritudinem ipsorũ. Esa. quadragesimooctauo. Dextera mea mensa est cœlos. Aliter vero, quòd per terram intelligat totam naturam corporalem. Et sic terram fundasti, quia materia est locus & fundamentum formarum, per cœlos autem spirituales substantias. psa. 14. Laudate eũ cœli cœlorum. Et hi sunt opera manuum eius, quia fecit eos ad imaginem & similitudinem suam. Vel per terram imperfecti in ecclesia, qui sunt fundamentum aliorum, quia nisi esset actiua in K ecclesia, contemplatiua non subsistere. Per cęlos autem contemplatiui. Et hæc facta in ecclesia, in principio, idest p filium. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, ut fundes terram idest imperfectos, & plantes cœlos, idest perfectos. Quantum autem ad cœlos dicit [Opera manuum tuarum sunt cœli.] Dicit autem opera manuum tuarum, & non simpliciter cœlos fecisti, propter quatuor rationes. Primo, ut excludat errorem dicentiũ, Deũ esse animam cœli, & per consequens totum mundũ, & partes eius debere coli, ut Deus, q & Idolatræ faciebant, & hoc excludit cum dicit [Opera manuum tuarum sunt cœli,] q. dicat, non sunt proportionati tibi, ut corpus animæ. sed sunt facti & proportionati virtuti, & voluntati tuæ. Deut. 4. Ne forte oculis ad cęlum eleuatis, videas Solem & Lunam & omnia astra cęli, & errore deceptus adores ea. Secundo, ut designet cęlorum dignitatem & pulchritudinem, quia illud dicit

ininferiores, immittenda alijs. Et quod dicit, volauit, &c. Dicendum quod inferiores vtuntur nominibus illorum, quorum virtute & authoritate agunt, & eis attribuunt operationes suas. Et quia ille inferior officium suum exequebatur in virtute seraphim, ideo vocatus est nomine seraphim, non quòd esset natura seraphim. Deinde subiungit fructum officij cum dicit. [Qui hæreditatem capiunt salutis.] Et licet omnes sint vocati, non tamen omnes capiunt hæreditatem. Qui ergo capiunt, illi percipiunt fructũ missionis. Hieremi. quinquagesimo primo. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Vel rursus cum dicit. [Propter eos quihæreditatem &c.] ponitur executionis fructus, qui est vt homines hæreditatem capiant salutis. Propter hoc .n. est totus ordo actionis circa nos vt compleatur numerus electorum. Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te &c. Et & dicit. [Propter eos.] non propter oẽs, quia licet omnes sint vocati, pauci tamen sunt electi, ut dicitur Matth. Matth. 24. Et dicit. [Hære ditatem.] quia ad ipsam soli filij perueniunt, Quòd si filij & hæredes. Dicit vero. [Capiunt.] quia oportet quòd labore, & studio, & solicitudine acquirant regnum Dei. Matt. 11. Regnum cœlorum vim patitur. Illi ergo capient, qui student in se dominicas illuminationes, & inspirationes immissas per Angelos bonos custodire, & effectui demandare, alias, dicetur eis, quod dicitur Hier. 41. Curauimus Babylonem, & non est sanata.

CAP. II. LEC. I.

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrandi per Dominũ, ab eis q

LECTIO I.

SVpra ostendit Apostolus multipliciter eminentiam Christi ad angelos, hic ex hoc concludit, q magis obediendum est doctrinæ Christi, s. nouo testamento, quàm veteri testamento. Et circa hoc tria facit. Primo enim ponit conclusionem intentã. Secundo inducit rationem ad conclusionem intentam. Tertio confirmat consequentiam rationis. Primum in principio. Secundum, ibi. [Si .n. qui per angelos.] Tertium, ibi. [Non enim angelis.] Circa primum sciendum est, q Exodi 23. Datis præceptis legis iudicialibus & moralibus, subiungit, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Et sequitur. Obserua igitur, & audi vocem eius, &c. Si igitur mandatum angeli, per quem lex data est, seruaretur, introitus disponeretur ad patriam: vnde & Matth. 19. dictũ est. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Oportet ergo seruare mãdata illa legis, ergo oportet magis obedire mãdatis eius, qui maior est angelis, per quos lex data est. Et hoc est quod dicit. [Propterea abundantius obseruare oportet ea, quæ audiuimus.] Abdię, 1. Auditũ audiuimus à Dño. Abac. 3. Dñe audiui auditũ D tuũ, & timui. Oportet ergo obseruare abundãtius. Et dicit abũdantius pp tria, primo pp dicentis authoritatẽ, quia iste creator & filius Dei, & ille creatura & Dei minister. Actu. 10. Obedire oportet magis Deo quàm hominibus, & ẽt angelis. Secundo pp dictorum vtilitatem, quia sunt verba vitæ æternæ Io. 6. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ hẽs, &c. illa, bonorum tpalium. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. Tertio pp obseruantię suauitatem, quia hæc sunt suauia. 1. Io. 1. Mandata eius grauia non sunt, & Matth. 11. Iugum meum suaue est, & c. illa grauia. Act. 9. Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Secundo ostendit idem ex periculo imminente cum dicit. [Ne forte pereffluamus.] idest æternaliter dãnemur. Vbi sciendum est, quòd aliquis fluit per pęnas corporales. 2. Re. 14. Quasi aquæ dilabimur super terram; effluit per culpam, sed supereffluit corporaliter per damnationem æternam, quia nec testa remanet Esa. 30. E Cõminuetur sicut cõminuitur lagena figuli contritione perualida, nec inuenietur de fragmentis eius testa. Consequenter inducit rõnẽ adhoc, quæ continet vnã conditionalẽ continentem cõparationẽ noui & veteris testamenti. In antecedenti ponitur conditio veteris testamenti. In consequenti conditio noui testamenti. Circa vetus aũt tria ponit. s. legis authoritatẽ: secundo firmitatem veritatis, ibi. [Qui factus est firmus.] Tertio necessitatem obseruandi. [Et oĩs præuaricatio.] Primo ponit authoritatem, quia non humana rõne data est lex, sed per angelos. Gal. 3. Ordinata per angelos, &c. Actu. 7. Hic Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur in monte Sina, &c. Nec hoc est mirum, quia vt probat Dionỹ. reuelationes diuinarum illuminationũ, ad nos perueniũt

A mediantibus angelis. Firmitatem vero veritatis ostendit, cum dicit. [Qui factus est firmus.] quia omne quod fuit prænunciatũ in lege veteri, totum impletũ est Matth. 5. Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant, & Prou. 12. Labium ueritatis, firmum erit in perpetuum, & Psal. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Factus est ergo firmus, quia nõ fuit irritatus. Necessitatem ostendit qua punientur præuaricantes. Vnde dicit. [Et omnis præuaricatio & inobedientia, &c.] Vbi ponit vnum quod rñdet duplici culpæ. s. peccato omissionis B & transgressionis. Primũ rñdet præceptis affirmatiuis, aliud negatiuis. Primum notatur nomine inobedientiæ. Sed nũquid inobedientia est peccatum generale? Et videtur quod sic, per hoc quod dicitur hic. Ad quod dicendum est quòd peccatum dicitur esse speciale ex intentione spãlis finis. Vnde quando aliquis non seruat præceptum hac intentione, vt contẽnat præceptum, sic est spãle peccatum, sed quando ex aliqua cã, puta quãdo ex concupiscentia, tunc est conditio consequens peccatum, non tamen spãle peccatum. Aliud autem vocatur præuaricatio. Psal. 118. Præuaricantes reputaui, &c. Item aliud ponit ex parte pęnæ, cum dicit. [Accepit iustam mercedis retributionem.] Retributio enim respicit quãtitatem culpæ, vt qui magis peccauit, magis puniatur. Merces vero respicit qualitatem, vt qui igne libidinis peccauerit, igne crucietur. Accipiet ergo mercedem bonam pro bonis, & malam pro malis. Et sic merces accipitur in bonum & in malum, inquantum importat iustitiam distribuẽ- C di. Iustum dicit pp æqualitatem pœnæ, vt, s. secundum mensurã peccati, sit plagarum modus. De pœnis autem habetur Leuit. 26. & Deut. 28. Glo. dicit, Iustã, ne putetur perire iustitia pp misericordiam. Consequenter cum dicit. [Qũo non effugiemus, &c.] Ponit consequens suæ conditionalis, in quo describit conditionẽ noui testamenti vbi tria facit. Primo. n. oñdit necessitatem obseruandi. Secundo originem noui testamenti. Tertio firmitatẽ veritatis ipsius. Secundum ibi, [Quæ cum initium accepisset.] Tertium, ibi. [Cõstante Deo.] Dicit ergo, Si sermo factus per angelos punit præuaricatoribus, & inobedientes, qũo nos effugiemus, &c. In quo denotat periculum quod imminet nõ obseruantibus. Supra aũt uetus testũ vocauit salutem. Cuius rõ est, quia sermo ordinatur ad cognitionem tãtũ, hoc .n. facit vetus testamentum quia per ipsum est cognitio peccati. Rom. 3. Per legem cognitio peccati. Item cognitio Dei. Psal. 147. Nõ fecit taliter omni nationi. Et alibi. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. Non tñ conferebat gratiam, sed in nouo testõ confertur grãtia. D Io. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, quæ ducit ad salutẽ æternã. Io. 6. Dñe ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternę habes. Psal. 118. Ignitum eloquiũ tuũ uehementer Itẽ, cõmendat ipsum ex quantitate. Et dicit. [Tãtam] .i. valde magnã. Et certe valde magna est, si consideres à quib. periculis liberat, quia non solum liberat à periculis mortis corporalis, sed ẽt spũalis. Matt. 1. Ipse .n. saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ. Itẽ magna est, quia est vniuersalis. i. nõ vnius populi tantũ, nec ab vno periculo, sed est oĩum hominũ & ab hostibus oĩbus. 1. Tim. 4. Qui est saluator omniũ, maxime aũt fidelium. Luñ. 1. Sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, &c. Itẽ magna est, quia æterna. Esa. 45. Saluatus est Israel in dño salute sempiterna. Et ideo non est negligenda, sed debemus esse soliciti ad obtinendum eã. Iud, c. 18. Vidimus terrã valde opulentã & uberem. Et sequi. Nolite negligere, nolite cessare, &c. Et vere non debemus negligere, quia si negligentes fuerimus, puniemur, non tãtũ perdendo. bonũ. sed ẽt incurremus malũ. s. æterna dãnationis, quod effugere non poterimus. E Ideo dicit. [Quomodo nos effugiemus. Matt. 3. Quis demonstrabit vobis fugere a uentura ira? Iob. 11. Effugium peribit ab eis. psa. 130. Quo ibo a spũ tuo, & quo a facie tua fugiã. Originem doctrinę noui testamenti ostendit, cum dicit. [Quæ cum initium accepisset, &c.] Vbi ponit duplicẽ eius originem. Prima fuit non per angelos, sed per ipsum Christum supra. 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ideo dicit. [Quę cũ accepisset initium enarrandi per dominum] Quia habet duplex initium. Vnũ simpliciter & illud est ab æterno & hoc est per seipsum uerbũ. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Aliud est initiũ enarrationis, & istud fuit in tpe p verbũ incarnatũ. Scda origo fuit per apostolos qui audierũt Christũ. Vñ dicit [Ab eis qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

audierunt,] idest per ipsorum prædicationem. 1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio quod vidimus & audiuimus, &c. Luc. 1. Sicut narrauerunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Firmitatem deinde eius ponit, quæ maior est quam firmitas veteris testamẽti quod ostendit ex testimonio dei qui mentiri non potest. Vnde dicit.

[Confirmata est deo contestante, &c. Sciendum est autem quòd testimonium est per loquelam: loquela est signi sensibile, Deus autem duplici signo sensibili cõtestatus est, scilicet miraculis, & donis spiritussancti. Quantum ad primum dicit quòd; [Confirmata est contestante deo signis; quo ad minora miracula, vt sanatio claudi vel febris. De primo Act. 3. & 14. De secundo autem Act. vlt. [Portentis;] quantum ad maiora, sicut suscitatio mortui Act. 9. Thabita surge, &c. Dicitur autem portẽtum, quasi porro vel procul tensum, quod. s. aliquid in longinquum demonstrat. 2. Paral. 32. In legatione principũ Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portẽto, quod. s. fierat sol retrogressus &c. Præcipuum vero portentũ est, quòd deus factus est homo. Esa. 8. Ego & pueri mei quos mihi dedit deus in portentum, quòd. s. Ego sum homo, & quod pueri mei hoc crederent. Mirum .n. fuit quòd cor humanũ hoc potuit credere. Dicit [Varijs virtutibus] vt signa & portenta referantur ad ea, quæ excedunt virtutem naturæ, vt signum dicatur quod est præter & supra naturam, non tamen contra. Sed portentum est, quod est contra uaturam vt partus virginis, suscitatio mortui. Sed virtus referatur ad ea, quæ sunt secundum naturam quantum ad substantiam facti, sed non quantum ad modum fiendi. sicut sanatio febris, quod vtique possunt medici, licet non statim. Vel virtutes referantur ad virtutes mentis, quas dominus suis prædicatoribus dedit. s. fides, spes, & charitas Sed quantum ad secundum. s. quantum ad dona dicit [Et spiritussancti distributionibus.] Sed contra, vt dicitur Sapien. 7. Spiritussanctus vnus est. Quomodo ergo distribuitur. Dicendum est quòd non distribuitur secundum essentiam, sed inquantum dona eius distribuuntur. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Omnes autem gratię attribuuntur Spiritussancto, quia dantur ex amore. Amor vero, appropriatur Spiritussancto. Grego. Certe spiritussanctus amor est. Vel distributionibus idest per distributiones, quæ fiunt à Spiritussancto, quia alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij operatio miraculorum, alij prophetia, & sic de alijs. Et hoc totum non ex meritis, nec ex necessitate naturæ, sed per ipsius voluntatem. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, &c. & 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, &c. Matth. vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

audierunt, in nos confirmata est contestante deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & spiritussancti distributionib. secundum suam voluntatem.

LECTIO II.

SVpra fecit Apostolus quandam comparationem ostendens esse maiorem necessitatem obseruandi præcepta Christi quam legis datæ per angelos: hic confirmat consequentiam, vbi duo facit. Primo enim confirmat dictam consequentiam, ostendens maiorem esse potestatem Christi quam angelorum. Secundo probat idem per authoritatem, ibi [Testatus est autem quidam.] Dicit ergo, q̃ maiora supplicia sustinebunt, qui faciunt contra mandata Christi, quàm qui faciunt contra mandata angelorum, quia ipse Christus dominus est, & magis punitur qui peccat contra dominum, quam qui peccat contra seruos. Et q̃ Christus sit dominus ostendit, quia nõ subiecit Deus orbem terræ futurum subiectum Christo, angelis. Et duo facit. Primo ostendit quia orbis non est subiectus angelis. Secundo ostendit de quo orbe intendit, ibi [De quo loquimur.] Orbis. n. est subiectus angelis. Iob. 34. Quem constituit alium sup terram, aut quem posuit super orbem quẽ fabricatus est? Sed cõtra. Dan. 10. Dicitur, Angelus princeps regni Græcorum & Persarum. Et Deu. 32. Constituit fines populorum iuxta numerum filiorum Dei, secundum aliam literam. Et dicendum est, quod nõ est eis subiectus vice dñij, sed vice cuiusdã ministerii. Tota enim creatura corporalis ministratur per angelos. Psa. 102. Ministri eius qui facitis, &c. supra. 1. Omnes administratorij dicti tur. Vel non .n. subiecit orbem terræ angelis, orbem dico futurum. s. mundum istum, qui dicitur futurus, quia inscriptura quandoque dicitur futurum non respectu nostri, sed respectu eius cui comparatur, sicut idem Apostolus dicit Ro. 5. de Adam respectu Christi, qui est forma futuri. Christus. n. non est futurus respectu sui, sed respectu Adæ. Sic ergo orbis futurus dicitur non respectu nostri sed respectu Christi, qui est ab æterno, cuius orbis sic in tempore. Et quia Manichæi dicunt orbem subiectũ malo Deo, non astr bono ideo subdit: [De quo loquimur,] quia non de alio, sed de isto. Vel supra supra 1. dixerat, Ipsi pereibunt scilicet cœli & mutabuntur, quod sicut ibi dictum fuit, intelligitur quo ad statum, nõ quo ad substantiam: ita q̃ duplex est status mundi. Vnus qui nũc est præsens, 2. Pet. 3. Cœli qui nũc sunt & eosdem verbo repositi, sunt reseruati igni,

LECTIO II.

NOn enim angelis subiecit Deus orbẽ terræ futurum de loquimur. Testatus est autem in quodam loco qui dicens. Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam uisitas eum; Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarũ. Oĩa subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectũ ei. Nunc autem, necdum videmus omnia subiecta ei.

LECTIO III.

CVM autem qui modico quàm angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus gustet mortem. Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxit, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres uocare eos dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruitutis. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.

imaginem terreni, portemus & imaginem cęlestis. Homo ergo simpliciter dicitur peccator. Et quia iste longe est a Deo [quia longe a peccatoribus salus] dicitur Deus eius esse memor sicut homo memoratur eius, quod longe est ab ipso. Sed cum de peccatore sit iustus, sic filius hominis visitatur per gratiam. Iob. 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meũ. Consequenter ponit mysterium passionis, eum dicit: [Minuisti eum paulominus ab angelis.] Vbi sciendum est q̃ ordine naturæ, corruptibilia ac passibilia minora sunt incorruptibilibus & impassibilibus. Angeli autem secũdum naturã sunt impassibiles & immortales. Vñ qũ Christus dignatus est passionẽ & mortẽ sustinere, minoratus est ab ipsis, nõ q̃ plenitudinẽ suã amiserit, vel in ali quo diminutus fuerit, sed paritatẽ nostrã sibi assumpsit. Et hoc significatum fuit. Lucæ. 22. Vbi dicitur, quòd apparuit illi angelus domini confortans eum, non quidigneret ipso, sed vt ostenderet se minoratũ ab ipsis p passionẽ. Dicit aũt [Paulo minus] pp duo.

Primò, quia omnis creatura corporea est modicum quid per comparationem ad rationalem, quia corporea comprehenditur certis liminibus quantitatis, non autem rationalis, sed semper plus potest in magis intelligibile: Christus autem est minoratus ab angelis, non quantum ad diuinitatem, nec quantum ad animam, sed solo corpore. Et sic dixit paulominus pp quantitatẽ. Secundo dicitur paulominus quantum ad durationem, quia modicum duraui Esa. 54. in modico dereliqui te &c. Nec mirum est quòd in passibilitate corporis est minoratus ab Angelis, cum etiam in hoc sit minoratus ab homine secundum illud psalmiste 21. Ego autem sum vermis & non homo & hoc propter turpitudinem mortis, de qua Sap. secundo. Morte turpissima condemnemus eum. Si autem quod dictũ est, Quid est homo &c. vtrumque referatur ad hominem, sic homo dicitur minoratus ab angelis tripliciter, primo quantum ad cognitionem, sed paulominus, quia non quantum ad cognitionis genus, quia & homo, & angelus communicant in vno genere cognitionis, sed quantum ad modũ, quia excellentiori modo cognoscũt angeli quam homines. Secundo vero, quo ad corpus, quia licet angelus, & anima sint vnius naturæ scilicet intellectualis, anima tamen vnitur corpori, sed etiam in hoc modicum, quia non tollitur dignitas animæ per huiusmodi vnionem, sed aliquo modo aggrauatur & impeditur ab altiori cõtemplatione. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Tertio, quantum ad dona, & hoc paulominus, non quantum ad dona gratuita. Mart. 22. erunt sicut Angeli Dei in cęlis, sed quantum ad naturalia. Deinde cum dicit, [Gloria & honore &c.] Ostendit misterium exaltationis. Vbi tria facit, primo, ostendit eius gloriã, Secundo, honorem, ibi; [Et honore &c.] Tertio, poreſtatem ibi; [Constituisti eum &c.] Apoc. 5. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem in omnem creaturam &c. Dicit ergo primo [Coronasti eum gloria] idest claritate. Gloriam. n. claritatem importat. Christus autem duplici gloria coronatus est. s. claritate corporis Ad philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Ista claritas sibi promittitur Io. 12. Et clarificaui, animã scilicet implendo splendoribus gratiæ, & iterum clarificabo, sci licet corpus immortalitatis gloria. Alia claritas est in confessione omnium populorum Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur, ipsa. 20. Gloriam & magnum decorem impones super eum. Consequenter ostendit eius honorem, cum dicit; [Et honore &c.] Differt autem honor a gloria, sicut effectus a causa, est. n. honor reuerentia exhibita in testimonium excellentiæ, unde est testificatio bonitatis eius. Honor autẽ ille est, ut omnis creatura reuereatur ipsum sicut & patrem. Ioan. 5. Vt omnes honorificent filium sicut & patrem. Et dicit [Coronasti scilicet in signum victoriæ, quia corona datur vincenti, primæ. Corinthio. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant &c. secundæ Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Christus autem per certamen passionis meruit hanc gloriam & honorem. Philip. 2. Factus est obediens usque ad mortem: & sequitur. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. ista autem prout Christo inquantum Deus est non sunt præmium, sed magis illi naturalia, sed inquantum homo est, sunt præmium victoriæ passionis, eius. Sed potestatem eius ostendit, primo quantum ad authoritatem eius. Secundo quantum ad effectum, ibi. [Omnia subiecisti &c.] Quantum ad primum dicit. [Constituisti,] quod potest tripliciter intelligi. Vno modo quòd constitutus est super omnia loca & hoc in ascensione. Ephe. 4. Ascendit super omnes cęlos vt adimpleret omnia. Secundo dignitate. Eph. 1. Constituẽs eum ad dexteram suã super omnem principatum & potestatem, &c. Tertio potestate, quia super omnẽ creaturam. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo, &c. Sed Christus inquantum Deus non est constitutus, sed natus, sed constitutus est inquantum homo. supra. 1. Q̃ eum constituit hæredem vniuersorum, &c. Effectus potestatis est, quia [Omnia subiecisti sub pedibus eius.] Vtitur autem prophetia tempore pro futuro propter maiorem certitudinem. Iam enim factum est in æterna Dei prædestinatione. Et dicit sub pedibus eius. i. humanitate, vel eum omnimoda subiectione. psal. 109. Donec ponam inimicos tuos, &c. vel [Sub pedibus eius. 1. sub humanitate eius, sicut enim per caput Christi intelligitur Deus.

1. Cor. 11. ita etiam per pedes Christi intelligitur humanitas eius. psal. Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Si vero exponatur hoc sic, homo dicitur coronatus gloria quantum ad cognitionem intellectualem, qua præeminet cæteris animalibus. 1. Cor. 11. Vir quidem gloria & imago Dei est &c. Iob. 34 Qui docet nos super iumenta terræ. Item honore, in quãtum ipse solus sui et omnia animalia est dominus suorum actuum, & non subijcitur necessitati rerum mutabilium quantum ad animam, cum sit liberi arbitrij. Item potestate, quia constitutus eum super omnia opera, vno modo ut per ly omnia intelligantur omnes creaturæ, quæ sunt infra hominem. Gene. 1. Præsit piscibus maris & volatilibus cęli &c. Alio modo vt ly omnia, supponat pro tota uniuersitate creaturæ, quia etiam cælestia corpora & angeli deseruiunt homini. psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te vt custodiant te. &c. Consequenter cum dicit. [In eo.n. &c.] Exponit sensum testimonii. Vbi Apostolus duo facit Primo. n. exponit quantum ad eius subiimitationem. Secundo quantum ad minorationem, ibi [Eum autem qui modico.] Circa primum duo facit, quia primo ostẽdit qualiter dictum prophetæ sit intelligendum. Secundo ostendit illud nondum esse impletum, ibi. [Nunc autem.] Cum ergo dicit. [In eo.n. q̃ ei subiecit.] Ostendit qualiter sit intelligẽdum, quia. n. scriptura dicit omnia subiecta esse Christo [Nihil dimisit non subiectũ ei. Vnde ly omnia, non est distributio accomoda ad aliqua genera, sed absolute ad omnia, quia omnia generaliter ei & vniuersaliter subiecta sunt. Verum est præter eum qui subiecit sibi omnia, ut dicitur. 1. Cor. 15. sicut dicitur, Cęlum tenigit omnia. Verum alia a se. Sed tunc arguit sic Arrius. Patet omnia subiecit filio, ergo filius minor est ipso patre. Respondeo dicendum est, quod verum est q̃ pater omnia subiecit filio secundum naturã humanam in qua minor est patre. Io. 14. Pater maior est, sed secundum naturam diuinam ipse Christus subiecit sibi omnia. Consequenter cum dicit. [Non autẽ nec dum videmus oĩa ei.] Ostendit hoc nondum esse impletum, quia infideles peccatores & dęmones nondũ sunt ei subiecti. Ro. 10. Sed non oẽs obedierũt Euangelio. Exo. 10. Vsquequo non uis mihi subijci, &c. Et sic peccatores nõ sunt subiecti Christo, per rebellionem uoluntatis, sed per potentiam oẽs subijciuntur ei, modo quãtum ad authoritatem, sed in futuro omnes quantum ad executionem. Vnde hæc est expositio eius quod supra dixit, orbem terrę futurum.

LECTIO III.

SVpra Apostolus uoles ,pbare excellẽtiã Christi sup angelos induxit authoritatẽ prophetæ in qua aliqd etat q̃ ptinet ad Christi dignitatẽ, sicut illud, Oĩa subiecisti, &c. Et ipse illud exposuit. Aliqd asit q̃ ptinet ad eius passionẽ, s. minuisti eum, &c. Istud asit vt repugnare suo principali intento, quo s. intẽdit Christum præferre angelis. Et ideo hoc in parte ista diffuse exponit. Vbi duo facit, quia primo ostẽdit fm quid sit ista minoratio intelligenda, quia s. fm passionem: secundo agit de conuenientia passionis, ibi. [Decebat.n.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit [illegible] q̃. Sedo describit ipsam passionem, ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Vt gratia Dei] Dicit ergo [Eum autem &c.] Cõtinuetur sic, ita dictum est quid est homo &c. Gloria & honore &c. Omnia subiecisti &c. Minuisti eum &c. Et hæc prophera de Christo prædixit, sed iam multa de istis videmus impleta. Pro certo ergo tenemus quod quæ restant sunt implenda, s. quòd omnia subijcientur ei &c. [Greg.] Præteritorum exhibitio, futurorum est certitudo. Et potest sic construi. [Nos eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus esse Iesum,] nec solum hoc sed [Gloria & honore coronatũ pp passionem mortis] q̃ fuit causa illius exaltationis. Phi. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. [Et dicit mortis.] quia non qualemcunque passionẽ sustinuit, sed acerrimam & turpissimam. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Vel aliter. [Nos uidemus Iesum.] Et quasi quæreretur ab ipso quem dicerent: ideo respondens dicit, s. eum qui per passionem mortis modico minoratus est quam angeli, eum gloria & honore coronatum quasi dicat. Hæc minoratio non est intelligenda in Christo nisi propter passionem mortis. Nec est mirum, quia quantum ad hoc non solum angelis, sed etiam hominibus est minor. Esai. 53. Desiderauimus eum nouissimum virorum & cæt. Dicit autem Glo. & est Augustini contra Maximum, quòd Christus non minoratur ab angelis propter conditionem naturæ humanæ, sed propter passionem. Natura enim mentis humanæ quam Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius quam sola trinitas. Minor ergo angelis corpore, quia passio est secundum corpus, quod videmur esse contra Dionysi. qui dicit quarto cap. angelicæ Hierarchiæ, quòd angeli naturali participatione luminis maiores sunt quã homines.

Et dicendum est, q̃ de natura mentis humanæ & angelicę dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum naturalia sola, & sic natura angelorum excellentior est & nobilior, quam natura mentis humanæ, quia angelus accipit cognitionem diuinæ veritatis in quadam excellẽtia & plenitudine intellectualis luminis sed homo ex creaturis. Alio possumus accipere naturam vtrusque sine peccato, in ordine ad beatitudinem obtinendam, & sic sunt æquales. Luc. 20. Erunt sicut angeli in Cęlo: Christus tamẽ quantum ad excellentiam gratię, secundum mentem humanam maior est angelis. Ista igitur minoratio non est secundum naturam diuinitatis, nec absolute secundum naturã humanam, nisi

I inquantum passus est secundum illam. Possumus autem dicere, quod Christus triplici gloria fuit coronatus, s. gloria sãctificationis, q̃ habuit in primo instanti suæ conceptionis. Item gloria diuinæ fruitionis, quia ab ipso instantiæ suę conceptionis fuit comprehensor. Item gloria impassibilitatis, q̃ meruit post passionem: Deinde cũ dicit [Vt gratia Dei.] Describit ipsam passionem, & describit eam tripliciter. Primo ex causa, cum dicit. [Vt gratia Dei.] Secundo ex vtilitate, cũ dicit [Pro omb.] Tertio ex mõ, cũ dicit. [Gustaret] Cã. fuit sola gratia Dei. Vnde cõtinuatur sic, Videmus Iesum, qui minoratus est ex hoc [Vt gra Dei &c.] Ex ipsa. n. factum est, quod filium suum vnigenitum dedit. Io. 3. Sic. n. dilexit Deus mundũ, vt filium suum vnigenitum daret. Ro. 5. Commendat aũt Deus charitatẽ suam in nobis, quia cũ adhuc peccatores &c. Vel ẽm quod dicit gl. Aug. vt gratia, i. ipse Christus qui est gratia Dei. Et sic gratia est nominatiui casus. Dr autem Christus gra, quia author est gratiæ. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel quia est gratis datus. Esa. 6. Filius datus est nobis, vt sit sensus, q̃ ipse minoratus est, vt ipse qui gratia Dei &c. Vtraque positio est ẽm gl.] Pro omeib. ecce utilitas. Pro omnib. autẽ dupliciter potest intelligi. Vel vt sit distributio accommoda scilicet, pro omnib. prædestinatis, pro istis etiã tm̃ habet efficaciã. Vel absolute pro omnibus, quantum ad sufficientiam. Sufficiẽs. n. quantum ad se omnibus est. 1. Tim. 4. Qui est saluator omnium, maxime aũt fidelium. Chrysostomus. Pro omnib. homini bus generaliter mortuus est, quia omnib. pretium sufficit. Et si oẽs non credunt, ipse tñ quòd suum est impleuit. [Gustaret.] ecce modus. Gustat. n. qui non multum comedit nec bibit. Quia ergo Christus, non perseuerauit in morte, sed statim surrexit, ideo gustauit. psal. 109. De torrente in via bibit &c. Viator festinat. Item gustus est discretiuus saporis. Vnde qui gustat, magis discernit, quam qui bibit, ut designet q̃ mortem & dolorem sensit, & sic mors non fuit fantastica, vt dicit Manicheus & Apollinaris, iõ dicit, gustauit. Tren. 1. O vos oẽs qui trãsitis p via &c.

F Modus vero ponitur cum dicitur. [Gustaret.] Simile habetur Mat. 26. Pater, si possibile est transeat a me calix iste, & hoc pp tres rõnes. Primo propter mortis amaritudinem experimendam, cuius experientia est per gustum. Tren. 1. O vos omnes, qui transitis per viam. Esa. 24. Amata erit potio bibẽtibus eam. Secundo, quia sicut gustare vel non gustare, est in potestate gustantis, sic & passio Christi fuit voluntaria. Io. 10. Potestatem habeo ponẽdi animam meã. Tertio, quia gustare est parum sumere, Christus autem parum perseuerauit in morte. secundum illud Psalm. 15. Non derelinques animam meam in inferno, & cæt. Deinde cũ dicit. [Decebat enim eum &c.] Ostendit conuenientiam ex utilitate. Deus enim pater est, qui fuit causa mortis. Ipse enim est. [Per quem omnia.] sicut per causam efficientem, & propter quẽ omnia, sicut per causam finalem. Propter ipsum enim sunt omnia, quia propter bonitatem suam communicandam & hæc fuit causa mouens ad producendum res, & ita finaliter sunt omnia propter Deum. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sunt etiam effectiue per ipsum. psal. 145. Qui fecit cęlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Est ergo omnium principium, & finis. Apoc. 1. Ego sum alpha & o, principium & finis. Rom. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Decebat ergo ipsum, quia actor est omnium, omnibus prouidere. Sap. 6. Aequaliter illi cura est de omnib. Secundo conueniens fuit ex parte causæ, quę ut dictum est, fuit gratia

H Dei, gratia vero ordinatur ad gloriam. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: Deus autem ab æterno prædestinauit, quos debet adducere in gloriam. Et isti sunt omnes illi, qui sunt participes filiationis filij eius, quia si filij, & hæredes. Ro. 8. Et ideo dicit. [Qui multos filios in gl. ad,] q. d. Ipse habet vnum filium perfectum naturaliter. Mar. 12. Adhuc ergo habens filium vnum charissimum &c. Qui est naturaliter splendor gloriæ: supra 1. Alij ante sunt adoptiui, & ideo adducendi sunt in gloriam. Vñ dicit. [Qui adduxerat,] i. adducendos præordinauerat. Et quid decebat eos? Hoc. s. quòd ipse est qui est actor salutis eorum &c. Salus ita in duobus consistit. s. quòd fiant filij, & quòd inducantur in hæreditatem. Quòd autem sint filij, habent per filium naturalem. Quos præscitit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Rom. 8. Gloriam autem & hæreditatem non consequuntur nisi per eum, cuius naturaliter est hęreditas, qui est splendor gloriæ: quia ergo per filium consequimur ista duo, ideo ipse conuenienter dicitur auctor salutis. Mat. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum infra 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Decebat ergo quòd pater adducerem salutis mitteret, s. filium, vt expositum est, qui multos filios adduxerat per ipsum in gloriam, & sic patet conueniẽtia ex parte causæ: [Per passionem consumari,] i. per fidem. Ipse. n. inquantum est filius naturalis, est totaliter perfectus, sed quia in passione minoratus fuit, debuit per meritum passionis perfici. Et ita ergo consummatione, patet conuenientia modi, de quo diximus, quòd gustauit. Tãtum. n. gustauit mortem, quia non accepit eã, nisi, vt per meritum passionis consummaretur. Ipsa. n. eius consummatio est eius glorificatio. Luc. vlt. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Gustauit etiam, quia cum ipse adduxerit filios in gloriam, sicut medicus gustat medicinam ne infirmus abhorreat, sed vt securius bibat, ita ipse gustauit mortem, ut quia sine morte ingrediente necessitate non est salus, nul

K lus mortem refugiat. Consequenter, cum dicit. [Qui. n. sanctificat.] Probat quod dixerat. Vbi duo facit, quia primo probat propositum suum ex parte patris consummantis. Secundo ex parte Christi consumati, ibi. [Quia ergo pueri.] Adhuc circa primum duo facit, quia primo proponit intentum. Secundo probat per authoritatem, ibi. [Propter quam causam.] Dicit ergo. [Qui. n. sanctificat, & qui sanctificantur ex vno oẽs.] Sciendũ est ãq̃ s. Apostolus tria dixerat. Primo, q̃ Christus est causa salutis, s. quo ostendit nos dependere ab ipso, sicut a Saluatore. Secundo ostendit, q̃ pater est consummator ipsius Christi per meritum passionis, & in hoc Christus dependet a patre. Tertio, q̃ pp nos adducit in gloriam, in quo ẽt nos dependere a Deo ostendit, & ẽm hoc, Apostolus hic tria facit. Primo. n. ostendit q̃ dependemus a Christo. Sanctificatus enim dependet a sanctificãte, Christus autem est sanctificans. infra 13. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem &cæt. Bene ergo dictum est, quòd quia est actor, & sanctificator, dependemus ab ipso, ipse vero a patre, a quo habet quòd sanctificet quod est secundum. Sed omnes, ipse, s. qui sanctificat nos, qui sanctificamur, ex uno, s. ex patre, q̃ est tertium. Rom. 8. Hæredes Dei, cohæredes autem Christi: consequenter ista tria probat per tres authoritates. Et primo q̃ Christus tanquã mediator & actor

salutis ea, quæ Dei sũt, in nos refert. Vnde dicit. [Propter quam causam.] quia, s. nos & ipse ex patre depẽdemus & sumus ex uno Deo patre. [Non confunditur eos uocare fratres] quia, s. ex eodem patre. Mala. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Ro. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ideo dicitur in Ps. 21. Nuntiabo nomen tuum fratrib. meis Et Io. 2. Vade ad fratres meos. Sed nota quòd dicit. Non confunditur, &c. Quia aliqui de vili plebi nati, si promouentur, confunduntur cognoscere consanguineos suos. Prou. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Non sic autem Christus, sed dicit. [Nuntiabo nomen tuum fratribus meis,] Ioan. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris &c. Istius annuntiationis ostendit fructum, cum dicit. [In medio ecclesiæ laudabo te.] quasi dicat, per hoc congregatur tibi magna Ecclesia, in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio, quia sicut columna in medio domus ipsam sustentat, lucerna in medio domus illuminat, cor in medio corpus vinificat, ita Christus in medio Ecclesiæ. Item in medio quasi non ad unum populum tantum, sicut Moyses missus fuit. Psal. 73. Operatus es salutem in medio terræ, & ideo dicitur Luc. vlt. Sicut Iesus in medio discipulorum. Sciendum est circa hoc, q̃ ante legem consuetudo erat: q̃ omnes primogeniti erant sacerdotes, & hoc pertinebat ad ius primogenituræ. Christus autem est frater sicut primogenitus, & ideo est sacerdos. Sacerdos autem populum sanctificans, medius est inter Deum & populum. Deuter. 5. Ego illo tempore sequester fui. Et iõ pertinet ad ipsum nunciare quę Dei sunt ad populum. Secundo, quæ populi sunt, referre in Deum, primo facit dicendo, & ideo dicit. Nuntiabo nomẽ tuum fratribus meis, i. ducam eos in notitiam tui, & hoc est sanctificare eos. Io. 14. Sanctifica eos in veritate, &c. Secundo faciendo, dum facit homines ex affectu in Deum, prorumpere in laudem Dei, & ideo dicit, in medio ecclesiæ. Deinde cum dicit. [Et iterum, &c.] Ostendit q̃ ipse Christus dependet ex patre per hoc q̃ dicit. [Ego ero fidens in eum.] Hoc secundum Hieronymum habetur. Esa. 8. Vbi nos habemus. Expectabo dominum, qui abscondit faciem suam a domo Iacob, &c. Sed Esa. 12. expresse habetur. Fiduciali ter agam, & non timebo. Ego ero fidens in ipso pro gloria capitis & membrorum, q̃ supra dixit consummationem, psalm. 30. In te domine speraui. Ostendit aũt quia spem habet, quia non quamcunque, sed firmam, quæ dicitur fiducia Spes. n. & si non sit de impossibili, tamen habet timorem coniunctum quandoq; & tunc proprie dicitur spes. Spes quandoque est firma, & sine timore, & tunc proprie dicitur fiducia, & istam habuit Christus.

Dicit ergo. Fidens ero in eum, i. habebo fiduciam in adiutorio eius, s. patris pro gloria corporis q̃ resuscitabit, & membrorum, & animæ. Psal. 30. In te domine speraui & c. Hiere. 14. Beatus vir qui confidit in domino. Sed contra, sancti dicunt, q̃ in Christo, ideo fides nec spes est, sed sola charitas. Respondeo, dicendum, q̃ aliud est spes, aliud fiducia, nam spes est expectatio futuræ beatitudinis, & hæc non fuit in Christo, quia ab instanti suæ conceptionis beatus fuit. Fiducia autem est expectatio cuiuscunque auxilij, & secundum hoc fuit in Christo fiducia, inquantum secundum humanam naturam expectabat a patre auxilium in passione. Vnde cum inueniatur q̃ Christus dicatur habere spem, non est intelligendum tanquam principalis obiecti q̃ est beatitudo, sed rationes gloriæ resurrectionis, & glorię corpori collatæ. Deinde cum dicit. [Et iterum, &c.] Ostẽdit tertium, s. q̃ refert nos in Deum, dicẽs. [Ecce ego.] Et habetur Esa. 8. quasi dicat. Remanens sum in Deum, ego, inquam, qui sum fidens. [Et similiter pueri mei] quos in Deum reduco, s. discipuli mei. Ioannis vltimo. Pueri, nunquid pulmentarum habetis? [Quos dedit mihi Deus.] Ioannis 17. Tui erant, & mihi eos dedisti. Iti dicuntur pueri propter puritatem. 1. Regum. 21. Si mundi sunt pueri & maxime a mulieribus, & paulo post ibidem sequitur. Fuerunt vasa puerorum sancta. Item propter simplicitatem. 1. Corin. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Item propter humilitatem. Matt. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli &c. Item propter facilitatem ad bonum. Sinite paruulos venire ad me, & ostendit q̃ non solum ipse est a Deo, sed etiã pueri, vnde subdit [Quos dedit mihi dominus,] & sic uerum fit q̃ dixit. Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes, qa Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.

LECTIO IIII.

QVia ergo pueri communi cauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem de-

LECTIO IIII.

SVpra ostendit Apostolus conuenientiam mortis Christi ex parte patris, mortem deponentis, hic ostendit idem ex parte ipsius Christi, mortem patientis. De Christo vero dixit quod erat actor salutis fidelium, ideo hic intendit ostendere quomodo per passionem effectus est actor salutis eorum. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditionem naturæ, per quem mori potuit & pati. Secundo ostendit vtilitatem quam per mortem attulit, ibi [Vt per mortem.] Tertio probat quod proposuerat, ibi [Nusquam enim angelos:] Dicit ergo primo. Ita dixi, quòd ipse & pueri sunt ex uno omnes, & quod vocauit eos fratres, ergo conueniens fuit quod esset eis similis, non tantum quia imparitur eis participationem naturæ diuinæ quod est ex dono, gratiæ, sed etiam quia ipse naturam eorum assumpsit. Vnde dicit. [Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem:] vbi notandum est, quod nomine carnis & sanguinis, aliquando ipsa natura carnis, & sanguinis intelligitur. Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea, vt sic per carnem intelligas corpus, secundum illud Iob. 26. Pelle & carnibus vestisti me, per sanguinem vero intelligas animam, non quod anima sit ipse sanguis, sed quia non conseruatur in corpore sine sanguine. Aliquando uero per carnem & sanguinem: intelliguntur vitia carnis & sanguinis. Matt. 19. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Aliquando veto ipsa corruptibilitas carnis & sanguinis. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem. Sed hic non intelligitur de vitijs; Christus enim assumpsit naturam sine peccato, sed cum passibilitate, quia assumpsit carnem similem peccatrici Rom. 8. In similitudinem carnis peccati. Ipse ergo communicauit vel pueris, vel etiam carni & sanguini, & totum similiter, quia scilicet non carni fantasticæ vt dixit Manichæus: nec accidentaliter vt dixit Nestorius, sed veræ carni & sanguini, sicut & pueri, in veritate personæ. Quod autem hic dicitur quod Christus communicauit carni & sanguini, non est intelligendum secundum quod dicunt vitia carnis & sanguinis, quia non assumpsit culpam nec commisit, sed secundum quod dicunt ipsam substantiam carnis animatæ, quia carnem & animam assumpsit. Item est intelligendum de passibilitate carnis, quia assumpsit naturam nostram passibilem, vt sit sensus: [Quia pueri,] idest fideles habuerunt naturam passibilem. [Et ipse.] scilicet, Christus participauit eisdem, vel pueris scilicet, in natura carnis & sanguinis, vel eisdem idest, carni & sanguini, non quidem fantasticæ vt delirat Manichæus, nec accidentaliter vt fingit Nestorius, sed similiter scilicet, nobis idest, eo modo quo nos participamus, idest secundum rei veritatem, scilicet personaliter, & substantialiter. Nos enim participamus eis in persona, & Christus etiam similiter assumpsit eam in vnitatem personæ. Ioann. 1. Verbum caro factum est. Potest etiam per carnem & sanguinem intelligi caro & sanguis Christi, secundum illud Ioan. 5. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, quibus pueri scilicet. Apostoli communicauerunt in cœna, Matt. vigesimosexto, & Christus similiter participauit eisdem scilicet, carni & sanguini, quia ipse similiter sumpsit, vt Chrisostomus expresse dicit super Matth. vigesimosexto. Ipse (inquit) Christus bibit sanguinem suum. Vnde Luc. vigesimosecundo. Desiderio desideraui, & cæt. Consequenter ostendit vtilitatem quam per mortem attulit, cum dicit. [Vt per mortem destrueret & cæt.] Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit vtilitatem istam ex parte diaboli, qui tenebat. Secundo ex parte nostra, qui tenebamur, ibi. [Vt liberaret eos.] Dicit ergo ideo participauit carni & sanguini, idest assumpsit naturam in qua posset pati & mori, quod non poterat diuina. [Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, i. diabolum.] Sed quomodo habet diabolus mortis dominium? hoc enim est solus Dei. 1. Reg. 2. Dominus vnificat, & mortificat. [illegible] ter. 32. Ego occidam, & ego viuere

Universidad de Deusto
Biblioteca

re faciam. Respondeo, Dicendum est q̃ aliter habet dominium mortis iudex, quia. s. quasi mortem insligens, cum per mortẽ punit, aliter latro quasi. s. mortem sibi ex demerito acquirens. Primo modo Deus habet mortis imperium. Gen. 2. Quacunque die comederis ex eo morte morieris. Secundo modo diabolus qui suadendo homini peccatũ, morti ipsum addixit. Sap. 2. Invidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. dicit aũt destrueret, non quantum ad substantiam quam habet incorruptibilem, non quantum ad malitiam, vt aliquando diabolus bonus fiat (vt dicit Origenes) sed quantum ad potestatis dominium. Ioannes duodecimo. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Colossen. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semeti ipso. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Vna est ex parte Christi. Iustitiae enim est vera ratio, vt victor victum sibi subijciat secundę Petr. secundo. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Christus enim vicit diabolum. Apocalip. quinto. Vicit leo de tribu Iuda. Et ideo iustum est diabolum sibi esse subiectum. Luce vndecimo. Cum fortis armatus custodit atrium suum, &c. Alia ratio est ex parte diaboli, Iustitia enim exigit, quod qui male vtitur potestate sibi concessa, amittat eam. Diabolo autem data est permissiue in peccatores quos seduxit, sed non in bonos. Quia ergo hanc extendere præsumpsit etiam in ipso Christo, qui peccatum non fecit, Ioannes, decimoquatto. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, ideo meruit illam perdere. Tertia ratio est ex parte nostri, quia iustum est, quod victus sit seruus victoris ut dictum est. Homo autem per peccatum seruus erat diaboli. Ioan. octauo. Qui facit peccatum seruus est peccati, & ita subiectus diabolo, & obnoxius peccato. Christus autem soluit pretium pro peccato nostro. psal. Quæ non rapui tunc exoluebam. Sublata ergo causa seruitutis, s. peccato, per Christum est homo liberatus. Sciendum est aũtem, quòd nulla alia satisfactio fuit conueniens. Homo enim erat debitor, vnus autem bene potest satisfacere pro alio ex charitate: Nullus autem pro tota humana natura, quia non habet potestatem super illam. Nec etiam ipsum humanum genus sufficienter poterat satisfacere, quia totum erat peccato obnoxium. Nec etiam angelus quia ista satisfactio est ad gloriam, quæ excedit facultatem naturæ angeli. Oportuit ergo esse hominem qui deberet satisfacere, & Deum qui solus habet potestatem super totum humanũ genus, q̃ posset pro toto humano genere satisfacere. Per mortẽ ergo Dei & hominis destruxit eũ qui habet mortis imperiũ.

Consequenter cum dicit. [Vt liberaret eos &c.] Ponitur alia vtilitas ex parte nostra. Circa quod sciendum est, quod huomo intantum est seruus peccati, inquantum inducitur ad peccandũ. Inter omnia uero duo sunt, quæ inducunt ad peccandum efficacissime, s. præsentium bonorum amor male inflammans, præsentium etiam pœnarum, timor male humilians. De his. psal. 79. Incensa igni, quantum ad primum, & suffossa, quantum ad secundum. Hæc autem duo in idem reducuntur, quia quanto quis amat bonum aliquod, tanto timet malum sibi contrarium. Ista sunt quibus homo ligatur & detinetur in peccato, magis tamen per timorem mouetur, quam per amorem. Vnde videmus quòd feræ bestiæ poenarum timore retrahuntur à maximis voluptatibus, & sic timor maxime [ligat homines. Inter omnes autem, timor mortis est maximus. Est enim finis terribilium. Vnde si homo timorem istum superat, superat omnes, & hoc supposito, superatur omnis amor mundi inordinatus. Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamẽ, quia abstulit timorem mortis, & per consequens amorem uitæ præsentis. Quando. n. considerat homo, quòd filius Dei dominus mortis, mori voluit, non timet mori. Et inde est q̃ ante mortem Christi, dicebat ille in Ecclesia. 41. O mors quam amara est memoria tua. Sed post mortem Christi clamat Apostolus. phil. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Vnde Matth. 10, Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Dicit ergo. Vt liberaret eos qui timore mortis, obnoxii sunt seruituti, s. peccati, per totam vitam quam nimis appetebant. Vel aliter. Homo enim duplici seruituti erat obnoxius scilicet legis & peccati. Vnde act. 15. Lex dicitur iugum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Manus enim Moysi erant graues. Exod. 17. Gal. 4. Vt eos qui sub lege erant redimeret. Erant enim obnoxij seruituti peccati. Ab ista duplici seruitute Christus nos liberauit. Differentia autem inter nouum & uetus testamentum est timor & amor. In nouo est amor Ioannes decimoquarto. Si diligitis me mandata mea seruate. Vetus autem fuit lex timoris Rom. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et ideo dicit. Vt liberaret eos qui timore mortis corporalis, quam infligebat lex, per totam vitam obnoxij erant seruituti legis. Sed quæritur cur statim non liberauit a morte, sed a timore mortis? Respondeo, Dicendũ est, quòd statim liberauit nos a morte quantũ ad causam, sed ab ipsa morte non statim: quamuis liberauit a timore mortis, primo ostendendo futuram immortalitatem, & ex hoc homo patuit spendit mortem temporalem primo Corinth. tertio Christus resurgens primitiæ dormientium, &cæt. Secundo prægustando voluntarie mortem, ex quo promptiores efficimur ad subeundum mortem pro Christo 2. Petr. 3. Christus passus est pro nobis relinquens exemplũ, &c. Tertio aperiendo aditum ad gloriam, qui ante mortem suam non patebat, & ex hoc non solum non timemus mortem, sed desideramus eam, secundo Corint. 5. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo, &c. Consequenter cum dicit. [Nusquam enim angelos apprehendit.] Probat Apostolus vtilitatem, quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quòd Christus per mortem nos liberauit, quod probat ex conditione naturæ passibilis quam assumpsit. Secundo concludit similitudinem, ibi. [Vnde debuit.] Tertio ostendit similitudinis vtilitatem, ibi. [Vt misericors fieret.] Dicit ergo, ita dixi quòd Christus per mortem suam liberauit nos a peccato & morte. Nec est dubium, quod quantum ad conditionem naturæ angelus maior est homine, sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti, nec dignus morte, ideo non assumpsit angelum: quòd si assumpsisset angelum, hoc vtique fuisset propter dignitatem naturæ, sed nusquam legimus quòd assumpsit eum. [Sed tantum semen Abrahæ,]idest humanam naturam, non tamen idealẽ, sed in individuo & athomo, & ex semine Abrahæ. Matth. 1. Filii Abraam, &c.

Et hoc addit, vt Iudæi qui gloriantur se esse de genere Abrahæ, magis reuerentur Christum. Signanter vero dicit. [Apprehendit,] quia illud proprie dicitur apprehendi quod fugit. Non solum autem ipsa natura humana fugiebat a Deo, sed etiam ipsi filij Abrahæ. Zach. 7. Auerterunt scapulam, &c. Ista autem apprehensio naturæ humanæ in vnitatem personæ filij Dei, naturam nostram supra modum exaltat, vnde dicit. [Christo sto.] Magnum reuera & mirabile & stupore plenum est carnem nostram sursum sedere & adorari ab angelis & archangelis. Hoc ego sæpius in mente versans excessum patior, magna de genere humano imaginans.

Sed videtur quòd magis debuerit naturam angelicam apprehendere, quàm humanam naturam, similitudo enim est ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinæ personæ. In natura autem angelica inuenitur expressior similitudo Dei quam in humana, quia ipse est signaculum similitudinis Ezech. vigesimooctauo.

Magis ergo videtur quòd debuerit apprehendere Angelum quam semen Abrahæ. Præterea.

In natura Angelica inuenitur peccatum sicut in humana Iob quarto. In angelis suis reperit prauitatem. Si ergo apprehendit naturam humanam vt liberaret eam a peccato, videtur quòd multo magis apprehendere deberit Angelicam. Respondeo. Dicendum, quòd assumptibilis dicitur aliqua natura a filio Dei secundum congruentiam ad vnitatem personæ.

Ista autem congruentia attenditur quantum ad duo scilicet quantum ad dignitatem. ut illa natura sit assumptibilis, quæ nata est attingere ipsum uerbum per suam operationem amando & cognoscendo ipsum, & quantum ad necessitatem ut scilicet subiaceat peccato remediabili. Primus & secundum sunt in humana natura, quæ apta nata est Deum amare & cognoscere, & peccatum ipsius remediabile fuit, & ideo est assumptibilis. Naturæ autem angelicæ licet adsit primum, deest tamen secundum, nam peccatum est irremediabile, non quidem ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ seu status. Quod est hominibus mors, est angelis casus ut dicit Damascenus. Manifestum autem quòd omnia peccata hominis, siue sint parua, siue sint magna, ante mortem sunt remissibilia, post mortem vero sunt irremissibilia, & perpetuo manent, & ideo natura angelica inassumptibilis est. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quia licet in natura angelica sit congruentia dignitatis, deest tamen congruentia necessitatis. Deinde cum dicit. [Vnde debuit per omnia fratribus assimilari.] Ex prædictis concludit similitudinem, Quasi dicat, Quia ergo non apprehendit angelos, sed semen Abrahæ, ideo debuit per omnia assimilari fratribus. Per omnia, inquam, in quibus sunt fratres non in culpa sed in pœna, & ideo debuit habere passibilem naturam. Vnde infra 4. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, quantum, scilicet ad pœnam, non tentationem culpæ. Item sunt fratres quãtum ad gratiam. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei denominemur & simus, Rom. 8. Quos præscijt & prædestinauit conformes fieri, &c. Consequenter ponit vtilitatem illius similitudinis, dum dicit. [Vt misericors fieret.] Vbi duo facit, quia primo ponit eam, secundo exponit ipsam, ibi. [In eo enim, &c.] Nam Christus secundum quòd mediator est, duplex habet officium. Vnum quòd præponitur toti humano generi sicut iudex. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, &c. Aliud per comparationem ad Deum, apud quem pro nobis quasi aduocatus interpellat, quia assistit uultui eius pro nobis, infra 9. & 1. Ioann. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c. In iudice autem maxime desideratur misericordia, & præcipue a reis. In aduocato desideratur fidelitas. In Christo autem insinuat Apostolus illa duo esse per passionem eius. Humanum enim genus in Christo inquantum est iudex desiderabat misericordiam, inquantum aduocatus fidelitatem. Et ista duo exhibuit Christus per passionem. Vnde quantum ad primum dicit quod per passionem. [Assimilatus est fratribus vt misericors fieret.] Sed nunquid non fuit misericors ab æterno? videtur quòd sic, quia miserationes eius super omnia opera eius. psalm. centesimoquadragesimoquarto. Item ab initio habuit misericordiam Iob, 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. Respondeo. Dicendum est, quod miseratio dicitur quasi miserum cor super aliqua miseria, & hoc est dupliciter. Vno modo per solam apprehensionem, & sic Deus sine passione nostram miseriam apprehendit. Ipse enim cognouit figmentum nostrum, ut dicitur in psalm. centesimosecundo. Alio modo per experientiam, & sic Christus potissime in passione expertus est miseriam nostram. Et si dicitur vt qui erat misericors per apprehensionem nostræ miseriæ, fieret misericors per experientiam. Esa. quinquagesimooctauo. Clamabo & dicam ecce adsum quia misericors sum dominus Deus tuus. Et inde est, quod misericordiam fecit, ut patet de muliere deprehensa in adulterio, misericordiam docuit Matth. quinto. Estote misericordes, &c. Misericordiam mandauit Matth. decimosecundo. Discite quid est, misericordiam uolo & non sacrificium &c. Item ipse est fidelis aduocatus. Et ideo dicitur. [Fidelis pontifex.] infra 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et requiritur quòd sit fidelis. 1. Corinth. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, & hoc totum [Vt repropitiaret delicta populi.] scilicet pro quo mortem sustinere voluit. Ipsa enim passio allegatio est, & fidelium interpellatio. Deinde cum dicit. [In eo enim, &c.] Exponit istã vtilitatem & continuatur sic. Quasi dicat, Non loquor de Christo inquantum Deus, sed inquantum est homo. Et ideo. [In eo.] idest in illa natura quam assumpsit, ut experiretur in se nostrã causam esse suam. Vnde dicit. [Et tentatus, & passus est.] ideo [Potens est & eis qui tentãtur auxiliari.] Vel aliter. Ideo factus est misericors & fidelis, quia in eo quòd passus & tentatus est, habet quandam conuenientiam ad hoc quod misereatur. [Et tentatus.] non a carne, sed ab hoste. Matth. 4. Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. In ipso enim non fuit aliqua rebellio partis inferioris ad superiorem, sed passus est in carne pro nobis 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, &c. Et 4. Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.

LECTIO I.

SIcut supra dictũ fuit, lex uetus ex tribus habuit authoritatẽ, s. ex angelo, ex Moyse, & Aaron põtifice. Apostolus autem supra, prætulit Christum authorem noui testamenti angelis per quos lex data fuit, hic intẽdit ipsum præferre Moysi qui fuit promulgator, & quasi legislator ueteris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo. n. præfert Christũ Moysi. Scdo concludit ex hoc, q̃ sit efficacissime obediẽdum Christo, ibi. [Quapropter sicut.] Circa primum duo facit. Primo præmittit dignitatẽ Christi. Scdo ostẽdit quid sit cõmune Christo & Moysi, ibi. [Amplioris.] Circa primũ duo facit, quia primo ponit conditionem eorum ad quos loquitur, scdo ponit cõditionem eius de qua loquitur, ibi. [Considerate.] illos autem ad quos loquitur describit tripliciter. Primo ex charitate. Vnde dicit. [Fratres.]quasi diceret, quia ex semine Abrahę fratres estis, & Christi, & inter uos adinuicem. Matth. 23. Oẽs fratres estis, &c. Item fratres Christi, supra. 2. Non confunditur eos uocare fratres. Hanc autem fraternitatẽ facit Charitas, Psalm. 127. Ecce quam bonum & quam iocundum, &c. Scdo ẽt describit eos ex sanctitate, cum dicit [Sancti.] Et hoc propter sacramen torum perceptionem qua sanctificamur a Christo primæ Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Tertio describit eos ex vocatione cum dicit. [Vocationis cælestis participes.] Ista autem uocatio dupliciter potest intelligi cœlestis esse. Vel ratione finis, vel ratione principij. Ratione quidem finis quia vocati sunt non ad terrena, sicut in ueteri testamento, sed vocati sunt ad cęlestia regna 1. Thes. 2. Vocauit nos ad suum regnum & gloriam. 1. Petr. 2. Qui de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Ratione uero principij, quia nõ est ex meritis nostris, nec ex humana adinuentione, sed sola cœlesti gratia. Gal. 1. Vocauit per gratiam suam. Rom. 8. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit. Esa. 41. Qui suscitauit ab oriente iustum, uocauit eum, ut sequeretur se. dicit autẽ. [Participes.] quia non solum iudæi uocati sunt ad gratiam fidei & noui testamenti, sed etiam gentes. Colos. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ in lumine. Quia ergo estis in charitate, & sancti, & vocati ad cælestia, debetis libenter audire loqui de eo, per quem ista nobis prouenium. Consequenter describit illum de quo loquitur, cum dicit. Considerate. Infra. 12. Aspicientes in actorem fidei, & consummatorem Iesum, &c. Sed quem? [Apostolum (inquit) & pontificem confessionis nostrę Iesum.] Apostolus enim in sequentibus præfert Christum Moysi, & Aaron, & ideo ascribit ei vtriusque dignitatem, Moysi scilicet, quia missus fuit a Deo. Psal. Misit Moysem seruũ suum. Aaron uero qui pontifex fuit. Exo. 28. Applica quoque ad te Aaron, &c. Christus autem excellentius missus fuit Apostolus, quàm Moyses Exod. 4. Obsecro domine, mitte quem missurus es, quasi dicat alium digniorem missurus es. Item ipse est pontifex & sacerdos psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quasi ergo præmittit hic conditionem suam principalem, dicens. [Vnde.]idest ergo fratres. [Considerate Apostolum.] Quasi dicat. Prætermittatis cõsiderate illum Apostolum idest missum Moysen & Pontificem Aaron, [Et considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ.]i. illũ quẽ nos confitemur. Hoc est. necessarium ad salutem, ut confiteamur eum. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutẽ; vel confessionis. i. sacrificij spiritualis. Ois. n. sacerdos ordinatur ad sacrificia offerẽda. Duplex autem est sacrificium, s. corporale uel temporale. Et ad hoc institutus fuit Aaron. Aliud autem est sacrificium spirituale, q̃ est in fidei cõfessione, psal. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Et ad illud facti ficium institutus est Christus, non ad tauros. Esaię 1. Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem mitulorum, & agnorum, & hircorũ nolui. Et paulo post ibidem sequitur. Ne offeratis vltra sacrificiũ fruſtra. Deinde cum dicit, [Qui fidelis &c.] Comparat Christum Moysi, De Aaron infra facit mentionem specialem. Et

CAP. III. LEC. I.

VNde fratres sãcti uocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & põ-

ponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit primo hic, vt dictum est, illud, in quo conueniunt: secundo, in quo Christus superat Moysen ibi. [Amplioris.n. gloriæ.] Commune Christo & Moysi est fidelitas ad Deum, & ideo dicit, qui fidelis est, vbi secundum est, quòd totum hoc, quod hic dicitur de Moyse, fundatur super illud quod habetur Numeri 12. Vbi dominus ostendit excellentiã Moysi, postquam iurgati sunt eõtra ipsum Aaron & Maria, vbi ponitur hæc verba, quæ Apostolus hic allegat ibi.n.dñ sic. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. [vbi si bene attendimus magis commẽdatur Moyses, quam in aliquo loco Bibliæ. Et ideo Apostolus tãquam excellentissimum ad commendationem Moysi hoc accipit. Hoc autem potest conuenire & Christo & Moysi. De Moysem patet ex ipsa historia allegata. De Christo etiam intelligitur, quia ipse [secundum quòd homo. [Fidelis est ei qui fecit eum.] i. Deo patri, qui fecit eum, s. Apostolum & pontificem, non secundum diuinam naturam, quia sic non est factus nec creatus, sed genitus; sed secundum humanam. Romanorum primo, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Fidelis autem fuit Deo patri. Primo, non attribuens sibi quod habebat, sed patri, Io. 5. Mea Doctrina non est mea. Secundo quia gloriam eius quærebat, non suam. Io. 8. Ego gloriam meam nõ quæro. Et 7. dicitur, Qui quærit gloriam eius, qui eum misit, hic verax est, & iustitia in illo non est. Tertio, quia perfectè obediuit patri, Philip. 2. Factus obediens vsq; ad mortem. Fidelis ergo est Christus ei. [Qui fecit eũ sicut & Moyses.] & hoc [In omni domo eius.] quæ domus est vniuersitas fidelium de qua Psal. 92. Domum tuam decet sanctitudo domine: vel in omni domo eius, idest in toto mundo, non tantũ in Iudæa sicut Moyses. Isa. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Deinde cum dicit [Amplioris enim gloriæ.] Præfert Christum Moysi, & hoc quantum ad duo. Primo quantum ad potestatem. Secundo quantum ad conditionem, ibi. [Et Moyses:] Commendando autem Christum, commendat ipsum habuisse honorem in omni domo sicut Moyses, sed quòd Christus ipsum excellat, ostendit. Vbi primo ponit rationem. Secundo manifestat, ibi. [Omnis namque.] Ratio autem Apostoli est, quòd maior gloria debetur illi qui fecit domum, quam illi qui eam inhabitat. Christus autem fabricauit domum. Psal. 37. Tu fabricatus es aurorã & solem. Prou. 2. Sapientia ædificauit sibi domum ideſt ecclesiam. Ipse.n. Christus per quem gratia & veritas facta est, tanquam legislator ædificauit ecclesiam. Moyses autem tanquam legis pronuntiator, & ideo solum ut pronuntiatori debetur gloria Moysi. Vnde & resplenduit facies eius, de qua Exod. 34. & secundæ Cor. 3. Ita vt non possent filij Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. Continuatur ergo sic litera, Tu dicis quòd Christus est fidelis sicut Moyses, quare ergo dimittemus ne consideremus? Certe quia. [Amplioris gloriæ dignus est habitus præ Moyse, quanto ampliorem gloriam habet dominus domus, qui fabricauit illam.] Quasi dicat, Et si Moyses multum sit honorabilis, tamen Christus honorabilior est sicut fabricator domus, & sicut legislator principalis. Iob 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua: & nullus ei similis in legislatoribus. Si ergo debetur gloria Moysi, ampliori dignus est Christus, secundæ Cor. 3. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis ministerium iustitiæ erit in gloria. Consequenter probat minorem suæ rationis cum dicit. [Omnis namque domus fabricatur ab aliquo.] Minor autẽ est quòd Christus fabricauit domũ istam, & hoc probat. primo, quia omnis domus indiget fabricatore: secundo quia ista domus de qua loquitur, a Christo fabricata est, ibi. [Qui autem omnia.] Primo ergo probat, quòd ista domus, sicut & quælibet alia indiget fabricatore, quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo vno, sicut patet de domo artificiali, in qua ligna & lapides ex quibus composita est, vniuntur ab aliquo. Aggregatio antẽ fidelium, quæ est ecclesia & domus Dei, ex diuersis collecta est, s. Iudæis & Gentibus, seruis, & liberis. Et iõ ecclesia sicut & omnis domus ab aliquo viuente fabricatur. Huius rationis, ponit tantum conclusionem, supponens veritatẽ premissarum ex facti euidẽtia 1. Pet. 2. Ipsi tãquam lapides viui superædificamini domos spirituales, & cætera. Eph. 2. Superædificati supra fundamentũ Apostolorũ & prophetarũ, &c. Deinde cũ dicit. [Qui autẽ creauit oĩa Deus.] Probat quòd Christus sit istius domus ædificator: ipse.n. est Deus q fecit oĩa. Et si hoc intelligitur de toto mũdo, planũ est. Psa. 32. Ipse dixit & facta sũt, &c. Est autem alia creatio, spiritualis q̃ fit per spiritũ. psa. 103.

F Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem &c. Et hæc fit a Deo per Christum. Ia. Primo, Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Eph. 2. Iustus factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. Deus ergo istam domum fecit, scilicet ecclesiam ex illulo, scilicet de statu peccati, in statũ gratiæ. Creauit. Ergo Christus per quem fecit omnia supra 1. Per quem fecit & seculа. Io. 1. Omnia per

lus, in testimonium eorũ, quæ dicenda erant. Christus vero tãquã filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finẽ, firmam retineamus.

ipsum facta sunt, & sine ipso, &c. est excellẽtior (vt pote quia habẽt potestatem factoris) quàm Moyses qui solum fuit pronuntiator. Deinde cum dicit. [Et Moyses quidem.] Præfert Christũ Moysi, quantum ad cõdimonẽ, & circa hoc duo facit. Primo.n. G ponit rationem suam, secundo manifestat eam, ibi. [Quæ domus.] Ratio autem sua talis est: Constat, quòd amplioris gratiæ est dominus & in domo propria, quam famulus & in domo domini. Sed Moyses est fidelis sicut seruus & in domo domini. Christus vero sicut dominus & in domo sua. ergo &c. Circa quod sciendũ est quòd Apostolus vade diligeter notat verba illa, scripta de Moyse, in quibus duo dicuntur de ipso, vocatur enim seruus, vocatur etiam fidelis non in domo propria, sed in domo Dei nostri. Et quantum ad ista duo, præfert Christum Moysi. Primo enim ostendit quid conueniat Moysi, Secundo quid conueniat Christo ibi; [Christus vero tanquam filius.] Dicit ergo [Quòd Moyses fidelis erat tamquam seruus,] ideſt sicut fidelis, dispensator. Matt. 15. Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Christus autem quodammodo seruus est, scilicet secundum carnẽ, Philip. 2. Formam serui accipiens, sed Moyses fuit famulus Dei H in verbis Dei proponẽdis filijs Israel. Ex quo patet, q̃ quia erat fidelis famulus, illa quæ dicebat, ordinabantur ad aliud. s. ad Christum. Et hoc erat [In testimonium eorum, quæ dicenda erãt.] Io. 5. Si crederetis Moysi, credertetis forsitan & mihi, de me.n. ille scripsit Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibẽt. Quia ergo erat famulus, ideo erat non in domo propria, sed in aliena. Et quia ea, quæ dicebat, erãt in testimonium eorum, quæ dicenda erant de Christo, ideo Moyses omniquaque minor fuit Christo. Deinde cum dicit [Christus vero.] Ostendit quid conueniat Christo, in domo patris, & per consequens [Sua:] quia ipse est naturalis, supra primo. Quem constituit hæredem vniuersorum, &c. Ecclesia enim est domus Christi. Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domũ, psa. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu &c. Matt. 3. Filius meus dilectus &c. Est ergo, non seruus, sed filius, & in domo sua, sed Moyses est seruus, & in domo alterius. Io. 8. Filius manet in æternum. Deinde cum dicit. Quæ domus sumus nos. ostendit, quæ sit ista domus. Ista domus fuit fidelis, & sunt domus Christi, qui credunt in Christum 1. Tim. 3. In domo Dei, quæ est ecclesia. Et etiam quia Christus habitat in ipsis. Phil. 3. Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Fiat ergo domus, nos fideles simus. Ad hoc autem, quod simus domus Dei, quatuor oportet, adesse quæ requiruntur circa domũ, si non sunt in tabernaculo. Et ista tangit Apostolus. Primo, quod spes nostra & fides sit certa & permanens, tabernaculum autem, & si sit firmum, tamen cito moueri potest. Et significat illos qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, sed illi sunt domus, qui verbum Dei retinent. Et ideo dicit [Si tineamus fiduciam.] dictum est supra, quod fiducia est ipsa cum expectatione firma & sine timore. secundæ Cor. 3. fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Secundo quod sit ordinate disposita. Et ideo dicit [Spei gloriam,] ideſt ad gloriam K Dei ordinate, ita quod contemptis alijs, gloriemur in spe gloriæ. Hierem. nono. In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. Tertio quod perseuerans. Vnde dicit: [Vsque in finem.] Matt. 10. Qui perseueraverit vsque in finẽ, hic saluus erit. Quarto quod sit firma, ut scilicet nulla aduersitate moueatur. Vnde dicit. [Firmã.]

infra 6.

Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam,

betur Num. 14. Et alios etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi quòd cum non tota ecclesia cadat, sed tantum aliqui, licet plures, quod nihilominus mali punientur, sed non boni, sicut in istis duobus. 3. Reg. 19. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua Baal. Ro. 11. Reliquiæ secundum electionem Dei saluæ factæ sunt. Deinde cum dicit. [Quibus autem, &c.] Expo nit illud quod dixerat de pœna. Et primo illud quod dixerat, offensus fui, secundo illud quod dixerat. Iuraui in ira, &c. ibi, Quibus autem iurauit, &c. Dicit ergo. [Quibus autẽ offensus est quadraginta annis? Nonne &c.] Ex quo patet quod istud quod supra dixit, quadraginta annis refertur ad illud offensus fui. Vnde dicit, quòd fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Vnde sciendũ est quòd omnes qui egressi sunt de Aegypto mortui sunt in deserto, sicut dicitur Iosue 5. Non tamẽ omnes prostrati sunt, sed aliqui vel a Deo, sicut quando aperta est terra, & deglutiunt Datan & Abiron, sicut dicitur in psa. 77. Et hoc habetur Nu. 16. Aliqui vero prostrati sunt a Moyse, sicut patet in conflatione vituli, sicut patet Exod. 22. Aliqui vero ab hostibus, sicut patet in plurib. locis. Et ista satis habentur 1. Cor. 10. Aliqui uero morte propria mortui sunt. Non ergo omnes prostrati sunt. Vnde non fuit pœna generalis, sed pœna specialis fuit. Et nullus præter illos duos, qui dicti sunt, introierũt terram promissionis: Et de ista terra dicit. [Quib. autem iurauit, i. firmiter statuit, nõ introire in requiem.] nisi illis qui fuerunt increduli verbis, s. exploratorum.] Vnde patet, quod propter incredulitatem non potuerunt intrare in requiẽ ipsius, & propter hoc dicit. [Videmus,] quia experti sunt, quòd propter incredulitatem suam non potuerunt intrare. Vel uidemus nos, s. per pœnam illam, quæ dicta est, quia non potuerunt, &c.

LECTIO I.

PRæmisit supra Apostolus authoritatem Dauid & exposuit, nunc autem arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo.

Primo enim induxit solicitudinem introeundi, secundo monet quòd properemus ingredi, ibi. [Festinemus ergo.] Circa primum duo facit. Primo enim incutit solicitudinem timoris. D

Secundo ostendit, quod de hoc debet solicitudo immunere, ibi. [Etenim & nobis.] Dicit ergo. Dictum est q̃ infensus est illis, qui nõ crediderunt, ita q̃ iurauit q̃ nõ introibunt in requiem eius. [Ergo & nos timeamus,] i. timore casto & solicitudinis.

Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Timor enim huiusmodi est vtilis admonitio ad bonum, & est comes trium spiritualium virtutum. s. spei, fidei, & charitatis. Eccles. 24. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis & sanctę spei. Sed quid timere debemus? [Ne forte relicta pollicitatione, &c.] Beatitudo enim siue felicitas in hoc consistit, vt homo ingrediatur illam. Tob. 13. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Isti. duodecimo. Contemplantes ne forte quis desit gratiæ Dei. Quia vt dicit Chry sostomus, Maior est pœna damnatis de hoc quòd sunt exclusi a uisione Dei, quam aliæ pœnæ quas habent. Et dicit. [Existimetur,] scilicet diuino iudicio. Matth. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem æternum. Vel existimetur secundum humanam opinionem. Eph. 5. Hoc scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei, Timendum est ergo, ne aliquis ex vobis existimetur deesse, quia vobis facta est promissio intrandi. Esa. trigesimosecundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Apocal. 14. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Timendum est ergo ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione, ideſt promissione, quam relinquimus deserendo spem, fidem, & charitatem per quam possumus introire. Et hoc fit A per peccatum mortale. Consequẽter cum dicit. [Etenim nobis.] Ostẽdit q̃ nobis imminet ista solicitudo. Et circa hoc facit duo. Primo enim proponit intentionem suam. Secundo probat eam, ibi. [Ingrediemur.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit quod nobis facta est ista promissio: secundo q̃ ista promissio nõ sufficit, ibi. [Sed nõ profuit.] Dicit ergo. Etenim nobis nuntiatum. Idest nobis promissum est. Vnde sciẽdum est quòd illa q̃ in veteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. Oĩa.n. in figura contingebãt illis, 1. Cor. 10. & Ro. 1. Quæcumque scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt. Deinde cũ dicit. [Sed non profuit, &c.] Ostendit quòd non sufficit promissio, quam nihilominus esse solicitũ. Vnde dicit, quòd sermo audi

operibus ab institutione mundi, perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic. Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo supereſt introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendã, hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictũ est, Hodie si uocem eius au

tus, & non creditus, in nullo eis profuit. Non enim auditores legis iustificabuntur, sed factores. Ro. 2. Et dicit. [Non admistus fidei.] Quia sicut ex intellectu & intellecto fit vnum, ita ex corde credentis, & ipsa fide formata fit unum. 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo unus spiritus est. Illud autem quod dicit. [Ex his quę audierunt.] potest esse ratio, quare sermo non est admistus fidei. Hoc enim fuit ex his, quæ audierunt ab exploratoribus, quibus fuerunt increduli. Vel potest esse determinatio fidei, quæ debet esse ex his quæ audierũt. Fides enim ex auditu. Ro. 10. Verba.n. Dei sic sunt efficacia. quod statim audita debent esse credita. psa. 52. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit. [Ingrediemur enim, &c.] Probat propositum, & circa hoc facit tria. Primo enim ostendit, quod nobis est necessarium credere sicut & illis. Secundo adducit duas authoritates ad probandũ intentum suum, ibi. [Et quidem operibus.] Tertio ex illis arguit ibi. [Quoniam ergo supereſt.] Dicit ergo, Nobis factus est sermo sicut & illis, quia [Ingrediemur in requiem.] Psa. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Iob. 11. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Est autẽ duplex requies. Vna in bonis exterioribus, & ad istam egreditur homo a requie mentis. Alia est in bonis spiritualibus, quæ est intima & ad istam ingredimur. Mat. 25. Intra in gaudium domini tui. Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Deinde ponit authoritatem. [Sicut iurauí, &c.] & hoc expositũ est. Deinde cum dicit. [Et quidem operibus, &c.] ponit duas authoritates. Vnam legis, quæ habetur Gen. 2. aliam quæ frequẽter posita est, quæ habetur in psa. 94. Dicit ergo quã tum ad primum. [Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit, &c.] Hoc potest legi dupliciter. Vno modo quòd non sit ibi, enim, sed dixit, in quodam loco, &c. Et est planior litera: vt sit sensus. Dico quòd ingrediemur in requiem, quæ prefigurata est ab institutione mũdi, de qua requie præfigurata per diem septimam. [Dixit, scilicet Spiritus sanctus qui loquitur in scriptura: quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 2. Petr. 1. [In quodam loco.] (Famoso) scilicet. Genes. 2. [De die septima.] Et sic requieuit Deus ab operibus suis. Operibus, inquam ab institutione mundi perfectis. Vel dixit Spiritus sanctus in quodam loco de die septima; & hoc dixit postquam narrauerat opera sex dierum ipsis perfectis ab institutione mũdi. Si vero sit ibi. Dicit enim, tic est defectiua constructio, & est sensus. [Nuntiatum est nobis quod ingrediemur,] & hoc. [Operibus ab institutione mundi perfectis,] Sed quando & quomodo nuntiatum est? quia dixit, in quodam loco, &cæt. Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum, quæ fuerunt perfecta. Dicit uero ab institutione mundi, quia primo constitutus est mundus, & post sex dies distincte perfectus est in singulis partibus suis. De distinctione autem istorum dierum diuersimode loquuntur sancti: Aliter enim accipit Augustinus ab alijs sanctis, sicut patet prima parte summæ: quæst. 74. Art. 2. & 3. Tamen quomodocumque dicatur, manifestum est, quòd opera illa perfecta fuerunt. Est enim in ipsis duplex perfectio. Vna, secundum partes mundi, quæ sunt cœlum, & quatuor elementa. Et hæc attenditur penes earum essentias, sicut habetur in prima parte summæ quasi vbi supra. Et hoc fuit per opus creationis, quod fuit prima die. Et

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per opus distinctionis, quod fuit secunda & tertia die. Et in hoc concordat Aug. cum alijs. Alia perfectio est, secundum singulas partes. Et hæc perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus quantum ad superiora fuit quarta die, quantum ad mediam s. aerem & aquam, quinta die, quantum vero ad terram, quæ est infimũ elementũ, fuit sexta die. Ista vero perfectio conuenit numero senario, qui consurgit ex suis partibus aliquotis simul sumptis, quæ sunt vnum, duo, & tria, qa sexies vnũ, sunt sex, similiter terbis, & bis tet, & vnum duo, tria, sunt sex: quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius cõueniat aliqualiter his, quæ dicta sunt quia ter vnũ, tria sunt, & vnum & duo, tria sunt, tamen bis vnũ non faciunt tria; similiter semel duo, non faciunt tria, sed tantum duo: ideo per ipsum senarium, designatur perfectio rerũ. Post perfectionem vero promittitur quies, quæ nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mundi, sicut in qualibet alia erat quædam variatio, vnde in ipsa incœpit status propagationis propter quod & connumeratur alijs, ideo in septima mundi ætate, est status quiescentium. Secundũ Aug. tamen, ista septima dies nihil aliud est, quàm cognitio angelica relata ad quietem Dei ab operibus. Sed cõtra. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eam, si non est opus Dei. Præterea. Io. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Respõdeo, Dicendum est quòd accipitur ibi quies, nõ secundum quòd opponitur labori, sed secundum quòd opponitur motui. Deus. n. & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso nõ loquimur nisi per sensibilia, in quibus non est operatio sine motu, iõ omnis operatio large loquendo, dicit ur motus, & sic dẽ quieuisse, quia cessauit noua species producere: quia illa, quæ postea facta sunt, fuerunt in istis rebus tunc productis: vel ẽm virtutẽ actiuam sicut in animalibus perfectis, vel secũdum rationes seminales, vel secundum materiã sicut materialia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit factum corpus q̃ posset suscitari. Quædam autem fuerunt tunc secundum similitudinẽ, vt aĩe rationales, quæ tãtum siunt a Deo. Sic ergo requieuit Deus ab operibus producendis, quia oĩa aliquo modo præcesserunt vt dictum est, tamẽ vsque modo operatur conseruando, & gubernando, quæ condidit. Et sic septimam diẽ Deus fecit sicut quãlibet aliam, quia tunc fuit aliquid additum, quia tunc incœpit status propagationis. Quælibet autẽ additio variabat statum mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diem. Vel secundum Aug. non dicit simp liciter requieuit, sed, [Requieuit ab operibus suis.] Ab æterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiã requieuit non in operibus, sed ab operibus. Aliter enim operatur Deus, & qui liber alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam suã, sicut domificator facit domum vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter luctum. vnde desiderium cuiusibet artificis quietatur in opere suo. Sed non sic est de Deo, quia nõ agit propter indigentiam suam, sed propter bonitatem cõmunicandam. Vnde non quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem ponit authoritatẽ Dauid, q̃ iã exposita est. Cõsequẽter esi dicit. [Quo niã ergo superest, &c.] Arguit ex p̃missis. Et circa hoc facit duo.

Primo enim accipit sensum secundæ authoritatis illius. [Si vocem eius audieritis, &c.] Secundo, arguit ex primo, ibi. [Itaque relinquitur, &c.] Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda authoritate. secundo ostendit quòd hæc duo intelliguntur in ipsa, ibi. [Nam si eis Iesus.] Accipit ergo duo, quæ intelligũtur in ipsa, ibi. [Nam iustum est,] s. quòd antiqui patres non introierunt. Aliud est, quòd tempore Dauid adhuc restabat alia quies præstanda. Licet enim ipsis fuisset promissa requies præstanda in terra promissionis, tamen per hoc, quod post longum tempus dicit, Hodie si vocem, &c. ostendit quòd alia requies restat. Aliter enim non faceret mentionem de requie, dicens, Hodie, &c. Est ergo quædam requies in quã nobis intrandum est, in quam illi nõ intrauerunt, propter incredulitatẽ. Et iõ, quoniã illi nõ intrauerũt, restat ergo quosdã intrare q̃ bus promissio facta est, quia hi quibus prius nuntiatũ est nõ introierũt, i. Iudæi, quibus p̃missio facta est. Restat ergo quosdã intrare, cuius tõ est, quia si Deus creauit hominẽ ad quietem, & ipse requieuit ab operibus suis sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spus, compagũ quoque ad medulla

F Nam beatitudinem, quia ad imaginem & similitudinẽ suam creauit illum, ideo præparauit ei requiem. Licet ergo alĩ ex merito culpæ suæ excludantur, non tamen vult Deus q̃ il la præparatio sit frustra. Et iõ superest, ut quidam intrent, vt patet de vocatis ad nuptias, Matt. 22. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui nõ itati fuerant, non fuerunt digni &c. & ideo. [Terminat.] i. determinat nobis diem septimam, i. diem gratiæ dicendo in Dauid: Hodie si vocem, &c. Et repetit authoritatem, quæ exposita est. Sciendum est autem, q̃ Deus hominẽ præparauit beatitudinem pro requie, nec vult istam præparationem esse frustra, sed si

G vnus non intrabit, alius intrabit, sicut ostenditur in illa parabola de nuptijs. Matt. 22. Vnde Apoc. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuã. Quasi dicat, Si tu non accipias alius habebit. Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios ,p eis. Deinde cũ dicit. [Nã si eis Iesus &c.] ,probat q̃ ista persit alios intrare, qa si Iesus Naue, i. Iosue filijs Israel, [Finaliter requiẽ pstitisset, nõquã de alia, &c.] Idest, nõ imminueret nobis alia requies, nec de alia aliqua ,ppheta Dauid loqueret̃ post illa diẽ. Vnde manifestũ est, q̃ illa requies fuit signũ requiei spualis.

LECTIO II.

H Supra Apostolus duas authoritates assumpsit, unam de Gen. 2. Aliam uero de psal. 94. & concludit intentionem suam ex secunda authoritate. i. Psalm. hic concludit idem ex prima. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit conclusionem, secundo, ponit rationem consequentiæ, ibi. [Qui enim ingressus.] Circa primum sciendum est, q̃ Apostolus in serie omnium istorum uerborum, facit mentionem de triplici requie. Prima, est requies Dei ab operibus suis. Secunda, est requies temporalis, quam habuerunt filij Israel in terra promissionis. Tertia est requies aeterna, quæ per istas duas designatur. Sed Apostolus hic, antequam faciat mentionem de requie æterna, dicit quòd post terrenam adhuc. [Reliquitur,] i. remanet. [Sabbathismus populo Dei.] qui in ueteri lege per sabbathum, representabatur. s. requies æterna. Esa. 58. Vocaberis sabbathum deliciarum & sanctum domini, Esa. 66. Erit mensis ex mense & sabbathum ex sabbatho. i. requies perpetua. Et dicit sabbathismus, quia sicut in ueteri lege sabbathum representabat requiem Dei ab operibus suis de qua dicitur Gen. 2. ita ista requies erit sanctorum ab operibus suis. Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Vnde subdit. [Qui enim ingressus est in eius.] quia sicut Deus sex diebus operatus est, & sep tima requieuit, ita per sex dies præsens tempus propter perfectum numerum significatur. Qui ergo perfecte operatur, in septima [Requiescit ab operibus suis, sicut & a suis Deus.] non autem a quibuscunque operibus, quia sunt ibi quædam opera perpetua, videre. l. amare, & laudare. Apoc. 4. Non habebant requiem nocte ac die dicentes, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40. Qui sperant in domino, habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Deinde cum dicit. [Festinemus.] Inducit ad festinationem. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit monitionem, secundo, subdit rationem de introitu illius requiei, ibi. [Viuus est.] Item circa primum duo facit. Primo enim, monet ad festinandũ, secundo, ostendit tardantis periculum, ibi [Vt ne in idipsum.] Dicit ergo, Quia igitur relinquitur sabbathismus, &c. [Festinemus ergo ingredi in illam requiem.] Et signanter dicit ingredi, quia non est in bonis exterioribus, ad quæ est egressus, sed est in bonis interioribus, Exo. 15. Introduces eos, & plãtabis, &c. Matt. 25. Intra in gaudium domini tui. Est ergo multiplex ratio, quare festinandum est intrare. Vna est, quia longinqua est via. Prou. 7. Abijt uia longissima, Luc. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. Dicitur autem longinqua, propter diffãtiam status, quia ibidem plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo; est enim desideranti perfecta vitio & tentio; hic autem sunt omnia contraria istis. Item festinandum est, quia tempus est valde breue. Iob. decimoquarto. Breues dies hominis sunt. Item, quia istud tempus cum hoc, q̃ est breue & modicum, est

A per peccatum mortale. Consequẽter cum dicit. [Et enim nobis.] Ostẽdit q̃ nobis imminet ista solicitudo. Et circa hoc facit duo. Primo enim proponit intentionem suam. Secundo probat eam, ibi. [Ingrediemur.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit quod nobis facta est ista promissio: secundo q̃ ista promissio nõ sufficit, ibi. [Sed nõ profuit,] Dicit ergo. Et enim nobis nuntiatum. Idest nobis promissum est. Vnde sciẽdum est quòd illa q̃ in veteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. Oĩa. n. in figura contingebãt illis, 1. Cor. 10. & Ro. 1. Quæcunque scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt. Deinde est dicit. [Sed non profuit, &c.] Ostendit quòd non sufficit promissio, quin nihilominus esse soliciti. Vnde dicit, quòd sermo audi

operibus ab institutione mundi, perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic. Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendã, hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictũ est, Hodie si uocem eius au

B tus, & non creditus, in nullo eis profuit. Non enim auditores legis iustificabuntur, sed factores. Ro. 2. Et dicit. [Non admistus fidei.] Quia sicut ex intellectu & intellecto fit vnum, ita ex corde credentis, & ipsa fide formata fit unum. 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo unus spiritus est. Illud autem quod dicit. [Ex his quæ audierunt.] potest esse ratio, quare sermo non est admistus fidei. Hoc enim fuit ex his, quæ audierunt ab exploratoribus, quibus

C fuerunt increduli. Vel potest esse determinatio fidei, quæ debet esse ex his quæ audierũt. Fides enim ex auditu. Ro. 10. Verba. n. Dei sic sunt efficacia. quod statim audita debent esse credita. psa. 52. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit. [Ingrediemur enim, &c.] Probat propositum, & circa hoc facit tria. Primo enim ostendit, quod nobis est necessarium credere sicut & illis. Secundo adducit duas authoritates ad probandũ intentum suum, ibi. [Et quidem operibus.] Tertio ex illis arguit ibi. [Quoniam ergo superest.] Dicit ergo, Nobis factus est sermo sicut & illis, quia [Ingrediemur in requiem.] Psa. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Iob. 11. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Est autẽ duplex requies. Vna in bonis exterioribus, & ad istam egreditur homo a requie mentis. Alia est in bonis spiritualibus, quæ est intima & ad istam ingreditur. Mat. 25. Intra in gaudium domini tui. Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Deinde ponit authoritatem. [Sicut iurauí, &c.] & hoc expositũ est. Deinde cum dicit. [Et quidem operibus, &c.] ponit duas authoritates. Vnam legis, quæ habetur Gen. 2. aliam quæ frequẽter posita est, quæ habetur in psa. 94. Dicit ergo quã tum ad primum. [Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit, &c.] Hoc potest legi dupliciter. Vno modo quòd non sit ibi, enim, sed dixit, in quodam loco, &c. Et est planior litera; vt sit sensus. Dico quòd ingrediemur in requiem, quæ præfigurata est ab institutione mũdi, de qua reuipe præfigurata per diem septimam. [Dixit,] scilicet Spiritus sanctus qui loquitur in scriptura: quia Spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 2. Petr. 1. [In quodam loco.] {Eamoso} scilicet. Genes. 2. [De die septima.] Et sic requieuit Deus ab operibus suis. Operibus, inquam ab institutione mundi perfectis. Vel dixit Spiritus sanctus in quodam loco de die septima, & hoc dixit postquam narrauerat opera sex dierum ipsis perfectis ab institutione mũdi. Si vero sit ibi. Dicit enim, sic est defectiue constructio, & est sensus. [Nuntiatum est nobis quod ingrediemur,] & hoc. [Operibus ab institutione mundi perfectis,] Sed quando & quomodo nuntiatum est? quia dixit, in quodam loco, &cæt. Dicit

D autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum, quæ fuerunt perfecta. Dicit uero ab institutione mundi, quia primo constitutus est mundus, & post sex dies distincte perfectus est in singulis partibus suis. De distinctione autem istorum dierum diuersimode loquuntur sancti: Aliter enim accipit August. ab alijs sanctis, sicut patet prima parte summæ quæst. 74. Art. 2. & 3. Tamen quomodocunque dicatur, manifestum est, quòd opera illa perfecta fuerunt. Est enim in ipsis duplex perfectio. Vna, secundum partes mundi, quæ sunt cœlum, & quatuor elementa. Et hæc attenditur penes earum essentias, sicut habetur in prima parte summæ quasi vbi supra.

E Et hoc fuit per opus creationis, quod fuit prima die. Et

per

CAP. IIII. LEC. I.

Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Et enim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex his quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiẽ, qui credimus, quemadmodum dixit, Sicut iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam. & quidem

B Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendã, hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictũ est, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiẽ præstitisset, nunquam de alia loqueretur post hac die.

LECTIO II.

G Itaq; relinquitur sabbathismus populo Dei. Qui. n. ingressus est in requiem eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spus, compagũ quoque ad medulla

H vnus non intrabit, alius intrabit, sicut ostenditur in illa parabola de nuptijs. Matt. 22. Vnde Apoc. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuã. Quasi dicat, Si tu non accipias alius habebit. Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios ,p eis. Deinde cũ dicit. [Nã si eis Iesus &c.] ,probat q̃ ista persit alios intrare, qa si Iesus Naue, i. Iosue filijs Israel, [Finaliter requiẽ pstitisset, nõquã de alia, &c.] Idest, nõ imminueret nobis alia requies, nec de alia aliqua ,ppheta Dauid loqueret̃ post illa diẽ. Vnde manifestũ est, q̃ illa requies fuit signũ requiei spualis.

LECTIO I.

I Præmisit supra Apostolus authoritatem Dauid & exposuit, nunc autem arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo.

Primo enim inducit solicitudinem introeundi, secundo monet quòd properemus ingredi, ibi. [Festinemus ergo.] Circa primum duo facit. Primo enim incutit solicitudinem timoris.

D Secundo ostendit, quod de hoc debet solicitudo imminere, ibi. [Etenim & nobis.] Dicit ergo. Dictum est q̃ insensus est illi, qui nõ crediderunt, ita q̃ iurauit q̃ nõ introibunt in requiem eius. [Ergo & nos timeamus,] i. timore casto & solicitudinis. Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Timor enim huiusmodi est utilis admonitio ad bonum, & est comes trium spiritualium uirtutum. s. spei, fidei, & charitatis. Eccles. 24. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis & sanctę spei. Sed quid timere debemus? [Ne forte relicta pollicitatione, &c.] Beatitudo enim siue felicitas in hoc consistit, vt homo ingrediatur illam. Tob. 13. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Isa. duodecimo. Contemplantes ne forte quis desit gratiæ Dei. Quia vt dicit Chrysostomus, Maior est pœna damnatis de hoc quòd sunt exclusi a uisione Dei, quam aliæ pœnæ quas habent. Et dicit. [Existimetur,] scilicet diuino iudicio. Matth. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem æternum. Vel existimetur secundum humanam opinionem. Eph. 5. Hoc scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Timendum est ergo, ne aliquis ex vobis existimetur deesse, quia vobis facta est promissio intrandi. Esa. trigesimosecundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Apocal. 14. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Timendum est ergo ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione, ideest promissione, quam relinquimus deserendo spem, fidem, & charitatem per quam possumus introire. Et hoc fit

per opus distinctionis, quod fuit secunda & tertia die. Et in hoc concordat Aug. cum alijs. Alia perfectio est, secundum singulas partes. Et hæc perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus quantum ad superiora fuit quarta die, quantum ad mediam s. aerem & aquam, quinta die, quantum vero ad terram, quæ est infimũ elementũ, fuit sexta die Ista vero perfectio conuenit numero senario, qui consurgit ex suis partibus aliquotis simul sumptis, quæ sunt vnum, duo, & tria, q̃a sexies vnũ, sunt sex, similiter terbis, & bis ter, & vnum duo, tria, sunt sex: quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius cõueniat aliqualiter his, quæ dicta sunt quia ter vnũ, tria sunt, & vnum & duo, tria sunt, tamen bis vnũ non faciunt tria; similiter semel duo, non faciunt tria, sed tantum duo: ideo per ipsum senarium, designatur perfectio rerũ. Post perfectionem vero promittitur quies, quæ nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mundi, sicut in qualibet alia erat quædam variatio, vnde in ipsa incœpit status propagationis propter quod & connumeratur alijs, ideo in septima mundi ætate, est status quiescentium. Secundũ Aug. tamen, ista septima dies nihil aliud est, quàm cognitio angelica relata ad quietem Dei ab operibus. Sed cõtra. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eam, si non est opus Dei. Præterea. Io. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Respõdeo, Dicendum est quòd accipitur ibi quies, nõ secundum quòd opponitur labori, sed secundum quòd opponitur motui. Deus. n. & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso nõ loquimur nisi per sensibilia, in quibus non est operatio sine motũ, iõ omnis operatio large loquendo, dicitur motus, & sic dr̃ quieuisse, quia cessauit noua species producere: quia illa, quæ postea facta sunt, fuerunt in istis rebus tunc productis: vel ẽm virtutẽ actiuam sicut in animalibus perfectis, vel secũdum rationes seminales, vel secundum materiã sicut materialia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit factum corpus q possit suscitari. Quædam autem fuerunt tunc secundum similitudinẽ, vt aĩę rationales, quæ tãtum fiunt a Deo. Sic ergo requieuit Deus ab operibus producendis, quia oĩa aliquo modo præcesserunt vt dictum est, tamẽ vsque modo operatur conseruando, & gubernãdo, quæ condidit. Et sic septimam diẽ Deus fecit sicut quãlibet aliam, quia tunc fuit aliquid additum, quia tunc incœpit status propagationis. Quælibet autẽ additio variabat statum mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diem. Vel secundum Aug. non dicit simpliciter requieuit, sed, [Requieuit ab operibus suis.] Ab æterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiã requieuit non in operibus, sed ab operibus. Aliter enim operatur Deus, & quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam suã, sicut domificator facit domum vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrum. vnde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed non sic est de Deo, quia nõ agit propter indigentiam suam, sed propter bonitatem cõmunicandam. Vnde non quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem ponit authoritatẽ David, q̃ iã exposita est. Cõsequẽter cũ dicit. [Quoniã ergo superest, &c.] Arguit ex pmissis. Et circa hoc facit duo.

Primo enim accipit sensum secundæ authoritatis illius. [Si vocem eius audieritis, &c.] Secundo, arguit ex primo, ibi. [Itaque relinquitur, &c.] Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda authoritate: secundo ostendit quòd hæc duo intelliguntur in ipsa, ibi. [Nam si eis Iesus.] Accipit ergo duo, quæ intelligũtur in ipsa, ibi. [Nam iustum est,] s. quòd antiqui patres non introierunt. Aliud est, quòd tempore David adhuc restabat alia quies præstanda. Licet enim ipsis fuisset promissa requies præstanda in terra promissionis, tamen per hoc, quod post longum tempus dicit, Hodie si vocem, &c. ostendit quòd alia requies restat. Aliter enim non faceret mentionem de requie, dicens, Hodie, &c. Est ergo quædam requies in quã nobis intrandum est, in quam illi nõ intrauerunt, propter incredulitatẽ. Et iõ, quoniã illi nõ intrauerũt, restat ergo quosdã intrare q̃bus promissio facta est, quia hi quibus prius nuntiatũ est nõ introierũt, i. Iudæi, quibus pmissio facta est. Restat ergo quosdã intrare, cuius rõ est, quia si Deus creauit hominẽ ad ęternam beatitudinem, quia ad imaginem & similitudinẽ suam creauit illum, ideo præparauit ei requiem. Licet ergo aliqs ex merito culpæ suæ excludatur, non tamen vult Deus q̃ illa præparatio sit frustra. Et iõ superest, ut quidam intrent, vt patet de vocatis ad nuptias, Matt. 21. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni &c. & ideo. [Terminat.] i. determinat nobis diem septimam, i. diem gratiæ dicendo in David. Hodie si vocem, &c. Et repetit authoritatem, quæ exposita est. Sciendum est autem, q Deus homini præparauit beatitudinem pro requie, nec vult istam præparationem esse frustra, sed si vnus non intrabit, alius intrabit, sicut ostenditur in illa parabola de nuptijs. Matt. 22. Vnde Apoc. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuã. Quasi dicat, Si tu non accipias alius habebit. Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios p eis. Deinde cũ dicit. [Nã si eis Iesus &c.] pbat q̃ nõ perfecit alios intrare, q̃a si Iesus Naue, i. Iosue filijs Israel, [Finalẽ requiẽ pstitisset, nũquã de alia, &c.] Idest, nõ imminerent nobis alia requies, nec de alia aliqua ppheta David loqueretur post illũ diẽ. Vnde manifestũ est, q illa requies fuit signũ requiei spũalis.

dieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiẽ præstitisset, nunquam de alia loqueretur post hac die.

LECTIO II.

ITaq; relinquitur sabbathismus populo Dei. Qui. n. ingressus est in requiem eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spũs, compagũ quoque ad medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem est nobis sermo.

LECTIO II.

SVpra Apostolus duas authoritates assumpsit, unam de Gen. 2. Aliam uero de psal. 94. & conclusit intentionem suam ex secunda authoritate. s. Psalm. hic concludit idem ex prima. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit conclusionem, secundo, ponit rationem consequentię, ibi. [Qui enim ingressus.] Circa primum sciendum est, q Apostolus in serie omnium istorum uerborum, facit mentionem de triplici requie. Prima, est requies Dei ab operibus suis. Secunda, est requies temporalis, quam habuerunt filij Israel in terra promissionis. Tertia est requies æterna, quæ per istas duas designatur. Sed Apostolus hic, antequam faciat mentionem de requie æterna, dicit quòd post terrenam adhuc. [Reliquitur,] i. remanet. [Sabbathismus popolo Dei.] qui in ueteri lege per sabbathum, repræsentabatur. s. requies æterna. Esa. 58. Vocaberis sabbathum delicatum & sanctum domini, Esa. 66. Erit mensis ex mense & sabbathum ex sabbatho. i. requies perpetua. Et dicit sabbathismus, quia sicut in ueteri lege sabbathum repræsentabat requiem Dei ab operibus suis de qua dicitur Gen. 2. ita illa requies erit sanctorum ab operibus suis. Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis Vnde subdit. [Qui enim ingressus est re. eius.] quia sicut Deus sex diebus operatus est, & septima requieuit, ita per sex dies præsens tempus propter perfectum numerum significatur. Qui ergo perfecte operatur, in septima [Requiescit ab operibus suis, sicut & a suis Deus.] non autem a quibuscumque operibus; quia sunt ibi quædam opera perpetua, videre. s. amare, & laudare. Apoc. 4. Non habebant requiem nocte ac die dicentia, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40. Qui sperant in domino, habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Deinde cum dicit. [Festinemus.] Inducit ad festinationem. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit monitionem, secundo, subdit rationem de introitu illius requiei, ibi. [Viuus est.] Item circa primum duo facit. Primo enim, monet ad festinandum, secundo, ostendit tardantis periculum, ibi [Vt ne in idipsum.] Dicit ergo, Quia igitur relinquitur sabbathismus, &c. [Festinemus ergo ingredi in illam requiem.] Et signanter dicit ingredi, quia non est in bonis exterioribus, ad quæ est egressus, sed est in bonis interioribus, Exo. 15. Introduces eos, & plãtabis, &c. Matt. 25. Intra in gaudium domini tui. Est ergo multiplex ratio, quare festinandum est intrare. Vna est, quia longinqua est via. Prou. 7. Abijt uia longissima, Luc. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. Dicitur autem longinqua, propter distantiam status, quia ibidem plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo, est etiam desideranti perfecta visio & tentio; hic autem sunt omnia contraria istis. Item festinandum est, quia tempus est valde breue. Iob. decimoquarto. Breues dies hominis sunt. Item, quia istud tempus cum hoc, q est breue & modicum, est

est etiam incertum. Eccl. 9. Nescit homo finem suum. Item propter vrgentem vocationem. Interior enim vocatio vrget nos per stimulum charitatis. Esa. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, quẽ spiritus domini cogit, &c. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Ps. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Item propter periculũ tardãtis, sicut patet de fatuis virginibus. Matth. 25. quę tarde veniẽtes intrare non potuerunt. Et ideo dicit. [Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.] Quasi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi propter incredulitatem. Vnde caueamus alienæ culpæ exemplo, ne simus increduli, & exemplo pœnæ, vt scilicet non excludamur sicut ipsi. Luc. 1. Abijt in montana cum festinatione. Ad hoc. n ostenduntur nobis præteritæ pœnæ aliorum, vt caueamus. Prouerb. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Glo. Peius est nisi caueatis. Ex hoc videtur, q ille qui non corrigitur punitione alterius, grauius punietur. Sed contra, q̃a tam peccatum Adæ, qui non peccauit exemplo alterius, esset minus graue. Respondeo. Dicendum est, q semper istę locutiones intelligendæ sunt cæteris paribus. Contingit enim duo peccata in se considerata, non esse vnum grauius altero, tamen propter aliquam circunstantiam aduenientẽ, aggrauatur vnũ, & nõ aliud, sicut duo adulteria de se æqualia sunt, tamen illud quod est ex certa malitia grauius est, quam illud quod est ex passione, vel infirmitate. Et similiter verbum otiosum grauius est, quando fit ex certa malitia.

Quomodo autem festinandum sit, docet Apostolus 1. Corin. 9. quia, Qui currit, & qui certat ab omnibus se abstinet. Festinandum est ergo, deponendo impedimenta, non solum vt abstineamus a peccatis, sed etiam vt occasiones peccatorum vitemus. Prou. 3. Ducam te per semitas &c sed contra. Prouer. 19. Qui festinus est pedibus offender. Respondeo, duplex est festinantia, scilicet præcipitationis, & hæc est reprehensibilis, alia tenuitatis, & celeritatis, & hæc est laudabilis, nam sicut dicit, Philippẽ. Omnes homines oportet consiliari diu, operari autem consiliata festinanter: quando ergo festinantia tollit consilium, tunc pcipitat, & est vitiosa, & secundum hanc verificatur obiectio, sed festinantia, quæ est in executione consiliatorum, est virtuosa, & laudatur, & ad hanc hortatur hic Apostolus Deinde cum dicit. [Viuus est enim sermo Dei &c.] Ponit rationem prędictę monitionis, & præcipue quantum ad periculum. Hęc autem ratio sumitur ex parte Christi. In ipso autem est duplex natura. Vna, s. diuina secundum quam est verbum patris. Alia est humana, secundum quã est pontifex offerens se in cruce. Primo ergo, ponit rationem sumptam ex parte diuinitatis, secundo, rationem sumptam ex parte humanitatis, ibi. [Habentes igitur.] De filio autem Dei dicit tria. Primo enim, assignat eius virtutem, quia viuus est sermo Dei. secũdo eius cognitionem, ibi. [Et discretor.] Tertio, eius authoritatem, ibi. [Ad quem nobis sermo.] Virtutem eius ostendit tripliciter. Primo, quantum ad naturam, secundo quantum ad potestatẽ, ibi. [Et efficax.] Tertio, quantum ad operationem, [Et penetrabilior.] Dicit ergo. [Viuus est sermo Dei.] Ista litera de se videtur habere difficultatem, tamen considerando aliam translationem planior est. Vbi enim nos habemus. [Sermo,] in Græco habetur, logos, quod est idem q verbum. Vnde sermo, i. verbum. Et sic etiam exponit Aug. Illud Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, idest ego ipse, qui sum verbum Sap. 18. Omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo, a regalibus sedibus venit. Et similiter hic sermo Dei est viuus idest verbum Dei viuum. Verbum enim Dei ab æterno conceptũ, in paterno intellectu est verbum primordiale, de quo Eccles. 3. dicitur, Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et quia est primordiale, ideo ab ipso deriuantur omnia alia verba, quę nihil aliud sunt, q̃ quædam conceptiones expressæ in mente angeli, vel nostra. Vnde illud verbum, est expressio omnium verborum, quasi fons quidam. Et illa, quæ dicuntur de illo verbo, quodammodo aptantur ad alia verba, secundum suum modum. De illo autem dicitur, q est viuus. Dicitur autem res viua, quandiu habet motum, & operationẽ suã. Sicut enim fons scaturiens dicitur viuus, sic & verbum illud quod habet perpetuum vigorem. Psal. 118. In ęternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. Io. 5. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso. Vel potest referri ad humanam naturam. Est enim viuus, licet ab alijs reputetur mortuus, quia cum resurrexit, iam non moritur. Apoc. 1. Fui mortuus, & ecce sum uiuens in secula seculorum. Similiter etiam sermo scripturæ est uiuus, & indeficiens. Rom. 9. Nõ autem, quod exciderit uerbum Dei. Consequenter cum dicit. [Et efficax.] Ostẽdit eius potestatem. Dicitur autem uerbum efficax propter maximam uirtutem, & infinitam uim effectiuam, quam habet: per ipsum enim facta sunt omnia Io. 1. & Psal. 32. Verbo domini cœli firmati sunt. Item est efficax, quia ex ipso omnia verba prolata a Deo, mediante angelo, uel homine, efficaciam habent Eccl. 8. Sermo illius potestate plenus est, Esa. 55. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quodcunque uolui &c. Deinde cum dicit. Et penetrabilior, ostendit eius operationem. Et circa hoc, facit duo. Primo, ponit eius operationẽ secundo exponit, ibi. [Et pertingens.] Dicit ergo. [Et penetrabilior.] Illud proprie dicitur penetrare, quod ingreditur profunda rei. Hoc autem potest esse dupliciter. Vno modo, quia operatur in intimis rei. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Alio modo, quia cognoscit intima rei Io. 2. Opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terrę. Operatio enim Dei & cognitio, pertingit, & penetrat intima rei. Vnde dicit. [Omni gladio ancipiti.] Inter omnia enim gladius est penetrabilior propter acumen, & maxime gladius anceps, qui scilicet est acutus ex duabus eius partibus. Et ideo quia uerbum Dei acutum est, & ad operandum, & ad cognoscendum, ideo cõparatur gladio ancipiti. Eph. 6 Et gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Esa. 27. In illa die uisitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti &c. Vel dicitur anceps, quantum ad operationem, quia habet aciem ad bona promouenda, & mala destruẽda, Apoc. 1. Ex ore ipsius procedebat gladius ex utraque parte acutus, uel quantum ad cognitionem, & dicitur. [Omni gladio ancipiti,] idest omni humano intellectu, qui dicitur anceps, quia habet uiam ad utranque partem conclusionis, quousque ueniat ad finem perscrutationis, & ibi figit acumen suum, scilicet in ueritate. In ordine enim causarum uidemus, q semper causa prior intimius operatur quam causa posterior. Vnde illud quod natura producit, est intimius, quàm illud quod producitur per artem. Quia ergo Deus est prima causa simpliciter, ideo eius operatione producitur illud, quod est intimius ipsi rei, scilicet esse eius. Consequenter cũ dicit [Et pertingens &c.] Manifestat quod dixerat de operatione.

Et circa hoc facit duo, quia primo ostendit hoc quantum ad spiritualia, secundo, quantum ad corporalia, ibi. [Compagum quoq; & medullarum.] Secundum enim Apostolum, tria sunt in homine s. corpus, anima, & spiritus. 1. Thes. 5 Integer spiritus uester, anima, & corpus &c. Quid enim sit corpus, notum est. Anima autem est, quæ dat corpori uitam, spiritus uero in rebus corporalibus dicitur quid subtile, & ideo significat substantias immateriales. Esa. 31. Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Spiritus ergo in nobis dicitur illud, per quod communicamus cum substantijs spiritualibus. Anima uero illud, per quod communicamus cum brutis. Et sic spiritus est mens humana, i. intellectus, & uoluntas. Ex hoc autem dicũt aliqui, quòd in nobis sunt diuersæ animæ. Vna scilicet quæ perficit, & uiuificat corpus, & ista dicitur anima proprie. Alia uero, est spiritus habens intellectum quo intelligimus, & uoluntatem qua uolumus. & ideo ista duo magis dicuntur substantiæ, quam animæ. Hoc autem damnatum est in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Et ideo dicẽdum est, quòd una & eadem est essentia animæ, quæ per essentiam suam uiuificat corpus, & per potentiam suam, quæ dicitur intellectus, est principium intelligendi, & per istam intelligit æterna, quod quomodo sit, sic patet. Videmus enim, quòd quanto forma est perfectior, tanto operatio eius minus subditur materiæ, sicut patet quod formæ elementorum, quia sunt imperfectissimæ, non extenduntur ultra materiam. Cũ ergo anima inter omnes formas sit nobilissima, oportet quod habeat aliquam operationẽ, & præcipue anima rationalis, quæ omnino excedit potentiam materiæ. Et istam operationem uocamus intelligere, ad quam sequitur sua inclinatio, scilicet uelle. Est autem triplex differentia inter operationes animæ, ita quod anima dicatur ad quam pertinent potentiæ, quibus anima operatur cum corpore. Ad spiritum uero illæ, quibus operatur sine corpore. Prima autem differentia inter istas potentias, & operationes ab ipsis procedentes, est ipsius rationis ad sensualitatem, quæ est potentia, per quam anima operatur cum corpore, quia ratio apprehendit immaterialia, sensualitas uero materialia, & sensibilia.

Secunda differentia est partium sensualitatis, quia alium statum, & ordinem habet sensualitas, secundum quod tendit in proprium obiectum ex natura sua, & alium secundum, quod regulatur a ratione. Ipsa enim concupiscibilis aliter consideratur, ut est uis quædam in ordine ad obiectum suum, & aliter ut participat rationem. Tertia differentia est partium ipsius rationis,

Universidad de Deusto Biblioteca

secundum diuersa obiecta ipsius, quia vel intendit Deum, & hoc ē supremum in ipsa, vel in effectus, vel in spiritus effectus temporale. Omnes autem istas diuisiones, & differentias operatur, & discernit verbum Dei, scilicet, quomodo sensualitas distinguitur a ratione, differentiam etiam ipsius sensualitatis in se, differentiam etiam partium rationis, & quid proueniat in anima ex consideratione spiritualium, & terrenorum. Alio modo potest exponi secundum Glossam, dupliciter, vt per animam intelligãtur peccata carnalia, quæ fiunt actu, & delectatione, corporis, vt luxuria, gula, & huiusmodi: per spiritum vero peccata spiritualia, quæ fiunt actu mentis, vt superbia, inanis gloria, & huiusmodi, vel per animam intelligantur malę cogitationes, per spiritum vero bonæ. Et sic est sensus, pertingens, idest discernens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, idest, inter carnalia, & spiritualia peccata, vel inter bonas, & malas cogitationes. Consequenter cum dicit [Compagum quoque, & medullarum,] declarat illud quod dixerat de operatione Dei, quãtum ad temporalia. Sciendum est autem, quod aliquid non potest penetrando pertingere ad aliquid propter duo. Vnum est, propter colligationem. Aliud autem est, propter inclusionem. Neutrũ istorum potest impedire verbum Dei In nobis quidem sunt quædam colligationes, scilicet neruorum, & arteriarum. Quædam etiã sunt valde inclusa, & occulta, sicut medullæ quæ in ossibus includuntur, omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt, & subdita, & ideo nihil est ei difficile ad penetrandum. Vel per compages potest intelligi coniunctio, quæ est inter partes animæ adinuicem, vt inter animam, & spiritum. q.d. Non solum pertingit ad cognoscendum differentiam, & diuisionem animæ, & spiritus, sed ẽt ad cognoscendum quomodo coniunguntur. Cognoscit enim, quomodo sensualitas regitur ratione. Medulla autem potest intelligi illud quod latet in ratione, & sensualitate. Matth. 10. Timete eum, qui potest, & animam, & corpus mittere in gehennam. Deinde cũ dicit. [Et discretor cogitationum] agit de cognitione verbi. Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit, quod omnia subduntur cognitioni eius. Secundo, ostendit quomodo cognoscit, ibi [Omnia autem nuda] Ex duobus autem contingit, quod aliquid nõ cognoscatur, scilicet, aut quia est intra aliquod occultorum, & sic maxime sint occulta, quæ latent in corde, quia ipsum est valde profundum, & inscrutabile. Hier. 7. Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Secundum vero septuaginta interpretes habetur sic, Profundũ est cor hominis, &c. In corde vero latent cogitationes. Istas autem cognoscit verbum Dei. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis Et ideo, quantum ad hoc dicit. [Discretor cogitationum.] Alio modo non cognoscitur aliquid, quia est omnino ignotum, & inuisibile, & sic ea, quæ sunt in voluntate, sunt ignota. In voluntate autem est ipsa intentio finis, quæ de natura sua est inuisibilis. Quid enim homo facit, vel cogitat, manifestatur per opus, sed qua intentione hoc faciat, penitus est incertum. Ista autem nõ sunt occulta deo. Ideo adiungit. [Et intentionum cordis.] Psal. 7. Scrutans corda, & renes, idest cogitationes, & intentiones. Sciẽdum est autem, quod illud quod dicit penetrans, referri potest ad operationem, vt dictum est. Et sic differunt penetrans, & discretor. Si autem referatur ad cogitationem, tunc quod hic dicit, [Et discretor,] est expositio illius q.d. Tu dicis quod est penetrabilior, &c. Verum est, quia est etiam discretor compagum, & medullarum, i. cogitationum, & intentionum. Compages enim dicuntur quædam colligationes, & sic cogitatio, in qua est quasi quædam colligatio terminorum, potest dici, compago, dum de vno tendit in aliud, Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis. Item, Esa. 5. Væ qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Item, medulla est intima latens in ossibus. Iob 21. Medullis ossa illius irrigantur. Deinde cum dicit. [Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.] Ostendit, quod illud quod secundum naturam est inuisibile, non est occultũ Deo. Quod enim aliquid non videatur a nobis, hoc est, quia simplicius, & subtilius est oculo nostro, siue corporali siue intellectuali, sicut sunt substantię separatæ, quas in vita ista videre non possumus. Diuino autem intellectu nihil est simplicius, vel subtilius, ergo nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Sed nunquid cognoscit in vniuersali tantum, sicut quidam voluerunt? [Non, sed] Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.] Per oculum autem, intelligitur vis cognitiua: intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signanter autem dicit in plurali, oculos, propter diuersitatem intellectorum, quia non cognoscit vnum tantum, sed etiam multitudinem rerũ. Dicit etiam nuda, & aperta. Dupliciter enim cognoscitur aliquid.

LECTIO III.

HAbentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia ꝓ similitudine absq; peccato Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiã cõsequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.

Vno modo in superficie. Alio mõ in profundo, sicut homo nudus videtur in superficie, non aũt vestitus, sed oĩa Deo manifesta sunt, quæ videntur in superficie. Nihil enim est extra, quod impediat cognitionem Dei, sicut vestis impedit ne videatur homo. Et ideo dicit. Nuda. Iob. 26 Nudus est infernus coram illo. Dicit etiam aperta, quia nihil est ita occultum in re quod Dei cognitionem effugiat. Sed contra. Abac. 1. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & aspicere ad iniquitatem non poteris, non ergo omnia nuda sunt. Respondeo. Dicendum, q̃ in Deo est scientia simplicis intelligentiæ, & scientia approbationis, primo modo cognoscit omnia, etiã mala, & ea quę non sunt, secundo cognoscit bona, quantum ad ea, quia sunt Consequenter ostendit perfectionem authoritatis ipsius cum dicit. [Ad quem nobis sermo. Ista vero authoritas est authoritas iudicandi Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorũ, ac mortuorum. Ad istum ergo est nobis sermo, vt. s. reddamus rationem de operibus nostris. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malũ sit, & ideo quia sic est potens, sic sciens, & sic magnus, festinemus ergo ingredi, &c. Ad iudicium. n. faciendum, tria requiruntur, primo quidem, potestas subditos cohercendi, Eccle 7. Noli fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Et hæc conuenit Christo, secũdum illud Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas, &c. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis non ex odio, vel liuore, sed ex amore iustitiæ, iudicium proferat. Prouer. 3. Quem diligit Dominus, corripit, & quasi pater &c. Et hic amor iustitiæ potissimum est in Christo. Esa. 2. Et erit iustitia cingulum lumborum eius &c. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. Eccles. 10. Iudex sapiens, iudicabit populum suũ &c. Christus autem est Dei virtus, & Dei sapiẽtia. 1. Cor. 1. Hæc autem iudiciaria potestas, conuenit Christo, secundum q̃ est homo. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, non quidem propter conditionem naturæ secundum Aug. quia sic omnes homines huiusmodi potestatem haberent, sed ppter gratiam capitis, quam Christus in humanã natura accepit. Competit autem Christo hoc modo iudiciaria potestas s̃m humanam naturam, propter tria, primo, ppter conuenientiam, & affinitatem ipsius ad homines Sicut. n Deus per causas medias, tanquam propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Christum, homines vt sit suauius iudicium. Non. n. habemus pontificem, qui non possit compati &c. vt dictum est. Secundo, quia in finali iudicio, vt Aug. dicit super Ioã. erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat Deus per filiũ hominis, sicut per eundem Christum suscitat animas, inquantũ est filius Dei. Tertio, quia vt Aug. dicit in libro de verbis Domini, rectum erat, vt iudicandi, viderent iudicem. Iudicandi aũt sunt boni, & mali, restat ergo, vt in iudicio forma hominis, bonis & malis ostenderetur, & forma Dei, solis bonis seruaretur. Hæc autem potestas primo homini competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinẽ gratiæ habitualis, & ẽt ista ex meritis adeptus est. Quod quidem cõgrue factum est, vt secundum Dei iustitiam iudex esset, qui pro Dei iustitia pugnauit, & uicit, & iustitia reos damnaret qui iniuste iudicatus est, Apoc. 3. Vici, & sedi in Throno patris, per quem intelligitur iudiciaria potestas. Psal. 9. Sedens super Thronum, qui iudicas iustitiam. Aug de Verbis Domini. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice, damnabitque reos, qui falso reus factus est.

LECTIO III.

SVpra Apostolus monuit ad festinandum ingredi in requiẽ Dei, & ad hoc inducendum, posuit magnitudinem Christi, quantũ ad diuinam naturam hic ostendit idem quãtum ad humanam naturam, & circa hoc tria facit. Primo enim, ponit eius dignitatem. Secundo, ostendit eius pietatem, ibi. [Non. n. habemus.] Tertio, inducit ad habendum de eo fiduciam, ibi [Adeamus.] Dicit ergo. Ita dictum est quod nobis est sermo ad eum, qui est viuus sermo, verus iudex, & pontifex [Ergo habentes pontificem magnum.] Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum &c Nec tantum pontifex, sed ẽt magnus. Zach. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo &c. Hic autem dicitur magnus, quia non est pontifex tm̃ bonorum temporalium, sed & futurorum, infra 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Duo aut pertinebant ad magnũ pontificem. Vnum quo ad oficiũ, s. semel in anno cum sanguine intrare in sancta sanctorum. sicut habetur, infra. 9 & Leu. 16 Hoc autem præcipue conuenit Christo. Ille. n. intrat cũ sanguine in sancta figuralia. sed Christus per propriũ sanguinẽ intrauit in sancta, i. sacra cœlestia, & ideo dicit. [Qui penetrauit cœlos,] i. ꝓpria virtute penitus intrauit. Secundum est, quod debeat esse ex certa tribu, s. de stirpe Aarõ, sicut dr̃ Exo. 29. & Num. 16. & 17. Hoc autem competit Christo, qui est nobilioris originis, Vnde dicitur filius Dei. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Psal. 2. Filius meus es tu &c. Quia ergo habemus hunc pontificem. [Teneamus confessionem,] i. inhæreamus corde quia ut dr̃, Rom. 10. Corde creditur ad iustitia, ore autem confessio fit ad salutem Hanc autem confessionem, requirit a nobis Christus põtifex maximus. Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Sed dicit. [Spei nostræ,] quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod confessio prout hic sumitur, sit confessio fidei. Fides autem est principium spei, sicut habetur ex glo. Mat. 1. Abraham autem genuit Isaac, idest, fides genuit spem, non quidem quantum ab habitum, sed quantum ad ordinem actus. Nullus enim potest sperare nec debet, nisi quod potest cõsequi. Quod autem possimus consequi æterna, habemus per fidem. Vel. [Confessionem spei,] eius de quo speramus, s. videre primã veritatem. Deinde cum dicit [Non enim habemus pontificem,] ne forte credatur, quod non possit aliquid agere præter id, quod exigit eius iustitia, ostendit in ipso etiam esse misericordiam, & pietatem, & ista respiciunt miseriam, & hoc pręcipue conuenit Christo. Vnde dicit. [Qui non possit compati infirmitatibus nostris,] Sciendum est autem, quod ly posse, aliquando importat nõ nudam potentiam, sed promptitudinem & appetitudinem Christi ad subueniendum, & hoc, quia scit per experientiam miseriam nostram, quam, ut Deus, ab æterno sciuit per simplicem notitiam Psal. 102. Misericors est Deus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Vnde subdit. [Pro similitudine,] s. nostri. [Tentatum.] Est autem triplex tentatio. Vna quæ est a carne, quando, s. Caro concupiscit aduersus spiritum, ut dicitur Gal. 5. & ista non est sine peccato quia ut dicit Augu. Nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum, quia hoc est carnem concupiscere. Sed hoc non fuit in Christo, & ideo dicit [Absque peccato,] i. absque minimo motu peccati. 1. Pe. 2. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicitur, Agnus Dei. Io 1. Alia est tentatio ab hoste & a mundo, & hoc dupliciter. Vel alliciendo per prosperi, uel terrendo per aduersa Et hic duobus modis fuit tentatus Christus. Fuit enim allectus prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem huius vitæ, uel pertinet ad concupiscentiam carnis, uel ad concupiscentiam oculorum vel ad superbiam vitæ. De primo enim tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ. Matthæ. quarto. Si filius Dei es, dicit lapides isti panes fiant. Item, de inani gloria, cum dicit, Mitte te deorsum. Item, de concupiscentia oculorũ dicens, Hæc omnia tibi dabo, &c. Luc. 4. Consumata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Item, fuit tentatus per aduersa, & insidias a pharisæis, quia volebant eum capere in sermone. Matth. 22. Item, per contumelias Matt. 27. Vah, qui destruis templum Dei &c. Item per flagella, & tormenta. Excepta ergo tentatione, quæ est cum peccato, per omnia similis nobis tẽtatus est Dicit autem secũdum similitudinem, quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quod ly secundum, denotet causã finalẽ, q.d. Ideo tentatus est, ut daret nobis exẽplũ, ut secundum similitudinem eius, tentationem sustineremus, & omnia conaremur vincere. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, &c. Vel põt denotare consequentiam, q.d. Ideo tentatus est, vt ꝑ omnia tã in tẽporalibus, quã in omnibus aliis, nisi in solo peccato, similis esset nobis. Si. n. fuisset sine tentationibus, non fuisset eas expertus, & sic non compareretur. Si vero habuisset peccatum, non potuisset nos iurare, sed magis indiguisset adiutorio. Deinde cum dicit. [Adeamus ergo cum fiducia &c.] Inducit ad habendam fiduciam de ipso: q.d. Ex quo sic potest compati. [Adeamus cum fiduciam] Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agam &cęt. [Adeamus,] dico. [Ad thornum. Thronus dicitur sedes regis, Christus autem rex est. Hie. 23. Regnabit rex, & sapiens erit &cæt. Hic autem thronus duplicem habet statum: Vnum iustitiæ in futuro, ps. 9. Sedisti super thronũ, qui iudicas iustitiã. Hoc erit in futuro. psal. 71. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Est alius thronus gratiæ, de quo hic. Ideo additur [Gratiæ eius,] scilicet in pręsenti, quando est tempus miserendi. Zach. 4 Exæquabit gratiã gratię. Per gratiam autem Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur a peccato, quod facit miseros populos. Prouer. 14. Et ideo dicit. [Vt misericordiam consequamur.] Item per gratiã Christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit. [Et gratiã inueniamus.] Luc. 1. Inuenisti gratiam apud Dominum. Et hoc [In auxilio opportuno.] quo ad iuuemur ad bene operandum. psal. 120. Auxilium meum a Domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Co. 15. Abũdãtius illis laboraui non autem ego, sed gratia Dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dicit. [Auxilio opportuno.] Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccles. 8. Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

CAP. V. LEC. I.

OMnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ

LECTIO PRIMA.

SIcut a principio huius epistolæ dictum fuit, intentio. Apostoli est, ostendere Christum excellentiorem esse omnib. his, ex quibus lex habet authoritatem, s. angelis quorũ ministerio data fuit Galat. 3. Ordinata per angelos, &c. Et Moyse, qui fuit legis lator Io. 1. Lex per Moysen data est. Et sacerdotio & pontificatu Aaron per quem lex administratur. Expeditis ergo duobus primis, hic prosequitur de tertio. s. de eminentia sacerdotii Christi ad sacerdotium Aaron. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit Christũ esse pontificem. Secundo, ostendit ipsum esse excellentiorem pontifice veteris legis in 7. capit. ibi. [Hic enim Melchisedech.] Item, in prima parte duo facit. Primo, ostendit Christum esse pontificẽ Secundo, præparat aures auditorum ad consequentia. ibi [De quo nobis grandis.] Adhuc circa primum duo facit. Primo ostendit, quæ requirantur ad pontificem Secundo ostendit illa conuenire Christo, & sic cõcludit ipsum esse põtificẽ, ibi [Sic & Christus non semetipsum, &c.] Itẽ in prima parte tria facit. Primo, describit põtificale officium. Secundo, ostendit pietatem, quæ pontifici necessaria est, ibi [Qui condolere.] Tertio, ostendit modum perueniendi ad põtificatum, ibi. [Nec quisquam sumit.] Circa officium quatuor ponit. Primo gradus altitudinẽ, ibi [Ex hominib. assumptus.] Secundo pontificatus vtilitatem, ibi [Ex hominib.] Tertio materiam, ibi [In his quæ ad Deum.] Quarto actum, ibi [Vt offerat dona]. Istud autem officium conuenit homini, non angelo. Et ideo dicit quod ita dictum est, quod habemus pontificem magnum, & talis est Christus [Namque] pro, quia [Oĩs põtifex ex hoĩb. assumptus.] & sic dẽt ẽt esse de numero hoĩum. Voluit autem Deus, vt hõ habeat similem sui ad quem currat. Vnde & ecclesia ordinauit, quando vtilis inuenitur aliquis de collegio, non eligatur extraneus. Osee. 2. Dabo eis venitores ex eodem loco. Deut. 17. Eũ cõstitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Dicit autem assumptus, quia debet alios excellere, sicut patet de Saule 1. Reg. 10. Et ideo Christus. Io vlt. interrogat Petrum quem uolebat præficere, si deligeret ipsum plus aliis. Finis & vtilitas est, quia [Pro hominibus constituitur,] idest pro ipsorum vtilitate. Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumulandas diuitias, nec propter consanguineos ditandos 2. Corin. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum & vlt. Secundum potestatem, quam Deus dedit mihi in ędificationem, & non in destructionem. Si vero aliquis quærit quod suum est, non est pastor, sed mercenarius Materia dignitatis est, quia pontifex principatur. Nam sicut principatur dux vel rector in ciuitate, ita iste pontifex. [In his quę ad Deum,] supple ordinantur. Exod. 4. Tu eris ei in his, q̃ ad Deum pertinent, &c. 2. Corint. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, &c. Sicut ergo illa, quæ pertinent, ad Dei cultum excedunt temporalia, ita dignitas põtificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negotiis sęcularibus prætermissis his, quæ sunt ad Deum. 2. Timot. 2. Nemo militans Deo &c. Actus pontificis est, [Vt offerat dona,] idest uoluntariæ oblata, non extorta, Exod. 25. Ab omni homine, q offert vltroneus, accipietis [Et sacrificia pro peccatis,] idest, quæ sibi offerũtur pro satisfactione peccatorũ, Leuit. 4. Pro eis rogabit sacerdos, & ꝓ peccatis eius, & dimittetur ei. In quo designat, q̃ oẽ, quod offertur siue voluntariũ & uotiuũ, siue pro satisfactione, debet offerre s̃m dispositionem prælati. Consequenter cum dicit. [Qui cõdolere.] Ostẽdit q̃d requiratur ad vsũ. s. pie

Universidad de Deusto Biblioteca

tas.Et circa hoc tria facit.Primo ostendi, quod ad vsum pontificis requiritur misericordia,& pietas.Secundo,ostendit q requiritur misericordiæ motiuum,ibi.[Quoniam,& ipse.]Tertio,ostendit misericordiæ signum,ibi.[Et propterea.]Dicit ergo dico,quod debet esse in his,quæ sunt ad Deum,tamen debet esse medius inter hominē,& Deū. Deu.5.Ego medius,& sequester fui inter Dominum,& vos. Sicut ergo per deuotionem orationis debet tangere Deum,tanquam vnum extremū, sic per misericordiā,& cōpassionē debet tangere alterū extremū,s.hominem. Et ideo dicit.[Qui condolere possit.]

sunt ad Deum,vt offerat dona,& sacrificia pro peccatis,Qui condolere possit his,qui ignorant,& errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate,& propterea debet quēadmodum pro populo,ita etiam,& pro semetipso offere pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorē,sed qui uocatur a Deo,tanquam Aaron.Sic &Christus non semetipsum clarificauit,ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum,Filius meus es tu ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit,Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eū, q possit illum saluū facere a morte,cū clamore valido & lachrymis offerens,exauditus est pro sua reuerentia.

2.Corinth.11.Quis infirmatur,& ego non infirmor?E contrario Amos.6.Nihil patiebantur super contritione Ioseph.Duplex est autem defectus.Quidam enim deficiunt ex ignorantia. Et io dicit.[His qui ignorant.]Est autem proprie ignorare,carere scientia eorum,quæ quis debet scire.Quidam vero,ex certa scientia. Et quantum ad hoc dicit.[Et errant.]Motiuum pietatis ponit cū dicit.[Quoniā,& ipse &c.]Illud motiuum est infirmitas.Et illi,q præsunt aliquando infirmantur.2.Cor.4.Habemus thesaurū istū in vasis fictilibus.Et ratio huius est,vt ex se aliorum infirmitatib. compatiantur,& ideo Dominus permisit cadere Petrum.Eccle.31. Intellige,quæ sunt proximi tui,ex te ipso.Et ideo dicit.[Quoniā & ipse circundatus est infirmitate,]scilicet quantum ad pœnalitates,& culpam psal.6.Miserere mei Deus,quoniam infirmus sum. Sap.9.Homo infirmus,& exigui temporis,&c Et nota,quod dicit,[Circundatus]Carnales enim habent infirmitatem peccati in interioribus.Ratio enim,& voluntas in ipsis subditę sunt peccati.Sancti vero habent in exterioribus,quia non sunt subiecti peccato,tamen sunt circundati fragilitate carnis.Rom.7 Mente seruio legi Dei,carne autem legi peccati,signum autem huius est,q̄a & in veteri sicut patet Leui.9.& 16.& etiam modo,sicut patet in canone missæ cum dicitur,Nobis quoque peccatoribus, statutum est,quòd sacerdos offerat et pro se.quod non fieret.nisi esset infirmitas peccatorum,quibus est circundatus,non opressus. Si enim sit in mortali peccato,non debet celebrare.Et ideo dicit.[Propterea debet quemadmodum pro populo etiam pro semetipso offerre pro peccatis. [Consequenter ponit modum perueniendi ad pontificatū cū dicit[Nec quisquam.]Hoc est.n.contra naturam,q aliquid perducat se ad statum altiorem sua natura.sicut aer non facit seipsum ignem,sed fit a superiore.Vnde disciplina Dei non habet,quod quisquam sibi sumat honorem fauore,pecunia, potentia.Amos 6 In fortitudine.n.nostra assumpsimus nobis cornua Oseæ.8.Ipsi regnauerunt,& non ex me.Sed debet vocari a Deo sicut Aaron.Exo.28.Applica ad te Aaron.Et ideo Dominus confirmauit sacerdotium eius,sicut patet Num.17.per virgam, quæ floruit.Tales ergo debent assumi qui non se ingerunt. Vnde antiquitus signo visibili ostendebantur,sicut patet de beato Nicolao,& multis alijs.Consequenter cum dicit [Sic,& Christus &c.] Ostendit, quomodo Christus sit pontifex.Et circa hoc duo facit. Primo enim,ostendit quomodo dicta conueniunt Christo.Secundo ex hoc concludit intentum,ibi [Appellatus est a Deo,&cæt.] Circa primum tria facit.Primo.n.ostendit,quòd Christus factus est pontifex non a se,sed a Deo.Secūdo,agit de ipsius officio, ibi. [Qui in diebus carnis.]Tertio,de ipsius misericordia,ibi.[Et quidem cum esset.]Circa primum duo facit,quia primo, ostendit q Christus non promouit seipsum,Secundo ostendit a quo sit promotus,ibi [Sed qui locutus.]Dicit ergo [Christus non semetipsū clarificauit.]Circa quod sciendū q non dicit, non fecit seipsum pontificē,sed dicit nō clarificauit &c.Sunt.n.quidā qui se clarificant,vt fiant sicut hypocritæ qui demonstrant in se aliqua, vt eligantur,vel præbendas consequantur,nullus tamen facit se pontificem,Christus vero non solum non fecit se pontificem, sed nec clarificauit.[Vt pontifex fieret.]Io.8.Ego gloriam meam nō quæro.Et paulo post,sequitur. Est pater meus,qui glorificat me.Et hoc est verum inquantum homo,quia inquantum Deus habent eandem gloriam cum patre.Deinde cū dicit.[Sed qui locutus,] ostendit a quo est promotus.Et primo,ostendit a quo est clarificatus.Secundo,quomodo est pontifex designatus,ibi. [Et in alio loco[Clarificatus autem est diuino iudicio,quia,s.Dominus locutus est ad ipsum,]in ps.2 [Filius meus es tu &c.]Et hoc est expositum sup.Item Mat.3.Hic est filius meus dilectus,in quo mihi cōplacui &c.Cū ergo ostēdit eū ab eterno genitum,ostendit gloriam eius,supra.1.Qui cum sit splendor gloriæ &c.Pontificatus etiam accipitur a Deo,inquantum homo[(Quemadmodum in alio loco dicit)]in psalm.109.]Tu es sacerdos &c.]Vtitur autem Apostolus authoritate Psalmorū,tāquā magis famosa & maioris authoritatis,vt pote magis frequentata. Dicit autē sacerdos,quia se obtulit Deo patri. Eph. quinto Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā Deo. Et ne credatur tale esse sacerdotiū Christi sicut fuit in veteri lege,distiguit ipsū quantum ad duo. Primo quantum ad dignitatem,quia[In æternum.]Illud enim fuit temporale,erat.n. figurale,& ideo non est perpetuū,sed transit veniente figurato.Sed sacerdotiū Christi est æternū,quia est de veritate,quę est æterna. Itē,hostia eius habet virtutē introducendi in vitam æternā.Itē, durat in æternum.Secūdo,quantū ad ritū,quia offerebantur animalia,hic autem panis & vinum.Et ideo dicit.[Secundū ordinē Melchisedech.]Illud autem infra exponetur. Deinde cum dicit [Qui in diebus &c.]Ostendit,q illud quod pertinet ad officium pontificale,conuenit Christo.Et primo ostendit eius conditionē. Secūdo,actum eius,ibi [Preces.]Tertio efficaciam,ibi[Cum clamore valido conditio.]Conditio eius est,q fuit vnus ex hominibus, quia vt dictum est,pontifex ex hominibus assumitur.Et ideo dicit [Qui in dieb. carnis suæ.]Ponitur autem hic caro pro tota natura humana,sicut illud Io.1.Verbū caro factum est.Sed nunquid mō non sunt dies carnis eius?Et videtur quòd sic, per illud Luc. vlt.Spiritus carnē & ossa non habet,sicut me videtis habere. Quare ergo magis dicitur tempus ante passionem & resurrectionem suam,tempus vel dies carnis,quam nunc?Dicendum est, quod caro quādoq;sumitur pro fragilitate carnis sicut 1 Cor.15.Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.Christus autem tunc habuit carnem fragilem & corruptibilem.Et ideo dicit,In diebus carnis suæ,i.in quibus gerebat carnem similem peccatrici,non peccatricem. Actus autem eius fuit,quia obtulit preces & supplicationes hoc est spiritualē sacrificium,quod Christus obtulit.Dicuntur autem preces,i.petitiones Iac.vlt.Multum enim valet deprecatio iusti assidua.Supplicationes vero dicuntur,quantum ad humilitatem orantis,sicut genuflexiones Matt.26.Procidit in faciem suam orans. Ad quem?[Ad Deum,]i.Deum patrem,[Qui saluum illum facere posset a morte.]Hoc autem poterat facere dupliciter.Vno modo ne moreretur.Vnde cf Mat.26.Pater si fieri potest &c. Itē,vt mortuum resuscitaret.ps.15.Non derelinques in inferno animam meam.Item 40.Tu autem domine miserere mei & resuscita me. Ad istud sacrificium spirituale ordinatur sacerdotium Christi. Vnde respondet ei,q dictum est supra,[Vt offerat dona &c.]Psal.49.Sacrificium laudis honorificabit me.Oseę.14.Reddemus vitulos labiorum nostrorum.Efficacia ostenditur ex modo orandi.Duo autem sunt necessaria orāti,s.feruens affectio.item dolor & gemitus De his duobus Psal.37.Domine ante te omne desiderium meum quantum ad primum.Et gemitus meus a te nō est absconditus quantum ad secundum.Christus autem ista duo habuit,ideo quantum primum dicit[Cum clamore valido,]i.cum intentione efficacissima.Lu.22.Factus in agonia prolixius orabat &c.Et 23.clamans ait,Pater &c.Secundo cum dicit[Et lachrymis.Per lachrymas exprimit Apostolus interiorem gemitum orantis.Hoc autem non legitur in euangelio,sed probabile est,quod sicut ipse lachrymatus est in resuscitatione Lazari,ita & in passione sua. Nam ipse multa fecit,quæ non sunt scripta.Non tamen fleuit pro se,sed pro nobis,quibus passio sua profuit.Sibi autem profuit,inquantum per ipsam meruit exaltari.Philip.secundo.Propter quod & Deus exaltauit illum &cętera.Et ideo[Exauditus est pro sua reuerentia,] quam scilicet super omnes habeat ad Deum.Esa.11.Et replebit eum spiritus timoris Domini.Sed contra.Videtur quod non fuit exauditus,primo pro se,quia non transiuit calix ab ipso, quod tamen petebat.Item nec pro alijs,quia non fuit indultum Iudæis quibus petebat indulgeri.Luc.23.Pater dimitte illis & cætera. Dicendum est, quòd Christus in omnibus, quæ uoluit fieri, fuit exauditus. Ipse autem secundum appetitum sensualitatis & secundum uoluntatem, inquantum est quidam appetitus naturalis, refugiebat mortem. Et quantum ad hoc orabat,vt ostenderet se verum hominem. Sed voluntate cōsequente rationem deliberatam,volebat mori.Vnde dicit.Verunta men non sicut ego volo,sed sicut tu.Item nolebat,quòd ignosceretur omnibus,sed illis tantum,qui crediderunt.Et multi postea conuersi sunt.

LECTIO II.

SVpra posuit tria, q pertinent ad pontificem, & ostēdit duo illorū conuenire Christo,scilicet officium & modum perueniendi ad ipsum,hic prosequitur tertium,scilicet pietatem,& misericordiā, quam pontifex debet habere.Et circa hoc duo facit.Primo,ostendit illud quod passus ē. Secundo,quæ vtilitas consecuta est etiam alijs,ibi.[Et cōsumatus.] Dicit ergo:ita dixi,quòd pontifex debet esse talis,q possit compati.Talis autem est Christus.Cum enim sit filius Dei, ab æterno & secundum hoc nec pati posset,nec compati, assumpsit naturam in qua posset pati,& sic etiam posset compati. Et hoc est, quod dicit, Quia[Cum esset filius Dei,]s.ab æterno. [Didicit obedientiam,] ex tempore.Contra,addiscere est ignorantis,Christus autē ab æterno, vt Deus & ab instanti conceptionis suę habuit,plenitudinem scientiæ,inquantum homo.ergo nihil ignorauit, nec per cōsequēs didicit.Respondeo.Dicendum est,quod duplex est scientia, scilicet simplicis noticię,& quantum ad istam procedit argumentum,quia scilicet,ignorauit.Est etiam scientia experientiæ, & secundum istā didicit obedientiam.Vnde dicit [Didicit ex ijs,quæ passus est,] idest expertus est.Et loquitur Apostolus sic,quia qui didicit aliquid, voluntarie accessit ad illud sciendum Christus autem volūtarie accepit infirmitatem nostram.Et ideo dicit,q[Didicit obedientiam,] idest quam graue sit obedire, quia ipse obediuit in grauissimis,& difficillimis,quia vsque ad mortem crucis.Philip.2.Et hic ostēdit,quam difficile sit bonum obedientiæ.Quia,qui non sunt experti obedientiam,& non didicerunt eam in rebus difficilibus, credunt,quòd obedire sit valde facile.Sed ad hoc,quòd scias q̄d sit obedientia, oportet quod discas obedire in rebus difficilibus,& qui non didicit obediendo subesse, nunquam nouit bene præcipiendo preesse.Christus ergo,licet ab æterno sciret simplici notitia quid est obedientia,tamen didicit experimēto obedientiam ex ijs,quæ passus est,idest difficilibus, scilicet per passiones,& mortem.Rom.5.Per obedientiam vnus, iusti constituuntur multi,Deinde cum dicit.[Et consumatus &c.]Ostendit fructum passionis,qui fuit duplex.Vnus in Christo,alius in membris eius.In Christo,fructus fuit glorificatio.Et ideo dicit,[Et consumatus.]Nam ab instanti conceptionis suæ fuit consumatus perfectus, quantum ad beatitudinem animæ, inquantum ferebatur in Deū, sed tamen habuit passibilitatem naturę.Sed post passionem habuit impassibilitatem.Et ideo quia secundum hoc,ex toto perfectus est conuenit sibi alios perficere.Hęc est enim natura perfecti,quòd possit sibi simile generare.Et ideo dicit,quod perfectus est.Quia enim per meritum obedientiæ peruenit ad istam consumationem. Prouerb.21.Vir obediens loquitur victorias. Factus est omnibus obtēperantibus sibi causa salutis,]non temporalis,sed[æternę.]Esa.45. Saluatus est Israel in Domino salute æterna.Et ideo dicit,Appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech, & hoc est supra expositum, Deinde cum dicit. [De quo nobis grandis sermo &c.] Præparat animos auditorum ad sequentia, quæ dicenda sunt de pontificatu Christi.Et circa hoc duo facit.Primo enim,ostendit eorum tarditatem Secundo suam intentionem,cum dicit 6.cap.Quapropter intermittentes.Iterum,prima in duas, quia primo ostendit tarditatem,secundo,ostēdit ipsam esse culpabilem,ibi. [Etenim cum deberitis.]Item,circa primam partem duo facit, primo ostendit dicendorum magnitudinem,secundo, ipsorum tarditatem ad excapienda,ibi.[Quoniam imbecilles.]Dicit ergo. Ita dixi,quod appellatus est pontifex.[De quo]scilicet pontificatu. [Grandis nobis sermo]est,quia de magnis.Prouerb.8.De rebus magnis locutura sum.Item grandis,quia de utili, scilicet de salute animarum 1. Timoth.1.Fidelis sermo & omni acceptione dignus,quia,Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. [Iste sermo est interpretabilis ad docendum,]quod potest dupliciter exponi. Vel quod sit ibi vis negationis interpretabilis,idest non exponibilis,quia non potest ad perfectum exponi. Quæ enim ad Christū pertinent nullus sermo exprimere potest.Eccl.43.Glorificātes Dominum quantumcunque potueritis,superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis,maior est enim omni laude. Alio modo affirmatiue interpretabilis, idest indigens interpretatione propter altitudinem,& magnitudinem,& profunditatem eius. Prouerb.1.Animaduertet parabolam & interpretationem, &cæt.Interpretatio enim scripturæ, numeratur inter dona Spiritussancti.1.Cor.12. Indiget etiam, vt dicatur interpretatio eius, propter tarditatē nostram. Et ideo subdit, ipsam tarditatem nostram, cum dicit.

LECTIO II.

ET quidem cum esset filius Dei, didicit ex ijs,quæ passus est,obedientiam,& cōsumatus,factus est omnibus obtemperātib.sibi, causā salutis æterne,appellatus a Deo pontifex iuxta ordine Melchisedech. De quo nobis grādis sermo, & interpretabilis ad docendū,qm̄ imbecilles facti estis ad audiēdum. Etenim cum deberitis magistri esse propter tempus,rursum indigetis,ut uos doceamini,quę sint elementa exordij sermonum Dei, & facti estis,quibus lacte opus sit,non solido cibo. Omnis enim,qui lactis est particeps,expers est sermonis iustitię, paruulus.n.est.Perfectorū aūt ē solid'

[Quoniam imbeciles facti estis ad audiendum.]Illi qui sunt debilis intellectus, non possunt alta intelligere,nisi eis exponatur per singula. Ioan.19.Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.1. Cor. 3.Non potui vobis loqui,quasi spiritualibus,&cæt. Deinde cum dicit.[Etenim cum deberitis.] Ostendit istam tarditatem esse culpabilem,& circa hoc tria facit,primo enim,ostendit culpam tarditatis,secundo,adhibet similitudinem,ibi.[Et facti estis.]Tertio,exponit,ibi.[Omnis enim,qui lactis.]Culpa enim alicuius est quando diu audiuit,si adhuc sit tardus, secus autem est, si sit nouus auditor. Negligentia enim non est sine culpa.Et ideo dicit.[Cum deberetis esse magistri,]scilicet aliorum.[Propter tempus,] quo scilicet audierant legem,& prophetas.Ioann.5. Scrutamini scripturas, &c.Item,ipsum Christum.Item Apostolos, & multos ab ipsi conuersos.Ioann 14.Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me.[Rursum indigeris.] Quasi dicat. Magis deberitis docere, quam doceri,tamen indigetis,[Vt vos doceamini,quæ sint elementa exordij sermonis Dei.] Elementa enim dicuntur illa, quæ primo traduntur in grammatica, quando ponuntur ad literas. Ista vero sunt ipsæ literæ.Exordia ergo sermonum Dei, & prima principia,& elementa,sunt articuli fidei,& præcepta decalogi. Qui ergo diu studuisset in theologia,& illa nesciret,tempus curreret contra ipsum. Ideo dicit.[Indigetis,vt doceamini, quæ sint elementa exordii sermonis Dei,idest,prima principia 2.Timo.3.Semper discentes,& nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Esa.65. Puer centum annorum morietur, peccat centum annorum maledictus erit. Deinde cum dicit [Et facti estis,]Ponit ad hoc similitudinem. Sciendum est ergo,quòd doctrina sacra est sicut cibus animæ.Eccles.15.Cibauit illum pane vitę,& intellectus.Et 24.Qui edunt me,adhuc esurient,& qui bibunt me,adhuc sitient. Sacra ergo doctrina est cibus,& potus,quia animam potat, & satiat. Aliæ enim scientiæ tantum illuminant intellectum, hæc autem illuminat animam,Psalm.18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et etiam nutrit, & roborat animam. In cibo autem corporali,est differentia. Alio enim cibo,vtuntur pueri, & alio perfecti. Pueri enim vtuntur lacte,quasi magis tenui, & connaturali,& de facili conuertibili,sed adulti vtuntur cibo solidiori. Sic in sacra scriptura illi,qui de nouo incipiunt,debent audire leuia,quę sunt quasi lac,sed eruditi debent audire fortiora.Et ideo dicit.[Facti estis quibus lacte opus sit,]scilicet sicut pueri 1.Petr 2.Sicut modo geniti infantes rationabiles,sine dolo lac concupiscite &cæt. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam,& hoc est,quod sequitur.[Non solido cibo,]idest alta doctrina,quæ est de arcanis,& secretis Dei,quæ confirmant,& confortāt. Deinde cum dicit.[Omnis enim qui lactis,] exponit similitudinē, & primo exponit illud, quod dixit de lacte, secundo illud quod dixit de solido cibo,ibi [Perfectorum autem,] Circa primum duo facit,primo enim,ponit expositionem, secundo, expositionis rationem,ibi.[Paruulus enim]Dicit ergo. Ita dico, quod indigetis lacte sicut pueri.[Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ,]idest omnis,qui indiget nutriri lacte,expers est, idest, non potest habere partem in sermonibus iustitiæ perfecte intelligendis.Matth. 5.Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum.Prouerb.15.In abundanti iustitia, virtus maxima est. Huiusmodi autem non sunt participes pueri.Esa.28 Quem docebit scientiam,aut quem intelligere faciet auditum. Ablactos a lacte, auulsos ab vberibus. Sed contra, quia Apostolus superius multa valde difficilia tradidit eis,scilicet de mysterio trinitatis, & de sacramento incarnationis, & multa alia ardua, ergo vel non erant paruuli, vel tali tradenda sunt paruulis. Respondeo. Dicendum est secundum Augustinum, quod non est intelligen-

Universidad de Deusto Biblioteca

dum,quod in doctrina fidei alia sunt tradenda maioribus,& perfe- F ctis,& alia imperfectis,non enim est inter eos ista differentia. Eadem enim vtrisque sunt tradenda,sed paruulis proponenda sunt, sed non exponenda nec pertractanda, quia intellectus eorum magis deficeret,quam eleuaretur. Hæc secundum glo.est, sicut verbum

cibus,eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habēt sensus,ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI. LEC. I.

QVa propter intermittētes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum facientes fundamentum pœnitentiæ G

caro factum est Contra. Non minoris difficultatis est hoc intelligere, quam quomodo verbum erat apud Deum. Vnde Aug.dicit ꝙ istud inuenitur in libris Platonis,non tamen illud,Ipse autē Aug. nō poterat suspicari quid sacramenti haberet,Verbum caro factum est.Respōdeo. Dicendum est , quod cognoscere,verbum caro factum est per simplicem fidem, est satis facile,quia potest cadere in imaginatione,& aliqualiter in sensum sed verbum apud Deum,omnino excedit omnem sensum , & non nisi per rationem potest,& cum multa,& maxima difficultate cōprehendi. Consequenter assignat rationem cum dicit. [Paruulus enim est]non quidem ætate , sed sensu . Tripliciter autem aliquis dicitur paruulus . Est enim aliquis paruulus per humilitatem . Matth.11.Reuelasti ea paruulis.Aetate.Galat. 4. Quanto tempore hæres paruulus est,&c.Sensu.1. Cor.4.Nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli estote,sensibus autem perfecti sitis. Et isto modo accipitur hic paruulus.Deinde cum dicit. [Perfectorum autem est,solidus cibus,] exponit illud quod dixerat de cibo solido . H Hoc enim patet in corporalibus , quod quando homo peruenit ad ætatem perfectam,vtitur fortiori,& nobiliori,& solidiori cibo. Sic spiritualis,quando peruenit ad perfectionem spiritualem, debet ei proponi doctrina solidior Ista autem perfectio,duplex est . Vna , est perfectio secundum intellectum , quando aliquis habet iudicium intellectus ad recte discernendum,& iudicandum de his quæ sibi proponuntur.Alia est perfectio secundum affectum , quam facit charitas,quæ est cum aliquis totaliter Deo inhæret.Vnde Matth.5.post præcepta charitatis dicitur.Estote ergo perfecti &cæt.Est autem perfectio charitatis,vt dicit August.vbi nulla est cupiditas . Quanto enim quis magis ascendit in Deum, tanto plus contemnit temporalia.Psalm.72.Quid enim mihi est in cœlo,&cæt. Hoc enim habet sacræ scripturæ doctrina, quod in ipsa non tantum tra- I duntur speculanda,sicut in geometria , sed etiam approbanda per affectum . Vnde Matth.quinto.Qui autem fecerit , & docuerit &c. In alijs ergo scientijs sufficit , quod homo sit perfectus secundum intellectum,in istis vero requiritur , quod sit perfectus secundum intellectum,& affectum.Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis.1.Cor.2.Sapientiam loquimur inter perfectos . Vnusquisque enim secundum quod est dispositus,sic iudicat,sicut iratus aliter iudicat durante passione,& aliter ipsa cessante. Et similiter incontinens,aliter iudicat aliquid esse bonum tempore passionis , aliter post.Et ideo dicit Philosophus,quod.Vnusquisque qualis est,talis sibi finis videtur,& quia quæ in sacra scriptura traduntur,pertinēt ad affectum,& non tantum ad intellectum,ideo oportet esse perfectum in vtroque.Et ideo Apostolus uolens ostendere qui sint perfecti,quibus sit tradendus iste solidus cibus,dicit quod sunt illi,qui pro sua consuetudine habent sensus exercitatos.Vnde,in ista perfectione quatuor sunt attendēda scilicet ipsa perfectio in se in quo consistat,& quantum ad hoc dicit.[Qui habēt sensus exercitatos.] Et conuenienter loquitur . In hoc enim exprimit utranque perfectionem,quia(vt dicit Philosophus) intellectus prout iudicat de K appetēdis,& agendis dicitur,sensus,quia est relatus ad aliquid particulare.Vnde non accipitur hic sensus pro sensu exteriori. Qui ergo sentit,quæ Dei sunt,perfectus est Philip. 3. Quicunque perfecti sumus,hoc sentiamus.1.Cor. 2. Nos autem sensum Christi habemus.Qui vero non sentiunt nisi carnalia,Deo placere non possunt,vt patet Ro.8 Secundo,attendenda est dispositio eius in quo est,quia debet esse exercitatus.1.Tim.4 Exerce teipsum ad pietatē. Qui enim non est exercitatus, non potest habere rectum iudiciū , quod ad hoc requiritur.Eccl.34.Vir in multis expertus cogitabit multa.Item,qui non est expertus,pauca recognoscit. Tertio,causa huius exercitationis,est consuetudo,non.s.otium,sed frequentia actus Et ideo dicit.[Pro consuetudine],s.recte agendi Prou.22.Adolescens iuxta uiam suam,&t cum senuerit,nō recedet ab ea. Si ergo vis esse perfectus, non des te otio, sed assuesce te bonis a iuuētute . Quarto,finis huius exercitij,quia.s.[Ad discretionem boni,& mali

Tunc enim perfectus est,quando discernit inter bonum,& malum Esa.6.Sciat eligere bonum,& reprobare malum . Hæc autem sunt tria,s.discretio inter bonum & malum,inter bonum & melius, inter malum & peius,multa enim sunt,quæ videntur bona, & tamen sunt mala.Prou.14.Est uia quæ videtur homini recta, nouissima vero eius deducunt ad inferos. In his ergo requiritur rectitudo iudicij.

ab operibus mortuis,& fidei ad Deū, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum , ac resurrectionis mortuorum,& iudicij æterni. Et hoc faciemus,siquidem permiserit Deus . Impossibile enim est illos , qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste , & participes facti sunt Spiritussancti , gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum , uirtu-

LECTIO I.

SVpra Apostol. fecit mentionem de pōtificatu Christi secundum ordinem Melchisedech,& ostendit tarditatem eorum quibus scribebat,hic redit ad suum propositum.Et circa hoc tria facit,quia Primo aperit intentionem suam .Secundo,ostendit eius difficultatem,ibi.[Et hoc faciemus]Tertio,declarat intentionem,ibi.[Confidimus.]Circa primum duo facit , quia primo manifestat suum propositum,secundo exponit,quod dicit,ibi.[Non rursum.] Propositum suum est,quod prætermissis his,quę pertinent ad inchoationem doctrinæ christianæ,uult prosequi alia altiora. Vnde dicit, Iam dictum est,quod perfectis opus est solido cibo , [Quapropter intermittentes sermonem inchoationis doctrinę Christi,]per quā Christus inchoat esse in nobis,quod est per doctrinam fidei. Eph. 3.Habitare Christum per fidem in cordibus nostris . [Feramur ad perfectionem,]idest ad ea, quæ spectant ad perfectionem doctrinæ Christi.1.Cor.13.Quando factus sum uir,euacuaui quæ erant paruuli.Hoc autem secūdum glo.ad duo referri potest , scilicet uel ad intellectum,vt scilicet ex quo homo prouectus est, debet intermittere puerilia,& vacare perfectis.1.Cor.2. Sapientiam loquimur inter perfectos,vel ad effectum.Et est sensus,quod non semper est standum in sensu incipientium,sed oportet tēdere ad statum perfectorum.Genes.17.Ambula coram me & esto perfectus.Hic est duplex obiectio,& primo de hoc quod dicit,intermittentes inchoationem quia nunquam debet intermitti inchoatio.Psalm.76.Et dixi nunc cæpi.Iob.27.Iustificationem quam cœpi tenere,non deseram. Respondeo.Dicendum est,ꝙ contingit dupliciter intermittere inchoationem.Vel quantum ad æstimationem,& sic semper debet homo esse sicut incedens,& tendens ad maiora.Phil.3.Non quod iam acceperim aut quod iam perfectus sim.Vel quantum ad progressum ad perfectionem,& sic semper debet niti homo transire ad statum perfectum.Phil.3.Quæ retro sunt obliuiscens,ad ea, quæ priora sunt, me extendens In via enim Dei non progredi,ait Bern.est regredi. Alia obiectio est de hoc,quod dicit,Feramur ad perfectionem.Perfectio enim consistit in consilijs.Matth.19.Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c.Non omnes autem tenentur ad consilia, [illegible]tur.Respondeo.Dicendum est,quod duplex est perfectio.Vna scilicet exterior,quæ consistit in actibus exterioribus,qui sunt signa interiorum,sicut virginitas,voluntaria paupertas,& ad hanc nō omnes tenentur.Alia est interior,quæ consistit in dilectione Dei,& proximi.Col.3.Charitatem habete,quod est vinculum perfectionis,& ad perfectionē hmōi non omnes tenentur,sed omnes tenentur ad eam tendere,quia si quis nollet plus diligere Deum, non faceret quod exigit charitas.Dicit autem,feramur,& hoc secūdum impulsionem a Spiritusancto.Ro.8.Qui spiritu agūtur,hi filij Dei sunt. Vel sicut portati a Deo,qui portat infirmitatem nostrā.Esa.46.Audite me domus Iacob,& omne residuum domus Israel,qui portamini a meo vtero.Vel sicut portati ab inuicem.Gal.6.Alter alterius onera portate Deinde cum dicit.[Non rursum.]exponit quod dixit, & intendit ostendere,q̄ sunt illa, quæ faciūt ad inchoationē doctrinæ Christi,& vtitur similitudine.Per fidē.n.anima ædificatur in spirituali ædificio.Sicut ergo in corporali ædificio primo ponitur fundamentum,ita hic prima rudimenta doctrinæ Christi,sunt quasi fundamenta.Sed contra,quia inf 11.ponitur fides esse fundamentum, fides aūt vna est.Eph.4.Vnus dñs,vna fides,vnum baptisma,hic aūt ponit sex fundamenta.ergo vr ꝙ male.Respondeo.Dicendum est, ꝙ fides fundamentum est virtutum.Ista autem,quę ponit hic,sunt fundamenta doctrinæ Christi.Et dicit.[Non rursum iacientes fundamenta.&c.] quasi ita firmiter ponamus,quod non oporteat iterato ponere.Vel quia dudum posuistis,& non oportet iterare.Multum autem signanter ordinat ista Apo.Sicut enim in via generationis,& cuiuscunque motus,prius est recessus a termino a quo,& post accessus ad terminus ad quē,ita dicit , q̄a pœnitentia est recessus a peccato,

cato,& sic est quoddam fundamentum in ista vita. Nemo enim A secundum Aug suæ voluntatis arbiter potest nouā vitam inchoare,nisi pœniteat eum præteritæ.Vnde Dñs in principio prædicationis dicit,Pęnitentiam agite Matt.4.Et ideo dicit.[Pœnitentiæ ab operibus mortuis.]Opera.n.mortua dicuntur,vel quæ s̄m se

tesque sæculi venturi, & prolapsi sunt , rursus renouari ad pœniten-

sunt mortua, vel quæ sunt mortificata. Res dr viua,q̄n habet officiū ꝓpriæ virtutis, a quo cū deficit,dicitur mortua.Opera.n. nostra sunt ordinata ad beatitu finem,quæ est finis hominis & ideo qñ nō ducunt ad beatitudinem,nec ordinari possunt,dicūtur mortua,& hęc sunt opera facta in peccato mortali.inf.11.Sanguis Christi,qui per Spiritum sanctum obtulit seipsū immaculatum Deo,emundabit cōscientias nostras ab operibus mortuis.Opera vero facta in charitate,per peccatum mortificantur,vnde non habent virtutem , vt mereantur vitam æternam.Eze.18.Oēs iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.Pænitētia vero facit,ꝙ ista reuiuiscunt, vnde tunc iterū reputantur ad vitā æternā.In accessu vero ad terminū primo est fides.Et ideo dicit.[Fundamentū fidei ad Deū. Propriū B aūt fidei est,ꝙ credat homo & assentiat non visis a se, sed testimonio alterius.Hoc aūt testimoniū, vel est hominis tm̄,& istud non facit virtutē fidei,quia homo,& fallere,& falli pōt Vel istud testimonium est ex iudicio diuino,& istud verissimū, & firmissimum est,q̄a est ab ipsa veritate,quæ nec falli pōt. Et ideo dicit . [Ad Deū,]vt,s.assentiat his,q̄ Deus dicit Io 14.Creditis in Deū , & in me credite.Secundo,in isto precessu sunt sacramēta fidei.Hæc autem sunt duo sacramenta intrantium,de his enim tantum agit hic Apostolus.Et ista sunt,baptismus primum,per quē regeneramur,& s̄m confirmatio,per quam confirmamur.Quātum ad primū dicit [Baptismatū]Sed cōtra.Eph.4.Vna fides,vnū baptisma Nō ergo plura sunt baptismata.Respondeo.Dicēdū est,ꝙ triplex est baptismus,s.fluminis,flaminis,& sanguinis,sed duo vltima nō habent vim nisi referantur ad primum, quia illud oportet habere in proposito,si non adsit facultas,in habentibus vsum liberi arbitrii.Et ideo non sunt tria sacramenta.sed vnum sacramentū per quod regeneramur ad salutē,Io.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto &c.Inter ista vero,baptismus sāguinis plus habet de effectu baptismi,si tn̄ primū fuerit in proposito,vel contrariū non teneat in mente,sicut de innocentibus, qui nō erant in opposita dispositione.Baptismus.n.virtutē hēt ex merito passionis Christi.Ro. 6. Quicūq; baptizati sumus in Chr̄o Iesu,in morte ipsius baptizati sum⁹.Sicut ergo,q baptizat,cōformat morti Chr̄i sacraliter,ita martyr realiter.Et iō illud baptisma hēt totū effectū baptismi,q̄tū ad hoc,ꝙ purgat oēm culpā,& pœna pc̄ti nō tn̄ imprimit caracterē aliquē.Et iō si recipiens martyriū sine baptismo aquæ resurgeret,eēt baptizādus. Pnia uero non tm̄ hēt de effectu baptismi,q̄a nō tollit oēm pœnā,licet tollat culpā. Sicut aūt martyr conformat se morti Chr̄i per exteriorē passionē, ita pœnitēs per interiorē.Gal.5.Qui Chr̄i sunt carnē suā crucifixerūt cū uitiis,& cōcupiscētiis.iō pōt esse tāta,ꝙ tolleret oēm culpā,& pœnā sicut patet in Latrone & Magdalena . Vnde pnia dr baptismus,inq̄tū supplet baptismi uicē.Et q̄a nō licet illud iterari,iō instituta est pœnitentia.Ista ergo dicunt baptismata, quia hñt effectū baptismi,sed tantū unū baptisma,q̄a nō agunt nisi illud hēat in ꝓposito.Secundū sacramētū intratiū, est in ipsa manuū impositione.Iō dicit,[Impositionis quoq; manuū.] Hæc aūt est duplex.Vna est miracula faciēs,sicut qñ Chr̄s p manus impositionē curabat infirmos.Lu.4.Singulis manus imponens curabat eos,& hæc nō est sacralis. Alia,est sacramētalis,& hæc est duplex. Vna in sacramento ordinis.1.Tim. 5. Manus nemini cito imposueris Alia,est in sacramento confirmationis ad renouationem.Tim.3.Per lauacrum regenerationis,& renouationis Spiritussancti &c.In confirmatione.n.datur Spiritussanctus ad robur,ut.s.audacter hō confiteatur nomen Christi coram hominibus. Sicut.n.in esse naturæ prius generatur homo,& postea augetur,& roboratur,ita in esse gratiæ.Tertio,sequitur terminus motus, id quem motus terminatur,& ille est duplex. Duo enim expectamus,primum est resurrectio corporum,& ista est fidei fundamentum,q̄a sine hac,inanis est fides nostra.1.Cor.15.ideo dicit. [De resurrectione mortuorum.Itē,expectamus remunerationem,quæ fiet per iudiciū.Ecc.12. Cuncta quæ fiunt adducet Deū in iudiciū.Et ideo dicit.[Iudicii ęterni,]nō ꝙ illud iudicium duret per mille annos, sicut uoluit Lactantius,sed totum erit in momēto:sed dicit,æternum,q̄a sententia, quæ ibi dabitur,in ęternum durabit.Mat.25. Ibunt hi in supplicium ęternum,iusti aūt in uitā æternā.Et sciendum est,quòd omnia ista , quæ dicit se uelle hic tractare , sunt

A quasi quędam rudimenta fidei.Vnde prædicat ea nouitiis Act.17. & in multis aliis locis.Deinde cum dicit.[Et hoc faciemus.]Ostēdit difficultatem propositi sui exequendi.Difficile enim est , & in se,& respectu auditorum.Vnde tria facit.Primo. innuit,quod in hoc potissime indigeat diuino auxilio.Secundo , subdit quorun-

tiam,rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei,& ostentui habentes

dam imbecillitatē,ibi.[Impossibile est .n.] Tertio,adducit quandam similitudinem , ibi.[Terra enim.]Dicit ergo,Feramur ad perfectum,& hoc faciemus siquidem permiserit Deus,Minus autem dicit,& plus significat,Nam non est tantum necessarium,ꝙ Dominus permittat,sed oportet,quòd omnia faciat,Sapien.7 In manu Dei nos,& sermones nostri,& ideo debet omnia ponere sub confidentia diuini auxilii Ioann.6.Sine me nihil potestis facere.Iac.4.Pro eo vt dicatis,si Deus voluerit,& si vixerim⁹ faciemus.Deinde cū dicit.[Impossibile est,]ostendit imbecillitatem eorū,erāt enim imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corporalibus nullus status est ita periculosus,sicut recidiuantium,ita in spūalibus,qui post gra- B tiam cadit in peccatum,difficilius surgit ad bonum.Et circa hoc facit tria,primo,proponit bona,quę perceperant, secūdo difficultatē caussatam in eis ex recidiuo,ibi.[Et prolapsi sunt.] Tertio, assignat rationem,ibi.[Rursus crucifigentes] Bona autem quædam sunt præsentia,quædam vero futura.Ipsi uero in præsenti habuerunt spiritualem regenerationem , & quantum ad hoc dicit.[Illuminati,]scilicet per baptismum.Et congrue dicitur baptismus, illuminatio,quia baptismus est principium regenerationis spiritualis,in qua intellectus illuminatur per fidem.Ephes.5 . Eratis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Domino. Habent etiam bonorum Dei participationem,& quantum ad hoc dicit.[Et gustauerunt donum cæleste.]Donum istud est gratia,& dicitur cœleste,quia a cœlis Deus eam dat.Psalm.67.Dedit dona hominibus, & Iac.1. Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est,descendens a patre luminum.Est etiam in eis partici- C patio diuinę bonitatis 2.Pet.1. Per quem scilicet Christum,maxima nobis.& pretiosa promissa donauit.Ideo dicit.[Participes facti Spiritussancti]Omnia enim dona dantur ex amore, & ideo istam participationem attribuit Spiritui sancto.Est autem participare,partem capere.Solus autem Christus Spiritum sanctum habuit ad plenitudinem.Ioann.3.Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.Alij enim sancti de eius plenitudine receperunt,& participes facti sunt,non quidem substantiæ,sed distributionum eius,supra 2.Et uarijs Spiritussancti distributionibus.1.Corinthiorum 12.Diuisiones gratiarum sunt,idem autem spiritus & cætera Item in præsenti habuerunt doctrinæ eruditionem.Et quantum ad hoc,dicit [Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum.] Verbum istud dicitur bonum,quia est verbum uitæ æternæ Ioā. 6.Domine ad quem ibimus? verba uitæ æternæ habes . Ps.118. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua.Dicit aūt,gustauerunt, q̄a D non solū illuminat intellectū,sed et reficit affectū,in quo quædā saporatio.Psal.33 Gustate,& videre quoniā suauis est Dñs. Bona aūt futura habuerunt in spe:Ro.8.Spe facti sumus.Et ideo dicit. Virtutesque sæculi uenturi.Horum autem quædā hēnt non solū in spe,sed et in quadam inchoatione, & illæ sunt dotes animæ ,s.visio,tentio,& fruitio,& illa habentur in quadā inchoatione, inquantū fides spes,& charitas,quæ illis respondent, habentur in præsenti. Alia autem sunt bona,quæ solū habenē in spe,vt dotes corporis,s.subtilitas,agilitas,impassibilitas,claritas.Cōsequenter cū dicit.[Et ꝓlapsi sunt.]ostēdit difficultatē ad resurgēdū,cātā ex casu.Vbi notādum est,ꝙ non dicit, lapsi simplr,sed prolapsi.s.totaliter lapsi,q̄a si lapsi tātū eēnt,nō ita difficile foret resurgere.Prou.24. Septies in die cadit iustus,& resurgit.Qđ si diceret Apost. illos,q̄ ꝓlapsi sunt impossibile est resurgere,tunc posset dici,ꝙ in hoc notat maximā difficultatē resurgēdi,s.& ꝑ peccatū , & ꝑ superbiā,sicut patet i demonibus.Sed q̄a dicit illos,q̄ semel ꝓlapsi sunt nō posse rursus renouari ad pœnitētiā,nec est aliqđ peccatū in hoc mundo a quo nō possit hō pænitere,iō aliter est intelligendum.Vnde sciēdū est,ꝙ ex hoc loco sumpsit.Nouatus quidā , qui fuit presbyter ecclesiæ Romanæ,occasionē errādi,Voluit.n.ꝙ nullus post baptismū posset ad pœnitentiā resurgere.Sed ista positio falsa est,sicut dicit Athanasius in epistola a d Serapionē , q̄a ipse Paulus recepit incestuosū Corinthiū sicut patet 2.Corinth.2.Et similiter.Gal 4.Quia dicit.Filioli mei quos iterū parturio &c. Est ergo intelligēdū sicut dicit August.ꝙ nō dicit,ꝙ impossibile est pœnitere,sed ꝙ ipossibile est [Rursus renouari.].i.baptizari . Ti. 3.Per lauacrū regenerationis,& renouationis &c.Nūquā.n.posset hō sic pęnitere,ꝙ posset iterum baptizari.Et hoc dicit Apostolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus, quia secundum legem, Iudæi multoties baptizantur, sicut patet Marc. 7. Et ideo ad istum errorem remouendum, dicit hoc Apostolus, Deinde cum dicit [Rursus crucifigentes &c.] Assignat rationem, quare baptismus non iteratur, quia s. baptismus est quædam configuratio mortis Christi, sicut patet Ro. 6. Quicunque in Christo baptizati sumus, Hęc autē nō iterat, quia Christus resurgēs ex mortuis iā nō morit. Ro. 6. Qui ergo iterato baptizātur, rursū Christū crucifigūt. Vel aliterq; denotetur repugnantia gratię Christi, ut scilicet uelint frequēter peccare, & post iterum baptizari, vt. s. referatur ad iterationē baptismi, sed ab la psum eorū, q peccant, Qui. s. quantum in ipsis est, rursus crucifigunt Christum, quia Christus pro peccatis nostris mortuus est semel. 1. Pet. 3. Cum ergo peccas baptizatus, quātum in te est, das occasionem, ut iterum Christus crucifigatur, & sic contumelia sit Christo, in cuius sanguine te lotum maculas. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

LECTIO II.

Terra enim sæpe uenientem super se bibens imbrem & germinans herbā opportunā illis a quib. colitur, accipit benedictionē a Deo. Proferēs aūt spinas ac tribulos reproba est, &

LECTIO II.

Supra ostendit Apostolus difficultatem ad suum propositū exequendum, prouenientem ex eorum culpa, hic adducit ad hoc quandam similitudinem. Et primo, quantum ad bonam terram. Secundo, quantum ad malam. ibi. [Proferens aūt.] Sciēdū est aūt, q ēm vnam expositionem supra voluit Apostolus illos qui semel baptizati sunt, non posse iterum baptizari, vel renouari ad penitentiam. Alia aūt est expositio, q ibi dimissa fuit, q impossibile est eos, q in hac uita semel illuminati sunt, rursum in alia uita renouari ad pœnitentiam. Eccl. 9, Quicquid pōt manus tua facere instanter operare, quia nec opus, nec rō, nec sapientia, nec sciētia est apud inferos &c. Io. 9. Venit nox, quando nemo potest operari. Rursus ergo exponatur, idest post hanc vitam. Et huius ratio est. Duo enim causant pœnitentiam. Vnum est, quod dat efficaciam, s. meritum passionis Christi. 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exemplum pœnitendi, quod habemus in Christo per considerationem, s. considerando austeritatē, paupertatem, & tandem passionem. 1. Pet. 2. Christus passus est p nobis, uobis relinquēs exemplum &c. Sic ergo intelligitur quod dicit. [Rursus crucifigentes,] idest, crucis Christi fructum percipiētes, & hoc quantum ad id, quod dat efficaciam pænitentię. [Et ostentui habentes,] quantum ad exemplum pœnitendi. Et sic accipitur ostentum in bonum. Ista vero similitudo, quæ ponitur hic, de terra, potest referri, vel ad id quod supra dictum est, Feramur ad perfectionem, & tunc erit sensus: q si feramur, habebimus benedictionem sicut terra bona. Vel potest cōtinuari ad dictum immediate, secundum expositionem utranque, sicut de baptismo, siue de alia uita. Illa tamen de baptismo magis est literalis, & sic est sensus. Sicut terra culta, si iterato profert spinas, non colitur, sed comburitur, sic homo peccans post baptismum, vlterius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram, primo, beneficium impensum: secundo, fructum quem profert, ibi. [Et generans herbam.] Tertio, pręmium, ibi. [Accipit benedictionem.] Terra ista, est cor humanum. Luc. octauo. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono, & optimo &c, Quod dicitur terra, qa sicut terra indiget pluuia, ita homo indiget gratia Dei. 64. psalm. Visitasti terram, & inebriasti eam. Esa. 55. Quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit &c. Sed beneficium, quod percipit, & doctrina fidei, est quasi imber superueniens, quē pluit in cordibus auditorum, mediantibus prædicatoribus & doctoribus. Esa. quinto. Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. Iob 36. Effudit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt, & cætera. Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit, & ad illud afficitur. Esa quinquagesimoquinto. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Ista doctrina est. [Super se,] idest, de super veniens, & hoc quantum ad principium huius doctrinæ, vel super se, quia quędam doctrina est de terra, quia scilicet homo inhæret terrenis. Alia est de cœlis, quæ. s. docet cœlestia. Iacob. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica, & post sequitur ibidem. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, &c. Vel [Super se,] idest, super facultatē

F humanæ rationis: nam aliæ scientiæ sunt secundum humanā rationem inuentæ, hęc autem diuinitus inspirata. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata sunt tibi. Dicit autem non semper, nec raro, sed [Sæpe, quia vt dicit Aug. & habetur in Glo. Si semper, vilescit, si raro, non sufficit, & negligitur. Iob 19. Audiui frequēter ta-

& maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.

LECTIO III.

Confidimus aūt de uobis dilectissimi meliora, & uiciniora saluti,

lia. Fructus est, quia [Generat Herbā opportunam cultorib.] Ista sunt bona opera, quæ facit homo p doctrinam susceptā. Gen. 1. Germinet terra herbam virentē, &c. Ista terra colitur primo a Deo. Io. 15. Pater meus agricola est, &c. Colitur etiam a prælato. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, &c. Colitur etiam G ab homine ipso. Proue 24. Diligenter exerce agrum tuum. Est autem opportuna Deo ad gloriam. 1. Cor. 10. Omnia in gloriā Dei facite, aliis ad meritum: & ad gloriam 1. Thessalonicēsium. 2. Vos enim estis gloria nostra, & gaudium. Ipsi vero operanti ad uitam æternam. Roman. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationē, finem uero vitam ęternam. Deinde cum dicit. [Accipit benedictionem a Deo.] Ostendit præmium. s. benedictionem diuinam. Ista aūt benedictio nihil aliud est, quam factio bonitatis in nobis, quę quidē in præsenti uita fit imperfecta, sed in futuro erit perfecta. 1. Pet. 3. In hoc uocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Deinde cum dicit. [Proferens, &c.] Agit de mala terra, vbi tria facit. Primo supponit beneficium, quod dictum est. Secūdo, ponit malum fructum, dicens [Proferens autem.] Tertio. ostendit pęnā, ibi.] Reproba est.] Fructus ergo sunt spinæ. i. minora peccata & tribuli. i. maiora quæ pungunt conscientiam propriam, quandoque et alienā, ista. i. quæ sunt contra proximos. Gen. 3. Spinas & tribu- H los germinabit tibi. In pœna uero ponit tria, s. diuinam reprobationem iudiciariam condemnationem, ibi. [Maledicto proxima.] & finalem punitionem, ibi. [Cuius consummatio &c.] Quantum ad primam, dicit. [Reproba est.] Sicut. n. prædestinatio est principium remunerationis, ita reprobatio signum est cōdemnationis. Quod ergo aliquis frequēter rigetur præceptis salutaribus, signū est reprobationis. si persistat in peccatis. Hie. 6. Argentum reprobū vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Condemnatio est, quia [Proxima maledicto.] Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternū. Punitio est, [Cuius consummatio in combustionem.] Esa. 9. Vestimētum mistum sanguine, erit in combustione, cibus ignis.

LECTIO III.

Quia Apostolus multa, quæ dura uidebantur de statu istorū dixerat, modo, ne ex illis desperarent, ostendit, qua inten- I tione hoc dixerit scilicet vt ipsos a periculis retraheret. Vnde circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit fiduciam, quam de ipsis habebat: secundo, subdit rationem confidentię, ibi. [Non enim iniustus est Deus.] Dicit ergo, Ita dixi, quòd terra, quæ profert spinas, & tribulos &c. [Et ne credatis, quòd ego tales uos reputem. Confidimus de uobis dilectissimi,] & hoc propter fidem & charitatem. [Meliora & uiciniora saluti.] Vbi commendat statum ipsorum ex duobus. s. ex eo, quod iam erant; quia ex eo, quod expectabant in futurum, unde dicit uiciniora saluti Rō. 13. Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Quanto enim quis proficit in nobis, tanto magis appropinquat saluti. Sequitur. [Tametsi ita loquimur,] idest, quia, & si sic loquimur, hoc est, vt reddamus uos cautos, & hoc procedit ex charitate. Ps. 140. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me &c. Deinde cum dicit. [Non est enim iniustus Deus, ut obliuiscatur, &cæte.] K Ostendit rationem confidentiæ, quæ est duplex. Vna ex bonis ipsorum præteritis. Alia, ex promissione Dei, ibi. [Abrahæ namque, &c.] Quia uero Apostolus duo dixerat, vnum scilicet, quod de ipsis confidebat. Aliud, quod aspere ipsis loquebatur, ideo duo facit: Primo enim, assignat rationem primi. Secundo, rationem secundi, ibi. [Cupimus, &c.] Ratio autem quare ipse de his confidat, hęc est, quia recordatur multorum bonorum, quæ ipsi fecerunt. Vnde dicit. [Confidimus autem &cætera.] Et quare? Quia non est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri.] Contra Ezechiel. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, &c. Et paulo post ibidem sequitur, Omnes iustitiæ eius non recordabuntur. Et ibi subditur Non est æqua uia Domini. Respondeo. Dicēdum est, q homo qui cadit post gratiam, dupliciter potest se habere. Vno modo, quod in malo perseueret, & tunc Deus omnes iustitias eius obliuiscitur. Alio modo, quod pęniteat, & tunc bonorum præcedentium recordatur, quia reputantur, sibi ad meritum. Vnde dicit glosa, quod mortificata reuiuiscunt. Sed tunc videtur dubium, quia constat, quod iustitia respicit meritum, si ergo iustitia Domini exigit, q

tāetsi ita loquimur. Nō. n. in iustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus aūt vnūquēq; vestrū eādē ostentare solicitudinē ad expletionem spei, vsq; in finē, vt nō segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones.

Deus nō obliuiscat si peniteat, sicut dicit Glo. ergo cadit sub merito, qđ resurgat a peccato, & sic meretur gratiā, quod est impossibile. Respondeo Dicendum est, q duplex est meritū. Vnū qđ innititur iustitiæ & istud est meritum condigni. Aliud, qđ soli misericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit, quod iustum est, idest congruum, quod homo, qui multa bona facit, mereatur. Ista enim misericordia adiuncta quodam modo iustitiæ, plusquam in illo, qui nunquam aliud fecit. Et isto modo non obliuiscitur Deus operis, dilectionis. Soli enim charitati debetur vita æterna. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit. Quicquid enim non est ex charitate, non est meritoriū 1. Corint. 13. Charitatem non habeam. nihil prodest. Et ideo, hic non dicit tantum, operis vestri, sed addit [Dilectionis,] quia etiam sicut dicit Grego. Non est amor Dei otiosus. Operatur enim magna si est, si operari renuit, amor non est 1. Ioann. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate. Ideo subdit. [Quam ostendistis in nomine ipsius.] Colos. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi &c. Quid autem ostenderint, & in quo, ostendit, quia [Ministrastis sanctis,] scilicet subueniendo necessitatibus sanctorum. Matth. 20. Quicunque voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicātes. Et quia in omnibus est necessaria continuatio, ideo subdit. [Et ministratis] Et ideo si peccastis, ex diuina misericordia adiūcta iustitiæ dabit veniam. Consequenter cum dicit. [Cupimus autem.] Assignat rationem, quare ita dure locutus fuerat, s. ex desiderio salutis ipsorum. Vnde circa hoc tria facit, quia primo ostendit suum desiderium. Secundo subdit imminens periculū, ibi. [Vt non segnes efficiamini.] Tertio, declarat per exemplum, ibi. [Verū imitatores.] Dicit ergo. Diximus ista non quasi desperantes de vobis, sed magis. [Quia cupimus vnumquemque, idest, de vnoquoq; [Vestrum.] Philippenses. 1. Testis est mihi Deus, quomodo cupiā vos omnes in visceribus Iesu Christi. Sed quid cupimus? [Ostendere eandem solicitudinē,] idest, vt sitis solliciti ostendere per exhibitionem operis. hanc solicitudinem ad bona, quam semper habuistis. Vnde patet, quod ad opera pietatis requiritur solicitudo. Luc. 10. Martha, Martha solicita es &c. Item, ad propriam. 2. Timo 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Et quare. [Ad expletionem spei, scilicet adimplendo, quod cœpistis, consequamini quod speratis. Ro. 5. Spes nō confundit. Et hoc totum. [Vsque in finem.] Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit.] Vt non segnes efficiamini,] ostendit periculum quod est pigritia. Et est segnities, timor futurę bonæ operationis propter timorem, scilicet vel ne deficiat, vel ne pæniteat Prouerb. 22. Piger dicit, Leo est in via. Vnde pigri semper allegāt impedimenta. Deinde cum dicit. [Verum imitatores &c.] Ponit exemplum, quasi dicat Non sitis pigri, sed magis imitamini, accipiendo exemplum in prophetis. Iaco. 5. Accipite exemplum patiētiæ &c. Et sequitur, Prophetas. Et in aliis sanctis, scilicet Apostolis. 1. Cor. 2. Imitatores mei estote, sicut, & ego Christi. [Sitis ergo imitatores eorum, qui fide,] Sine qua impossibile est placere Deo Infra. 11. [Et patientia,] contra aduersa, [Hęreditabunt promissiones.] Per fidem enim formatam, & patientiam, acquiritur hæreditas promissa Infra. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt &c.

LECTIO IIII.

Supra Apostolus ostendit causam quare de istis confidebat, & hoc propter bona, quæ fecerunt, hic ostendit idem ex repromissione facta patribus. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim præmittit promissionem, secundo, assignat rationem dictorum, ibi. [Homines enim.] Circa primum tria facit,

A primo enim ostendit, cui facta sit promissio, secundo, ostendit promissionis modum esse conuenientem, ibi [Quoniam neminem &c.] Tertio, promissionis effectum, ibi [Et sic longanimiter.] Promissio facta est Abrahæ. Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones &c. Et huius est ratio, quia per fidē inhęremus Deo, & ideo per fi-

LECTIO IIII.

Abrahæ nanque promittens De⁹ quoniam neminem habuit, p quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum dicens. Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferēs B adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant, &

dem cōsequimur promissiones. Primū enim exēplū fidei fuit Abraham, & hoc quia primus recessit a consortio infideliū Genes. 12. Egredere de terra tua &cęt. Secundo, quia primus aliquid credidit, quod erat supra naturam. Roman 4. Qui contra spem, in spem credidit, Vnde Genes. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiā Primus. n. accepit signaculum fidei, s. circuncisionē. Ro. 4. Modus promissionis est quantum ad duo, primo, quātū ad iuramētū interpositū. Secūdo, quantū ad verba promissionis, ibi; [Nisi benedicens benedicā tibi &c.] Dicit ergo, Deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem] Quia non habuit maiorem se per quem iuraret. Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes dominus &c. [Iurauit per semetipsum.] Genes. vigesimo secundo. Per me metipsum iuraui, dicit Dominus &c. In quo habes exemplum quod iuramentum de se non est illicitum, quia scriptura nihil Deo attribuit, quod de se sit peccatum. Intendit enim scriptura, nos ad Deum ordinare & ducere. Eph. 5. Estote imitatores Dei sicut filii &c. Tamen interdicitur frequentia iuramenti. Eccl. 23. Iurationi non assuescat os tuum &c. Item, iuramentum in uanū. C Exod. 20: Non assumes nomen Dei tui in vanum Consequenter cū dicit [Nisi benedicens &c.] Ostendit modum promissionis, q. d. Non credatur mihi, nisi benedicam tibi, vt sit modus iurandi, quasi per execrationem. Dicit autem [Benedicens,] quod pertinet ad bonorum collationē Benedictio enim domini diuites facit, sicut dicitur Prouerb. 10. [Et multiplicans multiplicabo te.] quod etiā pertinet ad prolis numerositatem. Et utrumque fuit Abrahæ promissum, sicut patet Genes. 14. & 15. Ingeminat autem dicendo [Benedicens benedicam,] vt designet. bona temporalia & spiritualia, & continuitatem benedictionis: Vel benedicens benedicam in multitudine prolis sanctæ, quæ Gen. vigesimosecundo. designatur per stellas cœli, vbi dicitur, Suspice cœlum & numera stellas, si potes &cæt. Et multiplicans multiplicabo in numerositate prolis malæ & peruersę, quæ ibidem, s. vigesimo secundo capitulo designatur per arenam maris Ingeminatur etiam multitudo, quod D est propter numerositatem prolis bonæ, vel malæ, vel propter cōtinuitatem multitudinis. Vel benedicam in bonis gratiæ, & multiplicabo in bonis gloriæ. Psal. trigesimo. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine &cęt. Effectus repromissionem.] Longanimitas est, non solum in faciendo magnum aliquid, sed etiam in expectando in longum. Abraham autem promissionem habuit, nec vnquam passum pedis terræ possedit, vt dicitur Act 7. & vsque in senectutem prolem non suscepit, & tamen a spe non decidit. Iac. 5. Accipite exemplum fratres mei mali exitus, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ prophetas & cætera. Esa. quinquagesimo primo. Attendite ad Abraham patrem vestrum &cætera. Deinde cum dicit [Homines enim per maiorem sui iurant.] ponit rationem prædictorum, & circa hoc facit tria. Primo enim, ponit humanam consuetudinem, secundo, assignat rationem consuetudinis, ibi. [In quo abundantius.] Tertio E subdit fructum rationis, ibi [Vt per duas res immobiles.] Consuetudo enim humana duplex ponitur; vna, quātum ad id per quod iuratur. Alia, quantum ad effectum iuramēti ibi. [Et omnis controuersiæ.] Illud autem per quod iuratur, est maius, & hoc rationabiliter. Nihil enim aliud est iurare, nisi dubium confirmare. Sicut ergo in scientiis nihil confirmatur, nisi per id, quod est magis notum, ita quia nihil certius est apud homines, quam Deus, ideo per ipsum tamquam per maius & certius iuratur. Sed contra. Quandoque enim iuratur per filium, qui minor est, vt cum dicitur per Christum. Aliquando vero per creaturam, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. Genes. quadragesimosecundo. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est modus iurandi per Deum, vno modo per simplicem attestationem, cum absolute dicitur, per Deum ita est, quasi dicat. Testis est mihi Deus, quod ita est, sicut dico.

Rom.1. Testis est mihi Deus,cui seruio in spiritu meo. Aliquando uero execrationem,quod fit quando aliquis obligatur ad vindictam Deo,si non fit ita puta caput,uel aliquid huiusmodi, sicut iurauit Apost.2.Cor.1.Testem Deum inuoco in animam meam, quasi dicat. Obligo animam meam pro testimonio, quo ipsum nomen Dei assumo; & istud est grauissimũ Per creaturam autem iuratur non inquantũ est talis,sed inquantũ in ipsa relucet aliquod indicium diuinæ potestatis. Quia enim omnis potestas a Deo est.Roman.13. inquantum aliquis exercet potestatem super aliquam multitudinem, si iuratur per Deum, cuius potestas in ipso relucet. Et sic iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis. Hoc est ergo,quod dicit[Homines per maiores sui iurant.

omnis cõtrouersiæ eorum finis,ad confirmationẽ,est iuramentum. In quo abundantius uolens Deus ostẽdere pollicitationes hæredib. immobilitatem consilii sui interposuit,iusiurandũ,vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deũ, fortissimum solatiũ habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animę tutam ac firmam,

Sciendum est autem,quod a iuramento sunt excludendi alias periuri, quia debet iuramento maxima reuerẽtia exhiberi,& exretro actis presumitur, quod debitam reuerentiam iuramento non exhibebunt. Item,ad ipsum non sunt cogendi pueri ante annos pubertatis,quia nondum habent perfectum vsum rationis,quo sciant iuramento debitam reuerentiã exhibere. Item,personæ magnæ dignitatis,quia iuramentum requiritur ab eis,de quarum dicto,vel facto dubitatur. Derogat aũt hominibus magnæ authoritatis,vt dubitetur de veritate eorũ quæ dicũt. Vnde,& in decretis.2. quæstio.ca.4.dicitur,quod sacerdos ex leui causa iurare non debet. Causæ autem in quibus liceat iurare hæc sunt. Pro pace firmanda,sicut Laban iurauit Gen.30. Secundo,pro fama conseruanda. Tertio,pro fidelitate tenenda,sicut feudatarij iurant dominis. Quarto,pro obẽdientia implenda,si præcipitur a superiori aliquid honestum. Quinto pro securitate facienda. Sexto,pro ueritate attestanda. Sic iurauit Apostolus Romano 1. Testis est mihi Deus &cæt. Deinde cum dicit:[Et omnis controuersię &cæt.]Ponit effectũ iuramenti,qui in hoc consistit,quod per iuramentum finitur omnis controuersia,sicut enim in scientijs,quando resoluitur usque ad prima principia demonstrabilia, quiescitur,ita diuina lege introductũ est quod cum peruenitur ad primam veritatem est staius,quod fit quando ipsa in testimonium inuocatur.Exod.22. Applicabitur ad Deos, & iurabit & sic sopitur omnis quæstio,& controuersia. Deinde cum dicit[In quo abundantius.]Ponit rationẽ quare Deus voluit iurare,s.ad ostendendam firmitatem promissionis suæ. Vnde dicit. [In quo,]idest eo ipso Deus interposuit iuramentum. [Volens abundantius ostendere, &cæt.]Abundans enim fuit,quod promisit,sed abundantius fuit,quod iurauit [Volens,]inquam,[ostendere hæredibus pollicitationem,]i.rei pollicitæ. Rom.9. Qui hii sunt promissionis,æstimantur in semine. [Ostendere,]inquam.[Immobilitatem.] Sciendum est, quod in his,quæ a Deo procedunt,duo sunt consideranda.s.ipse processus rerum,& consilium Dei a quo talis processus causatur. Consiliũ Dei est omnino immobile. Esa.quadragesimo sexto. Consiliũ meum stabit,& omnis uoluntas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam dominus aliquando pronunciat aliquid,secundum quod exigit ordo,& processus rerum sicut patet Esa. trigesimoprimo. Dispone domui tuæ,quia morieris tu,& non uiues. Habebat enim cursus infirmitatis,quod ex illa moreretur. Et similiter Ionę.3 Aduc quadraginta dies,& Niniue subuertetur, quia ipsa meruerat submersionem suipsius. Hierem.18. Repente loquar aduersus gentem,& aduersus regnum,ut eradicem,& destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo ꝙ locutum sum aduersus eam agam & ego pœnitentiam super malo,quod cogitaui,vt facerẽ ei. Et tunc prophetia est comminationis. Quandoque vero pronunciatur, aliquid secundum quod respicit consilium Dei æternum,& super hoc Deus numquam pęnitet,nec illud retrahit. 1.Reg.decimoquinto. Triũphator in Israel non parcet,& pænitudine non flectetur Tamen sciendum est, quod quandocumque Dominus promittit aliquid sub iuramento,est prophetia prædestinationis,quę est ostensiua diuini consilii.& ista promissio pęnitens immutabilis. Deinde cum dicit, [Vt per duas res &cætera.]Ostendit fructum promissionis,& primo,ostendit quis sit ille fructus, secundo, quis consequatur hunc fructum, ibi.[Quam sicut anchoram,]Fructus autem est

F vt spes nostra sit certa. Vnde dicit]Vt habeamus fortissimum] idest firmissimum[Solatiũ]spei,[Per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri,]scilicet per Deum,qui promittit,qui non mentitur. Num.23. Non est Deus,vt filius hominis,vt mentiatur & per iuramentum,in quo est maior confirmatio veritatis. Sciendum est autem, quod sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis,& memoria de præterito, ita spes de futuro.1.Mach.2. Omnes qui sperant in ipso,non infirmat. Esa.40. Qui sperant ĩ Domino,mutabunt fortitudinem,assument pẽnas,vt aquilæ,current & non laborabũt,&c.

& incedentem vsque ad interiora velaminis,vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinẽ Melchisedech,pontifex factus in ęternũ.

CAP. VII. LEC. I.

G Hic.n,Melchisedech, rẽ Salẽ,sacerdos Dei summi,ꝗ obuiauit Abrahę regresso a cæde regũ,& bñdixit ei

[Habeamus]inquam nos[Qui confugimus]a malis.s.mũdi, & ab impugnatione hostis [Ad tenendum propositam nobis spem.]psalm 89. Domine refugium factus es nobis. Prouer.18. Turris fortissima nomen Domini. Ad ipsam currit iustus,& exaltabitur, Deinde cum dicit[Quam sicut anchoram.]ostendit quod fideles promissionem istam consequantur,& vtitur quadam similitudine. Comparat enim spem ipsi anchoræ,quæ sicut in mari nauem immobilitat,ita spes animam firmat in Deo in hoc mundo,qui est quasi quoddam mare. psal.103. Hoc mare magnum & spatiosum manibus. illa tamen anchora debet esse secura,vt scilicet non deficiat,vnde fit de ferro 2.Tit.1. Scio enim cui credidit,& certus sum &c. Item, debet esse firma,vt.s.nõ cito a naui remoueatur,ita homo debet alligari illi spei,sicut anchora naui alligatur. Est autem differentia inter an- H choram & spem, qui anchora animo figitur,sed spes in summo, scilicet in Deo. Nihil enim in præsenti vita est firmum vbi possit anima firmari & quiescere. Vnde Gen.octauo dicitur quod columba nõ inuenit vbi requiesceret pes eius. Et ideo dicit quod debet [Incedere vsque ad interiora vellaminis.] Apostolus enim per sancta,quæ erant in tabernaculo,intelligit statum præsentem ecclesiæ,sed per sancta sanctorum,quæ per velum distinguebantur a sanctis,intelligit statum futurę gloriæ. In illo ergo vult quod ligatur anchora spei nostræ,qui est modo velatus ab oculis nostris Esa.64. Oculus non vidit Deus absque te,præparasti expectantibus te. psalm.90. Qua magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te. Hanc ibi fixit præcursor noster, qui ibi ingressus est. Vnde Io.14. Vado parare vobis locum. Mic.2. Ascendit pandens iter ad eos. Et ideo dicit,ꝙ ipse tãquã [Præcursor pro nobis ingressus est interiora velaminis,] & ibi fixit spem nostram,sicut dicitur in collecta,in vigilia,& in die ascẽsio- I nis. Tamen,quia intra velum non licebat intrare nisi summo sacerdoti. Leuit.16 ideo dicit,quod[Iesus qui pro nobis ingressus est,factus est põtifex in æternum secundum ordinem Melchisedech.] Ecce quam eleganter redit Apostolus ad propositum suum. Ipse enim cœperat loqui de sacerdotio,& tamen fuerat multum digressus,sed nunc ad istud redit,sicut patet.

LECTIO I.

Supra Apostolus quinto cap.probauit Christum esse sacerdotem. Lu.6.autem cap.interposuit quædam ad pręparandos animos auditorum,hic redit ad propositum suum. Intendit enim probare excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum. Et circa hoc facit duo,primo enim, ostendit excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium veteris testamenti,secundo ostendit, quod fideles debent sacerdoti Christo reuerenter subdi. Et hoc in medio decimi capit.ibi.[Habentes itaque fratres fiduciam,] Circa K primum duo facit. Primo enim,ostendit prærogatiuam sacerdotis Christi super Leuiticum ex parte personæ ipsius sacerdotis secundo ex parte ministerii octauo capit.ibi.[Capitulum autem.] Circa primum duo facit,quia primo ostendit existentiam sacerdotii Christi ex promissione diuina,secundo, ostendit necessitatem sacerdotii eius,ibi.[Talis enim decebat]Promissionem vero ostendit per illud psal.centesimonono. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum &c. Vnde tria ostendit ad propositum suum probandum. Primo,illud quod dicitur.[Secundum ordinem Melchisedech]Secundo,illud quod dicitur.[Iurauit,]ibi[Et quantum est non sine iureiurando.]Tertio,illud quod dicitur.[Tu es sacerdos,]ibi[Et alii quidem plures]Circa primum duo facit,quia primo

sto,ostendit similitudinem Christi ad Melchisedech. Secundo,ex hac similitudine præfert sacerdotium Christi Leuitico,ibi.[Intuemini autem]Circa primum duo facit,quia primo describit cõditiones Melchisedech. Secundo,ostendit quomodo cõueniunt Christo, ibi.[Primum quidem.]Describit autẽ Melchisedech:primo ex nomine,cum dicit. [Hic aũt Melchisedech.]Sic enim nominat eũ scriptura Gen.4. vbi habetur historia,quã Apos. hic supponit. Et secũdm Gloss. Hebræi dicũt ipsum fuisse Sem primogenitum Noe, & tunc quando Abraham habuit victoriam,erat annorum 390.alias 309. Et occurrit Abrahæ nepoti suo. Secundo,describit eum a dignitate. Erat.n.rex & sacerdos. Quantum ad primum dicitur.[Rex Salem.]Et secundum aliquos,Salem dicitur,Hierusalem. Sed contra est Hier.in quadam epistola,quia vt ipse dicit,non poterat esse, ꝙ ei occurreret a Hierusalem,quod probat ex situ. Alij autem dicunt ꝙ Salem dicitur ille locus,de quo dicitur Ioan.3. ꝙ iuxta illum Ioannes baptizabat, & mœnia illius loci erant adhuc tempore Hieronymi. Quantum ad secũdum,dicit.[Sacerdos Dei summi.]Antiquitus enim ille,qui inter filios erat antiquior,erat sacerdos. Sed verum est,quod tempore Abrahæ multum inualuerat cultus idolorum. Et ideo ne credãt, ꝙ esset sacerdos,idolorum,additur,[Dei summi,] scilicet per essentiam,nõ per participationem,vel nuncupationem. Deus enim est creator omnium eorum,qui dicuntur dij,siue per participationem siue per errorem. Psal.94. Rex magnus super omnes Deos. Esa.61. Vos sacerdotes Domini vocabimini, &c. Tertio describit eum ab officio ibi.[Qui obuiauit &c.]Sacerdos enim medius est iter Deũ, & populum. Debet enim aliquid populo conferre scilicet spiritualia,& aliquid ab ipso accipere,scilicet temporalia.1.Cor.9. Si uos vobis spiritualia seminauimus, non magnum est si carnalia vestra metamus. Primo ergo debet exhibere confortationem per bona monita,vnde dicitur Gen.14. ꝙ quatuor reges vicerunt quinque reges,& captiuum duxerunt Loth nepotem Abrahæ. Isti quatuor reges sunt quatuor vitia principalia, opposita quatuor cardinalibus virtutibus,quæ captiuum detinent affectum nepotem rationis, victis quinque sensibus corporis. Qui enim superat, & liberat affectum,debet confortari a sacerdote. Esa.21. Occurrentes sitienti ferte aquam, & Esa.35. Confortare manus dissolutas,&c.

cui,& decimas omnium diuisit Abraham,primum quidem,qui interpretatur rex iustitię,deinde autem,& rex Salem,quod est rex pacis sine patre,sine

Secundo,sacerdos debet confortare per sacramentorum administrationem benedicendo. Vnde[Benedixit ei]Psalm.117. Benediximus vobis in nomine Domini. Hoc autem fit impendendo sacramenta,per quæ confortatur homo in gratia Num.6. Inuocabũt nomen meum super filios Israel,& ego benedicam eis:nam Deus benedicit authoritate,sed sacerdos ministerio.[Et decimas,]scilicet ad sustentationem,[Diuisit,]scilicet[Abraham,] idest recte distribuit. Sed contra,quia vt patet Numer.18. Ex lege est datio decimarum, non ergo sunt ante legem. Respondeo. Dicendum est, ꝙ cæremonialia veteris testamenti,sunt quædam determinationes præceptorum iuris naturalis,& præceptorum moralium.

Et ideo quantum ad hoc,quod habebant de iure naturali, seruabantur ante legem tantum pro voto obseruantium, & sine aliquo præcepto. Quod enim aliquid offeratur Deo in recognitionẽ creationis,& Dominij,hoc est naturale,sed ꝙ offeratur vitulus, & hœdus,hoc est cæremoniale. Similiter de iure naturali est, ꝙ ministri seruientes Deo,sustententur a populo,sicut enim patet Genes.47. hoc seruabatur etiam apud Gentiles. Vnde sacerdotes,quia pascebantur de horreis publicis,non sunt compulsi vendere possessiones suas,& ideo fuerunt ante legem. Sed determinatio huius partis est per legem. Leuit.27. Omnes decimæ Domini sunt. Et in huius signum Iacob ante legem, in loco in quo postea fuit ædificatum tẽplum,vouit se daturũ decimas,& hoc specialiter, quia ad hoc Dei cultus proprie exhibetur,vt significetur,quod homo quicquid habet,a Deo accepit, & totam perfectionem suam ab ipso expectat. Numerus enim denarius est perfectus, quia consurgit ex partibus suis aliquotis,quia vnum,duo,tria,quatuor,faciunt decem. Vsque etiam ad ipsum ascendit numerus,& omnes alij non sunt nisi quædam repetitio,& additio super denarium. Omnes ergo sunt imperfecti vsque dum peruenitur ad ipsum. Et similiter a Deo est omnis perfectio. Vt ergo significaret,quod a Deo est complementum omnis perfectionis,ideo dedit decimas.

Deinde cum dicit. [Primum quidem,] ostendit similitudinem Christi,& Melchisedech,& circa hoc facit duo, primo.n.inducit similitudinem quantum ad conditionem personæ,secundo,quantum ad sacerdotium,ibi.[Assimilatus aũt filio Dei.]Prima in duas, quia primo ponit similitudinem quantum ad ea,quæ in scriptura

A commemorantur. Secundo,quantum ad ea,quæ in ipsa tacentur, ibi[Sine patre.]In scriptura autem duo dicuntur de ipso. Primũ quidem nomen,s.Melchisedech.[Qui interpretatur rex iustitiæ,] & significat Christum,qui fuit rex. Hier.23. Et regnabit rex, & sapiens erit,& faciet iudicium,& iustitiam in terra. Nec solum dicit iustus,sed etiam rex iustitiæ, quia factus est nobis sapiẽtia,& iustitia.1.Cor.1. Aliud qđ dicitur de ipso,est conditio. Vnde dicitur [Rex Salẽ,qđ est rex

matre,sine genealogia, neq; initium dierum,neque finem vitæ habens,assimilatus autem filio Dei,manet sacerdos in perpetuum.

pacis,]hoc autem conuenit Christo. Ipse enim est pax nostra. Eph.2. Psal.71. Orietur in diebus eius iustitia,& abundantia pacis, & in B hoc docet Apost. vti interpretatione nominum in prædicationibus. Et bene coniungit iustitiam,& pacem,quia nullus facit pacẽ, qui non seruat iustitiam. Esa.32 Erit opus iustitiæ,pax. In mundo isto gubernãtur in iustitia,sed in futuro in pace. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Deinde cum dicit.[Sine patre,] ponit similitudinem quantum ad ea,quæ tacentur de ipso, quia in scriptura non fit mentio de patre,vel matre eius,nec de genealogia ipsius. Vnde ex hoc aliqui antiqui assumpserunt materiam erroris, vt quia solus Deus est sine principio,& sine fine, dicerent istũ Melchisedech fuisse filium Dei. Istud autem damnatum est sicut hæreticum. Vnde sciendum est,quod in veteri testamento, quandocunque fit mentio de aliqua solemni persona,narrantur pater, & tempus natiuitatis,& mortis,sicut de Isaac,& multis alijs,hic autem subito introducitur Melchisedech nulla penitus facta mentione de generatione sua,& pertinentibus ad ipsam. Et hoc vtique rationabiliter. Inquantum enim dicitur.[Sine patre,]significatur natiuitas C Christi de Virgine,quæ fuit sine patre. Matth.1. Quod enim in ea natum est,de Spiritu sancto est. Illud autem, quod est proprium Dei,non debet attribui creaturæ. Solius vero Dei patris est,esse patrem Christi. Ergo in natiuitate illius,qui ipsum præfigurabat,nõ debuit fieri mentio de patre carnali. Item,quantum ad generationem æternam,dicit.[Sine matre.]Et hoc ne intelligas istam generationem esse materialem,sicut mater dat materiam genito,sed est spiritualis,sicut splendor a sole,supra.1. Qui sit splendor &c. Item, quando fit generatio a patre,& matre,non totum est a patre, sed materia administratur a matre. Ad excludendum ergo imperfectionem a Christo,& ad designandum,quod totum,quod habet, est a patre,non fit aliqua mentio de matre. Vnde versus, est sine matre Deus,est sine patre caro. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te,scilicet,ego solus.[Sine genealogia.]Et duplici de causa non ponitur genealogia eius in scriptura,vna ad designandum, quod generatio Christi est ineffabilis, Esa.53. Generationem eius quis enar- D rabit? Alia ad designandum,quod Christus,qui introducitur, vt sacerdos,non pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis. Et hæc est intentio Apostoli. Vnde subdit. [Neque initium dierum habens,neque finem vitæ. Hoc autem dicit,non quia Christus non sit natus in tempore,neque mortuus,sed propter æternam eius generationem, in qua natus est sine initio cuiuscunque temporis Vnde Io.1. In principio erat verbum,idest, tempore quocunque dato,ante erat verbum, vt exponit Basilius. Est enim ante omnes dies,quia per ipsum factus est mundus, cum quo incæperunt dies. Item,nec finem vitæ, verum est quantum ad diuinitatem,quæ est æterna. Quantum etiam ad humanitatem, iam non habet finem vita,quia Christus resurgens ex mortuis,iam nõ moritur. Rom.6. Et inf.13. Christus Iesus heri,& hodie,ipse, & in sæcula. Deinde cum dicit.[Assimilatus autem filio Dei, &c.]Ostendit similitudinem quantum ad sacerdotium. Sciendum est tamen, quod solet dici,quod posteriora assimilantur prioribus, & non ecõuerso. Et ideo ne credatur,quod sacerdotium Christi sit posterius E sacerdotio Melchisedech hoc remouet Apostolus,quia, & si Christus inquantum homo,natus sit post eum,& ex tempore, tamen inquantum Deus,& filius Dei est ab æterno. Et ideo Melchisedech secundum omnia ista.[Assimilatus est illi,qui est filius Dei,]& hoc inquantum[Manet sacerdos in perpetuum,]quod potest dupliciter exponi. Vno modo,quia non fit mentio de fine sacerdotij eius, nec successore ipsius, Osee 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Item est[Sacerdos in perpetuum,] quia figuratum eius,scilicet sacerdotium Christi,in perpetuũ est. Vnde,& in scriptura pluries repetitur,ritu perpetuo. Exod.27. Cultus perpetuus erit. Leui.24. Cultu,rituque perpetuo,quia illud quod figurabatur per istud, perpetuum erat. Per hoc enim Apostolus continuat sequentia ad præcedentia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

LECTIO II.

Supra ostendit Apostolus, quomodo Melchisedech assimilatus est filio Dei, hic ostendit præeminentiam sacerdotio Melchisedech ad sacerdotium Leuiticum. Et circa hoc, facit duo. Primo enim, excitat attentionem, secundo, ostendit propositum, ibi. [Et quidem, de filijs.] Excitat autem ipsos, quia grandia, & maxima dicturus erat. Prouerb. 8. Audite me, quia de rebus magnis locutura sum. Et ideo dicit [Intuemini,] idest diligenter considerate. [Quantus,] idest, quam magnæ dignitatis. [Sit hic, cui Abraham patriarcha decimas soluit,] & hoc de præcipuis. Malac. 1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat Domino debile. Dicitur autem Abraham patriarcha, idest princeps patrum, non quia non habuerit patrem, sed quia sibi facta est promissio de paternitatem gentium. Gen. 17. Eris pater multarum gentium. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Roma. 4. Patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti. Deinde cum dicit. [Et quidem de filis.] Ostendit præeminentiam sacerdotij Melchisedech ad Leuiticum. Et circa hoc, facit duo. Primo enim, ostendit propositum: secundo, ex hoc concludit intentum scilicet, quod sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico, ibi. [Si ergo consumatio.] Iterum, prima in duas, quia primo, ostendit propositum: secundo, remouet quandam responsionem, ibi. [Et vt ita dictum. Prima iterum in duas. Primo, ostendit præeminentiam quantum ad id, in quo ipse vsus est sacerdotio suo. Secundo, quantum ad conditionem sacerdotij, ibi. [Et hic quidem decimas.] Ad sacerdotem vero duo pertinent, vt dictum est supra, scilicet accipere, & benedicere. Duo ergo facit, quia primo ostendit excellentiam quantum ad acceptionem decimarum: secundo, quantum ad benedictionem, ibi. [Et hunc qui habebat.] Circa primum, adhuc duo facit, quia primo, ostendit de quibus competit accipere decimas: secundo, quomodo hoc excellentius faciebat Melchisedech, ibi [Cuius autem generatio.] Dicit ergo. [Et quidem accipientes sacerdotium de filijs Leui.] In hoc ostendit, quibus competit accipere decimas quia sacerdotibus Sciendum est autem, quod illi de tribu Leui, erant deputati diuino cultui. Inter ipsos autem soli illi de stirpe Aaron, erant sacerdotes. Exod. 28. Applicabo Aaron, &c. Et isti, quia per Aaron erant de tribu Leui, sumebant decimas. Sed contra. Ergo secundum hoc, soli sacerdotes accipiebant decimas, quod est contra illud Num. 18. Filius Leui dedi omne decimas Israelis. Respondeo: Dicendum est, quod Leuitæ nō accipiebant eas, nisi quia ministrabant sacerdotibus. Et ita non propter se, sed propter sacerdotes dabantur eis. Item, Leuitæ accipiebant decima decimatæ, sic Num. 18. Et ita soli sacerdotes accipiebant, & non soluebant. Secundo, ostendit quo iure accipiebant quia ex mandato legis. Vnde dicit [Mandatum habent decimas sumere.] Contra. Si hoc est mandatum legis, cum seruare mandata legis modo sit peccatum, videtur illicitum modo dare, vel accipere decimas. Respondeo: Dicendum est, quod in lege fuerunt quædam pure cæremonialia, sicut circuncisio, immolare agnum & huiusmodi. Et ista quia erant figuratiua tantum, non licet modo seruare erant enim figura futuri. Vnde, qui modo seruaret, significaret Christum adhuc futurum. Quædam vero erant pure moralia, & ista modo seruanda sunt, & de talibus fuit datio decimarum, sicut supra dictum est. Vnde decimatio, & in lege data est, & in nouo testamento. Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. Luc. decimo. Dignus est operarius mercede sua. Sed determinatio talis portionis modo, est ab ecclesia, sicut & in veteri testamento fuit, ex lege. Alia vero fuerunt partim cęremonialia, & partim moralia sicut iudicialia, & ista quantum ad id, quod cæremonialia sunt non licet seruare, sed quantum ad morale, debent, tamen non est necesse in propria forma seruari. Alia obiectio, quia si esset mandatum, & adhuc est, ergo peccat, qui non accipit, & peccant vbi non accipiuntur. Respondeo, Dicendum est, quod aliqui dicunt, quod nulli licet abrenuntiare iuri accipiendarum decimarum, sed bene licet dimittere vsum accipiendi propter scandalum, & hoc exemplo Apost.

LECTIO II.

Intuemini autem quātus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mādatum habent decimas sumere a populo secundum legem, idest, a fratribus suis, quamquam, & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hūc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur, quia viuit. Et vt ita dictum sit, per Abraham, & Leui, qui decimas accepit, G decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quādo obuiauit ei Melchisedech.

F qui sumptus non accipiebat ab aliquibus. Et sic dicunt mandatum esse, quod iuri non renuntient. Melius tamen dici potest, quod nō est intelligendum, quod eis præceptum sit sumere, sed pro se habēt introductum hoc mandatum, quod accipere possint, & alij teneantur reddere. Tertio, ostendit a quibus accipiebant, quia, [A populo scilicet, a fratribus suis secundum legem, quam ipsi.] Leuitæ. [Exierint de lumbis Abrahæ.] Quia enim aliquis posset dicere, quod sicut Melchisedech accepit decimas ab Abraham, ita Leuitæ a filijs eius, ergo nō præfertur illud sacerdotium isti. Ideo hoc excludit, & dicit quod ipsimet Leuitæ erant de semine Abrahæ, & sic erant inferiores eo, cui decimas soluerunt, scilicet Abraham. Deinde cum dicit. [Cuius autem,] ostendit quomodo excellentius conueniebat Melchisedech accipere decimas, quia nec ipse erat de genere Abraham, vnde. [Generatio eius non annumeratur cum eis,] scilicet Leuitis, Isti ex mandato legis licebat eis, sumere decimas, & sic eorum sacerdotium erat subiectum obseruantijs legis, sed ille non ex mandato cuiuscunque legis, sed per se. [Sumpsit decimas.] ideo sacerdotium eius erat figura sacerdotij Christi, quod non est subditum legi. Isti, ipsi accipiebant a populo infimo, scilicet a fratribus, ille autem a H summo, scilicet ab Abraham. Deinde cum dicit. [Et hunc qui habebat &c.] Ostendit excellentiam eius ex parte benedictionis, & est sua ratio talis. Genesis 14. Dicitur, quod Melchisedech benedixit Abrahæ, sed maior est, qui benedicit, illo cui benedicitur. ergo &c. Et ideo dicit, quod Melchisedech ipse benedixit Abraham. [Qui habebat repromissionem.] Contra, infra 11. Non acceperunt repromissionem, &c. Respondeo. Dicendum est, quod non accepit Abraham repromissionem, idest rem promissam, quia non fuit eam consecutus, habuit tamen ipsam in fide, & spe, & ad ipsum specialiter facta est repromissio. Deinde cum dicit. [Sine vlla autem contradictione, quod minus est a meliore benedicitur.] Ponit maiorem suæ rationis. Sed hic sunt tres obiectiones. Prima, est de hoc, quod minor a maiore benedicitur. Et ex isto loco pauperes Lugdunenses I dicunt, quod quicunque iustus, maior est peccatore, & sic iustus Laicus non benedicitur, a malo sacerdote, sed econuerso. Vnde volunt quod omnis iustus est sacerdos, & nullus peccator, est sacerdos. Respondeo, Dicendum est, quod iste error nimis pernitiosus est, quia si bonitas ministri requiratur est collationem sacramenti, in qua est ipsa salus, sequitur quod nullus sit certus suæ salutis, nec sciret se recte baptizatum, quia non potest scire, si sacerdos sit iustus. Nullus, etiam poterit esse minister, quia nemo scit, vtrum odio, vel amore dignus sit. Eccl. 9. Et ideo dicendum est, quod aliquis potest aliquid facere dupliciter, aut authoritate propria, aut authoritate alterius. Quando autem authoritate propria, tunc requiritur quod sit iustus. Sacerdos autem tantum est minister. Vnde non agit nisi in virtute Christi 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et ideo, non nocet siue bonus, siue malus fuerit, quia Christus est, qui in ipso benedicit, & sic sine vlla contradictione, qui benedicit, maior est. Secunda obiectio est, quia cum Christus sit maior omni sacerdote, quomodo potest corpus Christi a sacerdoti consecrari? Respondeo. Dicendum est, quod sacerdos benedicit materiam, non autem corpus Christi. K Item, non agit authoritate propria, sed authoritate Christi, qui in quantum Deus maior est corpore suo. Item, tertia obiectio est, quia non videtur verum, quod maior benedicat semper minorem, quia Papa consecratur ab Episcopo, & Archiepiscopus a suffraganeo, qui tamen sunt minores. Respondeo. Dicendum est, nec episcopus consecrat papam, nec suffraganei archiepiscopum, sed hunc hominem vt sit papa, vel archiepiscopus. Item, facit hoc minister Dei, qui maior est, quam papa. Deinde cum dicit. [Et hic quidem &c.] Ostendit præeminentiam sacerdotij ex parte sacerdotis, ex conditione ipsius, & facit talem rationem, illud est excellentius, quod non corrumpitur, sed [In sacerdotio Leuitico homines morientes,] idest, per mortem succedentes. [Accipiunt decimas, sed ibi,] idest, in sacerdotio Melchisedech. [Contestatur,] scriptura. [Quia viuit,] idest non facit mentionem de morte eius, non quia non mortuus sit, sed quia significat sacerdotium, quod manet in æternum. Christus enim resurgens a mortuis, iam non morit. Ro. 6. & Apoc. 1. Fui mortuus,

mortuus, & ecce sum viuus &c. Consequenter cum dicit. [Et vt ita dictum sit &c.] Respondet cuidam obiectioni. Posset enim dici verum est, quod Melchisedech maior est, quam Abraham, quia ei dedit decimas, sed Leui maior est, quam Melchisedech. Et ideo dicit Apostolus, quod hoc non valet, quia [Vt ita dictum sit per Abraham, [idest mediante Abraham [Et Leui decimatus est,] ab eo supple. [Qui decimas accepit,] idest a Melchisedech. Et sic adhuc est ipse maior, quam Leui. Sed contra. Si alicuius episcopi pater dat decimas, non tamen propter hoc oportet, quod episcopus sit minor illo, qui decimas recipit: ergo nec similiter in proposito. Respondeo. Dicendum est, quod non est simile, quia tota dignitas illius generis, etiam sacerdotum, erat ex Abraham, non autem sic est de episcopo, quia tota dignitas eius ex Christo est, non ex patre suo. Deinde cum dicit [Adhuc enim in lumbis, &c.] Manifestat, quod dixerat, & dicit, quod. [Leui adhuc erat in lumbis, patris Abraham. quādo dedit decimas Melchisedech, qui occurrit sibi,] & sic Abraham decimato, decimatus est etiam Leui. Sed contra, quia sic etiam erat Christus in lumbis eius, sicut & Leui. Mat. 1. Filii Dauid, filii Abraham. Et ideo si propter hoc maior est Melchisedech, quam Leui, quia Leui fuit decimatus, non videtur ratio, quare Christus non fuerit decimatus, & sic adhuc Melchisedech maior Christo erit. Et eadem difficultas est de peccato originali, quia vt dicitur Roma. 5. In quo omnes peccauerunt, idest in Adam. Et ideo videtur, quod Christus, qui eodem modo fuit in ipso sicut nos, ipsum peccatum originale contraxerit. Respondeo Dicendum est, quod totum hoc intelligitur in his, qui in Abrahā, siue in Adam fuerunt secundum rationem seminalem, & corpulētam substantiam, quomodo Christus non fuit ibi, sed tantum secundū corpulentam substantiam. Christus enim fuit conceptus, quo ad corpus de materia purissima, & sanctissima beatæ virginis vt habetur declaratio, tertio sententiarum, tertia distinctione.

LECTIO III.

Si ergo consumatio per sacerdotiū Leuiticū erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem

LECTIO III.

Supra probauit Apostolus præminentiā sacerdotii Melchisedech ad Leuiticum, hic ab eodem concludit excellentiam sacerdotij Christi, respectu sacerdotii Leuitici. Sicut etiam supra dictum est a principio huius septimi cap. Apostolus per tria probat ex authoritate Psalmistæ propositum suum. 109. Et primo per illud secundum ordinem Melchisedech. Probauit ergo præeminentiam Melchisedech ad Leui. Et ideo secundum ordinē sacerdotii Melchisedech, probat præeminentiam Christi ad sacerdotium Leuiticum. Vnde, facit hic magnam vim de de isto verbo, secundū ordinem. Et facit duas rationes, quarum vna concludit, quod sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico. Secūda, quod et euacuat illud, & illam ponit, ibi. [Et amplius adhuc manifestum est, &c.] In prima ratione, quæ est conditionalis, ponit duo antecedentia, & per consequens duo consequentia, ibi [Qui adhuc &c.] Et ratio sua tali sest. Si sacerdotium Leuiticum fuisset perfectum per cuius ministerium erat ad ministratio legis, non fuit necessarium, quod surgeret alius sacerdos secundum alium ordinem, per quem etiam alia lex ministraretur, sicut per Leuiticum, lex uetus Sed surgit sacerdos secundum alium ordinem, scilicet secundum ordinem Melchisedech. ergo illud imperfectum erat. Sicut ergo surgit sacerdotium, ita necesse est surgere aliam legem, In ista ratione manifestum est, quod sunt duo antecedentia. Vnum, pertinens ad sacerdotium, aliud ad legem. Dicit ergo quantum ad primum antecedens, quod. [Si esset consumatio per sacerdotium Leuiticum.] Quantum vero ad secundum, dicit, quod si per sacerdotium lex administraretur, quod probat [Quia sub ipso] i. per eius administrationē. [Populus legem accepit.] non quod sacerdotiū præcederet legem, sed magis econuerso. Vnde istud secundum antecedens ponit ibi, cum dicit. [Sub ipso enim &c.] Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirent. Facit autem mentionem spāliter de sacerdotio, vt transferat se ad legem, quæ per officium sacerdotale administrabatur, non. n. vt dicit Glo. potest esse sacerdos sine testamento, & lege, & præceptis. Sacerdotium vero non consumabat, idest perficiebat. Tota. n. perfectio sua erat per legem, quam administrabat. Sed vt iam dicetur, Nullum ad perfectū adduxit lex, q̄a nec ad perfectionem iustitiæ, Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum &c. Itē, non dabat cōsumationē patriæ, q̄a nō introducebat in vitā & in huius signum, ipse legis lator nō potuit intrare terram promissionis. Deut. vlt. Has aūt duas pfectiones habemus p

A Christum. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Rom. 6. Verbum consumans, & abbreuians in æquitate. Hęc sunt ergo antecedentia. Consequentia vero ponit, cum dicit. [Qui ad huc &c.] Et hoc quantum ad primum, quasi dicat. Si illud fuisset consumatum, & perfectum [Quid adhuc fuit necessarium surgere alium &c.] Idest non dixisset. [Secundum, ordinem Melchisedech, sed secundum ordinem Aarō] quod quia non fecit, ergo erat imperfectum. Hæc est tota prima ratio, per quam patet, quod sacerdotium Christi prefertur Leuitico. Secunda ratio probat, quod etiam ipsum euacuat, quia perfectum euacuat imperfectum. 1. Cor. 13. Cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur B quod ex parte est ergo sacerdotium Christi euacuat sacerdotium Leuiticum. Est ergo primum consequens, quod sacerdotiū Christi euacuat sacerdotium Leuiticum. Secundum consequens est, q̄ et euacuatur lex, quæ per illud administrabatur, & istud ponit, cum dicit, quod. [Translato enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat.] Erat enim lex sub administratione sacerdotii, ergo mutato sacerdotio, necesse est, quod lex mutetur. Et huius ratio est, quia mutato fine, necesse est, quod mutentur ea, quæ sunt ad finem, sicut qui mutat propositum eundi per aquam, mutat propositum quærendi nauē. Omnis autem lex ordinatur ad conuersationem humanam secundum aliquod regimen. Vnde secundum philosophum in politicis, Mutata conuersatione, necesse est mutari legē. Sicut aūt lex humana ordinatur ad regimē humanū ita spiritualis, & diuina ad regimen diuinum. Hoc autem regimen designatur per sacerdotium. Translato ergo sacerdotio, ne C cesse est transferri legem. Signanter autem loquitur, quia non dicit, sacerdote translato. Lex enim non respicit personam sacerdotis. Vnde mortuo sacerdote, non mutatur lex, nisi forte sit illa introducta propter personam eius, sed mutato sacerdotio mutatur totus modus, & ordo regiminis. Et de ista mutatione habent Hierem. 3. Feriam domui, Israel, & domui Iuda fœdus nouum; non secundum pactum quod pepigi cū patrib. vestris &c. Ro. 8. Lex spūs vitæ i Christo Iesu, liberauit me a lege peccat, & mortis. Lex .n. vetus dr lex pcti, & mortis, per occasionē acceptā, quia .t gratiā non cōferebat ex opere operato, sicut sacramento nouæ legis. Sed obiicit hic Manichæus: Si lex vetus fuit data per diuinā prouidētiam, cum illa sit immutabilis, et ipsa lex esset immutabilis & pconsequens non debuit mutari. Cum ergo mutata sit, ergo non D est data per diuinam prouidentiam.

Rn̄deo: Dicendum est, s̄m q̄ dicit Aug. cōtra Faustū. Sicut sapiens dispensator, vna & eadē dispositione, & prouidentia, s̄m diuersitatē tēporū, & personarū dat alia, & alia pcepta, sicut & alia hyeme, alia æstate, alia pueris, alia senibus, alia perfectis, alia imperfectis, & tn̄ est eadem prouidentia ita diuina prouidētia immobili permanente, mutata est lex propter mutationem temporum, quia ante aduentum debuerunt dari præcepta, quæ figurarent venturum, sed post aduentum, quæ significent uenisse Item, data sunt illis præcepta sicut pueris in nouo vero, sicut perfectis. Vnde lex dicitur pædagogus, quod est proprie puerorum. Vnde si in lege dr aliqd q̄ sonet in perpetuitatē, hoc est rōne figurati. Itē gl. dicit hic, q̄ ista translatio sacerdotii fuit figurata 1. Reg. 2. quando sacerdotiū fuit translatum ad Samuelem, qui nō fuit de tribu Leui. Contra, quia Samuel non fuit sacerdos, immo magis hoc fuit figuratū in trāslatione sacerdotii Abyathar ad Sadocū, q. ēt erat Leuita. Et dicēdū est, q̄ licet Samuel nō eēt sacerdos, tn̄ aliqd sacerdotale egit, q. 1, & sacrificiū obtulit, & reges vnxit, s. Saul, & Da E uid. Et quantum ad hoc, translatum est ad ipsū sacerdotiū. Et sic dr in Psal. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomē eius. Itē, cōtra illud q̄ dicit glo. quod non erat de tribu Leuitica. q. 1. Paralip 6. Helcana, q. fuit pater eius, & ipse numerat inter filios Leui Respondeo. Dicēdū est, q̄ Samuel quantum ad aliquid fuit de tribu Iuda, & hoc quātum ad matrē. sed quātū ad patrem, de tribu Leui, nō tn̄ de Aaron. sed quantum ad locum, fuit de monte Ephraim. Licet. n. vndecim tribus habuerunt certas prouincias, nō tn̄ tribus Leui, sed inter ipsas accepit possessionem, & sic habitabat in monte Ephraim Deinde cum dicit. In quo enim &c. Manifestat, quod dixit, & primo quod sacerdotium sit translatum, secundo, hoc exponit, ibi [Manifestum est enim.] Dicit ergo, dictum est, quod translatum est sacerdotium, quia ille cui dixit Propheta. [Tu es sacerdos] est de alia tribu, scilicet de Iuda, non de Leui, sicut patet. Matthæ. 1. De qua tribu. [Nullus præsto fuit altario,] idest altaris ministerio. s. de Iuda. Sed contra: Rex Ozias ingressus est templum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum,ut poneret incensum.2.Paralip.26 Respondeo:Dicendum est,quòd illicite nullus præsto fuit altari, uel etiam nullus impune.Ipse enim Ozias grauiter fuit punitus, quia usque ad mortem fuit leprosus.Et si dicas contra illud quod dicitur,nullus qđ beata uirgo fuit de tribu,& stirpe Aaron,quia erat cognata Elisabet, quæ fuit de filiabus Aaron.Luc.1.Respondeo. Dicendum est,quod inter stirpes,sacerdotalis, & regia erant præclariores,unde, & frequenter coniunctæ fuerunt per matrimonium, sicut patet de primo summo sacerdote,qui accepit uxorem filiam Aminadab sororem Naason, qui fuit dux in tribu Iuda.Exodi.6.Et etiam.4 Re.11.& 2.Paralip. 22. Ioiada sacerdos duxit in uxorem Iosabeth filiam regis Ioram: unde potuit esse, quòd aliqua parte Elisabet esset de tribu Iuda.

Aaron dici? Translato enim sacerdotio,necesse est, ut & legis translatio fiat.In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est,de qua nullus altario ꝑsto fuit.Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster,in qua tribu,nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos,qui non secundum legem mádati carnalis factus est, sed secúdum uirtutem uitæ insolubilis. Contestatur enim,quoniam, Tu es sacerdos in æternum,secundum ordinem Melchisedech.Reprobatio quidem fit,ꝑcedentis mandati,& propter infirmitaté eius,& inutilitatem. Nihil enim ad perfectú adduxit lex, introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.

Deinde cum dicit. [Manifestum est.] Exponit,quod dixit,dicés, quod[Manifestum est, quod Dominus ortus est de tribu Iuda.] Matth.Apocalyp.5.Vicit leo de tribu Iuda &cætera.]De qua nihil &c.]Lex enim mandauit nullum assumi ad tribu Iuda nihil de sacerdotibus locutus est Moyses.[Deinde cum dicit.[Et amplius adhuc &c.]Quia superius posuit vnam rationem ad probádum,quod sacerdotium Christi prefertur Leuitico,& ipsum euacuat,& ideo hic ponit aliam,in qua ostendit rationem euacuationis, & transmutationis illius,& vtitur quadam conditionali , in qua primo ponit duo antecedentia : secundo,duo consequentia: ibi.[Reprobatio.]Circa primum duo facit,quia primo ponit illa antecedentia,secundo manifestat,quod dixit,ibi. [. Contestatur enim.]Ratio sua talis,Si nouus sacerdos surgit, hoc non erit secundum legem carnalis mandati,sed secundum legem vitæ æternæ,& insolubilis.Et huius ratio est , quia primus fuit secundum legem illam:oportet ergo,quod nouus sit secundum aliam legé, si tamen surgit aliquis nouus.Sed dicendum est , quòd surgit alius nouus.In maiori ergo sunt duo: quorum unum pertinet ad vetus testamentum,scilicet quòd est mandatum carnale, & hoc quia habebat quasdam obseruantias carnales, sicut circuncisionem,& purificationes carnales.Item quia promittebat pœnas, & præmia carnalia.Esa.1.Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.Infra 9.Iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis Et istud antecedens ponit cum dicit.[Amplius manifestum est &c.]Et patet,quod pertinet ad nouum testamentum , ꝙ non dispensatur per carnalia,sed consistit in spiritualibus . Est.n. secundum spiritualem uirtutem,per quam generatur in nobis vita perpetua.Et hoc,quia promittuntur in ipso bona,& pęnæ perpetuæ.Infra.9.Christus assistens Pontifex,&c. Matth.25. Tunc ibunt hi in supplicium ęternum,iusti vero vitam æternam. Item, non consistit in carnalibus obseruantiis,sed in spiritualibus.Ioan.6.Verba quæ ego locutus sum vobis,spiritus & uita sunt. [Et dicit.Quod est secundum virtutem uitæ insolubilis.[Consequenter cum dicit.[Contestatur enim &c.]Manifestat quod dixerat,& facit vim in hoc,ꝙ dicit.[In ęternú]quia si sacerdotium est æternum,manifestum est,quòd dicit perpetuitatem.Deinde cum dicit.[Reprobatio quidem fit &c.]Ponit duo consequentia.Et primo,de euacuatione veteris testamenti, secundo , de institutione noui,ibi.[Introductio vero.]Primum est ꝙ vetus testamentú fuit per legem carnalis mandati,& introducitur aliud, ergo primum mutatur.Et hoc est,quod dicit,quòd fit prioris mandati reprobatio.Sed contra:Non reprobatur nisi malum.Esa.11.Vt sciat reprobare malum.illud autem mandatum non est malum.Rom.7.Lex quidem sancta,& mandatum sanctum,& iustum,& bonum. Respondeo:Dicendum est,quod non erat malum secundum se , sed vt inconueniens tempori.Non enim seruanda sunt in nouo sacerdotio,quæ fuerunt in antiquo. Psalm.39. Holocaustum,& pro peccato non postulasti,tunc dixi,ecce venio.Et ideo dicitur, quòd

F illud reprobatur,& hoc propter infirmitatem,& inutilitatem. Illud autem dicitur infirmum,ꝙ non potest exequi effectum suum: proprius autem effectus legis,& sacerdos est iustificare.Hoc autem non lex potuit facere.Ro.8.Nam quod erat impossibile legi, in quo infirmabatur secundum carnem. Ga.4. Quo conuertimini

LECTIO IIII.

ET quantum est non sine iureiurando.Alii quidem.sine iureiurando sacerdotes facti sunt , hic auté cum iureiurando per eum , qui dixit ad illum,Iurauit Dominus,& nó pœnitebit eum,tu es sacerdos in eternú, intantum melioris testamenti spósor
G factus est Iesus.Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes,idcirco ꝙ morte prohiberentur permanere, hic autem , eo ꝙ maneat in æternum,sempiternú hét sacerdotium.Vnde,& saluare in ꝑpetuú pôt,accedés ꝑ semet ipsum ad Deú,semp uiuens ad interpellandú ꝓ nobis.Talis.n decebat,vt nobis esset Pótifex,sanctus , innocés, impollutus,segregatus a pctórib.&excelsior cęlis factus. Qui nó hét necessitatem quotidie(quemadmodum sacerdotes)pri.pro suis delictis hostias

iterum ad infirma, & egena elementa,quib. denuo uultis seruire. Item , inutile di,qđ non ualet ad finem consequendum. Hoc autem nó pôt lex,q2 nó adducebat ad beatitudinem,quæ finis é hominis. Sed tamen suo tempore fuit vtilis,inquantum disponebat ad fidem infra.11.Iuxta fidem omnes defuncti sunt, nó acceptis repromissionibus. Quare autem sit infirmum,& inutile,ostendit cum dicit [Nil.n. ad perfectú.] nec.f.iustitię, nec pacię.[Adduxit.] vnde erat imperfecta, sed perfecta fuit ꝑ Christum.Cósequenter cú dicit. [Introductio vero.]Ponit consequens secundum,ex secundo antecedéte, dicés
H [Introductio vero melioris spei,]supple fit per nouum sacerdoté. [Per quam proximamus ad Deum.]Si.n.nouus surgit, est secundum virtutem uitæ indissolubilis,hoc est antecedens , & introductio melioris &c.& hoc est consequens.1.Pet.1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu.Item,per ipsum proximamus Deo Per peccatum enim disiungimur ab ipso.Esa.59.Iniquitates uestræ diuiserunt inter vos,& Deum vestrum,& peccata vestra absconderunt faciem eius a uobis. Hic est ergo ille, qui hoc remouet, quod facit nos approximare Deo,hic autem est ille nouus sacerdos,scilicet Christus,qui tollit peccata mundi. Ioann.1. Rom.5.Iustificati ergo ex fide,pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus in gratiam istam.

LECTIO II.

I SVpra Apostolus ex vna parte authoritatis Psalmistę probauit,quòd sacerdotium Christi præfertur Leuitico, & ipsum euacuat,hic idem probat ex aliis duabus:& primo ex hoc, quod dicit,Iurauit Dominus.Secundo,ex hoc,quod dicit . Tu es sacerdos.ibi.[Et alii quidem plures &c.]Facit autem primo talem rationem:Illud quod instituitur sine iuramento,minus ualidum est, quàm quod instituitur cum iuramento,sacerdotium autem Christi institutum est,cum iuramento,sicut patet,quia dicit , Iurauit Dominus,Sacerdotium verò Aaron,non,sicut patet Exo.28. Applica ad te Aaron,ergo,&c. Quantum ad maiorem dicit.Et quantum est,supple,quod.[Non sine iureiurando,alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt,hic autem &c.]Omnia ista ponútur ad probandum,ꝙ sacerdotium Christi sit firmius,quia supra dictum est,omnis promissio facta in ueteri testamento per iuramentum,signum est cósilii diuini immobilis.& ideo, quia ad Dauid,& ad Abraham facta fuit ista promissio de Christo cum iura-
K mento,specialiter dicitur Christus filius ipsorum.Mat.1.Istud autem iuramentum designet ęternitatem potestatis Christi.Dan.7. Potestas eius,potestas æterna.Luc.1.Et regni eius non erit finis. [Intantum melioris &c.]Quia sacerdotium est firmius,quod patet,quia per iuramentum ordinatum est,ideo oportet aliquid melius,& firmius per ipsum haberi. Vnde pôt legi præcedens littera suspensiue vsque huc,ꝙ,inquantum est non sine iuro, intátú melioris &c.Sciendú est autem,ꝙ sacerdos est medius inter Deú, & populum.Deut.5.Ego medius,& sequester fui.Et ideo,quia sequester est mediator,sacerdos dét Deum , & populum ad concordiam reducere.Et hoc fit,quasi ꝑ pactum de bonis temporalibus,in quibus non conquiescebat affectus nisi carnalium, secundum illud. Psa.15.Quid enim mihi est in cœlo &c.Et ideo oportuit,ut sup-

ueni-

ueniret alius,sacerdos qui esset.[Sponsor,]idest,promissor [Melioris testamenti,& melioris pacti.] quia de bonis spiritualibus, & stabilibus.[Et hic est Iesus.]Hier.31. Feriam domui Iuda fœdus nouum,non secundum pactum,quod pepigi &c.Matth.4.Pœnitétiam agite,appropinquabit enim regnum cœlorum.

offerre,deinde pro populo.Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim cóstituit homines sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iusiurandi,qui post legem est, filium in æternum perfectum.

Deinde cum dicit . [Et alij quidem plures,&cæt.] Vetus alia clausula posita in authoritate,Tu es sacerdos,in æternú.Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit , quare hęc clausula, in ęternú apponitur. Secúdo,ex hoc ostendit sacerdotium Christi esse maioris efficaciæ,quam sacerdotium veteris testamenti,ibi.[Vnde,& saluare.]Ostendit autem, quod iste sit verus sacerdos,quia alij prohibebantur morte permanere,quia omnes necessitatem habebant moriendi . Vnde Aaron mortuo,successit Eleazar,sicut patet Num 20.& sic deinceps.Sicut autem videmus in naturalibus,quæ sunt signa spiritualium,ꝙ incorruptibilia non multiplicantur sub eadem specie,vnde nó est nisi vnus sol,ita in spiritualibus in veteri testamento, quod fuit imperfectum,multiplicati fuerunt sacerdotes . Et hoc fuit signum, ꝙ illud sacerdotium erat corruptibile,quia incorruptibilia non multiplicantur in eadem specie,vt dictum, sed iste sacerdos,s Christus est immortalis.Manet enim in æternum, sicut verbum patris æternum,ex cuius æternitate redundat etiam ęternitas in corpus eius, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom.6 Et idcirco.[Ex eo quod manet in æternum, habet sacerdotium sempiternum.]Et ideo solus Christus est verus sacerdos, alij autem ministri eius 1.Cor.4 Sic nos existimet homo , vt ministros Christi. Deinde cum dicit,[Vnde & saluare,&c] Ostendit efficaciam eius. Et circa hoc duo facit,quia primo,ostendit efficaciam eius, secundo,modum ipsius efficaciæ,ibi[Accedens &c] Efficacia eius est,quia causa est semper potentior suo effectu, & ideo causa temporalis nó potest producere effectum æternum. Sacerdotium vero Christi est æternum,non autem Leuiticum,vt est probatum Ergo Christus [Potest saluare in perpetuum.]Hoc autem non posset fieri,nisi haberet virtutem diuinam Esa.45.Saluatus est Israel in Domino salute æterna.Modus autem est,quia [Accedens &c]Et describit illú modum a tribus,s ab excellentia virtutis,naturæ,& pietatis. Virtutis quidem quia.[Accedit per semetipsum.]Sed contra Accedés ad aliquem distat ab ipso,Christus autem non distat a Deo. Respondeo.Dicendum est , quòd Apostolus in verbis istis ostendit duplicem naturam,scilicet humanam, secundum quam conuenit ei accedere,quia in ipsa distat a Deo , non autem accedit a statu culpæ ad statum gratiæ,sed per contemplationem intellectus,& affectus, & adeptionem gloriæ,& naturam diuinam,per hoc quod dicit , eú per semetipsum accedere ad Deum.Si enim esset purus homo, non posset per se accedere.Ioan.6 .Nemo potest venire ad me,nisi pater qui misit me,traxerit eum.Et ideo cum Apostolus dicit , quod per semetipsum accedit,ostendit virtutem eius . Esa. 63.Gradiens in multitudine fortitudinis suæ.Ergo accedit inquantum homo, sed per semetipsum inquantum Deus. Excellentiam vero naturæ ostédit inquantum dicit [Semper viuens,] aliter enim sacerdotiú eius finiretur.Apoc.1.Fui mortuus,& ecce sum viuens in secula seculorum . Excellentiam pietatis ostendit , quia dicit.[Ad interpellandum pro nobis,] quia licet sit ita potens,ita altus: tamen cum hoc est pius,quia interpellat pro nobis.1.Corinth.2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum &c. Interpellat autem pro nobis,primo humanitatem suam,quam pro nobis assumpsit repræsentando Item , sanctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimendo,cum quo interpellat,pro nobis. Alia litera habet, accedentes per ipsum , & tunc designantur illi quos saluat,quia accedentes per fidem eius ad Deum.Rom. 5. Iustificati igitur ex fide,pacem habeamus ad Deum per Dominú Iesum Christum,per quem accessum habemus.Deinde cum dicit [Talis enim decebat,&c.]Ostendit ex excellentia Christi, excellentiam eius sacerdotij Et circa hoc facit duo.Primo enim ostendit , quòd ei conueniunt perfectiones conditionum,quæ requirebantur ad sacerdotium veteris legis.Secundo,ostendit quod sibi desunt imperfectiones eius,ibi [Qui non habet necessitatem,] ponit autem quatuor conditiones de ipso,quæ debent esse in sacerdote legali . Primo, quod sit sanctus Leu.21.Incensum enim Domini, & panes Dei suo offerunt,& ideo sancti erunt. Hanc autem perfecte habuit Christus . Sanctitas enim importat puritatem consecratam Deo. Christus autem a principio conceptionis suæ Deo consecratus fuit. Luc.1.Quod enim ex te nascetur,sanctum vocabitur.Matth.1. Quod enim in ea

A natum est,de Spiritu sancto est.Et Dan.9.Vngetur sanctus sanctorum.Secundo,quod sit[Innocens.]Leu. 22. Custodiant præcepta mea,vt non subiaceant peccato.Proprie autem dicitur innocentia, puritas ad proximum.Psal.23.Innocens manibus,&c.Christus autem summe innocens fuit,vt pote qui peccatum non fecit,Psal.15. Ego in innocétia mea ingressus sum. Tertio, quòd esset. [Impollutus,]& hoc quo ad se, Leu.21.Homo de semine tuo , qui habuerit maculam, non offerat panes Dei sui.De Christo autem dicitur in fi-
B gura.Exo.12.Erit autem agnus sine macula,&c. Quarto,quod nó commisceretur cum coinquinatis, Leu.21.Nó commiscet stirpem generis sui,vulgo gentis suæ Christus autem fuit perfectissime.[A peccatoribus segregatus.]Psal.1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,&c.Quod quidem verum est, quantum ad similitudinem vitæ.Sap.2.Dissimilis est alijs vita illius Non tamen quantum ad conuersationem, quia , Cum hominibus conuersatus est . Baruch.3 Et hoc propter illorum conuersationem. Matth.9.Quare cum peccatoribus manducat magister vester. Et intantum segregatus est,quod etiam.[Factus est excellentior cœlis,]i.super omnem cœlestem creaturam,sublimata est humana natura in ipso. Supra.3 Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis,&c. Ergo iste est sacerdos valde sufficiens.Consequenter cum dicit.[Qui non habet &c.] Remouet ab eo,quod erat imperfectionis in sacerdote legali. Hoc autem erat,quia ille indigebat sacrificio expiationis,vt patet Deu.16.Immolabit vitulum pro se,& hircum pro populo Ergo orabat
C pro se Item,non tantum semel orabat pro se,sed frequenter.Et huius ratio est,quia[Lex instituit homines sacerdotes habentes infirmitatem.]sap.9 Homo infirmus,& exigui temporis,&c.Sed sermo diuinus,qui post legem est,interposito iureiurando constituit filium,qui nullam de istis imperfectionibus habet,sed omnino ꝑfectum,in æternum scilicet sacerdotem duraturum. Non enim obtulit pro peccatis suis,sed tantum pro nostris.Esa.54. Vulneratus est propter iniquitates nostras.Item,nec frequenter pro nobis,sed tantum.[Semel]1.Pet.4. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Vnica enim eius oblatio , sufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.

CAP. VIII. LEC. I.

CApitulum autem super ea,quę dicuntur.Talem habemus pontificem,qui cósedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis,sanctorum mini-

LECTIO I.

D SVpra probauit Apostolus excellentiam sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticum ex parte personæ,hic probat idé ex parte ipsius sacerdotij.Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit,sacerdotium Christi esse excellentius sacerdotio veteris legis , & primo,hoc in generali,secundo,in speciali,ibi.[Habuit quidé,& prius] 9.c Prima in duas.Primo enim ponit intentum,secundo,manifestat propositum suum,ibi [Omnis enim pontifex.] Circa primú duo facit,quia primo ponit modum tradendi,secundo, præmittit quæ debet dicere,ibi.[Talem habemus pontificem,&c.] Dicit ergo [Capitulum &c]Capitulum est breuis complexio, cótinens multa.Et dicitur a capite,quia sicut in capite virtute,& quasi summarie continentur omnia,quæ sunt in corpore , sic in capitulo illa, quæ dicenda sunt.Ergo dicemus quodam capitulo,& quasi in quadam summa.[Super ea quæ dicuntur.]Hæc super,potest dicere appositum & tunc erit sensus,Quæ summatie dicenda sunt, super apponétur præmissis Vel potest designare excessum,& tunc est sensus Ea quæ dicenda sunt in summa,& capitulo,sunt minora . Deinde cú dicit. [Talem habemus pontificem,&c.]Præmittit,quæ debet dicere.Et
E primo,dignitatem huius sacerdotij,secundo,officium eius,ibi.[Sáctorum minister]Dignitas eius est,quia.[Talem habemus pontificem,qui consedit ad dexteram sedis magnitudinis in excelsis.]Sedes est iudiciaria potestas,quæ aliquib.conuenit tá ꝗ̃ ministris Dei,sicut omnib.regibus, quia Adorabunt eum omnes reges terræ, ut dicitur in psal.71.& omnibus prælatis.1 Cor. 4. Sic nos existimet homo,vt ministros Christi.Sedes ergo magnitudinis,est excellentissimæ potestas iudicandi . Item, pars dextera est potentior in animabus significat bona spiritualia.Quia ergo Christus habet iudiciariam potestatem,dicitur sedere,pater enim omne iudicium dedit filio.Ioan.5.Quia vero post Deum habet hoc, excellentissime, sedet in dextera magnitudinis in excelsis.in potioribus bonis,supra primo.Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.Hoc autem, quod dicitur consedere,vel consedet,potest referri ad Christum secundum quod est Deus,& sic consedet,quia habet eandem autho-

ritatem

Universidad de Deusto Biblioteca

ritatem iudicandi,quam habet pater,sed distinctus est in persona. Et sic,ly magnitudinis,accipitur pro persona patris.Vel secundum q̃ homo,& hoc magis proprie ad intentionem Apostoli, quia loquitur de pontificatu Christi,qui est pontifex inquantum homo, Et sic consedet,quia humanitas assumpta,habet quandam associationem ad deitatem,& consedet ad iudicandũ Psal.8.Eleuata est magnificẽtia tua super cęlos.Io.5.Potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis ẽ. Et sic apparet dignitas sacerdotis. Consequenter cum dicit.[Sãctorũ minister,]Ostendit dignitatem officij eius. Dicitur autem,[Minister sanctorum,]i.sanctarũ ædium,i.sanctuariorum.Ministri enim antiqui accipiebãt ministerium,vt custodirent sacra,& seruirent tabernaculo. Hoc autẽ excellentius habet Christus,qui est minister,non quidem inquantum Deus,quia sic est author,sed inquantum homo.Luc.12.Transiens ministrabit illis.Humanitas enim Christi est, sicut organum diuinitatis.Est ergo minister sanctorum, quia minister sacramenta gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro.Item.[Est minister tabernaculi veri,]quod est,vel eius ecclesia militans.Psal.Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, vel triumphãs.Esa.3.Tabernaculum,quod nequaquam transferri poterit.Psal.14.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?&c. Homo autem Christus minister ẽ, quia omnia bona gloriæ per ipsum dispensantur.Dicit autem[Veri,]propter duo.Primo,propter differentiam ad vetus,quod erat figurale illius.1.Cor 10. Omnia in figura illis contingebant. Istud autem,est veritas istius.Ergo verum.i.veritatem cõtinens respectu figuræ.Secundo,quia illud factum est per hominem,istud autem,s. vel gratiæ,vel gloriæ est a solo Deo.Psalm.83.Gratiam & gloriam dabit dominus.Ro.6.Gratia Dei,vita æterna.Et ideo dicit.[Quod fixit Deus,& non homo.]2.Cor 5.Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,quia ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cœlis.

ster,& tabernaculi veri,qđ fixit Deus, & non homo. Omnis enim pontifex, ad offerendum munera,& hostias,cõstituitur. Vnde necesse est,& hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram,nec esset sacerdos,cũ essent sacerdotes, qui offerrent secundum legem munera,qui exemplari, & vmbræ deseruiunt cœlestium,sicut responsum est Moysi, cum consumaret tabernaculum. Vide(inquit)omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte.

Deinde cum dicit.[Omnis enim pontifex &c.] Explicat in speciali.Et circa hoc facit tria.Primo enim ostendit Christum esse ministrum aliquorum sanctorum.Secundo,quòd nõ veteris legis,ibi.[Si ergo esset,] Tertio,quod aliquorum maiorum,ibi.[Nunc autẽ melius.]Facit autem primo talem rationem.[Omnis pontifex ad hoc constituitur,vt offerat munera,& hostias,]& secundum hoc dicitur,Minister sanctorum. Christus autem est pontifex, vt supra probatum est.Ergo necesse est ipsum habere aliqua,quæ offerat.supra 5.Omnis pontifex ex hominibus assumptus,&c.Hostia est de animalibus,munera de quocunque alio,Leu.21.Incẽsum,& panes Dei sui offerunt.Quia vero necesse fuit Christum habere quod offerret, ipse seipsum obtulit.Fuit autẽ talis oblatio munda,quia caro eius nullam maculam peccati habuit Exo. 12. Erit agnus sine macula, masculus,anniculus.Item fuit congrua,quia congruum est, quod homo pro homine satisfaciat.Inf.9.Obtulit semetipsum immaculatum Deo.Item apta ad immolandum, quia caro eius mortalis erat Ro.8.Mittens Deus filium suum in similitudinem carnis peccati.Item,est idem ei cui offertur.Io.10.Ego,& pater vnum sumus Item,vnit Deo illos,pro quibus offertur. Io.17. Vt omnes vnum sint,sicut tu pater in me,& ego in te, & ipsi in nobis vnum sint. Deinde cum dicit.[Si ergo esset,] ostendit quod Christus non est minister legalium.Et circa hoc facit tria,quia primo,inducit quãdam consequentiam,secundo,ostendit ipsam rationem,ibi. [Cum essent.]Tertio,probat eam per authoritatem,ibi. [Sicut respõsum est Moysi.]Consequentia vero,talis est. [Ergo si esset super terrã.] hoc est antecedens.[Nec esset sacerdos,]& hoc est consequens. Vnde consequentia est vna conditionalis. Et legitur multis modis. Primo sic,& est secundum glo.nec ponitur hic nominatiuus, & ideo sic intelligitur,Si enim illud quod offertur, esset super terram,&cæt.quod dupliciter intelligitur. Vno modo, vt sit sensus, Si illud quod offertur, esset aliquod terrenum, Christus non esset sacerdos. q. d. Nulla necessitas esset sacerdotij eius, quia multi essent qui talia offerrent.Sed nunquid caro Christi terrena non erat? Respondeo,Dicendum est, quod materialiter est terrena. Iob. 9. Terra data est in manus impij.Sed dicitur non esse terrena,primo, ratione vnionis Ioan.3.Qui de cœlo venit,super omnes est, idest

F filius Dei qui illam sibi vniuit.Item,ratione virtutis actiuę,scilicet Spiritussancti qui eam formauit.Item,ratione fructus,quia oblatio eius non ordinatur ad consequendum aliquid terrenum,sed cœleste.Ioan.8.Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo: hæc est prima expositio,& melior.Secunda talis est,[Etsi,]idest,si quis illud quod offertur [Esset super terram,] quia necessariũ est aliquid offerri, [Nõ esset sacerdos,]sed alius idoneus;quia nullus posset idoneus inueniri ad offerendum illud.Tres sunt aliæ lecturæ, in quibus subintelligitur offerens, & primo in generali,vt sensus sit, Si esset aliquis sacerdos terrenus, qui posset offerre pro cœlestibus, Christus nõ esset sacerdos. Alia ẽ de Christo specialiter,sic,Si Christus esset sacerdos terrenus,non competeret ei ius sacerdotij. [Cum essent qui secundum legem offerrent munera.]Aliter sic,Si Christus adhuc esset super terram,ita scilicet quod nondum ascendisset,non esset sacerdos, quia non compleuisset sacerdotium suum. Sed secundum primam expositionem continuatur litera sic,& probat,quia multi essent [Qui secundum legem offerrent talia munera,]sed ipsi. [Qui deseruiunt exemplari, & vmbræ cœlestium.] Sacramenta legalia fuerũt figuralia orum quarum ad duo,scilicet quantum ad cognitionem, & quãrum ad rei expletionem.Quantum ad cognitionem,cum dicit. [Exemplari,] H quia in veteri lege,quasi quodam exemplari poterat legi id,ad quod nostra cognitio debet ferri. Sed videtur,q̃ loquatur im̃pprie.Exẽplar enim prius est exemplato, quod proprie dicitur exemplum. Sed cœlestia sunt propria, nec facta sunt ad similitudinem veteris legis,sed magis econuerso.Respondeo,Dicendum est, q̃ prius dicitur dupliciter.Vno modo simpliciter, & sic procedit obiectio. Vel quo ad nos,& sic verum est,q̃ illa non sunt priora.Quantum ad secundum,dicit[Vmbræ,]quia sicut vmbra repræsentat corpus, nec tamen illud attingit,ita & illa repræsentabant nouum testamentum. Infra.10.Vmbram habens lex futurorum,&c.Consequenter probat per authoritatem,rationabilitatẽ consequentiæ cũ dicit.[Sicut responsum est Moysi.]i.a domino.Exo.25.[Vide,]i.diligenter considerando.[Et facito omnia secundum exemplar,&c.]Quia naturaliter inferiora tendunt in similitudinẽ superiorum. Dominus, per sensibilia voluit nos ad intelligibilia,& spiritualia manuduci.Iob I 38.Nunquid nosti ordinem cœli,& pones rationẽ eius in terra,&c.

LECTIO II.

NVnc autẽ melius sortitus est ministerium,quãto,& melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa uacasset, non vtique secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos, dicit. G Ecce dies venient, dicit dominus, & consumabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum,non secundum testamentum qđ feci patribus eorum,in die qua apprehendi manum eorum,vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi nõ pmãserũt in testõ meo,& ego neglexi eos,dicit dñs.Quia hoc ẽ testamẽtũ,q̃ disponã domui Israel post dies illos,dicit dñs, Dabo leges ĩ mẽtẽ eorũ & ĩ corde eorũ supscribã eas

LECTIO II.

SVpra Apostolus probauit Christum esse pontificem,& per consequens ministrum sacramentorum,non tamen secundum veterem legem,hic ostendit ipsum esse ministrum maiorum,& meliorum,quam illa fuerint.Et circa hoc facit tria,primo enim præmittit intentum,secundo assignat causam eius,tertio probat secundum ibi.[Quanto & melioris]Tertium ibi.[Nam si illud.] Dicit ergo Dico q̃ non habet aliquid terrenum offerre [Sed nunc].i.tempore gratiæ.[Sortitus est].i.sorte accepit [Melius ministeriũ],i. dignius sacerdotium.Dicitur sacerdotium Christi,ministerium, quia non competit,nisi inquantum homo fuit minister Rom.15.Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse,&c.Dicit autem sortitus est, idest,sorte accepit,quia illud quod habetur per sortem,expectatur a K dño.Psal.30 In manibus tuis sortes meæ.Et ideo omnia,quæ fiunt sub distributionem diuini arbitrij,dicuntur sorte dari,& talia sunt effectus gratiæ.Eph.1.Sorte vocati sumus,i.diuina electione, quia quando contingit deficere iudicium humanum, solent se homines conferre ad electionem,& dispositionem diuinam,mittentes sortes sicut patet Act.1.de electione Matthiæ.Vnde Prou.16.Sortes mittuntur in sinum,sed a domino temperantur. Christus quidẽ istud ministerium,sorte,i.dispositione diuina,consecutus est. [Deinde cũ dicit.[Quanto & melioris,&c.] assignat causam, quare ministeriũ hoc maius est.Omnis enim sacerdos mediator est. Iste autem mediator est melioris fœderis,scilicet hominis ad Deum. Mediatoris enim est extrema conciliare.Iste vero ad nos diuina attulit, quia per ipsum facti sumus diuinæ consortes naturæ,vt dicitur 2. Petr. 1.Ipse etiam nostra offert Deo.Et ideo dicit Apost. 1.Ti.2.Mediator dei & hoium hõ Christus Iesus.Ibi promittebantur tẽporalia

Esa.1.

Esa.1.Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis. Hic autem cęlestia,sicut supra dictum est.Sic ergo istud melius, quantũ ad id,quod dominus hominibus promittit.Item,in illo dicuntur quædam,quæ pertinent ad cultum dei,& ista sunt cęremonialia, quędam vero,quę ad rectitudinem vitæ,& ista sunt præcepta moralia, quę manent,alia vero non.In nouo autem adduntur cõsilia illis præceptis,quę dantur perfectis, qui sunt capaces spiritualium.Et sic manent præcepta eadem,sed promissa diuersa, Item, sacramenta sunt diuersa, quia ibi erat figura tantum,hic autem figuræ veritas expressa.Per omnia ergo, testamentum illud est melius.Deinde cum dicit[Nã si illud &c probat,quod illud testamẽtum cuius Christus mediator est,melius est,& facit talem rationẽ B Si primum testamentum non habuisset culpam,non quæreretur aliud ad corrigẽdum defectum ipsius,sed quæritur.ergo &c.Antecedens ponitur,& patet in litera,Sed contra Roman. 7. Lex ergo peccatum est. Absit,ergo male dicit,quod non uacat a culpa. Respondeo,Dicendum est.quod aliquis potest conuenire legi dupliciter.Vel secundum se, & sic erat bona,vel ratione illorum quib. data est,& sic dicitur habere culpam propter duo.Primo,quia nõ dabat virtutem ad purgandum commissi.Infra.10. Impossibile ẽ sanguine taurorum aut hircorum,auferri peccata.Secundo,quia non dabat gratiam adiutricem ad vitandum peccata, sed ad cognoscendum tantum,& sic erat occasio peccati. Romanorum.7. Concupiscentiam nesciebam,nisi lex diceret,Non concupisces, & sic dicitur non vacasse culpa,quia homines in ipsa relinquebantur in culpa.Sed dicit[Non inquireretur locus]Sicut enim corpus nũquam perfecte quiescit,sed semper mouetur,quousque pertingat C ad locum suum,sic quandiu habetur aliquid imperfecte nõ quietat desiderium,sed semper tendit vltra,vsque dum veniat ad perfectum.Inquirebatur ergo locus istius ab homine qui desiderabat, sed magis a Deo,qui propter nostræ salutis desiderium dicitur inquirere.Deinde cum dicit[Vituperans enim &c.]probat veritatẽ consequentis,scilicet quod inquiritur locus testamenti, & hoc p authoritatem.Hiere 31.[Ecce venient dies &c.]Et cira hoc facit duo.Primo enim,præmittit authoritatem. Secundo,arguit ex ipsa,ibi.[Dicendo autem nouum.]Prima in duas.Primo enim præmittit prophetiam de noui testamenti datione.Secundo,describit ipsum,ibi.]Non secundum testamentum &c.] Iterum prima in tres.Primo enim ostendit temporis dationis opportunitatem.Secundo,boni testamenti perfectionem,ibi,[Consumatio testamentum nouum.]Tertio quibus datum fuit,ibi,[Sup domum Iuda] D Dicit ergo, [Vituperans enim] somnus,non quidem legem,sed eos qui,scilicet erant sub lege,dicit,[Ecce dies veniunt &c.] Hæc est authoritas,quæ est Hier.31 Et non habetur omnino sub istis verbis,sed mutantur pauca,ibi enim dicitur sic,Ecce dies venit dicit dominus,& feriam domui Israel,& domui Iuda fœdus nouũ, secundum pactum,quod pepigi cum patribus vestris in die qua extẽdi manum meam, vt educerem eos de terra Aegypti,pactum quod irritum fecerunt,& ego dominatus sum gẽtium.Sic ergo patet,quod pacta mutantur.Dicit ergo quantum ad temporis opportunitatem.[Ecce dies veniunt,]idest tempus gratiæ,quod comparatur diei,quod illuminatum est a sole iustitiæ. Romanorum 13.Nox præcessit, dies autem appropinquauit.Quantum ad perfectionem noui testamenti,dicit,[Consumabo nouum testamentum]Et dicit consumabo,quod sonat ad perfectionem.Apoc.21. Ecce noua facio omnia.Istud autem verbum.Consumabo,non habetur ibi. sed vtitur eo Apostolus ad designandum perfectionem noui testamenti.Esa.10.Consumationem & abbreuiationem faciet dominus super terram.Fuit enim nouum testamentum perfectum,quantum ad eruditionem vitæ,quæ non extenditur tantum ad generalem iustitiæ eruditionem,sed ad perfectum. Matt. 5.Nisi abundauerit iustitia vestra &c.Item ,in veteri testamento erant tantum figuralia,in nouo vero,veritas figurarum,& ita nouum consumat,& perficit vetus.Quantũ ad tertium dicit,[Super domum Israel & Iuda.]Sed numquid datur tantum Iudæis.Non Roma.nono.Non omnes,qui sunt ex Israel hi sunt Israelitæ. Et sequitur,Non qui filii carnis,hi sunt filii Dei sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.Illi ergo,qui sortiti sunt gratiam Dei,sunt Israel per fidem, & Iuda per confessionem.Roman.decimo.Corde creditur ad iustitiam &c.Dicitur autem,[Super domũ &c.]triplici ratione.Vna,quia Christus in propria persona prædicauit Iudæis,non Gentibus.Matt.decimo quinto.Non sum missus nisi ad oues,quæ perierunt domus Israel.Secunda,quia Gentiles facti sunt participes noui testamẽti, sicut oleaster insertus in

A bonam oliuam participat pinguedinem eius.Ro.11 Alia,quia tẽpore Roboam & Ieroboam diuisus fuit regnum Iuda,a regno decem tribuum,quæ quidem remanserunt in idolatria,sed regnum Iuda magis adhæsit Deo,licet non ex toto.Et ideo vtrosque tetigit.Deinde cum dicit[Non secundum testamentum.]describit nouum testamentum & primo per differentiã ad vetus, secundo per proprias conditiones ibi[Quia hoc est testamentum.]Iterum,prima in duas.Primo,ostendit distinctionem noui & veteris testamẽti.Secundo,infirmitatem veteris,ibi[In die in qua.] Posset enim aliquis dicere,Numquid istud nouum est isti simile.Ideo quasi respondens dicit.Non.[Quia non secundum id,quod feci cum patribus eorum] in quo ostendit,quod non est seruandum vetus cũ nouo Gal.5.State & nolite iterũ iugo seruitutis contineri.Matt. 9.Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres,&c.Et Rom.7. Seruiamus in nouitate spiritus,& non in vetustate literæ.Quia si aliquid inueniatur in veteri,quod gentibus indicatur ad seruandũ,referendum est ad intellectum spiritualem, sicut dicitur Esa. 19.Colent eum in hostijs,& muneribus,quod totum est spiritualiter intelligendum.Deinde cum dicit.[In die qua apprehendi &c.]ostendit defectum veteris testamenti.Et primo ex eius traditione,secundo ex euentu,ibi[Quoniam ipsi]Vetus enim testamẽtum traditum est seruis,& infirmis.Seruis quidem,quia quandoque ex erunt de seruitute Aegypti Et quantum ad hoc dicit,[Vt educerem illos &c.]Gal.4.Vnum quidem in seruitutem generas, &c.Item,quia erat lex timoris seruilis Ro.8.Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,&c.Aug Breuis differentia veteris,& noui testamenti,timor,& amor.Item infirmis, quia per se non poterant se iuuare.Et quantum ad hoc dicit [Apprehendi manum eorum,]quod est infirmorum.Psal.72.Tenuisti manum dexteram meam.Ro.8.Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur.Dicit autem [Patribus eorum]scilicet Abraham Isaac, & Iacob,cum quibus iniit fœdus speciale.Psalm 104.Memor fuit in seculum testamenti sui verbi,quod mandauit in mille generationes,quod disposuit ad Abraham,&c.sed istis in exitu de Aegypto promisit carnalia.Deinde cum dicit[Quoniam ipsi non &c.] ostendit defectum veteris testamenti ex euentu, & primo quantum ad culpam,& ideo dicit [Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo]quia scilicet non erat scriptum in cordibus ipsorum.Vnde statim post legem datam,fecerunt vitulum conflatilem.Exo.32.Et ipsa.103.Fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt sculptibile.Et quantum ad pœnam.Ideo dicit [Et ego neglexi eos]Illud enim aliquis dicitur negligere, quod permittit perire. Et sic neglexit eos, quia permisit eos perire ab exterminatore,vt dicitur.1.Cor.10.& psal.118 Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis.Alia litera.[Et ego dominatus sum eorum,] idest,puniendo ostendi me esse dominum ipsorum. Deinde cum dicit[Quia est testamentum &c.] Describit conditiones noui testamenti.Et circa hoc facit duo. Primo,ponit modum editionis eius. Secundo, effectum ipsius, ibi [Et ero eis in Deum.] Dicit ergo[Quia hoc est] idest tale est[Testamentum quod disponam domui Israel &c.]dispositio importat congruitatem ordinis. Et,ideo dicit[Post dies illos,]idest post legem datam.Debuit enim post legem veterem dari noua lex.sicut primo datur pædagogus, postea magister vt prius homo recognoscat infirmitatẽ suam. In hoc ergo patet congruitas temporis dandi nouum testamentum. Modus autem tradendi duplex est Vnus per exteriora,sicut proponendo verba ad cognitionem alicuius.Et hoc potest homo facere,& sic traditum fuit vetus testamentum.Alio modo, interius E operando.Et hoc proprium est.Dei. Iob.32.Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.Et hoc modo datum est nouum testamentum,quia consistit in infusione Spiritussancti,qui interius instruit.Non autem sufficit tantum cognoscere,sed requiritur operari.Et ideo,primo illuminat intellectum ad cognoscendum. Et ideo dicit[Dabo leges meas &c.]Et dicit in plurali,propter diuersa præcepta & consilia.Et hoc facit Spiritussanctus.1.Io.2.Vnctio eius docet vos.Io.14.Ille eos docebit omnia,&c.Item ad bene operandum inclinat affectum,vnde imprimitur cordi.Et quantum ad hoc dicit.[In corde eorum superscribam eas]idest super cognitionem scrib. in charitatem.Super omnia autem charitatem habete,&c.Colo.3.& Roma.5.Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,&c.Et hæc est epistola, de qua subdit 2.Cor. 3. Non atramento,sed spiritu Dei viui,non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO II.

SVpra posuit Apostolus conditiones noui testamenti ex editione ipsius, nunc ponit tres effectus ipsius. Primus est hominis ad Deum perfecta conjunctio. Secundus est Dei perfecta cognitio, ib. [Et non docebit.] Tertius est peccatorũ remissio, ibi [Quia propitius ero] Circa primum sciendum est, q̃d hoc, quod homo iungatur Deo, requiritur auxilium diuinæ gratiæ, quia ad hoc non potest propria virtute, Mich. 3. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Primo ergo tanguntur illa coniunctio ex parte Dei. Secũdo ex parte hominis ibi, [Et ipsi erunt.] Dicit Ero illis in Deum.] Nomen Dei significat universalem providentiam. Tunc ergo est nobis in Deum, quando habet curam de nobis & corda nostra ad se trahit, & hoc est respectu iustorum specialiter. Ex hoc ergo, q̃d ero eis in Deum, sequitur secundum scilicet quod [Ipsi erunt mihi in populum.] i. exhibebunt se mihi in populum. Sicut enim dicit Aug. 2. de ciuitate Dei cap. 21. Populus est cœtus multitudinis iuris consensu & vtilitatis communione sociatus. Quando ergo cõsentiunt in iustitiæ legis, vt sint ad inuicem viles, & tendant in Deum, tunc est populus Dei. Apoc. 21. Ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis eorum Deus. Deinde cum dicit [Et non docebit &c.] ponit secundum effectum noui testamenti. Et circa hoc duo facit.

Primo enim, ponit signum effectus illius. Secundo, effectum ipsum, ib. [Quia omnes &c.] Signum perfectæ cognitionis est, quando cuis non indiget doceri, quia doctrina est via ad acquisitionẽ scientiæ, & ideo cessat doctrina, acquisita perfecte scientia. Sed nunquid in nouo testamento vnus non docet alium? Et videtur, q̃d non, per literam istam. Sed contra, quia Apostolus vocat eodoctorem Gentium. Tit. 2. & Ephes. 4. Alios pastores & doctores Rom. 12. Qui docet in doctrina. Respondeo. Dicendum est, quod hoc q̃ dicitur, hic, potest dupliciter intelligi. Vno modo de omnibus, sed tantum de primis fundatoribus noui testamenti [scilicet Apostolis, qui immediate fuerunt instructi a Deo, quando Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Apostoli ergo facti sunt perfecte cognoscentes, & non ab aliis instructi, sed simul a Christo acceperunt sapientiam infusam. Alio modo, quod referatur ad statum patriæ futurum, ad quam per nouum testamentum introducimur, non per vetus. Et sic vniuersaliter verum est, quod dicitur hic. Sed contra. Homines beati sunt æquales angelis, nõ maiores, sed secundum Dion. vnus angelus docet alium illuminando ipsum, ergo & homo beatus alium docebit. Respondeo. Dicendũ est, quod duplex est cognitio in beatis angelis. Vna quæ beatos facit, scilicet cognitio diuinitatis, quę sola beatos facit, sicut dicit Aug. in li confes. Beatus qui te nouit &c. Alia est, quæ est, omniũ quæ sunt aliud a Deo, cuiusmodi sunt effectus Dei, & ista non beatificant. Quantum ergo ad primam vnus non docet alium, quia vnus non beatificatur mediante alio, sed a Deo immediate. Ps. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed quantum ad aliam, quæ est aliquorum misterium, vnus docet alium. Et hoc forte vsque ad finem mundi, quandiu durat executio effectuum Dei, & ideo addit, dicens [Cognosce dominum] q.d. Non accipit Dei cognitionem. Et dicit. [Proximum suum & fratrem suum [quia & si secundum Aug omnes homines sint ex charitate diligendi, si tamen nõ possis omnibus prodesse, tamẽ illis specialiter debes prodesse, qui tibi coniunguntur. Vel naturaliter sicut sunt consanguinei, quos hic vocat fratres. Vel alia coniunctione, & sic proximus est, Omnes enim scient me a minimo vsque ad maiorem eorum] Hæc est causa quare vnus non docebit alium, quia omnes nolcent dominum. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est. In hac vero visione cõsistit beatitudo. Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum &c. Heb. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Et hanc doctrina habẽt beati, non ab aliquo alio, sed a solo Deo tantum. Es. 54. Ponam vniuersos filios tuos doctos a domino. Illud autem quod dicit a minimo, potest duplicitер intelligi. Vno modo, quod dicantur maiores sancti antiquiores, & sic maior & minor dicuntur secundum ordinem temporis. Omnes ergo cognoscent, quia singuli accipient singulos denarios. Mat. 20. Vel hoc dicit ad ostendendum differentiam præmiorum, quia licet omnes cognoscant, tamen vnus magis alio cognoscet. Matth 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Præmiũ enim correspondet merito, & hoc contra illos, qui dicunt pœnas & omnia merita esse æqualia, & per consequens præmia æqualia. Contra quos dicitur. 1. Corint. 15. Stella differt a stella in claritate.

LECTIO III.

ET ero illis in Deum, ipsi & erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens, Cognosce dominum, quoniam omnes scient me a minore vsq; ad maiorem, quia propitius ero iniquitatib. eorum, & peccatorum eorum iam

Deinde cũ dicit [Quia propitius &c.] ponit tertium effectum, qui est culpę remissio, q̃d non poterat vetus testamentum infra. 10. Impossibile est, sanguine taurorum & hircorum, auerti peccata, [Dicit ergo. [Propitius ero.] Differunt autem iniquitas & peccatum quia iniquitas opponitur iustitiæ, quæ quidem proprie semper est ad alium. Ideo iniquitas dicitur, qua quis nocet alteri Iob. 35. Homini qui similis tui est, nocebit iniquitas tua. Peccatum autem dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem, & sic iniquitas proprie est in proximum, sed peccatum est in seipsum, & hoc proprie loquendo, large tamen idem est iniquitas & peccatum, Et quantũ ad hoc dicit [Quia propitius ero iniquitatibus eorum, scilicet in præteritum pœnam relaxando [Nec memorabor peccatorum eorũ, scilicet in futuro peccata puniendo. Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Psam. 78. Propitius esto peccatis nostris &c. Item, Ne memineris iniquitatum nostrarum &c. Rom. 11. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei &c. id est Deus non pœnitet, quod hic peccata remiserit, quasi iterum puniendo. Deinde cum dicit. [Dicendo autem nouum &c.] quasi posita authoritate arguit ex ipsa, & facit talem rationem. Nouum non dicitur nisi in comparatione ad vetus, sed omne, q̃ dicitur vetus, significat quasi sit prope cessationem. ergo [Dicendo nouum, veteravit prius] i. dedit intelligere quod prius sit vetus, [Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est.] Si ergo illud est vetus, abinciendum est, Lenit. 26. Nouis superuenientibus vetera proicietis. Dicendo ergo nouum, designat cessationem veteris. Proprie autem nihil antiquatur, nisi, quod subiacet temporali, quæ autem subiacent tempori, cessiant in tempore. Oportet ergo illud vetus cessare. Dicit autem [Antiquatur] propter res inanimatas, sed [Sene scit] propter animatas. Sciendum tamen est, quod vbi habemus, peccatorum, alia litera habet, peccati, & tunc refertur ad peccatum originale, quod omnibus est commune.

CAP. IX. LEC I.

HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctum sæculare. Tabernaculum

LECTIO I.

SVpra ostendit Apostolus dignitatem noui testamenti respectu veteris in generali, hic ostendit idem in speciali, descendendo ad singula, quæ erant in vtroque testamento. Et circa hoc facit duo. Primo enim comparat ea quæ sunt veteris testi ad ea, quæ sunt noui, vt super hoc ostendat dignitatem noui. Secundo manifestat quędam, quæ supposuerat. 10. ca. ibi [Vmbram enim habens] Circa primum tria facit, quia primo exponit illud, quod fuit in veteri testamento. Secundo, ostendit significatum suum, ibi [Hoc significante spiritu.] Tertio, ex his arguit ad propositum, ibi [Et ideo noui testamenti.] Iterum, prima in duas. Primo enim describit conditionem veteris testamenti. Secundo prosequitur, ibi [Tabernaculum enim factum] Circa primum sciendum est, quod tam vetus quam nouum testamentum ad hoc instituta sunt, vt per ipsa anima accedat ad Deum. Ad hoc autem duo sunt necessaria scilicet recessus a peccato, & vnio ad Deum. Primum fit per iustificationẽ. Secundum per sanctificationem, & in vtroque testamẽto fit iustificatio, & sanctificatio. Vnde dicit sic dictum est, quod prius vetera uit. Sed quale fuit illud vetus. Tale quod [Habuit quidem & prius iustificationes culturæ, [scilicet latriæ secundum græcum. In veteri enim fuerunt quædam ablutiones per quas mundabantur, non quidem a macula peccati, sed a quibusdam irregularitatibus, quibus impediebantur a cultu Dei, sicut ex tactu mortui vel alicuius immundi non poterant intrare tabernaculum, nisi expiati per aliquas ablutiones. Et ideo dicebantur iustificationes culturæ, quia, scilicet per ea fiebat idoneus ad cultum diuinum. Et de hoc habetur Luc. 22. Hiero. Iustificationes, idest ablutiones, quibus purificatis licebat accedere. Sed sanctificatio eorum erat [Et sanctum sæculare] Seculum quandoque sumitur, pro quacunque durationẽ. Psal. 110. In sæculum sæculi. Quandoque significat mundum istum. 1. Tim. 4. Demas me dereliquit diligens hoc sæculum. Illa ergo sancti-

A sanctificatio potest dici sæcularis, quia temporalis erat, & non perpetua. Scilitera græca non sic accipit, quia dicit sanctum mundanum. Vnde est differentia inter nouum testamentum, & vetus, quia licet vtrumq; sit corporale, tamen nouum continet gratiam, & sacrũ est, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus salutem secretius operatur, quod non erat in veteri testamento, quoniam in se nullam continebat gratiam. Gal. 3. Quomodo iterum conuertimini ad infirma, & egena elementa? Deinde cum dicit, [Tabernaculum &c.] exponit illud, q̃d

B dixit. Et primo, quantum ad dispositionem tabernaculi. Secundo, quantum ad ministerium sacerdotum, ibi. [His vero ita.] Circa primum propter intellectum literæ, sciendum est, quòd dominus in deserto præcepit fieri tabernaculum, quod haberet triginta cubitos, vel paßus in longitudine, & decem in latitudine, ita quòd ostium erat ad orientem, ante quod dependebat velum super quatuor columnas, & quoddam tentorium in quo erat altare holocaustorum, sed de hoc nihil ad propositum, quia Apostolus de hoc non facit aliquam mentionem, sed in tabernaculo versus occidentem spacio decem cubitorum longitudinis, & decem latitudinis appendebatur velum super quatuor columnas, & istud diuidebat partem vnam decem cubitorum ab alia viginti cubitorum. Pars autem viginti cubitorum dicitur sancta, & tabernaculum primum, sed illa decẽ dicitur sancta sanctorum, & tabernaculum secundum. Ista distinctio, dupliciter potest exponi. Vno modo, quia ea quæ fuerunt in veteri testamento, fuerunt figura noui testamenti. Nouum etiam est figura cœlestis

C patriæ. Sic ergo per primum tabernaculum, vetus testamentum, & per secundum, nouum. Alio modo, per primum tabernaculum, præsens ecclesia: per secundum, cœlestis gloria. In quantum ergo significat vetus testamentum, est figura figuræ: sed inquantum significat præsentem ecclesiam, quæ adhuc significat futuram gloriam, est figura veritatis quantum ad vtrumque. Circa hoc ergo duo facit, quia primo describit illud, quod erat in primo. Secundo illud, quod erat in secundo, ibi. [Post velamentum.] In primo autem tria erant, scilicet candelabrum aureum ad meridiem, quod ita erat factum. Ex vno enim longo hastili procedebant sex calami, quasi sex brachia, scilicet tres a dextris, & tres a sinistris. Et sic in summitate erant septem rami, & in quolibet erat vna lucerna, quæ ardebat. Item, in quolibet

I calamo erant quatuor, scilicet, calamus, qui erat ex tribus partibus quasi tribus petijs, scilicet cyphi, spherulæ, & lilia, quia ibi duæ partes iungebantur. In fine cuiuslibet partis erat quasi quidam ciphus, in quo duo ciphi iunguntur in nucis modum, & duæ spherulæ volubiles, & duo quasi folia lilij hinc & inde. Item, in parte Aquilonari erat mensa aurea in modum altaris, super quam ponebantur in

D sabbato duodecim panes calidi, & super quemlibet, thus lucidum in patena aurea. Et stabant illi panes, qui dicebantur propositionis vsque ad diem sabbati, vbi oportebat illos amoueri, & reponebantur alij loco illorum. Item, in medio erat altare aureum ad adolendum thymiama boni odoris, & hoc ad literam, ne domus fæteret propter multitudinem immolaticij sanguinis. Per candelabrum autem quod illuminat, & per mensam, designatur ad literam, quòd qui altari seruit de altari viuat. Dicit ergo [Tabernaculum prius,]idest anterior pars tabernaculi [Factum est, in quo erant candelabra,]quæ vnum erat, quantum ad substantiam, sed plura quantum ad ramos, & hoc ad meridiem. [Et mensa]ad Aquilonem, [Et propositio panum,]idest panes propositionis per ypallagen, sicut perflauit fistula buccas, & ista pars, [Dicitur sancta.] De hoc habetur diffuse Exod.

E 25. 26. & 27. Deinde cum dicit, [Post velamentum &cæt.] Describit ea, quæ erant in secundo tabernaculo, scilicet [Archa testamenti,] de lignis sethin imputribilibus, [Circumtecta ex omni parte,] idest tam intus quam extra, [Auro.] In arca autem erant tria, scilicet [Vrna aurea habens manna,]& hoc in memoriam illius beneficij eis pręstiti. Exod. 16. [Et virga Aaron quæ fronduerat.] Num. 17. In memoriam sacerdotij Aaron, ne alius extraneus præsumeret accedere, [Et tabulæ testamenti.]Exo. 25. In memoriam legis. Item, super arcam

F duo Cherubin, qui tangebant se duabus alis, & tangebant alijs duabus literi tabernaculi. Inter duas autem alas quibus tangebant se, erat tabula aurea eiusdem longitudinis, & latitudinis, & arca, scilicet duorum cubitorum in longitudine, cubiti & semis in latitudine, & erat supereminẽs, qua dicebatur propitiatorium. Vnde erat quasi sedes, de qua Deus exaudiret ad repropitiandum populo. Psalm. 79. Qui sedes super Cherubim &c. Archa vero erat quasi scabellum pedum. Illi duo Cherubim versis vultibus ad seipsos respiciebant in propitiatorium. Hic autem addit Apostolus quartum, scilicet [Thuribulum aureum,] de quo dicunt aliqui, quòd erat altare inter sancta, vt dictum est. In sancta, quòd erat exterius, introibant sacerdotes omni die, ad expletionem misteriorum, sed in sancta sanctorum sacerdos summus semel in anno cum sanguine, & tunc implebat thuribulum illud thymiamate, ita quòd ex fumo ascendebat nebula, quæ operiret sancta sanctorum, ne posset videri ab his, qui extra erant. Ista ergo sunt illa, quæ erãt post velamentum, quod erat secundum, quod dicitur sancta sanctorum pro dignitate, sicut dicitur virgo virginum anthonomastice, aureum habens thuribulum, & archa in qua erat vrna &c. super quam scilicet arcam, non quòd haberet super eam pedes, sed alas tantum, [Cherubin gloriæ,]idest gloriosę factæ, [Obũbrantia propitiatorium,]scilicet alis suis, [De quibus non est modo dicendum,]idest prosequendum, [Per singula.] Sed contra, quia 3. Regum 8. dicitur, quòd in archa non est aliud, nisi duæ tabulæ. Respondeo, Dicendum est, quòd verum est ex principali intentione, quia ad hoc fuit archa principaliter facta, sicut patet Exo. 25. Quid autem ista significent, Sciendum est, quòd omnes cæremoniæ legis ordinabantur ad vsum secundum statum illum: ad aliud vero, secundum quòd erant figuratiua, prout scilicet representabant Christum. Quo ad primum, omnia instituta fuerunt ad representandum magnificentiam Dei. Illa autem non representabantur, nisi in effectibus. Illi autem effectus, habent quasi duplex sæculum. Vnum superius, scilicet substantiarum incorporearum, & istud representatur per sancta sanctorum. Aliud est istius mundi inferioris sensibilis, & istud representatur per sancta. In mundo autem superiori sunt tria, scilicet Deus, rationes rerum, & angeli. Deus autem omnino est incomprehensibilis, & ideo erat sedes sine sedente, quia non potest comprehendi a creatura nisi ex effectibus. Illa autem sedes erat propitiatorium, vt dictum est. Angeli autem significantur per Cherubim, propter sapientiam: vnde & philosophi angelos dicunt substantias intellectuales. Erant duo, ad designandum, quòd non erant ibi positi ad colendum, quia dictum erat eis. Deuter. 4. Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est. Quòd respiciunt in propitiatorium, designat, quòd non recedunt a contemplatione Dei. Matth. 18. Angeli eorum in cœlis, semper vident faciem patris &cæt. Rationes rerum signantur per archam. Illa vero, quæ sunt in hoc mundo, vel pertinent ad sapientiam, quæ per tabulas significatur, vel ad potentiam, quæ per virgam, vel ad bonitatem, quæ per manna, quod erat dulce, quia quicquid est dulcedinis in creatura, totum est ex bonitate Dei. Quia vero rationes rerum, quæ sunt intelligibiliter in Deo, sunt sensibiliter in creaturis corporalibus, ideo sicut in tabulis erat lumen intellectuale: ita in sanctis erat lumen corporale. Ibi manna, hic panes. Ibi virga, hic altare, quod pertinet ad officium sacerdotis. Sed inquantum per ista figurabatur Christus, omnia ista inueniatur in ipso. Et primo quantum ad sancta. Ipse enim est candelabrum luminis. Ioann. 8. Ego sum lux mundi. In isto sunt sex ordines, tres a sinistris, scilicet perfecti veteris testamenti, & tres a dextris, scilicet noui testamenti. Isti designantur Ezech. 14. Per Noe prælatis per Daniel, contemplatiuis per Iob actiui. Isti calami tamen accipiunt, & infunduntur, quia sicut dicitur primo Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Ciphi sunt propinantes potum sapientiæ. Spherulæ, propter promptitudinem obedientiæ. Lilia, propter finem vitæ æternæ. Septem lucernæ, sunt septem dona Spiritus sancti. Item, Christus est mensa refectionis. Duodecim panes, sunt doctrina duodecim Apostolorum, & successorum suorum qui ponuntur in sabbato spei vsque ad sabbatum spei, & si interim vnus remouetur per mortem, alter substituitur. Sed in magno sabbato remouebuntur omnes. In inferiori erat propitiatorium, & Christus est propitiatio pro peccatis nostris primo Ioan. secundo. Duo angeli, sunt duo testamenta concorditer Christum respicientia. Vel omnes angeli Christo seruientes concorditer, & vna nimiter. Matth. 4. Accesserunt angeli & ministrabant ei. Daniel septimo. Millia millium ministrabant ei. supra 1. Omnes sunt administratorij spiritus. Ipsi desiderant in Christum prospicere primo. Per. 1. Item, obumbrant propitiatorium, i. Christi ecclesiam custodiunt. Vel quia ipsorum misterio fiebant visiones, & apparitiones in quibus obumbratorie figurabatur Christus. Archa aurea de lignis sethim, est caro Christi pura, & pretiosissima, quę & dicitur vrna aurea propter sapientiam, plena dulcedine diuinitatis. Tabulæ sunt eius sapientia. Virga est sacerdotium eius æternum,

Universidad de Deusto Biblioteca

Vel virga est potestas Christi, Manna dulcedo gratiæ, quæ datur per sacerdotium Christi, vel per obedientiam mandatorum, sicut homo obedit potestati. Sed quia nullus habet sic gratiam quin peccet, excepto Christo, & matre eius, ideo necesse est habere propitiatorium. Sciendum est autem quod gl. super locum istum multum diffuse ista exponit.

LECTIO II.

HIs vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia cōsumantes. In secundo autem, semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offerret pro sua, & populi ignorantia, hoc significante Spiritusancto, nondum propalatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis.

LECTIO II.

SVPRA descripsit Apostolus ea quæ pertinent ad vetus testamentum quantum ad dispositionem tabernaculi, hic prosequitur de officio ministrorū. Et primo de his, quæ spectant ad sancta. Secundo, autem de his, quæ spectant ad sancta sanctorum, ibi, [In secundo autem.] Ad intellectum autem literæ huius sciendum est, ꝙ sicut supra dictum est, in parte anteriori ipsius tabernaculi circa medium, erat altare thymiamatis, vel incensi, quod idem est, & candelabrum. Ex parte vero meridionali, & ex opposito, mensa propositionis. Sacerdos ergo quolibet die, mane & vespere intrabat sancta propter duo, s. ad parandum lucernas, & adolendum thymiama, vt lumen & bonus odor iugiter esset in sanctis. Dicit ergo, [His vero,] s. quæ pertinent ad speciem tabernaculi, [Ita compositis], i. ordinatis, [Semper.] i. quotidie mane, s. & sero [Intrabant sacerdotes cōsumantes officia sacrificiorum] non ꝙ in sanctā sacrificarent, quia sacrificabant super altare holocaustorum, quod erat ante fores tabernaculi sub diuo, sed adolitionem thymiamatis, & deuotionem offerentium, vocat sacrificium. Deinde cum dicit. [In secundo autē.] Ponit officium ministrorum, quantum ad sancta sanctorum. Circa quod sciendum est, ꝙ sicut dicitur Leu. 16. Summus sacerdos in die expiationis (quę fiebat decima die septimi mensis s. Septembris qui septimus est a Martio nostro, qui apud Hebræos concurrit pro parte cum Aprili, in quo incipiunt anni Exo. 12. Mensis iste principium vobis mensium, primus erit in mensibus anni, ipsi enim incipiunt mensem in lunatione, quæ semper incipit in Martio, nisi impediat embolismus) offerebat pro se & tota domo sua vitulū, & hircum pro peccato populi, & istis immolatis, accipiebat de sanguine ipsorum & implebat thuribulum prunis altaris holocaustorū, quod erat in atrio ante fores tabernaculi, & cū omnibus his intrabat in sancta sanctorum, & cum sanguine expiabat tabernaculum aspergendo sanguinem contra velum, & post egrediebatur. Et cum eodem sanguine liniebat cornua altaris thymiamatis, hoc autem semel in anno faciebat. Vnde dicit [In secundo autem], s. tabernaculo, quod dicitur sancta sanctorum, [Semel in anno intrabat solus pontifex.] Glo. dicit, ꝙ pluries poterat sine sanguine, sed non cum sanguine nisi semel. De hoc autem non habetur nisi tantum quando mouenda sunt castra, quia tunc intrabant Aaron & filij eius & inuoluebant, & dispensabant onera Leuitarum sicut patet Nu. 4. Semel tamen in anno intrabat summus sacerdos solus cum sanguine quē offerebat [pro sua & populi ignorantia], i. pro peccatis nostris. Prou. 14. Errant qui operantur malum. Omnis. n. malus ignorat, vt habetur 3. Ethic. De hoc habetur Leu. 16. Vbi traditur ritus iste. Mystice vero per primum tabernaculum designatur præsens ecclesia, in qua fideles debent seipsos sacrificare. Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Item, debent sacrificare sua in eleemosinis. inf. 13. Talibus. n. hostijs promeretur Deus, sed in sancta sanctorum, i. in patriam cęlestem intrat solus pontifex. s. Christus in anima & corpore. Tamen secundum literam intentio Apostoli est, ꝙ per sancta intelligatur vetus lex, per sancta sanctorum status noui testamenti, & cœlum, quia per nouam legem intratur in cœlum. Et ideo subdit. [Hoc significante Spiritusancto.] Vbi exponit, quid significatur per hoc. Et primo, quantum ad vetus testamentū. Secundo, quantum ad nouum, ibi [Christus assistens.] Item in prima parte primo ponit officium ministrorum, quantum ad primū. Secundo, subdit positionis rationem, [Iuxta quam munera.] Sciendum autem, ꝙ in primo intrabat sacerdotes quotidie, sed in secundo ꝙ erat vltra velum, non nisi pontifex solus semel in anno. Vnde, quantum ad ministros illos erant ibi duo. Vnum, ꝙ in primo, quotidie intrabant. Aliud, ꝙ ante eum erat eis velum. Vnde interpositio vel significat, ꝙ cęlestia erant eis velata. Item, ꝙ non intrabāt significat, ꝙ vetus testamentum non est via intrandi cœlum ante aduentum Christi. Dicit ergo. Dico quod hoc sic perfectum est hoc significante Spiritusancto, 2. Pet. 1. Non humana voluntate allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Et hoc est contra hæreticos, qui dicunt vetus testamentum non esse a Spiritu sancto, sed a Deo malo. Quid significatur? [Nondum propalatam esse sanctorum viam adhuc priore tabernaculo,] i. veteri testamento significato per primum tabernaculū, [Habēte statum.] Durante enim veteri testamento, via sanctorum s. Christus, q dicit Io. 14. Ego sum uia nondū venerat, ipse enim est ostiū per quod patet introitus in sancta sanctorum. Io. 10 Ego sum ostiū, sed nō erat ꝓpalatus, quia adhuc latebat sub figuris literæ obumbratus. infra 10 Vmbram habens lex futurorum &c. [Quæ parabola est instantis,] i. præsentis [Temporis,] vel instantis, idest ducens nos ad ea, quæ contingunt in præsenti tempore. Deinde cum dicit. [Iuxta q̄.] Ponit rationem quare durante statu veteris legis non patebat introitus in sancta sanctorum. In illa enim sancta nullus intrat nisi perfectus. Esa. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et ideo ibi non erat mundatio, & perfectiō, nec erat introitus in illam. Sed vetus testamentum non poterat perfectum facere seruientem, quia nondum erat oblatum sacrificium satisfaciens pro peccato totius humani generis. Et ideo dicit, iuxta quā, scilicet vel parabolam, vel figuram, [Offeruntur munera & hostiæ.] Quod refertur ad illud quod dicit, sacrificiorum officia consumantes, quia oblationes, & munera, quæ sunt de omnibus, hostiæ autem, quæ tantum sunt de animalibus, non offerebantur in sancta sanctorū, sed in sancta, vel ad fores tabernaculi. Ista autem non poterant mundare, quia [Non potest facere perfectum seruientem] seruitute latriæ, quæ pertinet ad cultum diuinum. Perfectum dico [Iuxta conscientiam.] Est enim duplex mundatio. Vna a macula, & reatu peccati. Et quantum ad conscientiam, hoc non potest lex. Infra 10. Impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Esa. 1. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Mich. 6. Nunquid placari potest Deus in millibus arietum, aut in millibus hircorum pinguium? Alia mundatio erat quantum ad culturam, vt scilicet liceret eis ministrare in illis sacrificijs, & sic mundabat. Sed nunquid in veteri lege fuerunt multi perfecti? Et videtur, ꝙ sic: dictum est enim Abrahæ. Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Moyses etiam & multi alij, valde sancti, & perfecti fuerunt. Respondeo. Dicendū est, quod licet tunc multi perfecti, & sancti fuerint, hoc tamen nō fuit ex operibus legis. Supra 7. Nihil ad perfectum adduxit lex, sed hoc fuit per fidem Christi. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc ergo non erat virtute cæremoniarum, aut legalium. Vnde frequenter ibi dicitur. Orabit pro eo sacerdos, & dimittetur illi. Leuit. 5. Et in multis alijs locis. [Quod ergo mundaret, hoc erat ex fide. Sed in nouo testamento dicitur Matth. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Sine sacramentis enim nouæ legis non est salus Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, &c. Sed quare non mundabant conscientiam? quia consistebant in cibis, & potibus, peccatum vero est in conscientia. Illud autem, quod est pure corporale, non mundat animam, quia non agit in animam. In sacrificijs autem illi erant cibi, & potus, &c. quæ pertinent ad corpus, & ideo non poterant mundare conscientiam. Dicit ergo, [In cibis, & potibus], i. in discretione ciborum, & potuum interdictorum in veteri lege, quia abstinere ab his non mundat conscientiam, vel vt hoc referatur ad usum sacrificiorum, quia comedebantur a sacerdotibus illa, quæ offerebantur pro peccatis, & ab alijs, quę pro alijs. Ista. n. non mundabāt cōscientiam. Hier. 9. Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas. [Et varijs baptismatibus,] i. lotionibus, quia sicut dī Matth. 7. Iudæi seruabāt baptismata calicum, & urceorum, & a foro redeuntes non comedunt, nisi baptizentur. Contra quos dicit dominus Matth. 23. Vę vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis, quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem estis pleni rapina, & immunditia. Veruntamen Apostolus non loquitur hic de superstitiosis lotionib. Phariseorum, & ideo oportet currere ad alias lotiones perceptas in lege, sicut est de aqua in qua lauabantur sacerdotes, & de aqua purificationis in mundatione leprosi, uel polluti. Vnde frequenter dicitur. Lauabant uestimenta sua &c. Et hæc dicuntur hic baptismata, [Et iustitijs carnis,] hoc addit uniuersaliter de omnibus. Vocat ista cæremonialia iustitias carnis, idest carnales, quia pertinebant tantum ad corporalem munditiam, nec erat in eis aliqua

quia virtualis. Et ne aliquis dicat, quare ergo instituta sunt si non poterant perficere, quia iam videretur, quod Deus ea inutiliter instituerit. Hoc remouet cum dicit [Vsque ad tempus correctionis impositis] q. d. Hoc verum est, quod fuissent inutiliter instituta, si semper deberent durare. Sed sicut puero primo oportet dare pędagogum, quando autē iam peruenit ad ætatem perfectam, tunc datur ei modus se habendi secundum iudicium rectoris reipublicæ, ita in veteri lege ea, quę spectant ad imperfectionem, instituta fuerunt, sed quando venit tempus perfectum, tunc debuerunt institui illa, quæ ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit, Vsque ad tempus correctionis, idest, in quo corrigeretur, non quidem sicut mala, sed sicut imperfecta. Lex enim bona est. Ro. 7. Psal. 109. Superuenit mansuetudo, & corripientur.

LECTIO III.

CHristus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculū non manufactum, idest, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per propriū sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis quāto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semet ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit consciētiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti?

LECTIO III.

SVpra posuit Apostolus significationem eorum, quæ pertinent ad vetus testamentum, & primum tabernaculum, hic ponit cōditiones eorum. quæ pertinent ad secundum tabernaculum, quod representabat nouum testamentum. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit illam significationem. Secundo, probat quoddam, ꝙ supposuerat, ibi [Si enim sanguis hircorum] Sciendum est autem, quod si considerentur supradicta, quinque dicta sunt de secundo tabernaculo. s. quis intrabat, quia solus pontifex, secundo dignitas & conditio loci quo intrabat, quia dicebatur sancta sanctorū, tertio quomodo intrabat, quia cum sanguine: quarto quando intrabat, quia semel in anno, quinto quare intrabat, quia pro expiatione peccatorum. Hic autem Apostolus illa quinque explicat. Et primo, quis sic ille, qui intrat, quia Christus. Pontifex enim est princeps sacerdotum. Talis autem est Christus, primæ Petri quinto. Cū apparuerit princeps pastorum, &c. supra quarto. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum, &c. Sed quilibet pontifex dispensator est alicuius testamenti. In quolibet autem testamento duo consideranda sunt, s. finis repromissus in illo testamento, & ea, quæ traduntur in illo. Bona autem repromissa in veteri testamento erant bona temporalia, Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ille ergo pontifex erat bonorū temporalium, sed Christus est pontifex bonorum celestium. Mat. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. [Est ergo pontifex futurorum bonorum.] quia per pontificatum eius, introducimur in bona futura. Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Item, in veteri dispensabātur figuralia, sed Christus dispensat spiritualia, quæ per illa figurabantur. Lucæ vndecimo. Pater vester de cœlis, dabit spiritum bonum petentibus se. Sic ergo per bona futura possunt intelligi, vel bona cælestia, & hoc respectu noui testamenti, vel bona spiritualia respectu veteris, quorum figura erat, ille pontifex non est negligens, sed [Assistens] Pontifex enim mediator est inter Deum & populum. Christus vero mediator est. primæ Tim. 2. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus Deuterono. 5. Ego medius & sequester fui inter dominum & vos. Et ideo ipse assistit ad interpellandum pro nobis supra. 7. Rom. 8. Christus Iesus, qui etiam interpellat pro nobis. Itē assistens nobis ad auxiliandum, Psalm. 15. A dextris est mihi ne cōmouear. Act. 7. Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei. Sic ergo patet quis intrabat. Secundo, ostendit dignitatē interioris tabernaculi, quia dicit [Per amplius] & conditionem, quia & [Perfectius] tempore, quia est immobile Esa. 35. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, [Tabernaculum, quod nequaquam vltra transferri poterit. Hoc autem est tabernaculū cœlestis gloriæ. Psalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Dicitur autem tabernaculum, quia est locus pegrinorum. Nō enim debetur nobis ex conditione naturæ, sed tantum per gratiam. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie oplentia. Est ergo per amplius propter multitudinem bonorum immensam, quod designatur in authoritate prædicta. Sedebit, &c. Baruc. 3. O Israel quam magna est domus Dei? Illud autem, quod dicitur per amplius, dupliciter legitur. Vno modo, quod sit vna dictio, quasi valde peramplius, & sic construitur litera, Christus assistens pontifex futurorum bonorum introiuit in sancta sanctorum, dico quæ sunt tabernaculum per amplius. Alio modo, quod ly per, sit præpositio quod magis exprimitur in greco, & tunc construitur sic Christus introiuit in sācta per tabernaculum amplius, idest magis amplum, & perfectū. Itē perfectius, quia ibi cessabit omnis imperfectio. primo. Corint. decimo tertio. Cum venerit quod perfectū est, euacuabitur, quod ex parte est. Item est alterius conditionis, quia istud factum fuit manu hominis, hoc autem non, sed manu Dei. Exo. 15. Sanctuarium tuū domine quod fundauerunt manus tuæ &c. 2. Corinth. 5. Scimus enim, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Infra vndecimo. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex est & conditor Deus. Et ideo dicit [Non manufactum] idest non huius creationis, quia nō est māu factum, sicut vetus, nec est huius creationis, idest in bonis sensibilibus creatis, sed est in bonis spiritualibus Vel per tabernaculum potest Christi corpus intelligi, in quo contra diabolum pugnauit Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum. Quod est per amplius quia In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Coll. 1. Item perfectus est, quia Vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Ioan. 1. Item. non manufactum, quia non ex virili semine. Dan. 2. Abscisus est lapis de monte sine manibus. Tertio ostendit quomodo intrabat, quia non sine sanguine, et ille cum sanguine vitulorum, & hircorum sicut dicitur Leu. decimo sexto, Christus vero non sic, scilicet sanguine alieno, ideo dicit, [Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem,] quem meus noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Dicit autem pluraliter, [Vitulorum & hircorum.] non quod simul essent plures, sed quia per diuersos annos pluries intrabat. Christus autem significatur per hircum propter similitudinem carnis peccati Roman. 8. Item, per vitulum propter fortitudinem, & quia vtitur duobus cornibus. Abacuc. 3. Cornua in manibus eius. Quarto, quando intrabat quia semel in anno, Christus autem per totum tempus, quod est quasi vnus annus [Introiuit semel in sancta,] & semel etiam fudit sanguinem suum. 1. Pet. tertio. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Romanorum sexto. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Item semel intrauit, nam ex quo intrauit cœlestia, semper est ibi. Et iō dicit, quod intrauit semel in sancta. Quinto, ostendit quare intrauit, quia ad offerendum pro populi ignorantia, non pro sua, quia non habebat. Sanguis enim Christi magis quam ille valet ad hoc quia per ipsum Inuenta est æterna redemptio quasi dicat, Per istū sanguinem redempti sumus, & hoc in perpetuum, quia virtus eius est infinita. Infra decimo. Vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Psalm. 110. Redemptionem misit dominus populo suo. Hoc autem quod dicit [Inuenta] ad duo potest referri s. & ad desideriū Dei, quod habebat de salute nr̄a. Iob. 33. Inueni in quo propitier Ezech 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad desiderium patrum, quo desiderabant redimi. Nullus autem inuenit modum ita congruum sicut Christus. Et ideo signanter dicit. inuenta. Deinde cum dicit [Si enim sanguis &c.] Probat vnum, quod supposuit scilicet istud vltimum. Aeterna redēptione inuenta, q. d. Ita dixi quod per proprium sanguinem fecit æternam redemptionem, in quo apparet eius maxima efficacia. Quod autem ita sit, probo per locum a minori, quia si sanguis brutorum animalium faciebat quod minus est, sanguis Christi poterit facere, quod maius est. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim, ponit antecedens. Secundo, consequens, ibi, [Quanto magis sanguis Christi?] Circa primum sciendum est, quod in veteri lege erat duplex mundatio Vna quæ fiebat in die expiationis, de qua habetur Leu. 16. Et de ista iam dictum est. Et ista videbatur directe ordinari ad emundationem a peccato. Alia erat contra irregularitatem legis, de qua dicitur Numer. 16. Quod præcepit dominus, quod Eleazar acciperet vaccam rufam a Moyse sine macula, ætatis integræ, quæ non traxisset iugum, & eductam extra castra immolaret in conspectu populi, & tingeret digitum in sanguine eius & aspergeret septies contra tabernaculum, & quod combureret totam, s. carnem, pellem

Universidad de Deusto Biblioteca

& etiam fimum eius cum hyssopo, ligno cedrino & cocco bis tincto, quo facto vir mundus colligebat cineres & in loco mundo effundebat extra castra. Et de ipsis ponebantur in aqua, qua immũdus, qui si tetigisset cadauer mortui, aspergebatur die tertio & septimo cum hyssopo, & ita mũdabatur, nec aliter poterat mundari. Ista est sententia Apostoli. itaque quantum ad primum dicit, [Si enim sanguis hircorum aut taurorum] Quantum vero ad secundũ dicit, [Et cinis vitulæ aspersus sanctificat inquinatos] non gratiam conferendo sed [Ad emũdationem carnis] idest ab irregularitate, qua carnaliter impediebatur, quasi immundi a cultu diuino, non tamen auferebant peccata, sed tantum, vt dicit Augustinus, aliquando virtute illius aspersionis mundabantur a lepra corporali. Et iõ dicit, Ad emundationẽ carnis. Deinde cum dicit, [Quanto magis &c] Ponit consequens, quasi dicat. Si sanguis & cinis hoc possunt, quid poterit sanguis Christi? Certe multo plus. Et ponit Apostolus tria, quæ ostendunt efficaciam sanguinis Christi. Primo quis est ille, cuius est sanguis iste, quia scilicet est Christus. Ex quo patet, quod eius sanguis mundat. Matth. primo. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Secundo causam quare Christus sanguinem suum fudit, quia hoc fuit Spiritus sanctus, cuius motu & instinctu, scilicet charitate Dei, & proximi, hoc fecit. Es. 59. Dum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Spiritus autem mundat. Esa. 4. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Et ideo dicit [Per spiritum sanctum obtulit semetipsum] Eph. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Tertio conditionem eius, quia est immaculatus. Exod. 12. Erit agnus absque macula, masculus, anniculus. Ecclesiast. 34. Ab immundo quis mundabitur? Sed numquid sacerdos immundus potest mundare? Respondeo, Dicendum est, quod non, si ageret in ꝓpria virtute, sed agit virtute sanguinis Christi, qui est sicut causa prima. Et ideo non egisset, nisi fuisset immaculatus. Sciendum tamen, quod sanguis illorum animalium mundabat tantum ab exteriori macula, scilicet a contactu mortui, sed sanguis Christi mũdat interius conscientiam, quod fit per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum, inquantum, s. facit credere, quod omnes qui Christo adhærent, per sanguinem eius mundantur. Ergo iste emundat conscientiã. Item, ille mundabat a tactu mortui, sed iste ab operibus mortuis, s. peccatis, quæ tollũt Deũ ab anima cuius vita est per vnionem charitatis. Item, ille mundabat, vt possent accedere ad figurale ministerium, sed sanguis Christi ad spirituale obsequium Dei. Psalm. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Et ideo dicit [Ad seruiendum Deo] Item, Deus est vita. Ioan. 14 Ego sum vita. Et Deut. 32. Viuo ego in æternũ. Conueniens ergo est, vt seruiens ei sit viuens. Ideo dicit, [Viuẽti.] Et secundum rectorem, vel iudicem populi, sic & ministri eius, vt dicitur. Eccles. 10. Qui ergo vult Deo digne seruire, debet esse viuẽs sicut & ipse. Totam illam figuram diligenter exponit gl. & est Augustini de quæstionibus Numerorum.

LECTIO IIII.

ET iõ noui testamenti mediator est, vt morte intercedẽte, in redẽptionem earũ præuaricationũ, quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hęreditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis confirmatum est, alioquin non dum valet, dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum & hircorũ, cũ aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoq; librũ & oẽm populũ asp sit, dicẽs. Hic est sanguis testi, quod mandauit ad uos Deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione, non fit remissio.

LECTIO IIII.

SVpra exposuit Apostolus illa, quæ agebantur in veteri testamẽto, & aperuit illorum mysticam expositionem, hic ex his arguit ad propositum, scilicet, quod nouum testamentum præfert veteri, quia potest quod non poterat vetus. Et circa hoc facit duo Primo.n. proponit conclusionem intentam. Secundo, probat quędam quod supposuerat. ibi [Vbi.n. testamentum.] Iterum prima in duas, Primo.n. concludit ex dictis, quod Christus est mediator Secundo, hoc ostendit non potuisse vetus testamentum, ibi,]Quæ erant sub priori.] Dicit ergo [Et ideo,] quia. s. Christus intrauit in sancta æterna redẽptione inuenta, idest perducens ad æterna, quod vetus non poterat facere, vnde oportet quod istud testamentum sit aliud ab illo, sicut nouum a veteri. Hier. 13. Feriam domui Israel, & domui Iuda &c. Apoc. 21. Ecce noua facio oĩa, [Ideo huius noui testamenti mediator est Christus inter Deum & hominem 1. Ti. 2. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. In omni autem testamento est aliquid, quod promittitur & aliquid per quod testamentum confirmatur. In nouo autem testamento, promittũtur cælestia & spiritualia. Item, ista promissio per mortem Christi cõfirmata est. Et ideo Christus mediator est noui testamenti, vt repromissionem æternæ beatitudinis ac hæreditatis æternę, [Recipiant qui vocati sunt.] Et dicit vocati, quia hoc munus non est ex operibus, sed ex vocatione Dei Roman. 8 Quos autẽ prædestinauit, hos & vocauit, primæ Thess. Contestati sumus, vt ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnũ & gloriam. Vnde dicit, Aeternę hæreditatis, id est æternæ gloriæ, quæ est hęreditas nostra 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hęreditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcessibilem conseruatam in cælis. Ps. 126. Ecce hæreditas domini. Item, Dominus pars hæreditatis meæ. Istam autem hęreditatem habemus per mortẽ Christi. Vnde dicit [Vt morte intercedente] 2. Pe. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Huius mortis effectus, est redemptio a præuaricatione peccati. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vestra vana conuersatione, sed pretioso sanguine agni immaculati. Sed numquid in veteri testamento poterit fieri ista redemptio a peccatis? Et respondet, quod nõ, quia [illæ præuaricationes erãt sub priori testamento,] q.d. Quia virtute sacramentorum prioris testamenti, remoueri non poterant Roman. 3. Causati sumus Iudæos & græcos, omnes sub peccato esse. Sed contra, quia Dauid & multi, alii sancti habuerunt remissionem peccatorum. Respondeo, Dicendum est, quod quantum ad istum effectum, qui est introitus cœli, non quia per mortem Christi aperta est ianua vitæ Nullus. n. ante mortem Christi intrauit. Zach. 9 Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua, sed quantũ ad maculã, sed ipsi consecuti sunt, sed non virtute sacramẽtorum veteris legis, sed in fide Christi. Sic ergo nouum testamentũ est excellentius quã vetus, quia cõfirmatũ est morte Christi, per quã remittuntur peccata, & quia exhibet promissionẽ Deinde cũ dicit [Vbi.n. testamentum] Probat illud, quod supposuit, s. quod nouum testamentum sit confirmatũ ꝑ mortẽ Christi Et primo, probat hoc per authoritatem legis humanę. Secundo, per authoritatem legis diuinæ, ibi [Vnde nec primum. [Dicit ergo Dictum est, quod nouum testamentum cõfirmatur per mortẽ Christi intercedentem, quia [Ad hoc quod testamentum valeat, oportet, quod mors testatoris interueniat.] Et ideo nouum testamentum non haberet robur, nisi interuenisset mors Christi Vnde dicitur Ioan. 11. Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo. Mors autem testatoris ad duo necessaria est. Primo, ut testamentum habeat firmitatem, quia cum sit expressiuum ultimæ voluntatis, põt semper mutari ante mortem. Vnde dicit quod [Testamentum confirmatum est in mortuis,] id est per mortem. Et isto modo confirmatum est nouum testamentum per mortem Christi. Matth. vigesimosexto. Hic est sanguis meus noui testamenti, scilicet confirmator & dedicator. Secundo, necessaria est mors testatoris ad hoc, vt testamentum valeat & habeat efficaciam. Vnde dicit [Alioquin nondum valet,] quia nullus potest petere aliquid nec etiam hæres hæreditatem ex vi testamenti, nisi post mortem testatoris. Ideo Christus uoluit mortem suam pro nobis interponere Deinde cum dicit [Vnde nec primum.] Hoc idem probat per authoritatem legis diuinæ. s. per illud quod habetur in ueteri testamento. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit conuenientiam inter utrumq; testamentum. Secundo ostendit differentiam, ibi [Necesse est ergo.] Circa primum duo facit, quia Primo proponit Secundo manifestat, ibi, [Lecto n.] Dicit ergo. Ita dictum est, quod ad hoc, quod testamentum ualeat, necesse est, quod mors testatoris interueniat. Nec hoc debet uideri mirum, quia [Nec primum testamentum dedicatum,] i. confirmatũ est, [Sine sanguine] Ille aũt sanguis figurabat sanguinem Christi. Omnia.n. in figura contingebant illis. 1. Corin. 10. Deinde cum dicit [Lecto.n.] Probat propositum. s. quod illud testamentum non est confirmatum sine sanguine. Et probat hoc quantum ad tria, in quibus fuit vsus sanguinis. Primo, quantum ad legis æditionem. Secundo, quantum ad tabernaculi consecrationem ibi [Etiam tabernaculum.] Tertio, quantum ad ualorũ expiationem, ibi, [Et omnia pene in sanguine.] Circa primũ sciendum est, quod Apostolus tangit hic historiam, quæ habet Exo. 24. Vbi dicitur, quod postquam Moyses legerat coram populo mandata domini, ipsisque respõdentibus, Omnia quę locutus est dominus faciemus & erimus obedientes, Accepit Moyses sanguinem quem præceperat seruare de duodecim vitulis, & aspersit librum legis & populum, quasi in confirmatione testamenti. Et iõ dicit: [Lecto.n. omni mandato &c.] quia necessarium fuit ut legeretur. Illa.n. lectio fuit legis promulgatio. Oportebat.n legem ꝓmulgari, [Accipiens &c.] Hic est duplex obiectio literalis. Vna quia Exod. 24. Nulla fit mentio de hirco, sed de duodecim uitulis. Scd̃a, quia ibi etiã non fit mentio de aqua & cocco & hysopo. Responsio ad ista duo, est duplex. Vna. s. quia Apostolus nutritus erat in lege: vnde sciebat, quod ille vsus erat in emundationibus secundum legem, quod aspersio fiebat de sanguine hircorum & vitulorum, & aqua admista cum hyposso & lana coccinea, tanquam aspersorio, & ideo licet non agitur de his in Exodo, tamen Apostolus hoc accepit ex consuetudine ritus legalis. Vel potest dici, quod ista fuit prima consecratio. Et ideo, quasi virtute continebantur in ipsa aliæ sanctificationes futuræ, inter quas potissime fuit illa, quæ fiebat in die expiationis, de qua Leuit. 16. & alia de vitula rufa. Num. 16. In prima autem erat sanguis vituli & hirci, in secunda uero, aqua & lana coccinea & hyssopus. Quia ergo illæ in prima continebat istas duas, ideo Apostolus totum retulit ad istam. Dicit ergo, [Accipiens sanguinem &c. librum & oẽm populum aspersit dicens, Hic est sanguis noui testamenti, quod mandauit ad uos Deus,] s. confirmator testamenti. Eccl 24. Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iustitiarũ. Iste enim sanguis fuit figura sanguinis Christi, per quem nouum testamentum confirmatum est. Et ideo Christus verbis istis vsus est. Matth. 26 Hic est sanguis noui testamenti, s. confirmatiuus. Figurabatur autem per sanguinem hirci, propter similitudinem carnis peccati, & vituli propter fortitudinem. Miscetur autem, [Cum aqua,] quia baptismus a sanguine Christi efficaciam habet, aspergitur autem [cum hyssopo,] qui mundat pectus, per quod significatur fides Act. 15. Fide purificans corda eorum. [Et lana coccinea,] quæ est rubei coloris, per quam significat Charitas. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, quia per fidem & dilectionem passionis Christi mundatur populus. Aspergitur & liber legis, quia passio Christi adimpleuit legem. Ioã. 19. Consũmatũ est. Mat. 5. Non ueni soluere legẽ, sed adimplere. Deinde cum dicit. [Etiam tabernaculũ.] Ponit cõsecrationẽ tabernaculi, quia [Tabernaculũ & oĩa uasa ministerii similiter aspersit sanguine.] Sed contra, quia nondum factum erat tabernaculũ, sed 25. ca. mandatur de consecratione tabernaculi. Respondeo, Dicendum est, quòd licet non sit idem sanguis, quo aspersus est populus & tabernaculum, tamen etiam tabernaculum. [Mundatum est sanguine.] Vnde, potest sic construi, vsus est sanguine, etiam quando sanctificauit tabernaculum. Sed contra: quia Num. & Leu. 8. dicit, quòd vnxit tabernaculum oleo. Respondeo, Dicendum est, quòd non loquitur de illa sanctificatione, qua primo consecratum est tabernaculum & uasa eius, sed de illa quæ fiebat in die expiationis. Vel melius dicendum est, quòd etiam in prima usus est sanguine, quia ibi dicitur, quod vnxit illud oleo, & postea quod aspersit. Oleum autem non est aspersiuum, unde intelligitur, quòd primo unxit illud, & postea aspersit sanguine. Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationem, scilicet uirtus sanguinis Christi, & oleũ misericordię, quibus sanctificatur tabernaculum, idest ecclesia, & vasa, idest ministri. Deinde cum dicit. [Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur.] Exequitur de cæteris mundationibus legalibus. Erat autem duplex mundatio. Vna a corporali macula, sicut lepra. Alia a spirituali, scilicet peccato, prima poterat pertinere ad res inanimatas, sicut patet de lepra domorum. Et mundatio ab ista munditia fiebat cum sanguine animalis immolati, vel aqua expiationis, quæ erat confecta cum sanguine uitulæ rufę. Et ideo dicit. [Pene omnia,] & non omnia simpliciter, vel pene omnia, ita quòd ly pene, sit determinatiuum de ly mundantur, idest pene mundantur, quia non perfecte mundabantur, hoc enim tantum fit per sacramentum nouæ legis, vel potest determinare ly omnia, non enim omnia mundabantur sanguine, quia vt dicitur Numer. 31. Quicquid potest ignem sustinere purgatur per ignem, quæ uero non poterant, purgantur aqua expiationis. Sed ad mundationem a macula peccati, necessaria est sanguinis effusio, quia requirebatur ad sacrificium. Et ideo dicit, quod [Sine sanguinis effusione non fit peccatorum remissio.] Per quod figurabat, quod remissio peccati erat fienda per sanguinem Christi. Vnde in veteri lege non uirtute sacramenti, seu virtute fidei Christi fiebat remissio peccatorum. Vnde frequenter, ibi dicitur. Rogabit pro eo sacerdos, & remittet.

LECTIO V.

NEcesse est ergo exemplaria quidem cœlestiũ, his mundari, ipsa aũt cœlestia, melioribus hostiis, quam istis. Nõ.n. in manufacta sancta Iesus introiuit, exẽplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neq; ut sæpe offerat semetipsũ, quẽadmodũ põtifex intrat

LECTIO V.

SVpra ostẽdit Apostolus, quid sit cõe nouo, & ueteri testamento, inquantũ vetus & nouum conueniunt, hic ostendit differentiam utriusque. Et circa hoc duo facit. Primo.n. ostẽdit, quod in nouo est melior mundatio, Scd̃o, quod perfectior, ibi. [Neq; vt sæpe [Iterum prima in duas. Primo.n. ostendit, quod quantum ad illud, quod mundatur, & quantum ad id quo mundatio efficitur, sit melior mundatio in nouo. Secundo manifestat quod dixit, ibi. [Non.n. in manufacta]Dicit ergo. [Necesse est ergo exemplaria cœlestium,]. s. ipsum tabernaculum quod quo ad nos, est exẽplar, licet simpliciter sit exemplatum & figura illius, & iõ minoris dignitatis, quia figuratum nobilius est quam figura; sicut corpus quam vmbra. [His, s. sacrificiis mundari, ipsa autem cœlestia,] s. nouum testamentum [Melioribus hostiis, quam istis] melioribus quidem, quia alia mundabantur sanguine animalium, sed in nouo testõ fit mundatio sanguine Christi. Semper autem meliora melioribus mundantur. Ista autem erant cœlestia. i. figura cœlestium. Si ergo illa mundabantur sanguine oportet ista cœlestia mundari meliori sanguine. Sed contra: In cœlo nulla est immunditia. Respõdeo. Dicendum est, quod cœlestia intelliguntur secundum glo. ea, quæ ptinent ad statum præsentis ecclesiæ, quæ dicuntur cœlestia. Item, homines fideles gerunt imaginem cœlestium, inquantum mente conuersantur in cœlis. Vel aliter & melius, quod per cœlestia intelligatur cœlestis patria. Et loquitur hic Apostolus eo modo, quo in ueteri testamento dicebatur emundari tabernaculum, non quod haberet in se aliquam immunditiam, sed quia mundabant quædam irregularitates, quibus impediebantur accedere ad sanctuarium. Et dicuntur mundari cœlestia, inquantum per sacramẽtum nouæ legis purgantur peccata, quæ impediunt ab ingressu cœlestium. Item dicit, Hostiis in plurali. Contra, quia tantum est vna hostia Christi, infra 10. Vna enim oblatione, consumauit in æternum sanctificatos. Respondeo. Licet una sit in se, tamen pluribus hostiis ueteris legis figurabatur. Ex hoc loco habetur, quòd hostiæ veteris legis erant bonæ. Melius enim non dicitur, nisi respectu boni. Deinde cum dicit [Non enim in manufactis &c.] Ostendit, quòd cœlestia mundantur melioribus hostiis. Pontifex enim expiabat sanctuarium, quod erat manufactum, sed [Christus intrauit non in manufacta sancta,] quæ erant quo ad nos. [Exemplaria uerorum, sed in ipsum cęlum,] quod non in se, sed quo ad nos expiauit, ut dictum est, sed non expiauit carnalibus hostiis, quia Christus non uenit ad offerendum talia. Psalm. trigesimonono. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Item, Holocaustis non delectaberis. Item, supra septimo, Manifestum, quòd de tribu Iuda ortus est dominus, de qua nullus præsto fuit altario, sed introiuit in ipsum cœlum. Matth. vltim. Dominus quidem Iesus assumptus est in cœlum. Actuum primo. Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cœlum. Sed quare? [Vt appareat pro nobis vultui Dei.] Et loquitur Apostolus alludendo ritui veteris legis, secundum quam Pontifex qui intrabat sancta sanctorum, stabat coram propitiatorio, vt oraret pro populo: ita & Christus intrauit cœlum secundum quòd homo. vt assistet Deo pro salute nostra. Sed ista differenter, quia sacerdos impediebatur fumo, qui ascendat de thuribulo non uidebat sancta sanctorum, nec uidebat aliquem uultum, sed Christus apparet vultui Dei, non quòd sit ibi facies corporalis, nec aliqua nebula, sed cognitio manifesta. Sed numquid Christus existens in terra, non poterat apparere vultui Dei, cum Deus omnia videat? Respondeo, Dicendum, quòd sicut Augustin. loquens Deo dicit, Mecum eras, & tecum non eram, quia scilicet Deus est in omnibus per essentiam præsentiam, & potentiam, mali autem non sunt cum Deo per gratiam, ita dicitur Christus introisse. ut appareat uultui Dei, quia licet semper videret eum clara uisione, vt perfecte beatus, tamen status uiatoris, inquantum huiusmodi, non habet hoc, sed tantum status cœlestis. Et ideo, quando ascendit perfecte beatus in cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pote & anima intrauit,vt apparear vultui Dei,ideſt intrauit locũ F vbi Deus manifeſte videtur,& hoc pro nobis. Ad hoc eſt aſcendit vt pararet nobis viam Io.14. Vado parare vobis locum. Iterum veniam & aſſumam vos ad meipſum Mich.12. Aſcendit pandens iter ante vos. Corpus enim debet ſequi caput ſuum. Matth. 24. Vbi-ũque fuerit corpus ibi congregabuntur,& aquilæ. Deinde cum dicit [Neque vt ſæpe]Oſtendit, quod mundatio noui teſtamenti eſt perfectior, quam veteris. Hoc autem oſtẽdit per duo Primo per hoc, quod illa reiterabatur quolibet anno, hæc autẽ tantum ſemel. Item quãtum ad effectum, quia illa non poterat auferre peccata,quod iſta poteſt. Circa hoc ergo duo facit. Primo enim,oſtendit primum. Secundo,ſecundum ibi[Vmbram habens.]Sciendum eſt autem,quod Apoſtolus ſupra dixerat tria de Chriſto. Primo,ſ.quod eſt pontifex. Secundo, quæ ſit dignitas loci quem intrauit. Tertio,quomodo introiuit,ſ cum ſanguine,iſta autem tria iam declarauit:hic declarat quando intrauit,quia ſicut pontifex legalis ſemel in anno, Chriſtus ſemel tantum. Et hoc erat quartum. Vnde circa hoc tria facit. Primo.n. oſtendit,quid fiebat in veteri teſtamento. Secundo,quod eſſet inconueniens iſtud fieri in nouo teſtamento,ib [Alioquin.] Tertio, oſtendit quid fiat in nouo teſtamento,ibi[Nunc autem ſemel.] In veteri enim teſtamento põtifex licet non intraret niſi tantum ſemel in anno,tamen quolibet anno ex præcepto legis oportebat ipſum intrare cum ſanguine alieno,ſicut dicitur Leuit.16. Chriſtus autem intrauit non in manu facta, &c.[Nec vt ſæpe offerat ſeipſum,quemadmodum pontifex intrabat in ſancta per ſingulos cum ſanguine alieno.] Deinde cũ dicit[Alioquin oportebat &c.] H probat,quod eſſet inconueniens iſtud fieri in nouo teſtamento, quia ſequeretur maximum inconueniens,quia cum Chriſtus intraret per proprium ſanguinem. Sequeretur quod [oportuiſſet eũ frequenter pati ab origine mundi.] Non ſic autem eſt de veteri hoſtia,quia illa offerebatur pro peccatis filiorum Iſrael. Ille autem populus incæpit ſpiritualiter quando data fuit lex, & ideo non oportet eam offerri ab origine mundi. Chriſtus autem ſe ipſum obtulit,pro peccatis totius muadi,quia ipſe Propitiatio noſtra factus eſt pro peccatis noſtris,& totius mundi. 1 Ioann. ſecundo. Et ſic,ſi ſæpe offerretur,oportuiſſet ipſum naſci,& pati ab origine mũdi,quod fuiſſet maximum inconueniens Sed contra. Apocalyp 13. Agnus,qui occiſus eſt ab origine mundi. Reſpondeo. Verum eſt, occiſus ideſt,prefiguratus ab origine mundi occidi,ſicut in occiſione Abel. Deinde cum dicit]Nunc autem.]Oſtendit quid fiat in nouo,& circa hoc facit duo Primo,quare non iteratur hoſtia in nouo teſtamento,dat duas cauſas Secundo,explicat eas,ibi,[Et quẽ admodum,&c.]Dicit ergo.]Nunc ergo Chriſtus ſemel apparuit I in conſumatione ſeculorum.]1 Corinth.10. Nos ſumus in quos fines ſæculorum deuenerunt. Et hoc dicit propter numerum annorum,quia iam ſunt plus quam mille anni ex quo hoc dixit. Aetates enim mundi accipiuntur ſecundum ætates hominis, quæ principaliter diſtinguuntur ſecundum ſtatum proficiendi, non ſecundum numerum annorum. Ita prima ætas fuit ante diluuiũ in qua nec lex ſcripta nec puniio,ſicut infantia. Alia a Noe vſq; ad Abrahã,& ſic de aliis, ita quod vltima ætas eſt ſtatus præſens poſt quem non eſt alius ſtatus ſalutis,ſicut nec poſt ſenium. Sicut in aliis ætatibus hominis eſt numerus annorum determinatus, non autem in ſenio,quia ſenium incipit a 60. anno, & aliqui viuũt per 100. & viginti annos,ita non eſt determinatum, quãtum iſte ſtatus mundi debeat durare,tamen eſt conſumatio ſæculorũ, quia non reſtat alius ad ſalutẽ. In iſto autem Chriſtus ſemel ap K paruit,cuius ponit duas rationes,quia ſcilicet ſemel tantum offerebatur. Prima eſt,quia in veteri teſtamento non auferebant peccata,quod fit per hoſtiam Chriſti. Alia eſt,quia ſacerdos legalis nõ offerebat proprium ſanguinem,ſicut Chriſtus. Vnde dicit qđ [Apparuit ad deſtitutionem peccati per hoſtiam]I ſuipſius,& ideo illa reiteratur,non autem iſta,primę Pet.tertio,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Deinde cum dicit[Et quemadmodũ] Explicat iſtas rõnes,Et primo ſecundum Secundo,primam, ibi [Vmbram habet lex.]Secundam explicat per ſimilitudinem aliorum hominum. Vnde circa hoc facit duo. Primo oſtendit,quid accidit aliis hominibus. Secundo oſtendit,quid accidit ,in Chriſto, ibi[Sic & Chriſtus ſemel.]In quolibet.n.hoſte duo inuenimus,ſ. neceſſitatem moriendi,item quod reſurgat,non vt emũdetur, ſed vt iudicetur de factis eius. Primum tangit cum dicit.[Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori]. Sed cõtra, videtur quod non ſit ſtatutum,ſed magis homo peccando hoc fecerit,a Sapient. dicitur,quod Deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione viuorum. Et paulo poſt. Impii autem manibus & verbis accerſierunt ſibi illam. Reſpondeo, Dicendũ eſt, quod in morte tria ſunt conſideranda,ſcilicet cauſa naturalis, & quantum ad hoc ex conditione naturæ, ſtatutum eſt hominem ſemel mori in quantum componit ex contrariis. Secũdo donum inditum,& quantum ad hoc in conditione datum eſt homini beneficium originalis iuſtitiæ,per quam anima continebat corpus vt poſſet non mori. Tertio,meritum mortis, & ſic homo peccando meruit illud beneficium amittere,& ſic mortem incurrit. Vnde dicit,quod,[impii manibus,ſcilicet pomum vetitum cõtrectando,accerſierunt mortem. Homo ergo demerendo cauſa eſt mortis,ſed Deus vt iudex. Stipendia enim peccati,mors,Roman. ſexto.[Semel.]Quod quidem verum eſt de communi conſuetudine,licet aliqui fuerint reſuſcitati,ſicut Lazarus & filius viduæ,qui poſtea mortui ſunt. Quantum autem ad ſecũdum dicit [Poſt hoc autem iudicium]quia poſtquam reſurgent,non iterum morientur,ſed ſtatim iudicium ſequetur. Omnes enim manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit,vt dicitur ſecundæ Corinthiorum quinto. Deinde cum dicit[Sic & Chriſtus &c.] Oſtendit,quomodo hæc cõueniũt Chriſto. Et quantum ad primum dicit quod.[Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt.] Et in hoc conuenit cum aliis. Sed differt in duo- bus,primo,quia cum Chriſtus non deſcenderit ab Adam per rõ nem ſeminalem,ſed quantum ad corpulentam ſubſtantiam,non contraxit peccatum originale,& ideo non fuit debitor illius ſtatus Gene. ſecundo,In quacumque die comederis ex eo morte moreris,ſed propria voluntate mortem aſſumpſit,Ioannis decimo, Nemo tollit a me animam meam &c. Ideo dicit,quod oblatus eſt Eſa. quinquageſimo tertio. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Et primæ Petri tertio. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Secundo differt,quia mors noſtra eſt effectus peccati. Romanorum ſexto. Stipendia peccati mors. Sed mors Chriſti eſt deſtructiua peccati Ideo dicit[Ad multorum exhauriẽda peccata,]ideſt remouenda. Nec dicit omnium,quia mors Chriſti,& ſi ſit ſufficiens pro omnibus,non tamen habet efficaciam,niſi quantum ad ſaluandos. Non enim omnes ſubiiciuntur ei per fidem & bona opera. Quantum ad ſecundum dicit[Secundo autem ſine peccato apparebit.] De ſecundo aduentu dicit duo. Primo,ponit differentiam eius ad primum,quia ſecundus erit ſine peccato. In primo enim, & ſi peccatum non habuerit,tamen venit in ſimilitudinem carnis peccati Romanorum octauo. Item,in primo factus eſt hoſtia pro peccato. ſecundæ Corinthiorum quinto,Eum qui peccatum non nouerat,pro nobis peccatum fecit. In ſecundo vero iſta non erunt, ideo dicit,quod apparebit ſine peccato Secundo,ponit illud,quod eſt proprium ſecundo aduentui,quia non apparebit,vt iudicetur, ſed iudicet,remunerans pro meritis. Vnde dicit,quod apparebit. Et quidem licet omnibus,etiam his qui eum pupugerunt,ſecundum carnem,tamen ſecundum diuinitatem ſolum electis. [Expectantibus ſe,]per fidem,[In ſalutem eorum.]Eſa. trigeſimo. Beati omnes qui expectant eum. Philippenſes tertio. Saluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratum corpori claritatis ſuæ.

CAP. X. LEC. I.

VMbram enim habens lex,futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinenter, numquam poteſt accedentes perfectos facere,alioquin ceſſaſſent offerri, ideo & nullã haberent vltra conſcientiam peccati cultores ſemel mundati,ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Impoſſibile.n.ẽ ſanguine taurorum,& hircorũ, auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hoſtiã & oblationem noluiſti

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apoſtolus conſideratis his, quæ aguntur in vtroque teſtamento, oſtendit præeminentiam noui teſtamenti ad vetus, hic probat vnum quod ſupponit, ſcilicet, quod vetus non poterat mundare peccata. Et hoc eſt vltimum illorum quinque,quæ præmiſerat de Chriſto. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit defectum veteris teſtamenti circa abolitionem culpæ. Secundo, ex hoc comparat ſacerdotem noui teſtamenti ad ſacerdotem veteris teſtamenti, ibi [Omnis quidem ſacerdos.] Iterum, prima in duas Primo enim,propo- nit quod intendit. Secundo probat per authoritatem ſcripturæ,

A tatio obſcura & imperfecta ecleſtiũ,ſicut vmbra,[Impoſſibile eſt ſanguine iſtorum auferri peccatum.] quod verum eſt ,ꝓpria virtute. Sed ſi alicui dimittebãtur hoc erat virtute ſanguinis Chriſti qui in illo præfiguabatur. Hiere. 11. Nunquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Quaſi dicat. Non. Deinde cum dicit, [tũ ingrediẽs mundũ &c.] Inducit authoritatem ſcripturę,& circa hoc facit duo Primo.n. ponit eam Secũdo expoñit eam ibi,[Superius dicens.] Iſta authoritas põt diuidi in duas ſecũdum glo. quia primo agit de incarnatione Chriſti,prefigurata in legalibus. Secundo , de paſſione Chriſti,ibi, [Tũc dixi.] Tamen ſecundum intentionem Apoſtoli,poteſt aliter dici,quod primo tangit illud,quod pertinet ad reprobationem veteris teſtamenti. Secundo illud,quod pertinet ad acceptionem noui teſtamenti,ibi,[Tunc dixi.] Iſta autem authoritas conuenit Chriſto ſecundum quod ingreditur in mundum,ergo quia illa non poterant auferre peccata,ideo[Filius Dei ingrediens in mundum, dicit.] Contra,quia dicitur Ioan.1. In mundo erat. Reſpondeo. Dicendum eſt,quod verum eſt quod erat in mundo,quaſi regens totum,inquantum dicitur eſſe in omnibus per eſſentiam,preſentiã & potentiam,ſed eſt extra mundum,quia a mundo non comprehenditur,ſed habet bonitatem ſeparatam a toto mundo,a quo cauſatur bonitas vniuerſi. Sed quia propter uus factus eſt humanæ naturæ ſuppoſitum,dicitur ingredi in mundum propter eius aſſumptionem,ſicut ſupra 1. Cum iterum introducit primogenitũ in orbem terræ &c. Ingrediens ergo in mundum dicit. Sed quid dicit?[Hoſtiam & oblationem noluiſti.]Ponit autem quatuor, q̃ erant in veteri teſtamento,quia ſacrificium auferat de inanimatis,puta,pane vel thure,& tũc dicebatur oblatio,vel de animatis, & tunc vel ad placandum Dicitur holocauſtum quod erat dignius ſimum,quia totum comburebatur,& cedebat in honorem Dei, aut erat pro emundatione peccatis,& dicitur ſacrificium pro peccato. Et iſtud habebat duplicẽ partẽ,quia vna pars cõburebaẽ altari,altera cedebat i vſum miniſtrorũ aut erat pro bñficiis Dei,& iſtud minus digaum,quia tñ tertia pars cõburebatur, & dabatur miniſtris vna,alia offerentibus,& iſtud dicitur ſacrificium pacificorum. Iſtis omnibus in nouo teſtamento reſpondet oblatio corporis Chriſti,quia per corpus Chriſti placatus eſt Deus,ſcilicet in oblatione ipſius in cruce. Rom.5 Cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filii eius. Item, per ipſum ablatum eſt peccatum. 1. Pet.3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Item per ipſum introducimur in bona eterna,& promeremur ad beneficia Dei. Dicit ergo,[Hoſtiam,]ſcilicet[ſacrificium, & oblationem noluiſti.] Et interponit poſt, [Corpus autem aptaſti mihi]ideſt aptum feciſti immolationi. Et hoc,quantum ad duo. Primo. quia fuit puriſſimum,vt deleret omne peccatum. Exo. 12. Erit agnus abſque macula. Item,quia fuit paſſibile vt poſſet immolari. Rom. 8. Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. Iſtud autem corpus eſt vera hoſtia & vera oblatio. Epheſ. 5. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem,& hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.]Maius eſt placere,quam velle,quia illa placent, quæ in ſe,habent aliquid vt ea velimus. Volumus aũt aliquando aliqua nõſed propter ſe,ſed propter aliud. Quia ergo holocauſta digniora erant,de quibus tamen dicit,quod nõ placuerũt,ergo multo minus alia. Sed contra,quia leuit. 1. dicitur, quod adolebat ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtum,& ſuauem odorem domino. Præterea ſi noluit ea quare præcepit hæc ſibi offerri? Reſpondeo, Dicendum eſt,quòd hoc quod Deus dicit illa nolle,poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quod non vult ea pro tempore iſto, in quo adueniente veritate ceſſat umbra,unde modo peccaret, qui ea offerret. Alio modo,quod nõ vult ea propter peccata offerentium Eſa. primo. Manus enim ueſtræ,ſanguine plenæ ſunt. Tertia reſponſio ad quam Apoſtolus tendit,eſt,quia iſta nunquam ſecundum ſe placuerunt Deo,nec accepta fuerunt , ſed ,propter duo dicuntur accepta. Primo,quia erant figura Chriſti,cuius paſſio Deo accepta fuit. Non enim delectabatur in occiſione animalium,ſed in fide paſſionis eius . Omn a enim in figura contingebant illis primo Corint. 10. Secundo ut nos ab idolatria reuocaret

B bi,quæ ſecundum legem offeruntur tunc dixi,ecce venio vt faciam Deus voluntatẽ tuam: aufert primum,vt ſe

C

D

E

caret per ista sacrificiā, unde in prima legis datione, nulla fit mentio de sacrificijs, sed tantum postquam fecerunt uitulum. Vnde Hiere. 7. Non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustorum & uictimarum. Deinde cum dicit [Tunc dixi &c.] Prosequitur de approbatione noui testamenti, & secundum glo. sic legitur, [Tunc,] scilicet q̄ do aptasti corpus mihi scilicet in cōceptione dixi, [Ecce venio,] idest venire proposui, s. ad passionē. 1. Ioā. 5. Hic est qui venit per aquam, & sanguinem Iesu Christus, vel melius est, quod referatur ad aduentum in mundum sic [Tunc,] s. qn̄ holocausta non placuent tibi. [Dixi, venio] Per incarnationem Ioan. 16 Exiui a patre, & veni in mundū. Et hoc vt offeram me ad passionem. Et ideo dicit [Ecce.] Sed nunquid istud sacrificium erit acceptum? Certe sic, quia [In capite libri scriptum est de me.] Iste liber est Christus secundum humanam naturam, in quo scripta sunt omnia necessaria homini ad salutem. Esa. 8. Sume tibi librum grandem. Caput autem Christi est Deus. 1 Corint. 11. In capite libri, idest in ordinatione Dei, q. est caput Christi, qui est liber, scriptum est, quod filius Dei incarnari deberet & mori. Vel liber idest psalterium, cuius primus psalmus est de Christo. Vel melius, liber vitę, qui nihil aliud est quā notitia, quam Deus habet de prædestinatione sanctorum, qui saluantur per Christum. Ergo in isto libro scriptum est de me, quia sancti per me prædestinati sunt. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Si ergo prædestinatio dicitur liber, manifestum est, quod Christus caput est libri. Apocal. uigesimo primo Qui non sunt scripti in libro vitæ agni. Qui simpliciter est prædestinatus Ro. 1 Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Ergo in capite libri, idest in me secundum naturam humanam [Vt faciam voluntatem,] s. [tuam,] idest hoc præordinatum est, vt per gratiam tuam faciam voluntatem tuam, offerendo meipsum ad redemptionem humani generis. Deinde cum dicit [Superius dicens.] Exponit authoritatem premissam, & circa hoc facit duo. Primo enim, assignando ordinem dicendorum, ponit differentiam inter nouum & vetus testamentū Secundo, exponit specialiter quoddam suppositū in authoritate, ibi [In qua voluntate.] Dictum est autē, q̄ duo tangebantur in authoritate allegata. Vnum, quod pertinet ad reprobationem veteris testamenti. Reprobatur autem vetus testamentum, dupliciter, tū, quia Deus sacrificia eius non vult, tum, quia sibi non placent, & sic Dauid ꝓpheta [Dicens superius,] idest in principio. Et quid dicit? [Quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & ꝓ peccato noluisti.] Esa. 1. Holocaustum arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum & hircorum, nolui & cætera [Noluisti, verum est secundum se [Nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, idest in his non delectaris. Psal. 50. Holocaustis non delectaberis, nisi quia sunt figura, uel inquantum per ipsa retrahebantur ab idolatria. Hoc ergo primo dicens subiungit [Tūc dixi,] s. quando carnem aptasti mihi ad passionem, uel quando ista non placuerunt [Ecce uenio] uel ad incarnationem, uel ad passionem, sed [ad quid? [Vt faciam uoluntatem tuam.] Ioan. 6. Descendi de cœlo, ut faciam uoluntatem, qui misit me. Ioan 4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Propheta ergo hoc dicens, [Aufert primum, ut sequens statuat.] in quo ostendit differētiam ueteris & noui testamenti, quia loquens de ueteri dicit q̄ nō uult, nec placent Deo. s. secundum se. Ergo auferuntur, sed quādo de nouo loquitur, dicit quod uult, quia ad hoc uenio ut faciā uoluntatem tuam. Ergo nouum statuitur, idest firmatur esse secundum uoluntatem Dei. Leui. 16. Vetera, nouis superuenientibus, proiicietis. Deinde cum dicit [In qua uoluntate,] Exponit illud quod dixerat de uoluntate Dei ad quam implendam uenit Christus, scilicet quæ sit illa uoluntas: Hæc autem est sicut dicitur primo Thessal. 4. Hæc est uoluntas Dei, &c. sanctificati sumus,"] & hoc [Per oblationem corporis Christi Iesu,] scilicet factam. Ephe primo Obtulit semetipsum oblationem & hostiam Deo. Et hoc [Semel] primo Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Deinde cum dicit. [Et omnis quidem sacerdos.] Ostendit comparationem sacerdotis, noui, & veteris testa-

quens statuta. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quę non possunt auferre peccata, hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellū pedū eius. Vna. n. oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos, & spiritussanctus. Postquā enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas & peccatorum, & iniquitatum eorum, iam non recordabor amplius. G Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

F menti. Sciendum autem, quod in lege erant duo solemnia sacrificia. Vnum in die expiationis, quod fiebat per solum summum pontificem, de quo multa iam dicta sunt. Aliud erat iuge sacrificium, in quo vnus agnus offerebatur in mane, & alius in vespere, de quo Nume. 28. De isto etiam intendit hic Apostolus, & circa hoc tria facit. Primo enim ponit illud quod pertinet ad sacerdotem veteris testamenti. Secundo ponit illud, quod pertinet ad sacerdotē noui. Tertio confirmat per authoritatem. Secundum ibi. [Hic autem vnā.] Tertium, ibi] Cōtestatur autem.] Dicit ergo [Omnis sacerdos &c] Dicit, [Oīs,] ad differentiam sacrificii expiationis, quod tantum per summum sacerdotem fiebat, sed in isto [Omnis sacerdos præsto est tota die ministrans, & sæpe offerens easdem hostias,] quia semper offerebat agnum; Quæ, scilicet hostiæ feriales [Non poterant auferre peccata,] quia iterabantur Hierem. 11. Nonquid carnes sanctæ auferēt a te malitias tuas in quibus gloriatus es. Per istud iuge sacrificium figuratur Christus, & ęternitas eius, qui est agnus immaculatus. Deinde cum dicit, [Hic autem vna pro peccatis.] Ostendit illud, quod pertinet ad sacerdotium Christi. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit intentum. Secundo, assignat rationem, ibi, [Vna. n.] Dicit ergo [Hic autem,] scilicet Christus, [Offerens vnam hostiam pro peccatis,] auferētem, scilicet, peccata. Illa vero vetus lex multas offerebat hostias non expiantes peccata, [Hic ergo,] scilicet Christus, [Offerens vnam hostiam,] quia semel pro peccatis H nostris semetipsum obtulit, [Sedes,] non tamquam minister sicut sacerdos legalis, qui semper præsto est, sed tanquā Dominus. Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Matth. vlt. Sedet a dextris Dei. In dextera Dei patris, quantum ad æqualitatem potestatis secundum diuinitatem, sed in potioribus bonis secundum humanitatem. supra. 1. Sedet ad dexteram maiestatis, &c. Et hoc [In sempiternum.] Non enim iterum morietur, quia Christus resurgens ex mortuis &c. Roma. 6. Dan. 7. Potestas eius æterna, [De cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellū pedum eius,] Ista expectatio non innuit aliquam anxietatem in Christo, sicut in hominibus, Spes quę differtur affligit animam vt dicitur Prouerb. 13. sed designat voluntatem miserendi, quam Deus habet erga nos Esa. 30. Expectat Dominus, vt misereatur nostri. Subiiciūtur ergo pedibus eius, idest humanitati Christi aliqui volentes, & in hoc salus ipsorum consistit scilicet in facien- I do voluntatem eius, Ez. 10. Vsquequo nō vis mihi subiici. Sed mali nolentes ipsi subditi sunt, quia, etsi voluntatem eius per se nō implent, tamen de ipsis impletur quantum ad opus iustitię. Et sic, omnia sunt ei subiecta, aliquo istorum modorum. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Deinde cum dicit, [Vna enim oblatione.] Assignat rationem scilicet, quare sedet tāquam Dominus & non tanquam minister sicut sacerdos legalis, quia ille per hostiam vnam non auferebat peccata, & ideo oportebat plures ad offerre & frequenter. supra. 5. Omnis enim pontifex ad offerentia munera & hostias constituitur, sed hostia quam Christus obtulit aufert omnia peccata supra 9. Christus semel oblatus est ad multorum ex haurienda peccata. Et ideo dicit, quod [Vna oblatione consumauit,] idest perfecit, quod fecit reconciliando & coniungendo nos Deo tanquā principo, [Sanctificatos in sempiternū,] quia hostia Christi qui Deus & homo, habet virtutem æternam K sanctificandi infra. 13. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum &c. Per Christum enim perficimur, & cōiungimur Deo Rom. 5. Per quem accessum habemus ad Deum. Deinde cum dicit. [Contestatur autem] Confirmat quod dixerat per authoritatem, quæ sumpta est ex Hier. 31 quę quia supra octauo exposita est, ad præsens intermittatur. Et tamen potest diuidi in duas partes. Primo, ponit authoritatem. Secundo ex ea arguit ibi, [Vbi autem horum remissio.] Et facit talem rationem, In nouo testamēto remittunt peccata per oblationē Christi, quia in remissionē peccatorum effusus est sanguis Christi. ergo in nouo testamento, in quo peccata & iniquitates remittuntur, vt dictum est in authoritate, [Non est oblatio ꝓ peccato] supple, amplius iterāda. Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus [Vbi ergo est horum remissio, iam non est &c.] Fieret enim iniuria hostiæ Christi.

LECTIO

LECTIO II.

Posquam ostendit Apostolus multiplicem eminentiam sacerdotii Christi respectū sacerdotii legis, hic iuxta consuetudinē suam concludit, monendo quod isti sacerdotio fideliter inhærendum est. Hoc n. semper supra fecit, q̄ post commendationem ponit ammonitionem, quia adhoc susceperat commendare gratiam Christi, vt alliciat eos ad obediendum Christo & recedendum a cęremonialibus legis. Circa hoc ergo duo facit, quia primo ponit monitionem, secundo, assignat rationem, ibi, [Voluntarie enim.] Sciendum est autem circa primum, quod duo dixerat de sacerdotio Christi, scilicet, virtutem ritus eius quia per proprium sanguinem, item dignitatem ipsius, quia Pontifex in æternum. Et ideo in monitione sua resumit ista duo Vnde monēdo, quod fideliter obediendum est Deo Christo, Primo, ponit illa duo. Secūdo, ponit suam monitionem, ibi [Accedamus cum bono corde.] Item prima in duas, quia primo resumit ritum sacerdotii eius, secundo dignitatem, ibi [Et sacerdotem magnum.] Dicit ergo [Itaque fratres,] scilicet per mutuam charitatem. [Habentes fiduciam in introitu, &c.] Ephes. 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, & cætera Exo. 15. Introduces eos, & plātabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo, & cętera Psalm. 121. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et hoc [in sanguine Christi,] quia, Hic est sanguis noui testamenti, idest nouæ promissionis scilicet cœlestium. Sed quomodo habeamus fiduciam introeundi, ostendit, quia Christus per suum sanguinem [Initiauit, s. inchoauit. [Nouam viā nobis.] Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Io. 15. Si abiero & preparauero vobis locum & cætera Es. 35. Sancta via vocabitur, & pollutus non transibit per illam Hæc est ergo via eundi in cœlū. Et est [Noua,] quia ante Christum nullus inuenit eā, quia, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo. Io. 3 Et ideo q. vult ascendere debet ipsi, tanquam membrum capiti suo, adhærere. Apoca. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod est in paradiso Dei mei. Et ca. 3. Et scribam super eum nomen nouum, & nomē ciuitatis nouę Hierusalem, quia. s. de nouo introducuntur [Viuentem] idest semper perseuerantem, in quo apparuit virtus deitatis, quia semper viuit. Sed quæ sit ista uia ostendit subdens, [Per velamen idest carnem suam.] Sicut. n. sacerdos per velum intrabat in Sancta Sanctorū, ita si volumus intrare sancta gloriæ, oportet intrare per carnem Christi qui fuit velamen deitatis, Esa. 45. Vere tu es Deus absconditus. Non enim sufficit fides de deitate, si non adsit fides de incarnatione. Io. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Vel per velamen, i. per carnem suā, datam nobis sub velamento speciei panis in sacramento. Non. n. proponitur nobis sub specie propria, propter horrorem, & ꝓp meritum fidei. Consequenter commendat dignitatem sacerdotis cum dicit. [Et sacerdotē magnū,] q. sinobis initiauit viam. q. d. Habentes fiduciā intrandi p. sacerdotē. s. Iesum. Ps. 109. Tu es sacerdos in æternū. Qui dē magnus quia sacerdotium eius non est tantum super vnum populum, sicut Aron, sed [Super domum Dei] totam. i. ecclesiam militātē, & triūphantē. 1. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, q̄ est ecclesia. Et dicit, super quia Moyses fuit fidelis in omni domo, tanquā famulus. Num. 12. Sed Christus super totā domū, sicut filius qui est Dominus omniū. Matth vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De hoc ēt supra 3. Deinde cū dicit [Accedamus] ponit monitionē suam, vt. s. ex quo talis & tantus est fideliter est ei adhærendum, quod fit tribus modis scilicet per fidem, spem, & charitatem primo Cor. 14. Nunc autem manent fides, spes, charitas. Primo ergo monet ad ea, quæ sunt fidei. Secundo ad ea, quæ sunt spei, ibi [Teneamus spei.] Tertio ad ea, quæ sunt charitatis, ibi [Et consideremus.] Sed quantū ad primum, duo sunt necessaria. i. ipsa fides, quia Sine fide impossibile est placere Deo. & fidei sacramentū. Quantum ad primum dicit [Accedamus] id ipsum Cum vero [non ficto [Corde.] 4. Reg. 20. & Isa. 38. Memento, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. Hoc aūt fit, qn̄ opus concordat cordi Accedamus ēt in plenitudine fidei. Infra 11. Accedentem ad Deū oportet credere &c. Nec sufficit qualiscunq; fides, sed requiritur fides

LECTIO II.

Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam & viuetem per velamē. i. carnem suam, & sacerdotem magnum super domū Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei asperſi corda a conscientia mala, & abluti aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilē. Fidelis enim est qui repromisit, & consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tāto ma- B gis, quantum videritis appropinquantem diem.

A plena, q̄ fit duobus modis. s. & quantū ad materiā fidei, ut credantur omnia, quæ proponuntur ad credendum, & quod sit fides formata, quod est per charitatem. Rom. 13. Plenitudo enim legis est dilectio. Quantum ad sacramentum fidei dī, [Asperſi corda vestra, quod alludit ei, quod dicitur Num. 19. Vbi ponitur ritus vitulę rufę, de cuius aqua aspergebatur mundādus die tertio, sed die septimo alia aqua lauabatur corpus eius & vestimēta. Per aspersionem aquæ vitulæ rufæ figurabatur passio Christi q̄ a die tertia. s. in fide trinitatis i baptismo, mundamur a peccatis. Et quantū adhoc dicit, [Aspsi corda] non corpora. Infra 12. Accessistis ad sanguinis aspersionem. Asperſi ergo corda non a tactu mortui sicut per aquam vitulæ rufæ, sed, [A conscientia mala.] De ablutione autem, quæ fiebat septima die dicit, [Et abluti corpus aqua munda.] Non enim in baptismo operatur tantū virtus passionis, sed etiam infunduntur in ipso dona Spiritussancti. Vnde in septima die, i. in plenitudine donorū Spiritussancti, totus homo abluitur intus & extra ab omni peccato tam actuali q̄ originali, quod est pasi corporale, quia anima ipsum contrahit p vnionem ad carnem fœdam. Dicitur autem Spiritussanctus aqua quia mundat. Act. 15 Fide purificans corda ipsorum. Ezec. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos Zachar. 13 Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieru- C salem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti. Et in huius signum super Christum baptizatum, descendit Spiritussanctus in corporali specie. Deinde cum dicit, [Teneamus spe nostræ.] Ponit illud, qd' pertinet ad spem. Et circa hoc facit duo. Primo enim, hortatur ad spei certitudinem. Secundo, subdit rationem, ibi. [Fides enim est quæ.] Sciendum est autem, quod per fidem Christi datur nobis spes salutis æternæ, & introitus in cœlū. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spē viuam. Vnde dicit. [Teneamus,] & non dicit spem, sed, [Spei nostræ confessionem,] quia non sufficit habere spem in corde, sed ēt oportet confiteri ore. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item, oportet confiteri eam non solum verbo, sed etiam factis, cōtra quosdam, de quibus Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant Fit autem ista confessio per opera, per quæ tendi- D tur ad res speratas. Apocal 3. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam, [Indeclinabilem,] idest vt ab ista confessione non declinemus, neque per prospera, neque per aduersa. Psal. 124. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea & non declinetis, neque ad dextram, neque ad sinistram. Et ratio huius est, quia, [Ille qui repromisit est fidelis] & ideo mentiri non potest. Psal. 104. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Deuter. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Consequenter cum dicit, [Et consideremus &c.] ponit illud quod pertinet ad charitatem, & circa hoc facit tria. Primo enim, facit quod dictum est. Secundo, remouet contrarium charitatis, ibi, [Non deserentes.] Tertio, assignat rōnē ex congruitate tēporis, ibi, [Et tanto magis &c.] Circa primum sciendum est, q̄ licet charitas principaliter inhæreat Deo, tamen manifestatur per charitate proximi. 1. Io. 4. Qui n. nō E diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quō pōt diligere? Ergo ad charitatem pertinet, q̄ diligatur proximus. Ideo dicit, [Consideremus inuicem,] vt. s. ea, quæ sunt proximi, soli ite faciamus. Eccles. 17. Et vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Sed q̄ a aliq ea, q̄ sunt proximi considerāt zelo inuidiæ, aliq. vero zelo odii, contra quosdā Prouerb. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, ideo dicit, [In prouocationem charitatis,] i. vt prouocemus eos ad charitatem. Rom. 11. Quandiu Apostolus Gentiū sū, ministeriū meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum ꝓuocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Ista autē prouocatio procedit ex dilectione, quæ extenditur ad opus exterius. 1. Io. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sicut. n. dicit Greg. Non est amor Dei otiosus. Operatur. n. magna si est. Si autem operari renuit, amor non est. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Ideo subdit, [Et bonorum operū. Coloss. 1. In omni opere bono fructificātes, Deinde remouet contrarium

trarium

trarium charitati cum dicit,[Non deserentes &c.]Quia enim charitas est amor, proprium autẽ amoris est vnire, quia vt dicit Dyonysius, Amor est vis vnitiua. Ioan. 17. Vt sint vnum sicut & nos vnum sumus & cognoscat mundus, quia dilexi eos, & meus dilexisti, ideo recedere ab inuicem, est directe oppositum charitati. Et ideo dicit,[Non deserentes collectionẽ nostram,]scilicet ecclesię quam aliqui deserunt tripliciter, s. pp persecutiones apostatantes a fide, Et isti significantur per illos, de q̃bus dicitur Ioan. 6. quod Abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant. Matt. 13. Facta tribulatione & persecutionibus propter verbum continue scandalizantur. Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore generationis recedunt. Secundo, mali prælati, qui dimittunt oues in periculo. Ioan. 10. Mercenarius fugit, quia mercenarius est. Aliqui vero ex superbia, quia cum possent esse vtiles ad regendum, cum nota superbiæ ab alijs se separãt. Iudæ 1. Hi sunt qui segregant se ab alijs, animales, spiritum non habentes, quasi sub specie maioris perfectionis. Et forte tales erant in tempore illo. Ideo sequitur,[Sicut consuetudinis est q̃busdã,] contra quos dicitur 1. Corinth. 11. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinẽ non habemus in ecclesia Dei. Sed quid debẽt facere, subdit,[Sed consolantes,]quasi dicat. Si videas quod socius tuus male se habet, non deseras eum, sed consolare, non sicut, illi qui deserunt collectionem de quibus dicit, [Sicut est consuetudinis quibusdam &c.] Consequenter cum dicit, [Et tanto magis]assignat causam huius. Posset enim aliquis dicere, quare debemus nos in fide proficere. quia motus naturalis, quanto plus accedit ad terminum, magis intenditur: contrarium est de violento. Gratia autem inclinat in modum naturę, ergo qui sunt gratia quanto plus accedunt ad finem, plus debent crescere Et ideo dicit,[Non deserentes [sicut quidam, sed consolantes. Et hoc,[Tanto magis quanto videritis appropinquantem diem,]id est terminum. Ro. 13. Nox pręcessit, dies autem appropinquauit. Prouerb. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens proficit, & crescit vsque ad perfectum diem.

LECTIO III.

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autẽ quidem expectatio iudicij, & ignis ęmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum quia iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

LECTIO III.

Svpra Apostolus posita commẽdatione excellentiæ sacerdotij Christi, & subiuncta admonitione, vt illius sacerdotio adhæreant per fidem & charitatem, hic probat monitionẽ suã per rõnẽ Et hoc facit dupliciter, primo, terrendo, secundo demulcendo, ibi, Rememoramini autem pristinos dies. Circa primũ duo facit, q. primo, terret eos ad obseruandũ monitionẽ suã pp subtractionẽ remedij, scdo, pp expectationem iudicij, ibi,[Terribilis autem.] Dicit ergo,[voluntarie &c.]Quod dupliciter exponitur. Vno mõ, secundũ gl. q̃ vt facere differentiã inter peccantes volentes & voluntarie, ita q̃ volens peccat, qui quasi passione ductus consentit in peccatũ de quo ante non cogitauit, voluntarie aũt qui ex certa malitia, cuius voluntas prona est ad peccandũ, vt statim cedat. Hiere. 8. Oẽs conuersi sunt ad cursũ suũ, quasi equus vadens impetu ad plũ, nec postea pænitet. Prou. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Ergo,[Voluntarie peccanti,] i. in voluntate peccandi permanentibus Et exaggerando subdit, [Post acceptam notitiam veritatis.] 2. Pet 2. Melius erat illis viam iustitiæ non agnoscere, quam post agnitionem retrorsum conuerti,[Iam non relinquitur hostia pro peccatis.]i. hostia quã Christus obtulit p remissione peccatorum, non est nobis vtilis, quia illis dimittuntur peccata, qui de ipsis pęnitent. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur, scilicet efficaciter, sed de malis dicitur Esaiæ 49. In vacuum laboraui, sine causa, & vane, fortitudinem meã consumpsi. Hie. 6. Frustra conflauit conflator, malitiæ eius non sunt consumptæ. Sed melius põt dici, & secundũ intentionẽ Apostoli, quia secundum Aug. Liberũ arbitrium habet multiplicem statũ, quia in statu extra gratiam ante quam reparetur per gratiam, non est in potestate nostra peccare mortaliter, vel nõ peccare, & hoc pp præconceptionem finis, & habitum inclinantem, quod quidem verum est, secundum magnum tempus, sed per aliquam moram, si operetur ex præmeditatione, põt vitare hoc peccatũ, vel illud. Sed postquãper gratiam reparatus est hõ, omnino in potestate eius est vitare peccatũ mortale, & ẽt veniale in particulari, nõ aũt omnino in vniuersali, & hoc est propter auxilium gratiæ saluantis. Et ideo dicit, [Nobis peccantibus voluntarie post acceptã notitiã veritatis,]i. post acceptã gratiã per quã habetur notitia peccati, quia ante notitiam peccati, peccatum nostrum a Deo nobis non imputatur, vnde quasi dicitur ipsum ignorare, quia non imputat nobis. Sed post. [Iam nõ est pro peccatis hostia]ad re.n. reparationẽ, quę facta est p Christum, relinquebatur hostia ista, q̃ expectatur, sed nunc iam nõ expectatur alia mors eius, ita nec post baptismũ semel acceptũ expectatur alius baptismus. Deinde cũ dicit.[Terribilis autem deterret, expectatione diuini iudicij. Et circa hoc duo facit, primo enim, terret, secundo, subdit rationem, ibi,[Irritam quis faciens.]Sic ergo dictum est, quod non relinquitur vltra hostia. Quid ergo? Illud q̃ supra dictum est 9. cap. quod Post mortem est iudicium. Iob 19. Scitote esse iudicium. Istius iudicij expectatio est valde terribilis, tum propter conscientiam peccatorum. Iacob. 3. In multis offendimus omnes, tum etiam, propter imperfectionem iustitiarum nostratum. Esa. 16. Iustitiæ nostrę quasi pannus menstruatæ Ps. 118. A iudicis tuis timui Abacuc 3. Audiui & conturbatus est venter meus. Est afflictiua. Vnde dicit,[Et ignis æmulatio,] idest pœna ignis, quæ infligitur ex zelo & æmulatione diuinæ iustitię. Exo. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes &c. Zelus autem est amor sponsi. Sicut ergo sponsus non parcit sponsę malæ, sic nec Deus animę peccatrici. Prouerb. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ. Sequitur,[Quæ consumptura est aduersarios.] Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, quia ignis qui præcedet faciem iudicis, corpora viuentium incinerabit & reprobos detrudet in infernum, & corpora eorum consumet, non totaliter consumendo, sed in perpetuum cruciando. Consequenter cum dicit,[Irritam quis faciens [Probat quod dixerat de terrore iudicii, & primo per locum a minori, secundo, per authoritatem, ibi,[Scimus autem illam.]Primum accipit ex lege. Tanto enim aliquis est reus maioris pœnæ, quanto rem magis sacram contemnit. Cum ergo vetus testamentum nõ sit ita sanctum sicut nouum, & transgressor illius grauissime puniebatur. ergo transgressor noui, longe grauius debet puniri. Circa istud argumentum duo facit, primo enim ponit istud quod fiebat in veteri, secundo illud, quod, fiendum est in nouo, ibi, [Quanto magis.] Quantum ad vetus ponit culpam & pœnam. Culpam cum dicit. [Irritam quis faciens legem Moysi.]Irritum dicitur, quod non sortitur debitum finem. Lex autem non solum uetus, sed etiam quælibet datur, ut inducat homines ad uirtutem, & faciat abstinentes a uitiis. Et ideo q̃ transgreditur legem, & uacat uitiis, quantum est in se, legem irritam facit. Matth. 15. irritũ fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras. Genes. 17. Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Et pęnam ostendit cum dicit,[Sine ulla miseratione.] Et ista pœna est ualde grauis, quia infligit mortem. Vnde dicit, [Moritur. Exo. 22. Maleficos non patieris uiuere. Item, quia irremissibilis Vnde dicit[Sine ulla miseratione.] Deuter. 19 Morietur, nec misereberis eius. Sed nunquid lex Dei excludit misericordiam? Constat q̃ non. Oseæ 6. Misericordiam uolui, & non sacrificium. Respondeo, Dicendum est, quod differunt misericordia, clementia & uenia, quia misericordia est, quando homo ex quadam passione cordis & animi mouetur ad remittendum pęnam, & hoc aliquando est contra iustitiam, & istam prohibet. Venia autẽ est quando propter aliquam utilitatem publicam, remittit aliquid de pœna debita. Clementia est, quando non solũ de pœna aliquid sed etiam de culpa remissius iudicat. Ista duo nõ prohibentur, sed misericordia primo mõ dicta, q. est contra iustitiã, & inducit dissolutionẽ. Moritur ergo & hoc,[Duobus uel tribus testibus,]supple cõuictus Deut. 17. In ore duorũ, uel triũ testiũ, stat oẽ uerbũ. Causa aũt quare lex numerũ testiũ determinat sm Aug est, ut per hoc designetur immobilitas ueritatis, q̃ ẽ in sancta Trinitate. Nec refert si nominet ẽ duas psonę uel tres, q. sẽper in duabus intelligĩ tertia, i. Spiritussanctus q̃ est nexus amborũ. Ista rõ mystica est, sed literalis est, ut q. in iudicio unus affirmat, alter negat, non plus credẽdũ est uniquã alteri. Multitudini aũt est credendũ. Omnis aũt multitudo completur numero ternario, Et ideo sufficit quod sint duo cum accusante, sed tertius testis superadditur ex abundanti. Deinde cũ dicit,[Quanto magis]ponit id q̃ spectat ad nouum

nouum testamentum. Et primo, ponit pœnam, secundo, culpam, ibi [Qui filium Dei.] Quantum ad pœnam dicit. [Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia.] Quia enim in nouo testamento per Christum prædicatum est, ideo peccans in ipso, grauius punitur. Matth. 11. Veruntamen dico vobis, q̃ Tyro, & Sydoni remissius erit quam vobis in die iudicij. Sed nunquid plus punitur peccator Christianus, q̃ infidelis? Quia si sic, melius esset, q̃ omnes essent infideles. Respondeo, Dicendum est, q̃ aliud est de illis qui fidem contemnunt, q. a isti proprie sunt contemptores, Aliud de illis, qui ex ignorantia fidem non annunciatam, non tenent, & talibus peccatum infidelitatis non imputatur. Sed qui fidem annunciatam contemnit, grauius punitur, quia peccatum infidelitatis maximum est. Si ergo cõparamus Christianum, & Iudæum, qui non contemnit, & vterque sit adulter, tum grauius punietur Christianus quam Iudæus, quia nõ solum pro adulterio, sed etiam quia magis ingratus est. Sed nunquid vniuersaliter verum est, quod semper idem peccatum in specie, grauius punitur in maiori? Respondeo, Dicendum est, quod dupliciter peccatur. Vno modo, ex surreptione. Et sic quando aliquis dat se operibus diuinis, si ex surreptione peccat, minus punitur 2. Paralip. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Deum patrum suorum. Psal. 36. Cum ceciderit non collidetur. Sed si ex contemptu, magis peccat, quia cum sit in statu altiori, magis contemnit. Et de talibus loquitur hic, qui sunt magis ingrati. Quantum vero ad culpam dicit, [Qui filium Dei conculcauerit.] Sciendum vero est, quod Apostolus grauitatem culpæ eorum, qui peccant in nouo testamento, ostendit ex beneficijs nobis a Deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximum & pretiosum habebat, scilicet filium suum vnigenitũ 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. Dedit etiã Spiritumsanctum Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis. Ingratitudo autem super tantis beneficijs, aggrauat peccatum. Circa ingratitudinem vero super datione filij duo consideranda sunt ac ponderanda, scilicet mysteriũ incarnationis, in qua datus est nobis. Esa. 9. & sacramentum passionis, in qua pro nobis se obtulit supra 6. Sanguis Christi, qui p Spiritumsanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo &c Et ideo quantum ad primum dicit,[Qui filium Dei,]scilicet pro nobis incarnatum,[Conculcauerit,]idest vilipenderit, scilicet non credendo, quod fides filij Dei sit sufficiens ad salutem, sicut illi qui legalia seruabant. Gala. 3. Ante quorum oculos Christus proscriptus est. Item, non obediendo eius mandatis, nec viuendo secundum doctrinam eius. 1. Reg. 10. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quantum ad secundum dicit.[Et sanguinem testamenti,]i. Christi sanguinem confirmatiuum noui testamenti. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, &c.[Pollutum duxerit]idest reputauerit pollutum, vt scilicet non possit mundare, sicut pullutos in se non mundat. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur, q.d. Nullus, scilicet secundum quod mundatio, tantum fiebat per sanguinem animalium. Item, pollutum duxit, qui virtute eius in baptismo ablutus, peccat redeundo ad vomitum. Apocal. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et ideo dicit, [In quo sanctificatus est &c.]idest per quem sanctificatus est 1. Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Malac. 1. In omni loco offertur oblatio munda nomini meo, quia magnum est nomen meum in gentibus. Item, qui peccat post alia sacramenta, etiam potest dici sanguinem Christi pollutum ducere. Item, aggrauatur peccatum ex contemptu Spiritussancti. Et ideo dicit[Et spiritui gratiæ, iniuriam fecerit,]idest contumeliam quã facit, qui non credit, quod gratia Spiritussancti sit data per Christum, vt habetur Ioan. 14. Rogabo patrem, & alium paraclerum dabit vobis, sufficiat ad salutem sine legalibus, vt scilicet remissionem peccatorum ascribat obseruantijs legis. Vel conculcat Christum, qui libere absque timore sanguinem Christi polluit, qui eo indigne communicat [Spiritui] gratis dato, Ephes. 2. Donum enim Dei est, & non ex operibus[Contumeliam.]Iniuriam facit qui Christum per peccatum a se abijcit. Sapien. 1. Corripietur, idest expelletur a superueniente iniquitate. Ephes. 4. Nolite contristare Spiritumsanctum Dei. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere, Deinde cum dicit,[Scimus enim &c.] probat quod dixit per authoritates. Et circa hoc facit duo, primo enim, probat ponendo authoritates: secundo, concludit ex eis, ibi.[Horrẽdum est.] Dicit ergo, Scimus illum qui dixit Deut. 32. secundum aliam literã. [Mihi vindictam]supple seruate. Litera nostra habet, Mea est vl. Et nunquid reddes? immo[Et ego retribuam.]Sed contra. Si soli Deo seruatur vindicta, quare iudices vindicant? Respondeo, ad hoc respõdet Apostolus Roma. 13. q̃ iudex est minister Dei. Vnde non iudicat, propria authoritate, sed Dei. Secunda authoritas est ibidem [Iudicabit Dominus populum suum.] Si suum, ergo multo magis inimicos. 2. Petr. 4. Si iustus vix saluatur, impius & peccator vbi parebit. Vel populũ suum. i. qui fidem suam non contemnunt, quia infideles damnabũtur, & non iudicabuntur iudicio discussionis In iudicio enim, ut dicit Greg. quatuor erunt ordines. Quidam qui non iudicabuntur, sed iudicabunt, & saluabuntur, scilicet Apostoli, & apostolici viri. Quidam qui iudicabuntur, & saluabũtur, vt mediocriter boni. Quidam qui iudicabuntur, & damnabuntur, vt mali fideles. Quidam qui non iudicabuntur, & damnabuntur, vt omnes infideles. Deinde cum dicit[Horrendum est,]ponit cõclusionem. Ex quo enim vindicta reseruanda est Deo, qui iudicabit populum suum. [Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.]Quanto enim iudex iustior, & fortior est, tanto magis timendum est. Psal. 5. Deus iudex iustus, & fortis. Ergo horrendum est incidere in manus eius. Dan. 13. Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras. Eccl. 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum Sed contra 2. Reg. vlt. Dauid tanquam melius prælegit incidere in manus Dei. Respondeo. Dicendũ est, quod homo peccat offendendo hominem, & offendẽdo Deum. Melius autem est incidere in manus hominis offendendo ipsum, quã in manus Dei ipsum offendendo. Vel dicendum est, quod melius est peccantem, & contemnentem incidere in manus hominis, peccantem vero sed pœnitentem in manus Dei. Et sic elegit Dauid. Vel dicendum est, quod vsque ad iudicium non est horrendum in manus Dei incidere, qui iudicat misericorditer quandiu est pater misericordiarum, sed post iudicium, horrendum est incidere in manus Dei, quando sicut Deus vltionum iustitias iudicabit. Modo.n. sicut circundatus infirmitate, quam aliquando expertus est, ex cõpassione misericorditer iudicat.

LECTIO IIII.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnũ certamen sustinuistis passionũ, & in altero quidem opprobrijs, & tribulatio

LECTIO IIII.

Svpra Apostolus monuit ad inhærendum Christo per fidem, spẽ & charitatem, ad quod induxit per rationes terrentes, hic ponit rationes demulcentes, sicut bonus medicus postquam secuit, ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim commendatio de bene gestis, est vnum, quod maxime prouocat ad bonum inceptum continuandum. Virtus.n. laudata crescit in immensum. Pondus & immẽsum gloria calcar habet. Et circa hoc facit duo, primo n commemorat eis bona, quæ fecerant. Secundo, hortatur ad implendum, quod restat, ibi [Nolite itaque amittere.] Circa primum facit tria, primo.n. in generali commemorat tribulationes, quas pro fide passi sunt, secundo, describit tribulationum modos ibi.[Et in altero,] Tertio, exponit eas in speciali, ibi,[nam & vinctis.] Quia ergo ex bene gestis hõ exercitatur ad melius, sicut aliqñ ex malis econtrario desperat de seipso iõ recitat bona eorum, dicens[Rememoramini.]Hier. 2. Recordatus sum tui, i. bonorum, quæ egisti[Dies pristinos,]i. primordia conuersionis vestræ[in quibus illuminati] per fidẽ, quæ illuminat animam, & purgat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem. Hoc autẽ est per fidem Christi. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Primum.n. lumẽ animæ est fides[sustinuistis magnum certamen passionum], i. magnas passiones cõtra uos certantes, vobis illatas ab his, qui Christũ persequebantur in uobis. Act. 9. Saule, Saule quid me persequeris, me, inquam, in membris meis, quia ut dicit Aug. in sermone super verbo isto, Membris in terra positis, caput de cœlo clamat. Sapiẽ. 10. Certamen forte dedit illi, vt vinceret. 1. Timoth. 4. Certaui bonum certamen. Sicut enim dicitur Act. 8. Facta est persecutio magna in ecclesia post mortem Stephani. 2. Thessal. 2. Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, quoniam eadem passi estis, & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudæis. Si ergo a principio incæpistis sustinere, vituperabile esset modo deficere. Consequenter cum dicit. [Et in altero.]ostendit, quæ fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerint illæ tribulationes. Dupliciter enim patitur aliquis, scilicet & in se tribulationem sustinendo, & in alio alienæ tribulationi compatiendo. Vtroq; autem modo illi passi sunt. Quantum ad primum dicit. [Hi altero, scilicet quantum ad vos [Pacti estis spectaculum opprobrijs.] Quod grauissimum est sapienti. Quod enim vnus fatuus irridetur, non est grane, etiam si multa ei irrisio ab alijs inferatur: sapienti vero graue est sed si tribuletur, & irrideatur a tribulante, hoc grauissimum est: In hoc ergo ostendit magnitudiné afflictionis ipsorum, quia facti erant spectaculum, idest quia nullus eis compatiebatur, immo magis irrisores cógaudebant in afflictionibus ipsorum, scilicet in opprobrijs. Psal. 68. Opprobria exprobantiũ tibi cecciderunt super me, [Et tribulationibus.] Psalm. 33. Multæ tribulationes iustorum. 1. Corint. 4. Spectaculum facti sumus mundo, scilicet ad irrisionem, & angelis ad congratulationem, & hominibus, scilicet ratione vtétibus, ad imitationem. Quantum ad secundum dicit, q̃ [In altero effecti sunt socij taliter conuersantium,] deest eorum, qui talia patiebantur, & hoc p compassionem, & per submin istrationem. Ro. 12. Necessitatibus san. Deinde cum dicit. [Nam & vinctis compassi estis] ponit quod dixerat, & primo, quãtum ad secundum, scilicet, quomodo sunt compassi. Inter iudæos enim multi erant vincti, sicut de Paulo dicitur Act. 8. quod deuastabat ecclesiam tradens in custodiam viros & mulieres. Istis compassi sunt ministrando necessaria. Matth. 25. In carcere erã, & venistis ad me. Quantum ad primum dicit. [Et rapinam bonorum vestrorum,] scilicet pro hac causa factam, quia, scilicet vinctis ministrabant. [Cum gaudio suscepistis. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudẽtes &c. Sed quare cum gaudio? Nunquid amandæ sunt tribulationes? Certe videtur, quòd non: quia dicit Aug. Tolerari iubes eas, non amari. Respondeo, Dicendum est, quòd non amantur propter se, sed propter aliud, & sic isti amabant eas. Vnde subdit. [Cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam, [scilicet alias diuitias, principaliores, quæ augentur ex subtractione istarum, quibus dicuntur meliores. Temporales enim vanæ sunt, quia sunt in his quæ sunt infra hominem, spirituales autem in ipso Deo, scilicet in fruitione Dei. Isa. 33. Diuitiæ salutis, sapientia & scientia, timor domini, &c. Item sunt manentes, quia istę deficiunt in se & auferri possunt, illę vero non. Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effo. & cæt. Deinde cum dicit. [Nolite itaque,] ostendit quid eis restat faciendum, scilicet confidentiam acceptam ex bonis operibus conseruare. Et circa hoc facit tria, primo enim ponit monitionem, secundo docet modum monitionem seruandi, ibi, [Patientia enim.] Tertio, probat per authoritatem, ibi. [Adhuc enim modicum.] Dicit ergo, Ex quo tot bona in primordijs conuersationis vestræ operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum; [Nolite itaque amittere confidẽtiam vestram,] quod profecto sequeretur, si a bonis desisteretis, [Quæ magnam habet remunerationem.] Matth. 5. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Modus seruandi est patientia. Vnde dicit. [Patientia enim vobis necessaria est.] Sicut autem mansuetudo est moderatiua iræ, ita patientia ponit modum in tristitijs, vt scilicet non excedant modum rationis. Contingit autem aliquando tristitia ex malis illatis, aliquando vero ex bonis dilatis. Proverb. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Quantum autem ad primum dicitur patientia, sed quantum ad secundum dicitur longanimitas: hic accipitur patientia pro vtroque, & quantum ad sufferentiam malorum, & quantum ad longanimitatem bonorum dilatorum. Dicit ergo, quòd quantum ad vtrumque, patientia nobis necessaria est. Prou. 16. Melior est patiens forti viro. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 1. Patientia opus perfectum habeat. Et ad quid est necessaria? [Vt voluntatem Dei facientes reportetis repromissionem,] idest implentes voluntatem Dei, quæ fit per implerionem mandatorum Dei, quia mandata sunt signa voluntatis Dei, vnde facientes voluntatem Dei, scilicet voluntatem signi. (Sic enim aliquando accipitur voluntas Dei in scriptura. Psalm. 102. Ministri eius, qui facitis voluntatem eius) sic reportabitis promissionem, idest rem promissam, quæ operantibus datur. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hierem. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum vt eradicem, & disperdam illud, &c. Deinde cum dicit. [Adhuc autem modicum] probat, quod dixit per authoritatem. Et circa hoc facit duo: primo enim ponit eã: secundo, applicat ad propositum, ibi. [Nos autem.] Prima in tres. Primo enim, proponit proximum aduentum remunerationis. Secundo ostendit conditionem remunerationis, ibi. [Iustus aũt meus.] Tertio declarat periculum, ne perdatur remuneratio ibi [Qd si subtraxerit.] Circa primum sciendũ é, quòd authoritas ista sumpta videtur de Abac. 2. Tamẽ principiũ sumptũ est de Aggeo. 2. c. Quod ideo forte dicit, quia vtrumque intellexit de eodem aduentu. Abacuch enim sic dixit. Adhuc visus procul. Aggeus autem, Adhuc modicũ. Et ideo vtitur verbis vnius, quasi verbis alterius. Vel melius, quia Apostolus loquitur de tempore suo, scilicet post incarnationem, & resurrectionem a quo minus restat, vsque ad iudicium, quàm a tempore prophetæ. Et ideo magis vtitur verbo Aggei quantum ad principium, tamen in fine authoritates concordant. Vel etiam potest dici, quòd loquitur quasi ex seipso, cui non minus credendum est, quàm prophetę. Est autem duplex aduentus Domini, secundum duplex iudicium. Vnus generalis scilicet in fine in vniuersali iudicio. Alius specialis in morte vnius cuiusque. Quantum ergo ad vtrumque dicit. [Adhuc modicum] quantum ad breuitatem temporis. Et quidem quantum ad primum, & si multũ sit quantum ad tractum temporis, & quo ad nos, breue tamen est quantum ad æternitatem. Psalm. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterijt. Apocaly. vlt. Ecce venio cito. Sed quantum ad specialem, qui est in morte, de quo Io. 14. Iterum veniam & accipiam vos ad meipsum: non multum refert vtrum sit parum, vel multum, quia talis erit vnusquisque in iudicio qualis exibit. Et ideo studendum est, vt in morte appareamus boni, quia vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et ideo dicit. [Modicum & aliquantulum,] quia tribulationes non sunt multum magnæ durationę, quia si multum premunt, interimunt, si vero parum premunt, non cito finiuntur. 2. Corinth. 4. Id enim quod in præsenti est tribulationis momentaneum, & leue, supra modum operatur in nobis æternum gloriæ pondus. Veniet ergo cito. [Et non tardabit,] siue in morte, siue in iudicio. Iacob. 5. Ecce iudex ante ianuam assistit. Qui sunt etiam remunerandi, ostendit cum subdit [Iustus autem meus ex fide vivit.] Hæc eadem authoritas habetur Roman. 1. & Galat. 3. Solis autem iustis debetur remuneratio. Psalm. 36. Salus autem iustorum a domino. Et autem duplex iustitia. Vna, quo ad humanum iudicium. Romanos. Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere. Alia, quo ad diuinum. Luc. 1. Erant autem iusti ante Deum. Istam autem iustitiam requirit Deus. Et ideo dicit [Iustus meus,] scilicet iustitia, quę ad me ordinatur, idest, qui est mihi iustus, & propter me. Illud autem per quod homo iustificatur, est fides. Romanor. tertio. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Cuius ratio est, quia per hoc est homo iustus quòd ordinatur in Deum: illud autem per quod primo homo ordinatur in Deum, est fides. Et ideo dicit, Iustus meus [Ex fide] infra 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Nec solum per fidem iustitia, sed etiam per fidem iustificatus [vivit.] Sicut enim per animam viuit corpus, ita anima per Deum. Vnde sicut per illud, per quod primo vnitur anima corpori, viuit corpus, ita per id per quod primo vnitur Deus animæ, viuit anima, hoc autem est fides, quia fides est principium in vita spirituali. Esa. 7. Si non credideritis, non permanebitis: sicut domus non permanet destructo fundamento. Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Fides autem si non est formata charitate, mortua est, & ideo non vnificat animam sine charitate. Galat. 5. Fides quæ per charitatem operatur. primę Ioann. tertio. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus. Vel iustus meus ex fide viuit, idest apud me reputatur, & habet vitam gloriæ, sine actuali passione, si non detur opportunitas patiendi. Deinde cum dicit. [Quod si subtraxerit se.] ostendit periculum imminens non permanenti in iustitia fidei. Quia enim in potestate habentis fidem est ipsam perdere, vel seruare, ideo dicit. [Si subtraxerit se,] scilicet a fide, & a iustitia. [Non placebit animæ meæ.] Litera nostra habet. Non erit recta anima eius. Et est idem sensus. Dicit Hieron. quòd vbicunque aliter scriptum est in Hebræo, quàm in septuaginta, Apostolus vtitur, sicut didicit a Gamahele, ad cuius pedes didicit legem. Non placebit ergo animæ meæ, idest voluntati meæ. Voluntas enim Dei debet esse regula actionum nostrarum. Qui ergo non concordat voluntati Dei, non est recta anima eius. Deinde cum dicit. [Nos autem non sumus.] Adaptat ad propositum, quasi dicat. Sic erit his, qui se fidei subtrahunt. Sed, [Nos non sumus filii subtractionis in perditionem.] Ille dicitur filius alicuius quod in ipso dominatur. Et sic dicitur aliquis filius mortis, i. in quo dominatur illud per quod a Deo reprobatur. Canonica Iudæ Hi sunt, qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes. In perditionem, scilicet animæ. psal. 72. Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. psal. 1. Et iter impiorum peribit. [Sed filii Dei.] idest renati in Christo per fidem, [In acquisitionem,] idest in salutem, [Animæ.] Qui in mandata Dei custodit, saluat animam suam Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 1. Thess. 5. Non sumus filii noctis neque tenebrarum. ergo non deficiamus a fide.

tardabit, iustus autem meus ex fide viuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei, in acquisitionẽ aiæ.

LECTIO I.

SVpra Apostolus multipliciter ostendit excellentiam Christi sperens eũ angelis, Moysi & Aaron, & monuit fideles debere cõinugi ipsi Christo, quia præcipue inchoatiue sit per fidem. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ideo apostolus procedit ad commendationem fidei. Et circa hoc facit tria, primo enim describit fidem, secundo ponit exempla diuersa de ipsa ibi. [In hac. n.] tertio, hortatur ad ea quæ sunt fidei. 12. cap. ibi. Idcoque nos tantam.] Diffinitionem fidei ponit cõplete quidẽ sed obscure. Vnde sciendum est, qd̃ volens perfecte diffinire virtutem aliquam, oportet, quod tangat materiam eius propriam circa quam est, & finem eius, quia habitus cognoscitur per actum, & actus per obiectum. Et ideo, oportet tãgere actum & ordinem ad obiectum & finem. Sicut volens diffinire fortitudinem, oportet tangere propriam eius materiam circa quam est, scilicet timores & audacias, & finem, scilicet bonum reipublicæ ut dicatur, quod fortitudo est virtus moderatiua illorum, propter bonum reipublicæ Cum autem fides vitus theologica habeat idem pro obiecto & fine scilicet Deum, primo ergo ponit ordinem, & finem, secundo materiam propriam, ibi. [Argumentum nõ apparentiũ.] Sciendum vero est, quod actus fidei est credere, qui est actus intellectus determinate ad vnũ, ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit Aũgust. in lib. de prædestinatione sanctorũ. Et ideo obiectum fidei & finis voluntatis, oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est obiectum fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis, scilicet beatitudo, q̃ differenter est in via & in patria, quia in via veritas prima nõ est habita, & per consequens nec ulla, quia in his, quæ sunt supra animam, idem est videre & habere, vt dicit Augustinus. 83. Quæstion. sed tantum est sperata Roma. 8. Quod enim non videmus, speramus Quod enim videt quis, quid sperat? Ergo veritas prima non visa, sed sperata est finis voluntatis in via, & per consequens obiectum fidei, quia idem est sibi pro fine & obiecto. Finis autem ultimus simpliciter ipsius fidei in patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo quæ in aperta visione Dei consistit. Io. 17. Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum verum Deum &c Et tri gesimo. Beati qui non viderunt. Huiusmodi autem est spes fidelium 1. Petr. 1. Regenerauit nos in spem viuam. Finis ergo fidei in via, est assecutio rei speratæ, scilicet, beatitudinis æternæ Et ideo dicit. [Sperandarum rerum.] Sed quæritur hic, quare cum fides sit prior quam spes diffinitur per ipsam, quia posterius debet diffiniri per prius, & non econuerso? Respondeo, Dicendum est, quod ex iam dictis patet solutio, quia dictum est, quod idem est obiectũ, & finis fidei Cũ ergo assecutio rei speratæ sit finis eius oportet, quod etiam sit obiectum ipsius. Dicebatur autem supra, quod omnis habitus debet diffiniri per ordinem actus ad obiectum. Verum autem & bonum, & si in se considerata conuertantur quantum ad supposita, tamen inquantum differunt ratione, diuerso ordine se habent ad inuicem, quia & verum est quoddam bonum. & bonum est quoddam verum. Et similiter intellectus & voluntas, quę distinguuntur penes diffinctionem veri & boni, habent inter se diuersum ordinem. Inquantum enim intellectus apprehendit veritatem & quicquid in ipsa continetur, sic verum est quoddam bonum, & sic est bonum sub vero. Sed inquantum voluntas mouet, sic verum est sub bono. In ordine ergo cognoscendi, intellectus est prior, sed in ordine mouẽdi voluntas est prior. Quia ergo intellectus mouet ad actum fidei ex imperio voluntatis, ut dictum est, in ordine mouendi voluntas est prior, ideo non diffinitur prius per posterius, quia ut dictum est in diffinitione fidei, oportet ponere ordinem actus ad obiectum, quod idem est, quod finis. Finis autem & bonum idem sunt, ut habetur a Physicorum. In ordine autem ad bonum voluntas, cuius est spes, sicut subiecti, est prior. Quare autem non dicit diligendarum, sed sperandarum? Ratio est, quia charitas est præsentium, & absentium. Quia ergo finis non habitus, est obiectum fidei, ideo dicit sperandarum rerum. Nec obstat, qd̃ res speranda est obiectum spei. Quia oportet, quod fides sicut ad finem ordinetur ad obiectum illarum virtutum, quibus perficitur voluntas, cum fides p. tineat ad intellectum, secundum quod imperatur a voluntate, Sed cũ fides sit vna, quia ab vnitate obiecti dicitur habitus vnus quare non dicitur rei sperandæ, sed rerum sperandarum? Respondeo dicendum est, quod beatitudo, quæ in se essentialiter est vna, quia consistit in Dei visione, quę in se est una, est principium, & radix beatitudinis ex qua multa bona deriuantur, quæ sub ipsa continentur, sicut dotes corporis, socieras sanctorum, & multa alia Vt ergo ostendat omnia ista pertinere ad fidem, loquitur in plurali. Illud autem, quod dicitur [Substantia] potest multipliciter exponi. Vno modo causaliter, & tunc habet duplicem sentum. Vnũ, quod est substantia, i. faciens in nobis substare res sperandas, quod facit duobus modis. Vno modo, quasi merendo. Ex hoc enim, qd̃ captiuat, & submittit intellectum suum his, quæ sunt fidei, meretur quod aliquando perueniat ad videndum hoc, quod sperat. Visio enim est merces fidei. Alio modo, quasi per suam proprietatẽ præsentialiter faciat, quod id quod creditur futurum in re, aliquo modo iam habeatur, dum modo credat in Deũ Alio modo exponi potest, substantia, i. essentia rerum sperandarum. Vnde in Græco habetur hypostasis rerum sperandarum. Essentia enim beatitudinis nihil aliud est, quam visio Dei. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, &cæt. Vnde primo de Trin. 10. dicit Augustinus Hęc contemplatio promittitur nobis, actionum omnium finis, &c a tera. Ipsa ergo plena visio Dei est essentia beatitudinis. Hoc autem videmus in scientiis liberalibus, qd̃ si quis aliquam velit addiscere, oportet eum primo accipere principia ipsius, quæ oportet credere eum sibi traduntur a magistro. Oportet enim credere eum, qui discit, ut habetur primo. Poster. Et in illis principijs quodammodo continetur tota scienotia, sicut conclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius scientię, habet substantiam eius, puta geometriæ. Et si geometria esset essentia beatitudmis, qui haberet principia geometriæ, haberet quodam modo substantiam beatitudinis. Fides autem nostra est, vt credamus quod beati videbunt, & fruẽtur Deo. Et ideo si volumus ad hoc peruenire, oportet ut credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei, qui continent totam summam huius scientiæ, quia beatos nos facit visio Dei trini, & unius Et hic est vnus articulus. Vnde hoc credimus, & ideo dicit. [Substantia rerum sperãdarum.] 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem ad faciem, illud quod nunc videmus in speculo, & in ænigmate. In his ergo verbis, ostenditur ordo actus fidei ad finem, quia fides declinatur ad res speradas, quasi quoddam inchoatiuum, in quo totum, quasi essentialiter continetur, sicut conclusiones in principijs. Consequenter cũ dicit [Argumentum non apparentium] tangit actum fidei, circa propriam eius materiam. Actus autem proprius fidei, & si sic in ordine ad voluntatem, vt dictum est, tamen est in intellecto, sicut in subiecto, quia obiectum eius est verum, quod proprie pertinet ad intellectum. In actibus autem intellectus, differentia est. Quidam enim sunt habitus intellectus, qui important omnimodam certitudinem ad completam visionem eius, quod intelligitur, sicut patet de intellectu, qui est habitus primorum principiorum, quia qui intelligit, quod omne totum est maius sua parte, videt hoc & est certus. Hoc etiam facit habitus scientiæ, & sic talis habitus intellectus, & scientia faciunt certitudinem, & visionem Quædam vero alia sunt, quæ neutrum faciunt. f. dubitatio, & opinio. Fides vero tenet medium inter ista quia dictum est, quod fides facit assensum in intellectu, quod potest esse dupliciter. Vno modo, quia intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia obiecti, quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorum, vel cognitum per aliud, quod est per se cognoscibile, sicut patet in scientia astronomiæ. Alio modo assentit alicui, non propter euidentiam obiecti a quo non mouetur sufficienter unde non est certus, sed vel dubitat, scilicet quando non plus habet rationem ad unam partem quam ad aliam, vel opinatur, si habet quidem rationem ad vnam partem, non omnino quietantem ipsum, sed cum formidine ad oppositum. Fides autem neutrum horum dicit simpliciter, quia

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec cum primis est sibi euidens, nec cum duobus vltimis dubitat, sed determinatur ad alteram partem, cum quadam certitudine & firma ad hæsione per quandam electionem uoluntariam, Hanc autem electionem facit diuina authoritas, per quam electionem determinatur intellectus, ut firmiter inhæreat his, quæ sunt fidei, & eis certissime assentiat. Et ideo credere é eum assensu cognoscere. Propria ergo materia habitus fidei, sunt non apparentia. Apparentia non cognitionem habent, non autem fidem, vt dicit Greg. Actus autem fidei est certa adhæsio, quam vocat Apostolus argumentum, accipiens causam pro effectu, quia argumentum facit fidem de re dubia. Est enim argumentum. Ratio rei dubiæ faciens fidem vt dicit Boet. Vel si sequamur ethimologiam nominis qua dicitur, argumentum quasi arguens mentẽ tunc accipit effectum pro causa, quia ex certitudine rei prouenit, quod mens cogatur ad assentiendum. Vnde argumentum dicitur non apparentium i. certa apprehensio eorum, quæ non uidet. Quod si quis velit verba ista ad debitam formam reducere, posset dicere, quod fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Vbi enim nos argumentum habemus, habet alia litera conuictio, quia per authoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentiẽdũ his, quæ non uidet. Patet ergo, quod Apostolus complete diffinit fidem, licet obscure. Per istam enim diffinitionem distinguitur fides ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim, quod dicitur argumentũ, distinguitur fides ab opinione, dubitatione. & suspitione, quia per ista non habetur firma adhæsio intellectus ad aliquid. Per hoc autem, quod dicitur, non apparentium distinguitur ab habitu principiorum & scientia. Et per hoc, quod dicitur rerum sperandarum, distinguitur a fide communter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem. Nam per propriam diffinitionem vnumquodque innotescit, & distinguitur a quolibet alio sicut est hic. Vnde & ad istam omnes alia reducuntur, Sed videtur, quod male dicat, non apparentium, quia vt dicitur Ioan. vigesimo. Thomas uidit & credidit. Item, credimus esse Deum vnum, quod tamen demonstratur a philosophis. Respondeo, Dicendum est, quod fides dupliciter accipitur. Vno modo proprie. & sic est non uisorum, & non scitorum, vt patet ex predictis. Et propterea, quod non potest maior certitudo haberi de conclusione, quam de principio a quo elicitur, quia semper principia sunt notiora conclusionibus, ideo cum principia fidei non habeat euidentiam, nec per consequens conclusiones, Et ideo intellectus non assentit cõclusionib. tanquam scitis, nec tanquam visis. Alio modo, communiter, & sic excludit omnem certam cognitionem, & sic loquitur Apostolus in quæstione euangelii, quod fides est de quibusdam, quæ videntur. Apostolus autem loquitur de prima. Et quidem de Thoma dicendum est quod sicut dicit Greg. Aliud uidit, aliud credidit, quia uidit humanitatẽ & credidit diuinitatem, Ad illud de demonstratione, Dicendum est, quod nihil prohibet aliquid esse vtrum uni, quod est creditum, alteri, sicut patet in diuersis statibus. Quod enim non est uisum in via, uidetur in patria. Vnde quod ego credo, angelus uidet. Similiter, quod est visum a prophetis, vt quod Deus est vnus, incorporeus, hoc est credendum ab idiotis, sicut idiota credit eclypsim, quam astrologus uidet. Et de talibus est fides secundum quid tãtum. Quædam autem sunt, quæ simpliciter excedunt statum præsentis uitæ, & de talibus est fides simpliciter.

LECTIO II.

SVpra, posuit descriptionem fidei, hic ostendit eam per exemplum. Et circa hoc facit duo. Primo. n. in generali manifestat propositum. Secundo. in speciali ibi, [Fide intelligimus.] Quantum ad primum, sic continuatur. Sic ergo describo & commendo fidem, nec hoc est de nouo, In hoc. n. [hinde. [Senes] idest sancti patres. Testimonium consecuti sunt, [idest crediderunt, & per fidem instituti sunt Gen. 15 Credidit Abraham, Deo, & reputatum est illi ad iustitiam Psal. 115 Credidi propter quod locutus sum. Inter omnes autem patres veteris testamenti, illi duo specialiter. s. David & Abrahã habent testimoniũ fidei. [Fide intelligimus &c.] in Spãlt declarat, propositũ per exẽpla antiquorũ. Et primo, quũ ad id q̃ crediderunt. Secundo, quũ ad id q̃ fecerunt, ibi, [Fide Abel.] Tertio quantũ ad id quod passi sunt ibi, [Alii autẽ distenti sunt.] doctrina autem in veteri testõ duplex fuit. Vna aperte posita. Alia vero, sub uelamine figurarum & misteriorũ velata fuit. Prima, de veritate Dei & creatione mundi. Secunda de misterio incarnationis & reparationis. Vnde sicut ipsi in memoriam creationis colebant sabbata, ita nos in memoriam resurrectionis seruamus dominicam. Quantum ergo ad doctrinam de mundi creatione, dicit [Fide intelligimus &c.] Quod põt dupliciter legi. Vno mõ q̃ verbo Dei sic ablatiue casus. Et est sensus, Nos [sicut antiqui, [Fide,] i perdoctrinam fidei. s. veteris testamenti Gen. 1. Dixit Deus fiat &c. Psal. 32. Ipse dixit & facta sunt. Intelligimus sæcula esse aptata, i. dispolita, [Verbo Dei,] i. per imperiũ Dei. Hoc autem pertinet ad fidem, quod, sihoc intelligimus, quia cum fides sit de inuisibilibus & sæcula facta sunt de inuisibilibus fidei materia prima, quæ nuda & priuata omni forma inuisibilis est, & omni specie & dispositione carens. Ideo dicit, [Vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Sed hoc est satis ruditer dictum, licet sit verum. Secundo, modo, quod verbo ũt datiui casus Et tunc est sensus, Intelligimus per fidem, vt prius sæcula essent aptata. i. consonantia & correspondẽtia verbo, vt ex inuisibilibus &c. Propter q̃ sciendum est, q̃ verbum Dei, est ipse conceptus Dei, quo seipsum & alia intelligit. Deus autem comparatur ad creaturam, sicut opifex ad opus suum. Hoc autem videmus, quod artifex, illud quod producit extra, producit in similitudinem conceptus sui. Vnde facit domum in materia ad similitudinem domus, quam in mente sua formauit, quod si domus extra conueniat domui preconcepte, est opus debito modo ordinatum, si nõ, non. Quia vero tota creatura optime dispositа est vt pote producta ab artifice, in quo non potest accidere error, vel aliquis defectus, iõ plenissime secundum modum suum conuenit diuino conceptui. Vnde Boetius de cõsola ione, Pulchrum pulcherrimus ipse, mũdum mente gerens similique imagine formans. Iõ dicit, [Intelligimus fide sæcula,] idest totam vniuersitatem creaturæ. [Aptata,] idest conuenienter respondentia [Verbo,] i. conceptui Dei, sicut artificiatum arti suæ Eccle. 1. Effudit illam, scilicet sapientiam suam, super omnia opera suæ. Sequitur. [Vt ex inuisibilibus. &c.] Sed quia apud antiquos communis animi conceptus erat, quod ex nihilo nihil fit 2. Physi. ideo quando videbant aliquod nouum opus dicebãt, quod esset factum ex aliquibus inuisibilibus Vnde, vel ponebant quodlibet esse in quolibet, sicut Empedocles, & Anaxagoras, de quo nihil ad præsens. Alij vero latitationem formarum, sicut ipse Anaxagoras. Alij ab ideis, sicut Plato. Alij ab intelligentia, sicut Auicenna. Vnde secundum omnes istos visibilia facta sunt ex inuisibilibus rationibus idæalibus. Nos autem dicimus secũdum modum prædictum, quod ex inuisibilibus rationibus idæalibus in verbo Dei per quod omnia facta sunt, res visibiles sunt productæ. Quæ rationes, & si realiter idem sunt, tamen per diuersos respectus connotatos respectu creaturæ. differunt secundum rationem. Vnde alia ratione conditus est homo & alia equus, vt dicit. Aug. in lib. 83. q. Sic ergo sæcula aptata sunt verbo Dei, [Vt ex inuisibilibus rationibus idæalibus in verbo Dei [Visibilia,] idest omnis creatura [Fierent. Ois aũt ista verba expresse sunt contra Manicheos. Ipsi. n. dicunt, q̃ non est curandũ qd hõ credat, sed tantum qd faciat. Sed Apostolus principiũ eis operis ponit fidẽ. Vñ dicit, q̃ est substantia, i, fundamentũ. Sine fide ergo frustra sunt opa. Itẽ dicũt, q̃ non est credendũ, nih vñ habetur rõ. Contra q̃ dicit, non apparẽ tibus. Itẽ damnat vetus testamentũ, dicens, q̃ a malo principio, s. a diabolo conditũ sit. Contra q̃ dicit, q̃ in hac fide testimoniũ consecuti sunt sancti. Deinde cũ dicit. [Fide Abel &c.] Ostẽdit qd patres antiqui fecerit. Et primo hoc ostẽdit de patrib. q̃ fuerunt ante diluuium. Secundo, de patribus, qui fuerunt ante legem, ibi, [Fide, qui uocatur Abraham. [Tertio de his, qui fuerunt sub lege, ibi [Fide, Moyses] Ante diluuium fuerunt tres spãliter Deo accepti. s. Abel. Gen. 4 Enoch, Gen. 5. Noe. 6. Primo ergo, ponit fidem Abel. Secũdo fidẽ Enoch, ibi, [Fide, Enoc.] Tertio, fidẽ Noe, ibi, [Fide, Noe.] De Abel aũt ostendit qd per fidẽ fecerit, & qd inde cõsecutus sit. Per fidem Abel obtulit sacrificium. Vnde, sicut confessio est testimonium fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio commendatur fides eius. Et ex eo, quod obtulit sacrificium electum, quia de primogenitis gregis & de adipibus eorum, ostenditur electa fides eius. Optimũ enim sacrificiũ, signum fuit electæ fidei, & probatæ. Malach. 1 Maledictus fraudulentus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino. De sacrificio autem Cain nulla fit mentio, quantum ad excellentiam, sed solum, quod obtulit de fructibus terræ. Dicit ergo, quod [Abel fide obtulit plurimam hostiam,]non quantitate sed pretio sitate [Quam Cain.] idest. meliorem hostiã obtulit, quam Cain, s. [Deo,] quia ad honorem Dei. Aliter. n. non placuisse Deo. Glo. dicit, Fide plurima, sed hoc non habetur in Græco, quia plurima est ibi accusatiui casus, quod patet ex modo loquendi, qui est cõparatiuus, nisi dicatur fide plurima idest meliore, & præstantiore, quam Cain obtulisse, quia vt dictum est, sacrificium exterius signum fuit fidei interioris. Ex fide autem duo consequũtur, vnũ munera, s. testimoniũ iustitiæ. Vnde dicit. [Consecutus est testimonium esse iustus], s. per fidẽ. Matt. v3. A sanguine Abel iusti &c. Tamen non propter hoc testimonium Christi, dicit ipsum consecutum fuisse testimonium iustitiæ, quia non intendit hic intro ducere nisi authoritates veteris testamẽti. Epropter id quod dr Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, quia respectus Domini est specialiter super iustos. Psal. 33. oculi Domini super iustos. Et hoc [Testimonium perhibente Deo muneribus eius.] Quod forte fuit, quia igne cœlesti incedebantur munera. Et hoc fuit respectus. Dei. Prius tamen respexit ipsum offerentem, quam oblationem eius, quia ex bonitate offerentis acceptatur oblatio, si non est sacramentalis, quia sacramentalem bonitatem non immutat malitia ministri, quantum autem ad offerẽtium vt sibi, p̃ fit oblatio, requiritur bonitas in ipso. Aliud testimonium cõsecutus est post mortem. Vnde dicit. [Et per illam defunctus adhuc loquitur,] quia vt dicit Glo. post mortem adhuc commendatur fides eius, quia datur nobis materia loquendi de ipso, vt fide eius, & patientia, demus exempla ad exhortandum alios ad patientiã. Sed hæc non est intentio Apostoli, quia omnia, quæ accipit hic sumit ex scripturis. Vnde intelligitur de eo, qđ dicitur Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, infra. 11. Melius loquẽtem quam Abel. Hoc. n. accipit per illam idest per meritum fidei q̃ defunctus, i. sanguis defuncti clamet ad Deũ & loquatur Deo Deinde cũ dicit. [Fide Enoch. &c.] Cõmẽdat Enoch, Et primo, ponit testimonium suum. Secundo, probat ibi. [Et non inueniebatur.] Non facit aut Apostolus mentionẽ de opibus eius, qa scriptura, modicũ loqtur de hoc, sed tantũ ostendit qd ei fecerit. Deus, quia [Fide,] i. per meritũ fidei. [Translatus,] a cõuersatione huius vitæ in alia cõseruatur a morte. Vñ dicit [Ne videret mortẽ,] Gen. 5. Nõ apparuit, quia tulit eum Deus. Et verum est, q̃ nondum est mortuus, sed tamen quandoque morietur, quia sententia, quam Dominus primis parentibus peccantibus inflixit, Quocunq; die comederis &c. in oẽs qui quocũq; modo nascuntur ex Adã permanebit, sicut ẽt in Christo. Psal. 88. Quis est hõ qui uiuet, & non videbit mortẽ? Mors aũt duorũ dilata est, i. Enoch, & Eliæ. Et rõ est, quia doctrina veteris testamenti ordinatur ad promissa noui testamenti, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur. Matt. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit. n. regnum cœlorum. Et iõ data sententia mortis, voluit Dominus dicere homines in spem uitæ, quod fecit in patribus vtriusque status, s. naturæ, legis, & gratiæ. Vnde in primo statu dedit spẽ. In tpe gratiæ, in Christo, per quẽ datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alii morientur, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Sed duo primi morientur per antichristũ. Sic ergo trãslatus est ne uideret mortẽ, nõ solũ, vt nõ sentiret mortẽ, & hoc illa gratione. Deindecũ dicit. [Et nõ inueniebaẽ &c.] Probat q̃ hoc habuit p meritũ fidei, & primo, pbat, q̃ translatus est, scõ hoc pp fidem habuit, ibi. [Ante translationem. n.] Et primum probat p authoritatem. Ge. 5. Quam sub alius verbis ponit, quia ibi dr, nõ apparuit, quia tulit eum Deus. Hic aũt dicit. [Et nõ inueniebatur quia translulit eum Deus.] Et idem est sensus. Sap. 4. Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter pctores translatus est. Sicut. n. conueniens fuit, q̃ homo pp peccatum ex pelleret de paradiso, ita q̃ iustus introduceretur. Ite. n. per Seth septimus ab Adã optimus fuit, sic Lamech per Cain septimi ab Adã pessimus fuit, vt pote, qui contra naturam primus introduxit bigamiã. Deinde cum dicit, [Ante translationẽ.] Probat, q̃ pp meritum fidei fuerat trãslatus, quia anteq̃ transferreẽ dicit de ipso scriptura, q̃ Ambulauit cum Deo, qđ est consentire, & placere Deo, propter hoc autem tulit eum Deus

A sed sine fide impossibile est ambulare cum Deo, & Deo placere, ego &c. Totam istam rationem, quantum ad premissas ponit. Et primo maiorem, quia. [Habuit testimonium ante translationem placuisse Deo.] Et ideo. [Translulit eum Deus.] Eccl. 44. Enoch. n. placuit. Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapiẽtiam. Quod aũt placuerit ostẽdit scriptura, quæ dicit, q̃ Ambulauit cũ Deo, Malac. 2. In pace, & æquitate ambulauit mecũ. Psa. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Minorẽ munerator sit. Fide, Noe responso accepto de his, quæ adhuc nõ uidebantur, metuens aptauit archam in salutem Domus suæ, per quam dãnauit mundum, & iustus q̃ quæ per fidem est hæres est institutus.

B subdit, dicẽs. [Sine fide aũt impossibile est placere Deo.] Ecc. 1. Beneplacitum est illi fide. Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem. Probat aũt minorem cum dicit. [Accedẽtem ad Deum oportet credere.] Nullus. n. põt Deo placere, nisi accedat ad ipsũ. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Psa. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nullus accedit ad Deum nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus. Ergo nullus põt Deo placere, nisi per fidem. Accedentẽ aũt per fidem oportet credere Domino. Sicut. n. videmus in quolibet motu naturali, q̃ oportet, q̃ ex motu duo intendat ne motus sit frustra, s. aliquẽ certũ terminum, & certam cãm, quare moueatur, prius aũt est terminus, quã effectus motus consequatur, sic ẽt in motu, quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus est ipse Deus. Vnde dicit. [Oportet credere accedentẽ, quia est.] Quod dicit, p̃ p eius æternitatem Exod. 3. Qui est, misit me. Sedo, q̃ sciat, q̃ Deus hẽat providentiam de rebus. Aliter. n. nullus sret ad ipsum, si non speraret aliq̃ remunerationem ab ipso. Vnde dicit. [Et inquirẽtibus se remunerator sit.] Esa. 40. Ecce dns ueniet, ecce merces eius cum eo. Merces autem

C est illud, quod hõ quærit in labore. Mat. 10. Voca operarios, & redde illis mercedem. Quæ merces nihil est aliud quam Deus, quia nihil extra ipsum dẽt homo quærere. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Deus. n. nihil aliud dat, nisi seipsum. Psa. 15. Dns pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Tren. 3. Pars mea Domin⁹, dixit anima mea &c. Et ideo dicit. [Remunerator,] est inquirentibus eum. Non aliud. Psa. 104. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. Sed nunquid duo hæc sufficiunt ad salutem? Rñdeo, Dicendum est, q̃ post peccatum primi parentis, nemo potuit saluari a reatu culpę originalis, nisi per fidem mediatoris, sed ista fides diuersificata est quantum ad modum credendi, secundum diuersitatem temporum, & statuũ. Nos autem quibus est tantum beneficium exhibitum, magis tenemur credere, quam illi, qui fuerunt ante aduentum Christi, tunc etiã aliqui magis explicite, sicut maiores, & illi, quibus facta fuit ali-

D quando reuelatio specialis. Illi etiam, qui sub lege, magis explicite, quam ante legẽ, quia data fuerunt eis aliqua sacramenta, quibus quasi per figuram repręsentabatur Christus, sed gentiles, qui fuerunt saluati, sufficiebat eis, q̃ crederent Deum esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christum. Vnde implicite credebant in mediatorem. Contra autem illud quod dicit, q̃ oportet credere, q̃ Deus est, instatur, quia dictum est supra, quòd creditum non potest esse scitum nec visum, Deum autem esse, est demonstratum. Respondeo, Dicendum est, q̃ de Deo potest multipliciter haberi notitia. Vno modo per Christum, inquantum, s. est pater unigeniti, & consubstãtialis, & alia quæ specialiter Christus de Deo patre, & filio, & Spũsancto docuit, quantum ad unitatem essentiæ, & æternitatem personarum. Et hoc tantum est creditum. nec in veteri testamento fuit explicite creditum, nisi a maioribus tantum. Secundo modo, q̃ solus Deus colendus est, & sic etiam erat creditũ a Iudæis. Tertio modo, q̃ est vnus Deus, &

E hoc notum est ẽt ipsis philosophis, & nõ cadit sub fide. Deinde cum dicit [Fide Noe] Ostendit quid Noẽ fecit per fidem, & quid inde consecutus est, dictis Dei credidit de futuro iudicio, quod tamen nondum uidebatur. Vnde dicit. [Fide, Noẽ responso accepto de his, q̃ adhuc non uidebant, [supple crediderat. Scõo, ex fide timuit. Fides. n. est principium timoris. Eccl. 25. Timor Dei initium dilectionis eius, fidei aũt initium agglurinandum est ei. s. timori. Et ideo dicit, [Metuens,] s. diluuium promissum, quod tamen nõ videbatur. Ergo fides est de inuisibilibus. Tertio, mandatum Dei impleuit faciendo archam. Vnde dict. [Aptauit archam,] id est, secundum dispositionem Dei conuenientem fecit. Quarto, a Deo salutem sperauit. Vnde dicit. [In salutem domus suæ,]. i. familiæ suæ, quia illi soli salui facti sunt. 1. Per. 3. Pauci, idest, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quinto, ex hoc quòd propter

Universidad de Deusto Biblioteca

fidem prædictam fecit.[Damnauit mūdum,]idest,mundanos damnabiles ostendit.Reuelatio autem sibi de fabricanda archa,responsum fuit desiderio eius,& iustitiæ,quæ est per fidem. Deinde cum dicit.[Et iustitiæ quæ.]Ostendit,quid per fidem consecutus est.Sicut enim post mortem alicuius,aliquis succedit in hæreditatem eius,sic etiam quia a principio mundi non totaliter defecerat iustitia in mundo, quia adhuc durabat mundus, sed in diluuio quasi totus periit mūdus,ideo ipse Noe quasi hæres factus est propter fidem suam. [Vel iustitiæ,quæ habetur per fidem,]Dei sicut patres sui iustificati fuerunt per fidem,ita ipse factus hæres est iustitiæ per fidem,s. imitator per fidem paternæ iustitiæ.

LECTIO III.

FIDE,qui uocatur Abraham obediuit in locum exire;quem accepturus erat in hæreditatē, & exijt, nesciens quo iret.Fide,demoratus est in terra repromissionis,tanquam in aliena,in casulis habitando,cum Isaac,& Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex,& conditor, Deus.Fide, & ipsa Sara sterilis uirtutē in conceptione seminis accepit,etiam prēter tempus ætatis,quoniam fidelem credidit esse eum , qui repromiserat . Propter quod, & ab uno orti sunt, & hoc emortuo,tanquam sidera cœli in multitudinem , & sicut arena , quæ est ad oram maris innumerabilis.

LECTIO III.

SVpra posuit Apostolus exemplum fidei in patribus,qui fuerūt ante diluuium,qui fuerunt communiter patres tam Gentiliū quam Iudæorum,hic specialiter descendit ad patres, qui fuerunt post diluuium,qui specialiter fuerunt patres Iudæorum.Et primo ponit exemplum fidei Abrahæ,qui fuit pater credentium .Vnde, & primus accepit signaculum fidei ante legem.Et primo,ostendit quid fecerit Abraham.Secundo,quid fecerit Isaac.Tertio,quid fecerit Iacob.Quarto,quid fecerit Ioseph.Secundum,ibi [Fide de futuris.]Tertium,ibi.[Fide Iacob.]Quartum,ibi.[Fide Ioseph.]Iterum,prima in duas.Primo.n.ponit quid fecerit quantum ad exteriorem,& humanam cognitionem.Secundo,quid fecerit, quantū ad Deum,ibi.[Fide obtulit.]Circa primum tria facit.Primo enim ostendit quid fecerit quantum ad habitationem.Secundo,quid fecerit,quantum ad generationem,ibi.[Fide,& ipsa Sara.]Tertio,quid fecerit quantum ad suam conuersationem,ibi.[Iuxta fidem.]Itē, quantum ad habitationem duo ostendit,primo,quid fecerit quātum ad primam loci mutationem,secundo,quantum ad alterius inhabitationem,ibi.[Fide,moratus.]Vt autem ostendat exemplū suum de Abraham, quod magnæ authoritatis esset.Primo , ponit celebritatem nominis eius,dicens.Ille qui vocatur,s.a Deo. Gen. 17.Vocaberis Abraham Item,vocatur ab hominibus Eccl.44 Abraham magnus pater multitudinis gētium. Talis ergo a Deo vocatus & ab hominibus prædicatus,dignus est exemplo .Secundo, ponit exemplum eius,dicens.[Quia fide obediuit]Per fidem enim informamur ad obediendum Deo de inuisibilibus.Rom. 1.Ad obediendum fidei &c.[Exire in locum quem accepturus erat in hæreditatem,]de quo Gen.12 Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& veni in terram, quam monstrauero tibi.Dominus autem terram illam debebat sibi dare in hæreditatem. Gen.13.Omnem terram quam conspicis tibi dabo . Sed nunquid non ipse cum patre suo Thare,exierat de terra sua .Ergo non ex præcepto Domini,sed per patrem.Respondeo. Dicendum est,quod cum patre exiuerat reuersus iterum, sed ex præcepto Domini exiuerat ī Mesopotamiā Syriæ,vbi mortuo patre intendebat remanere,sed ex mandato Domini venit in terrā Chanaam. Et nūq̄d erat hoc mirabile,vt sic de hoc oporteret hre fidē, & credere Deo?Sic quia[Exiuit,nesciēs quo iret,]i. vt iret ad rem ignotam.Quod autem est ignotum,est inuisibile.Per illam obedientiam Abrahæ,nobis designatur quod debemus ab omni affectione carnali exire,si uolumus hæreditatem nostram habere.Ps. 44. Obliuiscere populum tuum,& domum patris tui.Es.64.Oculus non vidit Deus absque te,quæ præparasti expectantibus te.Vnde hæreditas ista est nobis ignota.Deinde cum dicit[Fide,demoratus est &c.]Ostendit quid per fidem fecerit,quantum ad inhabitationem.Et primo,quid fecerit,ostendit.Secūdo,subdit causam quare,ibi.[Expectabat enim.]Videmus enim quod aliquando aliquis exit de terra natiuitatis suæ,& vadit alibi, vt faciat mansionem suam perpetuam. Sic non fecit Abraham,sed sicut aduena fuit in terra Chanaā,& sicut aduena mortuus est in ipsa ,quod patet qa non fecit ibi domum nec firmam mansionem,sed habitauit in casulis & tabernaculis,quæ sunt habitacula mobilia,vnde semper fit mentio de tabernaculis,quando loquitur de Abraham.Vnde,ex p̄cepto Domini habitauit ibi vt aduena. Act. 7. Non dedit illi in ea hæreditatem nec passum pedis.Gen.21.Fuit colonus terræ Philistinorum diebus multis,Quod quidem verum est quantum ad id quod dn̄s ei gratis donaturus esset,non quantum ad id q̄ emit. Vnde dicit,quod [Fide demoratus est in terra repromissionis,] quia fuit ei frequenter promissa,sicut patet Ge.12.vsque ad 21.c. [Tanquam in aliena,quod patet,quia.[Habitando in q̄ ui,clas dicuntur a cadendo.& in tentoriis mobilibus,& quia animo nō redeundi in patriam suam,etiam si plus vixisset.patet quia.[Cū Isaac,& Iacob habitauit]non quidem simul,sed successiue,q erāt filii promissionis,quia ipsis facta est promissio.Gen.17.&28.Et dicit.[Cohæredibus repromissionis ,] in quo datur nobis intelligi,q̄ in mundo isto debemus conuersari sicut alieni, & aduenæ. 1.Cor.17.Qui vtūtur hoc mundo,tanquam non vtantur,infra.Iv. Non enim habemus hic manentem ciuitatem,sed futuram inquirimus.Deinde cum dicit.[Expectabat enim]ostendit quare morabantur sicut aduenæ, quia scilicet non reputabant se aliquid habere super terram, sed quærebant hæreditatem cœlestem ciuitatem.Psalm.121.Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Hierusalem habitationem opulentam,tabernaculum quod nequaquam vltra trāsferri poterit.Non tabernaculum mobile.Et dicitur ciuitas, primo propter ciuium vnitatem,quæ vnitas est per pacem.Psalm. 147. Lauda Hierusalem Dominū &c.Et seq̄tur, Qui posuit fines tuos pacem,Es.32.Sedebit populus meus in pulchritudine pacis ,& in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.Ioan,17.Vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.Secundo,est ordinata, quod fit maxime propter iustitiam,& non ad malum faciendum,Ibi autem est perpetua iustitia Ezech.48.Nomen ciuitatis ex illa die,Dominus,ibidem.Tertio,per se sufficiens ad omnia,quæ sunt necessaria. Quodcunque enim necessarium perfectissime ibi erit,quia ibi est status bonorum omnium,aggregatione perfectus.Psalm.121 Hierusalē quæ ædificatur,vt ciuitas,cuius participatio eius in idipsum. Ista ciuitas habet fundamenta,in quo significat eius stabilitatem .Esa. 33. Tabernaculum,quod nequaquam vltra transferri poterit .Sūt autem fundamenta prima pars ædificii.Vnde angeli sunt eius ciuitatis fundamenta psalm.86.Fundamenta eius in montibus sanctis,homines enim assumentur ad ordines angelorum.Ecclesię vero fundamenta sunt apostoli Apocal.21.Author autem huius ciuitatis est ipse Deus non humanæ artis sapientia,2.Corin.5.Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,quę ædificationem a Deo habemus,domum non manufactam,sed æternam in cœlis Ad cuiuslibet autem ciuitatis ędificationem,duo requiruntur.Primum est,authoritas principis , qua mediante firmetur,qui dicitur conditor eius a quo,& ipsa nomen accipit,sicut a Romulo Roma.Et sic illius ciuitatis.dicitur Deus conditor eius.Psal.47.In ciuitate Dei nostri,Deus fundauit eam in ęternum.Secundum est modus disponendi ipsam.qui commendat sapientiam artificis.Et sic Deus dicitur artifex eius ,quia ordinata est secundum dispositionē,& sapientiam Dei.Ps.47.Magnus Dominus,& laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri,&c.Debita.n. dispositio operis,commendat opificem.Nusquam autem ita relucet diuina sapientia,sicut ibi.Et ideo nimis laudabilis dicitur.Deinde cum dicit.[Fide,& ipsa Sara,]ostendit quid ibi per fidē vxor eius consecuta est ipsa,secundo, quid consecutum est in filiis ,ibi. [Propter quod & ab vno]In vxore autē eius Sara duo defectus erant. propter quos omnino videbatur quasi impossibile ipsam posse concipere . Vnde credere illa fuit magnæ fidei . Vnum erat, quia sterilis. Gene.11 . Erat autem Sara sterilis , Aliud, quia Iam propter defectum ætatis , non erat naturaliter apta ad generationem . Gen. 18 . Desierant Saræ fieri muliebria . Item ipsa dicit ibidem , Ego iam senui & Dominus meus vetulus est. Istos duos defectus tangit Apostolus . Primum cum dicit . [Sara sterilis .] Secundum , cum dicit . [Et præter tempus ætatis .] Tamen his non obstantibus . [Ipsa accepit virtutem in conceptione seminis fide ,] scilicet vel sua , vel Abrahæ, quib. & si erat impossibile secundum naturam,quod nonagenaria de centenario conciperet , tamen vterque credidit Deo , cui repromiserat ,] sed contra , quantum ad Abraham , & videtur, quod non credidit , quia Gen. 17.Dicitur ,quod risit dicens in corde suo . Putas ne centenario nascetur filius , & Sara nonagenaria ? Iterum , quantum ad Saram . Gen. 18.dicitur quod risit occulte,dicens , Postquam ego consenui , & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo ? Respondeo , Dicendum est, quod quantum ad Abraham , risus eius non fuit dubitationis,sed admirationis.Vnde Roma.4.Non hæsitauit diffidentia,sed confortatus est fide dans gloriam Deo plenissime , sciens quod quicquid promisit Deus,potens est & facere. Vnde nec reprehenditur risus eius a Deo , qui corda omnium nouit.Sara autem primo dubitauit in prima promissione, sed quando angelus recurrit,

recurrit ad potentiam Dei,cum dixit,Nunquid Deo quicquam est difficile,tunc credidit,hęc fuit quasi secunda promissio . Et ideo dicit,q̄ repromisit,quia in promittendo.primo non credidit, sed in repromittendo.Sed sciendum est,q̄ omnes conceptus miraculosi,qui fuerunt in veteri testamento, fuerunt quasi figura illius maximi miraculi , q̄ fuit in Christi incarnatione.Oportuit enim, natiuitatē eius ex uirgine per aliqua præfigurari,ad p̄ tæparādos animos ad credendū. Non tamē potuit præfigurari ex æquo , qa necessario figura deficit a figurato. Et ideo scriptura partum virginis ostendit p̄ partū sterilium.s.Saræ , Annæ,& Elisabeth.Sed differentia est, quia Sara a Deo miraculose accepit virtutem concipiendi,sed tamen ex humano semine . Et ideo dicitur hic,in conceptione seminis. Beata vero virgo,sine semine.Vnde in Sara virtus diuina præparauit materiam ad concipiendū tātum ex semine,sed in beata virgine etiam præparauit illam purissimam materiam ex sanguine,& cum hoc fuit ibi virtus Spiritussancti loco seminis.Non enim ex virili semine,sed mystico spiramine factum est verbū Dei caro Deinde cum dicit.[Propter quod & ab vno.]ostendit quid cō secutum est in filijs ex virtute Dei,s.multiplicatio seminis,Vbi primo consideranda est radix huius multitudinis,quæ fuit una,s.Abrahā,vnde dicit . [Propter quod,]s.meritum fidei[Ab vno],s.Abraham.Esa.51. Vnum uocaui eum.& benedixi ei,& multiplicaui eum.Secundo,considerāda est conditio eius,quia iam emortuis. Vnde dicit . [Et hoc emortuo,]quia iā vetulus erat, vt supra dictum est.Sed cōtra,quia mortua Sara multos filios genuit ex alia vxore,sicut pat.Gen.13. Ergo male dicit.[Emortuo.]Respondeo.Dicendum est,q̄ vetulus bene generat ex iuuencula,non autem ex vetula , Et sic erat in ipso mortua virtus generandi quātū ad Sarā,non tamen ad alias.Vel dicēdū est,q̄ intelligitur ab vno,s.vtero Saræ,iāemortuo. Rom. 4.Et emortuā vuluā Saræ.Esa.51. Attēdite ad Abrahā patrē vestrū, & ad Sarā,q peperit vos Tertio,cōsiderāda est diuisio inter illos q̄ ex Abrahā p̄cesserūt.Sicut.n.non oēs,vt uf Ro.9.,q sunt ex Israel hi sunt Israelitæ,sic nec hi,qui sunt ex semine Abrahæ,oēs sunt filij,sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine Iō eius progenies diuiditur in duas,scilicet in bonos,& malos Boni significantur p̄ stellas de quibus dicit, q̄ orti sunt tāquam sidera cæli in multitudinē.Bar.3.Stellę dederunt lumen in custodiis suis,& lætatæ sunt.Mali vero significantur per arenam maris contiguam , quia mali Iudæi de semine Abrahæ conformantur gentilitati . Arena autem fluctibus maris vndique concutitur , ita,& mali turbinibus mundi.Esa.57 Cor impij quasi mare feruens Iudæi autem non omnino fuerunt arena, sed quasi arena, qui communicabant cum Gentibus est malis Vnde possunt dici terminus maris.Hier.5.Posui arenam terminum meri.Item,arena sterilis est & infructuosa.Ita etiam peccatores sunt steriles,ab omni opere boni fructus.Vnde dicit,quod ēt[Orti sunt sicut arena, quæ est ad orā maris innumerabilis.]Et est sermo hyperbolicus. Vel dicitur innumerabilis,nō quia non possit numerari,sed quia non de facili potest numerari.Gen.12.Multiplicabo semē tuum sicut stellas cęli,& uelut arenam,quæ est in litore maris.

LECTIO IIII.

IVxta fidem , defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus,sed a longe eas aspiciētes & salutantes,& confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt , significant se patriam inquirere . Et siquidem

LECTIO IIII.

SVpra commendauit Apostolum fidem Abrahæ,quantū ad habitationem,& generationem,hic commendat ipsum quantū ad suam conuersationem vsque ad mortem.Et circa hæc facit tria Primo enim ostendit quid per fidem fecit,secundo,ponit vnum , quod ptinet ad fidem,ibi.Qui enim hoc dicunt ,]tertio ostēdit quid per fidem recepit,ibi.[Ideo non confunditur Deus.]Fidem Abrahæ,& filiorum eius commendat ex perseuerantia,quia vsq; ad mortem perseuerauerunt in fide.Matt.10. & 23. Qui autem perseuerauerit usque in finem,hic saluus erit,ideo dicit.Iuxta fidem omnes isti defuncti sunt,præter Enoch.Vel omnes isti, scilicet Abraham,Isaac,& Iacob.Et hoc est melius dictum, quia istis solum facta est promissio . Item commendat eos a longa promissorum dilatione Vnde dicit.[Non acceptis repromissionibus] Sed contra,videtur quod receperint promissionem.Ezec.33.Vnus erat Abraham,& hæreditate possedit terram.Respondeo , Dicendum est,quod possedit,idest possidendi primus promissionem accepit,non tn̄ actu possedit,vt patet Act.7. Sequitur [Sed a longe eas aspicientes] quod erat per fidem qu.s.d. Intuentes uisu fidei Et forte de loco isto sumptum est illud responsorium in prima Dominica aduentus,Aspiciens a longe &c.Esa.30.Ecce nomē Domini uenit de longinquo.[Et salutantes]idest venerantes.Et loq̄tur secundum Chrys.ad similitudinem nautarum,qui quādo primo uidenti portum, prorūpūt ad laudē , & salutant ciuitatem ad q̄ vadūt.Ita sancti patres , videntes per fidē Christū uēturū,& gloriā q̄ per ipsum cōsecuturi erāt , salutabāt .i.venerabantur ipsū. ps.117.Benedictus,qui venit in nomine Domini , Deus Dn̄s &c. Io.8. Abraham p̄r vester exultauit, ut videret diem meum, vidit & gauisus est.Item,cōmendat fidem ipsorū ex sincera confessione,quia vt dicitur Ro.10. Corde creditur ad iustitiam,ore aūt confessio fit ad salutem.Et iō dicit.[Et confitentes,quia peregrini hospites sunt super terram.]isti.n. tres vocauerunt se aduenas & peregrinos.Nam Gen.23.dicit Abraham, Aduena sum & peregrinus apud vos.Dr̄ etiam a Domino ad Isaac. Ge.26.Quiesce in terra q̄ dixero tibi,& peregrinare in ea.Iac.ēt 47.dicit,Dies peregrinationis uitæ meæ.Dr̄ aūt peregrinus,q est in uia tendendi ad alium locū Esa.23.Ducent eā longe pedes sui ad peregrinandū.Sed aduena est ille, qui habitat in terra aliena, nec intendit vlterius ire.Isti aūt nō solū cōfitebāt se esse aduenas, sed ēt peregrinos.Sic ēt sanctus uir non facit māsionē suā in mundo,sed sp̄ satagit tendere ad cœlum.Ps.38.Aduena ego sum apud te,& peregrinus sicut oēs patres mei.Deinde cū dicit.[Qui.n.hoc dicūt.]ostēdit q̄ ista cōfessio ptineat ad fidē.Nullus.n.est hospes & peregrinus,nisi q est extra patriā & tēdit ad illā. Cū ergo isti confitent se esse hospites & peregrinos sup terrā, significant se tēdere ad patriam suam,s.cœlestem Hierusalem.Gal.4.Illa quę sursum est Hierusalē,libera est.Et hoc est q̄ dicit,[Qui.n.hoc dicūt, significāt se patriā inquirere.]Sed quia forte posset aliquis dicere,q̄ uerū est,q̄ ipsi erant peregrini in terra Philisteorū,& Chananeorum inter quos habitabant,tn̄ intēdebant redire in terram vnde exierant,hoc remouet,dicens.[Et siquidem ipsius,s. patriæ sua [Meminissent]de qua exierant,habebant utique tp̄s reuertendi,q̄a ppe erāt.[Nūc aūt meliorem appetunt.i.cœlestem.] vnde Gen.24.Dixit Abraham seruo suo. Caue, ne q̄n filiū meū reducas illuc.ps.83.Elegi abiectus esse in domo Dei mei,magis quā habitare in tabernaculis pctōrū.Ier.26.Vnā petii a Dn̄o, hanc requirā, vt inhabitem in domo Dn̄i oīb.dieb.uitæ meæ Ipsi ergo patriā istā inquirebāt,nō domū paternā unde exierunt.In quo significatur,q̄ illi q exeunt de uanitate sæculi,non dn̄t [?] illuc redire mēte. Psa.44 Obliuiscere populū tuū,& domū patris tui.Luc.9. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro , aptus est regno Dei.Philip.3.Quæ retro sunt obliuiscens,in anteriora me extendens.Patet aūt,q̄ ista eorum uerbo & facto confessio,pertinet ad fidem,quia ipsi illud quod solum eis promissum fuerat nec exhibitum,firmissime crediderunt,ēt usque ad mortem. Vnde[Iuxta fidem,].i.iuxta se habentes fidem suam quasi sociam & inseparabilem[Defuncti.]Apoc.2 Esto fidelis usque ad mortem .Deinde cum dicit.[Ideo non confunditur.]ostendit quid ex fide sua meruerunt accipere,hoc aūt fuit honor maximus. Reputatur autē maximus honor,quando denoīatur aliquis ab aliquo solenni officio,uel seruitio,magni & excellētis Domini,vel principis, sicut notarius Papæ,uel cancellarius regis,Maior aūt honor est, quando ille magnus Dn̄s vult nominari ab his,qui seruiunt ei.Sic aūt est de istis tribus Abraham, Isaac, & Iacob , quorum Dominus rex magnus super omnes Deos , specialiter uocat se eorum Deū, vnde Exod.3.Ego sum Deus Abrahā,Deus Isaac,& Deus Iacob, vnde dicit[Iō non confunditur Deus uocari Deus eorum.]Et huius potest triplex ratio assignari.Prima,quia Deus per fidem cognoscitur.Isti autem leguntur primo separasse se per cultum sp̄alem ab infidelibus,unde & Abrahā primus accepit signaculū fidei. Ro.4.ut fieret pater multitudinis gentium.Et ideo proponuntur nobis in exēplum,sicut illi p̄ quos Deus primo cognitus est,& p̄ eos Deus noīatus est,ut obiectū fidei.Et idcirco ab eis uoluit nominari.Scd̄a,secundum Aug.in gl.quia in istis latet aliquod mysterium. In istis enim inuenimus similitudinem generationi , qua Deus regenerauit,filios sp̄uales.Videmus aūt in ipsis quadruplicē modū generādi.Primus modus est liberorum,per liberas,sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

Abraham per Saram genuit Isaac, qui genuit per Rebeccam Iacob. Iacob autem octo patriarchas per Lyam, & Rachelem. Secundus modus fuit liberorum per ancillas, sicut Iacob per Balam, & Zelpham genuit Dan, & Neptalim, Gad, & Aser. Tertius modus fuit seruorum per liberas, sicut Isaac genuit per Rebeccam Esau,

ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tps reuertẽdi. Nũc aũt meliorem appetunt. i. cœlestem. Iõ nõ confundit Deus vocari Deus eorũ, Parauit. n. illis ciuitatem. Fide, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones (ad quem dictum est, quia In Isaac uocabitur tibi semen) arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus. Vnde eum, & in parabolam accepit.

de quo dictum est, Maior seruiet minori. Quartus modus fuit seruorum per ancillã, sicut per Agar genuit Abraham Ismael. In hoc ergo designatur diuersus modus, quo Dominus spũales filios generat, quia aliquando bonos per bonos sicut Timotheum per Paulum. Aliquãdo bonos per malos, & ista est generatio liberorum per ancillas. Aliquãdo malos per bonos, sicut Simonem magum per Philippum. Et ista est generatio seruorũ per liberas. Malorum aũt generatio per malos, reputatur in semine. Vnde Gal. 4. Eiice ancillam, & filium eius. Tertia rõ, & vr magis secundum intentionem Apostoli, qa cõsuetum est, ꝙ rex uocatur a principali ciuitate, vel a patria tota, sicut rex Hierusalem, rex Romanorum, rex Franciæ. Et ideo Deus proprie uocatur rex, & Deus illorum, qui specialiter spectant ad ciuitatem illam Hierusalem cœlestem, cuius artifex, & conditor est Deus. Et quia isti verbo, & facto ostendebant se ad illam ciuitatem pertinere, iõ est Deus illorum, unde dicit [Parauit. n. illis ciuitatem,] i. conditor ciuitatis illius, quam ipse habebat propriã. Deinde cum dicit [Fide, obtulit,] ponit vnum aliud exemplum insigne, circa fidem Abrahæ, inquãtum respicit Deum, i. illud maximum sacrificium eius, quando ad mandatum Domini, uoluit vnigenitum suum immolare filium. Ge. 22. Et de hoc ostẽdit tria Primo, quid fecerit. Secundo, ꝙ hoc ad fidem pertinet, ibi [Et vnigenitum.] Tertio, quid ex hoc recepit, ibi. [Vnde eũ, & in parabolam.] Dicit ergo Abraham cũ tentaretur, obtulit,] i. offerre voluit. [Fide Isaac,] sicut patet per totum duodecimum c. Gen. Hic est duplex quæstio. Vna, quia innocentem occidere est contra legem naturę, & ita peccatum, ergo uolendo offerre peccauit. Rñdeo, Dicendum est, ꝙ ille qui ex mandato superioris interficit, si ille licite præcipit, alius licite obedit, & põt licite exequi ministeriũ suũ. Deus aũt hẽt mortis, & uitæ authoritatem, 1 Reg. 2. Dñs mortificat, & uiuificat. Deus autem subtrahendo uitam alicui ẽt innocẽti, nulli facit iniuriam. Vnde, & quotidie dispositione diuina multi nocentes, & innocentes moriuntur. Et ideo Dei mandatum licite poterat exequi. Item, quæritur de hoc, quod dicit. [Cum tentaretur.] Deus. n. nullum tentat, quia tentare est ignorantis. Respondeo, dicendum est, quòd diabolus tentat. Hoc patet in tentatione qua tentauit Christum. Matth. 4 Homo uero tentat, ut cognoscat. 3. Reg. 10. dicitur de regina Saba, quæ uenit ad Salomonem, ut tentaret eum in ænigmatibus. Sic non tentat Deus, qui omnia nouit, sed tentat, ut homo sibiipsi innotescat, quantæ fortitudinis, & fragilitatis sit in se. Deut. 8. Vt tentaret te, & nota fierent, quæ in animo tuo versabantur. 2. par. 32. de Ezechia tentato, vt cognosceretur cor eius. Item, vt alii tentatum cognoscant, qui ex hoc eis proponitur in exemplum, sicut Abraham, & Iob. Eccl. 44. & 1. Mich. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Deinde cum dicit [Et unigenitum &c.] Multum subtiliter ostendit, quod illa obedientia pertinebat ad fidem. Sicut enim supra dictum est, Abraham licet multum senex, credidit Deo promittenti, quòd in Isaac benedicturus esset in semine, credebat etiam Deũ posse mortuos suscitare. Cum ergo præcipiebatur ei, quod occideret, nõ erat spes vltra iam de Sara valde antiqua, quia Isaac erat iam adolescens, posse habere filium. Et ideo cum crederet obediendum mandato Dei, non restabat nisi quòd crederet suscitari Isaac, per quem debebat ei uocari semen. Vnde dicit. [Et unigenitum,] scilicet Saræ, [In quo,] scilicet, filio nato, debebat Deus, pactum promissum complere, sicut patet Gen. 17. Vel vnigenitum, s. inter liberos Gene. 24. Tolle filium tuum vnigenitum Isaac. [In quo susceperat repromissiones. Ad quem etiam dictum est,] i. rõne cuius &c. [Arbitrans,] i. firmiter credẽs [Quia a mortuis potẽs est Deus eũ suscitare.] Hoc ergo fuit argumentũ fidei maximũ, qa articulus resurrectionis est vnus de maiorib. Deinde cum dicit. [Vnde eũ, & in parabolã accepit.] Ostẽdit quid p fidẽ meruit, qa cũ iã nõ restaret aliud nisi immolari ipsum, uocauit eũ angelus,

F & arietem hærentẽ cornibus, loco filij immolauit. Hoc aũt fuit parabola. i. figura Christi futuri. Aries. n. hærens cornib. inter vepres est humanitas confixa cruci, q passa est. Isaac. i. diuinitas, euasit, cũ Christus vere mortuus est & sepultus. Et sic patet, ꝙ ista figura valde complete adæquat figuratum. Accepit ergo eũ. s. Isaac in parabolam. i. figurã Christi crucifigendi, & immolandi.

LECTIO V.

Fide, & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau. Fide, Iacob, moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profe-G ctione filiorum Israel memoratus ẽ, & de ossibus suis mãdauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus apparentibus suis eo ꝙ vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam tẽporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias ęstimans thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem.

LECTIO V.

Supra posuit Apostolus exemplũ de fide Abrahæ, hic ponit exemplũ de fide Isaac Iacob, & Ioseph. Et primo, de fide Isaac. Dicit ergo ꝙ [Isaac fide, de futuris] i. quæ se extendebat ad futura [Benedixit Iacob & Esau.] Vel [Benedixit de futuris] i. pro futuris, vel benedictione. quæ se extendebat ad futura. Verba. n. sua non habebant efficaciã, nisi ex uirtute Dei, per quã quidem benedictionem, minor prælatus fuit maiori. Quod non fuit quantum ad personas eorum, sed quantũ ad duos populos, qui ex ipsis exierũt. Psa. 107. In Idumæã extendã calciamẽtũ meũ Fuerũt enim Idumæi, q egressi sunt de Esau, subiecti filijs Israel. In quo significabatur ꝙ minor populus. s. gentiũ, per fidẽ debebat præuenire populũ maiorẽ. s. Iudæorũ Matt. 8. Multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cũ Abrahã Isaac, & Iacob in regno cælorũ, filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Ista vero benedictio, quæ erat de fide Gentiũ fu-H tura, per fidẽ facta fuit, qua respicit aliqd futurũ. Deinde cũ dicit [Fide, Iacob moriens singulos filiorum benedixit.] Prosequitur de fide Iacob, & ponit illud, quod ipse fecit benedicendo duobus filiis Ioseph, sicut habetur Ge. 48. ubi dicitur, ꝙ cũ nuntiatũ fuisset Ioseph, ꝙ pr eius ægrotaret adduxit duos filios suos, quib. Iacob benedixit cancellatis manibus, in hoc præferens Effraim Manasse quantũ ad dignitatẽ, quia de Effraim fuit per fidem, quia reuelatum ei fuit, quod ita futurum erat. Quæ quidem benedictio referebatur ad populũ, qui egressus est ab ipsis, non ad personas ipsorum. Itẽ [Per fidem adorauit fastigiũ uirgæ eius. Hoc habetur Ge. 50. Vbi dr, ꝙ fecit Iosep iurare, ꝙ sepeliret eũ in sepulchro patrũ suorũ, & post iuramentũ, tãquã securus de promisso, adorauit ad caput lectuli, vt dicit litera nostra. Vel fastigium virgæ eius, vt dicunt 70. Vel super fastigium, ut habetur in Græco. Et . totũ hoc põt stare, qa ipse erat senex, & iõ portabat virgã, vel recepit sceptrum Ioseph donec iurasset, & antequã redderet ei adorauit, non I ipsã virgam, nec Ioseph, vt qdã male putauerunt, sed ipsũ Deũ innixus ad cacumen, vel fastigium virgæ eius. Ad quod motus fuit ex cõsideratione potestatis Christi, quã potestatẽ Ioseph præfigurabat Ipse. n. tãquã præfectus Aegypto, portabat sceptrũ, in figura potestatis Chri. Ps. 2. Reges eos in virga ferrea. Vel si adorauit fastigiũ, i. sensus, qui adorauit Christũ significatũ p virgã illã, sicut & nos adoramus crucifixũ & cruce rõne Christi passi in ipsa. Vñ proprie non adoramus crucẽ, sed Christũ crucifixũ in ipsa. Deinde cum dicit [Fide, Ioseph.] Prosequitur exẽplũ de fide Ioseph, vbi ponit duo, quæ habẽtur Gen. ult. Vbi dixit fratribus suis Visitauit uos Dñs, & mandauit ossa sua inde portari. Vñ fides eius fuit quãtũ ad duo, primo quia credidit promissionẽ factã debere impleri p reditũ filiorũ Israel in terrã promissionis, scđo quia ipse credebat Christũ nasciturũ, & resurrecturũ & multos cũ ipso, vñ desiderabat habere partẽ in illa resurrectione. Et hoc est, ꝙ dicit, ꝙ [Ioseph moriẽs fide [i. p fidẽ memoratus est de pfectione filiorũ Israel & hoc quãtũ ad primũ [Et de ossib. suis mandauit] quãtũ ad K scđm. Sed quare non fecit se statim portari sicut pr suus? Respondeo. Dicẽdũ, ꝙ hoc nõ potuit, qa nõ hẽbat tunc tantam ptãtem sicut habebat in morte patris. Et ideo tunc poterat hoc facere, quod tamen circa mortem suã nõ potuit. Scđo quia sciebat, ꝙ multas afflictiones dẽbant sustinere filii Israel post mortẽ eius. Vt ergo hẽrent certam spẽ de liberatione sua, & reditu ad terrã promissionis, uoluit ad solatium corpus suũ remanere cum ipsos. Vnde & Moyses tulit illud secum, sicut & quælibet Tribus corpus patris sui, ut dicit Hieron. Deinde cum dicit. [Fide, Moyses] Prosequitur de patribus, qui fuerũt sub lege. Hoc enim tempus incæpit a Moyse. Eccles. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. Ioann. 1. Lex per Moysen data est. Istud autem tempus distinguitur in tria scilicet ante exitũ de Aegypto, in exitu, & post exitum.

Vnde tria facit. Primo enim ostendit, quid factũ sit ante exitum. Secundo, quid in exitu, ibi. [Fide, reliquit Aegyptum. Tertio quid in terra promissionis, ibi. [Quid adhuc dicam.] Circa primũ duo facit, Primo enim ostendit, quid sit factum in natiuitate Moysi. Secundo, quid ipse fecit, ibi. [Fide, Moyses.] Vbi tangitur historia quæ ponitur Exo 1. Qđ Pharao mandauit occidi masculos, ne multiplicarẽtur. Scđo habetur qđ parentes Moysi videntes ipsum elegantem, absconderunt eum mensibus tribus quod attribuit Apostolus fidei ipsorũ Credebant enim aliquem nasciturum, qui liberaret eos ab illa seruitute. Vnde ex elegantia, æstimabãt aliquam virtutem Dei esse in illo. Ipsi enim erant rudes, & rustici, sudantes in operibus luti, & lateris Eccl. decimono. Ex visu cognoscitur vir. Ex quo habetur, quod licet fides sit de inuisibilibus, tamen per aliqua signa visibilia possumus niti ad ipsam Mar. vlt. Sermonem confirmante, sequentibus signis. Quod autem ipsi hoc fecerunt ex fide, non ex affectu carnali patet, quia non timuerunt regis edictum. Vnde exponebant se periculo personarum, quod non fecissent. nisi credidissent aliquid magnum futurum de puero. Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Sed contra, quia ipsi postea exposuerunt ipsum, ergo non propter fidem seruabant ipsum. Respondeo, Dicendũ est, quod proposuerũt ipsum non ad necandum, sed ne surriperetur eis, vnde posuerunt eum in fiscella committentes eum diuinę prouidentiæ. Credebant enim probabiliter, quod fuisset interfectus, si fuisset apud eos inuentus.

Deinde cum dicit [Fide, grandis effectus.] Ostendit, quid ipse Moyses per fidem fecerit. Et primo, quid fecit. Secundo, ostendit, quod illud factum pertinebat ad fidem, ibi. [Aspiciebat enim.] Tangit enim historiam, quæ habetur Exo. 2. Vbi dicitur, quod filia Pharaonis fecit ipsum a matre pueri nutriri, & quod adoptauit eum in filium. Ipse autem. [Negauit se esse filium eius ;] non quidem verbo, sed facto, quia contra voluntatem Pharaonis interfecit Aegyptiũ, qui lædebat Hebræum. Et hoc est quod dicit [Grãdis effectus,] per fidem. [Negauit se esse filium filiæ Pharaonis.] Quo autem affectu hoc fecerit, ostendit cum subdit. [Magis eligens.] In quo ostenditur mirabilis virtus eius. Duo enim sunt quę maxime homines appetunt, scilicet iucunditatem, & delectationem circa bona exteriora, & his contraria maxime fugiunt, scilicet dolorem & afflictionem, quæ opponitur primo, paupertatem & abiectionem, quæ opponitur secundo. Ista autem duo elegit Moyses, s. quia pręposuit dolorem, & afflictionem iucunditati peccati temporalis, quæ. s. semper est cum peccato.

Item, paupertatem præposuit diuitiis propter Christum. Prouer. 16. Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis Psalm. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quantum ergo ad primum dicit. [Magis eligens affligi cum populo Dei,] scilicet quem Pharao affligebat. [Quam habere iucunditatem peccati tẽporalis,] idest transitorii, Quod fuisset, si cum Aegyptiis afflixisset filios Israel. Quantum autem ad secundum, s. quod præeligit paupertatem, dicit [Maiores diuitias æstimans improperiũ Christi,] i. pro fide Christi, eadem enim est fides antiquorum, & nostra. Vel improperium Christi quod, s. sustinuit a fratribus suis, sicut dictũ est. Nunquid interficere tu me uis, sicut occidisti heri Aegyptium? Quod improperium fuit figura quod Christus suscipere deberet improperiũ a Iudæis, ps. 68. Improperium expectauit cor meum, & misericordia, [Maioris autem diuitias credidit esse duo prædicta thesauris Aegyptiorũ.] Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia. Deinde cum dicit. [Aspiciebat enim.] Ostendit quod prædicta facta Moysi pertinebant ad fidem Christi. Sciendum est autem, quod quædam sunt secundum se bona, & delectabilia, quædam autem secundum se tristia, & mala. Mala autem nullus propter se præelegit, sed propter finem, sicut infirmus præeligit potionem amaram, & tristia delectabilibus, ratione alicuius maioris boni, quod per hoc potest consequi. Et sic sancti propter spem finis ultimi æternæ fælicitatis, præeligunt afflictiones, & paupertatem diuinis, & uoluptatibus, quia per ista impediuntur a consecutione finis sperati. Matt. 5. Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint &c. Et sequitur, Gaudete, & exultate, quoniã merces uestra copiosa est in cœlis. Gen. 15. Ego protector tuus

A sum, & merces tua magna nimis Et ideo dicit, quod hoc faciebat qui: [Aspiciebat,] oculis. scilicet fidei. [In remunerationem], quam, s. ex hoc sperabat. Vnde. fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, vt supra dictum est &c.

LECTIO VI.

Fide, reliquit Aegyptum, non ueritus animositatem regis, Inuisibilem enim, tanquam videns sustinuit. Fide, celebrauit pascha, & sanguinis effusionem. ne B qui vastabat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare ru-

LECTIO VI.

Supra posuit Apostolus fidem Moysi, quantum ad id qđ fecit in Aegypto. hic quantum ad id quod fecit i exitu de Aegypto. Et circa hoc facit tria. Primo. n. oñdit, quid fecerit in exitu de Aegypto. Secundo oñdit modũ exeundi, ibi, [Fide celebrauit] Tertio quid per fidem factum est cum populo infideli, ibi. [Fide, Raab.] Dicit ergo [Moyses fide,] idest per fidem. [Reliquit Aegyptum. Sicut autem habetur Exo. 32 Primo fugit de Aegypto interfecto Aegyptio. Secundo autem exiuit, quando simul omnes filios Israel eduxit. Glo. autem exponit de secundo exitu, quia sequitur [Non veritus animositatem,] idest indignationem [Regis.] In primo enim exitu legitur Exo. 2. eum timuisse. Prou. 14. Iracundiam regis inutilis sustinebit. In secundo vero non timuit. Prouer. 28. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Potest tamen referri ad primum. Sed nunquid tunc non timuit? Respondeo, Dicendũ est, quod in timore duo consideranda sunt. Vnum, quod aliquando potest esse vituperabile, scilicet quando propter timorem facit aliquid non faciendum, vel dimittit faciendum. Et sic non timuit Moyses, quia propter timorem non dimisit iuuare fratres C suos Aliud est, quod potest esse laudabile, quando, scilicet salua fide, refugit periculum propter timorem instantem Matt. 10. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Si enim aliquis salua honestate sua posset uitare periculum, & non vitaret, stultus esset, & tentaret Deum, quod est diabolicum. Et sic Iesus cessit volentibus, ipsum lapidare, nec ad suggestionem diaboli voluit se precipitare, ita & Moyses confidens de diuino auxilio, fugit propter timorem regis ad tempus. Et probat, quod hoc fecit propter timorem regis ad tempus. Et probat, quod hoc fecit ex fide, quia fides est de inuisibilibus [Et iste sustinuit,] idest expectauit. [Deũ inuisibilem] & eius adiutorium [Tanquam uidens.] Psal. 26. Confortetur cor tuum, & sustine Dominum. 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili & cætera Moyses enim in vtroque exitu expectabat Dei adiutoriũ, vnde in primo dicit Exo. 2. Deus patris mei adiutor meus. Im secundo vero Exo. 14. Vos tacebitis, D & Dominus pugnabit pro vobis. Deinde cum dicit. [Fide, celebrauit pascha.] Ostendit, quid fecerit quantum ad modum transeundi. Et primo ponit illud, quod fuit factum ad præparationem trãsitus. Secundo, quantum ad ipsum trãsitum, ibi. [Fide, transierũt.] Tertio quantum ad id quod per fidem factum fuit, quantum ad introitum terræ promissionis ibi. [Fide, muri Hierico [Quantum ad primum ponit hystoriam, quæ habetur Exo. 12. vbi Dominus mandauit illis ante exitum Israel, s. eadem nocte immolari agnum, & de sanguine eius vtrumque postem, & superlumina re liniri. Carnes eius assas cum azimis, & lactucis agrestibus comedi, cum multis aliis, quæ obseruanda erant, vt ibi habet uideri. Et hoc vocabatur pasca, s. esus agni, & effusio sanguinis, quæ duo concurrebant ad transitum illum, quem facturi erant in pximo. Dr aũt pascha a paschin Grece, quod Latine est, passio, vel a phase quod Hebraice idem est, quod transitus. In hoc modo. Io. E 13. Vt transeat ex hoc mundo. Item, quod nos per meritum mortis eius, a terrenis ad cælestia, ab inferno transimus ad cælũ. Eccl. 24. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me. Quod quidem fuit per virtutẽ sanguinis Christi, supra. 10. Habentes itaq; fiduciam fratres in introitu sanctorum, in sanguinem Christi. Fuit aũt in illo paschate, duplex transitus. Vnus, quo transibat Sic etiam sanguine Christi, qui est agnus immaculatus, debent liniri postes fidelium, intellectus, scilicet & affectus. Dicit ergo. [Fide,] idest, per fidem. [Celebraui pasca] idest esum agni. [Et sanguinis effusionem] ad liniendum postes domorum. Et quare hoc faciebat: [Ne scilicet, qui vastabat primogenita Aegyptiorum [Tangeret eos] Psal 77 Percussit priomogenitũ in terra Aegypti. Sed quæritur quorum ministerio hoc factum sit vtrum scilicet bonorum, vel malorum angelorum, quia uidetur quod per malos. Psalm, 77 Immissionem per angelos malos. Respondeo, Dicendum est, quod non est inconueniẽs de quibuscũq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO VII.

Vnde sciendum est, quod pœnarum iustictio.sit interdum per bo F
nos angelos.Sicut enim dicit Dionysius.4.cap.de di no. Punire
malum,non est malum,sed malum facere,est malum. Punitio.n.
est opus iustitiæ,sicut patet de angelo,qui contriuit castra Assyrio
rum.Es 37.qui creditur fuisse bonus angelus. Vnde talis punitio
differenter fit per bo-
nos & malos, sed dif-
ferenter a bono, & a
malo,quia bonus non
punit ,nisi exercendo
iustitiam diuinam in
malos,& in scripturis
operatio,tam diaboli
quã boni angeli, cuius
modi est hæc,attribitur Deo.Malus aurem,& si obtequatur diuinæ
iustitiæ, tamen non ex intentione iustitiæ hoc agit,sed ex puer G
sitate volũtatis suæ affligit bonos,& malos,& libentius bonos,si
permittatur,sicut patet de Iob.Iste angelus,qui dixit Moysi,Tran
sibit Dominus percutiens Aegyptum,bonus angelus fuit,cum ip
se aliquando loquatur in persona sua . Bono autem ange
lo aliquando subministrat spiritus nequam,vnde admbitum fuit
ibi ministerium eius malæ,& peruersæ voluntatis, voluntarie o
perantis ad cædem.Et ideo dicit iram & tribulationem immissio
nem per angelos malos.Non ergo tangebat eos,qui erant sangui
ne signati malus angelus.terrore,& timore Dei,vt pote non per
missus.Bonus autem inde terrebatur,admirando virtutem Dei.
Deinde cum dicit.[Fide,transierunt,&c.]Ostendit, quid egit in ip
so transitu. Et primo,ostendit hoc.

brum tanquam per aridam terram,
quod experti Aegyptij,deuorati sũt.
Fide,muri Hierico corruerũt,circui
tu dierũ septem.Fide,Raab meretrix
non periit cum incredulis,excipiés ex
ploratores cum pace.

Secundo ostendit,quod illud pertinebat ad fidem,ibi.[Quod ex
perti]Dicit ergo,quod.[Fide]idest,per fidem. [Transierunt mare
rubrum,tanquam per aridam terram]Duo enim ibi per fidem
facta sunt]Vnum,quod homo fecit,scilicet quod commiserunt se H
ad transeundum,quod non fuit nisi per fidem Aliud fuit,ex parte
Dei.i.quod aquæ fuerunt eis pro muro.Hoc etiam fuit per fidem
Operatio.n.miraculorum attribuitur fidei.Mat.decimo septimo.
Si habueritis fidem sicut granũ synapis, dicetis monti.huic tran si
hinc,& transibit,ergo hoc fide factum est,i. hoc meruit fides. Et
pertinet ad fidem,quia[Aegyptii hoc experti,]idest, volentes ex-
periri.[Deuorati sunt]quia,i.non habuerunt fidem.Exod.decimo
quinto.Extendisti manum tuam,& deuorauit eos terra . Deinde
cum dicit[Fide,muri Hierico corruerunt,circuitu dierum septẽ]
Agit de eo,quod per fidem factum est in introitu terræ promissio
nis.De hoc habetur Iosue sexto.Vbi dicitur quod ad mandatum
Domini,sacerdotes septem diebus cum archa testamenti circuie-
runt primam ciuitatem vltra Iordanem,i.Hierico,& septima die
septimo circuitu,muri eius corruerunt,hoc fuit aliquid ex parte,i.
quod ex mandato Domini circuierunt,credentes mandatum Do
mini debere impleri Aliquid aũt ex parte Dei,i. q̃ sic ad circuitũ
eorum muri corruerunt.Moraliter.Hierico interpretatur luna,si I
ue defectus,& significat mundum istum.Muri eius sunt in pedimẽ
ta,quibus aliquis detinetur in mundo. Per buccinas.quibus Le-
uitæ,& sacerdotes intonabant.vox prædicatorum significatur.Per
circuitum septem dierum, totus designatur decursus presentis tẽ-
poris, qui per septem dies completur.Per quæ datur intelligi, q̃d
omnia impedimenta mundi cadunt ad continuam vocem prædi
cationis.1.Corin.10.Arma militiæ nostræ,non sunt carnalia,sed
potentia Deo ad destructionem munitionum.consilia destruen
tes,& omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Dei
Deinde cum dicit.[Fide,Raab meretrix.]Ostendit,quid factum
sit per fidem ab aliquo de populo infideli.i a Raab,de qua Iosue
5.& 6.Cum.n.Iosue misisset exploratores ad explorandum Hie-
rico,ipsi euaserunt auxilio illius mulieris,quæ dicitur meretrix.id
est idolatra.Vel ad literam,meretrix erat,ad quam ingressi sunt
non ad peccandum,sed latendum.Domus.n.talium patent,maxi-
me de nocte.Isti etiam venerant de nocte.Domus etiam eius con
iuncta erat muro.Meretrices autem absque exceptione accipiunt
indifferenter,& ideo melius poterant apud eam occultari.Ista er-
go per fidem liberata fuit.Vnde dicit[Raab meretrix fide,]idest p
fidem.[Recipiens exploratores cum pace non periit cum incredu
lis,]qui corporaliter perierunt,quia exploratores iurauerant ei ip
sam liberare & omnem domum patris sui,quod,& fecerunt. Qua
re autem magis declinauerint ad ipsam potest dici , quia vt ipsa
minus posset inculpari,indifferenter omnes recipiens. Nec erat cõ
ueniens,vt salus ipsorum fieret alicui saluanti ipsos,occasio mor-
tis.In hoc autem,quod ex ipsa receptione ipsorum liberata est,desi
gnatur quod recipientes prædicatores euangelii liberantur a mor
te æterna.Matth.10.Qui recipit prophetam in nomine prophetæ
mercedem prophetæ accipiet:

SVpra posuit Apostolus ea,quæ facta sunt a patribus per fidem
Sante introitum,& in ipso introitu terræ promissionis,hic acce
dit ad narradũ exẽpla
illorũ,qui fuerunt in
ipsa terra ,promissionis,
quæ quia multa sunt.
iõ breuiter præmissis
nominibus patrũ, po
nit in generali præci-
pua facta ipsorum,po
nens causam illius bre

LECTIO VII.

ET quid adhuc dicam, Deficiet enim me tempus enarrantẽ, de Gedeon,Barach,Sãson,Iepte,Dauid

uitatis.Et circa hoc facit tria.Primo ponit nomina patrum,& cau
sam,quare breuiter vult eorum facta pertransire.Secũdo ostendit
quid fecerunt per fidem . ibi. [Qui per fidem vicerunt .]
Tertio quid per fidem receperunt , ibi [Adepti sunt. Dicit
ergo[Quid adhuc dicam? Quasi dicat.Perueni vsque ad tempus in
troitus terræ promissionis,in quo pauca respectu dicendorum di-
cta erant.Remanent enim tot dicenda,q̃ non possent explicari
[Deficiet enim tempus enarrantem,]idest si velim enarrare non
sufficiet mihi tempus epistolaris enarrationis,quæ debet esse suc
cincta.Vnde Hie.ad Paulinum.6.c.Neque.n.epistolaris angustia,
longius euagari patiebatur.Vel ipse intellige vitæ.Isto mõ loqui
tur Io.ult.Sunt quidem & alia multæ,quæ fecit Iesus &c . Vbi di
cit Gl.q̃ loquitur hyperbolice,nec tamen est falsum,sed est figura
tiua locutio.Ps 39.Vbi nos habemus,Annuntiaui & locutus sum
multiplicati sunt super numerũ.De litera Hieronymi,Si annun-
tiare voluero,plura sunt,q̃ narrari queant.Sciendũ tñ q̃ aliq̃ isto
rũ aliqua mala fecerunt, & aliqua bona,vnde nõ numerantur hic
nisi quantũ ad bona q̃ fecerunt,vel receperunt.Tamen probabile
est, quod omnes fuerint finaliter sancti,ex quo Apostolus nomi-
nat eos in catalogo sanctorũ.Primo ergo ponit Gedeonẽ,de quo
Iudic.6.Quẽ præmittit, & quia nihil mali fecit , & quia fecit fa
ctũ multũ insigne,& forte ẽt,quia accepit maximũ signũ incar-
nationis Christi in vellere & rore,de quo ps.in Ps 171.Descendet
sicut pluuia in vellus. Secũdo ponit Barach,de quo Iud.4.Qui nõ
fuit ita ipsigne sicut Gedeon,cui ẽt illa victoria non fuit reputa
ta,sed magis mulieri,& iõ forte postponit ipsum . Tertio ponit
Sanson,de quo Iudi.13.De quo specialiter vs,q̃ non deberet hic
numerari,quia in morte peccauit interficiendo e Augu.aũt.1.de
ciu.Dei dicit,q̃ excusatur,quia creditur hoc fecisse mandato Dei
cuius signũ est,quia non potuisset domũ tantã ppria virtute sub
uertere.sed virtute De,q̃ nõ addiuat ab malũ Quarto,ponit Iepte,
de quo iudi.11. Istũ postponit Sansoni,quia nõ fecit totfacta insi
gnia.sicut ille Dubitatur aũt de Iepte,si immolando filiã suam ex
voto peccauerit,vs q̃ non,quia dr ibi.Irruit spiritus Domini in
Iepte.Et post hoc sequitur votũ suũ& victoria,Cõtra.Dicit Hier.
q̃d fuit in uouendo impius.Respondeo,Dicendum est, quod fuit
ibi aliquid a Spiritusancto.i.motus ad vouendum in generali; q̃
i.immolaret quicquid occurreret sibi immolabile,aliquid autem
ex proprio suo spiritu.i.q̃d immolauit,q̃d non debuit, & in hoc
peccauit,sed post pœnituit . Similiter Gedeon peccauit faciendo
Ephot,& in tentando Deum in petitione signi in vellere , & po
stea pœnituit,sicut & Dauid & Samuel de quibus,sin libris Re
gnum agitur,Et aliis prophetis,de quibus si vellem dicere. tem-
pus deficiet.Sed tunc quæstio est,vtrum omnes isti qui dicti sũt,
fuerunt prophetę.Respondeo,Dicendum est,quod Spiritusanctus
mouit mentem prophetæ,sicut agens principale mouet instru-
mentum suum,Potest autem Spiritusanctus mouere ad tria.i.ad
cognoscendum,ad loquendum,& ad faciendum . Et quodlibet
istorum dupliciter.Ad cognoscendum scilicet quandoque cum in
tellectu,eius quod videtur,sicut fuit Ezaias & alii prophetę,vnde
dicti sun & videntes.i.Reg.19 Qui hodie dicitur propheta , olim K
dicebatur videns.Aliquando autem sine cognitione eius, quod vi
detur ,sicut patet in somnio Pharaonis,& in visione Balthasar .
Ad loquendum etiam mouet dupliciter quandoque ad sciendum
id de quo loquitur,sicut patet de Dauid:quandoque autem nescit
sicut Cayphas,& forte Balaam.Similiter etiam quãdoque mouet
ad faciendũ,& scit quid facit,sicut Hieremias,qui abscondit lum
bare suum super Euphratem.Quandoque aũt nescit , sicut dicit
Aug.super Io.de militibus,qui diuiserunt sibi vestimenta Chri-
sti,non tamen cognoscebant misterium,ad quod illa diuisio ordi
nabatur Hoc est ergo de tõne prophetæ,quod cognoscat illud q̃d
videt,vel dicit,vel facit.Quando aũt non cognoscit.non est vere
propheta,sed participatiue tãtũ Et sic dicit Ioannes Cayphã pro
phetasse,quia habuit aliquid prophetiæ.Iste aũt motus Spiritussã
cti

si dicitur instinctus secũdum Augustinum.Deinde cum dicit. [Qui A
per fidem vicerunt regna.] Ostendit,quid sancti,de quib.locutus est
fecerunt & primo ostendit hoc in generali.Scdo, descendit ad quæ-
dam specialia,ibi.[Obturauerunt ora leonum.] Primo,autem ponit
facti ipsorum meritum.Secundo,præmium,ibi.[Adepti sunt.] Circa
primum sciendum est
q̃ inter omnes actus
exteriores virtutũ mo
ralium,actus fortitudi
nis, & iustitiæ videtur
esse præcipui,quia ma
xime pertinent ad bo-
nũ commune.Per for-
titudinem.n. respublica defenditur ab hoste
per iustitiam vero con
uersatur.Vnde Apostolus,ex vtroq; actu commẽdat sanctos patres.
Ab actu quidem fortitudinis,cum dicit,q̃ isti[Per fidem vicerunt re
gna,]i.reges,vel etiam regna ipsorum,sicut Dauid,& Iosue, Nihilo
minus tamen sancti spiritualiter per fidem vicerunt regna,i.regnum
diaboli,de quo Iob.4.Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.Ite
carnis.Rom.6.Nõ ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.
Item,regnum mundi.Io.18.Regnum meum non est de hoc mundo
Isti autem vincunt per fidem.1.Io.5.Hæc est victoria,quę vincit mũ
dum,fides nostra.Nullus enim potest præsentia contemnere, nisi p
pter spem futurorum bonorum. Per contemptum enim principali-
ter vincitur mundus.Et ideo quia fides ostendit nobis inuisibilia,p-
pter quæ contemuitur mundus,ideo, Vincit mundum fides nostra .
Ab actu autem iustitiæ commendat eos cum dicit. [Operati sunt iu
stitiam.Aliquando autem iustitia est virtus generalis,quãdo,scilicet
obedit legi diuinæ.Psal.10.Iustus Dominus,& iustitias dilexit. Et 2. C
Mac.9.Iustum est subditum esse Deo 1.Io.3. Qui iustitiam facit iu-
stus est.Aliquando autem est virtus specialis,& ista consistit in actio
nibus,& communicationib.humanis,quando,s.reddit quis vnicuiq;
quod suum est.Vtranque autem iustitiam habuerunt sancti.Esa.54.
Hæc est hæreditas seruorũ Dei, & iustitia apud me , dicit Dominus.
Eccl.1.Concupiscens sapientiam,serua iustitiam,s.obediendo man-
datis.Item,ipsam exercendo in populo.Psal. 118. Feci iudicium , &
iustitiam &c.Deinde cum dicit.[Adepti sunt.Ostendit, quid recepe
runt,quia[Adepti sunt repromissiones.]Promissio enim Dei efficax
est,quia nunquam deficit Deus in promissis Rom. 4. Quæcunque
promisit Deus,potens est,& facere.Psalm.144. Fidelis Deus in om-
nibus verbis suis.Sed cõtra.Supra eodem.Iuxta fidem defuncti sunt,
non acceptis repromissionibus . Respondeo : Dicendum est,q̃ illud
quod hic dicitur tripliciter potest intelligi.Vno modo, q̃ promissio
Dei sit illa specialis,quia promittit sanctis vitam æternam . Et istam D
nullus accipit ante aduentum Christi.Ro.15. Ad confirmandas pro
missiones patrum . Secundo,pro promissione de terra promissionis
habenda.Et istam non acceperũt priores patres tres.s.Abrahã,Isaac,
& Iacob,sed tantum patres posteriores,sicut Iosue,& alij sancti.Ter
tio,pro promissione particulari,s.eius , quod vnicuique promissum
fuit,sicut Dauid regnũ,& Ezechiæ sanitas.Et istas promissiones con
secuti sunt.Deinde cum dicit.[Obturauerunt ora leonũ.]Ponit quæ
dam particularia beneficia aliquibus collata. Et primo,quæ pertinẽt
ad remotionem mali.Secundo,illa quæ pertinẽt ad executionem bo
ni,ibi.[Fortes facti sunt in bello.] Malum autem nociuum hominis
est duplex.Vnum exterius,aliud interius.Secundum,ponit ibi.[Cõ-
ualuerunt.]Exterius autem malum est duplex, quia aut illatum est
a creatura irrationali,aut rationali.Secundum ponit, ibi.[Effugaue-
runt.]Ab irrationali duplex,scilicet vel ab inanimata, vel ab anima-
ta.Nocumentum illatum ab inanimata tangit,ibi. [Extinxerunt im-
petum.]Quantum ergo ad animata, dicit .[Obturauerunt ora leo-
num.]Loquitur autem in plurali, licet non fuerit nisi vnus , scilicet
Daniel,sicut etiam dicitur Matth.2. Defuncti sunt enim qui quære-
bant animam pueri.Nullus autem tunc quærebat Christum occide
re,nisi solus Herodes.Cuius ratio est,quia loquitur de omnibus san
ctis communiter,quasi de vno collegio sanctorum. Et quod vnus fa
cit,imputatur alijs,& etiam omnibus,quod fit per virtutem spiritus
sancti,quæ est communis omnibus. Vnde etiam in isto contextu lo-
quitur tanquam de pluribus.Potest etiam dici , quòd hoc completũ
est in Dauid qui sicut ipse dicit.1.Reg.17,Leonem,& vrsum interfe
cit.Et etiam Sanson.Iudicum 14.Per Leonem autem spiritualiter in
telligitur diabolus.1.Pet.5.Aduersarius vester diabolus,&c.Qui er-
go insultus eius reprimit,os leonum obturat.Iob. 29. Conterebam
molas iniqui,& de dentibus eius auferebam prædam . Nocumẽtum
a re inanimata remouet,cum dicit.[Extinxerunt impetum ignis,] si
cut habetur de tribus pueris in Dan.3.Item,ad preces Moysi,& Aa-
on extinctus est ignis , qui missus a Domino deuorabat populum
murmurantem,sicut patet Num.11.16.Ignis iste,est interior motus
concupiscentiæ,vel iræ.Qui ergo refrenat illum motum , extinguit
impetum ignis.Psalm.57.Supercecidit ignis,& non viderunt solem.
Remotionem nocumenti per rationalem creaturam illatam , tangit
cum dicit.[Effugauerunt aciem gladij , idest, aciem hostis cum gla-
dijs acutis.Hoc autem
frequentissime factum
fuit per ipsos,sicut pa-
tet de Iosue, Gedeone
& Dauid.Per gladium
autem mala suasio in-
telligitur.Psal.56. Lin
gua eorũ gladius acu-
tus.Istos gladios fugat
qui malam linguam
tacere facit.Eccl.28.Se

Samuel,& prophetis,qui per fidem ui
cerunt regna, operati sunt iustitiam ,
adepti sunt repromissiones. Obtura-
uerunt ora leonum,extinxerunt impe
tum ignis, effugauerunt aciem gladij,
conualuerunt de infirmitate , fortes
facti sunt in bello . Castra uerterunt
exterorum:acceperunt mulieres de re B
surrectione mortuos suos.

LECTIO VIII.

ALij autem distenti sunt,nõ suscipientes redemptionem, vt inuenirent meliorem resurrectionem.Alij vero ludibria &verbera experti,insup

pi aures tuas spinis,& noli audire linguam nequam.Prou. 25.Vétus aquilo dissipat pluuias,& facies tristis linguam detrahentem. Nocumentum interius est infirmitas de cuius remotione dicit.[Cõualuerunt de infirmitate,]sicut specialiter apparet de Ezech.4.Reg.20. & Esa.38.Ista autem infirmitas est peccatũ.Psalm.6.Miserere mei Domine,quoniam infirmus sum.Conualescit ergo,qui resurgit . Deinde cum dicit.[Fortes facti sunt.]Ponit beneficia quantum ad assecutionem boni,& ponit tria.Primũ pertinet ad hoc,quòd fortiter egerunt.Vnde dicit[Fortes facti sunt in bello]sicut patet de Iosue, Eccl. 46.Fortis in bello Iesus naue , successor Moysi in prophetis &c. Sic patet etiam de multis aliis.Secundum pertinet ad effectum illiusfortitudinis.Vnde dicit[Castra verterũt exterorum.]sicut patet de Machabæis,& de Dauid . Psalm. 26. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum . Sed tertium pertinet ad effectum fortitudinis diuinæ.Vnde dicit.[Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos,]idest per resurrectionem.Quod aliqui male intelligentes exposuerunt mortuos suos,idest viros suos resuscitatos,per hoc asserentes,quòd per mortem nõ soluitur matrimonium,quod falsum est,etiam si resurgeret.Et est contra Apost.Rom.7. Si dormierit vir eius,liberata est a lege viri.Vnde sciẽdum est, q̃ etiam in effectibus sacramentorum est quædam differentia.Quædam enim sacramenta imprimunt characterem,sicut baptismus,confirmatio,& ordo . Et quia character in anima perpetuo manet,ideo baptizatus,vel confirmatus,vel ordinatus,si resuscitaretur,non debet iterari aliquod illorum sacramentorum.Alia vero sacramenta nõ imprimunt characterem,sicut pœnitentia,extrema vnctio,& sic de aliis , quia sunt contra aliquid iterabile,& ideo iterari possunt . Inter illa autem est matrimonium,& ideo non dicit viros,sed mortuos , quia mares filios suos mortuos receperunt per resurrectionem,quorũ resurrectio fuit quoddam præsagium futurę resurrectionis inchoatę per Christum. De istorum resurrectione,vel magis resuscitatione , habetur 3.Reg. 17.& 4.Reg.4.Tamen isti sic resuscitati,sunt iterum mortui , Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur.Rom.6. Vnde resurrectio eius fuit initium futuræ resurrectionis. 1.Corinth.15.Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium.Sicut autem ista tẽporalia bneficia illis data sunt tanquam infirmis,ad sustentationem per meritum fidei ipsorum,ita fuerunt figura futurorum bonorum quæ nobis ex merito fidei dabuntur.Matth.vlt. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur &cæt. Quæ Gregorius exponit de bonis spiritualibus.

LECTIO VIII.

SVpra posuit Apostolus exẽpla sanctorũ patrum antiquorum,qui multa magna fecerunt propter fidem:hic ponit exẽpla illorũ, q̃ multa pp fidem passi sunt.Et circa hoc facit duo.Primo.n.ostendit , E
quo passi sunt propter fidem.Secundo ostẽdit, quo promissiones eis
factæ,dilatæ sunt,& quare ibi.[Et hi omnes testimonio.] Circa pri-
mum duo facit,quia primo ponit mala ab alijs eis illata. Secũdo ma
la,propria voluntate assumpta,ibi[Circuierunt in melotis.]Ab alijs
aũt illata sunt eis mala dupliciter,quia quædam in vita,quædã vero
in morte.Et ista duo ponit,ibi.[Lapidati sunt.]In vita vero mala tri
pliciter illata sunt eis:quia quædã quantũ ad corporalẽ afflictionem,
quædã quantũ ad irrisionem,quædã quantum ad inclusionem. Quã
tũ ad primũ dicit,Alij aũt &c.Quasi dicat.Ita dictũ est, q̃ quidã mul
ta bona receperunt propter fidẽ,vel in amotione mali,vel in execu-
tione boni tpalis,in quibus figuratur vetus testamentum,quod con
ferebat bona tpalia.Sed alij multa propter fidem passi sunt, quorũ.
[Quidam distenti sunt]in aculeis, sicut dicitur 1.Mach.2.& 2.Mich.
6.de pueris suspensis ad cervices matrũ,& 7.de septem fratribus. In
istis sanctis primo figurabatur nouũ testamentum.Vnde dicit.[Non
suscipientes redemptionem,]i. liberationem . Qui enim subiicitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnæ,est quodam modo seruus pœnæ.Et ideo liberari a pœna, dicitur redemptio.Psal.77.Die qua redemit eos de manu tribulātis. Sed quare non fuerunt liberati,ostendit,quia hoc non fuit propter hoc, quia Deus haberet prouidentiam de ipsis, sed vt inuenirent vitam æternam,quæ melior est, quàm liberatio in quacunque pœna præsenti, vel quæcunque resurrectio vitæ præsentis, & ideo dicit. [Vt meliorem inuenirent resurrectionem.] Iob. 19. In nouissimo die,de terra resurrecturus sum.Esa.26. Viuēt mortui tui, interfecti mei resurgent. Vel dicit meliorem, quia ex hoc ipso,quòd maiora pro Christo passi sunt maius premium recipient. Sicut,enim dicitur 1.Cor.15.Stella differt a stella in claritate,sic erit resurrectio mortuorū.

vincula,& carceres: lapidati sunt, secti sunt,tentati sunt,in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes,angustiati,afflicti:quibus dignus non erat mundus:in solitudinibus errantes, in montibus,& speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati,non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumarentur.

Qui enim fuerunt maiores in merito,maiores erunt in premio.Et ideo Apostoli ꝑferūtur martyribus,martyres vero omnibus alijs.Maiores,enim merito,maiores sunt premio,Præcipua vero sunt merita martyrū. Ioā. 16.Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore,sed aliquis martyr potest esse maior aliquo confessore,& econuerso aliquis confessor aliquo martyre,licet non vniuersaliter.Potest enim comparari vnus alteri, vel quantum ad genus operis,vel quātum ad gradus charitatis. Nullus autem actus quantum est de se,est ita meritorius,sicut quo quis moritur propter Christum,quia dat illud quod habet carius,s.vitam ꝓpriam.Matt.5.Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Si vero consideretur radix omnis meriti,quæ est charitas.1.Cor.13. sic opus procedens ex maiori charitate,est magis meritorium. Et sic potest vnus simplex confessor,esse maioris meriti apud Deum. Apostolus autem loquitur in genere operis,dicens, Vt,s.meliorem,i.maiorem,& clariorem inuenirent resurrectionem.Vnde,ly melioré,importat comparationem status præsentis vitę ad futuram resurrectionem,vel comparationem claritatis resurrectionis vnius resurgentis ad claritatem alterius.Deinde cum dicit.[Alij ludibria.] Ponit mala illis illata in vita,quantum ad irrisionem factam in verbis,dicens, ꝙ [Alij experti sunt ludibria,]sicut patet de Sāson.Iud.16.De Thobia & Iob,& Esa.50.Faciem meam non auerti ab increpantibus,& conspuentibus in me.Hier.etiam dicit.Hie.20.Factus est mihi sermo domini in opprobrium,& derisum. Quantum vero ad facta dicit,ꝙ experti sunt verbera,sicut patet de Michæa,de quo 3.Reg.vl.& 2.Par. 18.Dr ꝙ percussit eum Sedechias in maxillam. In quibus omnibus præsignabantur passiones noui testamenti.1.Cor.4.Spectaculum facti sumus mundo,& angelis,& hominibus.Deinde cum dicit.[Insuper & vincula,]Ponit mala sanctis illata,quantum ad inclusioné.Vñ dicit.[Insuper & vincula,]sicut Hieremias,de quo Hi.20.Dicitur ꝙ positus fuit in neruo.Nec solum vincula,sed. Etiam[carceres,] sicut Hiere.Hie.37.& 38.Et Michæas 3.Reg.vlt. Cōsequēter ostendit mala illata,quantum ad mortem,cum dicit.[Lapidati sunt.] Quod quidem genus mortis tunc erat cōe apud oēs Iudæos.Matt.23. Hierusalem Hierusalem,q̃ occidis prophetas,& lapidas eos, qui ad te missi sunt.Sic lapidatus est Naboth.3.Reg.21.Et Hieremias,de quo legit, ꝙ Iudæi lapidauerunt eum in Aegypto lapidibus,quos absconderāt sub muro latericio domus ipsius Pharaonis. Et licet Epiphanius dicat,ꝙ fuit tractus,tñ cōiter ponitur,ꝙ fuit lapidatus. Zach. ēt filius Ioiadæ fuit lapidatus,vt legitur.2.Par.24.Secūdum genus mortis inconsuetum,& crudele ponit,cum dicit.[Secti sunt.]Hoc dicit,ꝓpter Esaiā,qué Manasses fecit secari serra lignea. Et loquitur pluraliter, licet non fuerit nisi vnus ſm consuetudinem scripturæ, ꝓp cām supradictam.Tertium genus,cum dicit.[Tentati sunt]vt,s.consentirét. Quod dicit ꝓp Matathiam, & filios eius.1.Mach.2. Et propter Eleazarum.2.Mach.6.Et propter historiam de septē fratribus.7.c. Et tandem occiderūt eos.Tren.4.Melius fuit occisis gladio, quā interfectis fame.Spāliter tamen Vrias fuit occisus a Dauid.2.Reg.11. Et Iosias. 4.Reg.23.Deinde cum dicit.[Circuierūt in melotis,] ponit mala voluntarie assumpta.Et ista ad tria reducuntur,s.ad exteriorem cultū, ad personæ statum,ibi.[Egentes,]& ad habitationis locum, ibi. [In solitudinibus.[Quantum ergo ad cultum,dicit. [Circuierunt in melotis,& in pellibus caprinis.]Melota est vestis facta de pilis camelorum,vt quidam dicunt.Vel melius ꝙ taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis,quæ dicitur melota.Pellis caprina, cum hoc, ꝙ est hirsuta,est etiam vilis.Et hæc dicūtur de Elia.4.Reg.1.quòd erat vir

F pilosus,& zona pellicea accinctus renibus.Et de talibus vestibus dicit August.in lib.de sermone Domini, quod potest esse in tali veste intentio mala,si quis vtatur ad vanam gloriam,bona autem,si ad cōtemptum mundi,& macerationem carnis.Præcipue autem, qui profitentur statum pœnitentiæ,debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis vti talib9 vestibus,non tamen ad ostentationem, & sic vtebantur prophetæ. Quantum autem ad statum personæ dicit. [Egentes,]quia carebant diuitijs, in quo præfigurabant statum perfectionis noui testamenti, de quo dicitur Matth.19.Si vis perfectus esse,vade, & vende omnia, quæ possides.Et hoc fuit specialiter de Elia, quia pastus fuit a coruis,& a muliere vidua.3. Reg. 17.Psal.87. Pauper ego sum in laboribus.Idem 69.Egenus,& pauper ego sum.Item.[Angustiati,sicut patet de Elia,qui fugit a facie Iezabel.3.Reg 19.Et de Dauid qui fugit a facie Absalon.2.Reg.15.Item afflicti labore corporali sicut de Elia,qui dormiuit lassus subter vnam iuniperum. Et subdit. [Quibus dignus non erat mundus.Sicut dicit Dionysius in epistola ad Ioannem Euangelistam,Mali aliquando per ea,quæ faciunt, ostēdunt indicia suæ damnationis,vnde dicit, ꝙ per hoc,ꝙ mali separauerunt a se beatum Ioannem,ostendebat Deus, ꝙ erāt indigni societate H eius.Et iō dicit Apostolus, ꝙ[Mundus nō erat dignus eis.] Quasi dicat,Quia mundani non erant digni societate iustorū.Io. 15. Ego elegi vos de mundo,propterea odit vos mundus. Deinde cum dicit. [In solitudinibus.Ostendit hoc quantū ad locum,quia propriā mansionem non habebant,sed[Errabant in solitudinib.& in mōtibus, & in speluncis,& in cauernis terræ,quæ sunt loca apta ad cōtemplationem,& pœnitentiam.Dicitur aūt spelunca,quæ fit arte,sed cauerna, quæ est a natura,vel ab aliquo accidente,sicut ex corrosione aquarū Ista patent de Dauid.1.Reg.22.& 23.Et de Elia.3.Reg.19.Deinde cū dicit.[Et hi omnes.]Ostendit, ꝙ eis dilatæ sunt promissiones. Et ne putetur,ꝙ hoc fuerit propter defectū meriti:ideo secundo, designat rationem illius dilationis,ibi.[Deo pro nobis.[Dicit ergo,ꝙ [Hi oēs testimonio fidei probati inuenti sunt],i.per fidem habēt testimoniū, I ꝙ sunt probati,i.approbati a Deo.2.Cor.10.Non.n.qui seipsum cōmendat,ille probatus est,sed quem Deus commēdat.Sap.3.Tanquā aurum in fornace probauit eos.Et tñ.[Non acceperunt repromissionem].s.gloriæ,vel promissam vsq; ad Christū.Psal.1.Distulisti Christum Temporales.n.acceperunt,non autem spirituales, supra eodē, Defuncti sunt,non acceptis promissionibus.Deinde cum dicit.[Deo pro nobis,]Ostendit rationem dilationis,ex quo aliqui sumpserunt causam,vel occasionem erroris,qui dicunt, ꝙ nullus in paradisum intrabit vsq; ad vltimam cōsumationem,quæ erit per finalem resurrectionem.Sed hoc est contra Apost.1.Cor.5.Scimus, ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ædificationem habemus ex Deo,domum nō manufactam, sed æternam in cœlis.Ista ergo consumatio,de qua loquitur Apost.potest referri ad præmium essentiale,s.ad beatitudinem,quæ habetur per Christum Miche.2.Ascendit pandens iter ante eos;quam non habuerunt sancti veteris testamenti.Vel potest referri ad stolam corporis, quæ non dabitur vniuersaliter,vsque post resurrectionem vniuersalem, licet forte aliqui iam habeant ipsam ex speciali priuilegio.Non ergo sine nobis consumantur,sed perficiuntur duplici stola, vt sicut dicit K gl.in communi gaudio omnium, maius fiat gaudium singulorum. Vnde in hoc nobis Deus prouidit.Et ideo dicit[Deo pro nobis aliqd melius prouidente.Psal.132.Ecce quàm bonum, & quam iucūdum habitare fratres in vnum.Magis enim gaudet homo cum plurib.gaudentibus.Gl.Si isti tenuerunt fidem,qui tamdiu expectauerunt,multo magis teneamus nos,qui statim recipimus.Luc. 23. Hodie mecū eris in paradiso.

CAP. XII. LEC. I.

IDeoque & nos tantam habentes impositam nubem testium,deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum,per patientiam, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fi- G dei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuitur a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini,animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis,aduersus peccatum repugnantes.

LECTIO I.

SVpra Apostolus multipliciter commendauit fidem per quam membra Christo capiti coniunguntur, hic ponit moralem monitionem exhortans, vt fidem quam tenent corde, operibus demonstrent:sicut etiam monet Iac.capit. secundo Canonicæ suæ. Et primo, docet quomodo se debeant habere circa mala. Secundo, quomodo debeant se habere circa bona. capit. 13.ibi [Charitas fraternitatis.]Est aūt duplex malum,s.pœnæ & culpæ. Primo ergo,docet qūo se dñt habere circa mala pænalia tolerāda.Secundo,circa mala culpæ uitanda,ibi.[Propter quod remissas &c.]Ad tolerandum autem malum pœnæ,Primo,inducit exēplo antiquorum,Secundo,exemplo Christi, ibi.[Aspicientes in authorem,]Tertio,authoritate scripturæ, ibi.[Et obliti estis.] Quantum ergo ad primū dicit.[Iō nos habētes tantam nubem testium interpositam.] Quasi dicat,Ita dictum,est quod sancti testimonio fidei probati, nec tamen habuerunt repromissiones,& tamen cum hoc non defecerunt in expectādo,ergo nos qui habemus tantam nubem testium interpositam &c.Sancti dicuntur testes Dei,quia verbo, & facto glorificabatur Deus per eos.Matt.5.Sic luceat lux vestra bona,& & glorificent patrem uestrum,qui in cælis est.Esa.44. Vos testes mei dicit Dominus.Dicuntur aūt sancti,nubes,Primo, propter conuersationis sublimitatem.Esa.60.Qui sunt isti,qui ut nubes volant.Secundo,propter doctrinæ fæcūditaté.Iob.26. Qui ligat aquas in nubibus suis,vt non erumpant pariter deorsum. Ec.36.Effundit imbres ad instar gurgitum,qui de nubibus fluūt. Tertio,propter spiritualis consolationis utilitatem.Sicut.n.nubes præstant refrigerium,sic exempla sanctorum.Esa.18.Et sicut nubes roris in die messis.Hanc ergo nubem testium habemus impositam,quia ex uita sanctorum,quodammodo inducitur nobis necessitas ad imitandum.Iac.5 Exemplum accipite fratres exitus mali,& longanimitatis,laboris,& patientiæ,prophetas.Aug. Sicut Spūsanctus loquit in scriptura,ita in gestis sctōrū,q̃ nobis sūt forma,& pceptū uitæ.Hoc est ergo exēplū sctōrū,qi iuci. Sed qa ad cōformādū se ad aliqd exēplar,interdū ex impedimēto superueniēte impedit hō,iō remouet illud qd potissime pōt impedire.Illud aūt est pondus peccati Tribulatio autem est,quasi quidā agon.1.Cor.9.Omnis,qui in agone contendit ab omnibus se abstinet.Sicut aūt in cursu,& certamine oportet omnia aggrauātia deponere,ita & in agone tribulationis.2 Tim.4.Bonum certamē certaui cursum consumaui. Qui ergo in tribulatione uult bene ad Deum currere,oporteret impedimenta deponere.Ista impedimenta vocauit ipse Apostolus pondus,& circunstans peccatū Per Pondus,]autem pōt intelligi peccatum perpetratum,quod dicitur pondus,quia animam deprimit ad infima,& inclinat ad aliud. Ps.32.Sicut onus graue,grauatæ sunt super me.Gre.Peccatū ꝙ p pænitentiam non diluitur,mox suo pondere ad aliud trahit. Per [Circunstans peccatū,]pōt intelligi occasio peccandi, quę quidē est in omne,ꝙ circundat.s.in mundo, carne,proximo dæmone [Deponentes ergo omne pondus,]i.peccatū,perpetratum, ꝙ dr pondus.[Et circunstans nos peccatū],s occasioné peccandi 1.Pet. 2.Deponentes omné malitiā,& omné dolū.Vel pondus,pōt intelligi,cēdiū tribulationis.Sic.n.frequenter tribulatio dr onus per ꝓphetas,sicut onus damasci,i. tribulatio. q.d. Non sit nobis graue pati pro Christo.Circunstans peccatū dr tentatio nobis immissa,ex circuitu hostis 1.Pet.5.Aduersarius uester diabolus &c. Vel pondus affectio terrena,per circunstans,aūt peccatū affectio carnalis,quæ,s.causantur in nobis a carne circunstante.q.d.Deponatis affectionem tam temporalium,quam carnalium, si uultis libere currere.Vñ subdit monitionem dicens.[Curramus per patientiam ad certamen nobis propositum,non solum illatum, qd tamen sustineamus patienter.Sed nos ipsi voluntarie curramus. Psal.118.Viam mandatorum tuorum cucurri. Hoc autem certamen nobis propositū est cū iustitia.Eccl.4.Vsq; ad mortem certa pro iustitia.Deinde cum dicit.[Aspicientes &c.]Ponit exemplū Christi.Et circa hoc duo facit.Primo.n.oñdit quare passio Christi habēda est in exēplum,& quid in ipsa considerādum est.Secd̄o oñdit fructū istius considerationis,ibi.[Recogitate eū.] Sicut.n. dr Ephe.2.Gratia saluati estis per fidem Christus aūt est author fidei.Si ergo vis saluari,debes intueri exemplar illud. Vnde dicit. [Aspicientes in Iesum.]Passum.Hoc significatum per serpentem æneum eleuatum pro signo,in quem aspicientes curabantur. Num.21.& Ioan.3.Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis,ut omnis, qui credit in ipsum non pereat,sed habeat uitam æternam.Si ergo uis saluari, respice in faciem Christi tui.Ipse enim est author fidei dupliciter. Primo eam docendo uerbo super.1.Locutus est nobis in filio. Io. 1.Vnigenitus,qui est in sinu patris ipse enarrauit. Secundo eā in corde iprimendo.Ph.1.Vobis donatum est pro Christo non solū, vt in ipsum credatis &c Item,ipse est consumatio fidei dupliciter. Vno modo ipsam miraculis confirmando.Io.10.Si mihi non

A uultis credere,operibus credite.Item,fidem præmiando. Cum.n. fides sit imperfecta cognitio,eius præmium consistit in ipsius cognitionis perfectione.Io.14.Eg odiligam eum,& manifestabo ei meipsum Hoc aūt significatū fuit Zach.4.Vbi dr,Manus Zorobabel fundauerunt domum istam,s.ecclesiam,cuius fundamentum est fides, & manus eius perficient eam.Nā manus Christi ,quidē gñe Zorobabel descendit,fundat ecclesiā in fide, & fidem gloria cōsumat. Videmus.n. nunc in speculo,& enigmate,tunc autem facie ad faciem.1. Cor. 13.Aug.1.de trin.c.10.Contemplatio est merces fidei,cui mercedi per fidem corda mundantur,sicut scriptum est, Fide mundans corda eorum.In passione enim Christi tria consideranda sunt.Primo,quid contempsit.Scd̄o,quid sustinuit.Tertio,quid promeruit Quantum ad primum dicit.[Qui proposito sibi gaudio,] Istud autum gaudium,fuit illud gaudium terrenum quo a turba quam B pauerat quærebatur,ut facerent eum regem, ꝙ ipse, contempsit fugiendo in montem.Ioā.6.Vnde Ecc.2.Risum reputaui erroré & gaudio dixi,quid frustra deciperis? Vel proposito sibi gaudio æternę vitæ pro præmio.[Sustinuit crucem,]hoc est ēm, s.quid sustinuit quia crucē Ph 2.Humiliauit semetipsum factus obediés vsq; ad morté,morté aūt crucis.In quo oñditur,& cruciatus acerbitas,quia ibi affixus fuit manibus,& pedib.& mortis vilitas, & ignominia,qa hoc erat ignominiosū genus mortis.Sap.2. Morte turpissima condemnemus eum.Quantū aūt ad tertiū,s. quod ꝓ meruit quia sessioné ad dextrā patris.Vñ dicit.[Atq; in dextera sedis Dei sedet.]Exaltatio.n.humanitatis Christi,fuit præmium passionis eius.Heb.1.Sedet ad dextram maiestatis in excelsis.Deinde cum dicit [Recogitate eū]oñdit,quis sit fructus huius considerationis Et primo monet ad diligenté exempli considerationem. Secd̄o,ostendit utilitaté,ibi[Vt non fatigemini.]Tertio, subdit C rōné ibi[Non.n.vsque.]Dicit ergo.Ergo Ita dictū est [Aspicientes &c.]Nec hoc solū,sed ēt.[Recogitate eū] i.iterū cogitate.Pro. 3. In oībus uijs tuis cogita illū.Et huius iō est,quia in quacūque tribulatione,inuenitur eius remedium in cruce.Ibi.n.est obedientia ad Deum.Philip.2.Humiliauit semetipsum factus obediens. Itē, pietatis affectus ad parentes.Vnde ibi gessit curā de matre sua. Itē charitas ad proximū,vnde ibi pro transgressorib.orauit.Luc.23. Pater dimitte illis,non.n.sciunt qd faciunt.Ephe.5.Ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro uobis.Itē fuit ibi patiētia in aduersis.ps.Ob mutui,& humiliatus sum & silui a bonis,& dolor meus renouatus est.Es.53.Sicut ouis ad occisione ducet, & quasi agnus corā tondēte se obmutescet & nō aperiet os suū.Itē in oībus finalis perseuerātia.vnde vsque ad morté perseuerauit. Luc.23.Pater in manus tuas cōmendo spm meum.Vnde in cruce inuenitur exēplū oīs uirtutis.Au Crux nō D solū fuit patibulū patientis,sed ēt cathedra docentis [Recognitate ergo eū,qui sustinuit.]Sed quid cogitandum. Tria.s.genus passionis,vnde.[Sustinuit contradictiones] i.afflictionem in verbis. Vnde dicebant,Vah qui destruis tēplū Dei.Ps 17. Eripies me de contradictionib.populi.Ro.10.Expandi manus meas ad populū non credentem,sed contradicentem mihi. Luc. 2. Et in signum cui contradicetur Et[Contradictionem talem] i.tam grauem & ignominiosam.Treno.1.O uos omnes,qui transitis per viam, attendite,& uidete si est dolor sicut dolor meus.Secundo, a quibus passus est.quia[A peccatoribus.]pro quibus patiebatur.1. Pe.3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,iustus pro iniustis.Tertio persona patientis,Ante passionem.n.ab origine mundi,passus est in membris suis sed tunc in propria persona Vnde dicit.[Aduersus semetipsum[Es.46. Ego feci,& ego ferā.Ps.68.Quę non capui tunc exoluebā.1.Pet.2.Peccata nostra ipse pertulit in E corpore suo super lignū.Vtilitaté oñdit cū dicit [Vt nō fatigemini]Cōsideratio.n.passionis Christi facit nos nō deficere, Gre,Si passio Christi ad memoriā reuocat, nihil adeo durū est, ꝙ nō æquanimiter toleret Vñ nō deficiatis,tāq fatigati animo,a ueritate fidei.Esa 40.Currēt,& nō laborabūt,ambulabunt,& nō deficiēt 2.The.3.Nolite deficere benefacientes,Rōnē aūt huius,ponit dicés. [Nōdū.n.usq ad sanguiné restitistis.]Quasi dicat,Nō debetis deficere i tribulationib.uestris ꝓ uobis,qa nōdū tātū sustinuistis sicut Christus.Ipse.n.sanguiné suū fudit ꝓ nobis.Mat.26.Hic ē sāguis noui testāti,q ꝓ multis effūdet.Vos aūt rapinā bonorū uestrorū sustinuistis.Maius aūt ē de genere operis uitā dare,q̃ substātiā corporalē,licet aliquādo ex radice operis,s.ex charitate possit eē minus,sicut supra dictū ē,vñ dicit,Nondū.n. restitistis repugnantes aduersus peccatū [Vsque ad sanguinē,] s. fundendū ꝓ Christo.

LECTIO II.

Supra induxit Apostolus ad mala patienter sustinenda, exempla antiquorum patrum, & Christi, hic monet ad idem ex authoritate scripturæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo.n. ponit authoritatē. Sc͂do ondit sensum eius, ibi. [In disciplina perseuerate.] Tertio, arguit ad ꝓpositū ex ꝓmissis, ibi. [Qd̄ si extra disciplinam.] Ponit authoritatem, quæ habetur Prou. 3. Sed sub alis verbis, q̄ litera nostra habeat. Ibi.n. hēmus sic, Disciplinā Dn̄i fili minime abijcias, nec deficias cū ab eo corriperis. Quē.n. diligit Dn̄s, corripit & quasi pater in filio complacet, sibi. Quia vero Apostolus inducit authoritatem istam, causa consolationis, ideo vtitur alijs verbis Vnde dicit [Et obliti estis consolationis,] Quasi dicat, Mirum est, si obliti estis. ps. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Idem, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Dicit autē consolantis, idest Dei consolantis, & est emphatica locutio. 2. Cor. 1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Sequitur. [Quæ vobis,] idest Deus consolationis. [Loquitur tanquam filijs.] Ergo si punit, non odit, sed eius punitio ordinatur ad bonum, quia loquitur vobis tāquā filijs, Verba autem authoris ponit, dicens. [Fili mi &c.] Et subdit rationem, ibi. [Quem enim diligit &c.] In authoritate vero, prohibet odium disciplinæ, & impatientiam ad ipsam. Propter primum, dicit. [Fili mi, noli negligere.] sicut quidā qui odiūt disciplinā, de quibus dr̄ Prouer. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Amos. 5. Odio habuerunt loquentem in porta, & corripientem ꝑfecte abominati sunt. Dicit ergo Apostolus. Noli negligere disciplinā Dn̄i, q.d. Cum Deus te flagellat causa disciplinæ, noli negligere, i. negligenter habere fastidiendo. Sap. 3. Sapientiam, & disciplinā, q abjcit, infelix est. Propter secundum dicit. [Et ne fatigeris, dū ab eo argueris.] Quidam enim, & si correctionem duram non odiant, tamen impatienter portant. Et ideo dicit, Neque fatigeris &c. Tunc enim, homo spiritualiter fatigatur, quando contristatur intantū, q̄ deficit: supra eodē, Vt non fatigemini animis vestris deficientes. Eccl. 6 Ne accidieris in vinculis illius. Deinde cum dicit. I [Quem enim diligit Dominus castigat.] assignat causam, sicut autem dicit Philolosophus, Verbum castigationis communiter accipitur in pueris, & in cōcupiscentia, dicimus enim castigatū, cuius cōcupiscentia castigata est. Similiter puer dicitur castigatus, qui est bene disciplinatus, qud enim de se habet pronitatem ad malū, indiget refrenante. Talis autem est concupiscentia, & puer, qui de se sequuntur impetus suos. Ideo indigent castigante Ille ergo qui castigat, ideo hoc facit ne tendant in malum. Et quia sensus nostri & cogitatio nostra prona sunt ad malum ut dicitur Gen. 8. Ideo Dominus castigat nos, vt retrahat nos a malo. Ps. 117. Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Hie. 31 Castigasti me & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. In hoc autem castigat, quia flagellat omnem filium quem recipit. Et ideo, qui non flagellantur, non sunt de numero filiorum. Ps. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Vnde est signum, quasi æternæ reprobationis Ezech. 16. Auferetur zelus meus a te. Nec mirum si flagellat oēm filium, quem recipit ꝑ adoptionem, quia Proprio filio suo non pepercit. Luc. vlt. Oportuit Christū pati. Cōsequēter cū dicit [In disciplina perseuerate.] Ostēdit sensum authoritatis præallegatæ, & primo ostendit sensū monitionis. Secundo sensum rōnis assignat, ibi [Tanquā filiis] Tertio, ostendit rōnē illā esse cōuenientem, ibi. [Quis.n. filius.] Monitio aūt Apostoli, fuerat, q̄ nō debeant negligere disciplinā Dn̄i, nec ēt fatigari Vtrūq; aūt cōprehendit in his verbis. Nō negligere. n. nec ēt fatigari sub disciplina, nō est aliud q̄ in disciplina perseuerare. Vnde Iob. 6. Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat. Ps. 2. Apprehendite disciplinā &c. Quare aūt non dēmus negligere, dixerat, quia Quē diligit Dn̄s &cęt. Vnde hic dicit Tanquam filiis uobis se offert Deus.] Quasi dicat, Ideo perseuera-

LECTIO II.

Et obliti estis consolationis quę uobis tanquam filiis loquitur dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dū ab eo argueris. Quem n. diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina ꝑseuerate, Tanquā filiis, vobis offert se Deus. Quis.n. filius, quem nō corripit? Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filii estis. Deinde patres quidem carnis, nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos num multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum uolūtatem suam erudiebant nos, hic autem ad id quod G utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mæroris, postea autē fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitię.

F te, quia offert se tanquam filiis. Hier. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Consequenter istam rationem esse conuenientem, dicens [Quis enim filius quem non corripit pater?] Ad patrem.n. pertinet corrigere filium suum Prouer 13. Qui parcit virgæ, odit filiū suū, q̄ aūt diligit illū, instanter erudit Eccles. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet pręceps. Et ideo necessaria est correctio, sicut Paulo datus stimulus carnis, ne per superbiam corrueret. 2. Corinth. 12. Deinde cum dicit. [Qd̄ si extra disciplinā &c.] Arguit ex ꝓmissis & primo deducendo ad inconueniens. Secūdo, ex quodā exemplo ibi [Deinde patres &c.] Tertio, ex utilitate se sequente ibi. [Oīs aūt disciplina &c.] Circa primū facit talē rōnē. Oēs sancti, qui Deo placuerunt ꝑ multas tribulationes transierunt, ꝑ quas filii Dei sancti sunt. ergo qui in disciplina non perseuerat, non est filius, sed magis adulter .i. de adulterio natus. Istius rōnis ponit tm̄ conclusionē, dicens. Si estis extra disciplinā, non estis filii, sed adulteri, quia disciplinæ facti sunt participes oēs, s. sancti 2. Tim. 3. Oēs, qui pie viuere uolūt in Christo, persecutionē patientur. Iudith. 8. Oēs, q Deo placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles Nec oportet, q̄ ipsa cti habeant exteriores tribulatiōes, cū interius affliguntur ex ma H la cōuersatione peruersorū. 2. Pe. 2. Habitās Loth apud eos, q de die in diē animā iustā iniquis operibus cruciabāt Filius aūt proprie dr̄, qui est ex legitimo patre Mater nostra est ecclesia, cuius sponsus est ipse Deus Osee. 2. Sponsabo te mihi in fide. Adulter aūt est diabolus & mundus. Qui ergo nati sunt ex spū diaboli, uel mūdi, sunt filii adulterini. Esa. 57. Accedite huc filii auguratricis & adulteri, & fornicariæ. Patet ergo, q̄ ꝓprie non sunt filii, nisi de legitimo patre nati Consequenter cum dicit [Deinde patres &c.] ponit secundā rōnē sumptā ex eo, q̄ experti sumus. s. ex correctione paterna. Quæ quidē rō, ꝓcedit ex duplici loci differentia, q̄ est inter Deū patrē, & patrē carnalē. Est aūt hæc prima differentia, Dei patris ad patrē carnalē. Hō.n. generat hominē quātū ad corpus, & nō quātū ad aīam, q̄ est ꝑ creationē, & nō traducitur 2, Mac. 7. Neq;.n. ego spūm & aīam & donaui vobis. Vn̄ dicit, q̄ [Nos habuimus patres carnis nostræ eruditores.] Eccl. 7. Filii tibi sunt erudi illos [Et reuerebamur eos.] Exo. 20. Honora patrē tuū & matrem I &c. Deus aūt excellētius est pater noster. s. quantū ad aīam, q̄ immediate creat. Eccl. vl. Spūs redeat ad Deū, qui dedit illū. Itē, iustificat aīam adoptando nos in filios. Ro. 8. Spiritus testimonium reddit spūi nostro, q̄ sumus filii Dei. Iō dicit [Nū multo magis obtēperabimus patri spirituum,] i. animarū nostrarū, quæ dicuntur spūs, qa non sunt ex materia [Et uiuemus?] Finis.n. obedientiæ, ē uita æterna. Io. 8. Si quis sermonē meū seruauerit, mortē nō gustabit in æternū supra. 5. Factus est omnibus obtēperantib. sibi, causa salutis æternæ. Secunda vero differentia est correctionis humanæ ad diuinam, quæ in duobus differunt, & primo quantum ad finem, quia finis humanæ correctionis est aliquid transitorium. Est enim ad bene conuersandum in hac uita, quæ est paucorum dierum. Secundo quantum ad rationem, quia homo corrigit secundū voluntatem, quæ falli & errare potest, & tamen obedimus ei. In correctione autem diuina non sic, qa erudit nos ad aliquid utile in sempiternum, scilicet ad recipiendum sanctificationem, quę scilicet est ipsemet Deus Esa. 8. Dominum exercituum, ipsum sancti K ficate. Ipse pauor uester, ipse terror vester, & erit nobis in sanctificationem. Et ideo dicit [Et illi quidem erudiebant nos in tempore paucorum dierum.] Et hoc quantum ad primum, [Et secundū uoluntatem suam.] Et hoc quantum ad secundum [Hic autem ad id quod vtile est.] Esa. c. 48. Ego Dominus docens te vtilia. Et hoc [In recipiendo sanctificationem.] idest in sanctificationem abipso recipiendā, & iō debemus magis recipere disciplinam eius. Sequitur [Omnis aūt disciplina &c.] Hęc est tertia rō, quæ sumitur ex vtilitate correctionis. Cum autē pænę sint quædā medicinæ, idem iudicium videtur esse de correctione & de medicina. Sicut autem medicina in sumptione amara est quidem & abominabilis, tamen eius finis est ualde dulcis & desiderabilis, ita & disciplina, qa grauis ē ad sustinēdū, sed adducit fructū optimū. Sciēdū ē autem,

autem quod disciplina dicitur a discendo. Pueri autem, qui addiscunt, flagellis erudiuntur. Et ideo disciplina aliquando sumitur pro scientia, vt in principio primi posteriorum. Omnis doctrina, & omnis disciplina &c. Quæ Grece dicitur. Epistemon. Aliquando autem sumitur pro correctione, & Grece dicitur pædia, sed in Latino non habet nomina ita distincta. Dicit ergo, quod [Omnis disciplina,] quæ scilicet est eruditio per flagella, & molestiā [In pręsenti videtur esse non gaudii sed mœroris,] quia exterius habet tristitiam in sustinendo sed interius habet dulcedinem ex intentione finis. Et ideo dicit. [Videtur,] & non dicit est. 2. Cor. 6. Quasi tristes. semper autē gaudentes. Io. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, &c. Cor. 4 Id.n. q̄ B in præsenti est momen tantum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. [Postea reddit fructum.] Fructus enim importat dulcedinem. Vnde frui est delectari in fine adepto [Pacatissimū.] Fructus enim habetur hic, cum perturbatione exteriorum incommodorum, & tētationum interiorum, & ideo non est pacatissimus sicut ibi In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiam, nec impellēns ad culpam, nec exterius contristans. Ibi enim vt dicit Aug. erit quicquid voles. ergo ille fructus est pacatissimus Pacatus quidem in tranquillitate conscientiæ, pacatior in susceptione primæ stolæ, sed pacatissimus in susceptione secundæ. Esai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Prouer. 3. Primi, & purissimi fructus eius, [Reddet ergo fructum iustitiæ,] idest quem meretur iustitia, Seminanti.n. iustitiam merces fidelis Prou. 11. Ibidem, Fructus iusti, lignum vitæ. Vel iustitiæ, ad iustitiam apprehendendam. Osee. 10. Seminate vobis in veritate iustitię, & metite in ore misericordiæ. psal. 125. Eūtes ibāt, & flebāt, &c. Sed non reddit fructus nisi. [Exercitatis per eam] i. per disciplinam supr. 5. Perfectorū est cibus solidus eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus.

LECTIO III.

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt nō claudicans qs erret, magis autem sanetur. Pacē seqmini cū omnibus, & sanctimoniā; sine qua nemo videbit Deū, cōtēplantes, ne qs desit grǣ Dei, ne qua radix amaritudinis sursū germi-

LECTIO III.

Supra monuit Apostolus, qualiter nos debemus habere ad mala pœnalia sustinenda, hic monet qualiter nos debemus habere ad mala culpæ vitanda. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit monitiones suas. Secundo assignat rationes ipsorū ibi [Non.n. accessistis.] Circa primum duo facit. Primo.n. monet hominē peccantem. Secundo, nondum peccantem, ibi. [Pacē sequimini.] Est autem duplex peccatū scilicet omissionis, & transgressionis. Primo ergo monet ad dimittendum peccatū omissionis. Secundo ad dimittendum peccatū transgressionis, ibi. Et gressus rectos.] Peccatum autem omissionis, duplex est. Vnum, quando quis omittit bonum facere. Aliud, omittendo mala, & aduersa tolerare. Quantum ad primum, dicit [Propter quod] sed qa disciplina affert fructum pacatissimum, ideo vt vos hunc fructum percipere possitis [Erigite manus remissas] Manus enim cum sit organum organorum, remissa dicitur, quando vacat a bonis operibus, & ideo erigenda est per rectam intentionem ad operandum, quæ Deo placent. Trenorum tertio. Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. ps. 140. Eleuatio manuum mearum &c. Manus enim remissa, inducit egestatem & seruitutem. Prouer. 10. Egestatē operata est manus autem fortium diuitias parat. Item. c. 12. Manus fortium dominabitur, quæ autē remissa est, tributis seruiet. In huius signum, quando Moyses eleuabat manus, uincebat Israel: quando vero remittebat, superabat Amalech. Exod. 17. Quantum ad aliud peccatum omissionis dicitur. [Erigite genua dissoluta.] In genib. totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta, qui non habēt fortitudinē fortiter tolerandi aduersa, nec ergo remissio abiiciēda est, Iob 4. Manus lassas roborasti, & genua trementia confortasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui. Esa. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborare. Manus ergo, & genua erigite, vt nec ocio torpeatis, nec debilitate hæsitetis, Deinde cū dicit. Et gressus rectos. Improbat pctm̄ transgressionis. Istud aūt peccatum est obliquitas quædā & curuitas Rectū.n. dr̄. cuius mediū nō exit ab extremis, i. cuius operō nō recedit ab intētione, & fine debito. Triplex aūt est obliqtas. s. i affectu, in operōne, & intellectu. Istas tres monet declinare. Ex affectione autem iniqua, sequitur obliquitas in intellectu, & depruatio in affectu. Et ideo quātū ad primū, qd̄ est aliorum, radix, dicit [Facite gressus rectos pedib. vestris,] i. rectas affectiones. Sicut.n. pedes portant corpus, ita mentē portant affectiones. Recti ergo pedes, sunt affectiōes rectæ Ezec. 1. Pedes eorū pedes recti. Rectificatæ ergo affectiones, qb. totū corpus portatur spiritualiter. Es. 40. Rectas fa-

A cite i solitudine semitas Dei vestri Hoc est, quantum in vobis est date operam ad hoc. Sed proprie rectificare est solius Dei. Psa 20. Dirige gressus meos in semitis tuis. Quantum ad secundum, dicit [Vt ne claudicans quis,] quantum ad actionē exteriorē. Sicut.n. tibia dr̄ clauda, quando non sequitur regulam potētiæ gressiuæ, ita operatio claudicat, q̄do siue ad dexterā, i. in prosperis, siue ad sinistrā, i. in aduersis nō seqtur regulam legis diuinę Esa. 30. Hæc ē via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Vel claudicat, qui cæremonialia obseruat cū euangelio. Quātū ad obliqtatē intellectus dicit. [Erret.] Malā.n. operōnē seqtur error intellectus. Prou. 14. Errant oēs qui operantur malum Sap. 2. Hoc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit.n. eos malitia eorum. Qui ergo vult illas duas curuitates cauere, habeat pedes, & affectiōes rectas. Et ideo dicit. [Magis aūt sanatur.] Sicut.n. sanitas corporis consistit in contemperatione humorum, ita sanitas spiritualis in ordinatione affectuum. Hierem. 17. Sana me domine & sanabor. Deinde cum dicit [Pacem sequimini &c.] Monet non peccantem ad vitandum peccatum, & circa hoc duo facit. primo.n. præmittit quædam remedia. quæ valent ad omnia peccata vitanda. Secundo, specialiter monet ad vitationē eorū, ibi. [Ne qua radix.] Circa primum sciēdū est, q̄ actionum humanarum sunt diuersi fines. Quædā.n. ordinantur ad alium sicut iustitia, quæ ordinat hominem ad proximū, & istarum finis ē pax. Vnde Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax. Quædā ad ipsum operātem, sicut ieiunare, & istorū finis est puritas. Non.n. ieiunamus, nisi ꝑp munditiam & puritatem. Quantum ergo ad primū, dicit [Pacē seqmini,] i. non solū habete, sed quæratis quomō cū aliis habea- C tis Rom 12. Si fieri pōt q̄ in vobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Psal. 33. Inqre pacē, & persequere eam. Quantū ad secundum dicit. [Et sanctimoniā.] 2. Cor 7. Mundemus nos ab oī inquinamento carnis, & spiritus, Qd̄ aūt ista remedia sint necessaria, ostendit per duo damna, quæ incurrimus sine ipsis, s. damnum gloriæ in futuro, & gratiæ in præsenti. Quantum ad primū dicit, q̄ [Sine pace, & sanctimonia nemo videbit Deum,] in quo consistit beatitudo. Io. 17. Hæc est vita ęterna &c. q. d. Sine pace quo ad ꝓximum, & munditia, & puritate quo ad seipsum, nemo potest esse beatus. Matt. 5 Beati pacifici, q̄m filii Dei vocabuntur. Solum aūt filiis, debetur hæreditas diuinæ visionis. Item Apoc. 21. Non intrabit in tabernaculo tuo &c Item, Quis ascendet in montem domini &c. Quantum ad secundum damnum. s. gratiæ Dei in præsenti dicit [Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei] Gratia n. ꝑ discordiam, & immunditiam amittitur. 1. Co. 14 Non est Deus dissensio D nis, sed pacis psal 65. In pace factus est locus eius. Abacuch. 1. Mundi sunt oculi tui domine, ne videant malum, & respicere ad iniq̄tatem non poteris. Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū, & corripietur a superueniēte iniquitate. Figuratiue autem loquitur Apostolus. Gratia.n. & si non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia, tamen oportet q̄ homo faciat, quod in se est: Deus aūt volentate sua liberalissima, dat eam omni præparanti se. Apo. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eū. 1. Tim. 1. Qui vult oēs hoīes saluos fieri. Et ideo gratia Dei nulli deest, sed oīb. quātū in se est, se cōicat sicut nec sol deest oculis cæcis: Dicit ergo, Cōtēplantes ne qs desit gratiæ Dei. Sed contra quia si gratia non datur ex operibus, sed tamen ex hoc q̄ aliquis non ponit obstaculum, ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio, & non ex electione Dei, quod est error pelagii. Respondeo: Dicendum est. quod hoc ipsum, quod aliqnis non E ponit obstaculum, ex gratia procedit, Vnde si aliqui ponat, & tamen moueatur cor eius ad rempuendum illud, hoc est ex dono gratiæ Dei vocantis per misericordiam suam. Gal. 1. Dum autem placuit ei, qui me segregauit ex ytero matris meę, & vocauit per gratiam suam &c Hoc autem donum gratiæ, non est gratum faciens. Quod ergo a quibusdam remouetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei, quod autem non remouetur, hoc est ex iustitia eius: Non autem dicit, ne tu desis, sed ne quis, i. quicunque, quia quilibet debet esse solicitus de proximo: Eccl. 27. Vnicuique mandauit de proximo suo. Deinde cum dicit. [Ne qua radix.] Specialiter descendit ad monitionem vitationis peccatorum contrariorum vnicuique prædictorum remediorum, & primo monet vitare peccata contraria paci: Secundo, contraria sanctimoniæ, ibi [Ne quis fornicator.] Dicit ergo, Ne qua radix amaritudinis, &c. Illud dicitur amarum, quod non potest gustari nisi cum offensa r Conuersatio ergo alicuius dicitur amara, quando non

potest

Universidad de Deusto Biblioteca

potest esse sine offensa eorum cum quibus conuersatur Qđ cótra F dicitur de sapientia.Sap.8.Non habet amaritudinem conuersatio illius,nec tædium conuictus eius,sed lætitiam, & gaudium. Qui ergo in sapientia scit conuersari,non est amaræ conuersationis,qꝛ hi,quando non hét dura verba vel facta.Et ideo dicit[Contemplantes ne qua radix amaritudinis,]i.amaritudo paulatim inchoata,& in cordera dicata.[Sursum germinans impediat,]pacé, & per consequens gratiam,& visioné Deut. 29 Ne sit inter vos radix germinans fel,& amaritudinem.Osee.12.Ad iracundiá prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Vel radix amaritudinis est mala cogitatio G noxiæ delectationis,quæ sursum germinat.quando per cósensum ad opus venitur.[Et per illam inquinentur multi,quia non solú ille in quo est,sed,& alii malo eius exemplo .1.Cor.5 .Modicum fermentum,totam massam corrumpit.Deinde cum dicit.[Ne quis fornicator,]Monet vitare peccata contraria sanctimoniæ,cui specialiter opponuntur peccata carnalia,i.luxuria,& gula,quæ perficitur in delectatione carnali,per quam mens inquinatur. Vnde ista mentem,& carnem inquinant.Et ideo specialiter monet ista vitari,Et primo luxuriam dicens,Contemplantes.Et non solum quilibet in seipso,sed ne quis fornicator,ita quod quilibet in proximo suo hoc contempletur.Aug.Inuicem vestram pudicitiá custodite,& Ep.5.Fornicatio autem,&omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis,sicut decet sanctos.Thob.4. Attende tibi ab omni fornicatione.Secundo,prohibet gulam,dicens [Aut prophanus,]& dicitur quasi procul a phano, & tales sunt gulosi, qui de ventre suo Deum faciunt,[Sicut Esau.]Quod dixerat,osté dit in exemplo Esau,qui propter gulam vendidit primo genita. H Sic ẽt gulosus pro minima esca vendit hæreditatem æterná Prou 6.Precium scorti,vix est vnius panis Esau autem non solum fuit gulosus,sed etiam luxuriosus,quia contra voluntatem parentum duxit vxores alienigenas.Ius autem primo geniti erat, quod habebat duplicem portionem,& ante sacerdotium Aaron,hébat honorem sacerdotalem.Vnde in hoc commisit ipse symoniam Ergo vr quod ẽt Iacob.q illud emit similiter commisit symoniam, qđ falsum est Iacob.n.per Spiritum sanctum intellexit illud sibi deberi,iuxta illud Mal.1.Iacob.dilexi,Esau aút odio habui.Et ideo nó emit,sed quod sibi debebatur ab iniusto possessore redemit. Et hoc est,quod dicit.[Qui.]s.Esau[Propter vná escá vendidit primitiua sua,] vel primogenita,vt dicitur Gen.25.& 17.Et pœnam consecutum ostendit,subdens.[Scitote,n.quoniam,& postea cupiés hæreditate benedictionem reprobatus est.]Sicut.n. dicitur Gene.27. Postquam Isaac benedixerat Iacob,venit Esau,& petiit benedictionem,quod tamen non obtinuit, licet pater fecisset ignorans, I quia in illo stupore quem habuit,factus in extasi,edoctus est a Spiritusancto,quod non retractaret quod fecerat,Vnde dicit,Benedixi ei,& erit benedictus.Et sic Esau, consilio,Spiritussancti reprobatus fuit.In quo datur intelligi,quod nullus debet negligere dú adhuc viuit benefacere,quantuncunque sit reprobatus in præsciétiá diuina,quia post vitam ad hæreditatem Dei,etiam si desideretur.naturaliter,non peruenitur,Sequitur,[Non.n.inuenit pænitétiæ locum,quamquam cum lachrymis inquisisset eam.]Sicut.n. dicitur Gen.27.Irrugiit clamore magno,&c.Sed contra,quia dicitur Ezec.18.Quacunque hora ingemuerit peccator,&c Respondeo.Dicendum est,qꝛ quandiu præsens vita agitur,potest agi vera pœnitentia.Interdum tamen aliquis pænitet,non propter amoré iustitiæ,sed pp timorem pœnæ,vel damni temporalis.Et sic pænituit Esau,non quia vendiderat primo genita,sed quia perdiderat. K Vnde,non dolebat de peccato venditionis,sed de damno perditionis.Et ideo pœnitentia eius non fuit accepta,quia non erat vera. Sic.n.pœnitent damnati in inferno,vt dicitur Sap.1. Pœnitentiá agentes,quia peccauerunt,sed quia exclusi sunt. Tamen secúdum glo.hoc quod dicit hic,fornicator,& prophanus, aliter intelligi, potest,vt fornicator dicatur qui cum fide carnales cæremonias obseruat,sicut habens concubinam cum vxore propria.Sed prophanus,idest,procul a phano sicut penitus infidelis.

impediat,& per illam inquinent multi.Ne quis fornicator,aut prophanus vt Esau,qui propter vnam escam vendidit primitiua suá.Scitote enim quoniam postea cupiens hæreditate benedictionem,reprobatus est.Non enim inuenit pænitentiæ locum,quá quam cum lachrymis inquisiuisset eá.

LECTIO IIII.

NOn enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem,& turbinem,& caliginem, & procellam,& tubæ sonum,& vocem verborum , quam qui audierunt, excusauerunt se,ne eis fieret verbum. Non enim portaban ,qꝛ dicebatur, & si bestia tetigerit monté,lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit, Exterritus sum , & tremebúdus. Sed accessistis ad Sió montem,& ciuitatem Dei viuentis,Ierusalem cœlestem , & multorum millium angelorum frequentiam,& ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis,& iudicem omnium Deum , & spiritum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem,melius loquentem quam Abel.

LECTIO IIII.

SVpra posuit Apost.monitionem ad vitandum mala culpæ hic assignat istius monitionis rationem,quam sumit ex comparatione noui,& veteris testamenti.Et circa hoc duo facit primo enim ponit comparationem illam,secundo,ex ipsa arguit, ibi.[Videte ne recusetis,]Circa primum duo facit,quia primo proponit ea,quæ pertinent ad vetus testamentum,secundo ea,quæ ad nouú testamentum,ibi[Sed accessistis,]Circa primum sciendum est qꝛ, vt dicit Aug.Breuis differétia legis & Euangelii est timor & amor Lex.n.tanquam pędagogus noster fuit in Christo,paruuli autem terroribus ducendi sunt Prou.19:Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.Et ideo hic dicit Apostolus, qꝛ in datione legis,facta sunt qdá terribilia Vnde primo ponit illa.q.b.territi sunt hi,q b.lex dabaẽ,sedo agit terrore de legislatoris,ib i Moyses dixit.] Quátú ad primú tria ponit.s.terroré quátú ad visa,secúdo,quátú ad audita, ibi[Et procellá[Tertio quantum ad cóminationes,ibi[Et si bestia tetigerit.] G Et ista tria referuntur ad tria,quæ ibi erant terribilia s. ex parte Dei,ex parte legis datę,& ex parte ministrorú legis Quátú ad primú.Ex parte Dei,ponit tria terribilia.s.Zelum ad puniédú,seueritatem pœnę,& occultationem dantis legem.Zelus designatur p igné.Deut.4 Dominus Deus tuus,ignis cósumens est,Deus ęmulator.Malac 3.Ipse.n quasi ignis cóflans. Vnde ipse Deus frequenter vocat se zeloté,qa crimé sponsæ nó dimittit inultú. Exo.20. Ego.n.sú dominus Deus tuus fortis zelotes:Et 34.Dominus zelotes nomen eius,Prou.6.Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.Vnde dicitur hic.Non.n.accessistis sicut illi ad tractabilé & accessibilé igné.Ille.n.ignis,vt dicitur Exo.19.erat corporalis, & ideo palbabilis & sensibilis, & in certo loco, vt ad ipsum posset accedi.In noua aút lege,datus fuit ignis Spiritussancti. Act.2.Sicut n.Iudæis quinquagesimo die ab egressu de Aegypto,apparuit ignis æmulationis,ita discipulis quinquagesimo die resurrectionis,igni Spússancti nó palpabilis,sed mente perceptibilis.Tren.1:De excel H so misit in ossib.meis igné & erudiuit me: Iste ignis infinitus est natura & loco: Lucé.n.in habitat inaccessibilé.1.Tim.Et ideo nó est accessibilis.Seueritas pœnæ significaẽ p turbiné,q est ventus cú aqua.Iob 9.In turbine contere me.Vel potest referri ad tentationes.Lex enim non refrenabat concupiscentiam,quia non dabat gratiam adiutricem ex opere operato, sed tantum cohibebat actum,& ideo generabat turbinem tentationum. Occultatio autem dantis legem,significatur caliginem, in qua figurabaẽ quòd status legis occultus erat.idest velatus.2. Corinthio. 2. Vsque in hodiernum diem,cum legitur Moyses,velamé positú est super cor eorú.Sed in noua lege istud velamen ablatú est, in cuius signú in passione Christi velú tépli scissú est,quia Nos reuelata facie gloriá domini speculamur,vbi supra.Ité caligo illa,significabeẽ diuiná excelléntiá .Sicut.n.illud qđ in caligine est,clare videri nó pôt, & lux excellens hebetat oculú,& ita facit ipsú caligare q lucé habitat inaccessibilem.Deinde cú dicit[Et pcellá.]ponit terribilia q I tú ad auditú,q sumunẽ ex parte le gis.In lege aút tria erant valde terribilia,s.magnitudo cóminationú,grauitas pceptorú, & multiplicatio ipsorum:Quantum ad primú,dicit,& pcellá , q propriæ est cóturbatio maris,large aút dicitur turbatio aeris, cú turbine & pluuia,vnde significat austeritaté cóminationú,q erant in veteri lege.Deut.29.Sonitus tubę significat grauitaté pceptorum ad quorú adimpletioné.ndicebaẽ homini quasi bellú cótra seipsum. Vox verbú significat multitudiné præceptorú:Verború,inquam, Dei,p subiectá creaturá i.p angelú.Gala.3 Ordinata p angelos, &c:Deus.p angelos ia loquebatur,q oía adeo terribilia fuerunt.]Qđ illi q vocé illá audierunt,excusauerunt,se ne eis fieret verbú.[Vñ dr Exod.20.Perterriti,atq; timore pcussi fuerunt,& steterunt procul dicentes Moysi,Loquere tu nobis,& audiemus, nó loquatur nobis dominus,ne moriamur.Causam auté huius excusationis subiungit,dicens,Quia non poteraut verba Dei portare Vnde[Non portabant:[i.non sustinebat, [Quod dicebat.] Deut .5. K Quid est omnis caro,vt audiat vocem Dei viuentis,qui de medio igis loquitur,sicut nos audiuimus,& possit viuere?Tunc autem dicuntur non portari verba Dei,quando vel intellectu non capiuntur, vel excedunt affectum.Consequenter ponit pœnæ cominationem dicens.(Et si bestia tetigerit montem , lapidabitur.] Exo.19.vbi dicitur,Omnes qui tetigerit móté, morte morietur: Manus non tangent eum,sed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis,siue iumentum fuerit,siue homo,non viuet. Apost.autem ad maiorem terrorem non facit mentionem hic , nisi de mentis,quæ iubentur in lege occidi ad ostendum grauitatem peccati.Tamen mystice mons est altitudo mysteriorum diuinorum,bestia vero est homo bestialiter viuens. Psalm.48 . Homo cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iumenti insipienti-

sipientibus &c.Hæc bestia duobus modis tangit montem. Vno mó, A blasphemando.Psal.72.Posuerunt in cœlum os suum,Leu.24.Educ blasphemum extra castra,& lapidet eú vniuersus populus.Alio mó, ingerendo se indigne diuinis.Prou.25. Qui perscrutator est maiestatis,opprimetur a gloria.Ex his concludit,quod intendit,s. qꝛ ista valde terribilia erant,quia etiam nec iumentis parcebatur:vnde dicit, qđ ita terribile est quod dicebatur:i quo designatur differentia noui & veteris testamenti, qa vetus testamentum datum fuit in terrore, vt corda Iudæorum, quæ prona erant ad idolatriam terrerentur: nouum autem datum est in amore.Roman.octauo.Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus,abba pater.Vnde, & Christus non terrores in principio prædicationis suæ præmisit,sed regnum cœlorum promisit.Matth. 4. Pœnitentiam agite,appropinquabit.n.regnum cœlorum.prou. vlt. Lex clementiæ in lingua eius.Deinde cum dicit.[Moyses dixit,]agit de timore legislatoris.s.Moysi.Lex enim per Moysen data est Io.1. Si ergo ipse Moyses in legis datione territus fuit,ita vt diceret, vt dicit Apost.hic.[Exterritus sum],s.interius.[Et tremebundus,]exterius, q fuit perfectissimus inter omnes,signum erat qꝛ ipsa lex terribilis erat etiam ipsis perfectis,quia non dabat gratiam vt dictum est,sed tantú ostendebat culpam.Vnde ipsa fuit graue iugum,de quo dicit Petrus Act.15.qꝛ hoc est iugum , quod neq; nos neq; patres nostri portare C potuimus.Sed lex Christi iugum suaue est, quia Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum , qui datus est nobis Ro.5.Vnde sciendum est,qꝛ ista litera quá ponit hic Apostolus non est Exo. 20.Sed forte accepit eam Apost.Ex.3.vbi in visione rubi territus fuit,& dixit,Non sum eloquens ab heri,& nudiustertius . Ex quo dixit vel facto saltem,& si non verbo,exterritus sum,& tremebundus.Vel forte Apost.vtitur alia litera , quam nos non habemus. Ex quo apparet qꝛ lex vetus fuit lex timoris.Deinde,ponit conditiones noui testamenti,dicens.[Sed accessistis.]Vbi ostendit,quæ nobis in ipso proponantur.Et sunt tria nobis promissa,scilicet spes futuræ gloriæ,participatio ecclesiæ,& familiaritas Dei.Secundum,ostendit cum dicit.[Et ecclesiam primitiuorum.]Tertium,ibi. [Et iudicem omnium Deum.]In cœlesti autem gloria duo sunt, quæ potissime bonos lætificabunt.s.fruitio deitatis,& communis sanctorum societas.Nullius enim boni possessio iucunda est sine socio,vt dicit Boet. & Psal.127.Ecce quàm bonum,& quàm iucundum habitare fratres D in vnum.Fruitio autem in duobus consistit,scilicet in visione intellectus,& in delectatione affectus.Vt enim dicit Aug.Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquiescit. Propter visionem enim dicit.[Accessistis ad montem Sion.]Sion enim significat altitudinem diuinæ contemplationis.Esa. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ.Iucunditas,& delectatio affectus,significatur per, [Hierusalem,ciuitatem cœlestem Dei viuentis.]Ibi enim erit visio experiméntalis pacis.quia nihil erit perturbans siue interius siue exterius. Vnde dicitur ciuitas Dei idest ciuium vnitas.Psalm.121. Hierusalem,q ædificatur vt ciuitas.Item 147.Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion: sequitur , Qui posuit fines tuos pacem , & adipe frumenti satiat te,Gal.4.Illa,quæ sursum est Hierusalem,libera est. Vnde nihil vltra erit desiderandum.Can.8.Ex quo facta sum coram eo,quasi pacem reperiens.Complementum autem sanctorum est cómunis societas,de qua dicit.[Multorum millium angelorum frequétiam],i.assiduitatem quia semper ibi sunt,Matth.18. Angeli eorum in cœlis,semper vident faciem patris mei,qui in cœlis est. Quod autem sint multa millia,patet Dan.7.Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.Iob.25.Nunquid est numerus militum eius.Apoc.5.Erat numerus eorum millia millium . Esa.22. Vrbs frequens ciuitas exultans.[Et ecclesiam primitiuorum, qui cóscripti sunt in cœlis.]Hæc de participatione ecclesiæ . Dicitur autem ecclesia domus Dei.1.Tim.3.Primitiui sancti,sunt Apostoli,qui primitus,& abundantius dona gratiæ perceperunt , per quos deriuata sunt in posteros.Ro.8.Non solum autem illa,sed &nosipsi primitias spiritus habentes.Eph.2.Superædificati super fundamentum apostolorum,& prophetarum &c.Sicut autem antiquitus apud Romanos senatores , qui assumebantur ad magnas dignitates describebantur , quos primus Pompilius in tabulis aureis scripsit,& dicebátur patres conscripti,ita Apost.hic ad ostendendum dignitatem Apostolorum, dicit p conscripti sunt in cœlis,cuius scripturæ liber, est notitia quá Deus apud se habet de saluandis.Vnde sicut ibi illud,quod scribitur non de facili a memoria labitur, ita illi qui ibi per finalem iustitiam scripti sunt,infallibiliter saluabuntur.Et dicitur liber ille, liber vitæ. Luc.16.Gaudete,& exultate,quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.Deinde cum dicit.[Et iudicem omnium,] ostendit quomodo consecuti sumus Dei familiaritatem.Et primo,familiaritatem patris qa dicit[Accessistis ad iudicem omnium Deú,] patrem scilicet a quo est authoritas iudiciaria in diuinis. Quód.n. filius iudicet , habet a patre.Gen.18. Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terrá. Illud autem,quod dicitur Ioá. 5.Quod pater omne iudicium dedit filio,intelligitur quantú ad corporalem præsentiam,quia sola persona filij apparebit in iudicio.Iste autem accessus,est per fidem & charitatem.Ro.5.Iustificati igitur p fidem,pacem habeamus ad Deum,per dńm nostrú Iesum Christú, per quem accessum habemus per fidé in gratiam istam &c.Secundo familiaritate Spiritussancti,cum dicit.[Et Spiritumsanctum iustorú] secundum gl.hic est triplex litera . Vna est melior , quæ habetur in Græco,& spiritum iustorum.i.accessistis ad Spiritumsanctú, qui facit perfectos in iustitia.Iob.31.Vt video spiritus est in hominibus. 1. Cor.3.Nescitis quia templum Dei estis vos , & spiritus Dei habitat in vobis? Omnis.n.iustitia & pfectio,est a Spiritusancto.Alia litera. Et spiritum iustorum perfectorum,& est sensus,Accessistis ad Deú, qui quidem est iudex omnium,sed est quasi hæreditas spirituum iustorum perfectorum.Tren.3.Pars mea,dominus , dicit anima mea. Tertia litera est,& spiritus iustorum perfectorum,i.vt habeamus societatem cum spiritib.sanctorum,qui sunt iusti & perfecti;sed prima melior est & planior.Tertio,quantum ad familiaritaté filij,dicit.[Et testamenti noui mediatorem Iesum.]q.d.Accessistis ad Christum,q. est mediator illius noui pacti,in quo nobis promittuntur spiritualia. Non sic autem Moyses. Vnde supra 9.Ideo noui testamenti est mediator.1.Tim.2.Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus . Modus autem istius mediationis , fuit effusio sanguinis Christi , qa vt dictum est supra 9.Sine sanguinis effusione, non fit peccatorú remissio. Et ideo dicit [Accessistis ad aspersionem sanguinis supra 10. Aspersi corda a conscientia mala.supra 9. Si.n.sanguis hircorum , & taurorum,& cinis vitulæ aspersus,inquinatos sanctificat &c. Et loquitur Apost.secundum ritum veteris legis , vbi post dationem veteris legis;populus aspersus est sangume, qui erat figura sanguinis Christi,quo fideles mundandi erant.Sequitur[Melius loquentem Abel.] Effusio enim sanguinis Christi figurata fuit i effusione sanguinis omnium iustorum,qui fuerunt ab origine mundi Apoc. 13. Agnus qui occisus est ab origine mundi,i.occidi pręuisus.Et ideo effusio sanguinis Abel,signum fuit istius effusionis.Sed Christi sanguis melius loquitur,quam sanguis Abel,quia iste clamat vindictam , sed sanguis Christi ibi clamat veniam.Luc.23.Pater ignosce eis Esa.53.Pro transgressoribus orauit.Matth.26.Hic est sanguis noui testamenti, qui p multis effundetur in remissionem peccatorum. Vel melius loquentem,idest melius loqui facientem,quia sanguis Abel facit nos loqui Abel esse hominem purum,& iustum , sed sanguis Christi facit nos loqui Christum,verum Deum,iustificantem.

LECTIO V.

VIdete ne recusetis,loquentem. Si .n.illi non effugerút, recusantes

LECTIO V.

E SVpra posuit Apost.conditionem vtriusq; testaméti: hic ex hoc arguit,& circa hoc facit duo.Primo enim arguit. Secundo inducit conclusionem principaliter intentam ibi. [Itaque regnú immobile.] Circa primum duo facit.Primo enim præmittit intentionem suam. Secundo arguit ad propositum ibi.[Si enim illi.] Dicit ergo , Ita dictum est, qꝛ sanguinis Christi melius loquitur quam sanguis Abel. [Videte ergo ne recusetis,]vel condemnetis loquentem,idest,quod loquitur implete.Duo autem nobis loquitur sanguis Christi: primo enim,loquitur nobis commemorando suum beneficium, quo datur nobis remissio peccatorum. Qui ergo iterum peccat,loquentem cótemnit.Item,loquitur exhortans ad imitandum. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis,vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.Qui ergo non tollit crucem suam ad ipsum sequendum, recusat loquentem.Psalm.94.Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra.Matth.17.Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui,ipsum audite.Deinde cum dicit.[Si enim illi,]

arguit

Universidad de Deusto
Biblioteca

arguit comparando locutionem veteris testamenti ad locutionē nouī testamenti. Et hoc quantum ad duo, s. quantum ad modum loquēdi, & quantum ad efficaciam locutionis. Modus loquendi, quia ipse loquebatur super terram: hic autem est de cælo. Vnde dicit. [Si illi, s. antiqui patres. [Recusantes eū qui loquebatur super terrā,]s. Christum. Esa. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum. s. per angelos, vel prophetas, supra 1. Multipharie, multisq; modis olim loquens patribus in prophetis. [Vel eum,] idest angelū per quē lex data est Moysi Gal. 3. Ordinata p angelos, supra 2. Si. n. qui per angelos dictus est sermo, factus est fumus &c. Act. 7. Hic est Moyses, qui fuit in ecclesia in solitudine, cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai &c. [Nō effugerunt], s. vltionem diuinæ legis. Iob. 11. Effugium peribit ab eis supra 2. Omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem. Sequitur conclusio per locum a minori. Si illi qui recusauerunt loquentem de terra, non effugerūt.] Multo magis nos qui auertimus nobis loquentem de cælo,] non debemus recusare, quia, s. minus possimus effugere. Ille. n. qui nobis loquitur in nouo testamento, Christus, s. iam est in cœlis Matt. vl. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Deu. 4. De cælo audire te fecit vocem suam, vt doceret te. Doctrina ergo veteris testamenti est doctrina Christi loquentis de terra, propter duo. Primo quia ibi sub figura terrenorum traduntur cœlestia. Item, ibi promittebantur terrena, sed doctrina noui testamenti est Christi loquentis de cœlo, quia cœrrena conuertimus in significationem cœlestium, p intellectum mysticum. Item, in ipso promittuntur cœlestia. Matt. 10. Ecce. n. merces vestra copiosa est in cœlis. Io. 3. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quō si dixero vobis cœlestia, credetis? Consequenter comparat adinuicem vtrunq; testamentum, quantum ad efficaciam locutionis. Et de efficacia quidem locutionis veteris testamēti dicit. [Cuius vox mouit terram tunc], i. fecit commotionem in terra multipliciter, quia per signa in Aegypto, per diuisionem maris, per motum terræ in deserto. Psalm. 97. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt, &c. In quo significatur, q̄ tota illa locutio commouebat corda per terrena promissa. Deinde cum dicit. [Nunc autem repromittit,]subiungit quantum ad efficaciam noui testamenti. Et probat eā per authoritatem Prophetæ, & post exponit eam, ibi. [Quod autem dixit. [Authoritas illa ponitur Aggei 2. Non tamen secundum literā nostram. Nos. n. sic habemus, Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo, &c. Apo. aūt accipit sic [Adhuc semel, & ego mouebo, nō solū terram sed & cælum,] Et est sensus idem. Et manifestum est q̄ ista, p lata fuerunt tpe veteris testamenti circa finem eius, s. post reditum trāsmigrationis eius, quo tpe nihil restabat de veteri testō. Ergo manifestum est q̄ illud quod promittebatur, erat implendum in nouo testō, s. nouum cœlum, & noua terra. Esa. 65. Ecce ego creo nouos cælos, & terram nouam. Quæ quidem creatio ostensa est in spiritu Io. Apo. 21. Et vidi cælum nouum, & terram nouam. In illa. n. innouatione mouebuntur cœli. Potest aūt cælum dupliciter accipi. Vno modo cælum aereū, & illud igne vltimæ flagrationis purgabitur, vt supra dictum est 10. c. Alio modo cœlum sydereū, & illud non purgabitur sed mutabitur quantum ad nouum statum, quia cessabit a motu, & augebitur claritas partiū eius, quia Lux lunæ erit vt lux solis, & lux solis septempliciter, vt dicitur Esa. 30. Dicit ergo. [Nunc autem], i. p nouum testamentum. [Repromittit, dicens, Adhuc semel, & ego nō solum mouebo terram, sed etiam cœlum.]Consequenter cum dicit. [Quod aūt dicit &c.]Exponit verba prophetiæ, & facit magnā vim in hoc, quod dicit. [Adhuc semel.]Quod. n. dicit. [Adhuc, ostendit q̄ mobilia sunt. Sed q̄ dicit. [Semel,]ostendit q̄ a statu mobilitatis, & corruptibilitatis mutanda sunt ad statum incorruptionis, & immutabilitatis. Si. n. post motionem illam remaneret in statu mutationis, non diceret, semel, sed iterum, & iterum, quod est cōtra Origenem, qui voluit, q̄ mūdus in infinitum renouabitur ac recuperabitur. Dicit ergo. [Quod aūt dicit. Adhuc semel, declarat translationem mobilium,]ad statum,]immobilitatis. Et quasi aliquis quæreret, vtrum Deus hoc posset facere, subdit [Tanquam factorum.] Omnia. n. facta diuinæ potestati subijciuntur. Vnde sicut ex nihilo facit ea Deus, ita potest ea pro suæ voluntatis arbitrio immutare. Et hoc. [Vt maneāt ea, quæ sunt immobilia,]i. quantum ad essentias suas principales remaneant immobilia, sed quantum ad aliquas accidentales dispositiones mutabuntur. Psal. 101. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur &c. Quę supra 1. sunt exposita. Ex his patet quod ista in vetere testamento, & si mouebantur, nō tamen ad statum incorruptionis & immutabilitatis, sed hoc fit tantum in nouo, in signum, q̄ promissa veteris testi erant mutabilia, nō aūt noui. Deinde cum dicit. [Itaq; regnū immobile,]ponit cōclusionē principaliter intentā; postquā. n. multipliciter cōmendauit gratiā, & beneficia p Christū nobis collata, & cōferenda, principaliter intēdit nos inducere ad seruiendum ei. Et hoc cōcludit, q̄ ex quo nobis in nouo testō promittūtur bona imobilia, debemus Christo, qui repromittit, seruire i timore, & reuerentia, & hæc est conclusio principalis, vñ primo, resumit bñficium exhibitum, dicēs. [Itaq; ex quo,]s. Deus nobis repromittit eę lum, & terram immobilia, per quæ designātur bona futura immobilia, & sempiterna. [Habemus,]i. reddimus. Gratiā. i. gratiarū actionē. 2. Co. 9. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius. Et hoc. [Suscipientes,]i. quia suscipimus, & si non in re, tamen in spe promissionis. [Regnum immobile.]Psal. 144. Regnū tuū regnum oīum seculorū. Luc. 1. Regni eius non erit finis. Vel per gratiam intelligitur donum gratiæ, quod in præsenti recipimus tanquā pignus æternæ gloriæ. Et ideo dicit. [Itaq; suscipientes regnum immobile,]i. futurę glorię, q̄d nobis promittitur Luc. 12. Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Quod. n. speramus habemus. s. gratiam quā tāquā quoddā gloriæ inchoatiuum accipimus. Sicut. n. natura non deficit in necessarijs, multo minus Deus. Et iō dat nobis spem illius regni, & per cōsequens gratiā per quā peruenimus. Ro. 5. Accessum habemus per fidem in gratiā. Psal. 83. Gratiam, & gloriā dabit dominus. Sequitur [Per quam seruiamus placentes Deo cum metu, & reuerentia,]vbi inducit ad obsequium, vt a nobis requisitū. Dicīat. n. ratio naturalis, q̄d ei, a quo multa beneficia recipimus, obligamur ad reuerentiam, & ad honorem exhibēdum, ergo multo fortius Deo qui nobis maxima donauit, & infinita repromisit. Et ideo dicit, quod per istā gratiā, s. nobis datā, & dandā, seruiamus Deo placentes, cū metu, & reuerentia. Non. n. sufficit tantū seruire Deo, q̄d pōt fieri per actionem exteriorem, nisi ēt placeamus ei per intentionē rectā, & per amorem. Sap. 4. Placens Deo, factus est dilectus. Psal. 114. Placebo domino in regione viuorum. Maxime aūt seruitur Deo p obsequiū interius. Psal. 50. Et Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia. Deus aūt propter creationē, dicitur dns: propter regenerationem vero, pater. Dño debetur timor, sed patri amor, & reuerentia. Mal. 1. Filius honorat patrē, & seruus dñm timebit. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi timor meus? Ergo Deo seruiendum est cum metu, & reuerentia. Psal. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Quod aūt ita debeamus seruire Deo, probat per authoritatē sumptam, Deu. 4. [Etenim Deus noster ignis consumens est.]Hoc aūt, quod Deus dicitur ignis, non dicitur ob hoc fm Dionysiū, quod sit aliquod corporeū, sed quia intelligibilia designantur per sensibilia inter quæ ignem reperimus habere maiorem nobilitatem, & maiorem claritatem. Item, maiorē actus tatem. Item, maiorem altitudinem in situ. Iteē, est magis purgatiuus, & cōsumptiuus, ideo Deus præcipue nominatur ignis, propter eius claritatem, quia lucem habitat inaccessibilem. 1. Tim. 6. Item, q̄a maxime actiuus. Es. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Item, altior est in situ. Psal. 112. Excelsus super omnes gētes dominus &c. Iteē, purgat peccata, & quasi cōsumit. Vnde dicit hic quod. [Est ignis consumens,]s. peccata. Mal. 3. Ipse. n. quasi ignis conflans. Et sequitur & purgabit filios Leui. supra 1. Purgationem peccatorum faciēs. Iteē, consumit peccatores puniendo, sup. 10. Terribilis aūt quædam expectatio, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Et ideo quia ista nobis promissa sunt. (Esa. 10. Erit lumē Israel in igne, & sanctus eius in flamma. Psalm. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.) Ideo debemus studere ad seruiendum, & placendum Deo.

eum, qui super terrā loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus. Cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit dicens, Adhuc semel, & ego mouebonō solum terram, sed & cœlum. Quod autem adhuc semel dicit, declārat mobilium translationem, tanquam factorū vt maneāt ea, quæ sunt immobilia. Ita

que regnum immobile suscipiētes habemus gratiam, per q̄ seruiamus placētes Deo, cum metu, & reuerentia. Etenim Deus noster, ignis cōsumēs est.

CAP. XIII. LEC. I.

CHARITAS fraternitatis maneat in uobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci: per hāc. n. placuerūt qdā, angelis hospitio receptis Mementote vinctorum, tanquam simul uincti, & laborātium, tanquam, & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, Fornicatores. n. & adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine auaritia, cōtēti presentibus.

Ipse. n. dixit, Non te deseram, neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus, dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Mementote prepositorum vestrorū, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus, heri, & hodie, ipse, & in sæcula.

Prohiber, cupiditatē bonorū exteriorū, circa q̄ contingit peccare duob. modis. Vno. n. mō p tenacitatē. Alio mō per cupiditatē Liberalitas. n. est virtus, quæ ponit mediū circa pecunias, quantum ad dationem, & quantū ad acceptionem. Quantum ad primū, s. cōtra tenacitatē, dicit [Sint mores sine auaritia.] Auarus. n. dicitur nimis tenax, quasi auidus æris. Vnde Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Quantum ad secundum dicit. [Contenti præsentib.]Illi q̄ super his, quæ habent, volunt alia cumulare, non sunt contenti p sentibus. 1. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cōtenti simus. Vel quod dicitur, [Sint mores sine auaritia,]prohibet auaritiam quantum ad cupiditatem, & tenacitatem. Cum vero dicit. [Contenti præsentib.]excludit causam auaritiæ. (Solicitudinem. Mat. 6. Nolite soliciti esse &c. Non. n. prohibetur q̄ homo nō solicitetur de rebus in posterum necessariis, sed quod cura, & solicitudo non præoccupet mentem. Sic. n. qui præoccupat futurā solicitudinem, solicitus est in crastinum. Deinde cum dicit. [Ipse enim dixit,]ponit monitionis rationem. Et est ratio, quare nō debemus superflue esse soliciti, sed tamen facere quod in nobis est. s. cum fiducia diuini auxilii. [Ipse enim dixit Iosue. 1. Non te deseram, i. quin ministrem tibi necessaria. [Neque derelinquam,]s. fame perire. Psal. 30. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Vel. [Non derelinquam quin liberem te a malis. Et ex hoc causatur fiducia in corde. [Ita ut confidenter dicamus.]Esa. 12. Fiducialiter agam, & non timebo. Et quid dicemus? illud. psa. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Adiutor, inquantum a malis liberat. Psal. 45. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo, i. aduersarius quicunq; carnalis. Esa. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali? Vel diabolus, qui de hō ab homine victo, sicut Scipio Aphricanus a deuicta Aphrica, dict⁹ est Aphricanus. Mat. 15. Inimic⁹ hō hoc facit. Deinde cū dicit. [Mementote præpositorum &c.]Ostēdit, qūo dñt bonum operari q̄tum ad prælatos. Et circa hoc facit duo: primo. n. ostendit qūo te debent hēre ad mortuos, s. vt eorū sequanē exempla: secundo qūo ad viuentes. s. vt eis obediant, ibi. [Obedite ppositis vestris.]Quantum ad primum duo facit. Primo. n. ostendit, qūo bonorū doctrinā imitentur. Secōo, qūo malorum doctrinam deuitent, ibi. [Doctrinis variis.] Dicit ergo. [Mementote præpositorū vestrorū qui vobis locuti sunt verbū Dei,]i. apostolorum qui vobis prædicaverunt. Esa. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum &c. Non solum aūt prædicauerunt verbo, sed ēt facto ostenderunt. Matt. vlt. Sermonem confirmantę, sequentib. signis. Nō solum mementote verborum, sed ēt intuemini exitū. 1. Mac. 2. Mementote operū patrū, quæ fecerunt in generationib. suis, & accipietis gloriā magnā &c. Iac. 5. Exemplum accipite fratres mei mali exitus, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in noīe dñi &c. Sed non solum hoc imitemini. s. exitū. vt. s. pro Christo patienter sustineatis, sed ēt. [Conuersationem,]ad bonā. n. mortem venitur per bonā cōuersationē. [Imitamini ēt fidē.]Illorum, vt ab illa non declinetis. Sequitur. [Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula]fm gl. sic introducitur litera ista. Ipse. n. supra dixerat, quōd. s. dictum est Iosue. i. Non te deseram neque derelinquā, poterāt isti dicere. Ille cui hoc dictū est bene debebat cōsidere de Dei adiutorio, nos aūt nō sic, quib. non est dictū. Hoc remouet Apost. dicens quōd Christus qui hoc dixit Iosue, manet in æternum. Et ideo, sicut tunc potuit ipsum iuuare, ita potest modo auxiliari nobis. Ideo dicit, Iesus Christus heri & hodie &c. Vel potest referri ad immediate dictum. Iam. n. dixerat q̄ deberent imitari apostolos. Poterant dicere, q̄ non est simile, quia illi immediate instructi fuerunt a Christo, & seruierunt ibi, nos autem nō sic. Et ideo dicit Apost. quod Christus manet, ideo & instruit nos ad seruien-

dum

LECTIO I.

POstquam supra monuit eos Apostol. qualiter se debent habere ad perferenda mala: hic mouet quomodo se debeant habere ad operandum bona, Vnde secundum glo. ab isto loco incipit moralis instructio post commendationem, & exhortationem ad imitandum ipsum. Et circa hoc duo facit: primo enim hortatur ipsos ad bona. secundo, orat pro eis, ibi. [Deus autem pacis.] Circa primū tria facit: primo enim, ostendit quomodo debent bonum operari

vi quantum ad proximos: secundo quantum ad seipsos, ibi. [Honorabile connubium. [Tertio quantum ad platos, ibi. [Memento te præpositorum.] Dicit ergo quantum ad primū sic. Dictū est, q̄ promissum est nobis regnum immobile, ad qđ si uolumus peruenire, necesse est nos charitatem habere. Ergo. [Charitas fraternitatis maneat in vobis. 1. Io. 4. Qui non diligit fratrem suum quē videt, Deum quē nō videt, qūo pōt diligere? Item. 1. Pet. 2. Oēs inuicē honorate fraternitatem diligite. Quia vero charitas non est ociosa, ut dicit Greg. iō hortatur ad opera charitatis. 1. Io. 3. Nō diligamus verbo neq; lingua, sed opere, & veritate, iō dicit, q̄ debemus ostendere charitatem peregrinis per hospitalitatē, vinctis per compassionem, pauperib. per subuentionem. Et primum ponit. ibi. [Et hospitalitatem nolite obliuisci.]Sed m, ibi [Mementote vinctorum.]Tertium. ibi. [Et laborantium.]Dicit ergo quantū ad primū. [Nolite obliuisci hospitalitatem.]Et dicit, obliuisci, q. a isti aliqn in prosperitate sua multū fuerant hospitales, sed modo depauperati erant, & ideo non ita bene poterant, tamen animat eos ad continuandum, secundum possibilitatem suam. Rom. 12. Hospitalitatem sectantes. Et specialiter facit mentionem de hospitalitate, quia qui peregrinos recipit, tria opera misericordiæ simul implet, quia, & recipit, & cibat, & potat. 1. Io. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione. Et subdit rationem. [Quia per hanc multi placuerunt, angelis hospitio receptis,]sicut patet de Abraham, & Loth. Gen. 19. Alia litera habet, Per hāc, quasi nescientes receperunt angelos: quia non credebant eos esse angelos, quod verum est in principio: vnde q̄ Abraham adorauit eos, putauit q̄ essent viri sancti a Deo missi, & adorauit eos adoratione duliæ, q̄ exhibetur sanctis, & quasi hominib. cibos obtulit. Sed postmodū intellexit eos angelos, in quibus Deus loquebatur, & locutus est eis sicut Deo, dicens, Non est hoc tuum, qui iudicas oēm terram, & similiter Loth. Quantum ad secundum, dicit. [Mementote vinctorum,]illorum. s. qui propter Deum missi sunt in carcerem, mementote uisitando, & redimendo, tanquam esteris simul corpore aliter cum eis vincti. Hoc. n. est aliud opus misericordiæ. Matth. 25. In carcere eram, & venistis ad me. Contra quod Esa. 14. dicitur, Vinctis eius non aperuit carcerem. Hoc ipsi aliquando fecerunt, sicut patet supra 10. Specialiter autem hoc pertinet ad opus misericordiæ, alienam miseriam suam reputare. Quantum ad tertium, dicit [Et laborantium.]Siue labore corporali. Psal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis. siue solicitudine spirituali. 2. Tim. 2. Laborantem agricolam, oportet primum de fructibus percipere. Siue in malis sustinendis. Ecc. 1. Et cognoui q̄ inhis quoque esset labor, & afflictio spiritus. Breuiter tota præsens vita, labor quidam est. Iob 5. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum. Supple mementote. [Tanquam & ipsi in corpore morātes.]Per quod experti estis, quod necesse sit laborantibus. Ecc. 31. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Matt. 7. Omnia quæcūque vultis ut faciant vobis homines, eadem, & vos facite illis. Deinde cum dicit. [Honorabile connubium,]monet bona facere q̄tum ad seipsum: & circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem contra concupiscentias carnalium delectationum. Secundo contra cupiditatem rerum exteriorum, ibi. [Sint mores sine auaritia.]Primo ergo, ponit monitionem, dicēs, Honorabile &c. Circa quod sciendū est, q̄ circa uenerea contingit dupliciter peccatum. Vno modo per illicitam coniunctionem soluti cū soluta, & quantum ad hoc dicit. [Honorabile connubium,] supple sit in omnib. qui continere nolunt, non coniunctio fornicatoria. Et dī, honorabile, quando sit secundum debitas circunstantias matrimonii. Ex quo patet, q̄ actus matrimonialis potest esse sine peccato, quod est contra hæreticos. 1. Cor. 7. Si nupserit virgo nō peccauit. Vnde dominus ad ostendendum bonum esse actum matrimonii, primum signum fecit in nuptiis, & matrimonium nobilitauit præsentia sua corporali, & nasci uoluit ex coniugata. Alio modo per uiolentiam thori maritalis, quando, s. vir accedit ad alterius vxorem, vel mulier ad alterius uirum. Et quantum ad hoc, dicit. [Et thorus immaculatus.]Et Sap. 14. Neque uitam neque nuptias, mundas iam custodiunt, sed alius alium per iniustitiam occidit, aut adulterans contristat. Item. c. 3. Fœlix sterilis, & incoinquinata, q̄ nesciunt thorum in delicto, habebit fructū in respectione animarum sanctarum. Subdit aūt Apost. rōnem, dicēs. [For

nicatores. n. & adulteros iudicabit Deus.] In quo elidit errorem aliquorum dicentium, q̄ Deus peccata carnalia non punit nec curat. Eph. 5. Nemo uos seducat inanibus verbis, propter hæc. n. s. p. pter peccata carnalia, quæ premiserat, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Ideo dicit, hic, Fornicatores: propter hoc q̄ dixit, honorabile connubium, & adulteros, p̄p hoc q̄ dixit, thorus immaculatus. [Deus iudicabit,]i. condemnabit. Eph. 5. Omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non hēt partem in regno Dei & Christi. Deinde cū dicit. [Sint mores]

Universidad de Deusto Biblioteca

dum sibi. Vnde dicit.[Iesus Christus heri.]s.in tempore primitiuorum apostolorum·[Et hodie,]s.in tempore isto.[Ipse & in saecula.]Mat.ult.Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consumationē saeculi Apo.1.Dicit dñs Deus qui erat,& qui est,& qui uenturus est omnipotens.Ps.101.Tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient,In hoc ergo ostendit Apostolus aeternitatem Christi.

LECTIO II.

DOctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est.n. gratia stabilire cor, non escis, quę nō profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, q tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter qđ & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiae autem & communionis, nolite obliuisci. Talib⁹.n hostiis promeretur Deus.

LECTIO II.

SVpra monuit Apost.ad imitandum exempla,& conuersationem eorum qui decesserunt, hic monet ad sistendum doctrinę eorum Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem suā. Secundo, assignat rationem, ib.[Habemus altare.]Iterum prima in duas. Primo n. ponit monitionem suam in generali. Secundo explicat ipsam, ibi.[Optimum.n.est gratia.]Dicit ergo.[Nolite abduci uariis,& peregrinis doctrinis,]q.d.Ita dixi quod debetis imitari fidem apostolorū.Ergo a doctrina ipsorum per quamcumque doctrinam nolite abduci.i.remoueri. Vbi sciendū est, ꝙ cum veritas consistat in medio, cuius est vnitas,& ideo vni vero multa falsa opponi possunt, sicut vni medio multa extrema, doctrina ergo fidei una est, quia a puncto in punctum non conuenit ducere, nisi vnam rectam lineam. Omnes aliae doctrinae multae sunt, quia a recto multis modis contingit deuiare. Et ideo dicit.[Doctrinis uariis.[idest diuisis. Osee.10.Diuisum est cor eorum, nūc interibunt. He sunt illae doctrinae de quib.1.Ti.4.Doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. Item sunt peregrinae, s.a fide catholica, a nobis autem tales doctrinae non sunt sustinendę, quia Non sumus hospites,& aduenae, sed sumus ciues sanctorum,& domestici Dei. Eph.2.Deinde cum dicit.[Optimum est.n.gratia.]Explicat in speciali, quae sunt Variae,& peregrinae doctrinae. Vnde sciendū est ꝙ in primitiua ecclesia fuit vnus error, quod ad salutē necessaria erat obseruantia legalium, quae praecipue consistebat in quibusdam cibis sumendis puta agni paschalis. Exo.12.& in abstinēdo a quibusdam cibis sicut patet Leu.11.& in aliis multis locis Alius error fuit, quod passim licebat vti delectationibus corporalibus,& iste fuit error Nicolaitarum: Et de vtroque possunt haec verba exponi, sed magis proprie de primo, dicit ergo. Nolite abduci a veritate fidei. per varias,& peregrinas doctrinas.2.Thes.2.Non cito moueamini a sensu uestro Gal.1.Miror quod sic tam cito trāsferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud euangelium. Deus.n.a nobis requirit cor. Prou.23. Praebe fili mi cor tuum mihi,& ideo[Optimum est gratia stabilire.]Nam debet esse firmum.& stabile. Contra quod dr in psal.49. Cor meum dereliquit me. Hoc autem non stabilitur escis corporalibus, sed per gratiam iustificantē Ro.3.Iustificati gratis per gratiam ipsius,& per redemptionem, quae est in Christo Iesu. Et ideo dicit.[Non escis, quae non profuerunt.[Ro.14.Non est ergo stabilimentum cordis, in moderata vel superflua sumptione cibi, sed magis in gratia Dei. Psal.111 Paratum cor eius. non commouebitur donec, &c. Spes autem est quasi anchora, stabiliens corda supra 6. Confugimus ad tenendam propositam nobis spem, quam sicut anchoram habemus animę tutam,& firmam. Et dicit quod non profuerunt.[Ambulantibus in eis,].i.sperantibus in eis quia illis qui eis vtūtur ad necessitatem, prosunt ad salutem corporis, sed qui totum studium ponunt in eis, ambulant in ipsis,& talibus nec ꝓficiunt ad salutem animae nec corporis. Hie.11. Nunquid carnes sanctę auferunt a te malitias tuas, in quibus gloriata es. Deinde cum dicit.[Habemus altare.]Assignat rationem,& est valde subtilis. Sicut enim legitur Leuit.16.Decima die septimi mensis, summus sacerdos sanguinem uituli,& hirci inferebat intra sancta, ꝓ sua ignorantia,& illorum corpora cremabantur extra castra Et qa erat oblatio sacerdotum, non comedebantur carnes eorum. Qđ enim offerebant pro peccato sacerdotum non comedebant, sed extra castra comburebant, Ex ista ergo figura trahit Apost mysterium, Per sanguinem.n.illum figurabatur sanguis Christi, vt supra dictum est 9.c. Vitulus.n.& hircus Christum figurabant, quia vitulus erat sacerdotalis,& hircus immolabatur pro peccato. In quo figurabatur quod Christus debebat immolari pro peccato non suo, sed populi. Vitulus ergo,& hircus immolatus est Christus sacerdos seipsum offerrens pro peccatis nostris. Sanguis ergo Christi illatus est intra sancta,& caro cremata est extra castra. Vbi duplex est significatū Vnū ꝙ Christus in ciuitate immolatus est lignis Iudaeorū. Vñ & Marcus dicit ipsum hora tertia crucifixū, licet hora sexta fuerit in cruce leuatus Aliud, ꝙ ꝑ uirtutē passionis suae, Christus intra caelestia sancta nos introducit ad patrē. Qđ aūt, corpora illorū cremabantur extra castra qtū ad caput nostrū, significat ꝙ Christ⁹ passurus erat extra portā quātū vero ad nos, q sumus mēbra, significat ꝙ ꝓ illis, qui sunt extra castra legaliū vel exteriorū sensuū immolat Christus. Qui .n.erant in castris, de carnibus illis nō comedebant. Haec est ergo figura quā proponit Apostolus, cuius primo ponit significatū Secđo, ponit figurā, ib [Quorū.n.animalium.] Tertio Inducit cōclusionē[Exeamus igitur.]Dicit ergo, Stabiliamus corda nostra nō escis, sed gratia. Aliter.n.nō possumus, quia[Habemus altare.]Istud altare, vel est crux Christi, in qua Christus pro nobis immolatus est, vel ipse Christus in quo,& per quē preces nostras offerimus. Et hoc est altare aureū, de quo dr Apoc. 8. [De isto ergo altari non habent potestatem edere.]i.fructū passionis Christi percipere,& ipsi tāquā capiti incorporari. [Qui tabernaculo]legaliū[deseruiunt]Gal.5.Si circuncidimini, Christus vobis, nihil proderit. Vel tabernaculo corporis deseruiunt, q carnales delectationes sequuntur Ro.13.Carnis curam ne feceritis in desideriis. Talibus.n.nihil ꝓdest. 1.Cor.11 Qui.n.mãducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Dr aūt corpus tabernaculum, quia in ipso tāquā in bello habitamus cōtra hostes & modicum manet.2.Petr.1.Velox est depositio tabernaculi mei & iō non est ei deseruiendū. Deinde cū dicit[Quorum enim animalium [Prosequitur figurā ipsam. Et primo figurā ueteris legis secundo figurā noui testamēti, ib.[Propter quod & Iesus.[Quātū ad primū, dicit[Quorū.n.animaliū &c.]Et pōt legi litera ista duob. modis. Vno modo sic[Horum animalium corpora.cremantur extra castra].s.vituli & hirci[Quorum sanguis infertur in sancta per pontificem, pro peccato sacerdotū &.multitudinis. Aliter sic, vt per illa aīalia intelligatur Christus vel sancti eius. Per omnes.n. hostias ueteris legis figurabatur Christus,& per consequens membra eius. Christi ergo corpus, cuius sanguis illatus est in sancta cęlestia ꝓ pctō totius mūdi, igne passum in ara crucis, extra portas Hierusalē, quasi extra castra crematū est Vel ēt sancti extra castra .i.extra cōem societatē hoīum igne charitatis, ieiuniis, orationib. & aliis operib. misericordię se cremāt. Quorū.i.ꝓ quib. efficaciter sanguis Christi i sancta illatus est. Primus sensus literalis est.[Propter ꝙ.]Adaptat figurā.ū ꝙ fuit in nouo &c.in nouo testamento figurę veteris testamēti, vt sit cōsonātia inter ipsa. Vnde dicit[Propter qđ,& Iesus &c.]Et patet totū. Deinde cū dicit[Exeamus igit ad eū]inducit duas cōclusiones. Scđa, ibi[Per ipsū ergo.] Quātū ad primū, dicit, Ita dictū est ꝙ nos habemus altare ꝙ ē extra castra Duo ergo debemus facere.s.ad ipsum accedere,& super illud sacrificare. Modū accedēdi ponit primo, dicē ꝙ sicut Christus passus est,& improperiū passionis extra portā sustinuit, sic & nos[Exeam⁹ ad eū extra castra].i.extra cōem socitatē carnaliū, uel extra obseruātiā legaliū. Vel extra sensus corporis[Portātes īproperiū eius.]i. Chri .i.signa passionis Christi, per q̄ Christus Factus ē opprobriū hoīum & abiectio plebis. Ps.68. Improperiū expectauit cor meū & miseriā. Vel impro periū portemus.i.renuntiemus legalib. adueniente veritate, ꝑꝑ ꝙ sumus Iudaeis iproperiū, i.ꝑꝑ signa pnīę. q a carnalib. improperanē. sup.11. Maiores diuitias ęstimās thesauris Aegyptiorū, iproperiū Chri. Sicut.n.accusatus ē Christus ꝙ subuerteret legē, ita Apostolo iproperabāt, ꝙ ꝑdicare nō debere seruari legalia. Gal.5.Ego aūt fratres, si circūcisionē adhuc ꝑdico, q̄d adhuc ꝑsecutionē patior? Subdit aūt rōnē eius, dicēs[Nō.n. habemus hic manentem ciuitatē, sed futurā inquirimus.]Hō,n. libēter manet in loco suo ꝓprio. Finis.n.nr̄ nō sunt legalia, sed finis noster Christus ē.Ro.10. Finis noster Christ⁹ ē ad salutē oī credenti. Nō ergo habemus hic manētē, sed vbi ē Christus. ergo exeamus ad ipsum. Colo.3.Si cōsurrexistis cū Christo, q̄ sursū sunt, quaerite, vbi Christus ē in dextera Dei sedēs &c. Esa.33. Respice Sion ciuitatē solēnitatis nostrę. supra.11. Expectabat fundamēta hn̄tē ciuitatē, cui⁹ artifex

fex

fex,& conditor, Deus. Item, meliorem ciuitatem appetunt.i. caelestem, Ad ipsum enim intendimus transferri, sicut ad locum,& altare nostrum. Ergo exeundum est ad illud. Deinde cum dicit [Per ipsum ergo offeramus,]ponit secundam conclusionem quod.s.super istud altare sacrificare debemus,& qualia sacrificia. Duplex est autem, sacrificium ꝙ super altare Christi offerre debemus, s. deuotionem ad Deum, & miserationem ad proximum. Quantum ad primum dicit, quod postquam nō sunt offerenda sacrificia legalia. psal.39 Sacrificium & oblationem noluisti.[Ergo per ipsum] idest per Christum·] Offeramus semp Deo hostiam laudis]Psal.49. Sacrificium laudis honorificabit me. Istud autem sacrificium laudis, vocat fructum, labiorum, i.cōfessionem vocis. Melius enim laudatur Deus ore, q̄ occisione animalium. Vnde dicit[Fructum labiorum confitentiū nomini eius.]Hoc est enim necessariū Ro.10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ose.14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum Esai.67. Creaui fructum labiorum, pacem. Hoc autem sacrificium debet esse.[Semper].i. continue, sicut in lege erat iuge sacrificium, sicut patet Nu.28. Psal 33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aliud sacrificium ponit cum dicit.[Beneficentiae autem,& communionis nolite obliuisci]q.d. Olim opere exhibebatis opera misericordiae, modo autem salutem corde, si nō potestis opere. Et iō dicit.[Nolite obliuisci beneficentiae].i.liberalitatis, quantum ad ea quae datis. Largus enim beneficus dr. Gal.6. Bonum autem facientes, non deficiamus. Ecc.12. Bene fac humili.& non dederis impio.[Et nolite obliuisci communionis]quantum ad ea quae seruatis, vt tempore suo communicetis. Act.2. Omnes etiam qui credebant, erant pariter,& habebant omnia communia. Ro.12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vel communionis scilicet charitatis ꝑ quam sunt omnia communia. Quare autem istud duplex beneficium offerre debeamus, ostendit, dicens[Quia talib. hostiis promeretur]passiue,[Deus].i.possumus Deum mereri talibus sacrificiis. ipse, n.est merces nostra, quam istis operib. possumus acquirere. Gen.17. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis, psal.50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae &c. Esa.19. Colent eū in hostiis & muneribus,& vouebunt domino, & soluent.

LECTIO III.

OBedite prepositis vestris,& subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciāt, & non gementes. Hoc. n.nō expedit vobis. Orate pro nobis, Confidimus enim quia bonam conscientiam hēmus, in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus aūt pacis, q eduxit de mortuis pastorē magnū ouium in sanguine testī ęterni, dnm nostrū Iesū Christū, aptet vos in oī bono, vt faciatis eius volūtatē, faciēs ī vobis, ꝙ placeat corā se ꝑ Iesū Christū, cui est gloria in saecula saeculorum, Amen. Rogo autem vos fratres, vt sufferatis ver

LECTIO III.

SVpra monuit Apostolus, quomodo se debet habere ad ꝑlatos mortuos, vt.s.in fide ipsorum permaneant, hic monet eos qualiter se debeant habere ad viuentes,& primo, quomodo ad alios, secundo, quomodo ad seipsum Paulū, ibi.[Orate pro nobis &c.] Dicit ergo.]Obedite prepositis vestris. Vbi considerandum est, ꝙ duo debemus prelatis.s.obedientiam, vt ipsorum mādata impleamus. Vnde dicit.[Obedite]1.Reg.15. Melior est obedientia, quam victima Item reuerentia, vt eos honoremus tanquam patres,& ipsorum disciplinam toleremus, Et ideo dicit.[Subiacete eis.]1.Per.2. Subiecti estote omni humanae creaturę. Rom.13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Rationem subdit, dicens,[Ipsi.n. peruigilant.]Quare enim debeamus obedire, & subiici prelatis, hoc est, ideo, quia incumbit eis labor,& periculum imminet. Vnde, quantum ad laborem solicitudinis, qui eis incumbit de regimine subditorum, dicit, quod,[Ipsi peruigilant].i.perfecte vigilant. Ro.12. Qui praeest in solicitudine. Vigilare enim super gregem, commissum, incumbit praelatis. Vnde Luc.2.dicitur, Pastores, per quos designantur praelati, erant vigilantes,& custodientes vigilias noctis super gregem suum, quia dum dormiunt homines, Inimicus homo super seminat zizania in medio tritici, vt dicitur. Mat. 13. Quantum autem ad periculum quod imminet, dicit.[Quasi pro animabus vestris reddituri rationem].Hoc est, enim maximum periculum hominem de factis alterius rationem reddere, q̄ pro suis non sufficit.3.Reg.20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Reddent enim praelati in die iudicii rationem de sibi commisso, quando fiet eis illa q. Hier.13 Hier.13. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitum tuū Quid dices cum uisitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, s. loquendo bona & faciendo mala erudisti caput tuum, per mala tua exempla. Greg. Scire debent praelati, quod tot mortibus digni sunt, quot exempla perditionis ad subditos transmittunt. Prou.6. Fili, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus verbis oris tui,& captus propriis sermonibus, Fac ergo quod dico fili mi,& temet ipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicū tuū &c. Praelatus, enim manu, i.exemplo boni operis,& ore, i. praedicatione obligat se Christo pro subditis. Dicit aūt Christus extrane⁹ quia vt dicit Ber. Amicus est in spōsione, sed extraneus in exigēda ratione Sed non videtur, quod aliquis tenetur reddere rationem nisi pro se tantum. 2. Cor.5. Omnes uos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis pront gessit. Respondeo, Dicendum est, quod quilibet principaliter reddet rationem de factis suis. Sed inquantum actus sui, quodammō pertinent ad aliū, intantum reddet rationem de illo. Facta autem praelati pertinēt, ad subditos, secundum illud Eze.3. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel,& audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Vbi sequitur, quod si praelatus (qui nomine speculatoris intelligitur) non annuntiauerit impio, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sed sanguis de manu speculatoris requiretur. Si igitur peruigilāt, quasi reddituri rationem pro nobis,& nos debemus quod in nobis est, facere, s. obedire,& non rebellare[. Vt ipsi cum gaudio hoc faciant,& non gementes].i.sustineant periculum,& laborem pro nobis cum gaudio,& non cum gemitu, qa bonus praelatus multum gaudet, quando videt subditos bene operantes, quia tunc labor suus non est inanis.3.Io. Maiorem horū non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Phil.4. Itaque fratres mei charissimi,& desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi. Ipsi autem gemūt in rebellione vestra Gal.4. Filioli mei quos iterū parturio, donec formetur Christus in uobis Hie.9. Quis dabit capiti meo aquam,& oculis imes fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiae populi me? Gemunt etiam compatiēdo propter rebellionem nostrā cū nō consequimur fructum laborum ipsorum, qui est fructus ęternae haereditatis. Esa.33. Ecce vidētes clamabūt foris angeli pacis amare flebunt. Subdit autem rationem, quare debemus obedire eis. quia]Hoc enim non expedit vobis,]quod.i.ipsi gemant pro uobis ex rebellione nostra. Deus.n. vindicabit pro ipsis. Ps.105. Irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est terra,& deglutiuit Dathan,& operuit super congregationem Abiron. Esa.63. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & afflixerunt spiritum sanctum eius. Sequitur. Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Nota autem quod dicit.[Non expedit vobis.]Non.n dicit, Non expedit illis, Timere enim pro commissis subditorum, bene expedit praelatis. Sic gemebat Samuel sup reprobatione Saulis.1.Reg.15.& 16. Deinde cum dicit.[Orate pro nobis,]monet Apo qualiter se debeant habere ad ipsum, Petit enim quod ipsi orent pro eo Simile habetur Rom.15. Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem spiritussancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris, quia sicut dicit glo. Impossibile est, i. valde difficile, preces multorum non exaudiri. Mat.18. Si duo ex vobis consenserunt super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet eis a patre meo. In hoc ergo quod Apo. qui certus erat, ꝙ Deo erat acceptus, petit orari pro se, percutit superbiam aliquorū qui dedignantur ab aliis preces petere, vt dicit glo. Rationem suae petitionis assignat dicens,[Confidimus enim &c.]Quod pōt duobus modis intelligi. Vno modo respectu ipsorum, quorum pettit orationes, quia cum Apo. Iudaeis non praedicaret, sed tantum Gentibus non uidebatur eis acceptus. Et ideo poterant se excusare, ne ex audirent petitionem eius, & ideo dicit quasi se excusando qđ ipse non habet conscientiam quia bonum ipsorum velit, Vnde dicit.[Confidimus enim quia habemus bonam conscientiam, volentes vos etiam bene conuersari in omnibus.]Per quod dat intelligere, quod intendit eis prodesse cum poterit. Quia vero bonum conscientiae est a solo Deo, iō illud attribuit fiduciae quam gerit de ipso. Vel potest referri ad ipsum Apo. quia cum non praedicaret Iudaeis, non videbatur dignus quod orationes pro ipso fierent, quia dominus non exaudiret eos, quia hostis fidei ipsorum videtur, sicut dicitur Hier.7. Tu ergo noli orare populo hoc, neque

assumas

Universidad de Deusto
Biblioteca

assumus pro eis laudem,& orationem,& non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Hoc ergo remouet Apo. dicens [Orate pro nobis,] quia non habemus conscientiam alicuius peccat, nec alicuius malefacti, [sed confidimus]Nec ait, certi sumus, quia Delicta quis intelligit Eccl.9. Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. 1. Co.4 Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Quia ergo [Bona conscientia habemus bene volentes conuersari in omnibus.] ió non repugnat mihi. quin orationes vestræ sint vtiles. Deinde cum dicit [Amplius autē deprecor,] assignat aliam rationem quare debent orare pro ipso, quia, scilicet hoc erit eis vtile, Vnde dicit, Amplius. propter aliud, [Deprecor hoc vos facere] scilicet orate [Quo restituar vobis celerius,] quod erit ad vtilitatē vestram Ro.1. Desidero videre vos, vt aliquid impartiar vobis, gratiæ spiritualis. Apo. autem, qui sic pro omnibus factis suis recurrit ad orationem, insinuat nobis quod omnes viæ eius, & facta ordinabantur ab ipso, secundum Dei dispositionē. Iob.37. Nubes spargunt lumen suum, quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, Per nubes enim prædicatores, & apostoli intelliguntur. Esa.60. Qui sūt isti, qui vt nubes volant. Deinde cum dicit [Deus autem pacis,] orat Apostolus pro ipsis, & primo orat. Secundo aliquid ab ipsis petendo, se excusat. ibi. [Rogo autē vos fratres.] Circa primum, prius describit eum quem orat, dicens. [Deus autem pacis] Proprius enim effectus Dei, est facere pacem. Non enim est Deus dissensionis, sed pacis. 1. Co. 14. Itē, 2. Co. 13. Pacem habere, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscū. Pax enim nihil aliud est, nisi vnitas affectuum. quos vnire est proprium solius Dei, quia per charitatem, quæ a solo Deo est, vniuntur corda Deus enim nouit colligere, & vnire, quia Deus est charitas, quæ est vinculum pfectionis Vnde ipse. Habitare facit vnanimes in domo. Ps.67. Homo inter se, & Deum, pacem fecit per mysterium, Christi Et ideo dicit. [Qui eduxit de mortuis pastorē magnum ouium.] Quandoque autem dicitur Christus suscitatus p virtutem patris. Ro.8. Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis. Quandoque vero dicitur seipsum suscitasse, Ps. 3. Ego dormiui, & soporatus sum. Quæ tamen non sunt contraria, quia surrexit virtute Dei, quæ est vna, patris, & filii, & Spiritussancti. Eduxit ergo de mortuis, i. de sepulchro quod est locus mortuorum. Ro.8 Quomodo surrexit Christus a mortuis p gloriam patris, ita, & nos in nouitate vitæ ambulemus. Dicitur autē Christus magnus pastor ouium, i. fidelium, & humilium. Io.10. Ego sum pastor bonus &c. Oues n sunt, q Deo obediūt. Ibidem. Et oues meæ vocē meam audiunt. Dicit autē ipsum. [Pastorē magnum,] quia omnes alii sunt vicarii eius, quia ipse pascit oues ꝓprias, alii vero oues Christi. Io. vlt. Pasce oues meas. 1. Pet. 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Eduxit autem ipsum. [In sanguine testamēti eterni] i. in virtute sanguinis Christi, per quē confirmatur testamenū nouum, in quo eterna promittuntur ad differentiam veteris. Christus enim sanguinem suum dicit sanguinem nouū testamenti, Apostolus autem dicit æterni. Et ideo in consecratione sanguinis, in forma ponitur verunque. Ipse vero Christus, tā de passionem suā meruit sibi, & nobis gloriam resurrectionis. Ideo dicit, ꝙ [Eduxit dominum nostrum Iesum Christum de mortuis in sanguine testamenti æterni.] Philip.2. Humiliauit semetipsum &c. Zach.9. Tu vero in sanguine testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Consequenter subiungit petitionem suam, cum dicit [Aptet uos in omni bono.] Voluntas. n. humana cum sit quædam inclinatio rationis, est principium actuum humanorū, sicut grauitas est principium motus grauium deorsum, unde se habet ad actus rationis, sicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res autem naturalis dicitur apta ad illud, ad quod habet inclinationem. Sic etiam homo quando habet voluntatem benefaciendi, dicitur aptus ellead illud. Deus etiam quando immittit homini bonam uoluntatem aptat, eum. i facit ipsum aptum. Et ideo dicit, Aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, i. faciat uos uelle omne bonum, Prouer.22. Desiderium iustorum omne bonū. Hæc est. n. volūtas Dei, s. ꝙ Deus uult nos uelle Aliter. n. nō est bona volūtas nra. Volūtas aūt Dei ē bonū rum. 1. Th.4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio uestra Ro.12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dupliciter autem aptatur homo ad benefaciendum. Vno modo. exterius operando. Et sic unus homo aptat alium persuadendo, vel comminando. Alio modo, aliqđ interius exhibendo, & sic solus Deus aptat uoluntatem, qui solus ipsam potest immutare. Proue.21. Cor regis in manu dñi, quocūque uoluerit inclinabit illud. Vnde dī. [Faciens in nobis.] Phil.2. Deus est, qui operatur in nobis velle, & ꝑficere. Quid aūt faciet. [Quod placitum est coram se,] faciet uos uelle quod placet ei. Hæc aūt sunt fides, & mansuetudo, & timor dñi Ecc.1. Beneplacitum est ei fides. & mansuetudo. Ps.32. Beneplacitum est Deo iꝑ timentes eum. Hæc aūt omnia hñt. [Per Christum.] Nihil n. a patre impetrat, nisi per filium. Io.16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Et iō dicit, per Iesum Christum 2. Per. 1. Per quē maxima, & pretiosa nobis promissa donauit. Ro.5. per q̄ accessum habemus &c. [Cui,] s. Christo [Est gloria in sæcula sæculorum Amen] i. gloria sempiterna. 1. Ti. 1. Regi sæculorū immortali, inuisibili soli Deo, honor, & gloria, in sæcula sæculorū. Amen. Hæc. n. gloria sibi debetur, inquantū est Deus. Deinde cum dicit. [Rogo aūt uos fratres &c] subdit petitionem suam, in qua excusat se. deinde concludit epistolam, ibi. [Gratia Dei.] Circa primū tria facit, qa primo, ponit excusationem suam. Secundo, recommendationem nuncii per quam scribit. Tertio, ponit quasdam salutationes. Dicit ergo quātum ad primum. [Rogo uos fratres, vt sufferiatis uerbum solatii,] i. patienter portetis uerba epistolæ huius, in qua, & si in aliquo uos reprehendi, ratum est ad consolationem uestram. Rom.15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Et quare debent patienter portare, ostendit dicens [Quia per paucis.] deest valde paucis [Scripsi uobis,] quod verum est respectu mysteriorum, quæ in ipso continentur. In ista enim epistola fere omnia mysteria veteris testamenti continentur. Sermones autem breues valde accepit sunt, quia si sunt boni, inde auidius audiuntur, si uero mali, parum grauant. Eccles ast.4. Pauci sunt sermones tui. Consequenter recommendat illum, per quem scribit, dicēs. [Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum,] scilicet a carcere, in quo cum Apostolo erat, uel a me dimissum ad prædicandum, & ad uos missum [Cognoscite,] id est gratiose recipite: tum quia, ut habetur Act. 16. fuerat circūcisus,] Tum etiam quia. [Si celerius uenerit, cum ipso videbo vos] In quo ostendit dilectionem quam ad ipsos habebat. Hoc etiam dicit, quia & si ad ipsos non uenerit, quia Rome passus est, tamen incertius erat, vtrum vel ad tempus deberet dimitti. Consequenter ponit salutationes suas. Et primo, iniungit eis salutationem aliorum, dicens. [Salutate omnes præpositos,] id est Apostolos, adhuc viuentes. [Et omnes sanctos,]. s. alios discipulos. Istis autem non scribit, quia non intendebat scribere, nisi contra obseruantes legalia. Et ideo, quia ista epistola est instructiua, non intendebat instruere apostolos, quia erant antecessores sui in fide. Secundo, salutat eos ex parte aliorum, dicens. [Salutāt uos fratres de Italia.] Scripsit. n. epist. istam a Roma. Tertio, more solito concludens, & quasi pro sigillo ponit solutionem, dicens. [Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen]. i. peccatorum remissio, & omnia alia Dei dona, quæ per gratiam Dei habentur, sint firmiter cum omnibus stobis Amen, Confirmatio est omnium.

bum solatii, Etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrū Timotheum dimissum, cū quo (si celerius venerit) videbo vos, Sarlutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, A A B B C C D D E E F F.

Omnes sunt Quaterniones, præter F F, qui est Quinternio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, SERMONES.

Pro Dominicis diebus, & pro Sanctorum solemnitatibus, qui ex Bibliotheca Vaticana nuper in lucem prodierunt.

Dominica j. In aduentu Domini, ex Epistola.

DIES autem appropinquauit, Roman. 1. Potest intelligi hoc verbum de quadruplici die. Quadruplex enim dies appropinquauit, dies misericordiæ, dies gratiæ, dies iustitiæ, & dies gloriæ. Hos quatuor dies facit Sol iste, cuius aductum sancta modo colit Ecclesia. Dies misericordiæ est dies natalis Domini, in quo ortus est nobis sol iustitiæ, vel verius qui fecit tam gloriosum diem: dies gratiæ est tempus gratiæ: dies iustitiæ, est dies iudicij; dies gloriæ, est dies æternitatis. De 1. dē Ioel. 3. In illa die stillabūt montes dulcedinem. De secundo 2. Cor. 6. Ecce hic dies salutis. De tertio. Soph. 1. Dies iræ, dies illa dies tribulationis. De quarto, Zach. 14. Erit dies una, quæ nota est Domino. psalm. 73. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Dies natalis appropinquauit, vt deuote celebretur, vel colatur; dies gratiæ, ut suscipiatur; dies iudicij, ut timeatur; dies gloriæ, ut ad eum curratur. Propter primum frequentat Ecclesia, Dominus prope est, Phil. 4. Isa. 56. Iuxta est salus mea ut ueniat. De secundo, 3. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. De tertio, Iac. 5. Ecce iudex ante ianuā assistit. De quarto, Apoc. vlt. Ecce venio cito, & merces mea mecum est &c. Diei natalis Domini debemus occurrere cum misericordia & veritate. His duabus vijs venit Christus ad nos, & nos debemus ire ad eum. psa. 24. Vniuersæ uiæ Domini misericordia & veritas: Diei gratiæ cum puritate & humilitate; hæc enim duo maxime faciunt susceptibilem gratiam. De primo, Prouc. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. De secundo, Iac. 4. Humilibus autem dat gratiam. Diei iudicij cum cogitatione & timore. Hieron. Siue comedam, siue bibam, illa vox in auribus meis semper uidetur resonare. Surgite mortui, uenite ad iudicium. Dicitur econtra de malis. Viri mali non cogitant iudicium, Prou. 28. Diei gloriæ debemus occurrere cum iustitia & festinatione. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem. Ad ista quatuor hortatur nos Apostolus in epistola ista. Ad misericordiam & ueritatem, ibi. Induamur arma lucis: Arma lucis sunt misericordia & ueritas. Misericordia enim est scutum, quo ab hostibus defendimur: veritas est virtus, qua omnia vincimus. De primo, Eccl. 29. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem unicuique in caput illorum. Super scutum potentis, & super lanceam pugnabit aduersus inimicum tuum. De secundo, 3. Esd. 4. Magna est ueritas, & prævalet, magna est, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt propter eam, & non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua omnia illorum opera. & non est in ipsis ueritas, & in sua iniquitate peribunt, & veritas manet. Ad puritatem & humilitatem, ibi. Non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione. Cubilia & impudicitiæ sunt actus luxuriæ, qui immundum faciunt. Contentio & æmulatio procedunt a superbia. prohibendo impudicitiam, suadet puritatem, prohibendo superbiam suadet humilitatem. Ad cogitationem & timorem iudicij, ibi. Sicut in die honeste ambulemus, hoc est, ita uiuamus sicut condecet in die iudicij. Est homo in iudicio cogitando iudicium, honeste uiuit iudicium formidando. Ad iustitiam & festinationem, ibi. Hora est iam nos de somno surgere, & ideo festinando a somno peccati surgere ad iustitiam faciendam, & reddit ibi rationem. Nunc enim propior est nostra salus, Ad quam nos conducat, &c.

Sermo de eadem de quadruplici die.

DIes autem appropinquauit, Rom. 13. Est enim quadruplex dies, scilicet dies misericordiæ, dies gratiæ, dies iudicij, & dies gloriæ. Primus dies admirabilis, secundus acceptabilis, tertius formidabilis, quartus desiderabilis. Dies misericordiæ, id est, dies natalis Domini admirabilis est, quia Deus humanatur, homo deificatur, uirgo prole fœcundatur. De primo, Philippen. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. De secundo Rom. 9. Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. &c. De quibus duobus Augustinus. Hodie Deus factus est homo, ut homo fieret Deus. De tertio, Isa. sexto. Ecce Virgo concipiet & pariet filium. Dies gratiæ est acceptabilis, quia abunde Dei gratia diffunditur, potestas Diaboli tollitur, & uirtus peccati extinguitur, & ideo patet quod homo facile, & sine impedimento potest seruire Deo. De primo Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei. De secundo, Heb. 2. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperiū, ideſt, diabolum. De tertio, Rom. 6. Vetus homo noster crucifixus est, ut destruatur corpus peccati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dies iudicij est formidabilis malis, quia districte a iusto iudice iudicabuntur, quia ab omni creatura impugnabuntur, & quia æterno supplicio damnabuntur. De primo, Prou. sexto. Zelus, & furor uiri non parcet in die uindictæ. De secundo. Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum &c. De Tertio, Iud. 16. Visitabit eos, & dabit ignes & vermes in carnes eorum. Matt. 25. Et dicet his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me, &c. Dies gloriæ est desiderabilis, quia cælum restauratur, homo beatificatur, & omnis creatura præter impios renouabitur. De primo, Eph. c. 1. In quo proposuit restaurare uniuersa siue quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso, idest, in Christo, ps. 109. Iudicabit in nationibus implebit ruinas &c. De secundo, Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. De tertio, Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Est ergo dies ille desiderabilis Angelis, & hominibus, & omnibus creaturis, Ad quam diem nos perducat qui uiuit in sæcula sæculorum, Amen.

Sermo de eodem ex euangelio.

Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, Matt. 21. Prophetia est de aduentu Domini nostri Iesu Christi. Et nota hic circa aduentum tria. Primo, est dignitas aduenientis: secundo, utilitas aduentus; tertio, modus aduenicndi. Primum, ibi. Rex tuus, rex clemens, rex iustus, rex sapiens, rex terribilis, rex omnipotens, rex æternus. Rex clemens in parcendo, iustus in iudicando, bonus in retribuendo, sapiens in gubernando, omnipotens in bonos protegendo, terribilis in malos puniendo, æternus æternaliter regnando, & æternum conferendo. De primo, Isa. 16. Et præparabitur in misericordia solium eius. De secundo, Isa. 34. Ecce in iustitia regnabit rex. Idem. 16. Sedebit super solium excelsum David in ueritate. De 3. psalm. 72. Quam bonus Israel Deus ijs qui recto sunt corde. Dion. Optimi est optima adducere, vnde optimitas eius apparet, quia optima adduxit. De quarto, Hiere. 23. Suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. De quinto, Hest. 13. Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita. De sexto, Sap. 11. Illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. De septimo, Hier. 10. Dominus autem Deus ipse est, Deus uiuens & rex sempiternus. Luc. 1. Et regni eius non erit finis: ideo optimum est subesse tali regi. De his septem 2. Mach. 1. Domine Deus omnium creator terribilis & misericors, solus bonus, rex iustus, omnipotens & æternus. In creatore sapientia, in misericorde clementia, in bono bonitas, in iusto iustitia, in terribili seueritas, in potente potentia, in eterno æternitas. Hic rex est qui uenit tibi, idest ad utilitatem tuam. Vtilitas ergo aduentus notatur hic; Venit tibi. Fuit autem utilitas aduentus septuplex ad præsens. Prima mundi illuminatio: secunda, inferni expoliatio: tertia, cæli reparatio: quarta, peccati destructio; quinta diaboli superatio: sexta, hominis cum Deo reconciliatio: septima, hominis beatificatio. De primo, Io. 8. Ego sum lux mundi. Idem. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. De secundo, Osee, 13. Ero morsus tuus, o, inferne Zach. 9. Tu autem in sanguine testamēti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. De tertio, Ephes. 1. In quo proposuit' restaurare uniuersa, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra. De quarto, Heb. 1. Vt destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. De quinto, Rom. 10. Vetus homo noster crucifixus est, ut destruatur corpus peccati &c. De sexto, Rom. 5. Si cū adhuc inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius; multo magis reconciliati saluti salui erimus in uita per ipsum &c. De septimo. Ioa. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Propter hæc bona, quæ futura in eius aduentu uidebant sancti patres cum tanto desiderio clamabant, Vtinam disrumperes cælos, & descenderes. De his septem, Isa. 61. Spiritus Domini super me, ad annū tiandum misit me, ecce mundi illuminatio, prædicando. n. mundum pro nobis illuminauit. Vt mederetur contritis corde, peccata destruendo; sic. n. medetur contritis peccata destruendo. Prædicare captiuis indulgentiam, ecce inferni expoliatio, expoliando. n. infernum captiuam duxit captiuitatem. Clausis apertionem, ecce cæli restauratio, prædicare. s. apertionem cęli. Vt prædicaret annum placabilem, ecce hominum cum Deo reconciliatio. Diem ultionis, diaboli destructio, sic. n. fecit ultionem de omnib. iniurijs quas fecerat diabolus sanctis. Dare coronam ecce hominum beatificatio. Modus ueniendi notatur ibi. Mansuetus, in mansuetudine. n. uoluit uenire Dñs Iesus Christus. Voluit autem uenire mansuetus propter quatuor. Primo, vt malos filios corrigeret. ps. 9. Qm superueniet mansuetudo, & corripiemur. secundo, ut omnib. se amabilem exhiberet. Ecc. 2. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Tertio, ut omnes ad se traheret, & populum sibi multiplicaret. 2. Re. 20. Mansuetudo tua multiplicabit te &c. Bern. Omnino currimus post te, bone Iesus propter mansuetudinem tuā. Quarto, ut mansuetudinem doceret. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et sunt quatuor quæ maxime dñt suadere mansuetudinem. Primū est, quia a malo liberat, secundum, quia gratiam impetrat. tertium, quia animam seruat, quartum, quia meretur terram uiuentium. De primo, Sapiens mansuetus est qui nullam animi amaritudinem sentit. De secundo, Prou. 1. Mansuetis dabit gratiā. De 3. Ecc. 11. In mānsuetudine seruā aīam tuā. De quarto, Mat. 5. Beati mites, qm ipsi possidebunt terram. Rogemus ergo Dñm &c.

Sermo de eadem materia ex epistola.

Nduamur arma lucis. Ro. 13. Dñs noster Iesus Christus assumpsit arma sua, & uenit in mundum pugnaturus pro nobis contra aereas potestates. Isa. 59. Indutus est iustitia ut lorica, & quia indecorum est rege armato milites remanere inermes, Apostolus monet ut armemur. Induamur, inquit, arma lucis. Facit autē tria in his uerbis Apost. Primo, vt induamur præcipit, secundo, quid debeamus induere ostendit, tertio, motiuum subiungit. Primum ibi, Induamur, secundum, ibi. Arma: tertium, ibi. Lucis. Circa primum sciendum est q debemus nos induere propter quinque. Primo, ne perpetuo frigore affligamur, secundo, ne turpitudinis ostēsione cōfundamur, tertio, ne ab eternis nuptijs excludamur, quarto, ut ab ictibus diaboli protegamur; quinto, ut a dñi exercitu cognoscamur. Istæ rationes reddūtur in textu. De primo, & secūdo Apoc. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, quo ad primum: & uideant turpitudinem eius, quo ad secundū. De tertio, Matth. 22. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? De quarto, Eph. 6. Accipite

site armaturā Dei vt possitis resistere in die malo, & in oīb. perfecti stare. Estate ergo succincti lumbos vestros in veritate, induti loricā iustitiæ, & calciati pedes ī ppatione euangelij pacis, in oībus sūmētes scutum fidei, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod ē verbum Dei. De quinto, Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sācti & dilecti viscera misericordiæ &c. Circa fm sciendum est, q plura scriptura docet nos induere. Primo, vestimentū innocentiæ. Apoc. 3. Vestimentis albis induemur. i. innocentia. Secūdo, viscera misericordię. Col. 3. Induite viscera misericordiæ benignitatē. &c. Tertio, Christi conformationē. Ro. 13. Induimini Dominum Iesum Christum. Quarto conuersationis nouitatem. Eph. 4. Induite nouum hominem. i. nouam conuersationem. Quinto, cilicij asperitatem quo ad carnis macerationem. ps. 34. Induebar cilicio. Sexto, debem' indui subtilibus per humilitatem. Eze. 16. Induite subtilibus. 1. Reg. 18. Ego sum vir pauper & tenuis. Septimo, saccum per habitus vilitatem. Is. 1. Induam cœlos tenebris & ponam saccum eorum. Octauo, armorum speciositatem, de quo hic, induamur arma lucis. Circa arma ista sciēdum q sicut dicit Scriptura, debemus indui loricam charitatis, scutum fidei, galeam spei, thoracem iustitiæ. Fide debemus indui ad munimentum rationalis, spe ad munimentum irascibilis, charitate ad protectionem cōcupiscibilis, iustitia ad protectionem totius animæ. De primis trib. armis. 1. Thim. 4. Induti loricā iustitiæ. 1. Mac. 3. Induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica. Sap. 5. Induit pro thorace iustitiam. Ostendit ergo hic quid induere debeamus. Motiuum ad hoc quod ponit, ibi. Lucis. i. Christi. Quis non libenter indueret arma domini sui: quanto magis debem' induere arma cęlestis & æterni regis? Dicitur autem Christus lux propter sex effectus lucis, quorum primus est illuminatio, secundus fœcundatio, tertius conseruatio, est. n. lux conseruatiua, quartus ornatio, quintus ordinatio. De his duobus. Dionysius, corpus inordinatum ordinat & ornat. sextus sui effusio. Lux enim est sui diffusiua per radios, hæc omnia fecit nobis Christus. *Quære in processu de lumine in Natiuitate.* Induamur ergo arma lucis, vt bene triumphantes æterna liter tandem a rege nostro coronemur.

Dominica secunda de aduentu ex epistola.

Qvæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ro. 15. In præcedenti dominica docuit nos Apost. ad surgendum, in ista docet ad quid surgendum, quia ad studendū & ad legēdum scripta quę fecit nobis magister noster cęlestis. Dominus enim tam quam bonus magister fuit sollicitus facere nobis optima Scripta, vt nos perfecte erudiret. Quæcunque, inquit, scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Consistunt autem ista scripta in duplici libro, scilicet, in libro creaturę, & in libro scripturę. Primus liber quot habet creaturas, tot habet scripta optima, q̄ sine mendacio docent veritatem. Vnde Arist. interrogatus a quo tot & tanta didicisset, respondit, a rebus quæ mēti non nouerunt. Docent autem duo cognoscenda. Circa cognoscenda docent nos quatuor. Primo Deū esse, secundo vnum Deum esse, tertio trinum Deum esse, quarto summum bonum esse. Quia mundus est, docet eum esse sicut opus opificem sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ potest cognosci eorū creator. Quia vnum sunt, & vno modo seruātur, docēt vnum Deum esse: si enim plures dij essent, iam mundus destructus esset, cum diuisio sit causa destructionis. Matt. 12. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: quia omnia consistunt in numero, pondere, & mensura, siue secundum Aug. de trinitate, modo, specie, & ordine, docent trinum esse Dominum. Sap. 11. Omnia fecisti pondere, numero, & mensura. Quia omnia bona sunt, docent summum bonum esse illud, a quo tot bona procedunt. Aug. Magnum indicium bonitatis est q̄ quælibet creatura cogitur dare se ipsam. Ideo quia Deus bonus est, nos sumus.

Circa agenda, docent nos similiter quatuor. Primo Domino obedire: secundo eum timere, tertio eū amare, quarto eum laudare. Domino obedire docent nos, quia sibi omnia obediunt. psal. 138. Præceptum posuit, et non præteribit. Nihil inuenit in creaturis inobediens creator, nisi peccatorē & diabolū. Deum amare docent nos beneficijs & donis quæ nobis exhibent quotidie. Aug. Cęlum, & terra, & oīa quæ in eis sunt, vndiq; mihi dicunt, vt amem te, nec cessant dicere omnib. ita vt sim inexcusabilis. Deum timere docent nos pœnis, & supplicijs. Videmus. n. q̄ omnis creatura parata est punire rebelles suo creatori. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiēs exardescet aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Deum laudare docent nos, quia oīa laudant eum, & inuitant ad laudandū. Aug. Mirum est q̄ homo non semper laudat Deum, cum omnis creatura inuitet ad laudandum eū. & sic patet, qūo omnes creaturæ, quæ sunt quasi quædam scripta Dei, docent nos quatuor circa cognoscenda, & quatuor circa agenda. De scriptura secundum illud videlicet scripturæ. *Quære in sequenti processu.*

De eodem ex epistola,

Qvæcunque scripta sunt &c. Ro. 15. Sicut tactum est superius, duo sunt libri qui scripti sunt ad nostram doctrinam, & de libro creaturæ dictum est supra: nunc dicendum est de libro scripturæ, qui duo docet, bona & mala. Bona vt fiant, mala vt non fiant. Circa bona docet tria. s. præcepta, consilia, promissiones, sicut triplex bonum est. Est enim bonum honestum, iucundum, & vtile. Præcepta docent bonum honestum, quia docent cultum vnius Dei, & pulchritudinem morum, & virtutum, quæ honestum faciunt hominem. In consilijs est bonum vtile. Mat. 19. Si uis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperib. & habebis thesaurum in cælo. In promissionibus est bonum delectabile, siue iucundum. Io 16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Deu. 4. Audi Israel verba vitæ. & postea, Et dabo tibi terrā fluentē lac & mel. Circa mala ponit similiter tria. Prohibitiones, dissuasiones, & cōminationes, & hoc secundū triplex malū. Est. n. triplex malū mortalis culpæ, & malum venialis culpæ, & malum æternæ pœnæ. Prohitiones respiciunt malum mortalis culpæ. Exo. 20. Nō fornicaberis, & sic de alijs prohibitionibus. Dissuasiones malum venialis culpæ, Ecc. 19. Qui sperhit modica, paulatim decidit, & alibi. Vitasti grandia, caue ne obtuaris arena. Comminationes respiciunt malum æternæ pœnæ. Isa. vltimo. Vermis eorum non morietur. Bene ergo dicit, quæcumque scripta sunt. s. in libro scripturæ, ad nostram doctrinam scripta sunt. Rogemus ergo &c.

De eadem ex euangelio.

Erunt signa in sole, & luna, & stellis, Lucæ 21. In præcedenti euangelio dictū est de aduentu miseri cordiæ: in isto vero agitur de aduentu iustitię. Ad iustitiam. n. pertinet malos punire, & bonos remunerare: ideo de vtroq; agitur hic. Primum in prima parte euā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelij,ibi.Erunt signa:secundum, in secunda parte, ibi. F Leuate capita vestra. Circa pænam malorum ostendit q̃ creator & creatura conuenient ad punitionem malorum. Circa creaturã ostendit q̃ triplex creatura conueniet ad punitionẽ malorum.s.spiritualis,corporalis, & cõpositа. Spiritualis angelus,composita homo. Corporalis vero duplex,superior & inferior:superior corpora cęlestia, inferior elementa. Ostendit ergo Dominus in euangelio hoc,q̃ mali recipient pænam a Domino,ab angelis,a corporib. cælestibus,ab elementis,& a se ipsis.Primum,ibi.Tũc videbunt filium hominis.Secundum,ibi.Nam virtutes cælorum mouebuntur. Tertium,ibi.Erunt signa in sole,& luna,& stellis. Quartũ, ibi.Præ confusione sonitus maris & fluctuum. Quintum,ibi, Arescentibus hominib. præ timore. Circa primum sciendum est,q̃ Dominus tripliciter affliget malos in iudicio.Primo,disceptando:secundo, conuincẽdo,tertio,condẽnando.De primo,nudus fui:de secundo: Quandiu nõ feciſtis vni ex minimis &c. de tertio, Discedite a me maledicti,Matt.25. Angelus similiter tripliciter affliget malos. Primo, ad iudicium trahendo:secundo a bonis separando;tertio,in ignem æternũ mittẽdo.De his trib.Matt.13.Exibunt angeli, vt.s.portent malos ante iudicẽ. Non.n. possent per se tam cito venire,cum sint corpora eorum grauia,ecce primũ: & separabunt malos de medio iustorũ,ecce 2m: & mittẽt eos in caminũ ignis,ecce tertiũ. Corpora cælestia similiter affligent tripliciter malos.Primo,ſignis tertẽdo: secundo,tenebris affligendo:tertio, scelera eorũ referando.De primo,ibi.Erunt signa in sole,luna,& stellis. Ioe.2.Dabo prodigia in cœlo.De 2.Mat.24. Sol obscurabitur,& luna non dabit lumen suũ.De tertio,Iob.20. Cœli reuelabunt iniquitatem eius &c. Rogemus &c.

De eodem.

IN terris pressura gentium præ confusione sonitus maris,& fluctuum &c.Luc.21.Dictum est superius qũo superiores creaturæ punient malos,modo dicendum est qũo inferiores creaturæ: & ostenditur qũo punientur ab igne,ab aere,ab aqua,a terra,& a seipsis.Primum ibi. Arescentibus hominib. Ariditas aũt contingit ex siccatione humorum,quod facit ignis. Secundũ ibi.Fluctuum. Fluctus contingunt ex inclusione aeris in mare.Tertium,ibi,Maris.Quartũ, ibi.In terris pressura gentium.Quintum,ibi.Præ timore & expectatione.Ignis tripliciter puniet malos.Primo,lucem abscondendo,secundo,incendendo:tertio,non consumendo. Si enim ignis consumeret eos, aliquod bonum præstaret eis:sed comburet,& non cõsumet. De primo, psal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Inflamma duo sunt,ardor & splẽdor.Ita intercidet Dominus flammam ignis, quia separabit splẽdorem a calore, vt comburat malos,& non illuminet.D e secundo.ps.96. Ignis ante ipsum præcedet,& inflammabit. De tertio, sap. 15.Ignis suæ naturæ oblitus est. Aer similiter tripliciter affliget,siue puniet malos, fulguris emissione, grandinum pluitione & ventorum cõmotione.De primo,Sap.5. Ibunt directe emissiones fulgurum,& tamquam a bene incuruato arcu nũbium exterminabuntur.De secundo,ibid.5. A petrosa ira plenæ mittentur grandines. De tertio ibid.5.Contra illos stabit spiritus virtutis,& tamquam turbo veniet. Aqua similiter tripliciter affliget malos.Primo creaturam,quæ ad vsum erat,occidendo:secundo,fluctibus terrendo,tertio,cõtra peccatores excandescendo. De primo, Apoc.8.omnis creatura quæ erat in mari,mortua est.De secundo, hic.Præ confusione sonitus maris & fluctuum. De tertio, sap. 5. excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Terra similiter tripliciter affliget malos. Primo,beneficia subtrahendo,vt impij afligantur fame:secundo,terremotibus terrendo: tertio, deuorando.De primo, Matt.24. Erunt pestilentiæ & fames.De secundo ibid. 24. Et terræmotus magni erunt per loca. De tertio,psal.105.Aperta est terra, & deglutiuit Datam. A semetipsis patientur mali triplicia mala.Primo;ex defectu omnium bonorum.secundo,timore ex recordatione præteritorum: tertio, ex expectatione instantium omnium malorum. De primo,Apoc. 1. Plangent se super eum omnes tribus terræ &c. De alijs duob. hic Luc.21.Arescentibus hominib. præ timore,quo ad 1m;& expectatione, quo ad tertiũ. Hic tria notantur.Primum,ibi. Arescentibus hominib.secundum ibi.Præ timore;tertium ibi. Et expectatione. Sunt autẽ tres rationes, propter quas oẽs creaturæ sic excandescent contra malos. Primo,quia male vsi sunt earum beneficijs: secundo, quia pulchritudinem earũ deuastauerunt malitijs & immũditijs suis;tertio, quia naturaliter est insitus cuilibet creaturæ appetitus vindicandi iniuriã Creatoris.De primo,Greg.Omnia quę ad vsum vitæ accepimus,conuertimus ad culpã &c. & post.Iure igitur nos oĩa feriunt. De secundo, psal.96. Commota est terra in operib.eorum.De tertio.sap.16. Creatura creatori deseruiens exardescet in tormentis aduersus iniustos &c. hæc malis: bonis autem appropinquabit redemptio æterna. Ad quam nos &c.

Dominica tertia aduentus ex epistola.

SIc nos existimet homo vt ministros Christi.1.Co. 4.In præcedẽti epistola docuit nos Apo. Christum fuisse ministrum pro nobis.Dico autem Christum ministrum fuisse circũcisionis &c.ideo in ista epistola docet nos debere esse ministros Christi,& dicũtur in hac epist.sex. Primo, quod debemus nos Christi ministros facere:secundo,temerariũ iudicium fugere;tertio,humanum iudicium contemnere;quarto in propria conscientia non cõfidere,quinto,omne iudicium Christo vt iudici tribuere; sexto, laudes a solo Deo quærere. Primum ibi.Sic nos existimet homo vt ministros Christi,2m,ibi. Nolite ante tempus iudicare; tertium, ibi. Mihi aũt pro minimo est vt a vobis iudicer: quartum, ibi.Nihil mihi conscius sum:quintum,ibi.Quousq; veniat Dñs; sextum,ibi. Tunc laus erit vnicuique a Deo. Circa primum sciendum,q̃ propter tria maxime debemus esse ministri Christi, & ei seruire. Primo, quia quicquid sumus, & possumus, ipse dedit creando, secundo,quia seruit nobis nos redimendo; tertio, quia iterum seruiet in glorificatione.De primo,Ber.Cui iustius seruire debeo, quàm illi qui si voluisset, omnino non essem?psal.99.Ipse fecit nos. De secundo, Lu.22. Ego in medio vestrum sum tanquã qui ministrat. Seruiuit autẽ tẽporaliter pedes abluendo, sordes peccatorum sanguine suo mundando,& carnẽ suã ministrando.De primo,Io.13.Cępit lauare pedes discipulis suis &c. De 2. Apo. Qui dilexit nos,& lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.Is.23. Seruire me fecistis in iniquitatib. vestris.De tertio,Mat.29. Accepit panẽ,benedixit, & fregit, & dedit.&c. Ber. Bonus minister qui carnem suã dedit in cibum, sanguinem in potum, & animam in pretium. Seruiet iterum in glorificatione. Luc.12.Amẽ dico vobis,q̃ præcinget se,& faciet illos discumbere,& trãsiens ministrabit illis.Iuste ergo ministri eius esse debemus.Sũt aũt tria quæ ipse maxime odit

odit in ministris suis.s.immisericordia,inobedięntia, & A inutilitas.De primo,Mat.17.Serue neq̃ oẽ debitum dimisi tibi qm̃ rogasti me,nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? &c. Mat.24. Si autem dixerit seruus ille malus in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit pcutere seruos suos,manducet aũt & bibat cum ebriosis: veniet dominus serui illius in die qua non sperat & hora qua ignorat,& diuidet eum.partemq; eius ponet cũ hypocritis,illic erit fletus & stridor dentium &c.De secũdo,Luc.12.Seruus sciẽs uoluntatẽ dñi sui, & non faciet sẽdm volũtatem eius, plagis vapulabit multis, &c. De tertio,Mat.25.Seruum inutilem ꝓjcite ĩ tenebras exteriores &c.Sunt iterum tria q̃ regrit Dñs in seruis. B Primo,vt siæ ab oĩ sorde peccati mũdati: sẽdm, vt sint oĩb.virtutib. ornati: tertium, vt sint morum honestate decorati.De 1.ps.100.Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrat.& 1.Tim.4.Et sic ministrẽt nullum crimẽ hẽntes.De sẽdo. 2.Cor.6,In oĩb.exhibeamus nos sicut Dei ministros.De 3.1.Pet.2.Conuersationẽ vrã inter gentes hẽntes bonam &c. De his trib. Exod. 40. Applica Aaron,& filios eius ut ministrent mihi, & lotos aqua indues sacris uestib.vt vnctio eorum ꝓficiat. In lotione vero puritas,in sacris vestib. eorum virtutũ varietas,in vnctione eorum honestas, q̃a ex ea egredit̃ odor bonę famæ. 2. Cor. 2. Chri bonus odor sumus &c.Regrit autẽ Deus q̃ sibi trib. modis ministremus. C Primo,cum imitando,sẽdo in eius seruitio exultando: tertio,cum timendo.De 1.Io.12.Sigs mihi ministraue rit,me sequat.De 2. ps.99. Seruite Domino in lætitia. De tertio,psa. 2. Seruite Dño in timore. Primum, facit Dño seruitiũ acceptum:2m,facit nos exspeditos in seruitium:tertiũ in seruitio nos cõseruat. Promittit autẽ tria Dñs seruis suis.s.felicitatem,dignitatem,& æternitatẽ.De primo 1.Tim.3. Qui.n.bene ministrat, gradũ bonum sibi acqrit.De sẽdo, Mat.25. Euge serue bone, & fidelis,q̃a super modicꝫ fuisti fidelis.De 3.Apoc.7. Seruiet ei die ac nocte ĩ templo eius: & post.7. Ad fontes aquarum vitæ deducet illos. Fons vitæ est æternitas.Dion.Acternitas est uitæ interminabilis tota simul D & perfecta possessio. De his tribus Ioan.12. Vbi ego sum,illic & minister meus erit. Vbi est, est iucunda sublimitas,& æterna iucunditas,& iucunda æternitas, Ad quam nos perducat dominus Deus.

De eadem ex euangelio.

CVm audisset Ioannes &c.Matt.11. In præcedenti euangelio actũ est de aduentu iustitiæ, in isto de aduentu gratiæ.Vnde agitur hic de Ioanne, q̃ interpretatur gratia Dei,vel in quo est gratia Dei. Dicuntur autem hic quatuor.Primo,Ioannis incarceratio, secũdo, de Chri aduentu per missos discipulos interrogatio: tertio,Dñi responsio:quarto, multiplex Ioannis commendatio.Commendat aũt a quatuor.Primo,a constãtiæ firmitate;secundo, a vestitus asperitate: tertio, ab officij dignitate:quarto,a vitæ sanctitate.Primum,ibi. cum audisset:sẽdm,ibi.Tu es.Tertium,ibi.Ite renuntia te Ioanni,quæ &c.Quartum, ibi. Cępit illis dicere de Ioanne. Et iterum. Primum de commendatione,ibi. Quid existis in desertum uidere?arundinem vento agitatam?sẽdm,ibi.Hoiem mollib. vestitum?tertium,ibi. Et iam plus q̃ prophetam. Quartum,ibi.Hic est de quo scriptum est.Ecce mitto angelum meum. Mox aũt de vinculis sciendum est,quod tres dicuntur esse in vinculis,iustus,impius,& damnatus.iustus ponitur in vinculis præceptorum:impius in uinculis peccatorum: damnatus in vinculis tormentorum. De primo, Eze. 4.Ecce circundedi te uinculis.Osee.11.Trahã uos in uinculis charitatis.De secundo,Prou.5. Iniquitates suæ capiunt impium, & fune pctorum suorum constringit̃. Isa.10.Ne incruuemini sub uinculo. De tertio, Sap.7. Vinculis tenebrarum compediti.Mat.22. Ligatis manib. & pedib. proijcite eum in tenebras exteriores.Prima uincula sunt amplectẽda, secũda dissoluẽda, tertia cauenda.Vincula ꝓceptorum sunt amplectanda ꝓpter tria. Primo,q̃a per ipsa salus oĩ malo acqritur,secundo q̃a ligatus eis a Dei sapientia protegitur; tertio, q̃a de ipsis ad regimen egreditur.De primo, eccl.6.Vincula illius alligatura salutaris. De secundo,Sap.5.Et in vinculis non dereliqt illum. De tertio, Eccl.4. De carcere catenisque interdum qs egreditur ad regnum. Sunt ergo uincula præceptorum amplectẽda, sed peccatorum dissoluẽda.Ligatur autem peccator uinculis superbiæ, vinculis auaritiæ,vinculis luxuriæ, vinculis malæ linguę.De ptimo,Iob.39.Quis dimisit onagrum liberum, & uincula illius qs soluit? Per onagrum intelligitur superbus.Iob.11.Vir vanus ĩ superbiam erigitur &c. Vnde vincula onagri sunt vincula superbi.De secundo,Isa. 5.Væ qui trahitis iniqtatem in uinculis vanitatis. Vanitates diuitiæ sunt.De tertio,Prou.8. Statimq; seqtur eã quasi bos ductus ad victimam, & ignorat stultus q̃ ad vincula trahatur.Vincula trahentia sunt manus mulieris.Eccl.7.Inueni amariorem morte mulierem. & post ecc.7.Vincula sunt manus illius. Ista vincula sunt soluenda.Isa.52.Solue vincula colli tui. Soluitur autem quatuor modis.Primo, per gratiam iustificationis; secundo,per gratiam contri[illegible]tis,tertio,per verecundiam confessionis; quarto per pœnam satisfactionis. De primo,psa.115.Dirupisti uincula mea Dñe,s.gram infundendo.De secundo Dan.4.vbi dr,quod ignis consumpsit vincula puerorum.Per ignem contritio intelligitur.psa.38.In meditatione mea exardescet ignis. De tertio,Osee.6.Vidit Iudas uiculum suum.Iudas interpretatur confitens;vñ Iudas vinculum [illegible]um videt,quãdo pœnitens videt se vinculis peccato[illegible]n constrictũ, clamat ĩ confessione ut soluatur.De q[illegible]to,Nau.1.Afflixi te,& post.Vincula tua disrumpam.hic soluenda sunt uincula peccatorum. Vincula uero tormentorum sunt vitanda pp tria.Primo,q̃a tenebrosa; secundo, q̃a crudelia,tertio,q̃a æterna.De primo,Sap.17. Viculis tenebratum compediti.De secundo,eccl.13.Et non parcet de malitia,& de viculis.De viculis istis Is.38.Ne forte constrigantur uincula nostra.De tertio. Iud.1.In viculis æternis sub caligine reseruauit.Loqtur de dęmonibus. A vinculis istis eripiat nos Deus, quod &c.

De Dominica tertia ex epistola.

GAudete in Domino semper, iterum dico gaudete;modestia vestra nota sit omnibus hoibus.phil. E 4.In fine præcedentis epistolæ monuit Apost. ut omnia Christo uero iudici referamus, sed ne conqueramur de longa mora,dicit eum in proximo venturum. Dñs,inquit,prope est. Facit autem Apost. in præmissis uerbis tria.Primo,monet ad interiorem sanctificationem:secundo, ad honestam conuersationem: tertio, subiungit rõnem. Interior sanctitas consistit in duob. Primo,ut mala affectio remoueatur,secundo, vt bona affectio hẽatur.Ber. Sanctum facit affectio sancta,mala affectio est gaudere in mundo. Est autem gaudium mundi malum, quia de malis, de vanis, de turpibus. Gaudium de malis est gaudere in malitijs, gaudium de uanis est gaudere in diuitijs, quæ uanitas sunt, gaudium

Universidad de Deusto
Biblioteca

dium de turpib. est gaudere de luxurijs. De primo, pro. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. De secundo, ps. 48. In multitudine diuitiarũ suarum gloriatur. De tertio, Iob. 21. Gaudent ad sonitum organi. Iac. 5. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda uestra. De istis tribus Au. Quid est sæculi gaudium, breuiter dico, sæculi nequitia est impunitas malitiæ, in spectaculis nugari, luxuriari, oblectari, ingurgitari, & turpitudine fœtere. gaudere autẽ in Dño est gaudere, qa est potens ad saluandum, qa est misericors Dñs ad iustificandum, quia largissimus ad remunerandum. Pro modico. n. seruitio dat uitam æternam & regnum cæleste. Gaudendum est sine dubio in tali dño, q saluat seruos suos redimendo, dimittit G omnia debita iustificando, coronabit æternum regnũ conferendo. De primo, ps. 33. Dñs rex noster ipse ueniet, & saluabit nos. Matt. 1. Ipse Saluator saluum faciet populum suum a peccatis eorum. De 2. Rom. 5. Iustificati gratis per gr̃am ipsius. De 3. Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. De his trib. Is. 61. Gaudẽs gaudebo in Dño. & quare? Quia induit me uestimento salutis, ecce primum, & indumẽto iustitiæ circũdedit, ecce sedm: quasi sponsam decorauit me corona, ecce tertium, Ad q̃ nos pducat &c.

De eadem epistola.

MOdestia uestra nota sit oibus hominibus, phil. 4. Hortatus est Apo. superius ad interiorem sancti H tatem, hic uero hortatur ad conuersationis honestatẽ, ibi. Modestia uestra. Ponit aũt hic duo. Primo, hortatur ad honestam conuersationem, scdo, subiungit rõnem. Primum, ibi. Modestia uestra, scdm, ibi. Dñs ,ppe est. Sunt autem tria q̃ nos mouere dẽt ad modestiam. Primo, creaturæ documentum. Oĩa enim sicut dicit in li. de tri. Aug. seruãt modum, spẽm, & ordinem Sap. 11. Oĩa in ordine, numero, & mensura dispositi. Secũdo magnum qd in eadem est confortamentum, est. n. fructus spũs ualde suauis. Gal. 5. Fructus aũt spũs est charitas. & post. modestia &c. Tertio, magnum q̃ de eius absentia prouenit nocumentũ. Sen. Si mediocria sunt utilia, inutilia uero sunt semper nimia, superflua. n. nocẽt. I Est autem habẽda modestia in ore, in corde, in manu. In corde, ut resecet cogitationum superfluitatem, in ore, ut resecet uerborum inutilitatem, in manu, ut resecet excessum in opere. De primo, Sene. Magni animi est magna contemnere, & media magis velle q̃ nimia. De secundo, Prou. 10. Qui moderatur labia sua, prudẽtissimus est. De 3. Ro. 12. Rõnabile sit obsequium uestrum. Rõnem aũt horum duorum subiungit dicẽs. Dñs ,ppe est. Est aũt dñs prope pænitenti, ut indulgeat, oranti, ut exaudiat, tribulationes patienti, ut subueniat. De primo. Ezec. 18. Quacunq; hora conuersus fuerit peccator, & ingemuerit &c. De secundo ps. 144. Prope est Dñs omnib. inuocantib. eum. Is. 65. Eritque, antequã K clament ego exaudiã. De 3. ps. 90. Cum ipso sum in tribulatione. & in Apoc. 22. Ecce uenio cito & merces mea mecum est retribuere unicuique scdm opera, malis pœnas æternas, & iustis uitam æternam, ad quã nos perducat qui uiuit in sæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

VOx clamantis in deserto. Parate uiam Dño. Io. 1. in præcedenti euangelio ponitur qualiter Chrs Ioannem multipliciter commendauit: in isto, qũo seipsum humiliauit. Moraliter per desertum mundus iste intelligitur. Deut. 8. Ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, F ideſt superbia: scorpio. i. luxuria; dypsas. i. auaritia. In isto deserto clamat creatura, Chrs, iustus, & prædicator. Creatura clamat tria, primo ut Deum cognoscamus: secundo, ut ipsum diligamus: tertio, ut laudes ei debitas reddamus. De 1. Augu. Oĩa clamant, Deus me fecit. De secundo, idem. Cælum, & terra, & oĩa quæ in eis sunt, undique mihi dñt ut amem te, nec cessant dicere omnib. ut sint inexcusabiles. De tertio, idem. Mirum est q̃ hõ cessat a laude Dei, cum omnes creaturæ inuitent ad laudandum eum. Chrs clamauit similiter tripliciter. Primo, miracula faciendo: secundo, utilia p̃dicando: tertio, pro nobis moriendo. De 1. Io 11. Clamauit uoce magna dicens, Lazare ueni foras. De secundo, idem 7. Stabat Iesus & clamabat, Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. De tertio, Matt. 27. Chrs clamans uoce magna emisit spũm. In primo, apparuit eius potentia: in scdo, eius sapientia; in tertio, ineffabilis eius bonitas & charitas. Hæc tria erant necessaria ad redẽptionẽ nr̃am, ut posset redimere, ut sciret, ut uellet. De his tribus. 1. Cor. 1. Christum Dei uirtutẽ & Dei sapientiam, Chrs uictus, & iõ bonus: uirtus, & iõ potens; sapientia, & iõ sapiens. Iustus clamat similiter tripliciter. Primo orando, scdo confitendo, tertio laudãdo. De primo, ps. 76. Voce mea ad Dñm clamaui, & exaudiuit me. De secundo idem. ps. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti &c. De tertio, Clamabo ad Deũ qui bene mihi fecit supple, laudãdo illũ; quia pro beneficijs ei debemus gratias agere. Prædicator similiter tria debet clamare. Primo hoium scelera: secundo, fragilitatis humanæ miseriam; tertio, ut ,ppareatur Domino via. De his omnibus. Isa. 58. De primo Clama ne cesses; & post. Annuntia populo meo scelera eorum. De secundo. Isa. 40. Vox dicentis, clama, & dixi, quid clamabo? Ois caro fœnum. De tertio ibidem 40. Vox clamãtis in deserto, parate uiam Domino. Præparat autem Domino uiam. s. puritas, & humilitas, & æqtas. De primis duobus. Isa. 42. Præparate uiã, & subdit modum præparandi. Planum facite iter, montuositatem superbiæ remouendo, quod fit per humilitatem. Eligite lapides, cætera peccata remouendo, quod pertinet ad puritatem. De tertio. Io. 1. Dirigite uiam Domino, & aspera in uias planas, per puritatem. Humilitas ordinat nos ad Deum, æquitas ad proximum, puritas ad nos ipsos, Rogemus &c.

Dominica infra oct. Natiuitatis.

VT eos q sub lege erant redimeret, Ad Gal. 4. Scientum q̃ Chrs nos redemit a multis. Primo, ab iniquitate. Ti. 2. Vt nos redimeret ab oi iniqtate. Scdo, a diabolo, Deute. 7. Redemit nos de manu Pharaonis, i diaboli. Tertio, de morte. Osee 13. De manu mortis redimam eos. Quarto, a legis seruitute & maledictione. Gal. 5. Redemit &c. Nota q̃ bonitas Chri apparuit in nr̃a redemptione in multis. Primo, qa sine meritis, Is. 52. sine argento redimemini &c. Scdo, qa redemit magnis expensis 1. Pet. 1. Non corruptibilib. auro & argẽto redempti estis &c. Tertio, qa ex sola abundãtia charitatis. Isa. 63. In dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit. Nota quòd Dñs quinque requirit a nobis ,p redẽptione nr̃a. Primo, ut a peccatis ad eum reuertamur. Hiere. 4. Reuertere ad me, quia redemi te &c. Secundo, ut eum diligamus. Augu. Miser ego quantum debeo diligere Deum meum qui me fecit, cum non essem: redemit cum perieram, & abieram, & in pctõ vẽditus eram: uenit ille & redemit me, & tm̃ dilexit me, quòd p̃tium sãguinis sui dedit ,p me. Tertio, ut ipsi soli seruia-

seruiamus. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno &c. Quar A
to, ut tantum beneficium ubique prædicemus, vel diffundamus. Isa. 48. Auditum facite hoc, efferte illud usque ad extrema terræ. Quinto, ut pro tanto beneficio gratias agamus. psalm. 140. Labia mea & anima mea quam redemisti &c.

De eadem ex euangelio.

TVam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2. Verba ista prophetica sunt de passione Christi: & notantur tria in uerbis istis. Primo, magna B. Virginis ad Christum compassio, ibi. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et sciendum quòd quatuor maxime fecerunt amaram passionem Christi B. Virgini. Primũ, filij bonitas. 2. Pet. 2. Qui peccatum non fecit &c. Secũ B dum, crucifigentium crudelitas; quod uel ex eo patet, q̃ morienti saltem aquam dare noluerunt, nec a matre quæ diligenter dedisset, dari permiserunt. Tertium, pœnæ ultitas. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eũ. Quartum, tormenti crudelitas. Tre. 1. O uos omnes qui transitis p uiam, attendite, & uidete si est dolor &c. Secundo, amara Christi passio, ibi. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. sciẽdum, q̃ crux eius fuit gladius acutus. Ezec. 21. Gladius acutus & limitatus. Acutus fuit, qa maxime pupigit & uulnerauit. Item, fuit splendidus. i. splendens fuit, eo q̃ in ea pependit splendor mundi. i. Dei patris. Heb. 1. Qui cum sit splendor glorię &c. Item, fuit gladius gloriæ tuæ. Deut. 33. Scutum uir- C tutis tuæ, & gladius gloriæ tuæ, Dr aũt gladius gloriæ, qa per ipsum acq̃siuit nobis gloriam. Isto gladio fuit a malis percussus per crucem, ẽn percutiet malos gladijs suis. Primus est pœnæ præsentis aduersitas. Ezec. 11. Gladium metuistis &c. Secundus iudicialis sententia. Apoc. 1. Ex ore eius gladius &c. Tertius, infernalis pœnæ acerbitas. Isa. 1. Gladius deuorauit, qa os Dñi locutum est. Gen. 6. Constituit gladium flammeum &c. Tertio, passionis consecutio, ibi. Vt reuelentur ex multis cordib. cogitationes. Qd cogitat reuelat aut sacerdoti in confessione. psa. 26. Reuela Dño uiam tuam &c. Aut in iudicio ad dãnationẽ. Osee. 2. Reuelabo scelera tua &c. Nota, q̃ in p̃senti debemus peccata reuelare ,ppter D quatuor. Primo, qa tali reuelatione dimittuntur peccata. Pro. 28. Qui abscondit scelera sua non dimittẽtur; q autem confessus fuerit ea, & reliquerit &c. Scdo, quia a Deo absconduntr. Aug. Si reuelas ego cęlo, & econuerso &c. Tertio, quia gratia infundit. Quarto, quia ex ea uita æterna acq̃ritur. De his duob. Eccl. 4. Est confusio adducens gr̃am & gloriam. Nota, q̃ in futuro reuelabũtur oĩa, qui nõ reuelat ea hic. Reuelabuntur aũt a trib. Primo, a cælis. Iob. 20. Reuelabunt cæli iniqtatem eius &c. Scdo, a seipsis. Ro. 2. Testimonium reddente illis conscientia &c. Tertio, a Deo. 2. Cor. 3. Illuminabit abscondita tenebrarum. Reuelabitur aũt ira Dei sup oẽs, E qui hic nolunt reuelare. Ro. 1. Reuelabitur aũt ira Dei super omnem impietatem, A qua ira liberet nos Dominus, qui uiuit & regnat in sæcula, Amen.

Dominica infra oct. Epih. ex epistola.

NOlite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, vt probetis quæ sit uoluntas Dei; Rom. 12. In istis uerbis ad tria hortatur Apost. in quib. consistit tota perfectio hominis. Primo, ut sæculi forma deponatur; secundo, ut forma nouæ uitæ assumat: tertio, ut Dei uoluntas agnoscatur. Primũ, ibi. Nolite conformari huic sæculo. Secũdum, ibi. Sed reformamini in nouitate. Tertium, ibi. Vt probetis quę sit uoluntas Dei. Circa primum sciendum, q̃ triplex est forma sæculi. Prima est terrenorum cupiditas: secũda, carnalis concupiscentia: tertia, uitę superbia. De his trib. 1. Io. 2. Oẽ quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & supbia uitæ. Sciẽdum quòd ista triplex forma dat triplex esse; qa prima forma dat esse terrenũ, scda aiale, tertia diabolicũ. Auaritia facit hoiem terrenũ: cõcupiscentia carnis, aialem; supbia ẽt similem facit diabolo. De his trib. Iac. 3. Nõ est ista sapientia desuper descendens, sed terrena, aialis, diabolica. Primo mõ cõformant huic sæculo auari; scdo gulosi & luxuriosi; tertio supbi, iõ pereunte sæculo peribunt ipsi. Greg. Qui labẽti initit, necesse est vt cũ labẽte ruat 1. Io. 2. Nolite diligere mũdũ; quare? quia transit mũdus, & cõcupiscentia eius. Circa 5m notandum, quòd forma uitæ nouæ est sumenda tripliciter. Prima uoluntatis sctitas. scda locutionis ueritas, tertia operis æquitas. Prima informat cor, scda os, tertia manus. De primo. Eph. 6 Facientes uoluntatem Dei ex aĩo cũ bona uolũtate. De scdo, Eph. 4. Loquimini ueritatẽ unusquisq; cum proximo suo. De tertio, Gal. 6. Dũ tps habemus operemur bonum ad omnes. De his trib. Eph. 5. Fructus aũt lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate; in bonitate cordis, in ueritate locutionis, in iustitia operis. Prima forma dat esse angelicum, secunda dat esse diuinum, tertia dat esse cælicum. Per bonitatem homo fit similis Angelis, per ueritatem Deo, per iustitiam sctis. De his trib. in ista epis. Ro. 12. Vt exhibeatis corpora uestra hostiam uiuẽtem, sctãm, Deo placẽtem. Viuentem p iustitiam qua hõ uiuit. Ro. 1. Iustus ex fide uiuit; sanctam per uitam bonam: sctã. n. idem est quòd mũda: Deo placẽtẽ p ueritatẽ, qa Deꝰ ueritas est.

Tertium membrum quære in sequenti processu.

De eadem.

VT probetis quæ sit uoluntas Dei Ro. 12. Hoc est totum bonum hois, vt conformet se uoluntati diuinæ. Et distinguit hic triplex uoluntas Dei. Prima bona, scda placens, tertia perfecta. Et intelligit plurib. modis, sed modo tripliciter. Moraliter bona fuit uoluntas Dei creando, beneplacens recreando, perfecta glorificãdo. Bona cõferendo esse naturę, beneplacẽs cõferẽdo esse gr̃æ, pfecta largiendo esse gloriæ. De 1. Apo. 4. Dignus es Dñe accipere gloriã, & honorẽ, & uirtutẽ, qa tu creasti oĩa & uolũtate tua erãt, & creata sunt. Erant enim in idea in mente diuina, creata sunt in ,pprio esse. De scdo. ps. 29. Dñe in uoluntate tua p̃stitisti decori meo uirtutem; recreando. n. decorem diuinum in nobis reparauit, & in uirtute Spũs scti roborauit. De 3. Io. 12 Volo pr̃, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus, qd erit in gloria. ps. 72. In uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me: Scdo mõ intelligitur sic. Voluntas Dei bona in nr̃a ab oi impuritate mundatione; beneplacens in misericordiæ exhibitione, perfecta in charitatis feruore. De primo 1. Thes. 4. Hæc est uolũtas Dei, sctificatio. i. mundatio. De scdo, Mat. 9. Misericordiã volo, & nõ sacrificium. De tertio, Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo nisi ut accendat? per ignem charitas intelligitur. Tertio mõ intelligitur sic. Voluntas eius bona est in coniugatis, beneplacens in continentib. perfecta in ,platis, qui tenent ad perfectionem. Voluntas. n. Dei in coniugatis est facere opera misericordiæ; in continentib. facere bonum continentiæ; in ,platis, pro fratrib. animam ponere. De prima uoluntate potest intelligi illud ps. 142. Doce me facere uolũtatẽ tuã, De scda 1. Thes. 4. Hæc est uolũtas Dei vt sciat unusquisq; uestrũ suũ vas possidere in sanctificatione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab immunditia,qđ fit maxime p continentiã.De tertia, psal.102.Ministri eius q faciunt uoluntatem eius. Præmium illius voluntatis est uita æterna.ps.29. Et vita in voluntate eius,Ad quam nos conducat &c.

De eadem ex euangelio.

EGo & pater tuus dolentes quærebamus te, Luc.2. In isto euangelio multa docentur,scdm literam,sicut patet:sed in isto verbo docemur q̃rere Deum,ad qđ monemur frequenter in scriptura. Notanť aũt in istis uerbis tria. Primo,quærentes:secundo,modus quęrendi:tertio inquirendus,vel quæsitus.Primum, ibi. Ego & pr̃:scdm,ibi.Dolentes:tertium,ibi. Quærebamus te. Quærentes erant Maria & Ioseph, per quos duo genera hoĩum designantur,a quib. quæritur Dominus: quæritur a contemplatiuis in cõtemplatione, & ab actiuis in actione.Maria interpretatur illuminata, & significat cõtemplatiuos,q in cõtemplatione suscipiunt diuinas illuminationes. Ioseph interp̃tatur augmentum,& significat actiuos qui dẽnt habere augmentum operũ misericordiæ.ab istis quęritur Dñs:de utroque,ps.85. Lætetur cor quærentium Dũm,quęrite Dñm,& confirmamini.Primũ p̃inet ad cõtemplatiuos,qui sunt in cõtinua lætitia & iubilo: scm,ad actiuos qui q̃q; multũ indigẽt cõfirmari. Vel per Mariam stellã maris designatur fides,& per Ioseph augmentum charitatis.Fides in quirit Deum inquãtum p̃fem nostrum: charitas inquãtum summum bonum.De his duob. Cãticorum 5. Aia mea liquefacta est,ut dilectus locutus est. Quæsiui, & non inueni.i.inquãtum loquit̃,in tm̃ quæsiui, nã fides est ex auditu: inquantum dilectus charitas q̃rit̃,q̃ est vita copulans diligentem cũ dilecto, ut dicit Augu.Sed plane si p charitatem hic q̃rit̃, post inuenietur. Circa modum ingrẽdi,nota q̃ septẽ modis dẽt ingri,sicut p̃t colligi ex textu.Primo,cũ mẽtis puritate, ut simus ab oĩ labe pctĩ deputati 1.Esd.6.Oẽs qui se separauerant a coinqoinatione gẽtium terræ ut quærerent Deum.Secundo,cũ intentionis simplicitate.Sap.1. In simplicitate cordis quærite illum.Tertio, quærendus est ex toto corde,ut solum eum cogitemus.Quarto, ex tota uolũtate,ut eum solum velimus. De his duobus Paral. 15. In oĩ corde suo,& in oĩ uoluntate sua q̃sierunt Dñm, & inuenerunt.Quinto, quærendus est cũ festinatione anteq̃ trãseat tps in quo inueniri possit.Isa.55.Quęrite Dñm dũ inueniri põt.Sexto,q̃rendus est cũ pseuerãtia sine cessatione.ps.104.Quærite faciẽ eius sp.Septimo, quærẽdus est cũ dolore pctõrũ.Mich.4.Dole & satage filia Sion quasi parturiẽs,q̃a redimet te Dñs de manu inimicorum tuorum &c.Lu.2.Ego & pater tuus dolentes &c.Circa tertium sciendum est,q̃ debemus quærere Deum:unde dicit,Quærebamus te.Est autem inquirendus pp quatuor.Primo,quia iustus;secundo,q̃a mãsuetus;tertio,q̃a bonus:quarto,q̃a iustus,ut inquirẽtibus se offerat.In hoc.n.est iustitia eius,quia nullus q̃rit sicut quærere dẽt qđ non inueniat. Mansuetus est, ut quærentes se benigne suscipiat. De his duob. Soph.2. Quęrite Deum,& post,quærite iustum: quærite mãsuetũ.Bonus est ut q̃rentes se magnificet & remuneret. Ezec.3.Bonus Dñs sperantib. in se, aiæ quærenti illum. Vita est,q̃a quęrẽtes se facit æternaliter uiuere. ps.68. Quærite Dñm,& uiuet aia vestra,Ad q̃ nos pducat &c.

Dominica prima post Epiphaniam.

HOspitalitatem sectantes &c.Ro.12.In ista epi.cũ sit tota moralis, hortamur ad mutuam hospitalitatem,ad quam p̃cipue debent nos quatuor mouere. Primo,Dñi p̃cepti.secdo,sanctorũ exẽplũ:tertio,si non fiat nocumentum; quarto, si fiat multiplex profectus. Circa primum sciẽdũ,q̃a Dñs triplici lege p̃cipit hospitalitates.s.lege naturæ,lege ueteri,lege noua. Lege naturę,q̃ p̃cepit vt sicut ab alijs hospitalitates nobis exhiberi uolumus,ita exhibeamus alijs.Mat.7. Oĩa quæcũque vultis ut faciãt uobis hoĩes &c.Lege ueteri.Isa.58. Egenos vagosq; induc in domũ tuã.Et Deu.26. Vt comedas tu,& peregrinus, & aduena tecum. Lege noua. Hebr.13.Hospitalitatẽ nolite obliuisci.Circa secundũ sciẽdum q̃ exẽpla sctõrum tria docẽt nos circa hospitalitatem.Primo,ut hospites quasi ad nos cogamur intrare:secũdo,ut eos ab iniurijs defendamus: tertio,ut cũ hilaritate,& festinatione, & abũdanter eis necessaria ministremus.Et 1.Lu.vl. Et coegerũt illũ dicentes, Mane nobiscũ, qm̃ aduesperascit, & inclinata est iam dies.De secdo,Gen.19.Nolite q̃so ingt,fratres mei,nolite hoc malũ facere,qm̃ ingressi sunt sub vmbra culminis mei;unde discat q̃ mos erat hospites ab iniurijs defendere.De tertio,Gen.18.Obsecro declinate ad seruũ vestrũ.& post,Et dixit Saræ,Accelera,tria sata farinæ, cõmisce &c.& ipse cucurrit ad armẽtũ & tulit uitulũ, ut doceamur hilariter,& festinãter,& abũdãter hospitib.ministrare.Circa tertiũ sciẽdũ q̃ tria mala incurrũt hi q̃ nolũt hic hospitalitatẽ sectari.Primo, q̃a hic a Domino puniunt:secdo,q̃a in iudicio confundent̃:tertio, q̃a in malũ hospitiũ includunt̃.De primo, Sap.19.Alij qdẽ ignotos non recipiebãt aduenas, alij aũt bonos hospites inseruitutẽ accipiebãt.Et non solum hoc, sed & alius q̃dem erat aspectus eorũ, q̃m inuiti recipiebant extraneos:& post.Percussi sunt cęcitate.De secdo,Mat.25.Hospes fui,& non collegistis me.De tertio,Mat.25 Ite maledicti in ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius.Circa quartũ sciẽdũ,q̃ pp tria debemus sectari hospitalitatẽ.Primo,q̃a ex hoc gr̃am acq̃rim̃: secdo,q̃a frequẽtex sanctos & angelos recipimus:tertio,q̃a in ęternũ cęleste & gloriosũ hospitiũ recipiem̃. De primo & secdo.Heb.13.Hospitalitatẽ nolite obliuisci:p hãc.n.q̃dam placuerũt angelis hospitio receptis. De secdo,exemplum de Domina,quæ credidit recipere pauperem,& recepit Christum.De tertio,Mat.25.Hospes fui,& collegistis me: & post. Venite benedicti patris mei,percipite regnum, Ad quod &c.

De eadem ex euangelio.

DIe tertia nuptiæ factę sunt in Chana Galilææ,& erat mater Iesu ibi,Io.20.Quatuor nuptiæ legũtur in scriptura.Primæ historicæ, secundæ allegoricæ, tertiæ tropologicæ,quartę anagogicæ.Historicæ, inter virum & vxorem carnalem;allegoricæ, inter Christũ & Ecclesiam;tropologicæ inter Deum & aiam;anagogicæ,inter Deum & Ecclesiam triumphantem.De primo,Hester 2.Fecit cõiuium pparari pro cõiunctione Hester & nuptias.De secũdis,Mat.22.Simile est regnũ cælorum homini regi,q̃ fecit nuptias filio suo.De tertijs,Osee.2.Sponsabo te mihi in fide.De quartis,Mat.25.Et quæ paratæ erãt,intrauerunt cum eo ad nuptias. Primas nuptias in paradiso Dominus ordinauit, uerbo confirmauit,pñtia decorauit, & miraculo illustrauit. De primo Gen.2.Crescite, & multiplicamini, & replete terram. De secundo Mat.19.Quod Deus coniunxit, homo non separet. De tertio & quarto hic. Vocatus est autem Iesus,ecce tertium,ut autem gustauit architiclinus aquam uinum factm,ecce quartum.In istis nuptijs debent esse tria bona,fides,ut torus non uioletur: proles, ut filij Dño generentur, sacramentum, ut nec vir ab vxore,& ecõuerso,sicut nec Christus ab Ecclesia separetur,vt primo viuente alteri non copuletur. De primo, 1.Corin.7.Vir potestatem sui corporis non habet.De secundo.1.Thim.2.Saluabitur autẽ per filiorũ generationem.De tertio,Eph.5.Sacramẽtum hoc magnum est:ego aũt dico in Christo & ecclesia. Primũ bonũ destruũt adulteri: fm,qui procurãt venena sterilitatis,vel qui filios ad Dei cultũ & seruitiũ non instruũt: tertium qui viuente vxore alteri coniunguntur.De primo Heb.13.Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, idest,condemnabit.De secundo, If.fm aliã translationẽ.Maledicta terra quæ non parturit.De tertio. Ro.1. Si viuente viro fuerit cum alio,vocabitur adultera. Potes hic prosequi de impedimento istarum nuptiarum. De nuptijs vero inter Deum & animam,quæ intelligitur per istas nuptias,quæras in sequenti procellu,&c.

De eadem.

DIe tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ,Io.2.Tria,notantur in istis verbis circa nuptias. Primo,tempus celebrationis ponitur:secũdo,locus in quo sunt celebratæ subditur,tertio, persona inuitata ad ipsarum cõmendationem subiungitur. Primum, ibi. Die tertia:fm ibi.In Cana.tertiũ,ibi. Et erat mater Iesu ibi. Moraliter p istas nuptias intelligitur cõiunctio Dei ad animam,in quibus nuptijs tria concurrunt,primo iudicium,secundo iustitia,tertio misericordia. De his trib. Osee 2.Sponsabo te mihi in iudicio, iustitia, & miseri cordia.Iudicium quo ad seipsum,iustitia quo ad Deũ, misericordia quo ad proximum.Iudicium quo ad seipsum consistit in tribus.Primo,vt oẽ malũ deserat: secũdo,vt oẽ bonum faciat;tertio,vt aduersa patienter sustineat.De his trib,in epistola q̃ cum hoc euangelio legitur.De primo,ibi.Odientes malum, de secundo ,ibi. Et adhærentes bono,de tertio, ibi. In tribulatione patiẽtes. Iustitia quo ad Deum consistit similiter in trib. Primo,vt homo in Deum tanq̃ in summam veritatẽ super oĩa credat. Secundo,vt in eum tanquam in summã potestatem super omnia speret. Tertio, vt eum tanquã summam bonitatẽ propter se & super omnia diligat. Per primum coniungitur rationali, per secundum irascibili, per tertium cõcupiscibili. Primum fit per fidẽ, fm per spem, tertium per charitatem. De his tribus in epistola hodierna. Primum,ibi. Secundum rõnem fidei: fm ibi. Spe gaudentes. Tertium, ibi. Dilectio sine simulatione. De his trib. 1.Cor.13. Nũc manent fides, spes,charitas,tria hæc &c.Misericordia quo ad proximum similiter consistit in tribus. Primo, vt ignorantẽ doceat: secundo, vt indigentibus subueniat, tertio,vt eum offendentib. indulgeat. De his trib. in eadẽ epistola.De primo, ibi.Qui docet,in doctrina. De secundo, ibi.Qui miseret,in hilaritate.De tertio,ibi. Nulli malũ pro malo reddentes.Ro.12.Hæc omnia notanť in eũgelio p̃misso,quæ ordinant nos ad Deum. Nota,in die tertio.Primus dies fides,secdus spes,tertius charitas, & in isto fiunt nuptiæ,quia per eã copulatur aia Deo. Dicit Aug. Quid est charitas nisi vita copulans amantem cũ amato.Tria quę ordinãt ad proximũ.Nota.In Cana Galilææ. Cana interpretatur zelus, vel possessio, Galilæa volubilis.In zelo notať zelus doctrinæ, in possessione opera misericordiæ.Illa.n. vere & sine timore amissionis possidemus,quę pauperib.largimur.Mat.6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo,vbi &c.In volubilitate pronitas ad indulgendum.Illa quæ ordinãt ad seipsum notãtur ibi.Erat mater Iesu,ibi.Maria.n.interpretať illuminata,& stella maris,vel amarum mare:Illuminatur autem homo a malo recedẽdo,egressus.n.a vitijs virtutis operatur ingressum, vt dicit Ambrosi. Stella maris est bona operatio quæ illuminat. Matt.5. Sic luceat lux vestra corã hominibus,vt videant opera vestra bona,& glorificen patrem vestrum, qui in cælis est.Amarum mare est passionum tolerantia.Qui sic celebrat nuptias istas,celebrabit æternas, de quibus dicitur Apocal.19. Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.Ad has perducat nos Iesus Christus. Amẽ.

Dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

NOlite esse prudentes apud vosmetipsos.Ro.12. In verbis istis secundum suam duplicem expositionem prohibentur duo mala, s. malum superbiæ, & auaritiæ.Primo modo exponitur sic. Nolite esse prudẽtes apud vos metipsos,idest vos sapientes & prudentes reputantes,quod fit per superbiam.Isa.5.Væ qui sapiẽtes estis in oculis vestris.Alio modo exponitur sic.Nolite esse prudentes;idest,prudentiam vestram non tantum vobis teneatis,sed alijs communicetis.vnde glosa, ne prudentiam vestram apud vos tantum, sed aduersus proximos magis exerceatis.Et a malo superbiæ tria debẽt præcipue dissuadere.Primo,quia deordinat a Deo: secundo,quia a proximo;tertio, quia à seipso. A Deo deordinatur homo tripliciter.Primo,a Deo apostatando;secundo, eum impugnando, tertio, aduersus eum se erigendo. De primo. Ecclesiast. 10. Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo. De secundo, psalm.27.Superbia eorum qui te oderunt,ascẽdit semper.De Tertio,Iob 15. Cucurrit aduersus eum extẽso collo &c.Ideo Dominus armatus est semper vt resistat superbiæ.Iaco.4.Deus superbis resistit. A proximo deordinatur similiter tripliciter.Primo, eum iniurijs perturbando,secundo,malitijs vexando,tertio, eum contemnendo,& despiciendo. De primo. Prou. decimotertio.Inter superbos semper iurgia sunt.Idem, Semper iurgia quęrit malus,ideſt,superbus,qui dicitur malus. De secundo,Isa.14. Contrinit Dominus brachium impiorum,&cætera quæ sunt ibi.De tertio.Iob.12.Deridetur iusti simplicitas; lampas contempta apud cogitationes diuitum,i. superborum. A seipso deordinatur similiter tripliciter.Primo,seipsum decipiendo: secundo,seipsum stultum faciendo:tertio, seipsum confundendo.De primo.Isa.49.Superbia tua,& arrogãtia tua ipsa decepit te.De secundo,Prou.21.Superbus & arrogans vocať indoctus.De tertio.Pouer.11.Vbi fuerit superbia,ibi & contumelia.Eccl.10. Qui tenuerit eam,i. superbiã implebitur malis,& in fine subruet cũ. A malo autẽ auaritiæ dissuadet creator, creatura, & natura. Et nota quod dissuadet creator prohibendo, creatura se & sua dando,natura cohibendo. De Primo, Luc. 12.Attendite vobis ab omni auaritia.De secundo,Augustinus. Magnum indiciũ diuinæ bonitatis est, quod quælibet creatura cogit̃ dare seipsam.De tertio, Tob. 3.Quod tibi non vis,alteri ne feceris.Isti sunt duo infirmi curati in euangelio quod legitur cum ista epistola. Leprosus,superbus est qui tumet; paralyticus est auarus propter multa,curantur autẽ per duo bona, ad quæ hortatur nos.Apostolus in eadem epistola. Primum, ibi.Cum omnibus hominibus pacem habentes,vbi prohibet superbiam: superbus enim cum nullo pacem habet. Secundum, ibi. Prouidentes bona, vbi prohibet auaritiam,quæ non vult bona prouidere &c.

De eadem ex euangelio.

ECce leprosus veniens,adorabat eum dicẽs. Dñe,si vis,potes me mundare,Mat.8. Per istum leprosum moraliter intelligitur peccator;& hoc pp quatuor quę consi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsiderantur in lepra. Primo, quia lepra est corruptio: secundo, quia consumptio: tertio, quia infectio: quarto, quia separatio. Primo, est corruptio humorũ, secundo consumptio membrorum, tertio infectio aliorum, quarto separatio hominum. Est ergo primo peccatum corruptio naturalium, secundo amissio gratuitorum, tertio infectio proximorũ, quarto separatio a gaudijs sanctorum & angelorum. Primo enim corrumpit naturalia: vnde Aug. Peccatũ est corruptio modi, & speciei, & ordinis. Aufert gratuita, quia gratia non põt simul esse cum peccato mortali. Sap. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis. Inficit proximos & creaturas insensibiles. ps. 105. Contaminata est terra in operibus eorũ. Ier. 3. Corrupisti terrã in fornicationib. tuis. Itẽ, separat hominem a Deo & angelorũ consortio. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Et de istis quatuor similiter. psal. 13. Corrupti sunt, ecce naturalium corruptio: abominabiles facti sunt, ecce separatio, ponitur causa pro effectu, abominatio enim est causa separationis: non est qui faciat bonum, ecce gratię amissio, amissa enim gratia nemo potest bonum meritoriũ facere: sepulcrum patens est guttur eorũ, ecce infectio. Leprosus enim maxime anhelitu inficit. Ista quatuor dicuntur de leproso in Leu. 13. Quicunque maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta, & caput nudatum, os veste contectum, & habitabit extra castra. Leprosus. i. peccator, habet vestimenta dissuta, quia est in naturalibus dissutus & diffusus: caput nudũ, idest mentem a gratia: os debet habere contectum, quia inficit: extra castra manere, quia separatur a castris Dei, idest habitatione angelorum, & sanctorum. *Quomodo curatur iste leprosus, quære in sequenti processu, &c.*

De eodem.

Respiciens eum Iesus, dixit duo, Volo, mundare. Circa curationem vero istius leprosi tria concurrunt. Primũ est, Christi de monte descensio: fm, leprosi ad eum accessio: tertium Christi iussio. Circa primũ sciendum q̃ per montem intelligit cęlũ. psal. 23. Quis ascendet in montem Dñi? & de isto monte descendit Dñs in incarnatione visibilis apparendo; descendet in iudicio orbẽ iudicando. In primo descensu mundauit a lepra culpæ; in secũdo, liberauit a lepra pœnæ. De primo, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & sic lepra mundatur sanguine innocentis, &c. De secundo, Apoc. 21. Absterget Deus omnem lacrymã. Nota autem hic quatuor circa leprosum, quæ debent esse in cõuersione peccatoris. Primo, ipsius ad Christum accessio; secundo, adoratio; tertio, exclamatio; quarto, humiliatio. Primum, ibi. Veniens; secundum, ibi. Adorauit eum &c. Tertium, ibi. Domine. Quarto, modum loquendi, ibi. Si vis, q. d. ex tua voluntate & bonitate faceres, non meis meritis. Per accessum intelligitur peccatoris ad Deũ conuersio; per adorationem, satisfactio; per exclamationem, confessio; per quartum, humiliationis satisfactio). Quatuor enim sunt necessaria ad conuersionẽ peccatoris, scilicet contritio, confessio, satisfactio, & humiliatio. De primo, Hierem. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. De secundo, Iaco. quinto. Cõfitemini alterutrum peccata vestra. De tertio, Matth. tertio. Facite fructus dignos pœnitentia. De quarto, Luc. 17. Cum omnia benefeceritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Ista quatuor notant in illis verbis. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus tuũ. In vade, contritio; in ostende, cõfessio; & in munus, satisfactio, id quo & notatur humiliatio. Circa Christum similiter quatuor concurrunt. s. tactus, locutio, voluntas, curatio. Primum, ibi. Tetigit eum; fm, ibi. Dicens; tertium, ibi. Volo; quartum, ibi. Mũdare. In tactu notatur eius humilitas, in locutione sapientia, in voluntate bonitas, in facto obedięntia. Per hæc enim quatuor operatus est salutem nostram & redemptionem, per potentiam, per sapientiam, per bonitatem, per humilitatẽ incarnationis & mortis. De istis quatuor. 1. Corin. 1. Qui factus est nobis sapientia, & ideo sciuit, & iustitia, & ideo potuit, & sanctificatio volendo, & redemptio faciendo. Rogemus ergo &c.

Dominica tertia ex epistola.

Diliges proximum tuum sicut teipsum, Rom. 13. Quatuor facit Dominus in verbis istis. Primo, dilectionem proximi præcepit. Secundo, quid diligendum sit, ostendit. Tertio, causam dilectionis adiungit. Quarto, modum dilectionis subiũgit. Primum, ibi. Diliges, secundum, ibi. Proximum; tertio, ibi. Tuum; quartum, ibi. Sicut teipsum. Circa primum sciendum q̃ tria maxime debent mouere ad dilectionẽ. Primo, necessitas; secundo, vtilitas; tertio inexcusabilitas. Necessitas est, quia in ęterna lege sancitum est, q̃ qui non diligit, vltimo supplicio puniatur. 1. Io. 3. Qui non diligit, manet in morte. Vtilitas est quia in eadẽ lege sancitũ est, vt diligens æternum regnũ, bonum inextimabile assequat. 1. Cor. 2. Quod oculus non vidit, & auris non audiuit, quæ præparauit Deus diligentib. se. Au. Vbi charitas est, quid est quod esse non possit? Inexcusabilitas est facilitas implendi, a quolibet; nullus enim pauper, nec diues, nec quisquam poterit se excusare ab impletione istius p̃cepti per impotentiam. Deut. 30. Mandatum quod ego p̃cipio tibi hodie, non supra te est. Circa fm quod hic innuitur, q̃ tria dẽt homo diligere, Deũ, seipsum, & proximum. Dilectio Dei intelligitur in dilectione proximi, & dilectio p̃ximi in dilectione sui. Dilectio proximi præcipitur, ibi. Proximum. Dilectio sui, ibi. Sicut teipsum. Innuit enim quod debet hõ seipsum diligere, quod non facit peccator. ps. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit aiam suam. Primo debemus diligere Deum per se & super oĩa, secundo nos, tertio proximum; & hoc est totũ bonũ hoĩs ordo istius amoris, & totũ malũ est peruersio istius amoris, sicut dicit Aug. Peccatũ est priuatio spẽi, modi, & ordinis. Cant. 2. Ordinauit in me charitatẽ. Circa tertiũ sciendũ est q̃ tria dẽnt nos mouere ad diligendum proximũ. Primo, q̃a hoc p̃cepit creator; secundo, quia suadet natura; tertio, q̃a suggerit scriptura. De primo, Io. 13. Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicem. De secdo, suadet natura, quia oẽ aĩal diligit sibi simile, & oĩs hõ similẽ sibi; sic vt q̃ deterius sit hõ q̃ nõ diligit cũctis aĩantib. De tertio, suggerit scriptura, vt hõ diligat fratrẽ suũ; oẽs autẽ hoĩes sunt fratres. Mal. 2. Nũquid nõ vnus est p̃ osium nrm. Oẽs hoĩes voluit esse ex vno p̃e Adã, vt diligerẽt se sicut fratres. Est ãt inter oẽs hoĩes fraternitas carnalis & spũalis. Apo. Oẽs. n. fratres sumus in Chro. Circa quartũ sciendum, q̃ triplici mõ p̃cipit scriptura vt hõ diligat proximũ. Primo, sicut membrũ, secundo sicut homo seipsũ diligit, tertio sicut Christus nos dilexit. De primo, Rom. 12. sicut in vno corpore multa membra habemus. De secundo, Mat. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. De 3. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c.

De eadem ex euangelio.

Ascendente Iesu in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius, Mat. 9. Quatuor dicuntur in isto euangelio.

gelio. Primo, Christi & discipulorum in nauem ascensio; secundo, maris conturbatio; tertio, discipulorum oratio; quarto, ad Christi præceptum tempestatis cessatio. Primum, ibi. Ascendens: fm, ibi. Et ecce motus magnus factus in mari: tertium, ibi. Dñe salua nos; quartũ, ibi. Tunc surgens imperauit ventis & mari. Docemur moraliter ad quatuor. Primo, ad vitam sanctitatis ascẽdere: secundo, tentationes post ascẽsum insurgere: tertio, ad Dominum in tentatione clamare: quarto, tranquillitatem ad eius voluntatem expectare. Primo docemur in ascensione nauis. Nauim ascendit qui vitam sanctam aggreditur. Matt. 9. Ascendens Iesus in naũculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam, quia per vitæ sanctitatem peruenit homo ad ciuitatem cælestem. Quare autem vitæ sanctitas dicatur naucula, quære in sequenti processu. Maris turbatio per aggressionem sanctitatis est tentationes infringere. Eccl. 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem Discipulorum in tempestate clamatio, est sanctorum in tribulationib. & tentationibus oratio. psal. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Tempestatum maris cessatio est tentationum cessatio. Tob. 3. Post tempestatem tranquillitatem Deus facit. Ista quatuor notantur, psal. 68. Veni in altitudinem maris: per naviculam sanctitatis, ecce primum; & tempestas demersit me, ecce secundum: laboraui clamans, ecce tertium; salus tua suscepit me a tentationibus. scilicet liberando, ecce quartum, scilicet exauditio orationis discipulorum. De secundo in sequenti processu quæras. Circa secundum sciendum, quod in mari surgit tempestas a ventis. Ponit autem Scriptura quatuor ventos, a quibus surgit tentatio, & tribulatio sanctorum. Primo, surgit ab infestatione dæmonum; secundo, a peruersitate hęreticorum; tertio, a crudelitate tyrannorum: quarto, a malignitate falsorum christianorum. Primus est ventus frigidus. Eccles. 44. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aquis. Secundus ventus vrens. Gen. 41. Spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur deuorantes omnium priorum pulchritudinem. Tertius vehemens, Iob. 1. Ventus vehemens irruit a regione deserti. De quarto vento, Eccles. 11. Qui obseruat ventum, numquam seminat. Item, de istis quatuor ventis. Dan. 7. Et ecce in mari magno pugnabant venti quatuor. Circa tertium vero sciendum, quod in oratione Apostolorum tria fuerunt quæ mouerunt Dominum ad auxiliandum. Primo, quia instanter petierunt; secundo, quia humiliter; tertio, quia rem vtilem. Primum, ibi. Suscitauerunt eum: secundum, ibi. Domine: tertium, ibi. Salua nos. Hæc tria debent esse in omni oratione. De primo, Coloss. 4. Orationi instantes. De secundo, oratio humiliantis se penetrat cęlum, &c. Ioa. 15. Petite, vt gaudium vestrum sit plenum. De his tribus, Matth. 7. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Petite humiliter, & accipietis: quærite vtiliter, & inuenietis; pulsate instanter, & aperietur vobis regnum æternum. Ad quod nos perducat Iesus Christus. Amen.

De eadem.

Ascendens Iesus in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Moraliter per nauiculam intelligitur sanctitas vitæ, sicut dictũ est supra triplici ratione. Primo, ratione materiæ: secundo, ratione formæ: tertio, ratione finis. Ratione materiæ constat nauis ex ligno, ferro, stupa, pice. Per lignum intelligitur iustitia, quia per Christum fit iustitia. Sap. 14. Benedictum lignum per quod fit iustitia. Per ferrum propter soliditatẽ intelligitur fortitudo. Hier. 19. Ecce dedi te in. Per stuppam qua alligantur vulnera, intelligitur temperantia, qua vulnus carnalis concupiscentiæ alligatur, vnde de quibusdam qui non faciunt, dicitur Isa. 1. Vulnus & liuor, & plaga tumens, &c. Iudic. 29. dicitur de Samsone decepto a Dalida. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat, quis filum de stuppa tortum. Per picem intelligitur charitas, quæ est nexus animarum. Gen. 6. Bitumine linies interius, & exterius; quia quod facit vir sanctus, debet informari charitate. Cor. 6. Omnia opera vestra in charitate fiant. Item, ratione formæ. In forma enim nauis quinque considerant. s. arctitudo principij, latitudo medij, altitudo finis, strictitudo fundi, & amplitudo oris. Arctitudo principij est dolor de peccatis præteritis; latitudo medij spes de æternis gaudijs; altitudo finis est timor de æternis supplicijs. Vir enim sanctus & dolet de malis quæ fecit, & timet de supplicijs, quæ meruit; sed ne in timore & dolore per desperationem deficiat, spes est in medio, vt temperet. De primo, Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. De secundo Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De tertio, Matt. 2. Facite fructus dignos pœnitẽtia. Arctitudo fundi est humilitas ex consideratione propriæ fragilitatis. psal. 21. Ego aũt sum vermis, & nõ homo. Amplitudo oris est cõsideratio summæ bonitatis. psal. 80. Dilata os tuum, & implebo illud. Rõne finis significat nauis vitæ sanctitatem pp quatuor. Est. n. finis nauis quadruplex, sicut colligitur ex textu. Primus est, homines trans mare ferre; secũdus est, mercimonia portare; tertius est, in eis belligerare: quartus, in eis pisces capere. Hoc debemus facere in sanctitate. Primo, cõtra dæmones pugnare 2. Mach. 15. Electas fecit naues bellicas. Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem &c. Secũdo, poma deportare est odores bonarum operationum de nobis vndique diffundere. Iob. 9. Dies me transierunt quasi naues poma portãtes. Cor. 9. Bonus odor Christi sumus in omni loco. Tertio debemus pisces capere. i. homines ad Deum conuertere. Mat. 4. Venite post me, faciam vos piscatores hominum. Quarto, debemus de sanctitate de mari. i. de mundo ad Deum transire, siue ad cælum. Sap. 14. Modico ligno cedunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt, peruenientes ad portum cælestis ciuitatis. Ad quam nos perducat, &c.

Dominica quarta ex epistola.

Nduite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, Col. 3. Tria facit Apost. hic. Primo, vt induamur præcepit; secundo, causam qua debemus indui subiungit; tertio, quid debemus induere ostendit. Primũ, ibi. Induite: secundum, ibi. Sicut electi Dei sancti, & dilecti; tertium, ibi. Viscera misericordię. Quare debemus indui, *Quære in prima Dominica aduentus.*

Omnia in noĩe Dei facite, Col. 3. Circa nomen Dei sciendum q̃ in noĩe eius est ambulandum, orandum, loquendũ, operandũ, sperandũ. De 1. ps. 19. Nos autem in noĩe dñi Dei nri inuocabimus. De secundo, Io. 2. Siqd petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis. De tertio, & quarto Coloss. 3. Omne quodcunque facitis, siue in verbo, siue in opere, oĩa in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. De quinto, psa. 39. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius. Item, nota q̃ nomen eius est in corde retinendum, in ore habendum, in aure audiendum, in manu ferendum, & in fronte scribẽdum.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In corde retinendum quia gaudiū, in ore, quia iubilus, in aure, quia melos, in manu, quia virtus, in fronte, qa honor. Itē, nota q̄ nomen Dei sicut colligitur ex textu, habet multiplicē virtutem: sed hic nominant octo. Primo, quia in eo oīa creantur: 2cdo, quia in eo dęmones fugātur: tertio, quia in eo oēs infirmitates curant: quarto quia in eo peccatores iustificātur: quinto, quia in eo mæsti lętificantur: sexto, quia in eo tēcati adiuuantur: septimo, quia in eo iustis gratia augmentatur: octauo, quia in eo oēs vocati saluantur. Itē, nota q̄ illud nomē illuminat rationalem, confortat irascibilem, delectat concupiscibilem; hoc nomen debent inferi formidare, terrestres adorare, cęlestes laudare. Inferi quia sunt eo expoliati, terrestres quia in eo liberati, cęlestes quia in eo exaltati. *Quæres in circūcisione Domini inter festiuos.*

De eadem ex euangelio.

COlligite primū zizania, & alligate in fasciculos ad cōburendū: triticū aūt congregate in horreū, Mat. 13. In istis verbis quatuor notātur. Primo, iniquorum malitia; 2cdo, eorū supplicia; tertio, iustorum bonitas; quarto, bonorū gloria. Primū, ibi. Zizania. Fm, ibi. Ligate ad cōburendū; tertiū, ibi. Triticum; quartū, ibi. Congregate in horreū meū. Maledicūtur zizania, quia sunt loliū p luxuriā, vicia p auaritiā, auena p superbiam. Loliū. n. peruertit statū rōnis, & luxuria istr. Eze. 23. Insanuit libidine. Osee 2. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferūt cor. & 12. Et auerterūt mulieres cor eius. Vicia, q̄ amara est, significat auaritiā, q̄ miro mō affligit auaros. Ecc. 5. Diuitiæ cōgregatæ in malū dñi sui, peunt in afflictione pessima. Mala afflictio est in cōgregādo, peior in custodiēdo, pessima in perdēdo, vel relinquēdo, Auena pp vanitatē significat superbiā. Iob 21. Vit vanę in suphiā erigit. vere ergo sūt mali zizania. Eorū pena riotat, ibi. Ligate in fasciculos. Et notant hic tria circa eorū supplicia. Primū supplicium erit, qa æternis vinculis constringētur; fm, quia ad inuicē cōprimētur; tertiū, qa æterno igne cōburentur. Primū, ibi. Ligate; fm, ibi. In fasciculos. Qui. n. in fasce sūt, adinuicē cōstringunt; tertiū, ibi. Ad cōburendū. De primo, & 2cdo. Sap. 17. Vna. n. catena tenebrarū oēs erāt colligati. De tertio, Isa. 56. Ignis eorū nō extinguet. In qnq; autē notat magnitudo pęnę istī⁹ ignis. Primo, qa comburit, & non cōsumit. 2cdo, qa ℨtiū suscipit frigus, & calorē secum patit. De primo, Sa. 15. Ignis suæ virtutis oblitus. Virtus ignis ē cōsumere q̄d assumit. De 2cdo, Mat. 13. Mittent eos in caminū ignis, ibi erit fletus, & stridor dētiū: Fletus, dicit glosa, p̄ nimio calore, stridor dētiū p̄ nimio frigore. Tertio, qa acerbissime affligit, q̄d patet, qa sicut dicit Aug. tāto calidior ē nr̄o igne, quanto nr̄ ignis picto. Quarto, quia est æternus, Mat. 25. Ite maledicti in ignē æternū. Quinto, qa est ardor sine splēdore, ps. 28. Vox Dñi intercidētis flamā ignis. In flama duo sunt, splēdor, & ardor. Intercidet Dñs flamā ignis, quia albi solū ē ardor sine splēdore. Bonitas sctōrū notātur, ibi. Triticū pp multa ad pñs aūt pp tria. Primo, quia albi pp puritatē; 2cdo, quia rubei pp charitatē; tertio, quia pōderosi p morū honestatē. De primo, & 2cdo, Cant. 5. Dilectus meus cādidus, & rubicūdus. De 3. psal. 34. In populo graui laudabo te. Sctōrū gla notat, ibi. In horreū meū, spaciosū pp amęnitatē, delitiosum pp iucunditate, ppetuū pp æternitatem. De primo, psal. 25. Dñe dilexi decorē domus tuæ. De 2cdo, ps. 111. Gla, & diuitiæ in domo eius. De tertio. 2. Cor. 5. Domū nō manu factā æternā in cælis. Itē, est op; mū horreū, iō, qa ibi est abūdātia frumenti, uini, & olei. Vinū est gaudiū de visione p̄ris: frumentū gaudiū de visione filij: oleū gaudiū de visione Spūssancti. De primo, ps. 103. Vinū lętificat cor hoīs. De 2cdo, ps. 80. Ex adipe frumenti satiauit te Io. 12. Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū &c. De tertio, ps. 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ p̄ consortib. tuis. i. Spūssancto. De his trib. 2. Para. 11. Ciborūs; horrea, posuit in his frumētū, vinū, & oleū. De his trib. Gen. 27. Det tibi Deus de rore cæli & pinguedine terræ abundantiam, frumenti, vini, & olei, &c. Amen.

Dominica in septuagesima ex epistola.

SIc currite, vt compræhendatis. 1. Cor. 9. Duo facit Apostolus in verbis istis. Primo, monet ad currendū: 2cdo, ad perseuerandū in cursu. Primū, ibi. Currite; fm, ibi. Vt cōprehendatis. Circa primū sciendū est q̄ triplex est cursus. Primus est cursus naturæ. Iob. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore: sēds culpę. Ier. 24. Factus est cursus eorū malus: tertius gr̄æ. 1. Co. 9. Sic curro nō quasi in incertū. Cursus naturæ est triplex; tripliciter. n. currūt creaturæ naturaliter. Primo, currunt homini seruiendo. 2. Esdr. 4. Velox cursus solis, currit. n. sol vt seruiat homini. Secūdo, malos puniendo, Sap. 5. Exardescet in illos aqua maris, & flumina currēt duriter, cōtra illos stabit virtus spūs, & turbo venti diuidet illos. Naturaliter aūt currūt creaturæ ad puniēdū rebelles creatori suo. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens, exardescet aduersus iniustos, & lenior ad bñfaciendū fit pro his q̄ in te cōfidūt. Tertio, currūt ad nihilū tendēdo, cū creaturæ sint ex nihilo naturaliter ex se tēdūt ad nihilū. Aug. Quid est vita pñs nisi q̄dā cursus ad mortē? Cursus culpæ, est sibi triplex. Primus, superbię. Iob. 15. Cucurrit aduersus Dñm extēto collo, & pingui ceruice armatus est. 2cds, auaritiæ. Pro. 1. Pedes eorū ad malū currūt, loquit. n. ibi de auaris. ps. 49. Si videbas furē currebas cū eo. Tertius luxuriæ. Ecc. 7. Inueni amariorē morte mulierē, q̄ laqueus venatorū est, & sagena cor eius, & vincula manus illius &c. Quasi bos ad victimā ducūtur hoīes ad luxuriā. Cursus gr̄æ est si militet triplex Primus, doctrinæ, Gal. 2. Contuli cum eis euangeliū q̄d p̄dico in gentib. seorsum aūt his qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. 2cds, misericordiæ. Gen. 18. Ipse vero ad armentū cucurrit, & tulit inde vitulū &c. q̄d vitulum hospitib. pparauit. Tertius, perseuerātiæ. 2. Tim. 4. Bonū certamen certaui, cursū consummaui; de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Circa fm notandū, q̄ tripliciter dēt currere qui vult brauiū apprehēdere, ad cuius similitudinē monet Apo. nos hic currere. Primo, dēt currere caute, ne cadat; 2cdo festinātер, ne alius p̄ueniat; tertio perseueranter, ne cursum deserat: sic debemus currere ad brauiū vitæ æternæ. Primo caute, ne in foueā peccati corruamus. Eph. 5. Videte qūo caute ambuletis: 2cdo festinātер, ne pigritia torpeamus. Heb. 4. Festinemus ingredi illam requiem. tertio perseuerātер, ne a bene agendo deficiamus. Mat. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Perseuerare autē in cursu isto maxime facit patientia, per q̄ hō libenter tolerat oēs molestias, q̄ sibi possent occurrere in mundo isto. Heb. 12. Deponentes oē pondus, & circunstās nos peccatū, p patientiā curramus ad propositū nobis certamē, aspicientes in authorē fidei, & consumatorem Iesum, qui pposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque ad dexteram Dei sedet &c.

De eadem ex euangelio.

EGressus circa horā tertiā inuenit alios stātes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam, & quod

quod iustum fuerit dabo uobis. Matt. 20. In istis verbis notātur quatuor. Primo, Dñi bonitas, ibi. Egressus. s. in salutem populi sui. Quod. n. Christus exiuit ad cōdūcēdū hoīes in vineā iustitiæ, actus fuit infinitæ bonitatis. Habac. 3. Egressus est in salutem populi sui. Secundo, hoīs stultitia, ibi. Inuenit alios stantes in foro otiosos. Nihil. n. stultius quā in p̄senti uita, ubi hō dēt sibi operari ut in ęternitate uiuat, in otio viuere. Ecc. 22. De stercore boum lapidatus est piger, & oēs loquentur super aspernationem eius. Tertio operādi in vinea Dñi necessitas, ibi. Ite & nos in vineam meam. 2. Thess. 3. Qui non laborat, non manducet. Quarto, laboris utilitas, ibi. Et quod iustum fuerit, dabo vobis. Apo. vlt. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Circa primum notandum, quòd Christus dē egredi quinque modis. Primus egressus fuit in principio mundi, sicut seminator creaturas seminando. Luc. 8. Exiit qui seminat seminare semen suum. Secundus egressus fuit in natiuitate mundum illuminando. Isa. 62. Donec egrēdiatur ut splendor iustus eius. Io. 16. Exiui a patre, & veni in mūdum. Tertio, in passione sua suos a potestate diaboli, & ab omnib. malis saluando. Isa. 25. Prope est iustus meus, & saluator meus egressus est. Quarto, egreditur familię suæ & reb. prouidendo, sicut pater familias, Matt. 20. Simile est regnum cælorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineā suam. Quinto, egredietur in iudicio tripliciter, sicut uisitator districtam inquisitionem super impios faciendo. Isa. 26. Ecce egredietur Dñs de loco sancto suo, vt visitet. Secundo egredietur sicut fortissimus pugil, rebelles suos deuincendo. Isa. 42. Dñs sicut fortis egredietur, sicut vir prælior, &c. Tertio, sicut iudex malefactos puniendo pro meritis. Mich. 1. Egredietur Dñs de loco sancto suo, & descēdet, & calcabit super excelsa terræ. Circa secundum notandum, q̄ propter quinque magna stultitia est uiuere in otio in vita præsenti. Primo, quia hō ad laborem nascitur. Iob. 5. Hō nascitur ad laborem. Secundo, quia ab otiositate tāquā a mala magistra, mala scia addiscitur. Eccl. 30. Multam malitiam docuit otiositas. Tertio, quia frequēter horribile pctm cōmittitur. Ezec. 26. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otiū ipsius. Quarto, quia egestas æterni boni per otium incurritur. Prou. 6. Paululum dormitabis, paululum consseres manus vt dormias, & uenit tibi quasi uiator egestas. Quinto, quia labor æternus pro breui otio acquiritur. Ps. 27. In labore hominum non sunt, & cum hoīb. non flagellabuntur, sed cum dęmonib. ps. 48. Laborabit in ęternum, & uiuet adhuc in finem. Circa tertium sciendum, q̄ vinea ista in qua mittuntur laborare, iustitia est, in qua sunt tot palmites, quot sunt uirtutes, sicut dicit Chryso. In ista vinea debemus laborare quinque modis. Primo, ipsam bonis operibus & uirtutibus plantando. ps. 106. Plantauerunt vineam, & fecerunt fructum natiuitatis. Prou. 31. De fructu manuum suarum plantauit vineam. Secundo, spinas. i. uitia eradicando & extirpando: sic econtra dr̄ de stulto. Pro. 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per uineam hominis stulti, & ecce totum repleuerant urticæ. Tertio superfluos palmites amputando. Cant. 2. Tps putationis aduenit Io. 15. Oēm palmitē qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Quarto, ab ipsa vulpes. i. dęmones cohibendo. Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliuntur vineam. Quinto, a rib. i. laudib. hoīum, & detractionib. custodiendo. Can. 5. Posuerunt me custodem in vineis. Circa quartū notandum, quòd pretium laborantium in vinea ista est denarius, sicut dr̄ in euangelio, qui valet mille argēteos, & hoc est quod dicitur Isa. 8. Vinea fui pacifico, vir eius tradidit pro ea mille argenteos. Mille argentei sunt mille gaudia æternitatis, quæ significantur per denarium, Ad quam &c.

Dominica in sexagesima ex epistola.

IN laboribus. plurimis. Prēter labores corporales, quos sācti hūt cum alijs cōes, sancti sunt in septem laborib. continuis. Primus labor sctōrū est tentationes dęmonū superare. 1. Ti. 3. Labora sicut bonus miles Chri. Labor militis est hostes debellare. Deu. 25. Memento quid fecerit tibi Amalec, i. diabolus, qñ egrediebaris de Aegypto, qūo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi resīdebant, cecīderunt: qñ tu eras labore & fame confectus, & non timuerūt Dñm: & post sequitur. Delebis nomen eius sub cęlo, caue ne obliuiscaris. Secūdus, iniquorū psecutiones tolerare. Nu. 30. Nosti omnē laborē, qui apprehendit nos, qūo pres nri descenderūt in Aegyptum, & habitauimus ibi, afflixeruntq; nos Aegyptij & pres nros. Tertius, Dei præcepta obseruare. ps. 93. Qm fingis laborem in præcepto. Quartus, oratio nibus insistare. psal. 68. Laboraui clamans &c. Quintus, pro peccatis suis & aliorum plorare. Hier. 45. Laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. ps. 6. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum. Sextus, proximis prædicando. 2. Tim. 5. In oīb. labora, opus fac euangelistæ. 1. Tim. 6. Qui bene p̄sunt, duplici honore digni habeant, maxime q̄ laborāt in verbo & doctrina. Septimus vigilijs, & ieiunijs, & oronib. carnē macerare. Istos septē labores enumerat Apo. in ista epist. Dēt aūt hō istos labores sustinere pp quinque. Primo, quia per eos intus a peccatis mundatur. psal. 22. Vide humilitatem meā, & laborē meū, & dimitte vniuersa delicta mea. 2cdo, quia per istos labores hō ex cōuersatione honestatur, Sap. 10. Honestauit illum in laboribus. & cōplenit labores illius &c. Tertio, quia qui est in istis laboribus. 2 Dño spūali cibo in pñtiā satiatur. Mat. 1. Venite ad me oēs q̄ laboratis, & ego reficiā vos &c. Quarto, qa p istos labores hō quietē in terra lucratur. Ecc. vl. Videte q̄ modicū laboraui, & inueni mihi multā requem. Quinto, qa fructus æternæ gloriæ p laboribus istis dat. Sap. 3. Bonorū laborioſus ē fructus. Ibi. 10. Reddet De⁹ mercedē sanctorū &c. Apo. 13. A modo iā dicit spūs vt requescāt a laboribus. suis: opera. n. illorū sequūt illos &c.

De eadem ex epistola.

IN laboribus plurimis. Quadruplicē laborem ponit Scriptura. Primus est labor naturæ, quo homo laborat ad sustentationem naturæ destitutæ. Iob. 2. Homo nascitur ad laborem. Secundus est labor culpæ, quo laborat homo ad faciendum peccatum. Hie. 9. Vt inique agerēt, laborauerūt. Tertius gehennę, post quam nulla sequtur quies. psal. 68. Laborauit in ęternum, & uiuet adhuc in finem. Quartus labor est gratiæ, quo laborāt iusti ad operandum bonum. Circa laborem naturę sunt quīque attendenda. Pirmo, qa pro peccato ifligitur, vnde patet q̄ hō debet odire pctm, propter q̄d est in tantis laboribus. Ge. 3. In labore vultus tui comedes ex ea cunctis dieb. uitæ tuæ. 2cdo, qa si sustinerēt in charitate æterna, per ipsū beatitudo acgritur. ps. 127. Labores manuū tuarū qa māducabis, beatus es, & bene tibi erit. Tertio, qa frequēter a bestijs, pestib. vel hostib. pp pctm cō sumitio dēt hō a peccato cauere. Deu. 18. Fructus terrę tuæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuæ,& oēs labores tuos comedat populus. pp quod cō-
trariura dr̄ de iustis; Isa. 62. Si dedero triticū tuū vltra
cibū inimicis tuis,& si biberint filij alieni vinū, in quo
laborasti,qa qui congregabūt illud &c. Quarto qa oēs
ad laborandū tenent,& q non laborat,comedere pro-
hibet. 2. Thes. 3. Qui nō laborat,non mādducet. Quinto,
qa q non vult laborare ęterno supplicio puniat. ps. 72.
In labore hoīum non sunt, & cū oib. nō flagellabūtur,
sed cū dæmonib. Itē circa laborē culpæ nota p scriptu
ra ponit quinque labores. Primus, auaritię. Ecc. 4. Vnus
est,& tamen laborare non cessat,nec satiatur &c. Pro.
28. Noli laborare vt diteris. Secundus superbiæ. Ecc. 3.
Quid ergo prodest p laborauerit in ventū? Ventus su-
perbia est. Tertius luxuriæ. Eccl. 9. Perfruere vita cum
vxore quā diligis,& post hæc oīa tua in labore tuo,lo-
quitur in persona stultorū. Quartus, mąleficiorū. Is. 47.
Sta cum incantatorib. tuis,& cum multitudine male-
ficiorū tuorum,in quib. laborasti ab adolescentia tua.
Quintus, gulæ. Eccl. 6. Omnis labor hois in ore eius,vt
comedat quis & bibat,& fruatur lætitia ex labore suo,
& loquitur in persona gulosi. Circa laborem gehennæ
pñt tria notari. Primo, immensitas. Tren. 3. Circunde-
dit me felle, & labore. Secundo, acerbitas. Eccles. 10.
Labor stultorum affligit. Tertio, æternitas. psal. 48. La
borabit in æternum,& viuet adhuc in finem. A quo la-
bore Liberet nos Dominus noster. Amen.

De eadem ex epistola.

SCio hominē siue in corpore, siue extra corpus &c.
2. Cor. 11. Tria sunt necessaria cuilibet viro sancto
ad perfectionē q̄ notantur in ista epistola circa Paulū.
Primo, aduersorum tolerātia; scdo, bona operatio: ter-
tio, cælestiū cōtemplatio. Dēnt. n. viri sancti aduersa to
lerare patientissime: scdo, bona opera excellentissime
consumare; tertio, cælestia gaudia contēplari. Primum
notat, ibi. In carcere abundātius. Ro. 12. In tribulatio-
ne patientes. Scdm, ibi. In labore & ærumna. Gal. 6. Dū
tps habemus, operemur bonum ad oēs. Tertiū, ibi. Scio
hoīem raptū vsq; ad tertiū cælū &c. 2. Cor. 3. Nos aūt
reuelata facie gloriam Dñi speculantes &c. Circa pri-
mum notādū, p in quatuor specialib. oñditur mira pa
tientia Pauli in ista epistola. Primo, in sustinētia carna-
liū tormentorū, ibi. Ter virgis cæsus sum. 1. Cor. 4. Per-
secutionē patimur, & sustinemus. Scdo, tolerantia diui
norū iudicioriū, ibi. Ter naufragiū feci. Tertio, toleran
tia detractionū, ibi. Periculis in falsis fratrib. qui eum
persequebantur detrahendo in opere. 1. Cor. 4. Maledi
cimur, & benedicimus. Quarto, in tolerantia tentatio-
num, ibi. Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus
satanæ. Ia. 1. Beatus vir qui suffert tentationē &c. Circa
fm nota, in quatuor notat maxime bona operatio Apo
stoli, in quib. dēmus eū imitari. Primo, in manuū labo-
re, ibi. In laboribus plurimis, glo. Manuū tuarū labore. 2.
Tim. 3. In labore & fatigatione. Itē, alibi. Nocte & die
in profundo maris fui. Scdo, in ieiuniorū, & vigiliarum
obseruatione, ibi. In vigilijs, in ieiunijs multis. Tertio,
in sollicita prędicatione, ibi. Instantia mea quotidiana.
Marc. vlt. Euntes in mundum vniuersum p̄dicate euan
geliū oi creaturæ. Quarto, in oīone, ibi. Propter qd ter
Dñm rogaui. Roman. 12. Oróni instātes. Oró ordina-
bat eū ad Dñm, prædicatio ad proximū, labor manuū
ad seipsum. Circa tertiū notandū, p quatuor sunt mo-
di contēplationis, qui notātur in ista epistola circa Pau
lū, in quib. debemus illum imitari. Primus modus ver
satur circa cōsiderationē scripturæ, qui intelligitur per
raptū in paradisū, ibi. Scio hoiem raptū &c. Dion. Pul-
semus in hortū optimū paradisi scripturarū q̄ odoris-
ris, q dulcib. qui speciosissimis, q oīmode intellectua-
liū deiferarū volucrū cātilenis circū sonat aures nras; q
tangit quidē cor nrum, & cōtribulatū lætificat quidē,
iratū aūt subtemperat, & lætitia æterna multiplici im-
plet. Scds modus versat circa considerōnē creaturæ in-
corruptibilis, q intelligit per primū cælū. ps. 8. Qm̄ vi-
debo cælos tuos &c. Ad lram loquit de cęlo materiali.
Tertius modus versat circa considerōnē creaturæ spū a
lis, cōsiderādo ordines angelorū ad Deū, ad nos, ad se-
ipsos, q intelligit per raptū vsq; ad tertiū cælum. Aug.
Nimirū cælū cæli q̄ in principio fecisti, creatura est ali
qua, s. intellectualis, q̄q̄ nō tibi trinitati coæterna, parti
ceps tñ æternitatis tuæ valde i mutabilitate sua p̄ dul-
cedine felicissimæ cōtēplatiōis tuæ, cohibet, & sine lap
su vllo ex quo facta est merēdo, tibi excedit oēm volu
bilē vicissitudinē tēporū. Quartus modus versatur circ
ca considerationē diuinitatis, q intelligit per raptū in
tertiū cælū. 2. Cor. 3. Nos aūt reuelata facie gloriā Dñi
speculātes &c. Bern. at omniū maximus q̄ spreto vsu
rerū, & sensuū, quantū quidē humanæ naturæ fragilita
ti fas est, non ascēsionis gradibus ad illa sublimia ad-
uolare interdū contēplando cōsueuit: & hæc contępla
tio cū perfecta fuerit, erit summa beatitudo. Au. Intro-
ducis ad me Domine aliquando quādam nescio quam
dulcedinem, quæ superficitur in me, nescio quæ sit vi-
ta ęterna si illa non est. Ad quam perducere &c. Amen.

De eadem ex euangelio.

VOlucres cęli comederūt illud, Lu. 8. Per volucres
intelligūt dæmones, p semē iustitia, vñ fm mysti
cā expositionē pñt in istis verbis notari tria. Primo, dę
monum ad male faciēdū velocitas, ibi. Volucres. Scdo,
eorū fm naturā dignitas, ibi. Cęli. Tertio, eorū fm cul-
pā inigtas, ibi. Comederūt. Circa primū sciendū q̄ dæ-
mones cōparant volucrib. pp tria. Primo, pp volatus
sublimitatē; scdo, pp volādi velocitatē: tertio, pp rapa
citatē. Dæmones. n. volāt in altū. Numeri 24. Si in pe-
tra posueris nidū tuū, inde detrahā te, dicit Dñs. Itē, vo
lāt cito p malefaciēdi festinationem. Tre. 4. velociores
fuerūt pśecutores aq̄lis cęli. Itē, viuūt de raptu p aiarū
deuorationē. 1. Pet. 5. Aduersarius vr̄ diabolus tanquā
leo rugiēs circuit &c. Ezec. 18. Aquila grādis magnarū
alarū. Circa fm notandū, q̄ pp tria dñr dæmones aues
cęli. Primo, pp originē; fuerut. n. facti in cęlo empyreo.
Scdo, pp subtilitatē: vñ de his duob. Is. 14. Qūo cecidi-
sti de cęlo lucifer, q mane oriebaris &c. vsq; altissimo.
In eo qd dr̄, de cęlo cecidisse, notat ibi origo, qa fuit
cęlo creatus; in eo qd dr̄, lucifer, notatur naturaliū spi
cacitas & speciositas. Tertio, dñr aues cęli pp habita-
tionē. Eph. 6. Cōtra spūalia neqtiæ in cęlestib. & ppea
accipite armaturā Dei, vt possitis resistere in die mali,
& in oib. perfecti stare. Circa tertiū notādū, q̄ triplex
est semen qd comedūt dęmones. Primum est verbum
Dei. Mat. 23. Semen est verbū Dei. Luc. 8. Aliud cecidit
secus viam, & venerunt volucres cęli, & comederunt
illud. In eodem. Venit malus, & rapit quod seminā-
tum est in corde eius, hoc est, quod seminatum est se-
cus viam. Secundum est semen iustitię. 2. Cor. 9. Qui
parce seminat, parce & metet; qui autem, &c. Ter-
tium semen est quodlibet bonum opus. psal. 25. Eun-
tes ibant, & flebant, &cæt. Augus. Ibi semina nostra
sunt quicquid boni fecimus. Semen verbi Dei tollunt
dæmones, errorem in corde hominis seminando. 2. Co
rint. 4. In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes
infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio euangelij
glo-

gloriæ Christi, qui est imago Dei. Semen iustitiæ tol-
lunt dæmones ad iniustitiam pertrahendo. Io. 8. Vos
ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis
facere. Tertium semen bonis operis tollit diabolus, ho
mines gloriari de bono opere faciens. Mat. 6. Cum facis
elemosynam, noli tuba canere ante, sicut facit hypo-
critæ, vt videantur ab hominibus. Amē dico vobis &c.
Et ideo patet q̄ semen est a volucribus, i. dæmonibus
custodiendum, vt possit afferre fructum centesimum.
Fructus centesimus est gaudium æternitatis, Ad quod
nos perducere dignetur &c.

Dominica in quinquagesima ex epistola.

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatē
autem &c. 1. Cor. 13. In ista epistola inuitamur ad
charitatem, ideo commendatur hic multipliciter, & no
tantur hic quinq; circa charitatem. Primo, eius p̄rioši-
tas; secūdo, damnum in eius absentia: tertio, vtilitas in
eius præsentia: quarto, ipsius æternitas; quinto, ipsius
dignitas. Primum, ibi. Charitatem. eo enim ipso quòd
virtus ista charitas dicitur, chara & pretiosa oñdit. Se
cūdum, ibi. Factus sum velut æs sonās &c. Tertium, ibi.
Charitas benigna est &c. Quartū, ibi. Charitas numquā
excidit. Quintū, ibi. Maior autem horum est charitas.
Circa primū notandū q̄ charitas dr̄ chara res pp qua-
tuor. Primo, quia nō potest haberi nisi ab vno solo, & a
summo bono donetur, Ro. 5. Charitas Dei diffusa est
in cordibus &c. Secundo, qa solum a bonis habet. Aug.
Charitas est fons proprius, cui non cōmunicat alienus.
Tertio, quia cum ipsa bona oia possidentur. Aug. At-
tende quantum bonum est charitas, quæ si absit, frustra
habentur cætera: si autem adsit alicui, habētur omnia.
Quarto, qa qui hēt eā nimis charus a Deo hr̄; sicut qua
litas est fm q̄ quales dicimur, sic charitas est fm quam
chari dicimur. Vñ Dns in charitate existētes vocat cha
rissimos. Can. 5. Comedite amici, & inebriamini cha-
rissimi. Circa fm notandum, q̄ triplex damnum cōtin
git ex absentia charitatis, sicut oñdit hic Apostolus. Pri
mum est, quia bonum naturæ cōsumit, ibi. Factus sum
velut æs sonans: æs. n. sonādo consumit, sic creatura rō-
nalis sine charitate a vitijs cōsumit. Aug. in lib. de ciui-
tate Dei. Si naturæ bonæ nō essent, eis vitia nō nocerēt:
nam quid eis necendo faciunt, nisi adimere integrita-
tē, pulchritudinē, salutem, & pacem. Secundū, quia aia
sine charitate separata a Deo moriť, ibi. Nihil sū. i. mor
tuus, a vero esse separatus, sine quo hō nihil est. 1. Io. 3.
Qui non diligit, manet in morte. Tertium est, quia oē
opus sine charitate inutile efficitur, ibi. Si distribuero
oēs facultates meas in cibos pauperum &c. Si tradide-
ro corpus meum &c. Ambr. Qui charitatem non ha-
bet, omne bonum amittit, quod &c.

De eadem ex euangelio.

CAecus sedebat secus viam. Lu. 18. Moraliter per cę
cum istum intelligitur pctōr. Soph. 1. Ambulabūt
vt cæci, quia Domino peccauerunt. Sicut. n. cæcus non
videt corporaliter, ita peccator nō videt spūaliter. Sūt
autem septem quę visum corporalem impediunt, & si-
gnāant septem mortalia vitia quæ spūaliter excæcāt. Pri
mum est faciei inflatio, & hæc est superbia. Aug. Nimis
inflata facies mea me videre non sinit. Secundum est
aeris obtenebratio, hæc est inuidia. Vnde inuidus dicit
quasi non videns. Sap. 2. Excęcauit eos malitia eorum.
Dicitur de Indæis inuidis 1. Reg. 18. Iam non rectis o-
culis aspiciebat Saul Dauid &c. Tertium est oculorum
conturbatio, hæc est ira: ps. 30. Conturbatus est in ira
oculus meus, aīa mea, & vēter meus. Quartum est pul-
ueris, vel alicuius grossi superiectio, hæc est auaritia.
Puluis enim temporalia sunt quæ excæcant. Aug. De-
fluxi ad tpalia, & obscuratus sum. Quintū est oculorū
clausio, cū. n. quis claudit oculos, aut non vult aperire
oculos, non videt, hæc est accidia. Accidiosus. n. ex sola
pigritia aperiendi oculos intellectuales nō pōt videre
bona spiritualia. Boetius. Nequeunt oculos tenebris as
suetos ad lucem veritatis attollere, similesque sūt auib.
quarum nox intuitum illuminat, excæcat dies. Sextum
sanguinis & humorū circa oculos multiplicatio, hæc
est gula. Prou. 23. Cui uæ? cuius patri væ? cui rixæ? cui
foueæ? cui sine cā vulnera? cui suffusio oculorū? nonne
his qui cōmorātur in uino, & studēt calicib. epotan-
dis? Ad literā, & oculos ēt spūales & corporales nimia
potatio uini excæcat. Septimum panniculi obumbra-
tio, nascitur. n. aliqñ qdā pāniculus in oculo, siue nube
cula, & excæcatur hō, hoc fit p luxuriā. Aug. Ascende-
bant nubeculæ de cōcupiscentia carnis, & ob-
nubilabāt & obfuscabant cor meū, ut nō discerneretur
syncritas dilectionis a caligine libidinis. Et sicut sunt
septē q̄ excæcāt aīam, ita septē sūt q̄ illuminant. Primū
est fides, Lu. 18. Respice, fides tua te saluū fecit. Au. Fi
des est illuminatio mentis, qua mens illuminatur a pri
ma luce ad uidēdum bona spūalia. Sdm̄, humilitas. Io.
9. Ego in iudicium in hunc mundum veni, ut qui non
uidēt uideāt. i. qui se uidere non existimāt, quod est hu
miliū. Tertiū est amaritudo pniæ. Tob. 6. Fel valet ad
vngendum oculos, in quib. fuerit albugo; & sanabūtur.
In felle amaritudo signātur. Quartū est dilectio proxi
mi. Apo. 3. Collyrio. n. nūge oculos tuos vt uideas. Qui
tū est abundātia lacrymarū, hoc ꝓbatum est in cæco
nato, qui lauit oculos suos in Natatoria Siloe, qd̄ inter
pretatur missus. Abiit ergo, & lauit & venit videns. Io.
5. Vade ad natatoria Siloe. Sextū est deuota oīo. Mat.
20. Et clamauerunt dicētes. Dñe, miserere nr̄e fili Da-
uid: & post. Misertus Iesus tetigit oculos illorū, & con
festim uiderūt. Septimū est deuota sanctarū scripturā-
rū auditio. Isa. 20. In die illa audient surdi uerba libri
signati, & oculi cæcorum uidebunt &c. Amen.

Dominica prima in Quadragesima ex epistola.

ECce nunc tps acceptabile, ecce nunc dies salutis 2.
Cor. 6. In istis uerbis duo notantur. Primo, pñtis
temporis commendatio prior, ibi. Ecce nunc tempus
acceptabile. Scdo, cā cōmendationis subiungitur, ibi.
Ecce nunc dies salutis. Circa primum sciendum, q̄ tps
pśens dicitur tps acceptabile pp oćto. Primo, quia est
tps Dominum requirēdi. Osee 10. Tps autem requiren
di Dominum, cum uenerit q̄ docebit iustitiā &c. Secū
do quia est tps Dño placendi. psa. 68. Tps beneplaciti
Deus. Tertio, quia est tps mores corrigēdi. Heb. 9. Vsq;
ad tps correctionis impositi. s. iustitiæ Iudæorum &c.
Quarto, qa est tps vitia, & superflua resecādi. Cā. 2. Tps
putationis aduenit. Quinto, quia est tps diuinā miam
suscipiendi. ps. 101. Tps miserendi eius, quia uenit tem
pus. Sexto, qa est tps tribulationē patiēdi. Ier. 20. Tps
tribulationis est, Iacob, & ex ipso saluabitur. Septimo,
quia tps saluté acquirēdi. Ecc. 4. Ne retineas uerbū i tpe
salutis. Octauo quia est tps benefaciēdi. ps. 118. Tēpus
benefaciēdi Dñe. Circa istud vltimū notādū, q̄ tps qua-
dragesimæ est tps benefaciendi spūaliter, ad quod inui
tāt nos oćto. Primo, scriptura, q̄ in isto tpe legit. Modo
enim leguntur euāgelia & epistolæ q̄ inuitāt nos ad o-
rādū, ad ieiunandū, ad faciēdas eleemosynas, ad iusti-
tiā faciēdā, & pniam, &c. hmōi: vnde surdus vr̄ esse qui
mō nō bene operatur: Videtur. n. non audire voces tot
scriptu-

Universidad de Deusto Biblioteca

scripturarũ quę modo leguntur, q̃ ad bonũ hortantur, Secũdo, inuitat nos ad hoc Creator, qui creditur in isto tẽpore fecisse mũdũ; vnde valde incuriale est nõ facere aliquod bonũ pro Deo, cũ ipse tot bona fecerit pro nobis. Tertio, inuitat nos ad hoc creatura, quæ tempore hyemali ab opere cessauit, mõ reïcipit operari, sicut patet in herbis, plãtis, & aĩalib. Hiere. 8. Miluus in cęlo cognouit, operãdo. s. tñs suũ. Quarto, inuitat ad bene operãdũ Christi exẽplũ, qui ĩ isto tẽpore bona fecit nobis. Ber. Qui me totũ & semel dicẽdo fecit, in reficiendo, & dixit multa, & fecit mira, & ptulit dura. Quinto, inuitat Ecclesiæ ordinatio, q̃ instituit ut oẽs cõfiterentur, & ieiunarẽt, & ecclesiã frequentarẽt: vnde qui hæc nõ facit, trãsgreditur p̃ceptũ matris ecclesiæ. Prou. 1. Ne dimittas legem matris tuæ. Sexto, multorum prouocatio & cõsuetudo. Mõ. n. multi incipiunt bene operari, vnde dẽt uerecũdari solus cũ paucis remanere. Heb. 12. Ideoque & nos tantam habentes nubẽ impositã testiũ, deponentes oẽ pondus & circũstãs nos pctm̃, per patiẽtiã curramus ad ꝓpositũ nobis certamen &c. Septimo, diuinę grãe abundãs effusio. Credibile est. n. ꝙ Deus, q̃ tot bona largitus est in nobis, istis dieb. mõ grãm abũdãtius effundat: vnde in Epistola legit. Hortamur uos ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis, &c. Octauo, dẽt nos hortari ad bonum magni Paschatis expectatio; qui. n. expectat magnũ festũ, dẽt facere magnã uigiliam, ideo mõ cantat ecclesia. Nõ sit uobis uanum mane surgere ante lucem, quia promisit dñs corona uigilãtib. Item, corpus Christi recipere expectamus, quod nullus dẽt recipere nisi purgatus 1. Cor. 11. Probet aũt seipsũ hõ, & sic de pane illo edat, & de calice bibat &c. Vñ sic digne celebrãdo Quadragesimã istã in p̃senti, pueniemus ad mõtẽ Dei Oreb. i. ex euãge. ad mẽsã cęlestẽ, ad q̃ &c.

De eadem.

CVm ieiunasset quadraginta dieb. & quadraginta noctib. postea esuriit &c. Mat. 4. Sicut Aug. dicit. Summa religio est imitari qđ colimus: vnde cum Dñs noster ieiunauerit, debem⁹ eũ imitari in ieiunãdo. Sunt aũt quatuor q̃ debent nos mouere ad ieiunandũ. Primum est Dei p̃ceptũ: secundũ, Christi exẽplũ: tertiũ, multiplex quod nõ ieiunantib. prouenit nocumentũ: quartũ multiplex quod ex ieiunijs prouenit emolumẽtũ. Circa primũ sciẽdũ, ꝙ Dñs p̃cepit ieiuniũ quadrupliciter. Primo, per se ipsum Adæ, & Euæ in paradiso, cũ p̃cepit vt ieiunarent. i. abstinerent a ligno sciæ boni, & mali, ne comederent. Secũdo, p̃cepit ieiuniũ per legem Moysi. Leu. 16. Sabbathum requietionis est, affligetis aĩas uestras religione perpetua &c. Tertio, per prophetas. Ioel. 2. Sanctificate ieiuniũ &c. Quarto, per Apostolos 2. Cor. 11. In fame & siti, in ieiuniis multis. Vnde patet ꝙ transgressor præceptorum gratiæ est, qui non vult ieiunare. Circa secũdum notandũ ꝙ Dñs quatuor docuit nobis esse necessaria in ieiunio. Primo, vt ab oĩb. peccatis mũdemur: secundo, vt ieiunãtes a fauorib. hominũ occultemus: tertio, vt longanimiter & perseuerãter ieiunemus: quarto, vt tentationes dęmonũ superemus. Primũ docuit in hoc, ꝙ baptizatus ieiunauit; sic & qui vult bene ieiunare primũ dẽt per pęnitentiã & confessionem lauari. Mat. 6. Tu aũt cum ieiunas, unge caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Secũdum docuit ꝙ ieiunaturus desertũ petijt: vnde docuit ꝙ cũ ieiunamus, & bona operamur, a laudib. hoĩum nos abscondamus. Mat. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: & post, vt non videaris &c. Tertium docuit in hoc, quòd quadraginta dieb. & noctib. ieiunauit. Aug. Carnẽ ue

F stram domare ieiunijs ab esca & potu, quãtum ualetudo permittit. Quartũ docuit in hoc, ꝙ diabolo tẽtanti non credit, ibi. Non in solo pane uiuit homo; & ibi. Vade Satana. Ecc. 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei &c. Circa tertium sciendũ quòd quatuor mala proueniunt eis qui nolunt ieiunare cum debẽt. Primũ est malũ culpæ. Ezec. 26. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis, & abundantia &c. Secundum est malũ dãni: qui nõ vult ieiunare, hic a fructu æternæ vitæ perpetuo ieiunabit. Hoc significatur in Ge. 3. vbi dr̃ quod Adã noluit abstinere a fructu ligni vetiti, vñ dixit Dominus. Videte ne forte sumat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum: & emisit eum Dominus de G paradiso uoluptatis &c. Tertium est malum pęnæ præsentis. Eccl. 27. Propter crapulam multi perierunt &c. Quartum est pęna famis & sitis in inferno perpetua. Qui. n. non vult modo ieiunare, famem & sitim perpetuo sustinebit. Isa. 45. Ecce serui mei comedent & uos esurietis &c. quod patet in diuite epulante, qui nolebat ieiunare, sed quotidie splendide comedebat, ideo non potuit habere guttam aquę &c. Lu. 15. Circa quartum notandum, quod quadruplex bonum prouenit ex ieiunio. Primum est uitiorum mortificatio; secundum mentis in Deum eleuatio; tertium, uirtutum acquisitio, quartum, ęternę beatitudinis pręmium. De his quatuor Gre. Qui corporali ieiunio uitia comprimis &c. ec H ce primum Mentem eleuas, ecce secundum: virtutem largiris, ecce tertiũ, & præmia, ecce quartũ, ad qđ &c.

Dominica secunda in quadragesima ex epistola.

ROgamus uos fratres & obsecramus &c. Quemadmodum accepistis a nobis qũo oporteat uos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis 1. Thes. 4. In ista epistola hortatur nos Apost. ad quinque. Primo vt secũdum Deum ambulare studeamus, ibi. Quemadmodum oporteat vos ambulare; secũdo, vt Deo placeamus, ibi. & placere Deo. Tertio, vt sancti i. mundi efficiamur, ibi. Est. n. uolũtas Dei sãctificatio uestra. Quarto, ut iniuriam proximo non faciamus, ibi. Nequis supergrediatur &c. Quinto, ut a peccato luxuriæ caueamus, ibi. Vt I abstineatis uos a fornicatione. Circa primum sciãdum quòd Apost. docuit duodecim mõs ambulandi, hic q̃ras quinq;, alios quæras in sequẽti dñica. Debemus. n. primo ambulare in humilitate, ne inflati superbia per arctam uiam ingredi non ualeamus. Secundo, in patientia, ut labores uiæ & aduersa libenter sustineamus. Tertio, in mãsuetudine, ut comites in uia habeamus, & eos in itinere non turbemus. Quarto, in charitate, ut uerba bona socijs communicemus. Quinto, in compassione, ut sanctorum infirma supportemus. De his quinque Eph. 4. Vt dignè ambuletis cum omni humilitate, ecce primum, & mansuetudine, ecce secundum, cum patientia, ecce tertiũ, supportantes inuicem, ecce quartum, in charitate, ecce quintum. Circa secundum sciendum K quod quinq; sunt nobis necessaria ut placeamus Deo. Primũ tu eum tamq̃ oĩpotentẽ & iustum super oĩa timeamus, secundo, ut in eum tanquam in liberatorem super oĩa speremus. De his duob. Ps. 149. Beneplacitũ est Dño super timẽtes eũ, ecce primum, & in eis qui sperant super mĩa eius, ecce secundum. Tertio, ut eum tam quam summum bonum super oĩa diligamus. Prou. 8. Ego diligentes me, diligo. Quarto, ut tribulationes pro eo libenter sustineamus. Iud. 8. Oẽs qui Dño placuerũt per multas tribulationes transierunt. Quinto, ut carnis delectabilia pro eo despiciamus, & secũdũ spũm uiuamus, Ro. 8. Qui in carne sũt, Deo placere non possunt:

vos aũt in carne non estis, sed in spũ. Circa tertium sciẽdum, ꝙ pp quinque maxime debemus studere vt scti. i. mundi efficiamur. Primo, vt Deo assimilemur. 1. Pet. 1. Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum. Secũdo, ne Christo, qui multo labore & expensis nos mundauit, iniuriã faciamus. Apo. 21. Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Tertio, ne ab ingressu cælestis ciuitatis prohibeamur. Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Quarto, vt sapientiæ susceptibiles efficiamur. Sap 7. In animam sanctam se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit. Quinto, ut Deum videre mereamur. Mat. 7. Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt: quod nobis præstet Christus &c. Abstineatis vos a fornicatione. Multæ causæ sunt quare homo debet abstinere a fornicatione. *Quære in quadragesimalibus in secunda Dominica.*

De eadem ex euangelio.

FIlia mea male a dæmonio vexatur, Mat. 15. Moraliter p istam dæmoniacam intelligitur anima peccatrix: & notantur hic duo mala quę acquirit hõ p peccatum mortale. Primum est, quia possidetur a dæmonio: secundum est, quia male vexatur. Circa primũ sciẽdum quod anima peccatrix possidetur a septem dæmonibus. Primum dęmonium est immoderata sciendi cupiditas, hoc est dæmonium meridianum ps. 90. A dæmonio meridiano. Secundum est immoderata habendi auaritia, hoc est dęmonium mutum. Luc. 11. Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Tertium est dominandi ambitio, hoc est dæmonium Asmodeus nomine. To. 3. Dæmonium noĩe Asmodeus interficiebat eos. Asmodeus q interpretatur iudicium facturæ, & significat ambitionem, quæ appetit hẽre potestatem iudicandi hoĩes, qui sunt factura Dei. Quartum dęmonium carnalium voluptatũ delectatio, hoc est dęmoniũ cæcum. Mat. 12. Tunc oblatus est ei hõ dæmoniũ hñs cæcus & mutus, hęc est carnalis concupiscentia quę excæcat oculos mentis. Aug. Ascendebant nebulæ de limosa concupiscentia carnis, & obnubilabant, & offuscabant cor meũ, vt non discerneretur synceritas dilectionis a caligine libidinis. Quintum dæmonium est nocẽdi crudelitas, hoc est dæmonium sæuum. Mat. 8. Et occurrerunt ei duo hoĩes dæmonia habentes sæui nimis. Sextum est detrahẽdi malignitas, de hoc Apo. 16. Vidi tres spũs immundos in modum ranarum exisse, qui sũt tres spẽs dęmoniorum. In rana intelligitur detrahendi loquacitas, qa tres sunt modi detrahendi. Primus est bona diminuere: secundus est mala exagerare: tertius falsa crimina imponere. Septimum dæmonium est desperatio, ex qua sequitur oẽ malum. Istud dæmonium uocatur legio, quia multi dęmones intrant in aĩam post desperationem. Mat. 5. Quod tibi nomen est? Respondit, Legio. De istis aũt septẽ dęmonijs in Luc. 8. Maria quæ uocatur Magdalena, de qua exierunt septẽ dæmonia. Ab istis dæmonijs possidetur aĩa peccatrix. Circa scdm sciendum quod dæmonia ista hoĩem quem possident, vexant septem modis. Primo, cęcum faciendo. Secũdo loquelã auferendo. De his duob. Mat. 12. Habens dęmonium, cæcus & mutus. Tertio affligunt ignem cupiditatis accẽdendo. Quarto, in aqua luxuriæ submergendo. Quinto, mutationes rerum mutabilium immutando. De his tribus Matth. 17. Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est: nam sæpe cadit in ignem, crebro in aquam. Peccator dicitur lunaticus, quia ut luna cũ temporalibus crescit & decrescit, & sępe cadit in ignẽ cupi

A ditatis, & aq̃ luxuriæ. Sexto affligit gelu spiritualium, indumenta uirtutum auferẽdo Luc. 8. Occurrit illi vir quidam, q dæmonium habebat iam temporib. multis, & uestimento non induebatur &c. Septimo, vexat dolorib. & angustijs quas sæpe patiuntur peccatores affligendo. Marc. 5. Occurrit ei de monumentis homo in spũ immundo, & post, Concidens se lapidibus. Ier. 2. Vide quam malum & amarum est reliquisse te Dñm Deũ tuum &c. Valẽt aũt ad liberationem huius dæmoniacæ quinq; quæ notantur circa mulierem Chananęam. Primo humilitas ibi. Nã & catelli &c. Secundo, patientia, quæ notat in hoc ꝙ tã patiẽter portauit improperiũ sibi a Dño illatum. Tertio orõ, ibi. Miserere mei fili Dauid B &c. Quarto pseuerantia, qđ notat in hoc quod non cessauit, donec obtinuit quod uolebat. Quinto, fides, ibi. O mulier, magna est fides tua. Si ista quinque habueris, ab omni dæmonio, i. peccato liberaberis: quod nobis præstet Christus, Amen.

Egressus Iesus de finibus Tyri & Sidonis &c.
Quære inter quadragesimales in secunda Dominica.

Dominica tertia in quadragesima ex epistola.

VT filij lucis ambulate &c. Eph. 5. ĩ istis uerbis tria facit Apostolus. Primo, ad ambulandum inuitat, ibi. Ambulate: secũdo, modum ambulandi demõstrat, ibi. Vt filij. Tertio, causam assignat, ibi. Lucis. Nam ex quo lux est, ambulandum est. Io. 12. Ambulate dum lu C cem habetis. Circa primum sciẽdum ꝙ quadruplex est ambulatio hominis. Prima naturæ, secundum qđ ambulat homo ad mortem properando. Iob. 16. Semitam per quam non reuertitur, ambulo. Secunda culpę, secundũ quam ambulat homo de malo in malum transeundo. ps. 11. In circuitu impij ambulant. Tertia gratiæ, secundum quam ambulat homo de bono in melius proficiẽdo. Gen. 17. Ambula corã me, & esto perfectus. Quarta gloriæ, secundum quam ambulant sancti post Christum eundo. Apo. 3. Ambulabunt mecum in albis, qm̃ digni sunt. Prima est sustinenda, secunda est fugienda, tertia est facienda, quarta desideranda. Ad tertiam hortatur hic Apost. Eph. 4. Obsecro uos ut ambuletis digne D &c. Circa modum ambulandi notandum quod duodecim modos docet nos Apost. ambulandi in suis epistolis: quinque positi sunt in p̃cedenti Dominica, septem uero hic. Sciendum est ergo ꝙ debemus ambulare in uitæ nouitate. Primo, peccati vetustatem abijciẽdo. Ro. 6. In nouitate uitæ ambulate. Secundo, carnem spiritui subijciendo, & secundum spũm uiuendo. Gal. 3. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Tertio, in dilectione, Deum & proximum diligendo. Eph. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Chr̃s dilexit vos &c. Quarto, honeste & bñ inter hoĩes cõuersando. 1. Ti. 4. Vt honeste ambuletis ad eos q foris sunt. Quinto, in sapientia dulcib. sermonib. & utilibus alios ædificãdo. E Col. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sũt. Sexto in Xp̃o, eum sequendo & imitando. Col. 2. Sicut accepistis Christum, in ipso ambulate. Septimo, in luce debemus ambulare nihil reprehensibile faciendo, de quo hic, Vt filij lucis ambulate. Io. 11. Qui ambulat in die non offendit. In istis septem modis ambulant boni: mali autem ambulant septem alijs modis. Primo, secundum carnem carnis desideria perficiendo. Iudit 2. Post carnem in concupiscentijs ambulant. Secundo, ambulant secundum sæculum sæculariter viuendo, ad Eph. 2. In quib. ambulastis aliqñ scdm sæculum mundi huius. Tertio, ambulant in uanitate, q̃ uana sunt diligendo. Eph. 4. sicut & gentes ambulant in uanitate sen

Universidad de Deusto
Biblioteca

fus fui tenebris habentes obcuratum intellectum &c. Quarto, inordinate, & inhoneste, & dissolute viuendo. 2. The. 4. Vt subtrahatis vos ab oi fratre ambulãte inordinate. & non scdm traditionem q̃ acceperũt a nobis. Quinto, ambulant in desiderijs faciẽdo quodliber. Sexto, in luxurijs, luxuriose viuendo. Septimo, ambulãt in gulositate, comessationib. & ebrietatib. vacando. De his nib. 1. Pet. 4. Qui ambulauerunt in luxurijs, desideriis, vinolentijs, & comessationibus, & porationibus, ebrietatib. & illicitis idolorum cultibus. Istis modis nõ est ambulandum, quia qui sic ambulant, peribunt. Iob 6. Ambulãt in vacuum, & peribunt. Sed qui primis modis ambulant, peruenient ad gaudia uitæ æternæ, quæ donet nobis Christus, Amen.

De eadem ex euangelio.

ERat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutũ, Luc. 11. In istis verbis circa eiectionem istius dæmonij, per quam significatur eiectio diaboli ab aĩa, no tant̃ hic tria. Primo, eijciendi frequentia, ibi. Erat Iesus eijciens dæmonium, vbi notat̃ q̃ frequenter eijciebat. Scdo, eiecti negnitia, ibi. Et illud erat mutum. Tertio, eiectionis vtilitas, ibi. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Circa primum notandum, q̃ Dñs eiecit dæmonem frequenter. Primo, de cælo proijciendo. Ezec. 28. Eieci te de monte sancto meo. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundo, eiecit eum de paradiso ipsum maledicendo. Gen. 3. Quia hoc fecisti, maledictus eris inter animantia & bestias terræ. Tertio, eiecit eum de monte, ipsum ignominiose repellendo. Mat. 4. Vade retro Satana &c. Quarto eiecit eum de animabus, eum ab ipsis repellendo. Actu 10. Qui pertransijt bene faciendo, & liberando omnes oppressos a diabolo. Quinto, eiecit eum de corporibus obsessis, ab eo liberando. Luc. 4. Exibant autem dæmonia a multis &c. Sexto, eiecit eum de mundo, ipsum ab eius ptãte eripiendo. Io. 12. Nunc princeps huius mũdi ejicietur foras. Septimo, deijciet eum in infernum, eternis incendijs deputando. Isa. 14. Verumtamen ad infernum detraheris ad ꝓfundum laci &c. Circa scdm notandum, q̃ triplex malum intulit dæmonium isti obsesso, per quod significatur triplex malum qd̃ prouenit ex peccato. Primum fuit qd̃ ipsum possedit: scdm, qa ipsũ excæcauit; tertium, qa loquelam ei abstulit. Habuit. n. hõ iste tria mala, qa & dæmoniacus fuit, & cæcus, & mutus, & significat tria mala quæ incurrit homo per peccatum. Primum est, qa a dæmonio possidet. 1. Ti. 2. Vt resipiscant a laqueis diaboli, a quo captiui tenent̃. Scdm est, qa cæcus efficit. Soph. 2. Ambulabunt ut cæci, qa Dño peccauerũt. Tertiũ malum est, qa mutus ad laudãdum Deum, & cõfitẽdum peccata sua efficit. Isa. 56. Vniuersi canes muti, nõ valẽtes latrare. Circa tertiũ notãdum, q̃ tres vtilitates subsecutæ sunt ex eiectione istius dæmonis. Prima fuit ipsius a possessione dæmonis liberatio; scda, visus restitutio; tertia, loquelæ reintegratio, & significant tria bona q̃ sequuntur aĩam in iustificatione. Primum est, qa a ptãte diaboli eripit. Col. 2. Qui nos eripuit de ptãte tenebrarum. Scdm, quia lumen gratiæ sibi restituit. ps. 145. Dominus illuminat cecos. Tertium est, quia loquela ad laudandum Deum, & confitendum peccata sua ei reddit. ps. 50. Libera me de sanguinibus. i. peccatis, & exultabit lingua mea iustitiam tuam &c.

Dominica quarta in Quadragesima ex euangelio.

ILla autem quę sursum est Hierusalem, libera est. Ga. 4. In istis uerbis commendatur ciuitas Dei, quæ regnat in cælis, in trib. Primo, in situ, ibi. Quę sursum est; scdo, in nobi. ibi. Hierusalẽ: tertio, in libertate, ibi. Libera est. Circa primũ notãdũ, q̃ in hoc q̃ dr̃ esse sursum, cõmẽdat in quatuor. Primo, a puritate, imũditiæ. n. non sũt in alto, sed tẽdũt ad valles, hoc est in ciuitate cęlesti, vbi nihil ẽ imũdũ. Apo. 22. Nõ intrabit in ea aliqd coinquinatũ faciẽs abominationẽ. Scdo, a fanitate: ciuitas. n. in alto sita sana est, hoc est in cælesti ciuitate, ubi nullus languor est, nec dolor &c. Apo. 21. Et mors vltra nõ erit, neq; clamor, neq; dolor. Tertiõ, a securitate. Ciuitas. n. in alto sita securior est. ps. 50. Mirificauit Dominus miam suã in ciuitate munita. Quarto a spaciositate, terra. n. q̃ deorsũ est, hẽt se sicut pũctus in sphæra, cælũ vero sicut circũferentia. Aug. Qd̃ aũt in angustijs miraris lantudinẽ cęlorũ se nõ coarctãtiũ, ab ultimis Hispanię finib. vsq; ad vicos pauciss̃imorũ dierũ spatia iacet, si nauẽ ferat vẽtus at illa cælestis regio p triginta ann. velociss̃imo syderi pstat iter. Circa scdm notãdũ, q̃ in hoc q̃ dr̃, Hierusalẽ, cõmẽdat a multis ciuitas cælestis, multa. n. dicunt̃ de Hierusalẽ in scriptura, q̃ intelliguntur de Hierusalẽ cęlesti, & notant̃ hic decẽ. Primũ est admirabilis pulchritudo & speciositas. Can. 2. Pulchra es amica mea, & suauis, & decora sicut Hierusalem &c. Secundum est ineffabilis amor & charitas. 31. Dixit Dñs, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalẽ. Tertiũ est delectabilis splendoris claritas. Tob 12. Luce splendida fulgebis, & oẽs fines terræ adorabunt eã. Quartũ est murorum, & viarum, & portarũ speciositas. To. 13. Et portæ Hierusalẽ ex saphiro, & smaragdo ædificabũtur &c. Quintũ oĩm rerum abundãtia. Is. 33. Oculi tui videbũt Hierusalẽ habitationẽ opulẽtã &c. Sextũ oĩm delitiarũ affluentia. Is. vltimo. Lætamini i Hierusalẽ, & exultate i ea oẽs q̃ diligitis eã; gaudete in ea gaudio q̃niuersi q lugebatis sup eã, ut fugatis & repleamini ab vberib. cõsolationis eius, ut mulgeatis, & delitijs affluatis ab oĩmoda gloria eius. Septimum est ꝑpetua & continua lætitia. Octauum, eternus honor & gloria. Isa. 60. Super te Hierusalẽ oriet̃ Dñs, & gloria eius in te videbitur. Nonum, æternæ pacis felicitas. Ecce ego declinabo sup̃ Hierusalem quasi fluuium pacis. Decimũ, beatæ lucis æterna iucũditas. Tob. 13. Per oẽs plateas Hierusalẽ alleluia cãtabit̃. Ecce ego do Hierusalẽ exultationẽ & populo eius gaudiũ &c. Circa tertiũ notandũ, q̃ erit ibi libertas a q̃q;. Primo, a dæmonũ vexatione. Ii. 14. Et erit i die illa cũ requm dederit Dñs a labore tuo, & a concussione tua dura qua ante seruiuisti &c. Scdo, ab oĩ mali afflictione. Tob. 13. Liberabis Hierusalẽ ciuitatẽ tuã sãctã a cũctis tribulationib. suis. Tertio, a creaturarũ corruptione. Quarto, a morte corporis. Rom. 8. Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? gra Dei &c. Quinto, erit ibi libertas a seruitute pcti. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Beata ẽ ergo illa ciuitas, vbi nullũ est malũ, & est ibi oẽ bonũ, Ad qd̃ bonũ &c.

De eadem ex euangelio.

ABijt Iesus trãs mare Galilęę. Io. 6. Tria principaliter sũt q̃ fecisse dr̃ Iesus in hoc euangelio. Primũ est, qa mare trãsijt, ibi. Abijt Iesus trãs mare. Scdm ẽ, qa in mõtẽ ascẽdit, ibi. Subijt ergo i mõtẽ. Tertiũ est, quia turbas pauit, ibi. Accepit ergo Iesus panes. Circa primũ notãdũ, q̃ tria fecit Iesus circa mare. Primo ipsũ placauit, scdo, p ipsũ siccis pedib. ambulauit; tertio, ipsũ trãsmeauit. Hęc tria facit Xps̃ i mũdo. ps. 103. Hoc mare magnũ, & spatiosũ. Primo, ipsũ placauit Deo pri recõciliãdo: secundo, siccis pedib. sup̃ ipsum ambulãdo, nihil mundanum diligendo: tertio, transmeauit de mundo ad cęlum ascendendo. De primo. 2. Cor. 5. Deus erat in Xpo mũdum reconcilians sibi &c. De secundo Io. 13. Venit. n. princeps mundi huius, & in me non hẽt quicquam. De tertio, Io. 16. Relinquo mundum & vado ad patrem. Circa 5m notãdum; q̃ septem fecit Xps̃ in mõte, sicut legitur in euangelijs. Primo, in mõte diabolum superauit: secundo, in monte discipulis prædicauit: tertio, in monte se trsfiguravit: quarto, in monte frequẽter orauit; quinto, in monte discipulis apparuit; sexto, in monte turbas pauit; septimo, de monte cælos ascendit. De primo. Mat. 4. Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & oñdit ei oĩa regna mundi &c. De secũdo, ibidem 5. Videns aũt Iesus turbas, ascendit in montẽ, & cũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos &c. De tertio, ibidẽ. 16. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannẽ fratrem eius &c. & subdit̃. Et transfiguratus est añ eos. De quarto ibidem 18. De quinto, hic. De sexto, Mat. vl. Ascendens in montem sedebat Iesus, & accesserunt ad eum turbæ; & subditur. Accipiens Iesus septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis &c. De septimo, Luc. vlt. Eduxit aũt eos foras in Bethaniã, & eleuatis manib. suis benedixit eis, & recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Circa tertium notandum, q̃ Dñs in duab. vicibus pauit hoes duodecim panib. & signãt duodecim, quib. ipsos pascit q̃ sequunt̃ ipsum in via ista. Primus panis est charitas, scds gaudiũ, tertius pax, quartus patientia, quintus longanimitas, sextus bonitas, septimus benignitas, octauus mãsuetudo nonus fides, decimus modestia, vndecimus continentia, duodecimus castitas. Isti sunt duodecim panes propitiationis, de quib. dr̃ in Exo. 25. Super mensam panes propositionis erunt semper. De his omnib. Gal. 5. Fructus aũt spũs sunt charitas &c. Beatus uenter qui te portauit. *Quære in quadragesimalibus in tertia Dominica.* Hic est vere Propheta. Io. 6. & gratias agens &c.

De beata Virgine ex euangelio.

BEatus venter qui te portauit &c. Luc. 11. Nota q̃ venter beatæ Virginis dr̃ beatus propter quinque. Primo, quia portauit eum qui in seipso summe beatus est. 1. Ti. 6. Beatus & solus potens rex regum. Secũdo, propter summam beatitudinem & trinitatem quã habuit; fuit. n. spõsa pris, & mater filij, & habitaculum Spiritus sancti, iuxta illud. Salue mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium. Tertio, quia concepit sine corruptione. Quarto, quia portauit eum sine labore. Quinto, qa peperit eum sine dolore. De his, Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & ideo concipies sine dolore & corruptione; & uirtus altissimi obumbrabit tibi, & iõ portabis sine labore & corruptione, ideoque quod nascet̃ ex te sãctum, vocabitur filius Dei, & ideo paries sine dolore. Sexto, quia portauit ꝑtium redẽptionis. Num. 20. Dñe aperi eis thesaurum tuũ fontẽ aquæ viuæ, ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Dñi super eos. Septimo, quia habuit de oĩ statu; de statu virginum integritatem, de statu coniugatorũ fœcunditatem, de statu continentium castitatem. Octauo, quia debet frequenter ab omnib. benedici. i. beata prædicari Luc. 1. Beatam me dicent oẽs generationes. Nota vbera beatæ Virginis dñt beata propter tria. Primo, quia lactabant eum qui est cib. & potus angelorũ & sanctorum, vnde illud, Ipsum regem angelorum sola Virgo lactauit ubere de cęlo pleno &c.

De mortuis.

MOrtuo non prohibeas gratiam. Eccl. 7. Quadruplicem gr̃am debemus mortuis. Primo eum debitis obsequijs sepelire. Ecc. 38. Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & ne despicias sepulturam illius. Secundo, pro eis orare. Tertio, pro eis eleemosynas facere 2. Mach. 12. Iudas collatiõe facta duodecim millia dragmas argẽti misit Hierosolymam offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ. Quarto, pro eis sacrificium altaris offerre. Exemplum Greg. in fine dialogorum ante penultimum capitulum lib. 3. qui pro monacho quodam fecit dici triginta Missas, & statim fuit a pœnis liberatus. De his duob. Aug. Neq; negamus aĩas defunctorum pietate suorum viuẽtium releuari, cum pro eis officium mediatoris offert̃, vel q̃ pro eis orationes fiunt in ecclesia. Circa primum sciendum, q̃ debemus mortuos pp tria cum obsequijs sepelire. Primo, vt nos morturos cogitemus Ecc. 7. Melius est ire ad domum luctus quam conuiuij; ibi. n. finis cunctorum admonetur. Aug. de ciu. Dei. Et si corpus humanum propter fidem resurrectionis debito honore sepeliendum, tñ & si sepultura careat, diuina prouidentia credendum est. Tertio, vt meritum pro eo cumfit opus misericordiæ, recipiamus. Tob. 15. Qñ orabas cum lacrymis & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos per diem abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, obtuli orationem tuam Domino: & quia acceptus eras Deo &c.

Circa 5m sciendum, quod tria debemus orare pro mortuis. Primo, vt nostram charitatem eis ꝺemonstremus. Iob. 19. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei. Secundo, vt pœnas eorum mitigemus. Tertio, vt a pœnis eos liberemus. De his duob. Aug. ad Laurentium. Cum pro defunctis baptizatis orationes fiunt, aut ad hoc valent, vt fiat plena remissio, aut tolerabilior fiat damnatio. i. pœnæ purgatorij. Circa tertiũ sciendum, quod tria dẽnt nos mouere ad faciẽdas eleemosynas pro mortuis. Primo, pœnarum quas patiũtur acerbitas, libenter aũt faciunt homines eleemosynas leprosis, & his qui patiuntur magnas pœnas, & infirmitates; minor. n. pœna purgatorij est maior omnib. pœnis præsentis vitæ, sicut dicit Aug. Secundo magna eorum necessitas. Qñ. n. vident hoes valde mendicos, libenter faciunt eis eleemosynas: illi aũt qui sunt in purgatorio, sunt in maxima paupertate, qa nihil possunt mereri, cum non sint in statu merendi. Tertio dẽt nos mouere nostra vtilitas. Cum. n. oramus pro illis qui sunt in purgatorio, & eleemosynas facimus, qñ liberantur, & sunt in patria, libenter orant pro nobis. Circa quartum sciendum, q̃ tria dñt nos mouere ad celebrandum pro mortuis. Primum est, qa dicit Augu. quod pro illis qui sunt in purgatorio, est propitiatio. Scdo, quia pro illis qui sunt in patria, est gratiarum actio. Tertio, quia illis qui peregriuantur in mundo est consolatio. Ergo uirtutem huius sacramenti sentiunt qui sunt in purgatorio, qui sunt in cælo, qui sunt in terra. i. in mundo. De his trib. Aug. Cum sacrificia altaris pro baptizatis offerunt̃ pro ualde bonis gratiarũ actiones sunt, pro nõ valde bonis propitiationes sunt: pro ualde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorũ, tñ sunt viuorũ consolationes. ergo nõ ꝓhibeas mortuo quadruplicem gratiam.

De mortuis.

FActum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ, Luc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In verbis istis duo notantur. Primum est angelorū benignitas, ibi. Portaret ab angelis. Magna.n. benignitas est q̄ mendicos non dedignant portare, cum sint principes cęli. Secdo paupertatis pretiositas, ibi. In sinu Abrahæ, satis patet q̄ pretiosa res est paupertas, cum p eam acquiratur regnum cęlorum, quod per sinum Abrahæ significat. Augu. Venale habeo, & quid? regnum cęlorum. Quanti emitur? paupertate regnum, luctu gaudiū, morte vita. Circa primum nota, q̄ tria bona facit angelorum benignitas hominib. bonis morientib. Primum, quia a dæmonibus qui adsunt, vel in aere obuiant; liberant. psal. 33. Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum. Secundo, solemnes exequias celebrant eis. Aug. Preclaras exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo clariores pauperi vlceroso ministerium prębuit angelorum; qui eum extulerūt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremiū. Tertio, inducunt eos in regna cælestia, ut hic. Et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Circa secundum notandum, q̄ tria magna bona cōsequitur pauper in morte. Primo, ab iniqua hominum oppressione liberatur. Iob. 5. Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorū, & de manu violenti pauperem. Secundo, regnum cœlorum ei datur. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Tertio, cum principibus cælestis curiæ collocatur 1. Reg. 2. Suscitās de puluere egenū, & de stercore erigens pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat, Ad quā &c.

De mortuis.

Dies mei velociores cursore transeunt, quasi naues poma portantes. Iob. 10. In istis verbis duo notantur. Primo, vitæ præsentis velocitas, ibi. Dies mei velociores. Secūdò, vitæ sanctorum fragrātia ibi. Trāsierūt quasi naues. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus. Circa primum notādum, q̄ ex trib. potest considerari presentis vitæ velocitas. Primo, ex mensurantis temporis velocitate: secdo, ex dierum uitæ hominis breuitate: tertio, ex comparatione temporis ad æternitatem. Ista tria satis ostendunt quam velociter transit. Primo, sicut velociter mouet primum mobile quo mensuratur tēpus: tempus.n. est mensura motus primi mobilis. Sicut.n. velociter circuit cęlum ad occidētem, & sol ad occasum, sic velociter transit ad mortem. Homo.n. in præsenti quasi viator & cursor, qui quotidie complet cursus sui dietatem, quia dies complet ex reuolutione cęli & solis. Augu. Quid est presens uita nisi cursus ad mortem? Secundo, considerat ex temporis breuitate. Iob. 14. Breues dies hoīs sunt. Tertiò, ex comparatione ipsius ad ęternitatem. Si.n. comparatur tota pns vita æternitati, non est nisi momentum, uel nihil. Au. de ciu. Dei. Nihil est diuturnū, in quo est ad extremum peruenire. & oīa singulorum spatia diffinita, si æternitati interminabili comparentur, non exigua sunt, sed nulla. Circa secdm notandum, quod p poma quæ sancti portāt per naues, significarę sunt uirtutes & opera uirtutum. Can. 7. Omnia poma noua & uetera seruaui tibi: dicuntur autem poma uirtutes, & bona opera pp tria. Primo, pp eorum decorem: secundo, pp odorem: tertio, pp refectionem. Hæc tria.n. sunt in pomis, quia & decora sunt uisui, & odorifera olfactui, & refectiua gustui. Sic sancti viri pp decorem uirtutum sunt delectabiles ad vidēdū. Cā. 1. Ecce pulcher es, dilecte mi. Secundo, pp odorē bonę famæ alliciunt alios ad imitandum. Can. 7. Mādragorę dederunt odorem suum. Tertio, virtutes ipsæ animam mira dilectione reficiunt. Cant. 2. Fructus eius dulces gutturi meo. Apoc. vlt. Et lignum affert fructus duodecim per singulos menses: & de refectione istorum pomorum transeunt sancti ad refectionem pomorum, quæ nascuntur in ligno uitæ. Ap. 2. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei, Ad quam &c.

De mortuis.

Qvi manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem hēt vitam æternam. Ioa. 7. Satis ostendit hic Dns, q̄ qui sumunt corpus Dñi digne cum moriuntur, non debemus contristari de morte eorum, sed potius lætari, quia scimus eos habere vitam æternam, sicut hic dr. Sciendum est aūt q̄ Dns voluit dare corpus suum fidelib. suis ad manducandum pp tria. Primo, propter ostendendam suam charitatem. Mat. 26. Hoc facite in meam commemorationem. i. ut recordemini meæ charitatis, qua pro vobis mori voluit. Secūdo, propter figurandam corporis iustitiam sui. i. ecclesiæ vnitatē. 1. Cor. 10. Panis aūt quē frangimus nonne participatio corporis Xpi est? qm̄ vnus panis, & vnum corpus multi sumus, oēs q̄ de uno pane & de uno calice participamus. Tertio propter efficiendam in vnoquoque fidelium multiplicem vtilitatem. Notant aūt hic septem vtilitates, quas efficit corpus Xpi cum digne sumitur. Prima, peccatorum remissio Ambr. Paratus assiste, ut corpus Dñi edas, in quo est remissio peccatorum, & postulatio diuinæ reconciliationis. Secunda, a dæmonib. liberatio. Ambr. Suscipe Dñm Iesum tuę mentis hospitio, & cum uiderit diabolus hospitium tuum occupatū, & cælesti fulgere præsentia, intelliget locum tentationis suæ interclusum per Christum. Tertia, ineffabilis spūs delectatio. Sap. 16. Panem de cęlo præparatum præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem. Quarta, ipsius aiæ in sanctitate confirmatio ps. 103. Panis cor hominis confirmat. Quinta, ad moriendum & præliandum pro amore Dei confortatio aiabus est valde necessaria ad desiderium martyrij cum magna ac magna sustinent. 1. Mach. 6. Ostēderunt elephanti sanguinem vuæ. Sexta, æternæ aiæ viuificatio. Io. 6. Siquis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & hoc est quod hic dicitur. Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, Ad quam nos &c.

De mortuis.

Venit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audient uocem filij Dei. Io. 6. In istis verbis tria notāt. Primo, resurrectionis velocitas, ibi. Venit hora, fiet.n. in momento horæ. 1. Co. 16. In ictu oculi, in nouissima tuba. Secdo, vocis Dei potentia, ibi. Oēs qui in monumentis sunt audient uocem filii Dei. ps. 67. Dabit voci suę vocem virtutis. Tertio resurrectionis veritas, ibi. Et viuent. Iob. 19. Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Isa. 26. Viuent interfecti tui, mortuiq; mei resurgēt. Circa primum notandū, q̄ tria fient in hora resurrectionis Primo, Christus de cęlo descendet: secundo, mortui resurgent: tertio, obuiam Christo occurrēt. De his trib. 1. The. 4. Ipse Dns in iussu, & in voce archāgeli, & in tuba Dei descendet de cęlo, ecce primum, & mortui qui in Xpo sunt, resurgēt primi, ecce 2m. Deinde nos qui viuimus, simul rapiemur cū illis in nubib. ecce tertium. Circa 3m notandū, q̄ tria faciet tunc virtuosa vox Christi. Primo, mortuos suscitabit, ut hic. Oēs qui

qui in monumētis sunt audiēt vocem eius Secūdo, impios condemnabit. Mat. 25. Tunc dicet his q̄ a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti &c. Tertio, sanctos glorificabit, eodē loco. Tūc dicet his q̄ a dextris erūt. Venite benedicti &c. Circa tertiū nota, q̄ tria ostendēt resurrectionem esse verā. Primo, quia resurgent illi qui vere mortui sunt. q̄ notatur hic, Qui in monumentis sunt, audient vocem eius. Secundo, quia resurgent in eadem carne, in qua bene, vel male vixerunt. Iob. 19. In carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Tertio quia de cætero non morientur. 1. Cor. 15. Et mortui resurgent incorrupti, Cuius beatæ æternitatis participes nos faciat Christus.

De mortuis.

Esto fidelis vsq; ad mortem, Apoc. 2. Satis ondit in verbis istis, q̄ qncunque aliquis bene moritur, non est dolendū, sed potius gaudendū, quia transit, de miseria mortis ad coronam vitæ. Facit aūt Dns tria in verbis istis. Primo, prępcipit quid facere debeamus, ibi. Esto fidelis vsq; ad mortē. Secundo præmittit præmiū quod appetimus, ibi. Dabo tibi coronā vitæ. Circa primum notandum, q̄ quatuor sunt, quib. promittitur corona triumphalis. Primum est mentis & corporis castitas. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate: & post. In perpetuum coronata triumphat. Secundum tentationum sufferentia. Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Tertiū est iustitia. 2. Tim. 4. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Quartū est in fide & iustitia vsque ad mortem perseuerare, vt hic. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi &c. Circa 4m notandum, q̄ quadruplex corona dabitur sanctis. Prima argentea, secunda aurea, tartia stellata, quarta gemmea. De his quatuor inueni in Biblia. Corona argentea, quia clarum est argentū, erit corporis claritas, quia corpus mirabiliter decorabit. Isai. 61. Sicut sponsum decoratum corona. Zach. 6. Sume tibi argentum, & facias tibi coronam. Stellea, erit perfecta omniū scięntia. Apoc. 12. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Eccl. 6. Coronā gratulationis supponēt tibi. Aug. Habemus vnum doctorem in cęlis quē semel vidisse, totum didicisse est. Gemmea erit in omnibus istis æternitas. psa. 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Istis quatuor coronis coronabuntur boni: mali aūt coronabuntur quatuor alijs. Primo, coronantur corona rosea, quæ consistit in carnis voluptatib. Sap. 2. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Secundo, corona florea quæ consistit in sęculi vanitatib. 2. Mac. 6. Coronati hedera Isa. 38. Vę coronæ superbiæ &c. Tertio, corona aurichalca, quæ consistit in diuitijs corporalibus. Apo. 1. Habēt coronas similes aurichalco. Quarto, corona spinea, quæ fabricatur de pœnis eternalib. Isa. 30. Coronans coronabit te Dominus, A qua liberet &c.

De duplici manu Dei ex euangelio.

Etille singulis manus imponens sanabat omnes Luc. 4. Notandum q̄ duę sunt manus Dei quib. sanat omnes, s. potentia & misericordia. ps. 61. Semel locutus est Deus, duo hęc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia. Prima manus Dei habet quinque digitos. Primo, quia eius potentię nemo potest resistere. Iob. 9. Deus cuius iræ nemo resistere potest. Idem Quis resistit ei, & pacē habuit? Secdo, quia eam nullus potest effugere. Eze. 17. Et qui dissoluit pactū, nunquid effugiet? Aug. Superius erit iudex iratus, subtus horrēdum chaos inferni, a dextris peccata accusantia, a sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia, intus conscientia vrens, extra mūdus ardens. O miser peccator sic deprehensus quo fugies? latere impossibile, apparere intolerabile est. Vnde ps. 46. Neque ab oriente, neque ad occidēte. Tertio, quia nullus poterit sustinere. Isa. 30. Ecce nomen Dñi venit de loginquo ardens furor eius, & grauis ad portandū ps. 129. si iniquitates obseruaueris Dñe, Dñe quis sustinebit? De his tribus. Isa. 27. Visitabit Dominus in gladio suo duro, & ob hoc intolerabili, forti, & ob hoc inuisibili; grādi, & ob hoc incurabili. Quarto, quia potentia iudicis non poterit corrumpi neque muneribus quia dicit psa. 7. Deus iudex iustus. Prou. 3. Zelus & furor viri nō parcet in die vindictæ. Quinto, nec falsis allegationibus, quia fortis est, & patiens, ideo sapiens, Secunda manus est misericordia, quæ hēt quinque digitos. Primus digitus est cōsiderare, quia nobis dedit filiū suum vnigenitum. 1. Io. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, qm̄ vnigenitū filium suum misit Deus in mundū, vt viuamus per eū. In hoc est charitas, non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dixit nos, & misit filiū suum propitiatorem pro peccatis nostris: nā omnes mortui eramus, ideo dicitur Ecc. 3. Eleemosyna patris non erit in obliuione. Exemplum Elisei quomodo viuificauit filiū Sunamitis dic historiam. Eliseus Christus, Giezi Moyses, baculus lex. Nec Moyses, nec lex potuerūt viuificare genus humanū, donec ipse Eliseus, i. Christus, accepit formā nostram, quia incuruauit se in vtero Virginis. Secundus, q̄ a omnia nobis bona cōicat, Mat. 4. Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & ps. 135. Qui dat escam omni carni. Tertius est, quia non statim punit, sed longanimiter expectat ad pœnitentiam. Sap. 11. Dissimulans peccata hoīum pp pœnitentiam. Is. 46. Vsq, ad senectutem ego portabo. Quartus in recipiendo: exemplū de filio prodigo quomodo recepit illum pater Luc. 15. Quintus, quia semper in omni hora recipit, quia postquā recepit nūquam peccatorum recordatur. Ezec. 18. Quacūque hora peccator reuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Hinc quilibet tenetur & esse debet misericors, vt seipsum det Deo & de bonis suis pauperibus, & quod non statim puniat, & omnes iniurias dimittat &c.

In dominica de Passione ex epistola.

Qvanto magis sanguis Christi &c. Hebr. 9. In ista epistola quatuor principaliter facit. Primo, ostēdit Xpm pontificem fuisse, ibi Xps assistens pontifex. Secūdo, cōmēdat pontificatū eius, ibi. Futurorū bonorum. Tertio ostendit quod obtulit, ibi. Qui semel seipsum obtulit. Quarto, mōstrat vtilitatem, siue effectum oblationis eius, ibi. Emundabit conscientiam nostram. Circa istud vltimum nota, quòd septem vtilitates fecit nobis sanguis Christi. Prima fuit peccatorum nostrorum ac sordium emundatio. Apo. 1. Qui dilexit nos, & lauit &c. Hebr. 13. Vt sanctificaret per suum sanguinem populum. Secunda, nostra redemptio. Apoc. 5. redemisti nos, Domine, in sanguine tuo. 1. Pet. 1. Redempti estis &c. Tertia nostra cum Deo & angelis pacificatio Col. 1. Pacificans omnia per sanguinem suū &c. Quarta testamenti de hæreditate æterna cōfirmatio. 1. Cor. 11. Hic calix noui testamenti, & testm̄ in morte cōfirmauit. Quinta sumētiū poratio & inebria-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. Matt. 26. Bibite ex hoc omnes: hic calix &c. Deut. 32. Vt sanguinem vuæ biberent meracissimum. Sexta, ianuæ cælestis apertio. Heb. 10. Habentes itaque fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi id est continua pro nobis ad Deum oratio: clamat enim quotidie pro nobis sanguis ad patrem Heb. 12. Sed accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. Sanguis Abel clamauit vindictam, sanguis Christi clamat indulgentiam. Septima de inferno sanctorum abductio. Zac. 9. Tu autem in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu, in quo &c.

Dominica de passione ex euangelio.

QVi est ex Deo, verba Dei audit &c. Ioan. 8. In verbis istis quatuor notatur. Primo, sanctorum magna gloria, ibi. Qui est ex Deo. Quid enim gloriosius potest esse q̄ ex Deo esse? Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Scdo magna ipsorum sapientia, ibi. Verba Dei audit. psa. 118. Testimonium Dñi fidele, sapiētiam præstās paruulis. Tertio reproborū stultitia, ibi. Propterea vos non auditis. Pro. Sapientiā recti dogmatis atque doctrinā puræ conuersationis stulti, vt Pharisęi dicta & facta Christi, despiciunt. Quarto, magna ipsorum miseria, ibi. Quia ex Deo non estis. Quid infelicius esse potest q̄ ex Deo non esse? Osee. 7. Vę eis qui recesserunt a me. Circa primum notādum, quod sancti trib. modis dicuntur esse ex Deo. Primo, per creationē sicut effectus ex causa. Ro. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa. Scdo, per iustificationē, sicut splendor ex luce. Eph. 5. Fuistis aliquando tenebræ, nunc aūt lux in Dño. 1. Io. 3. Qui natus est ex Deo, non peccat. Tertio, p imitationem, siue assimilationem. sicut exemplū ex exemplari. 1. Io. 1. In hoc scimus quoniam in Deo sumus, si in ipso perfecti erimus 1. Io. 1. Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut & ipse ambulauit. Circa fm notandum, quod triplex est verbum Dei, quod libenter audiunt sancti. Primum est ętternale. Io. 1. in principio erat verbum. Secundum est mentale. Iob. 4. Porro ad me dictum est absconditum verbum. Tertium, vocale Matt. 4. Non in solo pane viuit homo &c. Primum audiunt per fidem. Io. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Secundum per inspirationem ps. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Tertium, p prædicationem. Luc. 8. Qui habet aures audiendi audiat. Circa tertiū notandū, q̄ stulti sunt q̄ non audiunt verbum Dei, maxime pp duo. Primo, quia ex auditu verbi Dei vitatur omne malum. Scdo, acquirit omne bonū. De his duob. Pro. 1. Qui me audierit, absq; terrore qescet s. quia in hac vita nullis terretur aduersis, & in morte de ingressu vitæ æternæ letatur & abundantia perfruetur malorū timore sublato s. in p̄senti abundantia beatorū operum ablato timore eorū q̄ corpus occidūt. In futuro abundātia gaudiorū ablato timore alicuius defectus, vel aduersitatis. Circa quartū notādū, q̄ nō esse ex Deo magna miseria est pp duo. Primo, qa q̄ sunt extra Deū hēnt oīa mala. Aug. Vnde scio qa male est mihi præter te nō solū extra me, sed ēt in me ipso, & omnis copia q̄ Deus nō est, egestas est. Secundo. quia qui est ex Deo, habet omnia optima. Aug. Qui intrat in gaudium Domini sui, & securus est, & habebit se optime in optimo &c.

De eadem ex euangelio.

SIquis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternū, Io. 8. Duo facit Dñs in verbis istis. Primo, monet ad obseruationem sui sermonis, ibi. Siquis sermonem meum seruauerit. Secundo, ponit vtilitatem obseruationis, ibi. Mortem non gustabit in æternum. Circa primū notandū q̄ sermo Dñi seruādus est sex modis. Primo, intellectu p cognitionem. ps. 36. Lex Dei eius in corde ipsius. Scdo, in affectu per dilectionem. ps. 118. Ignitū eloquium tuū vehemēter &c. Tertio, in memoria p iugem meditationē. ps. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccē tibi Deu. Audi Israel mādata vitæ, & ea in corde tuo quasi in lib. scribe. ps. 118. Meditabor in iustificationib. tuis semper. Quarto, in aure pp frequentē ipsius auditionē. Isa. 55. Inclinate aurem vestram, & venite ad me audite &c. Mat. 13. Qui hēt aures audiendi, audiat. Quinto in ore per iugem de Deo locutionē ps. 118. In labijs meis pronuntiaui oīa iudicia oris tui. Exo. 13. Lex Dei semper sit in ore ūro. Sexto, in manu per operationē. ps. 118. Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi. Circa fm notātur octo vtilitates ex obseruatione verbi Dei. Prima est, quia ab omni morbo sanat. Sap. 16. Nō herba, neq; malagma, sed sermo tuus Dñe qui sanat oīa. ps. 106. Misit verbū suū, & sanauit eos. Scda, qa aīam mundificat. Io. 11. Iam vos mūdi estis pp sermonē quē locutus sum vobis. Tertia, qa mentē lętificat. Hier. 15. factum est verbum Dñi in gaudiū & lætitiam cordis mei. Quarta est, qa Deus trinitas in corde ipsius inhabitat. Io. 14. Siqs diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diliget eū. Quinta, illuminat. ps. 118. Declaratio sermonū tuorū illuminat. Sexto, in bono conseruat. Sap. 6. Sermo tuus, Dñe, eos q̄ in te confidunt, cōseruat. Septima, liberat a morte æterna, vt hic. Siquis sermonē meū seruabit, mortē non videbit in ętternum. Octaua, perducit ad ęternā vitā & gloriam. Io. 6. Respondit ei Simon Petrus. Dñe, ad quē ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei viui: verba vitæ ętternæ habes, Ad quam perducat nos &c.

Dominica in ramis palmarum ex epistola.

QVi cum in forma Dei esset &c. Phil. 2. Tria facit Apostolus in epistola ista. Primo agit de Xpi mansuetate, ibi. Qui cū in forma Dei esset. Scdo, de ipsius humilitate, ibi. semetipsum. Tertio, de humilitatis vtilitate, ibi. Propter q̄ & Deus exaltauit illū &c. Circa primū tria facit. Primo, oñdit ipsius diuinitatē, ibi. Qui cū in forma Dei esset. Deitas si erat in forma Dei, ergo Deus erat. Act. 9. Verbū misit Deus filijs Israel annuntians pacē p Iesum Christum: hic est oīum Deus. Secūdo, oñdit diuinitatis eius virtutem, ibi. Non rapinam. id est, in veritate fuit Deus, non per rapinam sicut esse voluit diabolus. Ro. 9. Quorū patres ex quib. est Christus fm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula, amen. i. vere. Tertio ponit ipsius ęternitatem, ibi. Se esse æqualem Deo. Ioan. 1. in principio erat verbum &c. Circa fm similiter oñdit q̄ in trib. apparuit eius humilitas. Primo; in seruilis formæ susceptione, ibi. Exinaniuit semetipsum formā serui accipiens &c. Secūdo, in perfectæ obediētię exhibitione, ibi. Factus obediens &c. Io. 6. Non veni facere volūtatem meam &c. Tertio, in turpissimæ mortis toleratione, ibi Mortē aūt crucis. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eū. Circa tertiū notādū, q̄ vtilitas humilitatis eius fuit exaltatio eius post mortem eius apparuit exaltatus super omnes creaturas. Ponit aūt exaltationem eius tripliciter. Primo, in comparatione ad angelos, ibi. Vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. He. 1. Et adorent eum omnes angeli: secundo, in comparatione, vel in operatione ad homines, ibi. Terrestrium. Col. 1. Vt sit ipse primogenitus in multis fratrib. Tertio in cōparatione ad dæmones. Heb. 2. Per mortem destrueret eum, q̄ habebat mortis imperium. i. diabolū. Aug. Manus inermis, & affixa cruci debellauit aereas ptātes. Christus. n. per mortem suam subiecit sibi dæmones, hoies, & angelos, &c. Heb. 2. Oīa subiecisti sub pedib. eius: nihil dimisit non subiectum ei. Qui ergo voluerit saluari, discat primo humiliari. Lu. 14. Qui se humiliat, exaltabit. Iob. 2. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, ad q̄ nos conducat &c.

De eadem ex euangelio.

FIlius hominis tradetur, vt crucifigat. Mat. 25. Circa passionem Dñi duo debemus considerare. Primo, passionis qualitatem; secundo, passionis virtutem: tertio, passionis vtilitatem. Circa primum notādum q̄ passio Xpi fuit valde amara propter tria. Primo, propter patientis bonitatem; secundo propter passionis vilitatem; tertio, propter inferentium crudelitatem. Patientis bonitas patet ex tribus. Primo, quia nulli nocebat. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit &c. Secundo, qa illatas iniurias patientissime sustinebat. 1. Pe. 2. Qui cū maledicereturnon maledicebat; & cet. Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Tertio, quia omnibus bene faciebat. Act. 10. Qui pertrāsijt bene faciendo, &c. Ioan. 10. Bona opera ostendi vobis propter quod &c. Vilitas mortis patet ex tribus. Primo, quia fuit voce omnium tanquam sceleratissimus iudicatus; Luc. 23. At illi clamabant, Crucifige, crucifige eum. Secūdo, quia multipliciter opprobriatus est, Matt. 27. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eum, clamydem coccineam circunderunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & genu flexo ante eū, illudebant ei dicentes, Aue rex Iudæorū, & expuentes in eum acceperunt arūdinē & percutiebant caput eius, &c. Tertio, quia morte turpissima condemnatus est. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eū. Marc. 15. Et cum iniquis deputatus est. Circa tertium notandum, quod crucifigentes fuerunt valde crudeles tripliciter. Primo, ante mortem eum crudeliter flagellādo. Mat. 27. Iesum vero flagellatum tradidit eis &c. Secundo, cum in morte cum aceto & felle potando. Io. 19. Vas ergo positum erat aceto plenum. psal. 68. Et in sitī mea potauerūt me aceto. Tertio, post mortem iam mortuum vulnerando. Ioan. 20. Vnus ergo militum lācea latus eius aperuit. Circa virtutem passionis notandum, q̄ virtus passionis eius apparuit in tribus. Primo in cœlo, quia ei lumē abstulit, Luc. 23. Et tenebrę factæ sunt super universam terram vsque ad horam nonam, & sol obscuratus est, &c. Secundo in terra q̄ tremuit, Mat. 27. Terra mota est. Tertio, in inferno q̄ mortuos reddidit, Mat. 27. Multa corpora sanctorū, &c. Virtutem ergo passionis Christi cœlum clamat, terra prædicat, infernus nuntiat. Phi. 2. Christus factus est obediēs vsque ad mortem, &c. & post. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum. Circa vtiliratem passionis, consecuti sunt utilitatem de passione Christi, cęlestes, terrestres, & infernales. Per passionem ergo Christi cęlestes reparati sunt, homines terrestres de manu diaboli liberati, & sancti patres qui erant in inferno, inde extracti. De primo, Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in cęlo sunt, siue quæ in terra &c. De secundo, Io. 11. Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras.

Col. 1. Expolians principatus & potestates. De Tertio, Zac. 9. Tu quoque in sanguine testamenti &c. Item nota septem virtutes in morte Christi. *Quære in sermone*, Apparebit &c. Dicire filiæ Sion &c. *Quære utrumque in quadragesimalibus*, ibi, Fructus arboris pulcherrimę.

In festo Resurrectionis ex epistola.

PAscha nostrum immolatus est Christus &c. 1. Cor. 5. Dñs noster Iesus Xps tripliciter exhibuit se nobis in esum. Primo sacramentaliter Mat. 26. Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est. n. corpus meum. Secundo spūaliter: Aug. Vt quid paras dentem & uentrem? crede & manducasti. Tertio æternaliter, Aug. Ibi de te me satiabis satietate mirifica. Secundum hoc triplex Pascha fecit nobis. Primum corporale, secundum spūale, tertium æternale. Hæc sunt tria Paschata mystica quæ celebrauerunt filij Israel. Primum in exitu de Aegypto, Exo. 12. Secundum in deserto, Num. 9. Tertium in terra promissionis, Iosue 5. Ad celebrandum primum Pascha, in quo comedimus agnum immaculatum pro omnib. immolatum, ostendit Apostolus in ista epistola quinque esse necessaria. Primo, vt expurgemur a carnali concupiscentia, ibi. Expurgate vetus fermentum: Vetus fermentum est carnalis concupiscentia, quæ a primo parente incæpit corrumpere massam naturæ humanę. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Secundo ut expurgemur a superbia. ibi, Non in fermento malitiæ. Malitia dr̄ superbia antonomasice, quia est initium omnis malitiæ. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. Tertio, monet expurgari a malo auaritiæ, ibi. Et nequitiæ. Auaritia dicitur nequitia, quia vult quod nequit: vult enim omnes diuitias mundi, quod numquam erit. Eccl. 10. Nil nequius quam amare pecuniam. Quarto, necessaria est mentis munditia, ibi. Sed in azymis sync̄ritatis. Qui. n. vult celebrare istud solenne Pascha, oportet eum esse mundissimum. Nu. 18. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Quinto necessaria est uitæ ueritas, ibi. Et veritatis. Eph. 4. Veritatem aūt facientes in charitate &c. Qui ergo vult celebrare istud ineffabile pascha, expurgetur a malo carnalis concupiscentiæ, a malo auaritiæ, a malo superbiæ, & delectetur in mentis puritate, in veritate vitę, & veniet ad pascha quod non sequitur quadragesima, sed erit ibi iugis & æterna solemnitas, ad quam perducat nos Deus Iesus, Amen.

De eadem ex euangelio.

IEsum quæritis nazarenum crucifixū, surrexit. Mat. 24. In his verbis quinque notantur: Primo, infinita Domini nostri Iesu Christi bonitas: secundo delectabilis ipsius speciositas: tertio, admirabilis ipsius charitas: quarto, iucunda Dei solemnitas: quinto, feruens mulierum charitas. Primum ibi, Iesum. Iesus enim interpretatur Saluator: quod. n. mori uoluit ut sua nos morte saluaret infinitæ fuit vtique bonitatis. Vere hodie apparuit Saluator propter tria. Primo, quia hodie nos saluauit a dęmonibus, quos hodie expoliauit. Colos. 2. Expolians principatus & potestates &c. Secundo, quia hodie nos saluauit a morte, quam hodie debellauit. Grego. Deus qui hodierna die &cæt. 1. Corin. 12. Absorpta est mors in victoria. Hodie enim uictoriosus Christus victa morte resurrexit. Tertio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia saluauit nos de inferno, quem hodie catenauit. F
psl. 106. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit &c. Speciositas resurgentis notatur, ibi. Nazarenus. Nazarenus interpretatur floridus, in floribus autē pulchritudo consistit. Cant. 2. Ego flos campi, & liliū conuallium. Fuerunt autem in Christo triæ genera florum, primo flores rubei, secundo nigri, tertio candidi. Flores rubei sunt guttæ sanguinis; nigri, liuores vulnerum: candidi, spiēdores glorificati corporis. De primo & tertio, Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. De secundo. 1. Pet. 2. Cuius liuore sanati sumus. Fuit ergo Iesus totus floridus, quia circundatus rosis, i. guttis sanguinis; ornatus violis, i. liuoribus vulneris; vallatus lilijs, i. splendoribus glorificati corporis. Cant. 2. G
Flores apparuerunt in terra nostra. Charitas resurgentis, ibi. Crucifixum. Hæc. n. vere fuit inextimabilis dilectio charitatis, quam nullus hoium capere potuit. Eph. 3. Scire et supereminentem scientiæ charitatem Xpi, &c. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Voluit autem mori morte crucis maxime pp tria. Primo, vt se mortuum vere fuisse, & per hoc vere resurrexisse manifestē omnibus demonstraret. Omnibus, n. patuit q̄ fuit vere mortuus, cum crux in alto posita eum mortuum demonstraret. Act. 10. Scdo, vt sicut arbor mortis fructum produxerat, sic arbor fructu vitæ suæ omnes viuificaret. Greg. Qui salutem humani generis H
in ligno crucis &c. Tertio, vt de diabolo qui hoiem per lignum vicerat, per lignum similiter triūpharet. Greg. Et qui in ligno vincebat, per lignum quoque vinceretur, &c. Quartum, s. presetis diei festiuitas, notatur, ibi. Resurrexit. Resurrectio. n. dominica fecit nobis hunc diem solemnitatis & lætitiæ. psal. 116. Hæc dies quam fecit Dominus. Fecerunt istum diem solemnem tria. Primo cælum, angelum transmittendo. Mat. 28. Angelus Domini descendit de cælo, &c. Secundo, terra prægaudio exultando. Mat. 28. Et ecce terremotus factus est magnus. Tertio infernus, sanctos restituendo. Mat. 27. Multa corpora sanctorum, qui dormierūt, surrexerunt. Ergo cælum, terra, infernus testimonium reddiderunt resurrectionis Iesu Christi. Quintum, s. mulierum I
charitas, notatur, ibi. Quæritis. Docent autem nos istæ sanctæ mulieres quęrere Iesum exemplo suo, si uolumus eum inuenire. Quæritur Iesus tripliciter. Primo fide, secundo spe, tertio charitate. glo. super illud Mat. 6. Primum quęrite regnum Dei dicit quod Xps est quærendus fide, spe, & charitate. Fide quærit cum rationalis, quæ quærit lucem suæ veritatis: spe quærit eū irascibilis, quæ quærit gloriam suæ maiestatis: charitate quę rit eū cōcupiscibilis, quæ quærit dulcedinē suæ bonitatis. Istæ sunt tres Mariæ, de quibus dicitur in euangelio hodierno. Dominus Iesus faciat nos quærere & inuenire, Amen. Hæc dies quam fecit Dominus. *Quære inter festiuos. Surrexit dominus vere.*

Feria secunda post Pascha ex euangelio.

DE Iesu Nazareno, qui fuit vir prophęta potens in opere & sermone, &c. Luc. vlt. In istis uerbis tria dicuntur de Domino Iesu Christo. Primo, magna ipsi⁹ bonitas, ibi. De Iesu Nazareno. Secundo, ipsius potentia, ibi. Qui fuit potens in opere. Tertio, ipsius sapiētia, ibi. Sermone. Scdm membrum prosequaris, circa quod notandum q̄ quatuor sunt opera Christi, in quibus apparuit potentia eius. Primum opus eius est opus creationis. psa. 103. Oīa in sapientia fecisti. i. in filio. In isto opere apparuit potens tripliciter. Primo secundum materiam, q̄a de nihilo fecit oīa. Ge. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, creare est de nihilo aliquid facere; secundo secundum modum, q̄a verbo fecit. psa. 148. Dixit & facta sunt. Tertio secundum causam, quia magna fecit. psa. 111. Magna opera Dei. Sap. 8. A magnitudine creaturæ cognoscitur creator cognoscibiliter &c. Secūdum opus eius fuit opus recreationis, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, in passione, secundo, in resurrectione: tertio, in ascensione. In passione apparuit potens, quia potestates aereas debellauit, Colo. 1. Expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphās illos in semetipso. In resurrectione apparuit potens, quia propria virtute de morte triumphauit. 1. Cor. 5. Absorpta est mors in victoria. In Ascensione apparuit potens, q̄a propria virtute ad cœlos transuolauit. Luc. vlt. Eleuatis manib. suis benedixit eis; & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Tertium opus fuit opus admirationis, s. opus miraculorum, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, q̄a fecit multa magna miracula. Mat. 11. Cæci vident, claudi ambulāt, &c. Secundo, quia fecit sola uerbi potentia. Matth. 8. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Tertio, quia faciebat authoritate ꝓpria. Marc. 1. In potestate spiritib. immūdis imperabat, & obediebant ei. Quartum opus eius erit opus retributionis. psalm. 18. Opera manuum eius veritas & iudiciū. In isto opere apparebit opus ei⁹ tripliciter. Primo, in omnium creaturarum cōmotione. Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Secundo, in mortuorum resurrectione. 1. Cor. 15. Canet. n. tuba, & mortui resurgent incorrupti. Tertio, in reproborū, & dæmonum condemnatione. Mat. 25. Tunc dicet his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me. Patet ergo quod timendus est Dominus qui tantam hēt potentiam, Hiere. 5. Me ergo non timebitis, & a facie mea non dolebitis &c. Tres sunt qui testimonium dant in cęlo. 1. Io. 5. *Require inter festiuos in festo Trinitatis, &c.*

Dominica in octaua Paschæ ex epistola.

TRes sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, sanguis & aqua. 1. Ioan. 5. Necesse est quòd credamus Christum Deum verum, & verum hominem, & ideo voluit Christus multis testimonijs probare quòd esset Deus & homo: vtrunque habemus hic. s. de testimonio diuinitatis eius dicit supra. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo. De testimonio humanitatis dicit hic. Tres sunt qui testimonium dant in terra. Circa primum notandum quod duodecim testimonia habuit Christus quod esset verus Deus. Primo, testificatus est pater, secundo filius, tertio Spiritussanctus, quarto miraculorum operatio, quinto sancti, sexto K
Angeli, septimo cœlum, octauo aer, nono aqua, decimo terra, vndecimo infernus, duodecimo ignis. *Quære omnia in Dominica infra oct. Ascensionis.* Circa secundum notandum quod triplex testimonium ponit hic beatus Ioannes de humanitate eius in quibus maxime apparuit charitas eius ad nos. Primum, fuit sanguinis effusio, secundum aquæ emanatio, tertium spiritus emissio. De primis duobus. Ioan. 20. Et continuo exiuit sanguis & aqua. De tertio, Matthæo vigesimoseptimo. Et inclinato capite emisit spiritum & cæt. In sanguinis effusione quinque bona nobis fecit. *Quære in Dominica de passione.* Circa

ca secundum notandum, quòd triplicem aquam dedit nobis Dominus Iesus. Primo, aquam baptismi ad peccatorum ablutionem. Eze. 18. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini. Secundo, aquam sapientię ad sitis spiritualis extinctionem. Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum, Io. 4. Siquis biberit ex aqua &c. Aug. dicit, Siquis biberit de aqua paradisi, de quo vna gutta maior est quam oceanum, restat vt in eo extinguatur sitis cupiditatis mundanæ. Tertio aquā spiritussancti ad refrigerationem. Io. 7. Siquis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, fluuina de ventre eius fluent aquæ viuę: hoc aūt dicebat de spiritu &c. Circa tertium notandum, q̄ emisit spiritum ad tria. Primo, vt nos viuificaret. Ioa. 10. Ego B
animam meam pono pro ouibus meis. Secundo, vt sanctos de inferno liberaret. Spiritus enim Christi cū diuinitate descendit ad inferos, & eduxit sanctos, qui tunc erant ibi. Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamēti &c. Tertio, vt emittendi spiritum nobis exemplum daret. Quicunq; enim sequi Christū desiderat, oportet quod omnino relinquat spiritum suum. Luc. 9. Siquis vult post me venire, abneget semetipsum. 2. Cor. 5. Pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuāt, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Qui sic moritur, veniet ad vitam, vbi nullus moritur. Ad quam nos conducat Christus vita nostra. Amen.

Dominica in octaua paschæ ex euangelio.

PAx uobis, Ioa. 21. In isto euangelio inuenitur quod tripliciter obtulit Dominus pacem discipulis suis, ad demonstrandum quod tripliciter est nobis necessaria. Primo, cum Deo, de quo Ioa. 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Secundo, pax in nobis, de qua Iob. 5. Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum. Bern. Pax vobis a vobis sit, & quicquid exterius minari videtur, non timebitis, quia non nocebit. Tertio, pax cum proximis est necessaria. Rom. 12. Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominib. pacem habentes. Circa primam pacem notandum D
quod tria sunt ei necessaria, qui vult habere pacē cum Deo. Primo vt Deū timeat. Ecc. 1. Corona sapientiæ timor Domini replens pacem & salutis fructum. Item in eodem. Timor Domini expellit peccatum. Secundo, vt in eodem spem suam habeat. Isa. 26. Facies pacem nobis, quia in te speramus. Tertio, vt mandatis eius obediat. Isa. 48. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut fluuius pax tua &c. circa secundam pacem nota quod tria sunt necessaria homini qui vult habere pacem secum. Primo, vt Deo se totum subijciat. Iob. 22. Aquiescito ei, & habeto pacem. Secū do, vt bonam voluntatem semper custodiat. Luc. 3. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tertio, vt omnes motus animi, & corporis secundum prudentiam E
spiritus regat. Rom. 8. Prudentia spiritus, vita, & pax. Mat. 5. Beati pacifici. Glos. Pacifici sunt omnes qui motus animi componunt, & rationi subijciunt, & in his non repugnant. Circa tertiam pacem nota quod tria sunt homini necessaria, qui vult habere pacem cum proximis. Primo, vt quæ placita sunt Deo faciat. Prou. 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Secundo, vt nulli iniuriam faciat. 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem. psal. 110. Pax multa diligentib. legem tuam. Lex Dei est, vt quæ nolumus fieri nobis, alijs ne faciA
mus: quæ autem nobis fieri volumus, similiter alijs faciamus. Tertio, vt omnib. benefaciat. Ro. 2. Gloria, honor, pax omni homini operanti bonum. Sunt autē triaquæ maxime destruunt pacem. Primo, superbia. Iob. 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Secundo, iracundia. Eccl. 26. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbat amicos, & in medio pacem habentium mittet inimicitias. Tertio, quælibet iniquitas. Is. 28. Nō est pax impijs, dicit Dominus. Debet ergo ille ista tria remouere, qui vult pacem habere in præsenti cum Domino, secum, & cum proximo, & pacem æternitatis in futuro. Ad quam perducat nos Dominus, &c.

Dominica prima post octauam Paschæ ex epistola.

CHristus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. 1. Pet. 2. In ista epistola quatuor notantur. Primo, notatur Domini nostri innocentia, ibi. Qui peccatum non fecit. Secundo, maxima ipsius patientia, ibi. Cum pateretur, non comminabat. Tertio, ineffabilis ipsius charitas, ibi. Qui peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignū &c. Quarto, multiplex ex his tribus nostra vtilitas, ibi. Cuius liuore sanati sumus. Circa primum notandum quod eius innocentia ostenditur in tribus. Primo, quia peccatum non fecit. Heb. 7. Talis decebat vt esset nobis pontifex sanctus, innocens &c. Secundo, quia nullum C
decepit, ibi. Nec inuētus est dolus in ore eius. 2. Cor. 1. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Siluanum, & Timotheum, non fuit in illo est & nō, sed est in illo fuit &c. Tertio, quia nulli iniuriam intulit, ibi. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Isa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet &c. Circa secūdum notandum, quod eius potentia ostenditur in tribus. Primo, quia passioni se sponte obtulit, ibi. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secundo, quia iniuste iudicatus patientissime sustinuit, ibi. Iudicanti se iniuste: hæc enim est vera patientia, quando quis iniuste iudicatus hilariter sustinet. Io. 10. Multa bona opera ostendi vobis, propter quod &c, 1. Pet. 2. Hæc enim est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Tertio, quia nec crucifigentibus minas intulit, ibi. Cum pateretur, non comminabatur. Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Pro eis orauit Is. 53. Et pro transgressoribus rogauit vt non perirent. Circa tertium similiter notandum, quod ostenditur charitatem eius magnam fuisse in trib. Primo, quia peccata nostra ipse abstulit. Ioā. 1. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Secundo, in modo oblationis, quia in corpore suo pœnas peccatorum nostrorum ipse pertulit, ibi. In corpore suo. Is. 53. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras &c. Tertio, quia tam crudelem mortem pro peccatis nostris auferendis sustinuit, ibi. Super lignum, idest crucem. Phil. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Circa quartum ostendit quod triplicem vtilitatem contulit nobis mors Christi. Primo, quia nos liberauit a malo culpæ, ibi. Pro peccatis mortuus. Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate &c. Secundo, quia restituit nobis bonum gratiæ, ibi. Iustitiæ viuamus. Rom. 5. Sicut per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita &c. Ioan. 1. Et de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro

gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia. Tertio, ostendit quod seruauit nos a corruptione, ibi. Cuius liuore sanati sumus. Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit. Ista sunt aria vestigia, in quibus debemus illum sequi. Primo, in innocentiæ puritate. Leu. 11. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Matth. 5. Beati mundo corde. 1. Pet. 1. Et ipsi sancti in omni conuersatione sitis, quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Leu. 11. Sanctificamini, & estote sancti, quoniam sanctus sum ego, dicit Dominus. Secundo, in patientiæ firmitate. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Heb. 12. Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit cõtradictionem. Tertio, in charitate. Iob. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem &c. Iob. 30. Vestigia eius secutus est pes meus &c. Qui sequitur eum per ista vestigia peruenit ad æternæ beatitudinis gaudia. Io. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ad quod nos perducat Christus lux & vita. Amen.

Christus passus est pro nobis &c. Duo notantur hic. Primo, magna Christi patientia, ibi. Christus passus est. Secundo, de passione ipsius vtilitas, ibi. Pro nobis. De passione Christi. *Quære in dominica de ramis palmarum: de vilitate, in Dominica de passione &c.*

De eadem Dominica ex euangelio.

BOnus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Io. 10. In istis verbis tria notantur. Primo, magna Domini nostri Iesu Christi bonitas, ibi. Bonus pastor. Secundo, magna ipsius charitas, ibi. Animam suã dat. Tertio, electorum ipsius sanctitas, uel bonitas, ibi. Pro ouibus suis. Circa primum sciendum, quod Christus dicitur bonus pastor propter tria. Tria enim sunt officia boni pastoris. Primum est oues defendere; secundum est in bonis pascuis tenere, & pascere: tertium est errantes requirere. Sic Dominus noster Iesus Christus, primo oues suas defendit a leonibus, ideſt, dæmonibus, a lupis, ideſt, tyrannis: ab ursis, ideſt, hæreticis. Ezec. 24. Pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum: & post. Liberabo gregem meum. Ioan. 10. Non peribunt in æternum, & non rapiet eas, &c. Secundo, oues suas in prato scripturæ gaudia & gloriæ pascit. Eze. 34. In pascuis vberrimis pascã eas, & in montib. excelsis Israel erunt pascuæ earum. Errantes solicite requirit. Luc. 3. Quis ex nobis homo qui habet centum oues &c. Ezech. 34. Et ecce ego ipse requiram oues meas &c. Circa secundum notandũ quod tria nobis dedit Christus in quib. apparuit magna eius charitas. Primo, corpus in cibum, Matt. 16. Accipite & manducate. Hoc est corpus meũ. Secundo, sanguinem in potum. Matth. 26. Accipite & bibite &c. Tertio, animam in pretium. 1. Ioa. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, qui animam suam pro nobis posuit. Ioan. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Circa tertium notandũ, quod tres sunt actus bonitatis. Primus est nulli nocere. 2. Corin. 7. Nemini dantes ullam offensionem. Secundus est iniurias patienter ferre. Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes &c. Tertius est sua & se omnibus libenter tribuere. Dion. Bonum est sui ipsius diffusiuum. 1. Ioann. 3. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Propter hæc tria dicuntur sancti oues. Primo, quia oues nemini iniuriam faciunt: secundo, quia mansuete mala sufferunt; tertio, quia se, & sua ad usum hominum tribuunt, qui sic sunt oues Christi pertenient sine dubio ad ouile Christi, quod est cæleste regnum. Matth. 25. Statuet oues quidem a dextris &c. & post. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, ad quod nos perducat. Amen.

Dominica secunda ex epistola.

OBsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, &c. 1. Petr. 2. Quatuor notantur in uobis istis: Primo, indicitur carnalium vitiorum abstinentia, ibi. Abstinete vos a carnalibus desiderijs. Secundo, ostenditur abstinentiæ necessitas, ibi. Quæ militant aduersus animam. Tertio, præcipitur conuersationis honestas, ibi. Conuersationem inter gentes habentes bonam. Quarto, subiungitur bonæ conuersationis vtilitas, ibi. Vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Dominum in die visitationis. Circa primum notandum quod tria sunt genera desideriorum, a quibus scriptura præcipit abstinere. Primo a desiderijs sæcularibus: secundo a desiderijs nociuis & inutilibus: tertio a desiderijs carnalibus. Desideria sæcularia sunt, cum desiderantur honores seculares. Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. Desideria nociua sunt cum desiderantur diuitiæ temporales. 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua; quæ mergunt homines in interitum & perditionem; &c. Desideria carnalia sunt cum desiderant delectationes carnales. Ro. 16. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Circa secundum notandum, q̃ carnalia desideria tripliciter militant aduersus animã, & ideo habemus necesse abstinere ab eis. Primo militant aduersus eam continue impugnando. Iob. 6. Militia est vita hominis super terram, tota vita hominis quasi pugna quædam. Secundo, mortaliter per culpam vulnerando. Prouer. 21. Desideria occidunt pigrum: noluerunt manus eius quicquam operari. Tertio, æternam perditionem & interitum infligendo. 1. Ti. 6. Desideria multa inutilia quę mergunt homines in interitum; desideria enim carnalia occidunt per culpã hic, & in futuro occidunt pro mortem æternam. Circa tertium notandum quod bona conuersatio consistit in tribus. Primo, in mentis puritate. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo; Secundo, in morum honestate, siue sanctitate. 2. Pe. 3. Cum igitur omnia dissoluenda sint quales uos oportet esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & præparantes, &c. Tertio, in cęlestium gaudiorum continua auiditate. Philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Circa quartum notandum quod tripliciter ponit vtilitatem de bona conuersatione. Prima est detractorum confutatio, vel cohibitio, ibi. In eo quod detractant de vobis, 1. Petri secundo. Hæc est voluntas Dei, vt benefacientes, &c. Secundo, honorificatio, ibi. Ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Tertio, magna bene conuersantium remuneratio, ibi. In die visitationis.

glosa.

glosa, ibi. In die visitationis, ideſt, in tẽpore retributionis. Quanta sit gloria donãda nobis solus Deus cognoscit. Ad quam nos perducat Dominus Iesus. Amen.

Item, ad idem ex euangelio.

MVndus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, Io. 16. Tria notãtur in istis verbis. Primo, mundanorũ stultitia, ibi. Mundus gaudebit. Eccl. 2. Risum reputaui errorem, & dixi gaudio, quid frustra deciperis? Secundo, sanctorũ sapientia, ibi. Vos autem contristabimini. Eccl. 7. Cor sapientis vbi tristitia, cor stultorum vbi lætitia. Tertio, futura sanctorum lætitia, ibi. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Luc. 6. Beati qui lugetis, quoniã gaudebitis &c. Circa primum notandum, q̃ tria ostendunt lęti tiam mundanorum esse stultam. Primo tempus, quia modo non est tempus gaudendi, sed flendi. Eccl. 1. Tẽpus flendi, & tempus ridẽdi; præmittit tempus flendi, subiungit tempus ridendi, vt ostenderet quod tempus flendi est præsens, & futurum erit ridendi; vnde quidam. Nunc tempus flendi, & tempus peccata lugendi. Secundo locus, quia mundus iste locus est tristiæ, & non lætitiæ. pſ. 83. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit. Iudicum secundo. Angelus Domini ascendit de Galgala ad locum flentium. Tertio causa, quia gaudent de malis. Prou 2. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Satis ergo patet quod stultum est gaudium mundanorum, cum gaudeant in tẽpore tristitiæ, in loco miseriæ, in perpetratione malitiæ. Augu. Quid est sęculi gaudium, breuiter dicam. Impudicitia, nequitia, in spectaculis nugari, turpitudinem facere, ebriositate ingurgitari. Circa secundum notandum, q̃ est sapientiæ tristari propter tria. Primo, quia per tristitiam corripitur hoīs malitia. Eccl. 7. Per tristitiã vultus corrigitur animus delinquẽtis. Secundo, quia per momentaneam tristitiam euadit homo æterna supplicia. Gregor. Sancti præsentem vitam lucrum putant, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Naum. 1. Afflixi te, & non affligam te amplius. Tertio, quia per modicã iustitiam acquirunt æterna gaudia. 2. Corin. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contẽplantib. nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ. n. videntur rẽporalia sunt, quę non vidẽtur ęterna. Circa tertiũ notandum, q̃ futura sanctorum lętitia dicitur esse in trib. Primo, in diuinę presentiæ cõsolatione, ibi. Iterum aũt videbo vos. Aug. in lib. de ciuit. Dei. Primum erit ipse Deus, qui erit oia in omnib. qui erit nobis salus, honor, & gloria, pax, & gaudium, & omnia bona. Gen. 14. Ego merces tua magna nimis. Secundo, in summa cordis exultatione, ibi. Et gaudebit cor vestrum. Isa. 35. Gaudium, & lætitiam obtinuerunt. Tertio, in æternitatis assecutione, ibi. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Isa. 15. Veniet in Sion cum laude & lætitia sempiterna super capita eorum. Ad quam lætitiam perducat nos Christus. Amen.

Dominica tertia ex epistola.

SIt omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquẽdum. Ioc. 1. Apostolus Iacobus monet nos in istis verbis, vt proniores simus ad audiẽdum, quàm ad loquendum: & debent nos admonere tria. Primo, naturæ documentum: secundo, nocumentum: tertio, emolumentum. Natura tripliciter docet nos ut plus audiamus quam loquamur. Primo, quia natura dedit homini duplex instrumentum audiendi, & tantum vnum loquendi, vt hoc ipso ostendatur quod in duplo homo debet audire quam loqui. Secundo, quia natura dedit pluribus animalibus auditum, loquelam non dedit nisi homini animali rationali, vt ex hoc ostenderetur quod locutio debet esse rõnalis. Col. 4. Sermo vester semper sit sale conditus. Tertio, qa natura dedit instrumẽta audiendi semper aperta, sed instrumentum loquendi clausit sub duobus claustris, vel muris: homo. n. semper habet aures apertas, sed linguam clausam sub labijs & dentibus; est enim lingua quasi mala monacha, & ideo reclusit illam Deus sub plurib. claustris. Michęæ 8. Custodi claustra oris tui. Circa secundum sciẽdum quod triplex nocumentum prouenit ex multa locutione. Primo, malum culpæ. prou. 10. In multiloquio non deerit peccatum. Secundo, malum pœnæ. Eccle. 20. Qui multis vtitur verbis, affligit animam suam. Tertio, malum infamiæ. prou. 18. Qui respondet antequam audiat, stultum se esse demonstrat, & dignum confusione. De his trib. Iac. 3. Lingua enim est uniuersitas iniquitatis, ecce primum. Lingua est inquietum malum plena ueneno mortifero, ecce secundum. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, ecce tertium. Circa tertium notandum, quod triplex vtilitas puenit homini qui multum audit, & parum loquitur. Primo bona gratiæ. Eccl. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Secundo, bona sapientiæ. Eccle. 6. Si inclinaueris autem tuam, excipies &c. Tertio, iucunditas mentis & tranquillitas. prou. 31. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam &c.

Decimaquarta ex epistola.

SIquis putat se religiosum esse, non refrẽnans linguã suam &c. Iacob. 1. In istis uerbis monet B. Iacobus ad refrẽnationem linguæ. Sunt aũt tria quæ dẽnt mouere ad refrænandam linguam. Primo, quia qui non refrẽnat linguam suam cadit in multa peccata. Secdo, quia multa mala pœnę incurrit. Tertio, qa qui refrẽnat linguam suam, multa bona acqrit. De primo, prou. 3. In multiloquio peccatum non deerit. De secundo eccl. 20. Qui multis utitur verbis, affligit animam suam. De tertio, prou. 18. Qui respondet priusquam audiat, stultum se esse demonstrat. Circa primum notandum, qđ scriptura ponit multas linguas, per quas significantur diuersa peccata, quæ committuntur per linguam, & tales linguæ sunt refrænandæ. Prima est lingua dolosa, quæ est in duplicibus, & proditoribus. pſa. 119. Libera me a lingua dolosa. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & in occulto ponit ei insidias. Secunda est lingua magniloqua quæ est in superbis & arrogantibus. pſ. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Tertia est lingua serpentina & uenenosa, q̃ est in inuidis & detractorib. pſ. 139. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenũ aspidũ sub labiis eorum. Quarta est lingua mendax in periurantibus, mentientibus, & falsis testibus. prou. 16. Sex sunt quæ odit Dominus, oculos sublimes, & linguam mendacem &c. Quinta est lingua blanda, quæ

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in mentientibus. Prou. 6. Vt custodias te a muliere F
mala,& a blanda lingua extraneæ. Sexta est lingua ter
tia quæ est in lenis,& lenonib. Eccles. 28. Lingua tertia
mulieres viratas eiecit,& priuauit illas laboribus suis.
Prima lingua in opere luxuriæ est hominis diligentis
mulierem: secunda mulieris dilectæ: tertia est lingua
nuntij, vel nuntiæ portantis verba dilecti ad dilectam,
& dilectæ ad dilectum. Septima est lingua iniqua, quę
est in adulatorib. Prou. 14. Malus obedit linguę iniquę.
Lingua iniqua est quando facit malum adulatoribus
pronocantib. Octaua est lingua gladiosa, quæ est in ira
cundis & furiosis, qui conuitijs & opprobrijs occidunt
multos. psal. 56. Filij hominum dentes eorum, arma &
sagitta lingua eorũ gladius acutus. Nona lingua fallax, G
quæ est in malis mercatorib. & deceptoribus; q fallunt
simplicem, merces suas mendacijs præcommendan-
do, vel falsis ponderibus, numeris, & mensuris decipiẽ-
do. Prou. 26. Lingua fallax non amat veritatem, i. Chri
stum, & os lubricum operatur ruinas, s. corporis & ani-
mæ. Prou. 21. Qui congregat thesauros lingua menda-
cij, s. in operatione, vanus & excors, i. sine corde & di-
scretione, & impingitur ad laqueos mortis, s. velit no-
lit. Decima est lingua blasphema, quę est in eis qui Deũ
& sanctos suos blasphemãt. Vndecima est lingua acha
ris, i. sine gratia, quæ est in histrionibus, & derisoribus
in eis qui verba otiosa libenter loquuntur. Eccl. 20. Ho
mo acharis quasi fabula vana. Circa secundum notan-
dum, q multas pœnas incurrit homo, qui non refrenat
linguam suam. Primum est ruina, Prou. 12. Propter la
biorum peccata ruina proximat malo. Eccles. 10. Labia
stulti præcipitabunt eũ. Secundum est, quia nihil habe
re potest in vita ista prosperum, ps. 139. Vir linguosus
non dirigetur in terra. Tertiũ, labor. Quartum, dolor.
psal. 9. Sub lingua eorum labor & dolor. Quintũ, ipsius
peruersa destructio loquentis. Sextum, ipsius de vita
æterna repulsio. psal. 51. Dilexisti omnia verba præci-
pitationis lingua dolosa, propterea Deus destruet &c.
Septimũ, est ipsius malæ linguæ arefactio. Isa. 41. Lin-
gua eorum siti exaruit. Octauum, eius deniq; malę lin
guæ in igne infernali cruciatio. Luc. 16. Mitte Lazarũ, I
vt intingat &c. Nonum eiusdem linguæ commanduca
tio Apoc. 16. Commanducabunt linguas suas præ do-
lore. Decimum, est mors ęterna. Prou. 17. Mors & vita
in manu linguæ, idest, in operatione vel operibus lin-
guæ. Qui refrænat linguam suam, habebit vitam æter
nam: qui non, habebit mortem æternam. Vndecimum,
sentiet omnẽ malum. Prou. 17. Qui vertit linguã suam,
s. nigrum in candidum vertit ad libitum audientiæ, in-
cidet in malum, s. gehennæ. prou. 13. Qui custodit os
suum, custodit animam suam: qui autem inconsidera-
tus est ad loquendum, sentiet mala. s. æterna. Circa ter-
tium notandum, quod multa bona contingunt ex re-
frænatione linguæ. Primum est, uitæ perfectio. Iac. 3.
Siquis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Se- K
cundum est, mentis in Deum eleuatio. Tre. 3. Sedebit
solitarius, & tacebit &c. Tertium est, uitę ęternę acqui
sitio. psa. 33. Quis est homo qui uult uitam? diligit dies
uidere bonos? Cohibe linguam tuam a malo, &c.

Dominica quarta ex euangelio.

ARguet mundum de peccato, de iustitia, & de iu-
dicio, Io. 17. In istis uerbis tria ponuntur, de quibus Sanctusspiritus arguet mundanos. Primo, arguet de peccato, quod debent fugere? Secundò, de iustitia quam debẽt facere: tertio, de iudicio quod debent ex-
pauescere. Primum, ibi. De peccato; secundum, ibi. De iustitia; tertium, ibi. De iudicio. Circa primum notan-
dum, quod peccatum fugiendum est propter multa,
sed maxime propter tria magna mala quæ fecit homi-
ni. Primo, quia ponit hic pẽcatores in multa miseria.
prou. 14. Miseros facit populos peccatũ. Secundo, quia
priuat hominem æterna gloria. Isai. Tollatur impius, ne
videat gloriam Dei. Tertio, quia ducit hominẽ ad ęter-
na supplicia. Mat. 25. Ibunt hi in supplicium æternum.
Circa secundum notandum, q iustitia est facienda ma
xime propter tria. Primo, quia ponit hic hominem in
multa lætitia. ps. 18. Iustitiæ Domini rectæ lætificantes
corda. Secũdo quia liberat hominem morte, perpetua. G
prouer. 11. Iustitia, s. opera iustitiæ liberabit a morte, s.
æterna, prou. 25. Qui sequitur iustitiam & misericor-
diam, inueniet vitam. Tertio, quia ducit hominem ad
æterna gaudia. Mat. 25. Iusti autem ibunt in vitam ęter
nam. Circa tertium notandum, q futurum iudicium
maxime est timendum propter tria. Primo, propter iu
dicis æquitatem. psal. 7. Deus iudex, iustus, fortis, & pa
tiens. Secundo, propter iudicis seueritatem. Iud. 6. In
die iudicij visitabit illos, & dabit ignes & vermes, &c.
Tertio, propter sententiæ irreuocabilitatem. Matt. 25.
Discedite a me maledicti in ignem æternum. Aeter-
num dicitur quod finem non habet. A quo igne liber- H
et nos Deus. Amen.

De eadem dominica ex euangelio.

CVm venerit paraclitus ille arguet mundum, Io. 6.
Dupliciter arguet Dominus peccatores in præsen
ti & in futuro: in præsenti tripliciter. Primo, per lumi-
nis Spiritussancti infusionem, vt dicitur Eph. 5. Omne
quod arguitur, a lumine manifestatur. Secundo, per
prędicationem. Iudæ 2. Illos autem redarguite iudica-
tos. 1. Ti. 4. Argue, obsecra, increpa &c. Tertio, per con
scientiæ remorsionem Iob. 13. Veruntamen vias meas
in conspectu eius arguam. & ps. 49. Arguam te, & sta-
tuam contra faciem tuam, i. conscientiam tuam. In fu-
turo tripliciter redarguẽtur peccatores. Primo arguet
eos sua malitia seipsam manifestando. Hier. 2. Arguet
te malitia tua. Secundo, omnis creatura eos increpan-
do. Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra in-
sensatos. Tertio, arguet eos Christus iustissime con-
demnando, in canon. Iudæ 2. Ecce venit Deus in san-
ctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & ar-
guere omnes impios de omnibus operibus impietatis
eorum, quibus impie egerunt. Arguet autem triplici-
ter. Primo, in æquitate nullatenus a iustitia declinan-
do. Isa. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ.
Secundo, in furore sæuissime impios puniendo. psa. 6.
Domine ne in furore arguas me. Tertio, arguet vniuer
saliter nulli impio indulgendo. Indit. 2. Ecce venit Do-
minus cum sanctis millibus suis facere iudicium con-
tra omnes, & arguet omnes impios. A qua arguitione
liberet nos Deus. Amen.

Item ad idem ex euangelio.

EXiui a patre, & veni in mundum iterum relin-
quo mundum, & vado ad patrem. Ioan. 16. Qua-
tuor ponit in verbis istis. Primo, suum a patre exitum,
ibi. Exiui a patre. Exire suum a patre fuit se visibilem
facere. Secundo, suum in mundum aduentum, ibi. Et ven-

veni in mundum. Tertio, suum a mundo discessum, A
ibi. Iterum relinquo mundum. Quarto, suum ad pa-
trem ascensum, ibi. Et vado ad patrem. Circa pri-
mum notãdum, quod Christus exiuit a patre propter
tria. Primo, vt eum mundo manifestaret. 1. Ioan. 1.
Deum nemo vidit vnquam; vnigenitus &c. Secundo,
vt eius voluntatem nobis declararet. Ioan. 15. Omnia
quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Ter-
tio, vt eius charitatem nobis manifestaret. 1. Ioa. 3. Sic
Deus dilexit mundum &c. Circa secundum notandũ,
quod venit in mundum propter tria. Primo, vt ipsum
illuminaret. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Secundo, vt
ipsum Deo patri reconciliaret. 2. Corin. 5. Deus erat in
Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis B
delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconcilia-
tionis. Tertio, vt eũ a potestate diaboli liberaret. Io. 12.
Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius
eijcietur foras, &c. Idem 3. Non enim misit Deus fi-
lium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt sal
uetur mundus per ipsum. Circa tertium notandum,
quod deseruit mundum Christus propter tria. Primo,
propter ipsius malignitatem. 1. Io. 5. Totus mundus in
maligno positus est. Secundo, propter ipsius ingratitu-
dinis peruersitatem. Ioan. 5. Si mundus vos odit, sci-
tote quia me priorem vobis odio habuit &c. Quæ po-
tuit esse maior ingratitudo & peruersitas, quam odire
eum, qui venerat saluare mundum? Tertio, vt relin- C
quendi mundum nobis exemplum daret. Ioan. 20. Vos
non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo.
1. Io. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quę in mun
do sunt. Circa quartum sciendum q Christus ascendit
ad patrem propter tria. Primo, vt eum pro nobis roga-
ret. Io. 14. Ego rogabo patrem &c. Secundo, vt Spiri-
tum sanctum nobis destinaret. Io. 16. Si enim non abie
ro, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mit-
tam eum ad vos, &c. Tertio, vt nobis locum apud pa-
trem pararet. Ioan. 19. Vado parare vobis locum. Ad
quem locum nos conducat &c. Amen.

In rogationibus ex epistola.

MVltum valet deprecatio iusti assidua. Iac. 5. Sex D
modis potest ostendi, q multum valet deprecatio iusti. Primo, in comparatione ad Dominum triplici
ter. Primo, quia iram mitigat. Sap. 18. Proferens seruti-
tutis suæ scutũ orationem &c. Secũdo, quia quicquid
ab eo petit, impetrat. Mat. 21. Quæcunq; in oratione pe
tieritis credentes, accipietis. Tertio, quia inclinat eum
ad hominis obedientiã. Iosue. 10. Non fuit antea tam
longa dies, nec postea obediẽte Domino voci hominis.
Secundo, in comparatione ad angelos tripliciter. Pri-
mo, quia orantib. angeli assistunt. Dan. 9. Adhuc me in
oratione loquente, ecce vir Gabriel &c. Secundo, quia E
orationes Deo offerunt. Tertio, quia exauditionẽ ora-
tionis referunt. De his duobus, Tob. 12. Quando ora-
bas cum lacrymis ego obtuli orationem tuam Domi-
no, & nunc misit me Dominus vt curarem te, & Sarã
vxorem filij tui a dæmonio liberarem. Tertio, in com-
paratione ad hoĩes tripliciter. Tria n. potest facere ora
tio iusti hominibus. Primo, a malis liberare. Secundo,
veniã impetrare. De his duob. Iac. 5. Oratio fidei salua-
bit infirmum, & si in peccatis sit, dimittetur ei. Tertio,
æternaliter saluare. Iac. 5. Orate pro inuicẽ vt saluemi-
ni. Quarto in cõparatione ad dæmones tripliciter. Pri-
mo, quia dæmones orationib. fugiunt. ps. 6. Discedite
a me oẽs qui operamini iniquitatem, quoniam exaudi
uit Dominus orationem deprecationis meæ: vnde de
quodam dæmone dicitur in vitis patrum fugisse, quẽ
remittebat Iulianus apostata. Secundo, quia orationes
iustorum eos de corpe expellunt. Matt. vlt. In nomine
meo dæmonia eijciẽt. Tertio, quia orationib. iustorum
obediunt. Matt. 21. Amen dico vobis, si habueritis fi-
dem, & non hęsitaueritis, dicetis huic monti. i. diabo-
lo. Tolle, & iacta te in mare, ita fiet. Quinto, in compa-
ratione ad omnes creaturas, & hoc septem modis. Pri
mo, quia potest oratio iusti solem sistere. Ios. 10. Tunc
locutus est Iosue Domino, dixitq;. Sol contra Gabaon
ne mouearis, & luna cõtra vallem Aialon. Steteruntq;
sol, & luna. Secundo, quia potest ignem de cęlo depone-
re. 4. Reg. 1. Si homo Dei sum, descendat ignis de
cęlo, & deuoret te. Tertio, quia potest cęlum aereum
claudere. Ia. 5. Elias homo erat similis nobis, & oratio-
ne orauit, vt non plueret annos tres, & mẽses sex. Quar
to, quia potest aquas currentes immobiles facere. 4.
Reg. 2. Et dixit, vbi est Deus Eliæ etiam nunc, & aquæ
diuisæ sunt huc atq; illhuc, & transiuit Eliseus. Quin-
to, quia potest fertilitatem terræ reddere. Ia. 5. Et rur-
sum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra fructum
suum. Sexto, quia potest mortuos de purgatorio educe
re. Ecc. 48. Quis potest similiter gloriari tibi, q subtuli
sti mortuos ab inferis de sorte mortis in verbo Domi-
ni Dei? Septimo, quia potest bestias ferocissimas man- C
suetas facere. Dan. 6. Adduxerunt Danielem, & mise-
runt eum in lacum leonum, & conclusit ora leonum,
& non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuen-
ta est in me. Vnde sancta Lucia dixit. Mihi si feras
promittis, audito Christi nomine, mansuescunt. Pa-
tet ergo quod magna est potentia orationis iusti, quæ
potentiam habet in Deo, in angelis, in dæmonibus,
in cœlo, in igne, in aere, in aqua, in terra, in bestijs, &
omnibus creaturis, &c.

In rogationibus ex epistola.

ESTote prudentes, & vigilate in orationibus: primæ D
Petri quarto. B. Petrus in ista epistola ad tria mo-
net. Primo, ad orationẽ, ibi. Estote prudentes & vigila-
te in orationib. Secundo, ad dilectionem, ibi. Ante oĩa
mutuam in vobismetipsis charitatem continuam ha-
bentes: quia charitas operit multitudinẽ peccatorum.
Tertio, ad rectam intentionem, ibi. Siquis ministrat,
&c. Circa primum tria facit. Primo monet orare pru-
denter. i. fideliter, ibi. Estote prudentes &c. glosa. Non
deficientes a fide. Iac. 1. Siquis indiget sapientia postu
let a Deo qui dat omnibus affluenter, &c. Matt. 11. Et
omnia quæcunque petieritis in oratione, credite, &
accipietis. Secundo monet orare attente, ibi. Et vigila-
te. glo. ne animus cogitet aliud præter id quod precа-
tur, cum ad orandum stamus, omnis carnalis cogitatio
abscedat, adsistat intentio cordis syncera, Deum nõ so
no vocis, sed sensu mentis oret. Tertio, monet orare
frequenter, ibi. In orõnibus. Pluraliter dicit, vt notet
frequentiam orandi. Luc. 18. Oportet semper orare, &
nunquam deficere. Circa secundum similiter tria fa
cit. Primo, monet ad exhibendam dilectionem, quæ
est in affectu cordis, ibi. Ante omnia mutuam in vo-
bismetipsis charitatem, &c. Tim. 5. Finis præcepti est
charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide
non ficta. Secundo, ad directionem, quæ est in affectu
operis, ibi. Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Heb.

12. Ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

12. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc. n. placue F
rũt quidam angelis hospitio receptis &c. Tertio, ad di
lectionem quæ est in affectu sermonis, ibi. Si quis lo-
quitur quasi sermones Dei. Quilibet. n. tenetur proxi-
mum corde diligere, & opere iubuenire, & ore docere.
Heb. 3. Videte fratres ne qñ sit in aliquo uestrum cor
malum incredulitatis recedendi a Deo viuo: sed adhor
tamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cõ-
gnominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia
peccati &c. Circa tertium similiter tria facit. Primo, mo
net vt omnia bona a Deo nos habere cognoscamus, ibi.
Si quis administrat tanq̃ ex virtute quam administrat
Deus. glosa. Eleemosynam, uel quodlibet bonum opus
humiliter impendat motus a solo Deo. Isa. 16. Oia ope G
ra nostra operatus es in nobis Dñe: Scdo, monet vt om
nia ad honorem Dei faciamus, ibi. Vt in omnib. hono
retur Deus. Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram homi-
nib. ut uideant opera uestra bona, & glorificẽt patrem
uestrum qui in cælis est. Tertio, monet nos ut gratiã &
gloriam Dño referamus 1. Ti. 5. Deo in omnib. gratias
agite, cui est honor, & gloria & imperium per sæcula.

Ad idem ex epistola.

HOspitales sine murmuratione. 1. Pet. 4. Quatuor
sunt quæ monent nos ad hospitalitatem faciendam. Primo, præceptum Domini. Secundo, sanctorum H
exemplum. Tertio, supplicium si non fiat. Quarto mul-
tiplex si fiat emolumentum, *Quære in secunda dominica post octauam Epiphaniæ.*

In die Pentecostes ex euangelio.

CVm venerit paraclitus quem mittã uobis a patre,
ille testimonium perhibebit de me. Io. 50. In istis
verbis tria notantur. Primo, personarum trinitas, ibi.
Paraclitus. Secundo, trinitatis charitas, ibi Mittam. Ter
tio, charitatis vtilitas, ibi. Testimonium perhibebit de
me. Circa primũ. Primo, ponit spiritussanctus qui mit-
titur, ibi. Paraclitus: secundo, filius qui mittit, ibi. A pa
tre. gl. Ecce tota trinitas Spiritussanctus veniens, filius
mittens a patre. Qũo appareat ista beata Trinitas i crea
turis, q̃re inter festiuos Trinitatis. Charitas Trinitatis
ad hoies apparet in hoc, qa parata est paraclitũ nobis
mittere. Dedit aũt nobis trinitas. Primo, cõsolatorẽ fi-
lium, eum hoiem faciendo. Isa. 51. Spũs Dñi sup me:
& post, ut consolarer õẽs lugentes &c. Scdo dedit &
dat Spũm sanctum, eum in corde sanctorum transfun
dendo, ideo dr paraclitus, i. consolator. Act. 9. Ecclesia
quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariã
habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore
Dñi &c. & post. Consolatione Spiritussancti replebatur. Tertio, dabit nobis consolatorẽ Deus trinitas se no
bis largiendo in præmium. Isa. vlt. Qũo si mater blãdia
tur, ita & ego cõsolabor vos &c. Item dabit nobis tres
aduocatos, Primo, filium. 1. Io. 1. Aduocatum habemus
apud patrem &c. Secundo, Spũm sanctum. Io. 15. Para
clitus aũt Spiritussanctus &c. Paraclitus. n. aduocatus
interpretatur. Tertio, beatam Virginem, vñ cãtamus ei.
Eia ergo aduocata nostra &c. Circa tertium notãdum,
quod testimonium de Xpo quod esset verus Deus, per-
hibuit primo pater, scdo filius, tertio Spiritussanctus, 1.
Io. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pr, verbũ
& Spiritussanctus. Quarto, sancti, ibi. Et vos testimoniũ
perhibebitis de me. Perhibuerũt aũt sancti testimoniũ
de Christo tripliciter. Primo, venturum prædicando,
Io. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vi
tam æternam habere, & ipsæ sunt quæ testimonium
perhibent de me. Secundo, præsentem demonstrando.
1. Io. 1. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumi-
ne. Tertio veniisse prædicando. Actuum 2. Hunc Deus
suscitauit, cuius nos testes sumus. Quinto, testimonium
perhibuerunt de Christo miracula, quæ nullus posset
facere nisi Deus. Io. 5. Opera quæ ego facio, ipsa testi-
monium perhibent de me. Sexto, perhibuerunt testi-
monium angeli. Primo, nascituru nuntiando. Luc. 1.
Missus est angelus Gabriel a Deo &c. Secundo, natum
prædicando. Luc. 2. Ecce angelus Domini stetit iuxta il
los, &c. Tertio, resurrexisse affirmando. Mar. 28. Ange-
lus Domini descendit de cælo. Quarto, eum venturum
ad iudicium prænuntiando. Act. 2. Ecce duo viri asti-
terunt iuxta illos &c. Quinto, perhibuit testimonium
creatura corporalis, & hoc septem modis. Primo, cæ-
lum quadrupliciter. Primo, in natiuitate stellam emit-
tendo. Matt. 12. Vidimus stellam eius &c. Secundo, in
ascensione eius, ipsum gloriose suscipiẽdo. Eph. 4. Qui
descendit, ipse est qui ascendit, &c. Tertio, in baptismo
se super eum aperiendo. Mar. 2. Cæli aperti sunt super
eum. Quarto, in passione, solis lucẽ auferendo. Luc. 23.
Et obscuratus est sol. Secundo, testimonium perhibuit
aer. Tertio, aqua ei obediendo. Matt. 8. Qualis est hic,
quia venti & mare obediunt ei? Quarto, terra. Mat. 28.
Et terra mota est, & ecce terræ motus &c. Quinto, in-
fernus mortuos restituendo. Matt. 28. Multa corpora
sanctorum qui dormierant surrexerunt. Sexto, ignis
super discipulos apparendo. Act. 1. Apparuerunt illis
dispertitæ linguæ tanquam ignis, &c. Cum ergo creа-
tor, & omnis creatura testimonium de Christi diuini-
tate perhibeant, credamus omnes, & imitãdo colamus
ipsum Dominum super omnia benedictum in sæcula
sæculorum. Amen.

De eadem ex euangelio.

PAraclitus quẽ mittet pater in noĩe meo &c. Io. 14.
in istis verbis prædicit Dominus se missurum spi-
ritussanctum, quod fuit hodierna die completum. Circa
quam missionẽ tria notantur. Primo, mittentis cha-
ritas, ibi. Quem pater; secundo, missi benignitas, ibi. Pa-
raclitus: tertio, missionis vtilitas, ibi. Ille vos docebit.
Circa primum notandum, quòd tria misit nobis Deus
pater, in quibus apparet magna charitas eius. Primo, fi
lium ad nostram redemptionem. Ro. 8. Deus mittens
filium suum in similitudinem carnis peccati, de pecca-
to damnauit peccatum &c. Misit Deus spiritũ filij sui
in corda nostra clamantem, Abba pater. Secundo, spiri-
tumsanctum ad nostram cõfirmationem. Gal. 4. At vbi
venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suũ. Tertio,
mittit spiritus angelicos ad nos ad nostram protectio-
nem. Heb. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiri-
tus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem
capiunt salutis? Circa fm notandum, q̃ spiritussanctus
dicitur paraclitus, idest consolatur, quia cõsolatur nos
in tribulationib. nostris. Consolatur aũt nos tripliciter.
Primo, cælestes consolationes largiendo. 1. Thes. 1. In
tribulatione multa cum gaudio spiritussancti. Secun-
do, dona charismatum nobis in tribulationib. augmen
tando. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patien
tia, autem probationem, probatio vero spem, spes au-
tem non cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cor-

dibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est no- A
bis. Tertio, quanta sint gaudia, quę recipiemus pro istis
modicis tribulationibus, demonstrando. Rom. 8. Ipse
spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quòd sumus
filij Dei: si autem filij, & hæredes, hæredes quidem
Dei, cohæredes autem Christi: & post. Existimo enim
quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad
futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Item 2. Cor.
4. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue
tribulationis nostrę, supra modum in sublimitate ęter
num gloriæ pondus operatur in nobis &c. Circa ter-
tium notandum, quod Spiritus sanctus docet nos tria
valde vtilia. Primo, veritatem cognoscere. Io. 15. Cum
venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnia &c. B
Secundo, orare vtiliter. Ro. 8. Spiritus postulat pro no
bis gemitib. inenarrabilibus, idest, postulare facit & do
cet. Tertio voluptates carnales despicere. Greg. Gusta-
sto spiritu desipit omnis caro.

Translati sumus de morte ad vitam. 1. Io. 3. Quintu
plex est trãslatio. Prima admirabilis: secũda est amabi-
lis; tertia est detestabilis; quarta, formidabilis: qnta, de
siderabilis. *Quære in trãslatione B. Dominici iter festiuos.*

Dominica prima post Pentecosten ex epistola.

DIligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos
&c. Siquis dixerit quoniam diligo Deum & fra- C
trem suum odit, mendax est. 1. Io. 4. In istis verbis tria
facit Ioan. Apostolus. Primo, monet ad dilectionem;
ibi. Diligamus Deum. Secundo, assignat causam dile-
ctionis, ibi. Quoniam ipse prior dilexit nos. Tertio, ad
dilectionem proximi, ibi. Siquis dixerit. Quoniam dili
go Deum, & fratrem suum odit. Circa primum notan-
dum, quod tribus modis debemus diligere Deum. Pri-
mo, vt totum cor nostrum amore eius impleamus:
Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo. Secundo vt nihil nisi propter eum diligamus. Aug.
Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non pro-
pter te amat. Tertio, vt nullis aduersis ab eius charita-
te auertamur. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate D
Christi? tribulatio, an angustia &c. Circa secundum
notandum, quòd propter tria maxime debemus dili-
gere Deum. Primo, propter eius bonitatem. Ber. Cau
sa diligendi Deum, Deus est. Tanta enim bonitas est
Dei, quod si nihil boni homini fecisset, vel facturus es-
set, debet tamen eum semper diligere. Secundo, pro-
pter eius charitatem, vt hic. Diligamus Deum, quo-
niam ipse prior dilexit nos. Aug. Miser ego quantum
diligere debeo Deum meum, qui me fecit quod non
eram, redemit cum perieram, qui in peccatis meis ven-
ditus eram: venit ille pro me, & tantũ dilexit me, quod
pretium sanguinis sui dedit pro me. Tertio, debemus
Deum diligere propter nostram vtilitatem. Præparauit E
enim bona, quæ dici non possunt, his qui diligunt eũ.
1. Cor. 2. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor
hominis ascenderunt quæ præparauit Deus his qui di
ligunt illum. Circa tertium notandum, quod debemus
diligere proximum propter tria. Primo, propter præce
ptum. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diliga-
tis inuicem. Secundo, propter naturæ documentum,
videmus enim quod omnia naturaliter diligunt simi-
lia. Ecclesiastic. 13. Omne animal diligit simile si-
bi: sic & omnis homo proximum sibi. Omnis ca-
ro ad simile sibi sociatur. Tertio, propter nocumen-
tum quod consequitur qui non diligit proximum; A
quia incurrit mortem culpæ & gehennæ. 1. Ioan. 3. Qui
non diligit, manet in morte. A qua morte liberet nos
&c. Amen.

Item ad idem ex euangelio.

REcordare quia recepisti bona in vita tua, & Laza-
rus similiter mala: nunc autem hic consolatur tu
vero cruciaris. Luc. 16. Quatuor notantur in verbis
istis. Primo, reproborum in præsenti prosperitas, ibi.
Recordare quia recepisti bona in vita tua. Secundo,
iustorum breuis in hoc mundo aduersitas, ibi. Laza-
rus similiter mala. Tertio, æterna iustorum felicitas,
ibi. Nunc autem iste consolatur. Quarto, impiorum B
perpetua calamitas, ibi. Tu vero cruciaris. Circa primũ
notandum, quod temporalis prosperitas cõsistit in tri-
bus, quæ habuit iste dives. Primo, in diuitijs tempo-
ralibus, ibi. Homo quidam erat dives. psal. 48. in mul-
titudine diuitiarum suarum gloriantur. Secundo, in
honoribus sæcularibus, ibi. Induebatur purpura & bys-
so. Iac. 4. Exultatis in superbijs vestris. Tertio, in volu-
ptatibus carnalibus, ibi. Epulabatur quotidie splendi-
de. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad
infernum descendunt. Dicitur Amos. 6. Væ qui come-
ditis agnum de grege, & vitulos de arméti medio &c.
Circa secundum notandum, quod aduersitas sancto- C
rum in præsenti consistit in tribus, quæ habuit Laza-
rus. Primo, in rerum paupertate, ibi. Erat quidam men
dicus. Tob. 2. Pauperem quidem vitę gerimus, sed ha-
bebimus multa bona, si timuerimus Deum, & rece-
serimus a peccato, & fecerimus bona, &cæt. Secundo, in
contemptus vilitate, ibi. Iacebat ad ianuam. 1. Cor. 4.
Tamquàm purgamenta huius mundi facti sumus, om
nium peripsema vsque adhuc. Tertio, in tribulatio-
num & afflictionum asperitate, ibi. Vlceribus plenus.
Iudit. 4. Omnes qui placuerunt Domino, per multas
tribulationes transierunt. Circa tertium notandum,
in quibus consistit felicitas sanctorum in alio sæculo.
Primo, in gloria & honore, ibi. Vt portaretur ab ange-
lis. Au. Præclaras exequias putpurato illi diuiti tur-
ba exhibuit famulorum; sed multo præclariores in con
spectu Dei vlceroso illi pauperi ministerium præbuit
angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum
tumulum, sed in Abrahæ sinum. psalm. 20. Magna est
gloria eius in salutari tuo. Secundo, in cœlestis regni
possessione, ibi. In sinu Abrahæ, per quem intelligi-
tur requies paradisi. Matthæ. 5. Beati pauperes spiri-
tu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Tertio,
in æternarum delitiarum & consolationum perfrui-
tione, ibi. Nunc autem iste consolatur. psal. 30. Quam
magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam ab-
sconditi timentibus te, &c. psalm. 15. Delectationes
in dextera tua vsque in finem. Circa quartum notan- E
dum, quòd tria ponuntur hic, in quibus consistit futu-
ra malorum calamitas. Primum est, summa de omnib.
bonis carentia; & hoc notatur in hoc, quod non potuit
habere guttam aquæ. Iob. 28. apprehendet eum quasi
aqua inopia. Secundo, pœnarum acerbitas & multipli-
citas, ibi. Cum esset in tormentis. ps. 10. Ignis, sulphur,
& spiritus procellarum pars calicis eorũ. Tertio, sum-
ma confusio & ignominia, ibi. Sepultus est in inferno.
Quæ potest esse maior ignominia quam tali sepultura
sepeliri? Hier. 22. Sepultura asini sepelietur. Hie. 20. Con
fundentur vehemẽter, quoniã non intellexerunt op pro
brium sempiternum, q̃ nulla oblitione delebitur. Præ-

sens

Universidad de Deusto
Biblioteca

sens igitur prosperitas est contemnenda. præsens adF uersitas hilariter sustinenda; damnatorum calamitas fugienda, & sanctorum felicitas cum omni studio appetenda. Ad quam perducat nos &c. Amen.

Dominica secunda ex epistola.

SIquis habuerit substantiam huius mundi &c. 1. Io. 3. In istis verbis monet nos beatus Ioannes Apostolus ad faciendam eleemosynam propter tria. Maxime enim tria bona acquirit, qui facit eleemosynam. Primo, bonum temporale: secundo, bonum spirituale: tertio, bonum æternale. Circa primum notandum, quod homo acquirit tripliciter bonum temporale per datio G nem eleemosynæ. Primo, diuitiarum augmentationem. Honora Dominum, ideſt eius laudem quære, non tuam, non mundi: De tua substantia, scilicet, quã recte possides, non de rapinis, non de aliena, & de primitijs fructuum tuorum da pauperibus, & implebitur horrea tua saturitate. s. in futura satietate. Nõ esuriẽt, neque sitient amplius, & vino torcularia redundabut. Glosa. Qui thesaurizant in cœlis, veras ibi delitias inuenient; quorum horrea implebuntur saturitate, quia satiabitur cum manifestabitur gloria eius, & torcularia redundabunt vino, quiã interna suauitas æternorum corda fidelium in laudes conditoris accendit, & qui terrena subsidia pauperibus largitur, ditior dando cæH lesti remuneratione reddetur. Secundo, ab inimicis defensione. n. Eccl. 17. Eleemosyna viri quasi sacculus cũ ipso, quia merces iustitiæ in æternum, & gratiam hominum & vitam æternam quasi pupillam conseruabit. Item, Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum pugnabit, glosa. Magis valet eleemosyna contra inimici iaculum, quàm arma terrena. Tertio vitæ præsentis prolongationem. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Circa 5m notandum, ꝙ triplex bonum spirituale acquirit homo per eleemosynam. Primo, peccatorum remissionem. Dan. 5. Peccata tua eleemosynis redime. prou. 6. Misericordia & veritate redimitur iniI quitas, s. omne peccatum. glosa. Misericordia redimitur iniquitas peccatorum, cum dat & dimittit alijs.

Veritate, i. iustitia cum seipsum de iniquitate accusat, & pœnitet. Secundo, orationum exauditionem. Eccl. 29. Eleemosynam in sinu pauperũ conclude, & ipsa ꝓ te orabit, ab omni peccato scilicet remouẽdo. Gl. Bene monendo, bene consulendo in corde absconditur eleemosyna. Tertio, gratiæ conseruationem. Eccl. 17. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso &c. & gratiam hominis quasi pupillam oculi conseruabit, vt supra. Circa tertium similiter notandum, quod triplex bonum æternale acquirit homo per eleemosynam. Primo, a morte æterna liberationem. Tob. 4. EleemoK syna ab omni peccato & a morte liberat, &c. Secundo, vitæ æternæ possessionem. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Tertio præmij æterni augmentationem. 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictione, de benedictione & metet vitam æternam. Ad quam nos perducat, &c.

De eadem ex euangelio.

HOmo quidam fecit cenam magnam, Lu. 13. Per cenam istam, sicut dñt sancti, intelligitur, beatitudo cælestis. Dicitur autem cena ista magna propter tria. Primo, propter celebrantium ipsam cenam multiplicitatem. Secundo propter ferculorum quæ ibi dabuntur, copiositatem. Tertio, propter ipsius cenæ æternitatem. Propter primũ dicitur magna triplici ratione. Primo ratione facientium. Facientes sunt pater, & filius, & spiritussanctus: immensus pater, immensus filius, immensus spiritussanctus, & ideo immensam faciunt cenam. Isa. 25. Faciet Dominus exercituum omnibus popolis in monte hoc conuiuium pingium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemię defecatę. Hest. 1. Tertio anno imperij sui rex Assuerus fecit conuiuium cunctis pueris & principib. suis, &c. Secundo, ratione ministrantium, qui sunt millia millium. Dan. 5. Millia millium ministrabant ei. Tertio, ratione conuiuantium, qui erunt decies centena millia. Dan. 7. Decies centena millia assistebant ei. Propter secundum dicitur magna cena illa, quia erunt ibi millia millium ferculorum. Fercula in vita æterna sunt gaudia, & quia sunt ibi millia millium gaudiorum, erunt ibi millia millium ferculorum. Possumus autem hic assignare tria magna fercula. Primũ ferculum erit gaudium de omnium malorum absentia. Secundum, de omnium bonorum præsentia. De his duob. Deut. 8. Ibi absque vlla penuria bonorum omnium abundantia perfrueris. Isa. 35. Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Tertium, continua de diuina laude lętitia. ps. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. De his tribus. Aug. in libro de ciuitate Dei vlt. O quanta erit illa felicitas, vbi nullum malum erit, nullum latebit bonũ, vacabitur internis laudibus, & Deus erit omnia in omnibus. Circa tertium notandum, quod cena ista dicitur æterna propter tria. Primo, quia nunquam terminabitur. Io. 16. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Cœnare enim est gaudere. Secundo, quia nunquam a cœnando cessabitur. Apoc. 4. Requiem non habebant die ac nocte dicentia, Dominus Deus omnipotens qui est, & qui erat, & qui venturus est: clamantia & dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus. Laudare enim ibi est idem quod cenare. Tertio, dicitur æterna, quia tota simul manducabitur. Boetius. Dicitur æternitas vitæ beatæ possessio tota simul. Apoc. 19. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Ad quam cenam perducat nos Iesus Christus. Amen.

Dominica tertia ex epistola.

HVmiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. 1. Petri 5. Tria facit in his verbis B. Petrus. Primo hortatur ad humilitatẽ; secundo, ostendit humiliandi necessitatem; tertio, ponit humilitatis vtilitatem. Primum, ibi. Humiliamini: secundum ibi. Sub potentia manu Dei, qui potest humiliare inuitos; tertium, ibi. Vt vos exaltet in tempore tribulationis. Circa primum notandum, quod triplex est humilitas. Prima, culpæ. Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat, cuius interiora plena sunt dolo. Secunda, pœnæ, psal. 105. Tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manib. eorũ. Tertia gratię, Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Prima, est fugienda; secũda, sustinẽda; tertia, appetẽda. Circa 5m notandum, ꝙ Deus ostendit potentiã suã superbis tripliciter. Primo, eis resistendo, secundo, eos deijciendo; tertio, ęternaliter puniendo. De primo, Iac. 4. Deus superbis resistit. De secundo, ps. 72. Deiecisti eos dum A alleuarentur. De tertio, Ioel. 2. Ascendet fętor eius & ascẽdet putredo eius, ꝙa superbe egit. Baruc. 5. Constituit Dñs humiliare oẽm mentem excelsam. Circa tertiũ notandum, ꝙ triplicẽ vtilitatẽ acquirit homo de humilitate. Prima est bonũ gratiæ: secũda, bonum scientiæ: tertia, bonũ gloriæ. De prima, Iaco. 4. Humilib. dat gratiam. De secunda, Mat. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parulis. De tertia, Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.

De eadem ex euangelio.

GAudium est corã angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, Luc. 15. Duo notantur in B verbis istis. Primo, angelorũ dignitas, ibi. Angelis Dei. Secundo, eorum benignitas, ibi. Super vno peccatore pœnitentiam agente. Magna est dignitas angelorum ꝙ sunt nuntij Dei, & magna benignitas quod gaudent de conuersione vnius peccatoris. Circa primum notandũ, quod angeli dicantur angeli Dei, sicut dicũtur hic: & angeli nostri sicut dicitur Matt. 18. Angeli eorũ in cælis semper vident faciem patris mei qui in cęlis est. Et per hoc notatur in eis duplex virtus: habent. n. duplicẽ virtutem assistendi, & ministrandi. Assistunt. n. Deo, & ministrant nobis. Deo assistunt tripliciter. Primo, contemplando, Matt. 18. Angeli eorum in cęlis semper vi- C dent faciẽ patris mei &c. Secũdo, amando. 1. Pet. 2. In quem desiderãt angeli prospicere. Aug. Tanta est diuini plenitudo aspectus, vt nũquã possit videri sine amore. Tertio, laudãdo. Dam. Opus. n. angelorũ est hymnis Deum laudare. Nobis ministrãt tripliciter. Primo, purgando: secũdo, illuminãdo, tertio, proficiendo, sicut dicit Dion. Purgant. n. a malis liberando. Isa. 6. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus &c. Illuminant docendo. Dan. 10. Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem persarũ. Veni autem vt docerem te quæ uentura sunt populo tuo &c. Proficiunt ad D bonũ prouehendo. 3. Reg. 19. Et ecce angelus Domini tetigit eum dicens, Surge, & comede &c. Circa 5m notandum, quod pp tria angeli gaudent de peccatorũ conuersione. Primo pp sui mysterij impletionem: sunt. n. ministri, vt monẽat nos ad pœnitentiam. Heb. 1. Nõne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Secundo, propter dæmonum confusionem. Dæmones enim confunduntur, quando aliquis ad pœnitentiam conuertitur, quod est gaudium angelis. Apoc. 12. Proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt, & post. Propterea lætamini cæli, & qui E habitatis in eis. Tertio, propter Dei honorem. Peccator enim cum conuertitur, honorat Deum, quod est gaudium angelis. Iosu. 7. Fili mi, da gloriam Deo, confitere &c.

De eodem.

VT erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, Luc. 15. In isto euangelio notantur tria principaliter. Primo, magna Domini nostri Iesu Christi benignitas. Secundo, magna pœnitentiæ vtilitas. Tertio, magna vere pœnitentis sanctitas. Circa primũ notatur magna Xpi benignitas in tribus. Primo, ꝙa pro peccatorib. susćepit humanæ naturæ infirmitatẽ, ibi. Nemo accendit lucernã. Greg. Lucernã accendit qui humanam naturam luce suæ diuinitatis impleuit. 1. Tim. 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, qm̃ Christus Iesus venit peccatores saluos facere, &c. Secdo, quia peccatorib. oñdit specialem familiaritatem, ibi. Quia peccatores recipit, & manducat cum illis. Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Tertio, ꝙa pro peccatoribus susćepit crudelis mortis acerbitatẽ, ibi. Imponit humeris suis gaudens. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Circa 5m notandum ꝙ triplex vtilitas pœnitentiæ notatur in isto euangelio. Primo, quia Christus lætatur in ea, ibi. Congratulamini mihi, Luc. 15. Epulari autẽ & gaudere oportet &c. Secundo, quia in ea angeli lætantur, ibi. Gaudium est angelis Dei Tertio, quia per eam homo a perditione liberatur, ibi. Vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eam. Luc. 14. Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Eze. 18. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omni iniquitate, & nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Magna vero pœnitẽtis sanctitas notatur, ibi. Gaudiũ est angelis Dei. Magis. n. gaudet Dñs super vno peccatore vere pœnitente, quã super multos iustos qui nunquam peccauerunt: quia isti frequenter magis negligentes C sunt, isti feruentiores, sicut exponit Greg. Sunt aũt octo necessaria ei qui vult de pœnitentia sua magnũ gaudiũ facere in cælo. Primo, in amore Dei feruenter inardescere: 2do, in magnis virtutib. se exercere: tertio, cuncta difficilia sancti certaminis petere; quarto, omnia mundi relinquere, quinto, honores fugere, sexto, receptis cõtumelijs lætari; septimo, magno desiderio ad cęlestem patriã anhelare; octauo, damna præcedentia lucris sequentibus compensare. De his omnib. Greg. Plerumq; ij, ꝙ se oppressos nullis peccatorũ molib. sciunt, pigri remanent: at econtrario omnes ij, qui se illicita aliqua egisse meminerunt, ipso suo dolore compuncti in amorem Dei inardescentes, se se in magnis virtutib. exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumelijs lætantur, ad cælestem patriam anhelant; & quia se errasse a Domino considerant, damna præcedentia lucris sequentibus compensant. Qui iustam pœnitentiam egerint, absque dubio peruenient ad regnum cœlorum. Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, Ad quod &c. Amen.

Dominica quarta ex epistola.

EXpectatio creaturæ reuelationem filiorũ Dei expectat, Ro. 8. Apostolus in ista epistola intendit oñdere ꝙ omnes creaturæ suo modo desiderant aduentum gloriæ sanctorum. Sunt autem quatuor creaturæ quæ desiderant aduentum gloriæ sanctorum Primo, creatura angelica; secundo creatura cœlestis; tertio, creatura terrestris. quarto, creatura humana, & ideo forte quater nominat creaturam in ista epistola. Circa primum notandum, quod angeli desiderant propter tria. Primo, propter plenam de inimicis suis victoriæ consecutionem. Apoc. 12. Proiectus est draco ille, magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Et post.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lætamini cęli,& qui habitatis in eis. Secundo,propter F miniſterij ſui completionem. 1. Corint. 15. Cum euacuuerit omnem principatum,& poteſtatem,& uirtutem, Oportet autē illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Tertio, propter perfectam ciuitatis ſuæ reparationem,pſ. 109. Iudicabit in nationib. implebit ruinas,& Eph. 1. In quo propoſuit reſtaurare uniuerſa ſiue quæ in cęlis ſunt, ſiue quæ in terra. Circa ſecundum notandum ; q̄ creatura cęleſtis deſiderat propter tria. Primo,propter ſeruitij ſui indignis ſubtractionem. Iſidorus. Sol & luna poſt iudicium nō deſcendēt ad occaſum,nec impijs ſub terra poſitis ſeruiet lux eorum, Secundo, propter amiſſæ pulchritudinis recuperationem. Iſa. 37. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis,& lux ſolis lucebit ſeptempliciter. Tertio,propter ſuam a motu repauſationē. Abac. 3. (Secundum aliam translationem,Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo, ſol in oriente,luna in occidente,ſicut in creatione ordinati ſunt,hæc enim tria bona conſequuntur corpora cęleſtia. Item, creatura terreſtris deſiderat propter tria. Primo,propter ſuam a peccatis impiorum emundationē. Modo enim impij contaminant terram iniquitatibus. pſ. 105. Contaminata eſt terra in operibus eorum, ſed tunc purgabitur per ignem. 2. Pet. 3. Elementa uero calore ſoluentur, terra uero & ea quæ in eis ſunt, igne comburentur. Secundo,propter ſuam a corruptione liberationem : modo enim corrūpitur ut fiat generatio, H ſed tunc ceſſabit corruptio, quoniam non erit neceſſaria generatio. Ro. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Tertio,propter ſuam renouationē. Iſa. 64. Ecce ego creo cælum nouum.& terram aouam, & non erunt in memoria,priora,ſed gaudebitis & exultabitis in eis, quæ ego creo uſq; in ſempiternum. Homo ſimiliter deliderat propter tria. Primo,propter ſuam a malo liberationem: ſecundo,propter ſuam in omni bono repletionē: tertio,propter æternitatis conſeruationem. Hæc tria conſequet homo in die iudicij, qui ſic uiuit hic ut ad illam mereatur peruenire. De his tribus. Aug. in lib. de ciuit. Dei. Vna erit igitur illius ciuitatis in omnibus & I inſeparabilis,& ſingularis libera uoluntas liberata ab omni malo,repleta omni bono, q̄ bonū non deficiet in æternum,fruens indeficienter iucunditate æternorum gaudiorum. Quod nobis Chriſtus concedat. Amen.

De eadem ex euangelio.

Estote miſericordes,ſicut & pater ueſter miſericors eſt, Luc. 6. Duo facit Dominus in uerbis iſtis. Primo, inducit ad miſericordiā,ibi. Eſtote miſericordes. Secundo,dat miſerendi regulam,ibi. Sicut & pater ueſter. Circa primum notandum, q̄ tria maxime debent nos mouere ad faciendam miſericordiam. Primo, neceſſitas: ſecundo,utilitas; tertio,congruitas. Neceſſitas eſt, quia qui non facit miſericordiam, non inueniet miſericordiam. Iac. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui non fecit miſericordiam. Vtilitas eſt, quia qui facit miſericordiam,inueniet miſericordiā. Mat. 5. Beati miſericordes. Cōgruitas eſt,quia cum miſericordiā ab omnib. creaturis recipiamus, ſatis cōgruum eſt q̄ alijs miſericordiam faciamus. Sumus enim pleni miſeria,& niſi creaturæ miſereretur noſtri dando ſe nobis & ſua beneficia,ſubſiſtere nō poſſemus. Si enim ſol, uel ignis ſubtraheret lumen ſuum & calorem, & terra fructus ſuos,quid faceret miſer homo ? Satis ergo congruum eſt,cum homo indigeat miſericordia, q̄ alijs faciat miſericordiam. prou. 19. Homo indigens miſericors eſt. & qui indiget miſericordia, debet alijs facere miſericordiam,uel aliorum miſereri. vnde creaturæ arguunt quodāmodo immiſericordes. Circa ſecundum notandum, q̄ in tribus præcipue apparet miſericordia Dei. Primo,filij ſui donatione; magnum fuit donum, magna miſericordia,de qua Luc. 1. Ad faciendam miſericordiam, &c. Secundo,in iuſtorum glorificatione. pſ. 108. Suauis eſt miſericordia eius, pſa. 35. Domine in cęlo miſericordia tua. Tertio,in peccatorum iuſtificatione. pſ. 85. Miſericordia tua Domine magna eſt ſuper me. Propter primam miſericordiam debemus illum laudare & amare: propter ſecundam debent ſecure,quantumcunque ſint magni peccatores, ad Deum confugere. Iſai. 45. Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum,& miſerebitur eius,& ad Deum noſtrum,quoniā multus eſt ad ignoſcendum. Propter tertiam debemus ad Deum cum feſtinatione currere. Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.

Hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo, Luc. 6. Hic reprehendit Dominus peccatum hypocriſis,& frequenter in euangelio plus alijs reprehendit: vnde ſatis patet quod multum diſplicet ei,& ideo debet quilibet ipſam fugere. Eſt autem fugienda ipſa hypocriſis propter multa mala quæ proueniunt ex ea. Primo,prouenit ex ea multiplex malum culpæ. Secundo multiplex malum pœnæ. Tertio,multiplex malum damni. *Quære inter feſtiuos in feſto ſancti Hippoliti.*

Dominica quinta ex epiſtola.

Declinet autem a malo,& faciat bonū, inquirat pacem,& perſequatur eam. 1. Pet. 3. Duæ ſunt partes iuſtitiæ, ad quas inuitat nos beatus Petrus in uerbis iſtis. Prima eſt fuga mali, ibi. Declinet a malo: ſecunda, delectatio boni, ibi. Et faciat bonum. Circa primum notandum, q̄ malum fugiendū eſt maxime propter tria. Primo,propter multam amaritudinem,quam inducit: ſecundo, propter damnum quod adducit; tertio, propter pœnam ad quam conducit. De primo, Hier. 3. Vide quam malum eſt, & amarū dereliquiſſe Dominum Deum tuum,& non eſſe,&cęt. Iaducit autem multam amaritudinē peccatum propter tria. Primo,quia Dominus aduerſatur peccato. Deut. 25. Auerſatur omnem iniuſtitiam. Ibidem. 31. Inueneruntq; eum omnia mala, & afflictiones,ita vt dicat in illa die, Vere quia Dominus non eſt mecū, inuenerunt me hæc mala. Secundo, quia homo per peccatū valde in ſe inordinatur. Aug. Iuſtiſti Domine,& vere ſic eſt,vt pœna ſit ſibi oīs inordinatus animus. Iob. 7. Quare poſuiſti me contrarium tibi,& factus ſum mihi metipſi grauis, &cæt. Tertio, quia omnis peccator ab omni creatura iuſto Dei iudicio impugnatur, Sap. 17. Creatura tibi creatori deſeruiens,exardeſcit in tormentū aduerſus iniuſtos. Circa K fm notandum, quod triplex damnum incurrit peccator p̄ peccatum. Primū eſt,quia per ipſum peccatū multiplex bonum amittitur. Aug. in lib. de ciuit. Dei. 12. Si naturæ bonæ non eſſent, eis vitia non nocerent ; nunc autem quid eis faciunt nocendo, niſi ſibi adimere integritatem, pulchritudinem, & ſalutem. Secundo, propter peccatum,bonum gratiæ amittitur. Sap. 1. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Tertio, propter peccatum,bonum gloriæ perditur. Isa. 26. Tollat impius ne videat gloriam Dei. Circa tertium notandū, quod peccatum ducit homines ad multas pœnas ; ſed hic notantur tres pœnæ. Prima erit continua in anima triſtitia. Iſa. 13. Torſiones & dolores tenebunt eos, quaſi parturiens dolebunt Iob. 20. Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet in eum &c. Secunda, cōtinua in corde incendia. Mar. 13. Mittet eos in caminū ignis. Tertia, erit in utroque æternitas. Matt. 22. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum &c. De his tribus, Iſa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nō extinguetur &c. Vermis notat dolorem in anima: ignis dicit ardorem in corde ; inextinguibilitas ignis notat æternitatem in vtroque. A quo igne liberet nos Chriſtus &c.

De eadem.

Coerceat linguam ſuam a malo. 1. Pet. 3. Cohibēda eſt lingua propter tria. Primo, quia qui non cohibet, multa peccata committit: ſecundo, quia multas pœnas incurrit: tertio, quia qui cohibet, multa bona acquirit. *Quære in Dominica prima poſt octauas Aſcenſionis.*

De eadem.

Inquirat pacem,& ſequatur eam. Triplicem pacem quilibet debet inquirere. Primo, pacem ſui ad Deū, ſecundo, ſui pacē ad proximum: tertio, ſui ad ſeipſum. *Quære in dominica prima poſt Trinitatem.*

De eadem ex euangelio.

Sedens docebat de nauicula turbas, Lu. 5. Moraliter per nauiculam intelligitur ſanctitas uitæ, in qua debet ſedere qui alios vult docere. Significatur per nauiculam ſanctitas vitæ tripliciter. Primo ; ratione materiæ: ſecundo, formæ: tertio, finis. *Quære in Dominica tertia poſt octauas Epiphaniæ.*

De eadem.

Relictis omnib. ſequuti ſunt eum, Luc. 5. Duo ſunt nobis neceſſaria ad ſequendū. Primo ut a bono cō D mutabili auertamur, ipſum deſpiciēdo. Sedo, vt ad bonum incommutabile cōuertamur, ipsū diligēdo & imitando. Hęc notant hic. Primum, ibi. Relictis omnib. ſecundum, ibi. Sequuti ſunt eum. Circa primum notandum, q̄ quatuor debemus relinquere, ſi uolumus ſequi Chriſtum. Primo, mundana, ipſa cōtemnendo. Lu. 14. Niſi quis renuntiauerit omnib. quæ poſſidet, non eſt me dignus. Secundo, conſanguineos & parentes ,ppter Deum relinquendo. Mat. 10. Siquis venit ad me, & nō odit patrem ſuum & matrem ſuam, nō eſt me dignus. Tertio corpus ſuū, ipſum mortificando. Quarto, voluntatem propriam ipſam abnegando. De his duob. Lu. 9. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tol E lat crucem ſuam quotidie,& ſequatur me. Circa ſecundum notandū, q̄ in quatuor oportet nos imitari Chriſtum. Primo, in humilitate. Mat. 11, Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Secundo, in pietate, Lu. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt &c. Tertio, in charitate. Io. 15. Hoc eſt præceptū meum vt diligatis inuicem, ſicut &c. Quarto, in tribulationū aſperitate. 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Iſtæ ſunt duæ viæ rectæ, per quas currit homo ad regnum cęlorum. Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Amen.

Dominica ſexta ex epiſtola.

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, Rō. 6. Duo facit in iſtis verbis Apoſtolus. Primo, ponit meritum, qd habere debemus, ibi. Facti ſumus ſimilitudini mortis eius. Hoc eſt meritum noſtrum, vt habeamus in nobis ſimilitudinem mortis eius, ſ. Chriſti. Secūdo, ponit quod pro merito recipimus, ibi. Simul & reſurrectionis erimus. Hoc enim eſt præmium, ut habeamus ſimilitudinem reſurrectionis Chriſti. Circa primum notandum, q̄ ſex fuerunt in morte Chriſti, in quib. debemus eum ſequi. Primo, humilitas; ſecundo, obedientia. De B his duob. Phili. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem. Ad primum inuitat Dominus, Matt. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum. Ad ſecundum, Ioa. 15. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Tertium fuit in morte Chriſti ineffabilis charitas ibidem. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuā ponat quis pro amicis ſuis : & in hoc debemus aſſimilari ſibi ibidē. Hoc eſt præceptum, &c. Quartum, patientia. 1. Pet. 2. Cum pateretur, non comminabatur: & in hoc debemus habere ſimilitudinem eius. Hebr. 12. Per patientiam curramus ad propoſitū nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione C contempta. Quintum, perſeuerantia; quia qui in his omnibus uſq; ad mortem perſeuerauerit, ſaluus erit. Phil. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Debemus autē in perſeuerantia habere ſimilitudinem mortis eius. Mat. 10. Qui perſeuerauerit uſq; ad finem, hic ſaluus erit. Circa ſecundum notandum, q̄ in ſeptem conſiſtit gloria corporis noſtri, cum configuratum erit corpori claritatis Chriſti. Primo, erit amabilis omnium membrorū congruentia. Aug. in li. 22. c. 19. de ciu. Dei. Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, vbi & quæ praua ſunt corrigentur : & quod minus quàm decet, vnde creator nouit, inde ſupplebitur: & quod plus eſt quam decet, materiæ ſeruata integritate detrahetur. Secundo, erit mira coloris in toto ſuauitas. Aug. Coloris ſuauitas quanta erit, vbi iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris ſui ? In his duobus conſiſtit omnis coloris pulchritudo. Augu. Omnis corporis pulchritudo eſt congruentia partium cum quadam coloris ſuauitate : erit autem tunc in corporibus omnis pulchritudo. phil. 3. Qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuæ. Tertio, erit mouendi velocitas. Aug. Vbi voluerit ſpiritus, ibi erit protinus corp⁹. Quarto, erit plena liberatio ab omni indigentia. Quinto, erit plena & ſumma felicitas. De his duob. Aug. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis, quę nunc videmus per vſus neceſſitatis varios diſtributa, tunc ſic non erunt: ſed hæc neceſſitas, ipſa plena & certa ſecuritas, & ſempiterna felicitas proficiet Dei laudibus. Sexto, erit impaſſibilitas, & immortalitas, & æternitas. Aug. Reſtituetur quicquid de corporibus ſuis, vel poſt mortem de cadaueribus perijt, vel in ſepulcro remanſit in ſpiritualis corporis nouitate ex animalis corporis uetuſtate mutatum, reſurget in incorruptione atq; immortalitate veſtitum. Septimo, erit plena corporis & ſpiritus pax & concordia. Auguſt. Erit ſpiritui caro ſubdita ſpiritualis, ſed ea tamen caro non ſpiritus. Quam felices erunt ergo qui digni iſta reſurrectione habebuntur? certe non niſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi qui hic moriuntur cum Christo. 1. Col. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum illo in gloria. Ad quam gloriam perducat nos Deus. Amen.

De eadem ex euangelio.

NIsi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Mat. 5. In isto euangelio quatuor facit Dominus Primo, ostendit quid faciamus, ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra; ostēdit enim q̄ debemus habere abundantem iustitiā. Secundo ostēdit quid appetamus, ibi. Regnum cælorū: ad hoc enim debemus facere iustitiā, vt per ipsam ad regnum perueniamus. De vtroq;. Mat. 6. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Tertio, ostendit quid fugiamus, ibi. Non occides, &c. Ostendit autem quod debemus fugere triplex peccatum. Primo, peccatum operis, ibi. Non occides: per hoc prohibetur oē opus in quo lēditur proximus. Isa. 55. Quiescite agere peruerse. Leu. 1. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Secundo prohibet peccatum cordis, ibi. Omnis qui irascitur fratri suo, Exod. 12. Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam de carne tua. Tertio, peccatum oris, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Fatue Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Quarto ostendit quid timeamus, scilicet futurum iudicium, ibi. Reus erit iudicio. Ponit autē hic tria quę debemus timere. Primo, iudicium, in quo omnes impij damnabuntur, ibi. Reus erit iudicio. Iud. 16. Dominus omnipotens iudicabit illos in die iudicij, quando visitabit illos. Secundo, angelorum & sanctorum concilium, in quo omnes impii examinabuntur, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui & principibus suis. Mala. vltim. Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Tertio, ignem infernalem, ibi. In quo omnes impij in ignem æternum cruciabuntur, ibi. Reus erit gehēnę ignis. Iud. 16. Dabit ignes & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiāt vsq; in sempiternum. A quo igne Christus nos liberet.

De eodem ex euangelio.

OMnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Matth. 7. Duo facit Dominus in verbis istis. Primo, monet nos vitare iram, ibi. Omnis qui irascitur fratri suo. Secūdo, ponit iræ pœnam, ibi. Reus erit iudicio. Circa primum notandum, q̄ ira lædit naturam tripliciter. Primo, lædit rationem per obscurationem. Secundo, lædit memoriam per obliuionem. Tertio, lædit voluntatem per malam affectionem. De his tribus. psalm. 30. Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Oculus est ratio, anima voluntas, venter memoria. Circa secundum notandum, q̄ ira tripliciter contraria est gratiæ. Primo, quia facit hominem indignum de Dei misericordia. Eccles. 23. Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam, quasi dicat, frustra quærit, quia non habebit eam. Secundo, quia non permittit hominem Dei iustitiam facere. Iac. 1. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Tertio, quia aufert homini orandi fiduciam. 1. Thim. 2. Volo viros orare in omni loco sine ira & disceptatione. Circa tertium notandum, quod iracundus facile incurrit triplex homicidium. Primo, homicidium sui. Iob. 4. Virum stultum interficit iracundia. Secundo, homicidium animæ proximi, quæ prouocat ad discordiam & odium. Prou. 15. Vir iracundus prouocat rixas: & qui patiens est, mitigat suscitatas. Prou. 22. Noliesse amicus homini iracundo, & ne ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius. Tertio, homicidium corporis proximi. Eccl. 8. Cum iracundo nō facias rixas, nec cum audace eas in desertum: quoniam quasi nihil ante illum est sanguis, & vbi non est adiutorium allidet te.

De eodem.

REus erit iudicio. Nota, tripliciter iudicabitur quilibet peccator in iudicio. Primo, a seipso: secundo, ab omni creatura: tertio a Deo. Primo, a sua conscientia. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, inter se inuicem cogitationibus accusanti bus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Dominus occulta hoium secundum euangelium meum p Iesum Christū. Secundo, a sua malitia. Hiere. 2. Arguet te malitia tua. Tertio, a magna quam in se ipsis habebunt angustia. Apo. 1. Tunc plangēt se super se omnes trib. terrę. Creatura iudicabit & puniet eos tripliciter. Primo, eorum malitias reuelando. Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Secundo, expugnando. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam in ultionem inimicorum: & post. Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos &c. Tertio, eos cruciando. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormentū aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his qui confidunt. Iudex puniet eos tripliciter. Primo, arguendo, Iudæ. 2. Ecce uenit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios. Secundo, confundendo. psal. 131. Inimicos eius induam confusione. Hiere. 37. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundētur. Tertio, sæuissime condemnando Mat. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Ab isto iudicio liberet nos Deus noster Iesus Christus. Amen.

Dominica septima ex epistola.

SIcut exhibuistis membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem, Roman. 6. In ista epistola hortatur nos Apostolus ad duo. Primo, ad fugam mali, ibi. Sicut exhibuistis membra &c. Secundo, ad dilectionem boni, ibi. Ita nunc exhibete &c. Circa primum assignat Apostolus in epistola ista quatuor rationes, per quas peccatum fugiendum est. Prima ratio est, quia propter peccatū anima polluitur, ibi, immunditiæ. Ose. 8. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Secunda est, quia per peccatum homo ignominiosę seruituti subijcitur, ibi. Cum enim serui essetis peccati. Ioan. 8. Omnis qui facit peccatū, seruus est peccati. Tertia est, quia magna confusio per peccatum acquiritur, ibi. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Hie. 18. Dñe, omnes q̄ te derelinquūt, confundentur. Quarta, quia per peccatum hō ad mortem ęternā deducit, ibi. Stipēdia peccati mors. ps. 33. Mors peccatorum pessima. Circa secundum notandū quod similiter ponit ibi quatuor, quare bonum est eligendū. Quatuor. n. bona acquirit homo ex electione boni. Primo, mentis puritatem, uel sanctificationem, ideſt mundificationem. Matthæo quinto. Beati mundo corde, quoniam

quoniam ipsi, &c. Secundo, voluntatis æquitatem, ibi. Iustitiæ. Iustitia enim est recta voluntas. Anselmus. Iustitia est rectitudo voluntatis conseruata propter se. Tertio, spiritus libertatem, ibi. Liberi fuistis iustitiæ. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Quarto, acquirit homo bene operando vitam æternam, ibi. Gratia autem Dei vita æterna. Ioan. 6. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. Matt. 25. Ibunt hi in supplicium ęternum: iusti autem in vitam æternam.

De eadem ex euangelio.

ACcipiens Iesus panes gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. & habebant piscsiculos paucos, & dedit illis, & iussit apponi. Matth. 8. Tripliciter pascit Dominus suos suos: Primo, panibus corporalibus. psal. 102. Vt educas panem de terra. Secundo, panibus spiritualibus. prou. 20. Aperi oculos tuos, scilicet oculos cordis ad vigilias sanctas; & satiare panibus, scilicet sacra doctrina, vel gaudijs cælestibus. Tertio panibus æternalibus. psal. 131. Pauperes eius saturabuntur. Per istos septem panes intelliguntur septem, quibus pascit Dominus fideles suos, ne deficiant in via iustitiæ; sed in forti tudine eorum perueniant ad mensam cælestis gloriæ. Primus panis est dulcissima ex desiderio gloriæ lacrymarum effusio. psal. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte &c. August. Fluebant mihi lacrymę & bene mihi erat cum illis. Secundus, ineffabilis in verbis Dei consolatio. Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hier. 15. Inuēti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudio, & lætitia cordis mei; quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum. Tertius est ineffabilis de sumptione Eucharistiæ delectatio, Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, Sap. 16. Panem de cęlo præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Quartus admirabilis de præsentia Christi dulcedo. Ioan. 6. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Constat enim Christum semper habitare in cordibus iusti. Quantum ergo gaudium habet qui semper Christum habet in corde? Eph. 6. Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus, &cet. Quintus, æternæ beatitudinis prægustatio. psalm. 77. Panem angelorum manducauit homo. August. Introductus introrsus nescio ad quam dulcedinem, quæ si perficiatur in me, nescio quid sit vita æterna nisi illa sit. Sextus, de omni virtutum possessione gaudium; quale gaudium est habere tot dona spiritus sancti, & illos duodecim fructus, quos memorat Apostolus ad Gal. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. qui ideo dicuntur fructus, quia animam delectabiliter reficiūt vltra quam dici possit. Prouerbiorum nono. Venite vos, & comedite panem meum. Septimus panis est de conscientiæ testimonio exultatio. prouerb. decimoquinto. Secura mens quasi iuge conuiuium. 2. Cor. primo. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Isa. 22. Panis ei datus est, dicitur de viro iusto. Pisciculi sunt gaudia q̄ hūt iusti de psentia sancto rum, qui sunt abstracti iam de amarissimo mari huius sæculi, qui frequenter veniunt & consolantur iustos q̄ sunt in via. Qui quidē pisces assi sunt martyres, vt Laurentius, & alij qui ignibus & supplicijs diuersis afflicti ridebunt, & sic suo risu clamabunt infinitas se habere intrinsecus delitias, propter quas exteriora supplicia cōtemnebant. 2. Cor. 12. Complaceo mihi, 1. vehementer (dicit superlinearis) in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. De isto conuiuio iustorū dicitur Mat. 23. Ecce prandium meum paraui, tauri mei occisi sunt. In istis epulis sunt iusti tota die, quas nescit impius. psalm. 67. Exultent iusti, & epulētur in conspectu Dei: sic epulantur sancti in præsenti. Sed quid erit in futuro? Beatus qui manducabit panem in regno cælorum. Ad quod nos perducat Christus Iesus. Amen.

Dominica octaua ex epistola.

SI secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Rom. 8. Tria facit Apostolus in uerbis istis. Primo, monet nos ut mortificemus carnis voluptatem, ibi. Si spiritu facta carnis mortificaueritis. Secundo, ponit necessitatem mortificandi, ibi. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Tertio, ponit mortificationis vtilitatem, ibi. Viuetis. Circa primum notandum, quod tripliciter debemus mortificare carnem. Primo, eius carnalia desideria & vitia destruendo Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, cōcupiscentiam malam, & auaritiam quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus, & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro: nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, cum qui innouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit illum. Secundo, eam in ieiunijs, & afflictionibus, ad similitudinem passionis Christi macerando. 2. Co. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circunferentes, vt vita Iesu in corporibus vestris manifestetur in carne vestra mortali. Tertio, eam in spiritualibus meditationibus affligendo. Eccle. vl. Frequens meditatio, carnis afflictio est. Eccle. 31. Vigilia honestatis in studio virtutum tabefaciet carnes. Interlinearis, scilicet carnales voluptates; cogitatus illius auferet somnū, scilicet pigritiæ tædium. In eodem. Cogitatus præscientiæ, scilicet qui præuidet præmia donorum auertit sensum, scilicet ab omni concupiscentia mala & infirmitas grauis, scilicet corporis, sobriam a delictis facit animam. Circa secundum notandum, quòd necesse habemus mortificare carnem, quia si secundum carnem vixerimus, moriemur, sequitur enim ex voluptate carnis triplex mors. Prima, mors culpæ; secunda, mors naturæ. Eccles. 37. Propter crapulam multi perierunt: tertia, mors gehennæ. Gal. 6. Qui in carne sua seminat, de carne, & metet corruptionem & cęt. psalm. 33. Mors peccatorum pessima. Circa tertium notandum, quod ex mortificatione carnis triplex vita acquiritur. Prima est prolongatio vitæ naturæ. Eccles. 37. Qui abstinens est, adijciet uitam. Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

enda, uita gratiæ. Rom. 8. prudentia ſpūs uita, & pax. Tertia eſt prolongatio uitæ gloriæ. 2. Corin. 4. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, ut & uita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

De eadem dominica ex euangelio.

OMnis arbor bona fructus bonos facit: & omnis arbor mala malos fructus facit, Matt. 5. Tria genera arborum, q̄ ſunt in inſula huius mundi, ponit Dominus in euangelio iſto. Primo, ponit arborem facientem fructus bonos, ibi. Omnis arbor bona. Secundo, facientem fructus malos, ibi. Et omnis arbor mala. Tertio, arborem facientem nullos, ibi. Oīs arbor, quæ non facit fructus bonos. Primam arborem commēdat a tribus. Primo, a fructuum multiplicitate, ibi. Fructus. Pluraliter dicit, fructus, vt oſtendat q̄ iuſtus, qui hic dī arbor bona, debet fructus multos producere. Debet enim producere duodecim fructus. Primus fructus quem debet producere, eſt charitas, ſecundus fructus eſt gaudium, tertius pax, quartus patientia, quintus longanimitas, ſextus bonitas, ſeptimus benignitas octauus manſuetudo, nonus fides, decimus modeſtia, vndecimus cōtinentia, duodecimus caſtitas. De his omnibus Gal. 5. Fructus autem ſpūs, charitas, gaudium, pax &c. Secundo commendat eam a fructuum preciositate, ibi. Bonos. Patet autem bonitas iſtorum fructuum, quia talibus fructibus acquitiur regnum Dei, & tales fructus faciunt arbores paradiſi. Rom. 14. Regnum Dei nō eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Tertio, commendat eam a fructificandi aſſiduitate, ibi. Facit, præſentis temporis eſt, in quo oſtenditur quod ſemper eſt in actu fructificandi. Hier. 18. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Ezec. 47. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex utraque parte omne lignum pomierum: non defluet flos ex eo, & non deficiet fructus. De his tribus Apoc. vigeſimoſecūdo. Ex vtraque parte fluminis omne lignum vitæ, ecce fructuum pretioſitas, qui enim comedunt fructus iſtos, viuunt in æternum: afferens fructus duodecim, ecce fructuum multiplicitas: per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, ecce fructificandi continuitas. Circa ſe cūdam arborem ponuntur tria mala. Primo, malorum fructuum multiplicationem, ibi. Fructus: in hoc enim quod pluraliter dicit, fructus, innuit quod malus homo, qui hic dī mala arbor, facit multos malos fructus, ideſt, mala opera. Enumerat autem Apoſtolus decē & ſeptem fructus malæ arboris. Gal. 5. Manifeſta aūt ſunt opera carnis, q̄ ſunt, fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitię, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia quæ prædico uobis ſicut p̄dixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Secundo, fructuum peruerſitatem, ibi. Malos. Matth. 12. Malus homo de malo theſauro profert mala. Tertiō, malefacientis aſſiduitatem, ibi. Facit. Oſe. quarto. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt. Circa tertiam arborem notandum, quod tria genera ſunt arborum, quæ faciunt fructus nullos. Prima eſt quæ facit frondes ſine floribus. Hi ſunt qui habent verba ſine operib. Mat. 21. Et videns Ieſus ficulneam arborem vnam ſecus viam, venit ad illam, & nihil inuenit in ea niſi frondes, & ait illi. Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefecta eſt continuo ficulnea, &cæt. Secunda, quæ facit flores ſine fructibus. Hi ſunt qui faciunt in apparentia opera, ſed non vere. 2. Tim. 3. Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Iob. 12. Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit. ſic viæ hominum qui obliuiſcuntur Dominum, & ſpes hypocritæ peribit. Tertia, quæ facit fructus, ſed inutiles penitus. Sap. 4. Fructus eorum acerbi, & inutiles ad manducandum. De talibus arboribus dicitur Iudæ. 2. Arbores autūnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. Sed væ talibus arboribus; nam excidentur ſecuri diuini iudicij, & mittentur in æternum ignem inferni, Matt. 3. Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur, A quo liberet nos Dominus. Amen.

Dominica nona ex epiſtola.

NEque idolatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, &c. 1. Corin. 10. Duo facit hic Apoſtolus. Primo, monet vt caueamus ab idolatria ſpiritualium, ibi. Neque idolatræ efficiamini. Loquebatur enim fidelibus qui iam idola nulla habebant: vnde patet quod monebat cauere ab idolatria, quæ conſiſtit in vitijs. Secundo, comparat idolatriam ſpiritualem idolatriæ corporali, ibi. Sicut quidam ex ipſis, qui vitulum, & alia idola adorauerunt. Circa idolatriam corporalem nota, quod triplex erat. Prima, in aſtris. Secunda, in elementis. De his duabus, Sap. 13. Aut ignem, aut citatum aerem, aut nimiam aquam, aut ecce idolatria in elementis: aut gyrum ſtellarum, aut ſolem, aut lunam, rectores orbis terratum Deos putauerūt, ecce in aſtris idolatria. Tertia, in animalibus. Rom. 1. Et mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei, &cæt. Idolatria in aſtris ſignificat ſuperbiam; vnde primus ſuperbus dixit, Eſa. 13. In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſedebo in loco teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo. Auguſtinus. Et putabant ſe excelſos cum ſyderibus & fulgidos, & ecce ruerunt in terram. Idolatria elementorum ſignificat idolatriam aurorum. Col. 3. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Idolatria animalis eſt carnalis concupiſcentia, quæ eſt in carnis voluptatibus. Iudæ. 1. Quicumque naturaliter tanquam animalia norunt, in his corrumpuntur. De his tribus. Iacobi tertio. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena per auaritiam, animalis per luxuriam, diabolica per ſuperbiam. De ſeptem idolis quæ adorabant Gentiles, *Quære in ſequenti Dominica.*

De eadem ex euangelio.

REdde rationem uillicationis tuæ. 16. Iſtud uerbum dicetur cuilibet in morte, uel in iudicio. Oportet enim, quod omnes ueniant ante tribunal Chriſti cœleſtis iudicis, ut reddant rationem de omnibus factis ſuis. ſecundæ Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis ſui prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum, &c. Et ideo debet quilibet homo cogitare quomodo tunc ſciat rationem reddere. Debemus autem tria cogitare circa rationem illam. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secūdo teſtium, qui accuſabunt malam rationem reddentes, veritatē. Tertio, ſententię quæ dabitur contra eos, qui malam rationem reddiderunt, ſeueritatem. Circa primum notādum, quia erit difficile tunc reddere rationem de omnibus cogitatis. pſal. 75. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Sap. 5. Et in cogitationibus impij eiit interrogatio. Secundo, de dictis. Matth. 12. Dico autem vobis quod de omni otioſo verbo, quod locuti fuerunt homines, reddent rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, &cæt. Tertio, de omnibus factis. Eccleſ. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicio pro omni abſcondito ſiue bonum, ſiue malum.

Circa ſecundum notandum, quod tres teſtes veraciſſimi accuſabunt impios in iudicio. Primus teſtis erit Deus. Mala. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris & qui calumniantur mercedē mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timueruut me, dicit dominus exercituum. Egò enim Dominus, & non mutor &c. Secundus, erit conſcientia. Rom. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentib. in die cum iudicabit Dominus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Tertius, erit omnis creatura. Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra aduerſus eum conſurget. Vnde quidam ſanctus patet dixit. Reddituri ſumus rationem coram cęlo, & terra, & tu rides? Circa tertium notandum, quod in tribus apparebit ſeueritas ſententiæ. Primo, quia omnibus bonis expoliabuntur. Aug. in lib. de ciuit. Dei. In extremo ſupplicio recte fit vt iniqui, & impij naturalium bonorum damna incruciatibus defleant, ſentientes eorum ablatorem iuſtiſſimum Deum, quem contempſerunt largitorem benigniſſimum. Iob. 20. Diuitias quas deuoraſit, euomet, & de ventre extrahet eas Deus. Secundo, quia ardentiſſimi ignis incendio cruciabuntur. Iſa. vlt. Ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia in æternum non liberabuntur. Mat. 25. Diſcedite a me, ſine quo non poteſt eſſe bonum, ecce primum; in ignem, ecce ſecundum: ęternum, ecce tertium. A quo igne liberet nos Chriſtus Ieſus, &c. Amen.

Dominica decima poſt feſtum Trinitatis ex epiſtola.

NEmo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. 1. Cor. 12. In iſtis verbis oſtenditur quanta ſit virtus nominis Ieſu, quem nullus poteſt in veritate nominare, niſi in ſpiritu ſancto; & ideo iſtud nomen eſt ſemper in ore habendum, in corde cuſtodiendum, in aure tenendum, in fronte ſcribendum, in manu fœrendū, &c. *Quære inter feſtiuos in circunciſione Domini.*

De eadem epiſtola.

SCitis quia cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. Prima. Cor. 12. Septem ſimulacra adorabant gentiles ad honorem ſeptem planetarum, quæ ſignificant ſeptem vitia, quę adorant in mundo falſi Chriſtiani. Primum erat ſimulacrum Saturni, & ſignificat inuidiam propter tria. Primo, quia dicitur eſſe malaeuolus, ſic inuidus quia malum proximi deſiderat, & in eo lætatur. vnde bene inuidia ſic deſcribitur. Inuidia eſt dolor alienæ felicitatis. Philoſ. Vtinam, inuidi in omni ciuitate haberent oculos, vt de bonis omnium torquerentur. Secundo, quia frigidus, ſic eſt inuidus per carētiam caloris charitatis. Mar. 24. Quia abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Tertio, quia ſiccus, ſic inuidus eſt ſiccus ab omni humore gratiæ: nihil enim plus euacuat hominem gratia, quam inuidia. Secundum ſimulacrum erat Iouis, qui ſignificat gulam propter tria. Primo, quia vt dicebant, patrem de regno expulit, ſic primum patrem humani generis expulit de regno, ideſt, de paradiſo. Gene. 3. Qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum, & poſt. Emiſit eos Dominus de paradiſo voluptatis, &c. Secundo, quia adulteria multa commiſit, ſic gula cauſa eſt multorum adulteriorum. Hier. 5. Saturaui eos, & mæchati ſunt, & in domum meretricis luxuriabantur. Tertio, quia eſt planeta humidus, & gula generat & multiplicat humores, qui ſunt cauſa putrefactionis. Ioel. 1. Putruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta in ſtercore putreſcere eſt carnales quoſque in carnis luxuria vitam finire. Tertium eſt ſimulacrum Martis, quod ſignificat ira propter tria. Primo, quia dicitur dominari in prælijs, & ita diſcordiam & bella concitat. prouer. 15. Vir iracundus concitat rixas. Eccl. 28. Homo iracundus incitat litem. Secundo, quia eſt planeta igneus propter nimium calorem, & ira procedit ex inflammatione coleræ circa cor. Eccleſiaſt. vigeſimooctauo. Sicut ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcet, & ſecundum virtutem ſuam, ſic iracundia illius erit. Tertio, quia & ſiccando, & calefaclendo efficit hominem impetuoſum. prou. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, &c. Quartum erat ſimulacrum ſolis, quod ſignificat ſuperbiam propter tria. Primo, quia ſolus lucet & ſuperbus ſe lucere exiſtimat, & appetit. Luc. decimooctauo. Non ſum ſicut cæteri hominum, vox eſt phariſæi ſuperbi. Secundo, propter ardorem ambitionis. Auguſtinus. Quid eſt ſuperbia, niſi peruerſus celſitudinis appetitus. Tertio, quia ſicut ſol obſcurat alia lumina, ſic ſuperbus vult omnes alios obfuſcare, vt ſolus appareat, ſicut apparet in phariſæo ſuperbo. Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri homines adulteri, raptores, iniuſti, velut hic publicanus. Quintum erat ſimulacrum veneris. Venus autem ſignificat luxuriam propter tria. Primo, quia eſt planeta calidus, ſecundo quia humides; & hæc duo maxime ſunt cauſa luxuriæ. De primo, Oſee. 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquēte. De 2. Hier. Venter mero æſtuans, cito ſpumat in libidinē. Tertio, quia eſt pulcherrimus planetarum: & pulchritudo eſt cauſa luxuriæ. Ezec. 16. Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam cum tranſeuntib. Poeta. Fœdera feruaſti, ſi vere forma fuiſſet. Sextum erat ſimulacrum Mercurij, qui ſignificat auaritiam propter tia. Primo, quia erat Deus mercatorum, & auaritia maxime in mercatoribus exercetur. prouer. 17. Qui mittit lapidem in aceruum Mercurij. Gloſa. Mercurius eſt Deus mercatorum, & ſic turbatur computatio per miſſionem lapidis qui mittitur. Eph. 5. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Secundo, quia eſt frigidus, & auarus eſt frigidus

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter carentiam fraternæ dilectionis. Hier.6. Omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam,sic frigidam fecit malitiam suam, & parum post. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Tertio, quia est planeta maliuolus, & auaro quid nequius.Eccles.19. Nil iniquius quam amare pecuniam. Septimum est simulacrum Lunæ, & significat accidiam propter duo.Primo, propter mutabilitatem. Eccles. trigesimoseptimo. Stultus vt luna mutatur. Item in eodem 26. Homo sapiens in sapientia sua manet sicut sol, nam stultus vt luna mutatur. Interlinearis, quia instabilis & inconstans. Secundo, propter pigritiæ frigiditatem. prou.20. Propter frigus piger arare noluit.

De eadem ex euangelio.

CIrcundabunt te inimici tui vallo,& circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, &cæt. Luc. decimonono. In istis verbis prædicit Dominus aduersitatem quæ secutura est vanam huius mundi prosperitatem, circa quam tria notantur. Primo, ipsius aduersitatis vniuersalitas, ibi. Circundabunt te. Secundo, pœnarum quæ in ipsa erit, multiplicitas, ibi. Et coangustabunt te vndique. Multitudo est causa coangustationis. Tertio, eiusdem aduersitatis æternitas, ibi. Ad terram prosternent te, ideſt, ita penitus destruent, quod nunquam poteris liberari.Circa primum notandum,quod ab octo partibus venient mala reprobis. Primo,a terra quæ eos deuorabit. psalm. 105. Aperta est terra, & deglutiuit eos. Iob.20. Et terra consurget aduersus eos. Secundo, ab aqua quæ eos suffocabit.Sapient. quinto. Excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Tertio, ab aere qui eos fulgurabit. Sapien. quinto. Ibunt directe emissiones fulgorum, & tanquam a bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Quarto, ab igne qui eos consumet. psalm. 66.Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit. Quinto, a sole, luna, & stellis quæ se eis obscurabunt. Ioel.3. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum. Sol conuertetur in tenebras, &c. Matth. 24. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Sexto, a sanctis qui eos condemnabunt. Matth. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, &c. Septimo, a Domino Iesu Christo qui eos iudicabit.Mat.25.Tunc dicet rex his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti, &c. Octauo, ab Angelis, qui eos in infernum portabunt. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis &c.Circa secundum notandum hic octo pœnas malorum, quæ valde angustiabunt eos. Primo, erit summæ ignorantiæ cæcitas ad tormentum rationalis. Greg. In tormentis positis,nihil præter tormenta scire licebit. Secundo, erit continua odij & iræ angustia ad irascibilis tormentum.psal.111.Peccator videbit,& irascetur. Tertio, erit omnis suauitatis ad pœnam concupiscibilis carentia. Grego. Quæ potest esse maior miseria, quam semper velle quod nunquam est, & semper nolle quod semper erit? nil enim quod desiderat habebit impius. psal.111. Desiderium peccatorum peribit. Quarto, erit continuus sonitus flentium & vlulantium ad pœnam auditus. Iob.15. Semper sonitus terroris in auditu eius est. Iac.5. Agite nunc diuites, plorate,& vlulate. Quinto, erit continua ad pœnam oculorum effusio lacrymarum corpora comburentium. Luc.5. Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. Iob.20. Luet quæ fecit omnia,nec tamen consumetur. In vitis patrum. Oremus,filij, antequam ueniamus ad locum, ubi lacrymæ urent corpora nostra. Sexto,erit intolerabilis fętor ad olfactus supplicium. Isa.3. Erit pro suauitate odoris fętor. Septimo, erit ad pœnam gustus, cibus & potus amarissimus. Hier. 16. Cibabo populũ absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Octauus erit ignis ardentissimi & perpetui incendij. Isa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, &c. Quomodo ergo stulti sunt qui ad tot mala perpetua obligant se pro momentaneis delectationibus? Grego. Momentaneum est quod delectat,æternum quod cruciabit.

Dominica vndecima ex epistola.

NOtum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis, &c. 1. Corin. 15. In ista epistola tria facit Apostolus. Primo commendat suam prædicationem, ibi. Notum vobis facio euangelium. Secundo, probat Christi resurrectionem, ibi. Tradidi enim vobis. Tertio, ponit gratiæ commendationem, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Circa primum tria facit. Primo, commendat suam prædicationem, ibi. Annuntio vobis: Euangelium dicitur Bona annuntiatio, quia annuntiat bona æterna. Secundo, ab acceptione, ibi. Quod accepistis, ideſt, dignum acceptione iudicastis. Tertio, ab effectu. Ponit enim duplicem effectum. Primum, quia per ipsum stant in bonis meritorijs,ibi. In quo & statis. Secundum, quia per ipsum digni sunt æternæ salutis habere præmia, ibi. Per quod & saluamini. Circa secundum notandum, quod resurrectionem Christi probat sex modis. Ponit enim hic sex apparitiones, tres factæ fuerunt personis, & tres multitudini. Prima Petro. Deinde visus est & Iacobo. Tertia, Paulo, ibi. Nouissime autem tanquam abortiuo visus est & mihi. Quarta, vndecim discipulis, ibi. Post hæc vndecim discipulis. Quinta, quingentis. Deinde quingentis fratribus. Deinde Apostolis omnibus. Circa tertium quatuor facit Apost. Primo, dicit quod per gratiam apostolatum accepit,ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo,quod gratiam istam non in vacuum accepit, ibi.Et gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus laborauit.

De eadem epistola.

GRatia Dei sum id quod sum, 1.Corin.16.In istis verbis tria notantur. Primo, magna Dei liberalitas, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo,gratiæ vtilitas,ibi.Et gratia eius in me vacua non fuit.Tertio, liberi arbitrij debilitas, ibi. Non autem ego. Circa primum notandum, quod in tribus apparet magna Dei bonitas ad peccatores, quæ apparuit in Paulo. Primo, in magnorum peccatorum vocatione, ibi. Quia persecutus sum Ecclesiam Dei: primo. Timot. primo. Iesus Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus, ideſt, maximus ego sum. Secundo, in abundatioris gratiæ collatione. Rom. sexto. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hæc notantur, ibi. Gratia Dei sum id quod sum, tam magnus

nus Apostolus,talis,ac tantus. Tertio, in spũalis familiaritatis exhibitione. Iob. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ędificabis,& elongabis iniquitatem a tabernaculo tuo: & post. Tunc super omnipotentem delitijs afflues,& eleuabis ad eum faciem tuam. Circa secundum notandum, hic multiplicem vtilitatem gratię. Prima est, quia mundat ab omni peccati macula. Rom.3. Iustificati gratis per gratiam per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem ipsius.Secundo, qa ab omni miseria liberat.Ro.7.Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christũ. Tertio,quia in bono corroborat.Heb.10. Optimum est.n. gratia stabilire cor.Quarto,mẽtem illuminat.Iob.35. Super quem non fulgebit lumen illius? Quinto,mentem delectat, vnde sic describitur. Gratia est delectatio cordis. Sexto, possessorem suum lætificat. ps.103.Vt exhilaret faciem in oleo. Vnde glosa, ibi. Gratia est quidam nitor animæ ad conciliandum sanctum amorem.Septimo,ducit hominem ad æternæ vitæ gloriam.Ro.6.Gratia autem Dei vita æterna. Circa tertium notandum, quòd in trib. apparet debilitas liberi arb. Primo,quia pronum est ad male faciẽdum. Ge.8.Sensus hominis & cogitatio humani cordis,pni sunt in malum ab adolescentia sua.Secundo,quia non est potens per se ad surgendum cum ceciderit in mortale peccatum.ps.77.Homo est spũs vadens, & non rediens. Tertio, quia non est potens ad aliquod bonum faciendum. 2.Cor.3.Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis.Est ergo semper fugiendum ad adiutricem gratiam,quæ vltro se offert omnibus,& per quam omnia possumus,Quam Dominus det nobis &c.Amen.

De eodem ex euangelio.

DVo homines ascenderunt. Lu.10.In isto euangelio tria possunt notari. Primo, magna Pharisæi superbia, ibi. Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Gratias ago tibi,quia non sum sicut cæteri homines raptores,adulteri,iniusti &c.Secũdo,vera Publicani humilitas,ibi.Publicanus a lõge stans &c. Tertio,magna Dei iustitia in donum suum,ibi.Amen dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo. Circa primum notãdũ, q in trib. apparuit superbia pharisæi.Primum,qa simpliciter se iustum cogitabat, ibi. Non sum sicut cæteri homines. Interlinearis. Quasi solus iustus sum. Scdo, quia cæteros despiciebat, ibi.Raptores, iniusti. glosa. Despectis omnib. appetit singulariter uideri habere quod non hẽt.Tertio,qa bona sua arrogãter iactabat, ibi.Ieiuno bis in sabbatho.Glo.Qui ascendit orare, nõ orat,sed se laudat.Isti sunt tres actus superbiæ, sicut dicit glosa quę sic incipit.Quatuor sũt tumoris spes &c. Circa fm notandum,quod in trib. apparuit humilitas Publicani.Primo, qa à longe tãquam indignus ingredi templum Dei,stabat,ibi.A longe. Secundo, qa indignum se uidere templum iudicabat, ibi. Nolebat nec oculos ad cælum leuare &c. Tertio, quia se peccatorẽ iudicabat,& asserebat,ibi. Percutiebat pectus suum dicens,Deus propitius esto mihi peccatori. Isti sunt tres actus humilitatis Glosa.Sicut ibi habemus non audet, humilis appropinquare, vt Deus appropinquet ei,ecce primum: non aspicit vt aspiciatur,ecce secundũ: agnoscit,ut ipse Deus ignoscat,ecce tertium.Circa tertium notandum, quod in trib. apparet in isto euangelio iustitia Xpi.Primo, in humilis Publicani iustificatione. Secundo,in superbi Pharisæi condemnatione.Tertio, in oĩ superborum condemnatione & humilium exaltatione.Primum,ibi.Descendit hic iustificatus; secundum,ibi.Ab illo. Glosa.i.præ illo, ad comparationem illius,vel plusq̃ ille.glo. Ante ruinam exaltatur cor,qđ pertinet ad Pharisæum: & ante gratiam humiliatur, quod ad Publicanum.Tertium,ibi.Omnis qui se exaltat humiliabitur glos. Posita publicani & & pharisæi controuersia,postea ponitur iudicis sententia,vt cauea mus superbiam, teneamus humilitatem, quæ exaltat hominem in æterna gloria.Iob.22.Qui humiliatus fuerit,erit in gloria, Ad quam nos &c.

Ad idem ex euangelio.

DEus propitius esto mihi peccatori. Luc.18.Ista est oratio peccatoris quærentis misericordiã a Deo. Primo, ponit beneuolentiæ captationem a Dño, ibi. Deus.Secundo,format suam petitionem,ibi.Propitius esto.Tertio,subiungit petitionis rõnem,ibi.Mihi peccatori.Circa primum notandum, quod pp tria possumus firmiter sperare quod Deus det miam omnib. pentibus eum.Primo, qa habet multum de misericordia.Eph.1.Deus qui dites est in mia.Secundo, qa proprium est Dei misereri.Grego. Deus cui proprium est misereri semper & parcere.Is.55. Derelinquat impius viam suam &c. Tertio, qa longam habet consuetudinem miserendi.Ab æterno.n.& vsq; in æternum effundit mias suas super confugientes ad eum.ps.102. Misericordia Dñi ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Circa secundum notandum, q oratio q̃ formauit,est multum bona pp tria. Primo,propter brevitatem.Mat.6.Cum oratis,nolite multum loqui sicut Ethnici: putant.n.quod in multiloquio suo exaudiantur.Secundo,pp necessitatem: petitur.n.hic venia quæ est omnib. necessaria.1.Io.1.Si dixerimus quia peccatum non habemus,nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.Aug. Nil laudabile est in uita hominum, si remota misericordia discutias eum. Tertio, propter utilitatem impetrãdi peccatorum remissionem,& gratiæ infusionem.Vnde sequitur, Descendit hic iustificatus ab illo.Circa tertium notandum,quod tria dẽt habere peccator qui vult sibi Deum habere propitium, quæ habuit iste Publicanus. Primo, magnam cordis humilitatem & contritionem,ibi.A longe stans.ps.50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.Secundo,peccatorum suorum confessionem,ibi.Hæc apud se orabat.Deus ppitius esto mihi peccatori prou. 28.Qui abscondit scelera sua,non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit,& reliquerit ea, misericordiam consequetur &c.psa.31. Dixi confitebor aduersum me &c. Tertio,punitionem,siue satisfactionem, ibi.Percutiebat pectus suum.Augu. Pœnas de se exigebat. Mat.3. Facite fructus dignos pœnitentia &c.

Omnis qui se exaltat,humiliabitur. *Quære in dominica decimaoctaua post Pentecosten.* Sequens dominica debet esse hic.

Dominica duodecima ex epistola.

FIduciam talem habemus per Christum ad Deum &c.2. Cor.3.Apost. in ista epistola intendit commendare mysterium noui testamenti. Circa quod tria facit. Primo,agit de ministrandi vtilitate, ibi. Fiduciã talem

Universidad de Deusto
Biblioteca

talem habemus. Secundo, deministrorum idoneitate, .2.Cor.3. Qui & idoneos nos fecit. Tertio, de rei ministrãdæ vtilitate, ibi. Quod si ministratio. Circa primum tria facit. Primo, fiduciam ministrandi non sibi attribuit, ibi. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: Secundo, dicit quod non est a se, ibi. Non quod sufficientes simus. Tertio, ostendit ꝙ omnis sufficientia & uoluntas operis est a Deo, ibi. Sed sufficientia nostra ex Deo est. Circa secundum similiter tria facit. Primo, dicit ꝙ Deus fecit eos ministros noui testamenti, ibi. Qđ idoneos nos fecit ministros. Secundo, ostendit dignitatem noui testamenti, quoniã non est in litera occidẽte, sed in spiritu viuificante, ibi. Non litera, sed spiritu. Tertio, ostendit ꝙ facit eos ipsos ministros noui testamenti. s. quia confert vitam, ibi. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Circa tertium similiter tria facit: ostẽdit enim ꝙ res noui testamenti est dignior & utilior propter tria. Primo, quia illa erat pars mortis, hęc est spei, ibi. Quod si ministratio mortis &c. Secundo, quia illa damnationis, hæc iustitiæ, ibi. Nam si ministratio damnationis &c. Tertio, quia illa transiens, hæc permanens, ibi. Nã nec glorificatum est quod claruit in hac parte. Ecce propter excellẽtem gloriam. Si enim quod euacuatur in gloria est, multo magis quod manet, in gloria est.

De eadem ex epistola.

FIduciam talem habemus per Iesum ad Deum, 2. Corinth. 3. Apostolus tria facit in uerbis istis. Primo, agit de fiducia sanctorum, ibi. Fiduciam talem habemus. Secundo, ostendit propter quod sit ei fiducia, ibi. Per Christum. Tertio, ostendit in quo sancti habuerunt fiduciam, ibi. Ad Deum. Nota ꝙ duplex est fiducia. s. bona, & mala. Fiducia bona est sanctorum, vel bonorum: fiducia vero mala est fiducia malorum, siue peccatorum. Fiducia bonorum sicut colligitur ex textu, consistit in septem. Primo, in Dei timore. Prou. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius. s. timoris, erit spes. Secundo, in oratione. 2. Paral. 16. Inuenit fiduciam seruus tuus, ut oret te. 1. Io. 3. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciã habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quia quæ sunt placita coram eo facimus. Tertio, in sui ad Deum conseruatione. Iob. 11. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis: miseriæ quoque obliuiscẽris, & quasi aquarum quæ pertransierunt non recordaberis, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris ut lucifer, habebis fiduciã proposita tibi spe, & defessus securus dormies, requiescẽs, & non erit qui te exterreat, & deprecabũtur faciẽ tuam populi. Quarto, in eleemosynæ largitione. Tob. 4. Magna erit fiducia coram summo Deo eleemosyna. Quinto, in legis diuinæ obseruatione. prou. 33. Fili mi inclina aurem tuam, & audi uerba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam, quia pulchra erit cum seruaueris eam in corde tuo, & redundabit in labiis tuis, ut sit in Dño fiducia tua. s. non in mundo, uel in aliquo alio. Sexto, in sanguine Christi. Heb. 11. Habentes, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis nouam uiam. Octauo, in die iudicij. 1. Io. 4. In hoc est perfecta charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Item fiducia malorum consistit in septem, sicut colligitur ex textu. Primo, in diuitijs. Hiere. 49. Quid gloriaris in vallibus? defluxit uallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis. Secũdo, in astutijs & malitijs. Is. 47. Et fiduciam habuisti in malitia, & dixisti. Non est qui videat me. sap. tua, & scia tua hęc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & præter me non est altera. Tertio, in falsa potẽtium fortitudine. Is. 39. Væ filij desertores: & post. Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti. Et erit uobis fortitudo Pharaonis, in confusionẽ, & fiducia umbræ Aegypti in ignominiam. Pharao, princeps sæcularis. umbra Aegypti, potentia sęcularis. Bene autem Pharao erit uobis in confusionem, quia sæpe a quibus speratur auxilium, interuenit nocumentum. Vmbra quoque potentiæ sæcularis cedit in ignominiam. Iuxta quod Isa. 43. Confundantur omnes qui confidũt in sculptibilib. i. simulacro potentię, & potenti. Quarto, in uana carnis pulchritudine. Eze. 12. Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in noie tuo, ex posuisti fornicationem tuam omni transeunti. Quinto, in turrium & murorum munitione. Deut. 28. Donec disperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi, atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Sexto, in dæmonum inuocatione. Deu. 22. Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Septimo, in exteriori & apparenti conuersatione. Iob. 8. Et spes hypocritæ peribit. Nõ. n. placebit Deo verecundia sua, & sicut tela aranearum fiducia sua, Ab illa fiducia liberet nos Christus.

De eadem ex euangelio.

ADducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum ut imponat illi manum, Marc. 7. Moraliter in isto euangelio tria notantur. Primo, quod magna sit & multiplex cuiuslibet peccatoris infirmitas, ibi. Surdum & mutum. Secundo, quæ sint ad eius curationẽ necessaria, ibi. Et deprecabant eum. Tertio, quod multiplex sequatur ex eius curatione utilitas, ibi. Apertæ sunt aures eius. Circa primum notandum, quod tres graues infirmitates incurrit quilibet peccator, quãdo peccat mortaliter. Primo, cæcitatem per mentis obtenebrationem. Sopho. 1. Ambulabunt ut cæci, qm̃ Dño peccauerunt. Eph. 4. Tenebris obcæcatũ habentes intellectum, alienati sunt a uita Dei p ignorantiam, quæ est in illis ꝓpter cęcitatem cordis ipsorum, ꝙ desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operatione immunditiæ omnis in auaritiam. Secundo, surditatem p inobedientiæ rebellionem. Isa. 33. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuntios misi? psalm. 17. Furor illis secũdum simiitudinem serpentis sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Tertio, mutitatem per peccatorum suorum occultationem. Isa. 56. Vniuersi canes non ualentes latrare. Iob. 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum, absc̃odit illud sub lingua. De his tribus, glosa istius euangelij. Genus humanum tanquam vnus homo varia peste absumptum in protoplasto cæcatur, dumuidet cæcus fit, surdus dum audit, obmutescit dum loquitur. Circa secundum notandum, ꝙ duo concurrunt ad curationem istius infirmi, & significant tria quæ sunt necessaria ad curationem peccatoris. Primo, sanctorum & ecclesiæ oratio, ibi. Et de-

precabantur. 1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat pro eo, & dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Secundo, donorũ & gratiæ Spiritussancti susceptio, ibi. Misit digitos in aures eius. Glosa. Digitos in auriculam mittit, cum per Spiritum sanctum aures cordis ad intelligenda, & suscipienda verba salutis aperit. Rom. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Tertio, pœnitentiæ operatio, quę consistit in tribus. Primo, in cordis dolore, ibi. Suspiciens in cælũ, ingemuit. Interlinearis. Gemere nos docuit ꝓ nostris, vel nostrorum reatib. supplicantes. psa. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Secundo, in oris confessione, ibi. Et solutum est vinculum linguæ eius. Vinculum linguæ solui. mur peccatoris, cum peccatum confitetur. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Tertio, in mandatorum Dei & sacerdotis adimpletione, ibi. Et apertæ sũt aures eius. Aures peccatoris aperiuntur cum præcepta Dei & sacerdotis adimplendo & satisfaciendo obedit. Heb. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi. n. peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Circa tertium notandum, ꝙ triplex vtilitas sequitur ex conuersione peccatoris. Prima est, quia ab omni infirmitate liberatur spũali, ibi. Solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Hiere. 3. Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones vestras. Secunda est, quia Deus inde laudatur, ibi. Tanto magis plus predicabant. psa. 50. Libera me de sanguinib. Deus Deus salutis meæ. Tertia, quia Dei potentia & bonitas declarat, ibi. Bene omnia fecit: surdos fecit audire &c.

Dominica decimatertia ex epistola.

ABrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, Gal. 3. In verbis istis ostenditur ꝙ illis sunt promissiones cælestes, qui Abraham student pro viribus imitari. Leguntur autem septem de Abraham, in quibus debet eum Christianus qlibet imitari. Primo, in fidei constantia. Rom. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: credere. n. oportet accedentẽ ad Deũ, quia est, & ꝙ inquirentibus se, remunerator est. Secundo, in perfecta obedientia. Gen. 33. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meę. Deut. 3. Nunquid Dñs Deus tuus requiret a te, nisi ut obedias ei ex toto corde tuo? Tertio, in despectu patriæ. Quarto, in contemptu prosapiæ. De his duobus, Gen. 12. Dixit Dñs ad Abraham. Egredere de terra, & de cognatione tua, & veni in terram quam mõstrauero tibi. Quinto, in hospitalitate & misericordia. Gen. 18. Dne, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pusillum aquę, & lauent pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponam buccellam panis, & confortate cor uestrum, postea transibitis. Heb. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidam placuerunt Deo. Sexto, in humilitate. Ge. 18. Loquar ad Dominum meũ cum sim puluis & cinis, Verba sunt Abrahæ ad Dominum. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Septimo in Dei timore. Gen. 53. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam: nunc cognoui quòd timeas Dominum, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Et quid Dominus Deus requirit a te, nisi vt timeas Dominum ex toto corde tuo? Deu. 3. In his monet nos imitari Abraham, Io. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. His qui sic in his imitantur Abraham facit Dominus septem magnas ꝓmissiones, quas fecit Abrahæ. Primo, promisit ei ꝙ suam benedictionem sibi daret. Secũdo, quod ipsum magnificaret. Tertio, quod eius inimicos humiliaret. Quarto, quod eum in omnib. gentib. honoraret. De his quatuor. Ge. 12. Benedicam tibi, ecce primum: magnifica bo nomẽ tuũ, ecce secundum: maledicam maledicentibus tibi, ecce tertium: atque in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ, ecce quartum. Quinto, ꝙ eum in omnibus protegeret, Sexto, ꝙ se ei in mercedem tribueret. De his duobus, Gen. 15. Factus est sermo Domini ad Abraham per uisionem, dicens. Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, ecce primum: & merces tua magna; ecce secundum. Septimo, ꝙ ei terram fluẽte melle & lacte daret. Gen. 13. dixit Dñs ad Abraham. Leua oculos tuos a loco in quo nunc es ad aquilonem, & meridiem, & ad orientem: omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternũ. Hæc septem bona facit Dñs his qui imitãtur Abraham. Primo, eos benedicit. Ephe. 1. Qui benedixit in omni benedictione spũali in cęlestibus in Christo. Secundo, eos magnificat, Rom. 7. Quos autem vocauit, illos & magnificauit. Tertio, inimicos eorum humiliat. psal. 37. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam. Quarto, eos protegit. psalm. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum: qm̃ cognouit nomen meum. Quinto, honorat. psal. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Sexto, se eis dat ipse Deus in prẽmium, qui erit omnia in omnibus, qui erit salus & uita, honor, gloria, pax, gaudium, & omnia bona. Septimo, dat eis terram fluentem lacte & melle, idest, regnum cœlorum, gaudium humanitatis & diuinitatis lætificans. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, Ad quod nos perducat, Amen.

De eadem ex euangelio.

HOmo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam eum despoliauerunt, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, Luc. 10. In ista parabola tria sunt. Primo, multiplex peccatorum miseria, ibi. Homo quidam, descendebat ab Hierusalem. Secundo, ostenditur multiplex Christi ad peccatorem misericordia, ibi. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus viam, & videns eum misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Tertio, datur nobis imitandi regula, ibi. Vade & tu fac similiter. Circa primum nota, quod quatuor miserias incurrunt homines cum peccant. Primo, cœlesti gloria priuantur, ibi. Descendebat ab Hierusalem, &c. glosa. Homo ille cœlestis Hierusalem prævaricationis prolapsione ad miserias & defectum huius erũnosæ, & mutabilis uitæ descendit. Isa. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Secundo dæmonibus subiugantur, ibi. Incidit in latrones. glos. In potestate dæmoniorum. 2. Timor. 2. Ne quando det illis Deus pœnitentiã ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Tertio, bonis gratuitis expoliatur, ibi. Qui expoliauerunt. Glo. Indumenta gratiæ spiritualis aufert. Sap. 1.

In

Universidad de Deusto Biblioteca

In malivolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quarto, in bonis naturalibus vulnerantur, ibi. Vulnerauerunt, vulnera inferunt, i. peccata, quibus integritas humanæ naturæ violatur. Aug. Si naturæ bonæ non essent, eis vitia non nocerent: nunc autem eis quid faciunt nisi adimere integritatem, pulchritudinem, & uirtutem, & salutem? Circa secundum notandum, quod quatuor misericordiæ Christi hic ponuntur, quas fecit peccatoribus. Prima, fuit humanæ naturæ susceptio, ibi. Samaritanus quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus est. glo. Samaritanus Christus est, qui propter nos hic factus est, vitæ præsentis iter arripuit. Secundo, sacramentorum ad salutem peccatorum institutio, ibi. Alligauit vulnera eius. glo. in baptismo. psalm. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Tertio, gratiæ Spiritussancti infusio, ibi. Infudit oleum. glo. id est chrisma Spiritussancti. Ioan. Paraclitus autem Spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quæcunque dixero vobis. Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Quarto, amaritudinem pro peccatoribus passionis tolerando, ibi. Imponens eum in iumentum suum. glo. iumentum caro sua est, in qua ponit sauciatum, quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Circa tertium notandum, quod quatuor misericordias debemus pœnitentibus exhibere. Primo, supportatione. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Secundo, oratione. 1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Iac. 5. Orate pro inuicem ut saluemini. Tertio, in instructione. Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Iac. 5. Fratres mei, si quis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suę, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum &c. Quarto, veniæ donatione. Mat. 18. Accedens Petrus ad Dominum dixit. Si peccauerit in me frater meus, dimittam ei vsque septies? dixit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Eccl. 8. Non spernas hominem. Interlinearis, scilicet pœnitentem auertentem se a peccato, neque improperes ei. Memento quoniam in corruptione omnes sumus.

Dominica decimaquarta ex epistola.

Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, Gal. 5. Tria facit Apostolus in uerbis istis. Primo, inuitat nos ad ambulandum, ibi. Ambulate. Secundo, ostendit modum ambulandi, ibi. Spiritu. Tertio, ostendit vtilitatem, ibi. Et desideria carnis non perficietis. *Quære in secunda dominica, & in tertia Quadragesimæ.*

De eadem epistola.

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &cæt. Gal. 5. Duo facit Apostolus in ista

F epistola. Primo, dicit quod est fugiendum malum carnis, ibi. Desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Secundo, dicit quod est sequenda via spiritus, ibi. Quod si spiritu ducimini. Circa primum tria facit. Primo, dicit quod malum carnis est fugiendum. Secundo, ostendit quomodo est fugiendum, quia per viam spiritus, ibi. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Tertio, probat quod qui sequitur viam spiritus, fugit malum carnis, ibi. Si spiritu ducimini. Circa secundum similiter tria facit, probat enim quod sequendus est spiritus propter tria. Primo, quia a lege liberat, ibi. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Secundo, quia ex carne sequuntur
G multa mala, & ponit decem & septem mala, ibi. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Tertio, quia ex spiritu sequuntur multa bona, ponit duodecim bona, ibi. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas: aduersus huiusmodi non est lex. Circa istud vltimum notandum, quod Dominus dat iustis suis virtutes, dona, beatitudines,
H & fructus spiritus. Virtutes vt bene agant, dona vt agant expedite, beatitudines vt agant iucunde. Dicuntur autem ista fructus, quia reficiunt hominem exterius & interius. Ad sensus pertinent tres, castitas ad tactum, continentia ad gustum, modestia ad cæteros sensus. Ad concupiscibilem, pertinent tres. Primo, charitas ad Deum: secundo, pax ad proximum: tertio, gaudium in seipso. Ad irascibilem duo, patientia, quæ facit aduersa delectabiliter tolerare: & longanimitas, quæ facit in bono delectabiliter perseuerare. Alij quatuor fructus sunt in rationali. Consideratur enim rationalis dupliciter prout est regitiua virium, & sic tripliciter: vel prout regit se ipsam, & sic habet bonitatem, quæ est dulcedo mentis:
I vel prout regit concupiscibilem ad proximum, & sic habet benignitatem, quæ est largitas: vel prout regit irascibilem, & sic habet mansuetudinem: vel prout est reductiua ad fidem, & sic habet fidem.

De eodem.

Fructus autem sunt charitas, gaudium, pax, patientia &c. Gala. 5. Quilibet homo debet habere istos fructus maxime propter tria. Primo, propter necessitatem. Matt. 5. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittetur. Secundo, propter delectabilitatem, quia mentem ineffabili dulcedine re-
K ficiunt. Cant. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Tertio, propter vtilitatem, quia multas vtilitates conferunt. Primus fructus habet tres mirabiles virtutes. Prima est, quia homo qui comedit ipsum, inexpugnabilis efficitur. Roman. 8. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter illum qui dilexit nos. Secundo, quia omnia bona & mala prosunt ei, qui isto fructu reficitur, Roman. 8. Scimus quoniam diligentibus

Deum

Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. glosa, bona & mala. Tertio, quia qui comedit talem fructum, in æternum non morietur. 1. Cor. 13. Charitas numquam excidit. Secundus fructus habet similiter tres magnas virtutes. Primo, quia esus huius fructus fortes facit homines ad vicendum omnes dæmones. B. Antonius. Vnica est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis. Secundo, quia facit homines semper viuere. Eccl. 30. Iucunditas cordis hæc est vita hominis. Tertio, quia ducit comedentes ad gloriam cælestis regni. Rom. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Tertius fructus similiter habet tres magnas uirtutes. Prima, quia hominem ab omnibus malis protegit. Philip. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro. Secundo, quia filium Dei efficit. Matt. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Tertio, quia in loco ubi est iste fructus, Deus libenter inhabitat & quiescit. psal. 75. In pace factus est locus eius. Quartus fructus habet similiter tres magnas uirtutes. Prima est, quia esus eius dat homini sapientiam. Prouer. 18. Qui patiens est, multa gubernatur prouidentia, scilicet futurorum (Ista dictio, multa, est accusatiuus pluralis, uel ablatiuus singularis) Secundo, quia animam hominis conseruat, Luc. 21. In patientia uestra possidebitis animas vestras. Tertia est, quia facit amara dulcia, tanta est dulcedo eius. Iac. 1. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat.

De eadem ex euangelio.

Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, Luc. 17. Moraliter in isto euangelio tria notantur. Primo, peccatorum multiplicitas, ibi. Ecce decem viri leprosi. Secundo, curationis remedia, ibi. Occurrerunt ei. Tertio, quæ sint curatis a peccatis remedia necessaria, ibi. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est. Circa primum notandum, quod decem leprosi possunt significare decem genera peccatorum. Primus leprosus est infidelis, & hæreticus, qui a consortio fidelium separatur, & sanctorum. Num. 5. Locutus est Dominus ad Moysen, dicēs. Præcipe filijs Israel, ut eijciant de castris omnem leprosum: & post. Fecerunt filij Israel, & eiecerunt extra castra omnes, sicut locutus est Dñs Moysi. Secundus est blasphemator & detractor. Num. 10. Locuta est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, & dixerunt. Nunquid pp solum Moysen locutus est? quod cū audisset Dominus, iratus est valde; & post dixit ad eos. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? & post. Ecce super Maria apparuit cādēs lepra quasi nix. Tertius gulosus, qui aerem fetidis eructationib. ex repletione nimia procedētib. inficit. Leui. 12. Quicunque maculatus fuerit lepra, habebit os veste cōtectum, cōtaminatum ac sordidum se clamabit. Quartus est auarus, qui immoderato habendi desiderio semper flat; hæc est lepra Giezi. 4. Reg. 5. Nunc ergo accepisti argentū, accepisti vestes, vt emas olueta, oues & boues, seruos & ancillas, &c. lepra Naaman adhęrebit tibi. Quintus est superbus, qui per tumorem mentis

A contra Dominum, & Christum se eleuat, & hæc est lepra Naamam regis Syriæ, & erat diues valde, & fortis, sed leprosus. Sextus est ambitiosus, qui honores, & dignitates desiderat: hæc est lepra Ezechię, qui ambijt honorem summi sacerdotij. Paralip. 32. Eleuatum est cor eius, ingressus est tēplum, voluit adolere incensum: & post. Et statim orta est lepra in frōte eius. Septimus est hypocrita, vel vanagloriosus, qui bona sua inaniter iactat. Hic est leprosus Simonis pharisęi. Mat. 26. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput eius recumbentis. Octauus leprosus est luxuriosus, qui fluxu immūditiæ suæ
B creaturas cōtaminat. Leu. 33. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, vel patiens fluxū sanguinis, nō vescetur de his quę sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Nonus est homicida. Hæc est lepra Ioab, quā imprecatus est ei Dauid, quia occiderat Abner. 2. Regum. 3. Non deficiet de domo Ioab homo leprosus tenens fusum. Decimus est obstinatus & desperatus, qui finaliter peccat, Leu. 13. Lepra perseuerantis est in eodem, cumque color albus fuerit in cute, & capillorū mutauerit aspectum, ipsa quoq; caro viua apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur. Hie. qui veniam de peccato desperat, plus se de desperatione quam cōmisso scelere obligat. Desperatio auget peccatū, & est maior omni peccato.
C Qui ab istis lepris vult curari, currat ad piscinā sanguinis innocētis, quam fecit nobis ineffabili charitate Dominus Iesus Christus, qui mundauit nos in ea, & mundabit omnes confugientes ad se a lepris omnium peccatorum. Apoc. 1. Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Dominica decimaquinta ex epistola.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes, inuicē prouocantes, Gal. 6. Duo facit Apostolus in ista epistola. Primo, monet vt malum vitemus ibi. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Secundo, vt bonum operemur, ibi. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huius-
D modi in spiritu lenitatis. Circa primum tria facit. Primo, monet vt declinemus a malo vanitatis, ibi. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi. Secundo, vt vitemus iniuriam proximi in dictis & factis, ibi. Inuicem prouocantes. Circa secundum docet triplex facere bonum. Primo, docet de bono quod debet prælatus subditis, ibi. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Secundo, de bono quod debent subditi prælatis, ibi. Communicet autē his qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Tertio, de bono quod debent omnes ad inuicem, ibi. Bonum autem facientes &c. Circa primum tria facit. Primo, monet vt prælati peccatores in mansuetudine instruant, ibi. Si præoccu-
E patus fuerit homo &c. Secundo, vt supportent eorum onera, ibi. Alter alterius onera portate. Tertio, quare hoc facere debent s. aliorum onera portare, ibi. Et sic adimplebitis legem Christi. Circa secundum facit similiter tria. Primo, dicit quod debent subditi prælatis ministrare temporalia, ibi. Communicet autem. Secundo, quod non debent se excusare aliqua fallacia, ibi. Nolite errare, Deus non irridetur. Tertio, probatur quod hoc facere debent, ibi. Quę enim seminauerit homo, hæc & metet. Circa tertium similiter tria facit. Primo dicit quod debemus benefacere, ibi. Benefacientes autem non deficiamus, Secūdo, probat quod hoc debemus, ibi. Tempore enim suo metemus non deficientes. Tertio ostendit

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod bonum facere debemus. ſ. antequam tranſeat F tempus benefaciendi,ibi. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

De eadem epiſtola.

BOnum autem facientes nō deficiamus,Gal.6.Tria facit Apoſtolus in verbis iſtis.Primo, monet vt bonum faciamus,ibi.Bonum autem facientes. Secundo, vt a bono opere non deficiamus, ibi. Non deficientes. Tertio,ponit præmium,ibi.Tempore.n. ſuo metemus. Circa primū ſciendū ꝙ debemus bonū facere maxime pp tria.Primo,quia omnia naturaliter docēt nos bene facere,& hoc tripliciter.Primo, qa omnia bona ſunt. Ge.1.Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erāt valde bona.Satis poſſunt erubeſcere peccatores in tanta multitudine creaturarum,quæ omnes bonæ ſunt, & ipſi mali ſunt.Secundo,quia omnia naturaliter bonum faciūt quælibet.n.creatura dat ſeipſam,ꝙ eſt indicium bonitatis earum & creatoris.Diony. Deus eſt bonum effuſiuum ſui.Aug.Magnum eſt indicium bonitatis diuinę. ꝙ quælibet creatura cogitur dare ſeipſam.Tertio,quia omnia naturaliter appetunt bonum,& ad bonum tendunt. Phil. Bonum eſt quod ab omnibus deſideratur. Circa ſm docet ꝙ tria ſunt quæ maxime faciunt homi nem perſeuerare in bono.Primo,aſſidua & deuota oratio,qua homo implorat Dei auxilium ne in tentationi bus ſuccumbat.Luc. 20.Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Secūdo,continuus timor:ſtatim.n. vt homo ſecurus ſit, a bona operatione deficit. Eccl. 27. Si non timore Dñi tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.Interlinearis . Timor Domini cuſtodia vitæ ; cito.i.ex improuiſo: ſubuertetur domus tua. ſ.terrenum inhabitaculum, vel ſpes terrenorum.Tertio, venialium vitatio : quæ ſunt occaſio ad mortale, & frequenter ſubruunt ædificium bonorum operum . Aug. Vitaſti grandia , caue ne obruaris arena. Eccl. 19. Qui minima neglegit,paulatim defluit. Circa tertiū notandum,ꝙ tria facit Apoſto.Primo,ponit recipiendi præmium congruentiam , ibi. Tempore.n.ſuo glo. hoc eſt tēpore congruo,vel conuenienti:tēpus congruum erit dies iudicij,in quo recipiet vnuſquiſque ꝙ geſſit.Vnde pſal.74. Cum accepero tempus,ego iuſtitias iudicabo. Secundo,ponit præmij copioſitatem,ibi.Metemus. In meſſione abundantia notatur.pſal. 125. Venientes aūt venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. 2. Cor. 19. Qui ſeminat in benedictionibus , de benedictione & metet vitam æternam.Matt. 5.Merces veſtra copioſa eſt in cælis.Tertio ponit præmij æternitatem, ibi.Non deficientes.Io.15.Et gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Matth. 25.Ibunt hi in ſupplicium æternum:iuſti autem in vitam æternam .

De eadem ex euangelio.

NEmo poteſt duob.dñis ſeruire, Mat.6. Dñs Ieſus Chriſtus in verbis iſtis oſtendit quod ſoli Deo ſeruiendum eſt, & non alteri contraria Deo præcipienti,vel ſeruire Deo impedienti.Mat.4.Dominum Deum tuum adorabis.& illi ſoli ſeruies. Debemus aūt illi ſeruire propter quinque.Primo, pp congruitatem.Omnia enim ſeruiunt ei: vnde ſatis incongruū eſt ꝙ hō non ſeruiat ei.pſ.118.Qm̄ omnia ſeruiūt tibi,ordinatione tua perſeuerat dies . Seruiunt autem ei omnia tripliciter. Primo,præcepta ſibi a creatore data adimplēdo. pſal. 148.Statuit ea in æternum,& in ſæculum ſęculi : præceptum poſuit,& nō præteribit.Secundo,rebelles creatori puniendo.Tertio,amicis eius benefaciendo.De his duobus, Sap. 16.Creatura tibi factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos;& lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Secundo, debemus ſoli Deo ſeruire, quia ipſe ſolus habet in nobis veri Domini proprietatem. pſal. 115. Ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ. Poſſidet autem in nobis Dominium triplici iure . Primo , iure creationis. pſal.4. Scitote quoniam , Dominus ipſe eſt Deus , ipſe fecit nos,& non ipſi nos. Secundo,emptionis.1.Pet.1.Scientes quoniam non corruptibilibus auro,vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incōtaminati Chriſti. 2. Cor. 6. Empti.enim eſtis pretio magno,glorificate,& portate Deum in corpore veſtro.Tertio,vitæ educationis. pſal. 135. Qui dat eſcam omni carni. Tertio,debemus ſoli Deo ſeruire propter ſeruiendi ſibi dignitatē ; confert.n.triplicem magnam vtilitatem ſeruienti ſibi. Primo, militiā triumphalē. 2. Tim. 2. Labora vt bonus miles Chriſti. Iob. 25. Nūquid eſt numerus militum eius? Secundo,dignitatem ſacerdotalē. Tertio,maieſtatē regalem. De his duob. Apoc. 5. Fecit nos Deo noſtro regnū & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſe gloria & imperium in ſæcula ſæculorum , Amen. 2. Pet. 2. Vos aūt genus electū,regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Nam ſeruire Deo regnare eſt.Quarto,debemus ei ſeruire propter neceſſitatem: imminet aūt nobis triplex neceſſitas ſeruiendi Deo.Primo,quia qui noluerit ſeruire Deo,ſeruituti ſuorum hoſtium ſubijcietur. Secundo , bonorum omnium penuriam patietur.Tertio,quia ſub multiplici miſeria penitus conteretur.De his tribus,Deute.28. Eo quod non ſeruieris Domino tuo in gaudio cordiſque lætitia propter rerum abundantiam, ſeruies inimico tuo quem immittet Dominus tibi , ecce primum;in fame & ſiti,& nuditate,& omnium penuria bonorum, ecce ſm : & imponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam donec conterat,ecce tertium.Quinto,propter vtilitatem debemus ſeruire Deo ; conſequitur enim multas vtilitates homo de ſeruitio Dei. Sed hic notantur tres. Prima eſt ab omnibus inimicis liberatio. tertio Regum ſeptimo.Seruite illi ſoli,& liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum.Secunda,ineffabilis cordis exultatio:pſam.99.Seruite Domino in lætitia.Tertia , æterna omnium delitiarū fruitio. Iſa. 65. Ecce ſerui mei comedent,& vos exurietis; ecce ſerui mei bibent , & vos ſitietis:ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini.Ioan.12.Volo pater, ut ubi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Fuit enim Ieſus in dextris patris,hoc eſt, in potioribus bonis patris,& ibi ponet eos qui ſibi ſeruiunt. Matth.24. Beatus ille ſeruus , quem cum venerit Dominus , inuenerit ſic facientem , Amen dico vobis,ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Matth.25. Euge ſerue bone & fidelis , intra in gaudiū Domini tui, Ad quod gaudium &c.

Dominica decimaſexta ex epiſtola.

VT poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo , longitudo , ſublimitas, & profundum , Eph. 5. In iſtis verbis notantur quatuor , quæ ſunt nobis neceſſaria ad ſalutem . Primo, charitas , qua amicos & inimicos diligamus, ibi. Quæ ſit latitūdo . Gloſſa.i.quanta debet eſſe latitudo charitatis , quæ debet vſque ad inimicos extendi . Secundo,

cundo perſeuerantia , vt in charitate finaliter perſiſtamus,ibi. Longitudo glo.quę ſit longitudo charitatis.ſ. perſeuerandi longitudo. Tertio intētio recta,nt ſolum Dñm noſtrarum actionum præmium præponamus,ibi Sublimitas ; hæc eſt quæ cor ſurſum erigit,ut Deus in præmium expectetur.Quarto humilitas,vt in his omnibus per ſuperbiam non euaneſcamus,ibi.Profundum: eſt enim humilitas quæ hoſtem ponit in imo,quo ad hominem,ſed in ſummo quo ad Deum.Lu.18.Qui ſe humiliat,exaltabit. Circa primum notandum, ꝙ pp tria maxime debemus diligere inimicos.Primo,propter p̄ceptū.Ego autem dico uobis,Diligite inimicos ueſtros, benefacite his q oderunt uos,& orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt.Secundo,propter Dei exemplum.Rom.5. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, qm̄ cum adhuc peccatores eſſemus , Chriſtus pro nobis mortuus eſt : & paulo poſt. Si.n.cum inimici eſſemus,reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius,multo magis reconciliati ſalui erimus in uita ipſius . Tertio,propter commodum noſtrum.Facit enim charitas inimicorum filios ſummi Dei.Mat.5.Orate pro perſequentibus vos &c.Circa ſecundum notandum,ꝙ propter tria debemus in bono perſeuerare.Primo,propter uitandum vituperium,Valde.n.vituperabile eſt incipere,& non perſeuerare.Luc.13.Quis ex nobis uolens ædificare turrim,non prius ſedens cōputat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum,ne poſtquam poſuerit fundamentum,& non potuerit perficere,omnes qui uident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſummare.Secundo, pp vitandum ſupplicium: maius enim ſupplicium meretur qui guſtauit quam dulce eſt bene operari,& non perſeueranit.2.Pet.2.Melius illis erat nō cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt cognitam retrorſū reuerti.Contingit enim illis illud verum prouerbium. Canis reuerſus ad vomitum;& ſus lota in volutabro luti.Tertio,propter præmium acquirendum.ſola.n.perſeuerantia meretur præmium.Mat.10. Qui perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit. Circa tertium notandum,ꝙ debemus ſolum Deum expectare præmium propter tria.Primo,quia ipſe ſolus eſt verum p̄mium . Ge.15.Protector tuus & merces tua magna nimis.Augu.Præmium erit omnia in omnibus,quia erit nobis vita & ſalus,uirtus & copia,honor & gloria,pax & gaudium,& omnia bona.Tertio,quia erit præmium æternum.Io.17.Hæc eſt uita æterna,ut cognoſcant te ſolū verum Deum,& quem miſiſti Ieſum Xp̄m.Circa quartum notandum,ꝙ humilitas trib. modis conſeruat hominé in bono.Primo,ab inimicis defendendo.pſa.14. Cuſtodiēs paruulos Dñs,humiliatus ſum , & liberauit me.Scdo,augmenta gratiæ promerendo. Iaco.4.Deus ſuperbis reſiſtit,humilib. aūt dat gratiam.Tertio,vſq; ad æternam gloriam perducendo.Prou.39. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria,Ad quam nos perducat &c.

Dominica nona ex epiſtola.

SOliciti ſeruare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, Eph.5.Nota quòd tria facit hic Apoſtolus in verbis iſtis.Primo,monet ut ſeruemus vnitatem, ibi. Seruare vnitatem.Secundo.ponit modum conſeruationis,ibi. In uinculo pacis.Tertio,monet ad ſolicitudinem habēdam in utroque,ibi.Soliciti.Circa primū notandum,ꝙ triplex vnitas eſt nobis neceſſaria.Prima,vnitas intellectuum p fidei identitatem. Secunda,vnitas affectuum per rectam concordiæ uoluntatem. De his duob.Phil. 2.Idem ſapiatis, quantum ad primum;eandem charitatem habentes,vnanimes, idipſum ſentientes quantū ad ſcdm.Tertia, vnitas conuerſationis per vniformem morum honeſtatem.pſa.67. Deus qui inhabitare facis vnanimes in domo.De his trib.Act.4.Multitudinis autem credentium erat cor vnum quo ad unitatem volūtatis: & erant illis omnia communia,quo ad unitatem morum.Circa ſcdm notandum,ꝙ triplici uinculo dēnt ligari ſancti.Primo,vinculo ſapientiæ. Eccl.6. Subijce humerū tuū.i.actus tuos ſuppone magiſterio illius.ſ. ſapientiæ,& porta illam,& ne accidieris in uinculis illius.ſ.tædioſe & grauiter ferens.Secundo,uinculo dilectionis.Colo.3.Super oīa aūt habete charitatem,quod eſt uinculum perfectionis.Tertio,uinculo pacis,ut hic. In ninculo pacis.Circa tertium notandum,quòd q uolunt ſeruare vnitatē,quinq; dñt habere quæ Apoſt. cōmemorat in epiſtola iſta.Primo, humilitatem, ne alter alteri ſe præponat,quod eſt cauſa diſcordiæ. prou.32. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.ſ.diſſenſiones , ibi. Cum omni humilitate.Scdo, dēnt hēre māſuetudinē, ne alicui iniuriam faciant,qđ eſt ſimiliter cā diſſenſionis.Tit.3.Oēm oſtendentes manſuetudinem ad oēs homines. Tertio,patientiā vt illatas iniurias patienter ſuſtineāt,& per patientiam fratrem reuocent ad concordiam,ibi.Cum patientia.1.Theſ.5. Patientes eſtote ad oēs,videte nequis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini adinuicē,& in oēs. Quarto,neceſſe eſt ut mores graues ſociorū ſupportare ſciant,ibi.Supportantes inuicem. Gal.6. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti. Quinto,debent habere charitatem,per quā inuicem ſibi ſeruiant: mutua.n.ſeruitia nutritiua ſunt chatitatis in charitate.Ga.5.Per charitatem.n.ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis.n.lex in uno ſermone impletur , Dilige proximum tuum ſicut te ipſum,quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem conſumamini.

De eadem ex euangelio.

HYdropicus quidam ſtabat ante illū.Luc.14.Tria notantur moraliter circa miraculū de curatione iſtius hydropici.Primo,notatur magna peccatoris infirmitas, ibi.Hydropicus.Secundo,magna Dei clemētia, ibi.Et ſanauit eum.Tertio,magna ipſius ſapientia, ibi. Cuius veſtrum bos,aut aſinus in foueā cadit,& non cōtinuo extrahet illum die ſabbathi?Et non poterant ad hæc reſpondere illi. Sapienti.n.argumento confundit veritatē phariſæorum.Circa primum notādum , quod per hydropiſim ſignificātur tria uitia, quæ ſunt origines oīum uitiorum. Primo, quia hydropiſis eſt morb. aquoſus,qui ſignificat luxuriam Ge.4. Effuſus es ſicut aqua,non creſcas,quia aſcendiſti cubile patris tui.Secundo,qa naſcitur ex uitio veſicæ cum inflatione turgente,& per hoc ſignificat ſuperbiam , q̄ precedens extranitate cordis , facit hoīem inflari inaniter. 1.Cor.5. Et uos inflati eſtis.Tertio,qua facit hoīem quāto plus bibit,tanto plus ſitire, & per hoc ſignificat auaritiam ecc.5.Auarus non implet pecunia.1 Io.3.Oē quod eſt in mundo aut eſt concupiſcētia carnis,aut cōcupiſcentia oculorū,aut ſuphia vitę.Circa ſm notandū ꝙ Dñs ſanauit iſtos tres languores, & ſanat triplici remedio. Primo,morbū luxuriæ ſanat remedio puritatis.Mat.5. Beati mundo corde, ꝙm ipſi Deum videbunt. Secundo

morbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

morbum ſuperbiæ remedio humilitatis. Matt. 11. Diſcite a me, q̃a mitis ſum, & humilis corde. Tertio, morbi anarritiæ ſanat remedio volũtariæ paupertatis. Luc. 6. Beati pauperes ſpũ, quoniam ipſorum eſt regnum cę lorum. Circa tertium notandum, quod in tribus apparuit ſapientia Chriſti in iſto euangelio. Primo, quia cõ uenienti argumento reſpondit, quod pertinet ad logicam, ibi. Cuius veſtrum aſinus. Secundo, quia mores naturales inſtruxit, quod pertinet ad eth. ibi. Cum inuitatus fueris ad nuptias, ne recumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus. Tertio, quia bona opera pro regno cęli facere docuit, quod pertinet ad metaphyſicam, ſiue theoricã. Dicebat aũt & ei q̃ ſe inuitauerat. Cũ facis prãdiũ, aut cænã, noli vocare amicos tuos, G nec fratres tuos, nec cognatos, nec vicinos diuites &c.

De eodem.

OMnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. Quatuor facit Dominus in verbis iſtis. Primo. hortatur vt ſuperbiæ vitiũ caueamus, ibi. Oĩs qui ſe exaltat. Secundo, ſubiungit pænã ſuperbientium, ibi. Humiliabitur. Tertio, hortatur ad humilitatis meritum, ibi. Qui ſe humiliat. Circa primũ notãdũ, q̃ trib. modis exaltant ſe puerſe ſuperbi. Primo, contra Deum ſe ſtulte erigẽdo. Iob. 15. Currit aduerſus dominũ extento collo, & pingui ceruice armatus eſt, & operuit faciẽ eius craſſitudo, & de laterib. eius aruina deſcẽdit; & in eodẽ. Quid tumet cõtra Deus ſpũs tuus, H vt proferas de corde tuo huiuſcemodi ſermones? pſ. 73. Superbia eorũ qui te oderũt aſcẽdit ſemp. Secũdo, inaniter ſibi placendo. Aug. De ciu. Dei 14. li. c. 13. Relicto itaq; Deo eſſe in ſemetipſo, hoc eſt ſibi placere, non iam nihil eſſe eſt, ſed nihilo propinquare: vnde ſuperbi ſecundum ſcripturas ſanctas alio nomine appellantur, ſibi placentes. Tertio, arroganter ſe alijs præferendo. pſ. 23. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper Aug. Quid eſt ſuperbia, niſi puerſæ celſitudinis appetitus. De his trib. Iob. 25. Quid te eleuat cor tuum? te erigendo, ecce primum: & quaſi magna cogitans, tibi placens? ecce ſm; attonitos habes oculos? ecce tertiũ. Circa ſecundum notandum, quod tripliciter ſuperbi humiliabuntur. Primo, quia a ſuperbia deiicientur. pſ. 73. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper, Secundo, quia corã omnib. creaturis cõfundentur. Oſe. 4. Gloriam eorum in ignominiam cõmutabo. Idẽ. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur, Hier. 20. Confundentur vehementer qui non intellexerũt opprobrium ſempiternũ, quod numq̃ delebitur. Et Oſe. 10. Confuſio Effraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua. Tertio, quia æternaliter punietur. Apo. 18. Quãtum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum. Per glorificationẽ ſuã vanam & luctũ. ſ. propter delitias, quia in corde ſuo dicit Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo; iõ in una die venient plagæ eius, mors, luctus & fames, & igne comburet. Iob. 40. Diſperge ſuperbos i furore tuo, & reſpicies oẽm arrogantem humilia. In eodem. Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos. & cõtra impios in loco ſuo abſconde eos in puluere ſimũl, & facies eorũ demerge i foueã. Circa tertiũ notãdũ, q̃ dẽmus tripliciter humiliari. Primo noſipſos, qd nihil ſumus cognoſcẽdo. Grego. Humilitas eſt sẽſus ,pprii vacuitas. Scdo, de cõẽptu, ſi q̃s humilis põt p̃dicari, ſi vilis reputari, ſi q̃dẽ facile eſt velũ ante oculos ponere, viles veſtes hẽre, demiſſo capite incedere, ſed verũ humilẽ patiẽtia probat iniuriæ. Tertio, debemus nos humiliare omnib. ſubijciendo. 1. Pet. 3. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malorũ, ad laudem vero bonorũ. Circa quartum notandum, quod qui ſe humiliat, triplicitet Dominus eum exaltabit. Primo, conferendo ei iudiciariam poteſtatẽ. Matt. 19. Rñdens Petrus dixit, ſcilicet Ieſu. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus dixit. Amen dico vobis, q̃ vos qui ſecuti eſtis me. ſ. p vjam humilitatis & paupertatis, in regeneratione cũ ſederit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Iob. 33. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: quia humilibus retribuet iudiciariũ poteſtatẽ. Secundo, cõferẽdo regiam dignitatem. 1. Reg. 2. Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem. i. humilem vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. & Iob. 36. Nõ auferet a iuſto oculos ſuos: reges collocat in ſolio in perpetuum, & illic eriguntur qui humiliantur & deprimunt. Tertio, cõferẽdo gloriæ æternitatẽ. Prouer. 19. Humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria. Iob. 5. q̃ ponit humilẽ in ſublimi, & mœrẽtes erigit ſoſpitate &c.

Dominica decimaoctaua ex epiſtola.

GRratias ago Deo meo pro vobis in gtatia Dei, q̃ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo. 1. Corin. 1. Per hoc q̃ Apoſtolus agit gratias, quod illi diuites facti erant in illo, oſtẽditur quod quædam diuitię ſunt, quę ſunt appetendę. Per hoc uero q̃ Chriſtus minatur diuitibus, uere oſtenditur quod quædam diuitiæ ſunt fugiendæ: vnde notandũ quod ſunt diuitiæ temporales, & ſunt diuitię ſpirituales, & ſunt diuitiæ ęternales. De primis, p̃s. 61. Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere! De ſecũdis, Idem Beatus uir q̃ timet Dominum; & poſt. Gloria & diuitiæ in domo eius. De tertijs, Prouer. 6. Mecum ſunt diuitię, ſ. potiora bona, & gloria, ſ. ineffabilis, opes ſuperbæ. ſ. excelſæ, & iuſtitiæ. ſ. ſm meritũ. Primæ diuitiæ. ſ. tẽporales ſunt cõtẽnẽdę maxime propter quatuor. Primo, pp earum inutilitatẽ. Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructũ. ſ. vitæ æternæ, nõ capiet ex eis, ſed florẽ in pñti. ſ. I malorum. Prou. 11. Non proderunt diuitiæ in die vltimo. ſ. diſtrictæ iræ, q. d. Diuitiæ temporales non proderunt ad ſalutem homini in die iudicij, ſed iuſtitia. ſ. bona opera iuſtitiæ, liberabit a morte, ſ. æterna. Eccl. 5. Fili, noli attẽdere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris. Eſt mihi ſufficiens vitæ: nihil n. proderunt in tpe vindictæ & obductionis. Nihil intulimus in hunc mundũ, nihil inde auferemus. Secũdo, relinquendi neceſſitatem. ps. 75. Dormierunt ſomnum, & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manib. ſuis. Iob. 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet & de vẽtre illius extrahet eas Deus. Tertio, q̃a ducent male poſſidentem ad perpetuam paupertatem. Iob. 27. Nil ſecũ auferet, aperiet oculos ſuos, & inueniet, & apprehendet eum quaſi aqua inopia. Quarto quia conẽptus earũ deducet ad vitæ æternitatem, Matt. 19. Omnis qui reliquerit domum, uel fratrem, aut ſororem, vel patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros pp nomen meum, centuplum accipiet, & vitã ęternã poſſidebit. Nota aũt quod quatuor modis peccat homo in diuitijs. Primo, iniuſte acquirẽdo. Prou. 28. Qui coaceruat diuitias uſuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Idem 33. Qui calumniatur pauperem, ut congreget diuitias ſuas, dabit ipſi ditiori. ſcilicet mundo, & egebit. Secundo, auare poſſidendo. Eccleſiaſt. 5. Diuitiæ ſeruatæ in malum

hum, ideſt in periculo Domini ſui: pereunt enim in F afflictione peſſima. Tertio, male expendendo. Prou. 31. Ne dederis mulieribus, ideſt corruptionibus uitiorum ſubſtantiam ſuam, ꝙl tuam, ſ. corpus & diuitias tẽporalium rerum: myſtice, cumulum uirtutum ne contamines corruptionibus uitiorum. Luc. 20. Adoleſcentior filius congregatis omnibus peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtãtiam ſuam luxurioſe uiuendo. Quarto, in eis confidendo, & de ipſis ſuperbiendo. prou. 11. Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet. ſ. a uita æterna. Glo. Qui præſentibus bonis inhians futura non cogitat, uel non attendit, in fine bonis æternis carebit. 1. Timo. 1. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui præſtat omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam æternam, uel bonam. Diuitiæ ſpirituales ſunt ſcientiæ & virtutes. pſalm. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe theſaurus ei. Per timorem peccati eſt expulſio. Qui timent Deũ, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Eccleſ. 1. Radix ſapientiæ timere Deum: nam qui ſine timore Dei eſt, non poterit iuſtificari. Ibidem. Timor Domini expellit peccatum. Per ſcientiam eſt in nobis diſcretio & honeſta conuerſatio; eſt. n. ſcientia ſcire qualiter homo ſe debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum. Hãc ſcientiam docet nos Deus ablactatos a lacte, auulſos ab vberibus voluptatis & cupiditatis. Quærit Iſa. 28. per ſpiritum ſanctum Dominum dicẽs. Quem docebit ſciẽtiam, & intelligere faciet auditum? qui reſpondit, Ablactatos a lacte auulſos ab uberibus. Mirum cum homo in his vberibus amaritudinem inueniat & ardorẽ, quare non ſeparatur ab eis, cum dicat Augu. Domine delectationes meas reſperſiſti amaritudinibus, ut quærerem ſine amaritudine uiuere. O tu homo, ſi uis a Domino doceri, ſepara te ab iſtis vberibus, quia dicitur Sap. 5. In maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis; per ſapiẽtiam eſt in nobis Dei dilectio. Vnde Bernardus. Diſcat quantum vult, ego ſapientem non dicam, dum nõ timebit, nec diliget Deum. Iſtæ diuitiæ ſunt appetendæ propter tria. Primo, propter immenſitatem. Sapientiæ. 7. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. In eodem. Neminem diligit Deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat. Prouer. tertio. Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. Glo. Nõ tantum terrenis, ſed etiam cęleſtibus diuitijs, immo & ipſis angelorum conſpectibus charitas præfertur. Vnde non metuit de inopia quiſquis opes acquiſiuit ſapiẽtiæ. Secundo, propter vtilitatem. Prouer. 13. Redemptio animæ uiri diuitiæ ſuæ; qui autem pauper eſt, increpationem ſuſtinet. Matth. 26. Ite in ignem æternum; uel non ſuſtinet. Glo. Qui uult animam ſuam redimere a futura ira, congreget diuitias bonorum operum; quia qui eis carebit, increpationem diſtricti iudicis ſuſtinere non valebit. Pauperes ibi non increpantur, ſed benedictionem hæreditatis participant. Tertio, propter dignitatem. Prou. 14. Corona, ſcilicet ęterna pro uirtutibus ſapientium, Diuitiæ eorum uerę non eſt terrenum emolumentum, fatuitas ſtultorũ imprudentia. Gl. Sapientia & ſi terrenum aliquod emolumentum pro diuitijs habent, coronam tamen tanquam pro virtutibus in futuro participant. Sed ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt, quod pro inuidia ęternorum de præſentibus commodis gaudent. Imprudentia enim etiam improuidentia dicitur. Diuitiæ ęternales ſunt appetendæ. Primo, propter eorum veritatem, ſunt enim illæ veræ diuitiæ. Ber. Si vere fratres diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate. Secundo, propter iucunditatem. pſal. 149. Exultabunt ſancti in gloria, & lætabuntur in cubilibus ſuis. Iſa. 3. Regem in decore ſuo videbunt. Tertio, propter æternitatem. Sap. 5. Iuſti autem in perpetuum viuent. Luc. 1. Et regni eius non erit finis. Mat. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Per has tres ſpecies æruginem, tineam, & fures oſtendit Dominus nihil tutum eſſe in terra in poſſeſſionibus diuitiarum: quædam enim ſunt quæ ærugo deuorat, ſicut aurum, & argentum, &c. metalla. Alia ſunt quæ nec ærugo, ſed tinea corrodit & comedit, vt veſtes ſericas & pretioſas. Alia vero quæ nec ærugo, nec tinea comedunt, ſed fures furantur, & effodiunt, vt gemmas & lapides pretioſos: proinde incerta eſt omnis vitæ noſtræ ſubſtantia, & omnium rerum poſſeſſio. Suadet nos Dominus in cęlum theſauri zare dicens. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Quomodo autem quis in cęlo the H ſaurizare poſſit, niſi diuitias ante ſæculares faciendo, præmittat? Poſſumus per æruginem, tineam, & fures, ſpirituales nequitias intelligere. Aerugo enim ſuperbiam demonſtrat. Superbia enim mentes quas inuaſerit, a ſtatu ſuæ rectitudinis deperire facit. Aerugo enim ſemper in aperto ſe demonſtrat: ſic & ſuperbia ſemper expandit ramos ad humanam laudem. Per tineam inuidia deſignatur: ſemper enim ſicut tinea quæ inuaſerit corrumpit, & ab omni integritate dirumpit. Per fures maligni ſpiritus intelliguntur, qui ad hoc vigilant, vt theſauros animæ effodiant, & furentur. In cę lo enim ærugo non eſt, quia in cælo ſuperbia locum nõ habet. quia diabolus cum ſuis ſequacibus iam inde deiectus eſt. Ibi tinea non eſt, ideſt inuidia, quia nullus inuidebit alterius beatitudini; ibi non ſunt fures, ideſt dæmones, quia cum capite inde corruerunt. Chryſo. Vnus ſolus fur eſt qui furatur theſaurum poſitum in cęlis, ſcilicet inanis gloria.

De eadem ex euangelio.

DIxit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Matth. 22. In iſtis verbis tria notantur. Primo, Domini noſtri Ieſu Chriſti diuinitas, ibi. Dixit K Dominus Domino meo. Dicere enim Dei fuit generare ſibi filium coæqualem, non ſecundum quod de Dauid natus fuit, ſed ſecundum quod de patre ſemper fuit. Secundo, magna ipſius ſecundum humanam naturam dignitas, ibi. Sede a dextris meis, ideſt regna in potioribus bonis meis. Tertio, Dei potentia & iuſtitia, ibi. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Hoc enim pertinet ad iuſtitiam & potentiam Dei, vt puniat omnes inimicos Chriſti. Nota autem, quod ſeptem faciet Dominus contra inimicos: unde ſtulti ſunt qui uolunt eſſe inimici eius, & qui ſunt, qui non reconciliantur ei. Primo, contra eos cum toto mundo pugnabit. pſalm. 108. Donec

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Glo. Donec subijciam uolentes,& nolentes. Tertio, suum furorem eis demonstrabit. Naum. 1. Vltiones Domini in hostes suos, & irasens ipse inimicis suis. Quarto, eos sæuissime iudicabit. Deut. 32. Si acuero ut fulgur gladium meum,& arripiet iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis,& his qui oderunt me retribuam. Quinto,tenebris infernalibus excæcabit eos. Naum. 5. Inimicos eius persequentur tenebræ. Sexto, æternum eis supplicium dabit. psa.77. Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Septimo,eos æternæ morti destinabit. Phil.3, Nunc autẽ & flens dico inimicos crucis Christi, quorũ finis interitus. Luc.19. Veruntamen illos qui nolue runt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Sunt autem inimici Christi omnes qui nolũt parere eius imperijs. Aug. in lib. de ciui. Dei. 12. Dicuntur autem inimici Dei qui non natura, sed uitijs aduersantur eius imperijs, nihil ualentes ei nocere: sed sibi inimici sunt resistendi uoluntate,non potentia lædendi: quãquam qui sit inimicus,potest fieri amicus eius, si confugiat ad sanguinem Christi. Ro.5. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Ad quam nos perducat,&c.

Dominica decimanona ex epistola.

NOlite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti, Ephes. 4. Nota quod Apostolus in ista epistola tria facit. Primo, monet fideles ne in corde suo locum diabolo faciant, ibi. Nolite locum dare diabolo. Secundo,monet nos cauere ab illis qui locum diabolo præparant, ibi. Qui furabatur, iam non furetur. Tertio, monet eos facere propter quod diabolus fugiat, ibi. Magis autem laboret, &cæt. Circa primum nota, quod propter quatuor non debemus facere locum diabolo. Primo,quia serpens est volens animam I quæ eum suscepit, veneno malitiæ venenare. Apoc. duodecimo. Proiectus est draco iste magnus antiquus serpens, qui vocatur diabolus, & satanas qui seducit vniuersum orbem proiectus in terram, & angeli eius missi sunt in terram. Secundo, quia est leo quærens animas deuorare. 1. Petr. 5. Fratres, sobrij estote, & vigilate,quia aduersarius vester diabolus tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Tertio, quia est inuidus malum suo hospiti ordinando. Eccles. 3. Inuidia diabolimors intrauit in orbem terrarum: imitantur illam qui sunt ex parte eius. Quarto, quia est accusator, semper suos hospites accusando. Apocalip. duodecimo. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat ante conspectum Dei nostri die ac K nocte. Quinto, quia est fur, omnia bona gratiæ suo hospiti furando. Luc. 8. Inde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Sexto, quia est homicida, hospites suos morte perpetua iugulando. Ioann. octauo. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit,quia non est in eo veritas. Septimo, quia qui facit huiusmodi locum diabolo, locum habebit cum diabolo in inferno. Matthæi vigesimoquinto. Discedite a me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo,& angelis eius. Patet ergo quod in multis plus stulti sunt, F qui locum diabolo faciunt in corde suo,quàm qui reciperent serpẽtem,leonem, furem, homicidam in domo sua. Circa secundum nota, quòd a septem peccatis potest nos Apostolus abstinere in ista epistola,quæ in corde hominis locum diabolo faciunt. Primo a furto,ibi. Qui furabatur,iam non furetur. Secundo, a sermone malo,ibi. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Tertio a tristitia,ibi. Omnis amaritudo. Quarto ab ira,ibi. Et ira. Quinto, ab indignationi one, ibi. Et indignatio. Sexto, a contentione, ibi. Et clamor. Septimo, a blasphemia. Augustinus. Blasphemia est per quam de Deo falsa dicuntur: & ideo peius est blaspheG mia quàm peccare periurando,quia periurando falsarie adhibetur testis; blasphemando falsa dicuntur de ipso Deo. Et,ab omni malitia, ibi. Blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia. Circa tertium notandum, quod similiter ad septem hortatur nos Apostolus in ista epistola, quæ diabolum ab anima fugant. Primo,ad mentis renouationem,ibi. Renouamini spiritu mentis uestræ. Debemus autem quinque modis renouari. Primo,sicut aquila rostrum malæ linguæ deponendo;vnde ibidem. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo,quoniam sumus inuicem membra. psalm. 102. Renouabitur,ut aquila iuuentus tua. Secundo, sicut H ceruus cornua superbiæ deponendo. psalm. quadragesimoprimo. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, dicit ibi glo. Ceruus est grauatus excellentibus pilis,aque cornibus, serpentem naribus attrahit siue haurit, quo hausto venenum æstuat, vnde fontem ardentissime desiderat,quo hausto cornua & pilos deponit. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Tertio, sicut accipiter plumas uirtutum per gratiam Sanctispiritus alsumendo. Iob. 38. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandit alas suas ad austrum? Quarto, sicut serpens corium uetustæ conuersationis exuendo. Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus suis,& induite nouum eum qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Quinto, sicut aurum, vel argentum rubigine mali amoris auferendo. Iob. 23. Ipse vero scit uiam meam,& probabit me quasi aurum,quod per ignem transit. Secũdo, monet ad honestum laborem, ibi. Magis autem laboret. Tertio, ad eleemosynarum elargitionem, ibi. Vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Quarto, monet loqui quę sunt ad ædificationem fidei, ibi. Vt det gratiam audientibus. Quinto, ad benignitatis ostensionem,ibi. Estote autem inuicem benigni. Sexto,ad misericordię exhibitionem,ibi. Misericordes. Septimo, ad mutuam iniuriarum dimissionem,ibi. Donantes inuicem,sicut & Christus donauit uobis.

De eadem ex euangelio.

ASCendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto & uidens Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide &c. Matth. 9. Allegorice ciuitas ista est ciuitas cælestis psal. 86. Gloriosa dicta sũt de te ciuitas Dei. Ad hanc ciuitatem venit qui ascendit nauiculam,idest sanctam vitam: & trans mare huius mundi ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam, Matt. 9. Moraliter nauicula

ista significat uitæ sanctitatem propter tria. Primo A ratione materiæ: secundo, ratione formæ, tertio,ratione finis. Quære in tertia Dominica post octauas epiphaniæ. Debet autem quilibet ad istan ciuitatem festinare. Primo, propter securitatem, secundo, propter amœnitatem, tertio, propter copiositatem. Circa primum nota quod est securitas in ciuitate cœlesti propter tria. Primo,quia cœlis solidissimis tamquam firmissimis columnis communitur. psal. 30. Benedictus Deus, quia mirificauit misericordiam suam in ciuitate munita. Secundo, quia ibi nullus malus qui securitatem, & pacem eius perturbet, inuenitur. ps. 71. Domine in uirtute tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Tertio quia æternitate stabilitur. psalm. 47. B Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum. Hebr. vndecimo. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem,cuius artifex, & conditor Deus. Circa secundum notandum, quod amœnitas ciuitatis consurgit ex tribus. Primo, quia pulcherrimis mœnijs decoratur. prouerb. 9. Misit ancillas suas, scilicet infirmos prædicatores, & despecabiles elegit vt vocarent qui suo verbo, & exemplo fideles populos ad arcem suam, & ad mœnia ciuitatis ad superna cælestis patriæ ædificia colligerent. Secundo,quia continuo lumine illustratur. Apoc. 2. Et ciuitas non eget sole, neque luna vt luceat in ea. Nam claritas Dei illum inabit eam, & lucerna eius est agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius. Tertio, quia mirabilis temperies sine æstu, & frigore semper continuatur. Apocal. 4. Non cadet super eos sol. nec ullos æstus, quoniam agnus qui in medio eorum est, reget illos, & adducet illos ad uitæ fontes, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. psal. 65. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Circa tertium notandum, quod ibi erit copiositas, omnium bonorum idest omnium gaudiorum. Isa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem habitationem opulentam. Consurgent autem in gaudia ex tribus. Primo, ex diuinæ speciositatis visione. Isa. 33. Regem D in decore suo videbunt. Secundo, ex pulchritudine & bonitate angelicæ societatis,q̃ sunt ciues eius. Heb. duodecimo. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & ad multorum millium angelorum frequentiam, & ad ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & ad iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum. Tertio, ex continuatione æternæ solemnitatis. Isa. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis vestræ. Celebrãt enim qui sunt in ista ciuitate continuum festum, qui nihil aliud faciunt nisi quiescere, videre, amare, laudare, cantare, quæ conueniunt festo. Augustinus in libro de ciuitate Dei. Si quæratur, quod est opus illius E ciuitatis,dicimus quod ibi vacabimus & uidebimus,& amabimus & laudabimus,& cãtabimus. Nam q̃s alius erit noster finis nisi uenire ad regnum, cuius non erit finis? Ad quod nos perducat Dominus omnipotens.

Dominica vigesima ex epistola.

VIDETE quomodo caute ambuletis, Ephesiorum quinto. Apostolus in ista epistola admonet nos ad cautelam ambulandi, & ponit tria circa ipsam cautelam. Primo, vt ambulemus discrete, ibi. Non quasi insipientes. Secundo expedite, ibi. Nolite inebriari vino. Tertio humiliter,ibi. Gratias agẽtes semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi. Circa primum ostendit discretionem ambulandi in tribus. Primo, in electione operandorum, ibi. Sed vt sapientes. Secundo, in comparatione electorum, ibi. Redimentes tempus. Tertio, in inclinatione ad debitum finem, ibi. Intelligentes quæ sit voluntas Dei. Circa secundum ostendit expeditionem ambulationis esse in duobus. Primo, in timore impedimenti, ibi. Nolite inebriari. Secundo, in habitatione ad melius, ibi. Sed ad impleamini Spiritu sancto. Circa tertium ostendit humilitatem ambulationis spiritualis esse in duobus. Primo, in comparatione ad Deum, ibi. Gratias agentes. Secundo in comparatione ad proximum, ibi. Subiecti inuicem in timore Christi. Videte quomodo caute ambuletis. Monet Apostolus in verbis istis, scilicet vt caute ambulemus in via iustitiæ propter quatuor. Primo, quia ambulamus in medio laqueorum. Eccl. nono. Ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Secundo, quia ambulamus in medio latronum. Osee sexto. Quasi fauces virorum latronum particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem. Iob. 19. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me. Tertio, quia ambulamus in medio foueatum. Gen. 19. Vallis syluestris habebat puteos multos bituminis. Isa. 24. Formido, & fouea, & laqueus C super te qui habitator es terræ,& erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. Circa primum nota, quod ambulamus in medio trium laqueorum. Primus laqueus est superborum iniquitas. psal. 139. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Secundus auarorum cupiditas 2. ad Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa,& inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas. Tertius est detractorum peruersitas. Eccl. 51. Liberasti corpus D meum a perditione,& a laqueo linguæ iniquæ, & a labijs operantium iniquitatem. Circa 3m nota, quod similiter ambulamus in medio trium latronum. Primus est diabolus: vnde Io. 10. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Secundus est adulator. Osee 7. Fur ingressus est spolians, latrunculus foris: furez intrinseci sunt adulatores extranei. Tertius est vanagloria. Greg. Quasi quidam latrunculus adiungit se in via fauor humanus, & incautos quos reperit, spoliat. Igitur expoliari desiderat,qui thesaurum publice in via portat. Idem. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur,vt ex occultis educto gladio gra E dientium vita trucidetur. Chrys. Vnus solus fur est qui furatur thesaurũ positũ in cęlis,vana gloria. Dæmones furantur animas,adulatores puritatẽ conscientię, vana gloria mercedẽ æternę gloriæ. Circa tertiũ nota, q̃ ambulamus similiter in medio trium foueatum. Prima est mulier, vel luxuria. Prou. 23. Fouea, ideſt, peccatum luxuriæ, profunda inferi, os alienæ, verba & oscula meretricis, cui iratus est Dominus incidet in eam. Sire filius. Glo. qui verba, vel oscula meretricis amplectitur, quasi ianuam abyssi pulsat. & nisi pedes retrahat, membra cohibens, in foueam pœnalem cader, in qua nullus nisi filius iræ illabitur. Secunda gula & ebriositas. Prou. 23. Cui scilicet insit fouea? scilicet vitiorũ, cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine causa.s.ferri vulnera? cui suffussio oculorum ideſt F
amissio luminis? Nonne his qui commorantur in vino,
& studét calicibus epotandis. Tertio hypocritarum,&
maleficorum dolositas. Isa.34. Foueam habuit ericius
qui significat duplices, qui absconduntintentiones
sub spinis duplicitatis.Matth.8.Vulpes foueas habent
&c. Propter periculum laqueorum debemus ambula-
re caute semper ad Dominum; quoniam ipse euellet
de laquco pedes meos,Aug.Resisto seductionibus, vt
non implicentur pedes mei,quibus ingredior viam tuã
& erigo ad te inuisibiles oculos, vt tu euellas de la-
queo pedes meos. Proinde tu euellas eos: nam si illa-
queantur,tu non cessas euellere, ego autem curro vbi-
que sparsis insidijs. Propter periculum latronum de- G
bemus ambulare caute spiritualibus armati armis gra-
diendo. Ephe. 6. Propterea accipite armaturam Dei,
vt possitis resistere in die malo. Propter periculum fo-
tuarum debemus ambulare caute,semper cum grauita
te & luce gratiæ incedendo.Ro.13. Sicut in die hone-
ste ambulemus.

De eadem ex euangelio.

MIssis exercitibus suis perdidit homicidas illos,
Matth. vigesimosecundo. In istis verbis para-
bolice loquitur Deus de perditione impiorum, quæ
futura est in iudicio. Et nota hic tria. Primo, magna
Dei potentia,ibi.Missis exercitibus. Secundo,seuera H
ipsius iustitia, ibi.Perdidit homicidas. Tertio,peruer-
sa reproborum malitia,ibi.Homicidas illos. Circa pri-
mum nota,quod magnos exercitos mittet Deus in die
iudicij ad perdendum malos. Primus exercitus ange-
lorum. Matthæi decimotertio. Exibunt angeli,& se-
parabunt malos de medio iustorum, & mittent eos
in caminum ignis. Secundus erit exercitus sancto-
rum. Isa. secundo. Deus ad iudicium veniet cum se-
nioribus populi sui, & principibus eius. Tertius erit
exercitus omnium creaturarum. Sapien. quinto. Ar-
mabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugna-
bit cum illo orbis terrarũ contra insensatos. Circa se- I
cundum nota quod Deus perdet malos triplicitcr. Pri-
mo velociter, quia subita erit eorum perditio. Deute-
ron.trigesimooctauo. Mittet Deus super te famem, &
esuriem,& increpationem in omnia opera tua, quæ fa-
cies donec conterat te,& perdat velociter propter ad-
inuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me.pri-
mo Thess. quinto. Cum enim dixerint pax & secu-
ritas,tunc repentinus eis superueniet interitus. Secun-
do,perdet vniuersaliter,quia nullus malus euadet.psa.
septuagesimosecundo. Perdes omnes qui fornicantur
abs te Luc. decimoseptimo.Et dabantur ad nuptias vs-
que in diem qua intrauit Noe in arcam, & venit dilu-
uium,& perdidit omnes. Similiter sicut factum est in K
diebus Lot, edebant & bibebant, emebant & vende-
bant, plantabant & ædificabant: qua die autem Lot
exijt Sodomis,pluit ignem & sulphur de cœlo,& om-
nes perdidit: secundum hoc erit in die qua filius ho-
minis reuelabitur.Tertio,perdet æternaliter.Matt.10.
Eum timete qui potest corpus, & animam perdere in
gehennam.Circa tertium nota, quod Deus perdet ma-
los.Matt. vigesimosecundo. Malos male perdet.Item,
perdet mendaces.psalm.5.Perdes omnes qui loquun-
tur mendacium.Item,perdet homicidas, vt hic. Per-
didit homicidas illos.Propter-a hic tria notantur pec-
cata,scilicet peccatum cordis in malitia,peccatũ oris in
médacio,peccatum operis in homicidio: omnes enim
qui peccant corde, ore, vel opere. nisi pœniteant, per-
duntur a Domino in æternum, & ad diem furoris
adducentur, A qua nos liberet Dominus omnipotens,
Amen.

Dominica vigesima prima ex epistola.

ACcipite armaturam Dei, ut possitis resistere in
die malo & in omnibus perfecti stare,Eph.sex-
to.Tria facit Apostolus in verbis istis.Primo,monet vt
armis spiritualibus nos armemus, ibi. Accipite arma-
turam Dei. Secundo, probat quod indigemus, ibi. Vt
possitis resistere in die malo. Tertio ponit.Et in om- G
nibus perfecti stare. Circa primum nota quod quin-
que arma debemus accipere,q̃ ponit Apostolus in ista
epistola. Primum, debemus accipere baltheum con-
scientiæ, ibi. State succincti lumbos vestros.Iob.40.
Accinge sicut uirlumbos tuos. Secundo, debemus
indui loricam iustitiæ, ibi. Loricam iustitiæ.Isa.59.
Indutus est iustitia,ut lorica.Tertio,debemus assume-
re scutum fidei.psalm. 90. Scuto circundabit te veri-
tas eius,non timebis a timore nocturno. 2.Petri.quin-
to. Aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens
circuit quærens quem deuoret,cui resistite fortes in fi-
de. Quarto, galeam spei, ibi. Galeam salutis assumi- H
te. 1. Thes. 5.Induti loricam fidei & charitatis, & ga-
leam spem salutis, quoniam non posuit nos Deus in
iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum no-
strum Iesum, Christum, qui mortuus est pro nobis
Quinto, gladium uerbi Dei, ibi. Gladium spiritus, q̃
est uerbum Dei. Heb. quarto. Viuus est sermo Dei,
& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Cir-
ca secundum nota, quod quinque sunt dies mali, a
quibus defendunt nos arma illa. Prima dies mala est
iniquitas.Eccl.septimo.In die bona.s.in præsenti, qua
mereri potes vitam æternam, fruere bonis.s. operibus
virtutum: & malam diẽ præcaue.s.futuram,in qua nul-
la datur boni operis facultas.Secunda,temporalis pro-
speritas.Hierem.2.Ecce ego non sum turbatus te pasto-
rem sequens,& diem hominis non desideraui, tu scis. I
Quod egressum est de labijs meis, rectum fuit in con-
spectu tuo.psalm.40.In die mala liberabit eum Domi-
nus.Tertia,temporalis aduersitas.Matt.6. Sufficit diei
malitia sua.Quarta,est tentatio diabolica.psal. 48. Cur
timebo in die mala.i.in die tentationis.Quinta,est dies
iudicij.Amos.6.Qui separati estis in diem malam,& ap
propinquatis solio iniquitatis. Erit autem dies illa ma
la malis propter vndecim,quæ tangit Sophonias c. pri
mo in vna authoritate.Primo,dies illa dies iræ dies tri
bulationis, & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ,
dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & tubinis,
dies tubæ,& clangoris super ciuitates munitas, & su-
per angulos excelsos,& tribulabo homines, & ambu-
labunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: effunde-
tur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum
sicut stercora. Circa tertium nota, quod in tribus de-
bemus perfecti stare. Primo, in cordis & corporis
munditia. secundo. Corinth. 6. Has ergo habentes
promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni
inquinamento carnis & spiritus perficientes sancti-
ficationem in timore Dei. Secundo, in mandatorum
Dei obseruatione. Iac. secundo. Si tamen legem
perficitis regalem secundum scripturam, Diliges pro-
ximum sicut te ipsum, benefacitis: si autem personas
accipitis,

accipitis, peccatum operamini redarguti a lege qua-
si transgressores. Quicunque autem totam legem ser-
nauerit, offendat autem in vno, factus est omnium
reus. Qui enim dixit,Non mœchaberis, dixit,& Non
occides, quod si non mœchaberis, occidas autem, fa-
ctus es transgressor legis. Tertio, in linguæ reforma-
tione. Iacob,3. Si quis in verbo non offendit,hic per-
fectus est vir. Quarto, in Dei, & proximi dilectione.
prima.Ioan.4.Perfecta charitas foras mittit timorem.
Matth.quinto. Ego autem dico vobis, Diligite inimi-
cos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate
pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij
patris vestri qui in cœlis est: & post. Estote ergo &
vos perfecti, sicut pater vester perfectus est. Quinto
in laude Dei, & gratiarum actione. psalm. octauo.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, ad
quam laudem nos perducat qui est benedictus in sæcu
la. Amen.

De eadem ex euangelio.

HEri hora septima reliquit eum febris,Ioan.quin
to.Moraliter duo notantur in verbis istis.Primo
peccatoris infirmitas,scilicet febris,ibi. Febris. Secun-
do,quot sint ad curationem ipsius necessaria,ibi.Hora
septima reliquit eum febris. Circa primam nota quod
peccatores laborant septem febribus. Prima,est conti-
nua,quæ est luxuria.Osee.4. Fornicati sunt,& non ces-
sauerunt, quoniam Deum dereliquerunt in non custo
diendo.Secunda,quotidiana,quæ est gula,in qua quo-
tidie peccatur.Isa.56.Comedamus,& bibamus, & erit
sicut in die sic & eras multo amplius. Tertia, laborat
tertiana,quæ significat iracundiam ex accessione calo-
ris.Eccle.trigesimooctauo. Secundum enim ligna syl-
uæ,sic exardescet ignis,secundum virtutem suam exal
tabit iram suam. Quarta,febris quartana,quæ signifi-
cat accidiam,quæ prouenire ex melancholia.prou.25.
Sicut tinea uestimento, & vermis ligno: ita tristitia
viri nocet cordi. Deuteron. vigesimooctauo. Percu-
tiat te Dominus egestate,febri & frigore,ardore, æstu, D
& aere corru pto, ac rubigine. Quinta ectica, quæ est
auaritia, quæ difficile,vel nunquam curatur. Hieron.
Cum cætera uitia senescant in homine, sola auaritia
iuueneſcit. Sexta ephimera,quæ est superbia, quia ci-
to deficit. psalm. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur.
Iob. 24. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent,
& humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, & sicut
summitates spicarum conterentur. Septima putrida,
quæ est inuidia. prouerb. 14. Vita carnis, sanitas cor-
dis; putredo ossium inuidia. Circa secundum nota,
quòd septem sunt, quæ sanant hominem ab istis se-
ptem febribus, sicut ex textu colligitur. Prima est de-
uota Dei auditio. psalm.106. Misit uerbum suum, & E
sanauit eos. Sapien. 16. Etenim nec herba, nec ma-
lagma sanauit illos, sed sermo tuus Domine omnipo-
tens, qui sanat omnia, tu es qui uitæ & mortis habes
potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.
Secunda est peccati contritio. psal. 50. Quoniam ini-
quitatem meam ego cognosco. Tertia, deuota ad Deũ
exclamatio. psal.29. Deus meus clamaui ad te, & sa-
nasti me. Quarta est fidei infusio. Luc.7. Dixit autem
Dominus ad mulierem.Fides tua te seluam fecit,uade
in pace.Quinta est misericordiæ exhibitio. Isa. 58. Cũ
uideris nudum,operi eum, & carnem tuam ne despe-
xeris.Et tunc erumpet quasi mane lumen tuum,& sa-
nitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iusti- A
tia tua, & gloria Dei colliget te. Sexta peccati deser-
tio.Isa.26. Si reuertamini & quieſcatis, salui eritis.Se
ptima perfecta cordis contritio, & plena hominis ad
Deum conuersio,psal. 146.Qui sanat contritos corde,
Hier.3.Conuertimini filij reuertentes & sanabo auer-
siones vestras. Idem in eodem. Vere in Domino Deo
nostro salus Israel. Hæc est septima hora,in qua febris
omnino derelinquit peccatorem. Hæc autem omnia
nullam habent efficaciam,nisi sumant effectum ab illa
sancta medicina, quæ sanat omnes languores nostros,
ideſt a passione Christi Dei nostri. 1.Pet.2. Qui pecca-
ta nostra pertulit in corpore suo super lignum,cuius li
uore sanati sumus, B

Dominica vigesimasecunda ex epistola.

VT sitis synceri,& sine offensa in die Christi Phil.
1. Ad tria hortatur nos Apostolus in ista epistola.Primo,ad mali vitationem,ibi. Vt sitis synceri. Secundo,ad omnem dilectionem,ibi. Repleti fructu iu
stitiæ. Tertio, ad rectam intentionem,ibi.In laudem
& gloriam Dei. Circa primum tria facit. Primo,mo-
net ad acquirendam mentis munditiam, ibi. Vt sitis
synceri.Matth. 5.Beati mundo corde. Secundo,ad vi-
tandam proximi iniuriam, ibi. Sine offensa. 2.Cor.6.
Nemini dantes vllam offensionem. Tertio,ad haben- C
dum in vtroq; perseuerantiam,ibi.In die Christi,ideſt
vsque post mortem, quia tunc finitur dies hominis,&
incipit dies Christi. Matthæi 10. Qui perseuerauerit
vsque in finem,hic saluus erit. Hoc tangit glosa in ver
bo, syncere, ideſt sine operibus corruptionis quo ad
nos,& quantum ad proximos sine offensa, & hic perse
uerauerit vsque ad diem Christi. Circa secundum si-
militer tria facit. Primo, mouet ad mentis rectifica-
tionem, ibi. Iustitiæ. Anselmus. Iustitia est rectitudo
voluntatis seruata propter se. Secundo, ad haben-
dam in bono delectationem, ibi. Fructus autem spi-
ritus sunt pax, gaudium, longanimitas, bonitas, beni-
gnitas,mansuetudo,fides,modestia,continentia, casti-
tas. Tertio,ad habendam in bono perfectionem, ibi.
Repleti. Matthæi quinto. Estote ergo vos perfecti,
sicut pater vester cœlestis perfectus est. Circa tertium
similiter tria facit. Tripliciter enim debemus in qua-
libet actione dirigere oculum intentionis ad Deum.
Primo, vt omnia bona tanquam a fonte omnis boni
venire ab eo credamus per Iesum Christum. Ioan.pri-
mo. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gra
tiam pro gratia, quia lex per Moysen data est: gratia
& veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. deci-
moquinto. Sine me nihil potestis facere. Secundo,
vt Deum in nostra actione laudari & honorari facia-
mus, ibi. In laudem Dei. Matth. quinto. Sic luceat
lux vestra coram hominibus, ut uideant opera uestra
bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.
Tertio, ut æternam gloriam in præmium nobis dari
pro opere appetamus, ibi.Per gloriam Dei.Matth.sex-
to. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi
ærugo & tinea demolitur.& fures effodiunt, & furan-
tur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlis,Vbi
nec tinea nec ærugo demolitur, nec fures effodiunt;
nec furantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eodem ex euangelio.

SImile est regnum cęlorum homini qui voluit rationem ponere cum seruis suis, Mat. 20. Hęc ratio fiet in die iudicij, circa quā debet homo tria cogitare quotidie. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secundo, testium qui adducentur, veritatem. Tertio, sententiæ contra eos, qui malam rationem reddiderunt, feueritatem. *Quære supra in Dominica decima.*

De eodem.

IRatus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum, Mat. 18. Moraliter per seruum istum intelligitur peccator quilibet, cui irascetur Deus in iudicio, & tradet eum æternis tormentis. Vnde nota tria in uerbis istis. Primo, iusta Dei contra reprobos indignatio ibi. Iratus Deus. Secundo, dura peccatorum damnatio, ibi. Tradidit eum tortoribus. Tertio, eiusdem damnationis duratio, ibi. Quousque redderet uniuersum debitum. Circa primum nota quod quatuor sunt genera hominum, quibus irascetur Deus in iudicio. Primo, contra eos qui legem Dei spernunt. Isa. 5. Abiecerunt enim legem Domini exercituū, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt; ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extēdit manum suam super eum, & percussit eos, & turbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Secundo irascetur contra eos, qui in peccatis usque in finem perdurant, uel persistunt. Is. 64. Ecce tu iratus es, & peccauimus, & in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Tertio, contra eos qui temporalibus diuitijs abutuntur. Zac. 1. Ego irascar super gentes opulentas. Quarto, contra, eos qui proximis nō compatiuntur. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, q̄ noluit facere misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium. Hoc potest intelligi in isto seruo, q̄ noluit misereri conserui sui. Circa secundum nota qđ peccator a quatuor tortoribus torquebitur. Primo, a Deo. Mat. 8. Et cum uenisset transfretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam, & ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi fili Dei? uenisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascentium. Secundo, a conscientia. Aug. Iussisti Domine, & ita est, ut pœna sua sit sibi omnis inordinatus animus. Tertio, a morte æterna. Sapien. 3. Non tanget illos tormentum mortis, & dicitur de sanctis. Luc. 16. Rogo te pater ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis ne ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Quarto, ab omni creatura. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormētum aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Circa tertium nota, quod debent reddere quadruplex debitum, secundum quatuor quæ dedit nobis. Primo, dedit nobis mundum cum creaturis. Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Secundo, corpus cum sensibus. Tertio, animam cum uiribus. De his duobus, Genesi secundo, Formauit Deus hominem de limo terræ, quo ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quo ad animam. Quarto, gratiam cum virtutibus. Hebr. 13. Iam regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam saluamur placentes Deo cum metu, & reuerentia: etenim Deus noster ignis consumens est. De mundo debemus ei reddere eleemosynam pauperibus subueniendo. Eccles. 4. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine. Idem, Fili, eleemosynam pauperibus ne fraudes, & oculos ne transuertas a paupere. animam esurientem ne despexeris, & ne exasperes pauperem in inopia sua. Idem. Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti. Idem. Ab inope ne auertas oculos propter iram, & ne relinquas quærentibus tibi retro maledicere; maledicentis enim in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. Idem. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam. Glo. In his autem commendatur mansuetudo & humilitas, quia mansuetudo neminem spernit: humilitas omnibus se subijcit. Docet autem christianum æqualibus, & inferioribus affabilem se facere & humilem. psal. 130. Domine non est exaltatum cor meum. De corpore debemus ei reddere, ipsum immaculatum restituendo. Sap. 10. Repetitur animæ debitum quam habebat. Gratiam debemus ei reddere, cum ipsa ad honorem eius utiliter laborādo. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Qui ista debita non reddiderit, hic nunquam poterit ei reddere in æternum, & idcirco in loco tormentorum tormenta patietur in sæcula sæculorum. A quibus nos liberet Dominus.

Dominica vige simatertia ex epistola.

NOstra autem conuersatio in cœlis est. Philip. tertio. Apostolus in verbis istis docet quod conuersatio iustorum est in cœlis, & propter hoc si volumus esse similes eius, nón debemus conuersari in istis miserijs, sed in cœlis. Conuersantur autem sancti in cælis propter tria. Primo, propter securitatem; qui enim conuersatur in cęlis, est securus a periculis huius eruminosæ vitæ. Iob septimo. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Augustinus. Qui intrat in gaudium Domini sui, & securus est, & habebit se optime, & in optimo. Secundo, propter iucunditatem. Qui conuersabitur in cælis, habebit quasi continuum gaudium & lætitiā. Sap. 8. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, neque tędium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Seneca. Animus sapientis est quasi mundus supra lunam: semper enim in serenitate est. Tertio, propter mundanorum omnium transeuntium necessitatem: sciunt sancti omnia mundana hic cito transitura 2. Petr. 3. Aduenietautem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transibunt, elementa calore soluentur, & terra, & omnia quæ in ipsa sunt, exurentur. Cum hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, expectantes, & properantes in aduentum Dei propter quem cœli soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos vero cœlos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Conuersantur autem sancti in cęlo tripliciter. Primo, semper de bonis cęli cogitando. Secundo, in cœlo semper debent esse desiderando.

do. De his duob. Iste sanctus digne in memoriam ver- A
titur hominum, qui ad gaudia transit angelorum: quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, in illa cælesti patria conuersatus est. Tertio, conuersantur sancti in cælo, secundum mores cæli viuendo. Glo. ibi. Nostra conuersatio in cælis est: & si viuimus in terris, est in cælis conuersatio nostra, quia ibi est spes nostra: quia viuendo & intelligendo sumus similes angelis. Est autem in tribus conuersatio sanctorum similis conuersationi angelorum. Primo, in puritate: secūdo, in simplicitate sine dolo: tertio, in charitate. Hæc tria maxime sunt in angelis, simplicitas in essentia, puritas in natura, charitas in gratia. In tribus est conuersatio sanctorum 2. Cor. 1. Nam gloria nostra hæc est testimo B
nium conscientiæ nostrę, quia in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo &c.

De eadem ex euangelio.

MAgister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c. Mat. 22. In tribus commendatur Dñs Iesus Christus in verbis istis. Primo, a magistrij dignitate, ibi. Magister. Secundo, a doctrinæ vtilitate, ibi. Et viam Dei. Tertio, a docendi æquitate, ibi. Nō enim accipis personas hominum. Circa primum nota, q̄ propter quatuor conuenit ei dignitas magisterij. Pri C
mo, quia veritas apud eum solum semper consistit. Io. 13. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Secundo, propter docendi potestatem. Mat. 13. Sabbathis ingressus Iesus in synagogas docebat eos, & stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Tertio, quia solus potest docere de omnibus 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet nos de omnibus, & verum est, & nō est mendacium. Nullus est enim magister, qui possit docere de omnibus, nisi Dominus Iesus Christus. Eccle. 1. Omnis sapientia a domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Quarto, quia solus potest docere interius. Matth. 23. Non uocemini magi- D
stri, quia magister uester unus est Christus Glo. ideſt, quia solus dat intellectum. Circa secundum nota, q̄ quatuor vias valde vtiles docuit nos dominus Iesus Christus. Primo, viam pœnitētię. Mat. 6. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa est uia, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant p eam. Quā angusta, & arcta via est quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matt. 4. Cœpit Iesus prædicare. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnū cęlorum. Secundo, viam sapientiæ. prou. 4. Viam sapientiæ monstrabo ibi, ducam te per semitas æquitatis, ideſt, consilia, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam. Interlinearis, E
ut mali qui medio cursu offendunt. Gl. Actiones æquitatis cum inchoantur, arctę videntur, sed cum profectum capiunt, iam ex consuetudine spatiosæ uidentur: & quia in praua actione desudant, offendiculum in medio cursu reperiunt, quia exemplo dum nō prævident, rapiuntur ad pœnam. Tertio, viam obedientia. psalm. 37. Viam iustificationum instrue me. Quarto, viam charitatis mutuæ. Ioan. 13. Mādatum nouum do uobis ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. In hoc cognoscent, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. 1. Corint. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominū loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. De istis quatuor vijs, Isa. 2. Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eis. Circa tertium nota, quod in quatuor non est acceptio personarum apud Christum. Primo, in iustificando. Actu. 10. Aperiens autem Petrus os suum dixit. In veritate comperio quia non est acceptor personarum Deus. sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Secundo, in docendo, vt hic. Viam Dei in veritate doces. Tertio, in puniendo, Roman. 2. Non est personarum acceptio apud Deum. Quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores leges iustificabuntur. Quarto in remunerando. Ephic. 9. Scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, siue seruus siue liber: & personarum acceptio non est apud Deum.

In festo sancti Benedicti ex epistola.

GRatias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum. Col. 1. Apostolus in istis verbis docet vt gratias agamus Deo patri de tribus magnis beneficijs, quæ contulit nobis per Iesum Christum. Primum beneficium fuit nostra iustificatio, ibi. In partem sortis sanctorum in lumine. Secundum, a potestate diaboli liberatio. ibi. Eripuit nos de potestate tenebrarum diaboli. Tertium, regni æterni collatio, ibi. Et transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Circa primum nota, quod triplex est sors sanctorum, quam Deus tribuit sanctis suis. Prima est æterna prædestinatio. Eph. 1. In quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundū propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ ipsius, qui ante speruimus in Christo. Secunda ipsorum iustificatio. Sap. 3. Dabit illi donum electum, & sors in ecclesia Dei acceptissima. Et similiter hic. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Tertia æterna glorificatio. Sap. 5. Ecce quomodo inter filios Dei computati sunt, & inter sanctos sors illorum est. Circa secundum nota, quod Deus eripuit nos de potestate diaboli tripliciter. Primo, a diaboli seruitute nos liberando. 1 2. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, ideſt diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Diabolus est princeps tenebrarum Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates aduersus rectores tenebrarum harum. Secundo, tenebras nostræ ignorantiæ luce suæ doctrinæ illuminando. Isa. nono. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. 1. Petr. tertio. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Tertio, tenebras peccatorum nostrorum luce virtutum fugando. Ephic. sexto Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucis ambulate. Circa tertium nota, quod tripliciter translationem facit Dominus de sanctis suis. Primo, transfert eos de tenebris exilij ad lumen visionis suæ claritatis. Eccl. 20. Henoch translatus est in paradisum. Paradisus enim dicitur quasi parans visum: quia parat visum, qui est beatitudo sanctorum, & angelorum, Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscat te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Secundo, transfert eos de morte ad vitæ æternitatem 1. Io. 3. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Tertio, transfert eos de seculo nequam ad regni cælestis hæreditatem, vt dicitur hic, & transtulit in regnum dilectionis filij sui &c.

De eadem ex euangelio.

ECce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro, & tetigit fimbriã uestimenti eius, Mat. 9. Moraliter in miraculo isto notantur tria. Primo, peccantis animæ miseria, ibi. Ecce mulier quæ fluxum patiebatur. Secundo, peccantis humilitas, ibi. Et accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Tertio, utilitas pœnitentis, ibi. Et conuersus Iesus uidens eam, dixit ei. Confide filia, fides tua te saluam fecit. Circa primum nota, q̃ peccator patitur fluxũ sanguinis tribus modis. Primo, per nimium amorem consanguineorum. Mich. 3. Audite hoc principes domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & pphetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominum requiescebant dicentes. Numquid non Dominus in medio nostrum? Propter hoc causa uestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acervus lapidũ erit. Sion propter fluxum carnalium delectationum. psa. 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Tertio, propter operationem quorũlibet peccatorum. Osee 4. Audite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domini cum habitatorib. terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtũ inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, ideſt, peccatum. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Circa secundum nota, quod pœnitentia in tribus consistit, quæ est effectus contritionis. Primo, in fide, ibi. Fides tua te saluam fecit. Act. 3. Fide purificans corda eorum, psa. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Secundo, in humilitate, q̃ est confectrix confessionis, ibi. Retro. Bern. Nonus gradus humilitatis est confiteri peccata sua ei, cui debet. Iaco. 4. Confitemini alterutrum peccata, & orate p̃ inuicem ut saluemini. Tertio, in labore satisfactionis, ibi. Tetigit fimbriam. Matth. 3. Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ. In eodem, Omnis ergo arbor quæ non facit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Greg. Quilibet ad cor redeat, & tanto maiora lucra sibi acquirat per pœnitentiam, quanto maiora damna sibi intulit per culpam. Circa tertium nota, q̃ triplex vtilitas notatur hic, quæ prouenit ex pœnitentia. Prima, quia Deus ad peccatorem, cui erat auersus & iratus, conuertitur, ibi. Conuersus Iesus. Zach. 1. Hæc dicit Dominus exercituum. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores dicentes. Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini ad me de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Patres vestri vbi sunt? & prophetæ numquid in sempiternũ viuent? Secunda est, quòd gratia Dei ei infunditur: vnde respexit Iesus Petrum, & fleuit amare, quem a crimine negationis liberauit, & ab apostolatus culmine non permisit cadere. Mat. 26. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu quod dixerat. Priusquam gallus cantet, ter me negabis: & egressus foras, fleuit amare. Est enim Dominus sicut sol, qui respiciens segetem viuere & fructificare facit. psalm. 24. Respice in me, & miserere mei. Tertia est, quòd per pœnitentiam salus acquiritur, ibi. Et saluata est mulier. Isa. 45. Conuertimini ad me, & salui eritis.

Dominica vigesimaquinta ex epistola.

ECce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiẽs erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Hiere. 3. In istis verbis prædicitur aduentus Domini nostri Iesu Christi. Circa quod tria notanda. Primo, adueniendi cõgruitas, ibi. Ecce dies veniunt: congruum enim erat, ut aduentum Domini præcederent multi dies, in quibus spararent se homines ad susceptionem eius. Secundo, uenientis dignitas, ibi. Suscitabo Dauid germen iustũ & regnabit rex, & sapiens erit. Tertio, aduentus vtilitas, ibi. Faciet iudicium & iustitiam in terra. Circa primum nota, quòd quinque dies spirituales venerunt ante aduentum Christi. Prima dies fuit æterna patris præordinatio. Mich. 6. Egressus ab initio a diebus æternitatis. Secunda, patris facta promissio. Lucæ 1. Iusturandum quòd iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Tertia, in lege ipsius præfiguratio. Io. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et in eodem. Si. n. crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Quarta, ipsius a prophetis prædicatio. Luc. 1. Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ: sicut locutus est per os sanctorum. Quinta, ipsa Christi incarnatio. Ioliel. 3. In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac. De istis quinque potest intelligi illud Iudith. 6. In diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel. Circa secundum nota, q̃ ibi quinque tangit prophera quo ad dignitatẽ Christi. Primo, commendat eum a speciositate. Secundo, a fortitudinis potestate. Hic duo notantur, ibi. David, qui interpretatur visu desiderabilis, & fortis manu. Christus fuit visu desiderabilis propter suã admirabilem pulchritudinem. psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominum. 1. Petr. 1. In quem desiderãt angeli prospicere. Fuit & manu fortis Christus propter admirabilem fortitudinem. Augustinus. Manu inermi & affixa cruci debellauit aereas potestates. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Tertio, commendat ab innata sanctitate, ibi. Germen iustum, ideſt, in conceptione, quia solus sine peccato. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Luc. 5. Quarto, a regali dignitate, ibi. Regnabit rex. Apocal. 5. Rex regum Dominus dominantium. Quinto, a sapientiæ claritate, ibi. Et sapiens erit. Col. tertio. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

ei. Circa tertium nota, quod Christus venit in mũdum vt nos iudicaret, & remuneraret: hæc duo notãtur hic. Et faciet iudicium, & iustitiam in terra. Iudicium incredulos reprobando, ideſt, condemnando: iustitiam credentes iustificando, & saluando. De primo, Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. De secundo, ibidem. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: qui credit in eum nõ iudicatur. Debemus ergo in eum, credere per fidem, quæ perducit & operatur vt saluemur. Debemus & malum fugere, ne damnemur. Matth. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. A qua condemnatione liberet nos, &c.

De eodem ex euangelio.

ILli homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant; quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. Ioan. 6. In istis verbis quatuor notãda. Primo, Christi potentia, ibi. Cum vidissent quod fecerat signum Iesus. Miraculum enim istud quod fecerat, actus fuit infinitæ potentiæ. Dionysius. Miraculum est actus manifestus potentiæ Dei ad optimum. Secundo, magna Christi sapiẽtia, ibi. Hic est vere Propheta. Prophetia est actus infinitæ sapientiæ. Deut. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Deus tuus, ipsum audies. Tertio, magna iustitia, ibi. Qui venturus est in mundum. Venturus est enim Christus in mundum iudicare ipsum in iustitia. psam. 9. Iudicabit orbem terrarum in iustitia. Circa primum, notanda quatuor signa Christi. Primum signum fuit incarnatio Christi, quæ fuit signum infinitæ bonitatis. Isa. 7. Propter hoc Deus Dabit vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Secundum, miraculorum operatio, quod fuit signum infinitæ potentiæ. Ioan. 20. Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Tertium signum est passio. Mat. 12. Responderunt quidam de Scribis, & Pharisæis dicentes. Magister volumus a te signum videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit, &c. Quartum, aduentus ad iudicium. Isa. 8. Habitatores terræ, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, & videbitis; & clangorem audietis. Circa fm nota q̃ in quatuor apparet magna sapientia Christi. Primo, in doctrina, ideſt, in veritate. Matth. 22. Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Secundo, in profunditate, prou. 18. Aqua profunda, ideſt, doctrina spiritualis; verba ex ore viri, ideſt, Christi: & torrẽs redundans, quia tanta est abundantia in verbo doctrinæ præsentis vitæ, fons sapientiæ. Mystice aquæ profunda ad vetus testamentum, torrens redundans ad nouum testamentum refertur: & utriusque testamenti sacramentum Deus Christus, & Apostoli eius referant. Item, verba sapientum lauant mentes & rigant, ne peccatorum sordes deformes remaneant, vel ariditate deficiãt. Et quia quædam mysticæ latent, quædam aperta sunt, recte hic aquam profundam, & torrentem redundantem esse dicit. Tertio, in vnitate. Ioan. 5. Verba quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quarto, in æternitate. Luc. 27. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Circa tertium nota, quod Christus uenturus est in mundum ad quatuor. Primo, malos condemnaturus. Iud 1. Ecce ueniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios. Secundo, bonos remuneraturus. Apoc. ult. Ecce uenio cito, & merces mea mecum reddere unicuique iuxta opera sua. Tertio, mundum per ignem consumpturus, & renouaturus. psalm. 49. Deus manifeste venier, Deus noster, & non silebit; ignis in conspectu eius exardescet. Quarto, solus ipse in perpetuum regnaturus. cessabit enim omne regnum. Solum regnum Christi manebit in perpetuum. Dan. 7. Aspiciebã ego in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit eis potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

De eodem.

ETcum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Io. 6. Sicut dicit glo. Christus egit gratias, & docet nos agere gratias pro tribus beneficijs. Primo, pro beneficijs corporalibus: secundo, pro spiritualibus: tertio, pro æternalibus. Pro corporalibus tripliciter. Primum, quia creauit esse naturæ conferendo. Eph. 5. Gratias agens semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi, Deo & Patri. Deus dicitur pater noster per creationem. Secundo, quia conseruat esse naturę malà remouendo. Sap. 18. Et qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant tibi; & vt esset differentia te Deum petebant, propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Tertio, quia nutrit cibo corporali reficiendo. 1. Tim. 4. Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suã conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere a cibis; quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Pro spiritualibus beneficijs debemus similiter gratias agere Deo propter tria. Primo, quia nos sanctificat gratiam conferendo. Col. 1. Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulisti nos in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem peccatorum. Secundo, quia instruit verba sua docendo. 1. Thes. 2. Nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepisseris verbum auditus Dei, accepistis non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Tertio, quia reficit animam cibum Eucharistiæ tribuendo. Lucæ. 23. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens.

Ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accipite & manducate, quia hoc est corpus meum. In hoc enim quod Christus dedit corpus suum, cum gratiarum actione, debemus istum cibum ineffabilem suscipere. Item, pro beneficijs æternalibus debemus gratias agere similiter tripliciter. Primo, pro iustorum ab æterna morte liberatione. Colos. 1. Gratias Deo patri: & post. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &c. Secundo, pro iusta reproborum dānatione. Tertio pro summa & digna sanctorū glorificatione. De his duobus, Apoc. 11. Viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedib. suis, cecidetunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes. Gratias agimus tibi Domine Deus, pater omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti, & iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis. Amen.

Explicium sermones de tempore.

INCIPIVNT SERMONES FESTIVI TOTIVS ANNI

In vigilia Natiuitatis Domini.

Portet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare, Sap. 16. Cras celebraturi sumus ortum solis æterni, ideo monemur in istis verbis præparati ad ortū eius. Et notantur hic duo. Primo, nascituris cōmendatur. Secundo, quid sit nobis faciendum demonstratur. Christus cōmendatur in duob. Primo, quia sol: secundo, quia lux. Duo etiam nobis facienda indicuntur. Primum præuenire, secundum adorare. Primum, ibi. Solem: secundum, ibi. Ad ortum lucis: tertium, ibi. Præuenire: quartum, ibi. Adorare. Præuenire hodie, adorare cras. Circa primum sciendum, quod Christus dicitur sol. Malach. 3. Vobis timentibus Deum orietur sol iustitiæ. In hoc autem quod dicitur sol, notantur septem beneficia quæ exhibuit generi humano nascendo, sicut sol corporalis septem effectus exercet in corporibus. Primus effectus est generatio, secundus viuificatio, tertius nutritio, quartus augmentatio, quintus perfectio, sextus purgatio, septimus renouatio. De his omnibus sol ad generationem sensibilium corporum emittitur, & ad vitam ea mouet, nutrit, & auget & perficit, purgat, & renouat: hæc fecit Christus nobis, nascendo. Generauit, filios Dei faciendo. Ioan. primo. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Iacob. 3. Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Viuificabit, uitam gratiæ & gloriæ largiendo. Io. 1. Vita erat lux hominum. Epli. 2. Et nos conuiuificauit in Christo. Ioan. 10. Ego uitam æternam do eis. Nutrit, panè Eucharistiæ, & uerbi diuini. Ioan. 6. Ego sum panis uiuus, &cæt. Sapient. 16. Panem de cœlo præstitisti eis, &cæt. 30. Educes me, & enutries me. Augmentauit, plenitudinem gratiæ & donorum largiendo. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Epli. 4. Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo. Perficit, statum perfectionis inducendo, Mat. 5. Estote perfecti, sicut pater uester perfectus est. Purgauit, sordes peccatorum auferendo. Hebr. 1. Purgationem peccatorum faciens. Renouauit, uetustatem culpæ destruendo, & noua omnia faciendo. De 1. Ro. 6. Verus homo noster simul crucifixus est &c. De secundo, Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno. ecce noua facio omnia: sic fuit nobis sol, fuit & lux. Et nota, in hoc quod dicitur lux, sex alios effectus, quos fecit nobis nascendo. Sex enim sunt effectus lucis, Primus, illuminatio. Secundus, fœcundatio; fœcunditas, enim est ab influentia lucis. Tertius, præseruatio; est, enim lux præseruatiua. Quartus, ordinatio. Quintus ornatio Dion. Lux confusum & inordinatum ordinat & ornat. Sextus, sui effusio; est enim lux effusiua sui. Fœcundauit, uirtutum radios infundendo, & ad bona opera commouendo. Is. 58. Implebit splēdoribus animā tuam: & post, Et eris hortus irriguus &c. Vbi nota, quod fœcunditas est ex influentia lucis. Præseruauit, Ioan. 17. Ego seruabam eos &c. Ordinauit, Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Ornauit, ecc. 48. Ornauit tempora vsque ad consumationem uitæ. Iob. 25. Spiritus Domini ornauit cœlos. s. Domini nostri Iesu Christi. Se ipsum effudit pro nobis moriendo. Gal. 3. Tradidit semetipsum pro me, s. Christus. Cum multis ergo bonis natus est nobis sol iste, & lux ista. Dignum est ergo præuenire ortum eius, & ad natiuitatem adorare. Præuenire autem debemus septem modis. Primo, ab omni nos peccati sorde abluendo. Secundo, omnem amorem terrenum excludēdo. Tertio, in amore ipsius firmiter persistendo. De his tribus, Num. 11. Sanctificamini hodie, & cras comedetis carnes. Sanctus enim idem est quod mundus, sine terra, & firmus. Quarto, diuinis laudibus insistendo. ps. 94. Præoccupemus faciem eius in confessione. Quinto, perseueranter, ut dignissimus participes natiuitatis eius fieri orando. ps. 87. Mane oratio mea preueniet te. Idem. Preueni in maturitate & clamaui. Sexto, quanta beneficia largitus sit nobis diligenter meditando. ps. 118. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Septimo, de tanto Deo gratias referendo. Hoc est quod dicitur præuenire ad benedictionem. Adorare debemus ad ortum lucis, i. natiuitatem Christi quinque modis. Primo, corde credendo. Secundo, ore confitendo. Tertio, opere quodam sacrificium eius de uore, & digne sumendo. Quarto, largas eleemosynas faciendo. Quinto, noctes & dies in eius laudibus expendendo. De primis duobus, Roma. decimo. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. De tertio. Rom. duodecimo. Obsecro uos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora uestra hostiam sanctam &cæt. De quarto, Isa. 28. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. De quinto, decent angeli qui hanc diem tam solemniter cantarunt. Luc. secundo. Et subito facta est, cum angelo multitudo militiæ cœlestis.

In Natiuitate Domini ex epistola.

Paruulus natus est nobis, Is. 9. In istis verbis tria notantur circa natiuitatem Domini. Primo natus describitur. Secundo, ipsa natiuitatis subditur. Tertio, natiuitatis vtilitas sequitur. Primū ibi. Paruulus; secundū, ibi. Natus est; tertium, ibi. Nobis. Natus est ergo paruulus: sed cuiusmodi paruulus? admirabilis, amabilis ineffabilis, formidabilis, uenerabilis, desiderabilis. De his hoc est, quod postea sequitur, Et vocabitur nomen eius admirabilis, ecce primum: & amabilis quia

quia est consiliarius: ineffabilis, quia Deus: formidabilis, quia fortis: uenerabilis, quia pater futuri sæculi: desiderabilis, quia princeps pacis. Admirabilem istum cęli enarrant angeli clamant, magi nuntiant, pastores prędicant. Cęli stellam emittendo, angeli laudando, magi adorando, pastores quæ viderant enarrādo. De primo, Matth. 2. De secundo, Luc. 2. De tertio, Matt. 2. De quarto, Luc. 2. Est admirabilis tripliciter, quia creator creatura efficitur, virginitas in sui partu non perditur, hoc ab homine rationali creditur. Hæc tria miracula fecit hodie Dominus. Primum, quod Deus factus est homo: secundum, quod Virgo peperit: tertium, quod cor humanum credidit. Est ergo admirabilis propter maiestatem, sed est amabilis propter bonitatem quæ apparet in tribus. Primo, ex sui effusione, seipsum hodie effundendo. Dion. Bonū est diffusiuum sui. Io. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis &c. Secundo, ex benignitatis suæ ostensione. Vnde canamus in epistola ad Titum 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei &c. Tertio, ex optimorum adductione. Dion. Optimi est optima, adducere. Adduxit autem nobis tria optima, s. optimum scientiæ, gratiæ, & gloriæ. De his in Euangelio tertiæ Missæ. Vidimus gloriam eius, quo ad optimum gloriæ: plenum gratiæ, quoad optimum gratię, & veritatis, quoad optimum scientiæ. est ergo amabilis. Sed est ineffabilis propter tria. Primo, propter ęternitatem: secundo, propter eandem cum patre æqualitatem: tertio, propter diuinitatem. De his tribus. Io. 1. in principio erat verbum, ecce æternitas. & verbum erat apud Deum, ecce æqualitas, & Deus erat verbum, ecce deitas, est ergo ineffabilis. Est & venerabilis, quia omni creator, omni gubernator, & omni recreator. Ista tria habētur in epistola. Per quem fecit & sæcula: ecce creator: portans omnia verbo virtutis suæ, ecce gubernator: purgationem peccatorū faciens, ecce recreator: est ergo venerabilis. Est etiam desiderabilis pp speciositatem, quæ speciositas est quidam partium situs cum quadam coloris suauitate. Omnis. n. pulchritudo in duob. cōsistit. In luminib. & characteribus siue figuris, & coloribus. Ista duo habentur in epistola, ibi. Qui cum sit splēdor gloriæ, quo ad pulchritudinem coloris, & figura substantiæ eius, quo ad pulchritudinem figuræ. psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominum. Quo ad pulchritudinem coloris. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. est ergo desiderabilis. Sed est & formidabilis propter tria. Primo quia lux, vt omnia videat. Secundo potens, vt omnia valeat. Tertio iustus, vt de omnibus iustitiam faciat. De primo Io. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt &c. De secundo, Heb. 1. Sedet ad dexteram maiestatis. De tertio ibidē, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, &cæt. Debemus ergo eum admirari, ut obstupescamus: amare vt inardescamus: ineffabilē cogitare, vt humiliemur: formidabilem, vt timeamus, venerabilem, vt laudemus: desiderabilem, vt ad eum festinemus. Circa natiuitatem sciēdum hic quod triplex est eius natiuitas. Aeternalis ex patre, tęporalis ex matre, spiritualis ex corde, hoc significant tres Missæ in die natiuitatis. Circa vtilitatem breuiter sciendum, quod duplicem vtilitatem consecutus est homo de eius natiuitate, scilicet malorum omnium remotionem, & bonorum omnium acquisitionem: hoc dixerunt angeli, Luc. 1. Annuntio vobis gaudium magnum, quo ad bonorum adeptionem; quia natus est vobis Saluator, quo ad malorū remotionem, s. qui nos saluabit ab omni malo opere. Ipse paruulus hodie natus faciat nos tanti gaudij participes, qui uiuit & regnat in sæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

Vita erat lux hominum, Io. 1. In hoc euangelio puer iste qui natus est, vocatur verbum, lux, & vita. Primum, ibi. In principio erat verbum: secundum & tertium, ibi, Vita erat lux hominum. Et notatur per hoc multiplex vilitas, quam in eius natiuitate consecutus est homo. Fuit enim verbum hominem docendo, lux illuminando, vita ad æternitatem perducendo, De primo, Mat. 4. Circuibat Iesus docens. Docuit autem nos tria, scilicet rerum qualitatem, scripturæ veritatem, vitæ sanctitatem. Rerum qualitatem, quia docuit mundum fallacem, diabolum mendacem, Deum veracem, & huiusmodi. De secundo, Lucæ vltimo. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. De tertio, Matth. quinto. Beati mites, beati pacifici &c. per totum. Et sic, in primo docuit physicam, quæ inquirit naturas rerum: in secundo logicam, quæ probat verum, in tertio ethicam, quæ docet honestatem morum. Io. 13. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis &c. Item, lux illuminando: illuminat autem tripliciter, noctem culpæ expellendo, diem gratiæ inducendo, luminaria magna, idest sanctos, per mundum diffundendo. De primis duobus, Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. De tertio, phil. secundo. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Item, fuit vita, vitam nostram reparando, vitam gratiæ largiendo, uitam glorię tribuendo. De primo, Et uitam resurgendo reparauit. De secundo, Io. 11. Ego sum resurrectio & uita. De tertio, Io. 10. Ego vitam æternam do eis, Ad quam perducat nos qui est benedictus in sęcula, Amen.

In festo sancti Stephani ex epistola.

Stephanus autem plenus gratia &c. Act. 6. Stephanus interpretatur coronatus, & dignus fuit ut tali uocaretur nomine, qui primo meruit corona martyrij coronari. Ideo dicitur protomartyr, idest, primus martyr. Est autem ipse coronatus, & coronantur omnes sancti quadruplici corona, argentea, stellea, aurea, & gemmea. De prima, Zach. sexto. Sume argentum & facies coronam. De secunda, Apocal. duodecimo. Et in capite eius corona stellarum duodecim. De tertia, eccl. 45. Corona aurea sup caput eius. De quarta, psalm. vigesimo. Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. Argētea corona est cordis claritas, quæ corpus mirabiliter decorabit. Isai. 61. Sicut sponsum decoratum corona. Stellea corona est perfecta de omnibus scientia. Eccle. sexto. Corona gratulationis sup te, dicitur de sapientia. Aurea corona est ipsa deitas in diuinitate iu cūditas. Isa. trigesimooctauo. In illa die erit tibi Dominus corona gloriæ. Gemmea corona est æternitas. 1. Petri, quinto. Percipietis immarcescibilem æternæ gloriæ coronam. Sunt octo quibus Dominus electos suos debet coronare. Primum, Dei miseratio. psalm. centesimosecundo. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Secundum puritatis conseruatio. Sapien. 2. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, & post subditur. Coronata triumphat. Tertium, carnis mortificatio. Isa. 61. Dabo coronam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam pro cinere &c. Quartum, iustitię labor. 2. Timo. 4. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Quintum, tentationum superatio. Iac. 1. Beatus uir qui sustert tentationem &c. Sextum, populorum conuersio, 1. Thess. 3. Quæ est spes & consolatio nostra Septimum bene administrata prælatio. prou. Agnosce uultum pecoris tui &c. Octauum, tolerata pro Christo passio. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Coronantur & mali alijs coronis. Coronantur enim corona florea, frondea, aurichalea, spinea. Florea in carnis uoluptatibus. Sap. 2. Coronemus nos rosis. Frondea, in mundi uanitatibus. 2. Mach. 6. Coronati hædera libero circuire cogebantur. Isa. 13. Væ coronæ superbię. Aurichalea, in diuitijs sęcularibus, quę videntur diuitię, sicut aurichalcum uidetur aurum, sed non sunt. Apoc. 9. Habebat coronam similem aurichalco. Spinea in pœnis eternalibus. psal. 33. Coronans coronabit te tribulatione. Sunt ergo istę coronę cauendę, illę apperendæ &c.

In festo sancti Ioannis.

NVnquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? Iob. 39. Ista uerba satis bene conueniunt hodiernæ festiuitati, in qua transitus beati Ioannis de morte ad uitam recolitur. Circa quam tria in istis uerbis notantur, modus transeundi, utilitas transitus, dignitas transeuntis. Primum, ibi. Nunquid ad præceptum tuū, secundum, ibi. Eleuabitur, tertium ibi, Aquila. Circa primum sciendum quod quatuor præcepta fecit ei Dominus. Primum, ut nuptias desereret, secundum, ut post eum iret, tertium, vt statum vtriusque ecclesiæ scriberet: quartum, ut relicta præsentis uitæ miseria, ad paradisum transiret. De primo, Hier. in prologo super Ioannem Quem de nuptijs volentem nubere vocaret Deus, vt virginem virgo seruaret. De secūdo, Mat. 4. Inuenit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius &c. De tertio, Apoc. 1. Quod uides, scribe in libro, & mitte septem ecclesijs. De quarto, in legenda sua, Veni ut eum fratribus tuis epuleris. Circa secundum nota, q quatuor modis fuit eleuatus in morte. Primo, ad eam voluntarie eundo. Secundo dolorem mortis non sentiendo. Tertio, ab ea cito sicut creditur resurgendo. Quarto, de ipsa ad cœlum ascendendo. De primis duobus in prologo super Ioannem. Descendit in defossum sepulcrum, siue locum, & facta oratione appositus est ad patres suos: ecce primum tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis inuenitur alienus: Ecce secundum. De alijs duobus in legenda. Circa tertium sciendum, quod beatus Ioannes dicitur Aquila propter tria. Primo, propter uidendi perspicacitatem. Secundo, propter volandi subli mitatem. Tertio, propter quarundam actionum proprietatem. Videndi perspicacitas in aquila consistit in duobus, quia videt splendidissima, quia solem in rota videt; remotissima, quia de cœlo leporem in terra. Sic beatus Ioannes vidit solem in rota, ideſt, Christum in patre. Ioan. primo. In principio erat verbum. Vidit remotissima, quia quæuentura sunt in fine mundi, ui dit in Apocalypsi. Item, uolauit altissime duplic iter, scilicet contemplando, & scribendo. De primo, Apoc. primo. Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnam tamquam tubæ &c. De secundo, Ezech. decimo. Facies aquilę desuper ipsorum quatuor. qa Ioannes scribendo cæteros Euangelistas transcendit. Augustinus. Si paulo altius intonasset, totus mundus eum capere non posset. Item, dicitur aquila, propter duplicis actionis proprietatem. Primo, pullos collocauit in Deo. 1. Ioan. quarto. Qui manet in charitate, in Deo manet. Secundo petram in nido posuit. i. Christum. 1. ad Cori. 10. Petra autem erat Christus. De hac aquila patet in epistolis suis per totum. De ista aquila dicitur Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum, vbi commendatur in multis. Moraliter si volumus in altum eleuari, debemus esse aquila propter septem. Primo, vt de veteri statu in nouum mutemur. psalm. 102. Renouabitur vt aquilę iuuentus tua. Secundo, vt in altum conuersando volemus. Philip. tertio, Nostra conuersatio in cęlis est. Tertio, vt virtutum varietate plumemur. Ezech. vigesimoseptimo. Plenam plumis & varietatib. &c. Quarto, vt ad cælum ire festinemus. 2. Regum. 1. Aquilæ velociores. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem. Quinto, vt bona nostra per rectam intentionem occultemus, Prouer. 30. Tria sunt mihi difficilia, via aquilæ in cęlo, &c. Attendite ne iustitiam vestram &c. Sexto, vt petram, ideſt Christum, in nido cordis collocemus. Ephes. tertio. Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Septimo, vt in bono opere vsque in finem perseueremus. Isa. quadragesimo. Assument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient, &c.

De eodem ex epistola.

CIbauit illum pane vitę & intellectus. In hac epistola ostenditur ꝙ quatuor bona, quæ multum consueuerūt ab homine appeti, facit Dominus his qui diligunt eum & timent. Primum, delitiarum lętitia: secundum, beatorum gloria: tertium, diuitiarum copia: quartum, iustis æternitatem. Primum, ibi. Cibauit eum: secundum, ibi. In medio ecclesiæ: tertium, ibi. Iucunditatem, & exultationem thesaurizauit: quartum, ibi. Et nomine ęterno. Circa primum nota, quod tres delitias dat Dominus seruis suis in via. Primæ, consistunt in corporis domini sumptione. Secundæ, in sacrę scripturæ lectione. Tertiæ, in diuinæ bonitatis pręgustatione. Primæ notantur ibi. Cibauit illum pane vitæ &c. Ioann. sexto. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Secundæ, ibi. Intellectus. prouerb. sexto. Edite panem meum. Tertiæ, ibi. Aqua sapientiæ &c. Sapientia enim dicitur a sapore. Sapien. vigesimoseptimo. Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem: vere omne delectamentum, quia si quis gustauerit de eo, delitias mundi tanquam amarissimas despiciet. Gregor. Gustato, spirisu desipit omnis caro. Circa secundum notandum, quod in tribus ponitur beatorum gloria. Primo, in eloquentia: secundo, in sapientia: tertio. in vestium gloria. Primum, ibi. In medio ecclesiæ aperuit os eius. Secundum, ibi. Et impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ. De his duobus. Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam. Tertium, ibi. Stolam gloriæ induit eum. Quę est honesta, exterior conuersatio, quę intexitur ex filis bonorum morum. Isa. 6. Induit me vestimento salutis. Diuitiarum copia ponitur similiter in tribus. Primo, in eorum delectabilitate: secundo, in pretiositate; tertio in gloriositate. Primum, ibi. Iucunditate intrinsecus: & extrinsecus: sunt .n. iucundæ illæ diuitię non amatæ, sicut diuitiæ mūdi. Secundum, ibi. Thesaurizauit. Thesaurus enim non sit nisi

uisi de pretiosis. Tertium, ibi. Super eum, quia totus repletus est diuitijs. psalm. 111. Beatus vir qui timet Dominum. & ibidem. Gloria & diuitiæ in domo eius. Circa tertium notandum, quod tria æterna promittit eis æternitatem nominis, æternitatem hæreditatis, & ætertatem uitæ. Primum, ibi. Et nomine æterno. psal. 111. In memoria æterna erit iustus. Secundum, ibi. 1. Pet. 2. In hæreditatem incorruptam & incontaminatam. Tertium, ibi. Eum. Io. 10. Ego uitam æternam do eis. Sunt ergo duodecim bona quę promittit Deus his qui timēt eum: & ideo optimum est timere eum &c.

In festo S. Innocentium ex epistola.

CAntabant sancti canticum nouum ante sedē Dei, Apoc. 13. Tria notantur hic. Primum, quia cantabant optimi cantatores, quia sancti. Secundo, quia cantabant optimam cantationem quia canticum nouum. Tertio, vbi cantabant, quia in optimo loco, quia ante sedem Dei. Circa primum notandum, quod bonos cantores faciunt tria. s. bonæ vocis instrumentum, artis documentum, usus exercitamentum. Bonæ uocis instrumentum tria faciunt, reumatis expurgatio, pectoris dilatatio, oris apertio. Primum est peccatorum expulsio. Eccle. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. psalm. 112. Laudate pueri Dominum. Secundum est amicorum dilectio. 2. Corin. 6. Cor nostrum dilatatum est dilatamini & vos. Exo. 15. Cantemus Domino &c. Tertium est intentionis ad Deum directio. psalm. 118. Os meum aperui. Item. Domine labia mea aperies. Ad artis documentum sunt tria necessaria. Primo, vt scias vocem leuare. Secundo, deprimere. Tertio, concordare. Vox eleuatur per contemplationem. 1. Paral. 10. Cantabant: & post. Resonabant sonitus lætitiæ in excelsis. Vox deprimitur per sui humiliationem. Dan. 4. Benedicite sancti & humiles corde Domino. Concordatio vocis fit concordiæ & unitatis conseruatione. Eph. 1. Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis: vel pmentis cum corde concordatione. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mente. Ad vsus exercitium sunt tria necessaria, ut cantet frequenter, diligenter, & fortiter. De primis duobus, Isa. 23. Bene cane frequenta canticum ut memoria tui sit. De tertio. psa. 97. Psallite Domino in uoce tubæ. Tales debent esse cantores: sed qd debent cantare? canticum nouum. Canticum nouum cantatur quatuor modis. Primo, si cantet nouus homo. Eph. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Secundo, si cantet noua scilicet spiritualia. Eph. 5. Cantantes in cāticis spiritualibus. Tertio, si cantet pro nouis ideſt pro æternis. Apoca. 20. Ecce noua facio omnia. psalm. 95. Cantate Deo canticum nouum. Quarto, si cantet nouo modo ideſt delectabiliter. psalm. 97. Iubilate Deo nostro & cæt. Ecce quod debemus cantare: Sed ubi debemus cantare? ante sedem Dei, vt libenter audiat summus Pontifex, ut magnas præbendas conferat largissimus princeps, ut magna munera tribuat. De primo, Can. secundo. Sonet vox tua in auribus meis, & angeli libenter audient. Ibidem. Amici auscultant te, fac me audire uocem tuam. De secundo, Apoc. 3. Faciam illum columnam in templo Dei. De tertio, Lucæ 21. Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum.

In festo sancti Thomæ.

BEatus vir qui in sapientia morabitur. Eccles. 14. In his verbis notatur meritum sanctorum, & præmium. Primo, ibi. Qui in sapientia; secundo, ibi. Morabitur. Circa primum sciendum, quòd duplex est sapientia in qua morandum est, increata, & creata. De prima, Eccle. 24. Ego ex ore altissimi prodiui. De secunda, Eccle. 1. Omnis sapientia a Domino Deo est. In increata debemus morari tripliciter. Primo, per fidem secundum rationem in eius ueritate: secundo, per spem secundum irascibilem in eius maiestate: tertio, per charitatem secundum concupiscibilem in eius bonitate. De primo. Ioan. decimoquinto. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. De secundo, Manete in dilectione mea. De tertio. 1. Ioan. 3. Deus charitas est. Ista tria necessaria sunt ad beatitudinem acquirēdam. De primo, Heb. 10. Oportet accedentem ad Deum credere. De secundo, Roman. 8. Spe autem salui facti sumus. De tertio, Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, &c. Item, debemus in sapientia creata tripliciter morari. Primo, a malis recedendo: secundo, bona faciēdo: tertio, in his perseuerando. Ista est triplex sapientia sanctorum. De primis duobus, Iob. 24. Ecce pietas ipsa est sapientia, quo ad bene agendum; & recedere a malo intelligentia, quo ad malum. De tertio, Eccl. 17. Homo sanctus manet in sapientia; præmium sapientiæ est beatitudo. Beatitudo autem est status omnium bonorū aggregatione perfectus, sicut ait Boetius. Est aūt duplex beatitudo, in via, & in patria; utraque acquiritur per sapientiam. Nam in via habet quandam similitudinem illius, quę est in patria, in qua sunt septem dotes. Habet enim claritatem per vultus hilaritatem; ita & in uia habet modo suo sapiens illas dotes. Eccles. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius, ista est prima dos, secunda est impassibilitas quam habet per patientiam, uel mansuetudinem. Philos. Mitis est qui non patitur, nec deducitur. Item, glosa super Matth. Mitis est qui nullam amaritudinem animi sentit. Prou. 14. Qui patiens est, multa gubernatur sapientia. Tertia dos est subtilitas, quam acquirit sapiens per occultorum penetrationem; nam sapienti omnia quasi patentia sunt. Ecclesiast. trigesimonono. Occulta prouerbia exquirit sapiens, prou. 14. Quomodo in aquis resplendet vultus prospiciētium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Quarta, agilitas quam acquirit sapiens per velocem omnium apprehensionem. Sap. 8. Attingit a fine usq; ad finem fortiter. Vel claritas acquiritur per prudentiam, impassibilitas per fortitudinem, subtilitas per sobrietatem, agilitas per iustitiam; quæ quatuor habēt qui in sapientia morantur. Sap. octauo. Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam, & uirtutem, quibus nihil utilius est in uita hominibus. Quinta dos est cognitio quæ datur, quia docet omnem sapientiam. Sapien. octauo. Et si multitudinem scientiæ desidera qs scit prēterita, & de futuris æstimat & cæt. Sexta dos est dilectio, quæ est vere in sapientia. prou. 8. Ego diligentes me diligo. Sapien. 7. Et sine inuidia communico. Septima dos est omnis boni fruitio. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Hanc beatitudinem acquirit qui in sapientia, ideſt in Christo, & gratia Christi moratur; sed in patria habebit ueram beatitudinem. Est autem beatitudo status omnium bonorum congregatione perfectus, ut dicit Boetius.

Est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est enim ibi omne bonum,& nullum malum. Deuter. F
8. Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris, &c.

De eodem ex euangelio.

VBi ego sum, illic & minister meus erit. Ioan. 12. Duo notantur in hoc, meritum & præmium. Præmium, ibi. Minister meus: secundum, ibi. Vbi ego sum, &c. Circa primum notandum, q̃ minister magni regis debet esse formosus in specie, intelligens in discretione, fidelis in opere. Primo, formosus debet esse per munditiæ puritatem, morum honestatem, vestium varietatem. Debet ergo minister Christi habere cordis pu G
ritatem. prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regẽ, &c. psal. 100. Ambulans in via immaculata, &c. Morum honestatem. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habẽtes bonam, &c. Vestium, ideſt, virtutum speciositatem. Apo. 4. Ambulabũt in albis mecum. De his duob. Exod. 40. Applica Aaron, & filios eius, vt ministrent mihi, & lotos indues sacris uestib. In uestibus uirtutum uarietas, in unctione morũ honestas, ex qua exit odor bonæ famæ. 1. Reg. 10. Videns regina ordinem ministrorum, & uestes, &c. Item, debet esse in discretione intelligẽs, ut intelligat domini uoluntatem, H
seruiendi congruitatem, seruitij utilitatem. De primo. psal. 102. Ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. De secundo, Luc. 2. Quis putas es fidelis seruus & prudẽs. De tertio, Rom. 6. Rationabile obsequium uestrum. Idem sit de eo quod magis est utile; hæc est pietas. 1. Tim. 4. Exerce te ipsum ad pietatem, &c. Debet esse ergo minister intelligens, sed debet esse etiam fidelis, ne bona sua auferat, uel cum hostibus prodat, nec ipsum deserat. Bona Dei aufert, qui de seruitio Dei gloriam quærit, quam sibi soli seruauit. Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Hostibus prodit Dominum qui in cameram suam, ideſt animã suam introducit diabolum. psal. 87. Traditus sum, & non egrediebar. Item, psal. 40. Homo pacis meę, in quo sperani. Derelinquit etiam eum. Deuteron. 32. Incrassatus, dilatatus, impinguatus dereliquit Dominum factorem suum. Talis debet minister esse, & sic consequitur præmium. Sed quod præmium? ibi. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Vbi es Domine Iesu? in patre. Ioan. 4. Ego in patre, &c. In cœlo. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, &c. In dextera maiestatis. Hebr. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In luce inaccessibili. 1. Tim. 6. Lucem habuit inaccessibilem. In throno. Apoc. 3. Sedenti in throno Dei. In principio. Ioan. 1. In principio erat uerbum. Per hoc quòd dicitur, esse in patre, notatur gloria: in luce, claritas: in dextera Dei, iucunditas, ideſt K
in potioribus bonis Dei; in cęlo, loci amenitas; in throno, dignitas: in principio, æternitas. Promittit ergo Dominus ministris suis per hoc quod dicitur. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, gloriam, claritatem, iucunditatem, loci amenitatem, dignitatem æternam. Ad quam nos perducat, &c.

In festo sancti Siluestri.

ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo & inuentus est iustus. *Quære in festo sancti Nicolai.*

De eodem ex euangelio.

HOmo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Matth. vigesimoquinto. Homo iste Christus est, qui peregre profectus est, in Incarnatione, in Passione, in Ascensione. In prima peregrinatus est in mundo: in secunda in inferno: in tertia in cœlo. De primo. Gen. 12. Egressus est Abraham vt peregrinaretur in Aegyptum. Abraham Christus, Aegyptus mundus. De secundo, Lucæ ult. Tu solus peregrinus es in Hierusalem &c. dixerunt reuerso ab inferis. De tertio. Lucæ 19. Homo quidam nobilis &c. In prima peregrinatione egressus est ad peregrinandum ad tria ad addiscendum, ad negotiandum, ad orandum. Peregrinatur scholaris ut addiscat, negotiator ut acquirat, vir iustus ut oret: sic Christus peregrinatus est in mundo, vt disceret malum quod non sciebat per experientiam: hoc docetur in terra ista. Hebræo. quinto. Didicit ex his quæ passus est obedientiam &c. Item, vt negotiaretur: & constituit mirabiles nundinas, in quibus vendidit denario paupertatis regnum cælorum, denario vilitatis gloriam, denario mortis uitam. De his tribus Augustinus. Venale habeo, q̃d? regnum cœlorum; quanti emitur? paupertate regnum, uilitate gloria, luctu gaudium, morte uita. Matthæi, quinto. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, iure scilicet emptionis. Item, ad orandum. Luc. vigesimosecundo. Et factus in agonia prolixius orabat. In infernum egressus ad peregrinandum propter tria, ut prædam perditam recuperaret, ut hostem ideſt diabolum superaret, ut ciuitatem fortissimã expugnaret; propter hæc tria reges & principes consueuerunt exire peregre. De primo, Ephes. 4. Christus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus &cæt. De secundo, Apocal. vigesimo. Apprehendit diabolum, & ligauit eum in abysso, ideſt in inferno. De tertio, Contriuit portas æreas. Infra cœlum peregre profectus est propter tria. I
Primo, ut regionem famis & omnis miseriæ desereret, ut habitaret in regione totius amænitatis & abundantiæ, ut regnum sibi acquireret. Propter hæc tria consueuerunt peregrinari homines. De primo, Ruth. 1. Facta est fames in terra abijtque homo de Bethlehem Iuda vt peregrinaretur &c. de secũdo, Gene. 35. Venit Iacob in Mambre, hæc est Hebron in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Hebron interpretatur claritudo. Hebron visio sempiterna significat paradisum. De tertio, Luc. 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. In prima peregrinatione apparuit eius humilitas: in secunda eius charitas: in tertia eius maiestas. De prima, Philipp. 2. Qui cum in forma Dei esset &c. De secundo, Ioann. 15. Maiorem charitatem nemo habet. De tertio, Actuum 1. Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum? psalm. 8. Eleuata est magnificentia tua. Est ergo in prima imitandus vt humiliemur. Matt. 10. Discite a me, quia mitis &c. In secunda diligendus, vt eum reamemus. 1. Io. 4. Diligamus Deum, quia ipse prius dilexit nos. In tertia desiderandus, vt ad eum festinemus. Io. 14. Iterum veniam & assumam uos &c. Hebr. 4. Festinemus ingredi in illam requiem, Ad quam nos perducat, Amen.

In

In Circunsione Domini ex epistola.

APparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæculatia desideria sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, Tit. 2. Quoniam Dominus noster Iesu uenit in mundum peccatores ad se trahere, attrahuntur autem maxime per benignitatem: ideo uoluit benignus hominibus apparere. Et hoc est quod dicitur, apparuit. Apparuit autem benignitas eius tripliciter: In eius actionibus, locutionibus, & passionibus. In actionibus ostendit benignitatem quadrupliciter. Primo, pro peccatoribus carnem assumendo 1. Tim. 1. Fidelis sermo, & B
omni acceptione dignus, quod Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Secundo, specialem familiaritatem peccatoribus demonstrando. Lucę. 15. Erant appropinquantes ad Iesum Publicani, & peccatores, ut audirent illum. Tertio, magnos peccatores, magnos sanctos faciendo, sicut patet in Matthæo, Magdalena, & Paulo. Quarto, languores infirmorum, benigne curando, ut in leproso quem tetigit. Matth. 7. & Lucæ 6. Sanabat omnes. Idem 4. At ille singulis manus imponens, curabat eos &c. In locutionibus ostendit similiter benignitatem, quadrupliciter. Primo, omnibus benigne loquendo, Lucę 4. Mirabantur omnes in uerbis gratiæ q̃ procedebant de ore eius & c. Secundo, peccatores ad se ueni- C
entes dulciter alloquendo, sicut patet Ioan. 8. inadultera, & Luc. 7. in Magdalena. Tertio, suum proditorem benigne alloquendo. Matth. vigesimosexto. Amice, ad quid venisti? Quarto, pro ipsis crucifixoribus orando, Lucæ 23. Dimitte, illis non enim sciunt quid faciunt &c. In passionibus ostendit benignitatem similiter quatuor modis. Primo, ipsos crucifixores benigne recipiendo. Io. 18. Iesus autem sciens omnia quæ uentura erant &c. Secundo, ipsam passionem benignissime recipiendo. psal. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est. Hiere. 10. Ego quasi agnus mansuetus qui ducitur ad victimam. Tertio, nulli iniuriando 1. Petr. 1. D
Cum malediceretur non maledicebat. Quarto, multos de suis crucifixoribus sanctificando, sicut Longinus qui perforauit lancea latus eius, & postea fuit sanctus, sicut dicitur in Martyrologio. Et Act. 3. dicitur, quod tria millia qui consenserunt in mortem eius, baptizati sunt una die. Debemus ergo ad tantam benignitatem recurrere. Ad quam nos perducat &c.

De eadem ex euangelio.

VOcatum est nomen eius Iesus, Lucæ secundo. Sicut dicit beatus Petrus, Non est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in isto. Act. quarto. Vnde cum prædicator intendat hominem ad salutem inducere, debet de E
eo frequenter prædicare. Est nomen istud in corde retinendum, in ore habendum, in aure seruandum, in manu ferendum, in fronte scribendum. In corde quia gaudium, in ore quia iubilus, in aure quia melos, in manu quia virtus, in fronte quia honor. De primis tribus Bernard. Iesus in corde gaudium, in ore iubilus, in aure melos. De quarto, psalm. sexagesimosecundo. In nomine tuo leuabo manus meas. De 5. Apocalip. 14. Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus. In isto nomine est A
ambulandum, est orandum. est spatiandum, est operandum, & est loquendum. De primo, Micheæ quarto. Nos autem in nomine Dei nostri ambulabimus. De secundo, Ioan. vndecimo. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. De tertio. psalm. 39. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius. De quarto, & quinto. Colos. tertio. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite gratias agentes Deo & patri per ipsum &c. Est enim nomen istud admirabile, amabile, laudabile. Admirabile, quia in virtute eius omnia creantur, dæmones fugantur, & omnes languores curantur. De primo, Apoc. 19. Et nomen eius vocabitur verbum Dei: & in verbo Dei facta sunt omnia. psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. De secundo, & tertio. Matth. vltim. In nomine meo dæmonia eijcient, ergo est admirabile. Genesi. 34. Cur quæris nomen meum quod est ineffabile &c. Est & amabile, quia peccatores iustificat, iustos lætificat, tentatos adiuuat, iustis gratiam augmentat, & omnes qui ipsum inuocant, saluat. De primo Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. In oleo misericordia, in effusione abundantia misericordiæ. De primo psalm. 99. Laudate nomen eius, quoniam suauis Dominus. De tertio, psal. 123. Adiutorium nostrum in nomine Domini. De 4. prouerb. 18. Turris fortissima, C
nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. De quinto, Ioel. tertio. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit &c. Est ergo amabile. psalm, quinto. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Est laudabile, quia glorioſum, quia sanctum, quia magnum, quia nouum, quia æternum. De primo, Dan. 4. Glorioſum nomen eius in sæcula. De secundo, Lucæ 1. Et sanctum nomen eius. De tertio. psal. 144. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. De quarto, Isa. 61. Vocabitur tibi nomen nouum. De quinto authoritas, Genuit puerpera regem, cui nomen æternum. Istud nomen illuminat rationalem, confortat irascibilem, delectat concupiscibilem. De primo, Zach. quinto. Oriens nomen eius. & vnde procedit lux. Malach. vltim. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ &c. de secundo, Zach. 10. Confortabo eos in Domino Deo suo &c. De tertio. psalm. 99. Laudate nomen eius &c. Istud debent inferi formidare, terrestres adorare, cœlestes laudare. Inferi debent formidare, quia in eo sunt expoliati: terrestres adorare, quia in eo sunt redempti: cœlestes laudare, quia in eo sunt restaurati. De his Philip. secundo. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum &cęt. Rogemus &c.

In Epiphania Dominica ex epistola.

OMnes de Saba venient, aurum, & tus deferentes. Isai. sexagesimo. Verba hæc exponuntur de magis. Moraliter autem possunt exponi de peccatoribus a statu culpæ redeuntibus, & ad Deum reuertentibus. Et nota hic tria, quæ sunt peccatori necessaria. Primum est a peccato recessio, ibi. Omnes de Saba venient. Secundum est bona operatio, ibi. Aurum, & tus. Tertio gratiarum actio, ibi. Laudem Domino &cæt. Circa primum sciendum, quod Saba interpretatur captiua, vel captiuitas, & significat peccatum, in quo a dæmonibus anima captiuatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptiuatur. Rom. 7. Condelector legi Dei secundum in- F teriorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem in lege peccati, quæ est in mẽbris meis &c. Thren. 3. Venatione ceperunt me, quasi autem inimici mei gratis. Dicitur autem peccator captiuus, quia a dæmonibus capitur, vinculo constringitur, in carcere ponitur, & multis alijs miserijs affligitur. De primo, & secundo, Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impium & funibus peccatorum suorum constringitur. Isa. 3. Cadent & conterentur, & irretientur, & capientur. De tertio, Thren. 3. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. psalm. 141. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. De quarto, Hier. 2. vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuũ & non esse timorem eius apud te. Iob. 30. Egestate & fame steriles qui rodebant in solitudine scalentes calamitate & miseria &c. Saba ergo peccatum est. De Saba venire est de peccato recedere. psal. 13. Auertit captiuitatem plebis suæ. Hoc est primo pœnitenti necessarium. Isa. 1. Quiescite agere peruerse. Secundo, bona opera, Ibidem. Discite benefacere. Hoc notantur, ibi. Aurum & tus. Sunt autem necessaria homini bona vita, & bona fama. August. Duæ res sunt mihi necessariæ, bona conscientia, & bona fama: conscientia propter me, bona fama propter proximum. Bona vita notatur in auro, fama in ture. Dicitur autem bona vita aurum propter quatuor. Est enim aurum pulchrum in colore, pretiosum in valore, ponderosum in grauitate, incorruptibile in soliditate. Omnis pulchritudo consistit in luminibus & characteribus. Lumina sunt virtutes illuminatiuæ vt perficiant intellectum, affectiuæ vt perficiant affectum. Cant. quinto. Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus, caput eius aurum optimum, comę eius sicut elatę palmarum, nigræ quasi coruus. Pretiositas est humilitas. Isa. 13. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Tanto magis quis valet apud Deum, quanto magis se humiliat. Ponderositas est morum honestas. psa. 34. In populo graui laudabo te. Incorruptibilitas est perseuerantia. Matth. decimo. Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit &c. Gene. secundo. Aurum terræ illius optimum est. Hæc quatuor faciunt bonam vitam, cordis puritas, morum grauitas, humilitas, perseuerantia. Aurum ergo vitam significat, tus significat bonam famam, quia est per sui fumum diffusiuum, vicini aeris immutatiuum. Odor latius ex eo generatur, Domino imolatur: sic fama est diffusiua, vnde dicit. Fama volat. Matt. tertio. Odor eius in totam Syriam, aerem vicinum ideſt proximum ad bonum immutat per imitationem. 1. Thes. secundo. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu &c. Odorem generat. Bernardus. Odor bonus fama bona. secundæ Corinth. secundo, Christi bonus odor sumus. Deo offertur, quia bona fama Deo debet offerri. Matth. quinto, Sic luceat lux vestra coram hominibus; vt videant opera vestra bona &c. Bona ergo vita, & bona fama notantur in ture, & auro. Circa tertium. s. gratiarum actionem sciendum, quod anima cõuersa ad Deum, debet Deo quadrupliciter carmen decãtare, scilicet carmen triumphale, nuptiale, iocolare, & festiuale. Triumpha- G le, quia de dæmonibus triumphauit: nuptiale, qa Christus eam sibi copulauit, ioculare, quia munera magna uirtutum & donorum spiritualium rex cœlestis donauit, festiuale, quia tota curia cœlestis de conuersione eius festum solemne celebrauit. De primo. Isa. 14. Erit in die cum requiẽ dederit tibi Dominus a labore tuo, & a concussione tua, & a seruite dura, qua ante seruisti. De secundo. Osee 2. Sponsabo te mihi in fide &c. De tertio. Ezech. 16. Vestiui te discoloribus. & calceaui te hyacintho. De quarto. Lucæ 15. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

De eodem ex euangelio.

OBtulerunt ei munera, aurum, tus, & myrrham. Illi reges Magi vocantur, ideſt sapientes. Vere habuerunt multiplicem sapientiam, sicut ex textu hodierni euangelij col. l. igitur. Habuerunt logicã, profundissimam quæstionem faciendo, astronomiam, astra cognoscendo, arithmeticam, numerum mirabilis uirtutis eligendo, musicam, adorando. Musica enim est laus, & in adoratione laudatur Deus: ethicã, percipiendo istã. Est enim vere moralis scientia, scire humiliari. De primo, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? De secundo, Vidimus stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. De tertio, obtulerunt ei munera. Cognouerunt enim sicut arithmetici uim huius numeri, quę multiplex est. Dicit Philosophus in libris cœli & mundi per H hunc numerum nos magnificare vnum Deum creatorem, eminentem omnibus creaturis, loquitur de trinitate. De quarto. Adorauerunt. De quinto. Procidentes. Sciunt quoque methaphysicam, primam causam cognoscendo. Cognouerunt autem tria de prima causa quę confessi sunt per tria munera quæ obtulerunt, cognouerũt enim illum puerum, qui est prima causa, omniũ creatorem, oium gubernatorẽ, omnium reparatorẽ. Creatorem confessi sunt in auro, vbi notatur potentia, sicut cantat Eccesia. In auro, ut ostendatur regis potentia, quæ apparuit in creatione tripliciter. In modo, in causa, in materia. In modo, quia verbo fecit omnia, psalm. trigesimosecundo. Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. In causa quia magna fecit psalm. centesimodecimo. Magna opera eius, exquisita in omnes voluntates eius. In materia, quia de nihilo fecit. Genes. primo. In principio creauit Deus cœlum & terram: terra autem erat inanis & vacua. Conseruatorem confessi sunt, vel gubernatorem in mirrha, quia præseruatiua est. Gubernat autem tripliciter, vniuersaliter omnia in esse conseruando: speciaI liter, omnia animalia educando: particulariter, individua multiplicando. De primo, Sapien. secundo. Quomodo aliquid permanere posset, nisi tu uoluisses &c. De secundo psaml. 135. Qui dat escam omni carni. De tertio. psalm. quarto. A fructu frumẽti uini & olei multiplicati sunt. Reparatorem confessi sunt in ture; tus imolatur Deo, Christus autem imolatus. fuit in cruce pro expiatione totius mundi psam. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, &c. Fecit autem tria fumus huius turis, diabolum fugauit, peccatores purgauit, & mundum Deo reconciliauit. De primo Tob. sexto. Fumus eius extricat omne genus. De secundo, Apoc. primo. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. De tertio. Ephes. 5. Et semetipsum oblationem, & hostiam Deo obtulit &c.

In festo Sanctorum Fabiani, & Sebastiani, ex epistola.

SAncti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, Hebr. 11. In his verbis tria notantur de his sanctis. Primo, inimicorum superatio: secundo, bona operatio: tertio, præmij p uictoria adeptio. Primum, ibi. Sancti per fidem vicerunt regna. Secundum, ibi. Operati sunt iustitiam. Tertium, ibi. Adepti sunt repromissiones. Circa primum sciẽdũ, ꝙ sancti vicerunt quatuor regna, quę significata sunt per quatuor regna mundi maxima, quæ significauerũt quatuor bestiæ in Dan. 8. Primum regnum dæmoniorum: secũdum, hęreticorum: tertium, tyrannorũ: quar B tum falsorum christianorum. De his quatuor, Ephe. 6. Quoniam non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Primum est regnum Chaldæorum, i. ferocium, hoc est dęmonum, & istud significatur per leænam. 1. Pet. 6. Aduersarius vester diabolus. Secundum Persarum, i. tentationum, hoc est tyrannorum, qui tentant patientiam sanctorum, quod significatur pet vrsum crudelem. Prou. 28. Leo rugiens & vrsus esuriens, &c. Tertium Grecorum, i. ruminantium, hoc est hæreticorum, qui scripturas ore ruminant, sed nunquam ad intellectum veniunt. 2. Timot. 3. Semper C discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Hi perditi sunt. Hiere. 13. Si pōt pardus mutare pellem suam, quia vix hæreticus conuertitur. Quartum regnum quod significatur per bestiam, quę crudeliot est omnibus, est regnum antichristianorum. Matt. 24. Surgent pseudo prophetæ, & pseudo Christi, & dabũt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Eodem cap. Erit tribulatio qualis antea non fuit, &c. & 1. Ioan. 4. Nunc autem antichristi multi facti sunt. Hoc circa primum. Circa secundum sciendum, ꝙ sancti operantur quadruplicem iustitiam, quę colligitur ex eo verbo. Sancti. Prima, est a malo recedere: secunda, omnia mundana contemnere: tertia, seipsos pro Christo crucifigere: quarta, in his vsque ad finem persistere. De primo, Isa. 1. Quiescite agere peruersè. De secundo, Iac. 1. Qui uolunt esse amici huius mundi, &c. De tertio, Gala. 5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, &c. De 4. Matth. 25. Non qui incæperit &c. Per primum est homo sanctus, i. mundus: per secundum est sanctus, i. sine terra: per tertium est sanctus, i. sanguine tinctus: per quartũ est sanctus, ideſt firmus. Circa tertium sciẽdum, quòd sancti consequuntur septem promissiones, quas fecit Dominus victoribus suis in Apocalypsi, quę significantur per septem præmia vincentia. Primum est ab omni malo liberatio. Apoc. 2. Qui uicerit, nõ lædetur a morte. Secundum, corporum sanctificatio. Apo. 3. Qui uicerit, vestietur uestib. albis, i. dotibus corporis. Tertiũ, regni cælestis possessio. Apo. 3. Qui vicerit, dabo illi sedere in throno. Quartum, de omnibus perfecta cognitio. Apo. 2. Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam, i. cognitionem bonorum oĩum. Quintum, plena in uisione hominis Christi dilectio. Apoc. 2. Qui vicerit, dabo illi coronam uitæ, per quod intelligitur Christus. Sextum, perfecta diuinitatis fruitio. Apo. 2. Qui vicerit, dabo illi manna absc̃ditum. Septimum, in istis omnibus æternitas. Apo. 3. Qui vicerit, faciam illũ colũnã in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Amen.

De eodem ex euangelio.

BEati pauperes, quia vestrũ est regnũ Dei, Luc. 6. Frequẽter loquitur scriptura de pauperibus. Vnde sunt tria circa eos considerãda. Primo, quot bona Dñs pauperib. faciat. Secdo, quot bona ipsa paupertas conferat. Tertio, quot bona fieri pauperib. ab alijs Dñs præcipiat. Circa primum sciendũ, ꝙ in sacra scriptura pos sunt colligi multa bona, quę Dñs facit pauperib. s. a malis liberat, & bona donat. Liberat autẽ a malis tripliciter. Primo, ab inimicorum molestia, a tribulationũ angustia, a necessitatum inopia. De primo, Iob. 5. Eruet de manu violenti pauperem. De secundo, Iob. 33. Eripiet pauperẽ de angustia sua. De tertio, ps. 106. Adiuuit pauperem de inopia. Sic a malis liberat: confert autẽ multa bona, exaudit in precib. exaltat in hominibus, satiat dilectionibus, ditat diuitijs cęlestibus, dat vitam æternam in his oĩbus. De primo, ps. 9. Desiderium pauperũ exaudiuit Dñs. De secundo, Iob. 36. Iudiciũ pauperib. tribuit. De tertio, ps. 21. Edẽt pauperes & saturabũtur. De quarto, Matth. 5. Beati pauperes spiritu. De quinto, Eccl. 6. Quid uero pauperi nisi ut pergat illuc ubi est vita? Circa fm sciendum ꝙ paupertas facit hominem timoratum a malis remouendo, disciplinatũ bonis moribus ornando. De his duob. Eccl. 10. Pauper gloriatur p disciplinam & timorem suum. Humilem in loquẽdo. prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Patien tem aduersa tolerando. Eccle. 14. Pauper læsus tacebit. Circa tertium sciendum, ꝙ scriptura ostendit quid nõ sit pauperibus faciendũ. Non sunt exprobrandi in uerbis, non sunt exasperandi in factis, non sunt opprimendi in iudicijs. De primo, prou. 18. Qui exasperat pauperem, &c. De 2. Eccl. 4. Non exasperes pauperem. De tertio, Isa. 3. Væ qui condunt leges iniquas: & post. Vt opprimant in uijs pauperem; ecce quid non est eis faciendum. Sed quid est faciendum eis? Sunt expediendi in causis, eleemosyna eis danda in necessitatibus, audiendi in precibus. De primo, prou. 31. Aperi os tuum, &c. De 2. Eccl. 13. Et secundum uires tuas exporrigens da pauperi. De tertio, prou. 23. Qui obturat aures suas ad clamorem, &c. Sunt autem quatuor maxime reprehensibilia in pauperibus. Superbia, gloria, otiositas, & delitiæ. De primo, Eccl. 25. Tres species odit anima mea: pauperem superbum, & diuitem mẽdacem, & senem fatuum & insensatum. De secundo, Eccl. 10. Qui autẽ gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? De tertio, & quarto Aug. Ne in monasterio, ubi quantum possunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati, &c. Rogemus ergo Dominum, &c.

In festo sanctæ Agnetis ex epistola.

LIberasti me a lingua iniusta, iniqua, coinquinata, Eccl. ult. Verba sunt istius sanctæ Agnetis gratias agentis pro sua liberatione. Clamat autem se a triplici lingua liberatã, scilicet coinquinata, iniusta, & iniqua. Inquinata fuit lingua impij ad coinquinationẽ exhortantis, lingua iniusta præsidis ad sacrificandum idolis imperantis, lingua iniqua turbæ ut occideretur acclamantis. Hęc lingua mala, secunda peior, tertia pessima. Possunt istæ tres linguæ significare tres linguas, quæ conueniunt a d destructionem mundi. Prima, diaboli ab Eua quærentis, secunda Euæ dubitatiue respondentis, tertia Adæ imprudenter excusantis. Diabolus primo quæsiuit, secundo falsum concluſit, tertio mendaciũ subiunxit. Primo, ibi. Cur precepit uobis Deus, &c. Secundo, ibi. Nequaquã moriemini, &c. Tertio, ibi. Eritis sicut Dij, &cæt. Eua ꝙ pro certo sciebat, dubitatiue

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuit,ibi.Ne forte moriamur.Adam peccatum quod admisit imprudenter,excusauit, ibi. Mulier quam dedisti mihi in sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, Genes. 3. Istæ linguæ istis modis mortem in mundum vocauerunt.Sap.1.Deus mortem non fecit, & impij.i. diabolus,Adam,& Eua manibus & verbis accersierunt illam.Vel hæ sunt tres linguæ,quæ vsque hodie mundum confundunt. Lingua coinquinata est lingua coinquinatoris, vel lenonis;iniqua,periurij vel blasphematoris:iniusta,detractoris. De prima, Eccles.37.Lingua multos fortes deiecit.De secunda,prou.17.Malus obedit linguæ iniquæ.prouer.7. Sex sunt quæ odit Dominus,linguam mendacem, &c. De tertio, prou.18.Sepi aures meas spinis, &c.& Sap. 1. A detractione parcite linguæ,&c.Rogemus,&c.

In eodem ex euangelio.

MEdia nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit,exite obuiam ei,&c.Mat.25. Tria notantur in verbis istis circa aduentū Domini ad iudicium. Primo,veniendi necessitas; secundo, veniendi cōgruitas: tertio,veniendi dignitas. Primum, ibi. Media nocte. Nox enim erit in vniuerso mūdo, & ideo necessarium erit tunc aduentus veri solis,qui illuminet noctem illam horrendam.Secundo,ibi.Clamor factus est; congruum enim erit vt aduētus tanti sponsi prænuntietur. Tertium,ibi.Ecce sponsus.Circa primum sciendum,q̄ tēpus illud circa finem sæculi dicitur nox propter qua tuor.Primo, propter errorum obscuritatem; secundo, propter soporis profunditatem;tertio, propter peccandi securitatem: quarto, propter charitatis frigiditatē. De primo,Matt.22. Cum venerit filius hominis putas inueniet fidem in terra?De secundo,Thess.5.Qui dormiunt nocte dormiunt, &c. Matt.25. Dormitauerunt omnes,& dormierunt. De tertio, Thess.1. Cum dixerint pax & securitas.De quarto, Matt.26. Et quoniam abundauit iniquitas,refrigescet charitas multorū, &c. Circa secundum sciendum,q̄ quadruplex clamor præcedet aduentum iudicis. Angelorum ad iudicium citantium, omnium creaturarum accusantium & impugnantium,malorum flētium & vlulantium, bonorum gaudentium & exultantiū.De primo,1.Thess.4. In voce archangeli,& in tuba Dei descēdet de cælo,&c. De secūdo,Abac.2.Lapis qui de pariete clamabit.&c.Sap. 5.Armabit creaturam in vltionem inimicorum.De tertio,Apoc.1. Tunc plangent se super eū oēs trib. terræ, &c.De quarto,Isa.65. Ecce serui mei clamabunt præ exultatione cordis. Circa tertium sciendū, q̄ magnus sponsus quatuor modis vadit ad magnam sponsam. Primo cum multa societate: secundo, cum ornamentorum pretiositate; tertio, cum magna iucunditate; quarto,cum multorum munerum largitate. Istis quatuor modis veniet Dominus ad iudicium ad bonos & malos.Malis apparebit iudex iratus:sed bonis, uel iustis sponsus benignus.De primo,Isa.3. Dominus ad iudicium ueniet, &c. De secundo, Isa.66. Gaudens gaudebo in Domino,&c.De tertio.psal.97.Flumina plaudent manu,simul montes exultabunt, &c. De quarto, prou.3.Longitudo dierum in dextera eius,&c.Ista notantur in Euangelio, Matt.25. Cum venerit filius hominis.Quia ergo venit placidus, debet exiri obuiam ei cum amore: quia gloriosus cum festinatione; quia largus,cum gratiarum actione,&c. Rogemus,&c.

In festo sancti Vincentij.

VIncenti dabo edere de ligno vitæ, Apoc. tertio. Hęc verba possunt exponi de beato Vincētio: & notantur hic duo. Primo, eius martyrum; secundo, eius præmium.Primum,ibi.Vincenti, & secūdum ibi. Dabo edere de ligno uitæ.Circa primum sciēdum, q̄ B.Vincentius fuit secundum nomen suum uincens triplex bellum.s.hostile,ciuile,& intestinum. Bellum hostile est bellum dæmonum,bellum ciuile mundi, bellū intestinum carnis.De his tribus,Eph.3. Non est nobis colluctatio aduersus carnem,supple tantum,ecce intestinum;sed aduersus mundi rectores,ecce ciuile: cōtra spūalia nequitię, ecce hostile. Bellum hostile uicit fortiter in fide persistendo.Bellum mūdi ipsum principē vincendo;vnde dixit.Victi sumus.Circa secundū sciendum, q̄ arbor uitæ dī Christus, quoniam ab eo oritur fructus triplicis uitæ.s.vitæ naturæ,vitæ gratię, & vitę gloriæ.De primo,Ge.1. Inspirauit in faciē eius spiraculum vitę &c.De secundo,Io.6. Verba quæ ego loquor vobis,spiritus & uita sunt &c. Faciendo.n.spūales conferunt uitam gratiæ. Eph.6.Cōuiuificauit nos in Christo.De 3.Io.6.Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes &c.Io.10.Ego vitam ęternam do eis. Primo,B.Vincentius comedit fructum uitę naturæ, tandem gratiæ,finaliter comedit fructum gloriæ. Vel moraliter.Vincenti quatuor regna (de quibus dicitur, in sermone, Sancti per fidem uicerunt regna) septem debentur præmia,de quibus dicitur Apo.3. *Quære in festo S.Sebastiani,&c.*

De eodem.

BEatus vir qui in sapientia morabitur. Item, Vbi ego sum illic & minister meus erit. *Require utrumque in festo S.Thomæ Archiepiscopi, &c.*

In conuersione S.Pauli.

VAs electionis mihi est iste, vt portet nomen meū coram gentib. & regib.& filijs Israel &c.Act.9. Verba ista sunt de B.Paulo,in quibus duo dicunt de eo. Primū est,qd est vas electionis.Secundum,ad quid electum.Primum,ibi.Vas electionis;secūdum,ibi.Vt portet.Circa primum sciēdum,quod B.Paulus fuit vas pretiosum speciosum,dilectū,electū. Pretiosum, qa argēteum,aureum,gemmeum,cælicum. Argēteum,puritatem mūditiæ conseruādo. Prou.15. Aufer rubiginē de argento. Aureum,charitate feruēdo.Rom.8. Quis nos separabit charitate Christi? tribulatio,&c. Gēmeum, incorruptibiliter in tribulationib. persistendo.Rom.8. Certus sum quod neq; mors, neq; vita, neque angeli, &c.separabūt nos a charitate Dei &c. De his duobus, Prou.20.Aurum & multitudo gemmarum & vas pretiosum,labia sciētiæ.Vas cælicum fuit vniuersum orbē illuminando.Ec.43.Sol in aspectu nūtians in excelsis, Vas admirabile &c.Illuminauit aūt miraculis coruscādo,verbis prædicando,exemplis demōstrando.De his tribus,Ro.15.Non.n.audeo loqui aliquid eorum,quæ per me non effecit Christus in uerbo & factis in virtute signorum,& prodigiorum.Fuit ergo vas pretiosum. Fuit speciosum,quia multis tunsionibus deputatum,opere diuino sanctificatum, omni lapide pretioso ornatum. De primo,secundæ Corint.vndecimo. In laboribus plurimis,in carceribus abundantius &c. per totum.secundæ Timot.2. Si quis emundauerit se, erit uas sanctificatum ad omne opus bonum paratum.

De

De secundo. Hierem.18. Et conuersus fecit illud vas aliud,sicut placuit in oculis eius,vt faceret. Eccles.43. Vas admirabile opus,&c.De tertio,Eccl.51.Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.Fuit ornatum nouem lapidibus preciosis, idest, nouem ordinibus angelorum,quorum officia exercuit, sicut patet in epistolis suis. Ezech.18. Omnis lapis pretiosus, operimentum &c.Fuit ergo uas pretiosum.Fuit electum ad augurandum, ad potandum. De primo, & secundo. Genes.44.Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus,& augurari solet.De tertio, Act.9. Vt porteat nomen meum. Auguratus est Dominus in isto scypho futuras iniquitates iniquorū, resurrectionem mortuorum,pœnas reproborum, & gaudia beatorum. De primo,2.Tim.3. Scio q̄ in nouissimis dieb. &c.De secundo, 2.Cor.15. Seminatur corpus animale resurget corpus spirituale, &c. Item, propinauit vinum mordicans corrigendo, lætificans consolando, inebrians prædicando.De primo. psal.59. Potasti nos uino compunctionis. Gal. 3. O insensati Galatæ, &c. De secūdo, psal.103. Vinum lætificat cor hominis. 1. Thes.4.Itaq; consolamini,&c.De tertio,Isa.51.Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnē terram.Item,fuit electum ad portandum tria munera Domino.Gen.43.Sumite de optimis terræ frugibus in uasis uestris.& ferte uiro munera. Verbum est ad Patriarchas, i. Apostolos, quorum quilibet portauit munus suum,i.populum per se conuersum, sed maximū inter oēs portauit Paulus.Item,nomen Christi,ut hic portet nomen meum. Fuit etiam uas dilectum a Deo patre, cum consolando.2.Corin.1.Benedictus Deus & pater qui consolatur nos,&c. Ab angelis,cum eis conuersando.2.Cor.12.Scio hominem raptum usq; ad tertium cœlum,&c.Philip.4.Nostra conuersatio in cœlis est.A sanctis eius gratiam admirando. 2.Petr.3. Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scribit uobis. A peccatoribus, post eos currendo. Rom.15. Ab Illyrico usque Hierusalem repleuit euangelium Christi. Portauit autem Christum in corde semper de eo cogitando.Eph.4. Habitare Christum per fidem in cordib. &c. In fronte de eo gloriando,Rom.15.Habeo igitur gloriam in Christo, &c. In ore,semper de eo loquendo.In manu,omnia in nomine eius faciendo. Coloss.3. Omnia quæcunque facitis siue in uerbo, siue in opere, &c.In conuersatione eum imitando. 1. Cor.4. Imitatores mei estote,&c. In toto corpore mortem repræsentando.2.Corin.4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro, &c. In calamo, semper de eo scribendo, Rom. 1. Paulus seruus Iesu Christi.Fero in omnibus epistolis suis scribebat Iesum Christum,&c.

In Purificatione B. Mariæ ex epistola.

STatim ueniet ad templum sanctum suum dominator,quem uos quæritis, Mala.3. Hæc uerba possunt exponi de aduentu Domini ad templum materiale.Secundō,secundum allegoriam de aduentu eius in vterum Virginis. Secundum primum notatur quatuor in his verbis.Primo,veniēdi velocitas,ibi. Statim veniet, scil cet post quadraginta dies a natiuitate: noluit enim plus differre,quin statim templum visitaret. Secundo,loci ad quem veniet sanctitas,ibi. Templum sanctū.Tertio,aduenientis dignitas,ibi. Dominator & angelus: dominator,quia Deus:angelus,quia homo.1. Tim.2.Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.Quarto,Simeonis,& Annæ,& aliorum expectantiū auiditas,ibi.Quæritis, & quē uultis: vultis,quo ad effectum, quæritis in affectu. Isa.45. Quærite Dominum dum prope est &c. Quinto,aduentus utilitas,ibi. Testamenti. Fecit enim nobis in aduentu suo testamētum de æterna hæreditate. Heb.9.Ideo noui testamenti mediator est. Possunt autem hæc intelligi de aduentu in vterum Virginis. Ipsa enim est templum Dei mirabile præ omnibus sanctis. Primo,qa mirabiliter magnum secundum longitudinem per latitudinem charitatis. Sicut enim plus habuit de fide, spe, & charitate quam aliqua creatura, sic plus habuit de magnitudine.3.Reg.6.Domus quam ædificauit Salomon, cubitos sexaginta longitudinis. Secundo, quia desiderabiliter pulchrum.3.Reg.6. Nihil erat in templo quod non auro tegeretur,quia nihil in Virgine quod non sanctitate plenum esset. Cant. 5.Tota pulchra es amica mea &c. Tertio, quia uarijs picturis depictum, quia omnium sanctorum & angelorum uirtutibus decoratum. 3.Reg.6. Fecit in templo cherubin, & picturas. Quarto, quia columnis miris & magnis ornatū. Prou. 9.Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Per septem columnas possunt intelligi septem virtutes, quæ notātur in beata Virgine in hodierno euangelio. *Quære in alio processu.* Quinto, opere totius trinitatis consecratum.psal.45.Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Luc.1. Spiritussanctus superueniet in te.Sexto quia magna dignitate priuilegiatū est, vt oēs rei & malefactores,qui ad illum currunt ex toto corde saluentur,sicut patet in Theophilo,& alijs pluribus,Bernardus.Ille taceat laudes tuas Virgo, qui te in suis necessitatibus inuocatam defuisse senserit: & omnes orationes quæ in eo fundūtur,exaudiūtur. 3. Reg. 8.Exaudias in cælo orationes eorum. Septimo, quia ut Dei filius ibi fieret,ædificatum. Hebr.7.Sicut & Christus semetipsum non glorificauit, sed qui locutus est, ad eū &c. In ista fuit rex & sacerdos.Adeamus ergo cū fiducia ad templum gratiæ, vt misericordiam inueniamus in tempore opportuno &c.Rogemus &c.

In eadem ex euangelio.

POst quam impleti sunt dies purgationis Mariæ,secundum legem Moysi,tulerunt puerum in Hierusalem &c. Luc. 2. In isto euangelio possunt notari septem virtutes in beata Virgine.Prima,humilitas in purgatione, cum non indigeret. Secundo,amor puritatis in superabundanti purgatione:& ista duo ibi.Dies purgationis:Quarto,reuerētia ad filium in portatione,ibi. Tulerunt. Quinta, deuotio in locorum visitatione,ibi. In Hierusalem. Sexta, gratiarum actio in filij oblatione ibi. Vt sisterent eū Domino, quia tibi Domine quē dedisti offerimus.Septima,paupertas i oblatione, ibi. Duos turtures &c.quæ erat oblatio pauperum. In hoc quod beata virgo uoluit purgari cum non indigeret, docuit quomodo nos qui indigemus, debeamus purgari.Debemus autem purgari septem modis, sicut potest colligi ex textu.Primo,a peccati coinquinatione, Ecc.47. Christus purgauit peccata. Heb.1. Purgationē peccatorum faciens. Secundo, in cognitione quo ad intellectum.1.Tim.1. Ex corde puro.i.intellectu sine errore, dicit gl.Iac.4.Purificate corda duplices animo. Tertio, in affectu quo ad dilectionem.1. Tim.5. Qui inuocant Deum de conscientia pura: Quarto in mēte p rectā intentionē. 1. Co.5. Expurgate uetus fermētū,idest hypocrisim.Luc.17.Attēdite a fermēto

Universidad de Deusto
Biblioteca

pharisæorum, quod est hypocrisis. Quinto in ore, quo ad locutionem. prou. 15. Sermo purus, &cæt. Sexto, in manibus, quo ad operationem. 2. Tim. 2. Leuantes puras manus. Septimo in toto corpore, quo ad conuersationem. Isai. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam, idest conuersationem. Octauo in rebus, quo ad superfluorum resecationem. Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, purgabit eũ, &c. Rogemus.

In festo sanctæ Agathæ.

DAbo tibi vbera mea, Cant. 1. Possunt esse hæc uerba beatæ Agathæ ad Christum. Commendatur in his uerbis a tribus. Primo, a magna circa sponsum suũ charitate, ibi. Tibi dabo. Quando quis dat id quod charum habet, signum est quod diligit. Secundo, ab intentionis puritate, ibi. Tibi, hoc est, ad honorẽ tuum dimittam mihi præcidi mamillas. Tertio, a patientiæ firmitate, ibi. Vbera mea. Vbera enim sunt sensitiua doloris. Tamen in hoc quod libenter fuit inuit in passione earum, commendatur eius patientia: vnde in legenda. Ita ego delector in pœnis, sicut qui ad magnas epulas inuitatur. Moraliter autem per duo vbera, possunt intelligi intellectus, & affectus; ex illo fluit lac veritatis, ex isto lac bonitatis elicitur. Ista duo vbera debemus dare Domino, intellectum, scilicet, & affectum. Intellectum quatuor modis. Primo, eum ab errore purgando: secundo, a curiositate inanis scientiæ abstinendo: tertio, eum, sub fide Christi captiuando: quarto, eum totum in Dei contemplatione occupando. De primo, Eph. 4. Hoc dico & testificor in Domino, vt iã non ambuletis sicut gentes ambulãt in vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cęcitatem, &c. De secundo, Rom. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ. De tertio, 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. De quarto, psal 45. Vacate & videte quoniam suauis est Dominus. Debemus ei dare affectum quatuor modis: Primo eum ab I omni malitia purgãdo. Hier. 4. Laua a malitia cor tuũ. Secundo, omnem illicitum amorem ab eo excludendo. Tertio, licitum amorem, si non est propter Christum, ab eo expellendo. Aug. Minus te amat, qui tecum aliud amat. Quarto, eum totum amore Christi replendo. Deu. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, idest nihil sit ibi vacuum ab amore Christi. Si autem sic dederimus Domino intellectum & affectũ, vterq; remunerabitur quatuor modis in futuro. Primum præmium intellectus erit plena de omnib. cognitio. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Secundum certa de omnib. comprehensio. Aug. Habemus vnum doctorem intellectus, quem semel vidisse k totum didicisse est. Isa. 50. Tunc videbis, & affluues, & dilatabitur cor tuum, &c. Tertium perfecta de visione Christi exultatio: prorsus omni gaudio gaudium plenum erit, videre hominem hominis conditorem. Quartum, beata diuinitatis contemplatio. 1. Io. 3. Tunc videbimus eum sicuti est. Item, primum præmium affectus erit ab omnibus miserijs liberatio. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, idest, omnem causam lacrymarum. Secundum, de cunctis creaturis exultatio. Gen. 18. Vide ad aquilonem & meridiem, &c. Tertium, de uisione supplicium damnatorum iucundatio. psal. 57. Lętabitur iustus cum uidebit uindictam impiorũ. Isa. ult. Egredietur & uidebunt F cadere. Aug. in lib. de ciuit. Dei. Neque enim Deus illum, non dico angelum, sed uerum hominem crearet, quem malum futurũ præsciret esse, nisi pariter nosset, quibus eum beatorum usibus accomodaret, unde ordinem sęculorum tanquam pulcherrimum carmen quasi quibusdam antidotis honestaret. Quartum, de æternis delitijs perfruitio. Deu. 7. Rerum omniũ abundantia perfrui, 1. Cor. 15. Deus erit omnia in omnib. Is. 18. In die illa erit Dominus corona gloriæ, &c. Rogemus.

De eadem.

LIberasti me a lingua coinquinata. *Quære in festo S. Agnetis.* Item, Inuenta una pretiosa margarita, G *Quære in festo S. Margaritæ.*

In cathedra sancti Petri.

BEatus Simon Bariona, Matth. 16. In hoc euangelio fit mentio de Christo, de Petro, & de Ecclesia. De Christo dicuntur tria eius humanitas, diuinitas, & æternitas. Primum, ibi. Tu es Christus, secundum quod homo dicitur Christus, idest unctus. Damas. Vnctio ad humanitatem pertinere nemo qui sane sapiat, dubitat: ipse enim inquantum homo, unctus est oleo spiritus. Secundum, ibi. Filius Dei, scilicet per naturalem & æternam generationem: & sicut homo generat hominem, sic Deus Deum. Damas. Generare est genus suum, uel maneriem alteri dare. psal. 2. Ego hodie gH nui te. Tertium, ibi. Viui: uiuum enim proprie dicitur uiuum, quod nunquam moritur, nunquam desinit esse, quod soli Trinitati conuenit. Boetius. Aeternitas est uitæ interminabilis tota simul &c. De Petro dicuntur etiam tria, sanctitas, ibi. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis, &c. quæ polluunt, quod est contrarium sanctitati. Secundo, ibi. Sed pater meus qui in cœlis est, supple reuelauit. Item, infra. Tu es Petrus, idest, cognoscens. Dignitas, ibi. Tibi dabo claues regni cęlorum. De ecclesia, similiter dicuntur tria. Primum, fundamenti soliditas, ibi. Super hanc petram. Secundum, eius dignitas, ibi. Ecclesiam, & non malignantiũ, sed meam, quę est gloriosa, munda, & recta. De quibus tribus. Eph. 5. Vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, &c. Tertium eius inseparabilitas, uel perpetuitas, ibi. Et portæ inferi. Portæ inferi sunt peccata. psal. 106. Appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Item, tyranni. psal. ibidem, Portas ferreas confregit, idest, tyrannos humiliauit. Item, hæretici & dæmones: de quibus duobus. Iob. 38. Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, quo ad dæmones: aut ostia tenebrosa vidisti, quo ad hæreticos. Item, portæ inferi. Isa. 37. Ego dixi, in dimidio dierum meorum; & post. Vadam ad portas inferi. Omnes istæ portæ non prævalent aduersus sanctos, quia in securo positi sunt. psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Rogemus ergo.

In festo sancti Matthæi Apostoli.

VEnite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos, Mat. 6. In his verbis quinq; notãtur. Primo, magna Dei benignitas. Secũdo, magna eius bonitas. Tertio, magna eius largitas. Quarto, magna nostra necessitas. Quinto, magna eundi ad eum utilitas. Primum, ibi. Venite. Magna prorsus benignitas, quòd excelsus Deus vocat tam vilissimum seruulũ, sed ipse potest conqueri. Seruum meum vocaui ore proprio, & non respondit mihi. Secundum ibi. Ad me, bonum enim est, sicut dicit Dion. diffusiuum sui. Vade in hoc quòd

quod seipsum effudit, seipsum dat. Notatur magna bonitas eius. Gen. 5. Ego sum merces tua magna nimis. Tertium, ibi. Omnes; est enim infinita bonitas sua, ideo vult se infinitis, & omnibus communicare 1. Tim. 6. Qui vult omnes homines saluos fieri. Quartum, ibi. Qui laboratis, & onerati estis. Laboramus onerati sub multiplici onere in præsenti. Primum, est peccati grauitas, psl. 73. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Secundum, dęmonum malignitas. Deut. 26. Afflixerunt uos Agyptij. i. dæmones, imponentes onera grauia. Tertio, prælatorum austeritas. Matth. 22. Alligant onera grauia, &c. Quarto, corruptibilitas. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggauat animam. Quinto, terrenorum cupiditas. Genes. 13. Et nequibant habitare communiter, erant quippe onerati, dicit alia translatio. Zach. 5. Iniquitas sedet super te. Sexto, tyrannorum, vel sæcularium principũ crudelitas. Osee 8. Quiescent paululum ab onere regis & principum. Septimo, morum bestialium hominum grauitas. Isa. 46. Bestijs & iumentis onera vestra portauimus graui pondere vsque ad lassitudinem &c. Octauo, mundi vanitas. Naum 1. Onus Niniue. i. mundi, dicit gl. Nono, pęnarum multiplicitas, Abacu. 1. Onus quod vidit Abacuc. Et post loquitur de multis pœnis. Decimo, legum cõstitutionum, obseruantiarum multiplicitas. Act. 15, Vt quid tentatis imponere onus, quod nec nos, nec patres nostri portare potuerunt? Vndecimo, proximorũ C indigentia. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Duodecimo, moriendi necessitas. Eccl. 40. Occupatio magna creata est hominibus &c. Sub tot laboribus pressi necesse habemus concurrere ad Deum, qui nos liberare promittit, ibi. Ego reficiam uos &c. Quo cibo? Pane vitæ. Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Manna abscondito. Apoc. 2. Dabo ei manna absconditum: Ligno uitæ. Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno uitæ. Primũ, est corporis sui perceptio. Secundum, spiritualis deuotionis dulcedo. Tertium, sanctę arboris vitæ magnus in fructibus. Galat. 5. Fructus spiritus gaudium, pax, patientia &c. hæc in præsenti. Sed in futuro quid? Quod dicitur. Isa. 25. Faciet D Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, Ad q̃ nos perducat Christus. Amen.

In festo Sancti Gregorij ex euangelio.

AMen dico uobis, super omnia bona sua constituet eum, Matt. 22. Dominus facit tria in isto euangelio. Primo, monet ut vigilemus. Secundo, ut nos a fure obseruemus. Tertio, ut in bono opere perseueremus. Primum, ibi. Vigilate: secundum, ibi. Beatus ille seruus tertium, ibi. Super omnia bona sua constituet eũ. Circa primum sciendum, q̃ debemus vigilare quatuor modis, Deũ incessanter diligendo, semper ipsum considerando, eum deuote laudando, solicite orando. De primo, Cant. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat, quasi dicat. Siue comedam, siue bibam, siue dormiã, semper cor meum in amore sponsi mei uigilat. De secũdo, Anima mea desiderat te Deus meus, ad te de luce vigilo. De tertio. Bern. Consurge, lauda in principio uigiliatũ suarũ. De quarto 1. Pet. 4. Vigilate in oratione. Lucæ. 22. Vigilate, & orate &c. Circa 5m sciendum, q̃ debemus nos custodire a quadruplici fure. Fur est diabolus animam furando, detractor famã rapiẽdo, inanis gloria mercedẽ tollẽdo, dies Dñi improuisus veniẽdo. De primo, Io. 10, fur nõ uenit nisi, vt furet, & macłet. De se A cundo, Ecc. 20. Potior est fur quam assiduitas viri mendacis. De tertio, Osee. 8. Fur ingressus est, &c. De quarto. 1. Thes. 5. Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet &c. A diabolo debemus nos custodire ei resistendo. Iac. 4. Resistite diabolo. A detractore, bene conuersando. 1. Pet. 1. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Ab inani gloria. Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, &c. A die Domini semper eam in sanctitate expectando. 1. Thess. 5. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies illa comprehendat. Tertio, monet perseuerare. Debemus perseuerare a bono non deficiendo, in bono proficiendo, spem mercedis non nisi B in aduentu Domini ponendo. De 1. Gal. 6. Bonum autem facientes non deficiamus. De 2. psa. 8. Ibunt de uirtute in uirtutem. De tertio, Iac. 5. Patientes igitur estote fratres, vsq; ad aduentum Domini, &c. Circa quartum sciendum, q̃ bona Domini diuidũtur in tria, temporalia, spiritualia, & æterna. Temporalia dat Dominus seruis suis ad substentationem, spiritualia ad sanctificationem, æterna ad glorificationem. De primo, 2. Cor. 7. Qui dat panem serenti. De secundo, Heb. 2. Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex uno omnes. De tertio, ibi habetur, super omnia bona sua constituet eum. Quem bona det nobis Christus, Amen.

In festo sancti Benedicti ex epistola.

DIlectus Deo & hominib. &c. Eccl. 45. Hæc uerba possunt exponi de beato Benedicto. Leguntur secundum literam de Moyse, qui præfiguravit beatũ Benedictum propter sex. Primo, propter desertionem Aegypti. Secundo, propter eremi petitionem. Tertio, propter multorum in eremum introductionem. Quarto, propter multorum miraculorũ operationem. Quinto, propter futurorum prædicationem. Sexto, propter interpretationem. Patent hæc de Moyse, & de beato Benedicto. Ille Aegyptum deseruit, iste mundum; ille desertum dilexit, iste eremum; ille filios Israel in desertum introduxit, iste monachos; ille dedit legem, iste regulam; ille multa miracula fecit, & iste; ille fuit Moyses re & noĩe, & iste Benedictus re & noĩe; fuit enim assumptus de aquis carnalis concupiscentiæ. Hæc de Moyse in Exodo, & hæc de Benedicto in dialogo. Dicatur ergo. Dilectus Deo & hominibus. Tria sunt enim quæ faciunt hominem dilectum Deo. Primum est, cor dis puritas. prou. 22. Qui diligit cordis munditiã, propter gratiam, &c. Secundũ, humilitas. Iac. 3. Humilib. autem dat gratiam. Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Tertium, charitas. prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Item, tria faciunt hominẽ dilectum homini. s. sapientia, benignitas, & dulcis loquela. De primo. Ecc. 20. Sapiens in uerbis se amabilem facit. De secundo, E prou. 5, Mansuetis dat gratiam. De tertio, prou. 7. Verbum dulce multiplicat amicos. Habuit ista beatus Benedictus, ideo fuit dilectus Deo & hominibus: sed cum omnes homines appetant diligi, debent studere habere ista tria, quæ faciunt dilectum Deo & hominibus.

De eodem ex euangelio.

NEmo accẽdit lucernã & in abscõdito ponit, neq; sub modio sed super cãdelabro, &c. Lu. 11. Moralitar, candelabrũ est uir iustus. Exo. 21. Facies candelabrũ ductile, &c. Ducti. 3dr, quia multi tribulationibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad perfectionem dr. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Aureum totum, quia facit omnia in charitate. Col. 6. Omnia vestra in charitate fiant. Tres calami ex vno latere, tres partes pœnitentiæ, quæ respiciunt statum pœnitentię: tres ex alio, tres virtutes theologicæ, quæ respiciunt statum gratiæ. Scyphi sunt beatitudines, alias fructus spiritus: sportulæ, dona spiritus sancti. De beatitudinibus, Mat. 5. De fructibus spiritus, Gal. 5. De donis Spiritussancti. Psalm. 11. In isto candelabro ponentur septem lucernæ. Prima rō, Iob. 8. Lucerna, quæ super caput eius est. i. superiori parte animę, extinguetur. i. obtenebrescet propter multa peccata. psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Dne &c. Secunda, diuina inspiratio, prou. 20. Lucerna Domini spiraculum hois. Tertia, verbum & lex diuina. psalm. 118. Lucerna pedib. meis verbum tuum. prou. 5. Mandatū lucerna est & lex & lux. Quarto, virtus infusa. Iob. 29. Quis mihi tribuat: & post. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, i. mentem. Quinta, bona operatio. 17. Tu illuminas lucernam meam Domine. qa a Deo est ꝙ opera nostra luminosa sint. Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram hominib. &c. Sexta, recta intentio. Mat. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, i. intentio. Septimum, Christus. Apoca. 21. Lucerna eius est agnus propter multa. Zach. 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & septem lucernæ eius &c. Rogemus.

In annuntiatione B. Mariæ ex epistola.

EGredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, Isa. 11. Hæc verba prophetæ fuerūt de conceptione Domini nostri Iesu Christi. Circa quā tria dicuntur in eis. Primo, dignitas concipientis: secūdo, dignitas concepti: tertio, vtilitas conceptionis. Primum, ibi. Egredietur. Secundum, ibi. De radice. Tertium, ibi. Requiescet. Circa primum notandum, quod beata Virgo est speciosa, gratiosa, gloriosa. Speciosa propter candorem virginitatis, ruborem charitatis, & rectitudinem sanctitatis, benignitatem humilitatis, propter flores desiderabilium morū, propter pulcherrima folia dulcium uerborum. De primo, & secundo, Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. De 3. psalm. 44. Virga directionis, virga regni tui. De 4. Luc. 1. Respexit humilitatem ancillę suę. Cant. 3. Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi. De quinto, & 6. Iudith. 11. Nō est talis mulier super terram in aspectu quoad pulchritudinem, in sensu verborum quo ad locutionē, & de his similib. Can. 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon de liguis libani, ecce candor puritatis: columnas eius, ecce rectitudo sanctitatis; argenteas quæ cantum dulcem reddunt, ecce dulcedo locutionis, siue uerborum; reclinatorium aureum, ecce humilitas; ascensum purpureum ecce honestas morum: media charitate cōstruit, ecce charitas. Est ergo speciosa, est & gratiosa propter multas utilitates quæ sunt sex. Prima, quia mare nobis diuisit. i. mundum, ut transeamus. Exo. 14. Tu le ua virgam, & percuties &c. Secunda, qa de petra Chrs nobis produxit aquam gr̄æ, ut bibamus. Num. 20. Tolle uirgam, & loquere ad petram coram &c. Tertia, qa mel dat nobis deuotionis, ut reficiamur. 1. Regum 13. Extendit summitatē uirgę, & intingit in fauum mellis. Quarta, quia per ipsam diabolum superamus. 2. Reg. 23. Cumque descendisset ad eum in uirga, vi extorsit hastam de manu Aegyptij, i. diaboli. Quinta, ꝙ ipsam diuinam clemētiā impetramus. Hesth. 4. A tu ille ostēdit et uirgam, in qua signum clemētiæ monstrabat. Sexta, qa per eam de manibus inimicorum omnium liberamur. psal. 109. Vigam uirtutis tuæ emittet Dominus. De his Cant. 4. Quæ est ista quæ ascendit per desertum &c. Est & gloriosa, quia floruit sine humore, fronduit sine corruptione, parturiuit sine lœsione, De his tribus Num. 17. Inuenta est uirga Aaron. Item gloriosa, quia etiam a Magis prophetata, ab hominibus prædicata, & ab omnib. generationibus beatificata, De primo. Num. 24. Orietur stella ex Iacob. De secundo. Isa. 15. Egredietur uirga &c. De tertio, Luc. 1. Beatam me dicent omnes generationes. Est ergo ista Virgo speciosa, & gratiosa, & gloriosa. Egressus est flos. 1. Christus. qui dicit flos, quia fuit pulchritudo sanctitatis, odor benignitatis: medicina sanitatis. De primo & secūdo. Cant. 2. Ego flos campi, quo ad primum, & lilium conuallium quo ad 2m. De tertio 1. Pet. 3. Cuius liuore sanati sumus, ecce dignitas concepti. Sequitur vtilitas cōceptionis, qnę fuit omnium peccatorum destructio, i. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ ut destruat luxuriam, intellectus ut gulam, consilij ut auaritiam, fortitudinis ut accidiam, scientiæ, ut inuidiam, pietatis ut iram, timoris ut superbiam &c.

De eodem.

BEnedicta tu in mulieribus &c. A Deo patre, quia in eodem filio secum cōicas. A filio, quia dignū habitaculū ei præparas. A spiritusancto, cuius operatione Saluatorem mundi generas. De his trib. Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, quo ad spiritumsanctum: virtus altissimi, quo ad patrē: ideoque quod nascetur ex te sanctum, quo ad filium. Ab angelis, quia eorum uitā in terra inchoas, eorum ruinam reparas, eorum te a locutionibus humilias. Inchoauit uitam angelorū, quia instituit vitam uirginū. Hiero. Virginitas soror est angelorū. Idem, In carne præter carnē viuere, nō est terrena uita, sed cœlestis. Reparauit ruinas eorū, qa genuit eū qui reparauit. Ephe. 1. In quo proposuit reparare, siue quæ in cœlis sunt, siue quę in terra. Eorum se allocutionib. cōsentiendo humiliauit. Luc. 1. Ecce ancilla Domini. Beata ergo ab angelis. Benedicta & a peccatoribus. quia eos de anguștia liberas, in periculis adiuuas, & de peccatis ueniā impetras. De primo, Bernardus. Ille tacet ut tuas laudes, Virgo beata, qui te in suis necessitatib. inuocās se senserit deceptum. De secundo, Idem, in periculis, in reb. dubijs Mariam cogita, Mariā inuoca. De tertio, recordare Theophilum liberatum. Item, exemplum fratris Martini cisterciēsis: exemplum Dominæ, cuius filius fuit captus; exemplum sororis regis Franciæ. qūo postea habuit raptus. Item, benedicta a iustis, quia exaudis in precibus, liberas in tentationib. augmētas gratiam in uirtutibus. De secundo & tertio, in hymno. Pia mater & humilis, naturæ memor fragilis, in huius vitæ fluctib. nos rege tuis precib. Bern. O homo securum habes accessum ad Deū &c. De scdo. Nume. 24. Cōsurget uirga de Israel ex his, & percutiet duces Moab &c. Est ergo benedicta a iustis, est & benedicta a mulieribus, quia eas ab inimicis liberas, quo ad uirū excusas, quo ad Deum honoras. Mulieres. n. per peccatū a diabolo tenebantur, a De aspernabantur, sed beata Virgo ab inimicis liberauit, quia Christus filius eius diabolum destruxit. Heb. 2. Vt per mortem destrueret eum, qui mortis habebat imperium. i. diabolū

Quo

Quo ad virum excusat, si dicit vir. Propter te damnor; mulier potest respondere, per me saluaris. Item honorauit quoad Deum, quia idē est filius Dei, & filius mulieris. Galat. 3. Misit Deus filium suum natum ex muliere: propter hæc tria dicuntur de ea Iudith. 15. Tu gloria Hierusalem, tu lętitia, Israel, tu honorificentia populi. Es ergo benedicta a mulieribus, benedicta ab omnibus creaturis: quia eas a coinquinatione liberas: quia earum creatorem lactas. i. peccata mundas: quia eas in statum pristinum renouas. Filius enim quem genuit creaturas omnes creauit, eas emundauit, ipsas renouauit. De 1. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. De secundo, Apo. 1. Lauit nos a peccatis nostris. De tertio psal. 103. Emitte spiritum tuum, quo. s. virgo concepit: & renouabis faciem terræ &c. Apo. 21. & dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Benedicat te, virgo beata, Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus. Benedicant te angeli, peccatores, iusti, mulieres, omnes creaturæ, &c.

De sancto Ambrosio.

ECce examen apum erat in ore leonis, & fauum mellis, Iud. 14. Possunt hæc verba exponi de Beato Ambrosio. Ee notantur hic tria ad commendationē eius. Primo, miraculosa apum in ore eius apparitio. Secundo, multiplex eius cōmendatio. Tertio, sanctarum scripturarū ab eo expositio. Primū, ibi. Ecce apparuit examen. Ad literam, quādo iacebat in cunabulis, venit examen apum, & intrauit in os eius, & post visum est valore ad cęlū, sicut dicitur in legēda sua. Scdm, ibi. In ore leonis. Dicitur aūt leo Beatus Ambrosius propter septem, quæ sunt in leone. Primo, nobilitas in dignitate, quia est rex ferarū, & iste nobilis Romanus, & princeps Liguriæ. Secundo, fortitudo in virtute, & iste fortissimus, qa quasi totus mūdus cōiurauit cōtra eum, & obtinuit. Tertio, audacia in magnanimitate, aggreditur enim omnia ardua: & iste audax, qui aggressus imperatorem & imperatricē, & pene vniuersum orbem. De his duobus. prou. 30. Leo fortissimus bestiarum, ecce primum: ad nullius pauebit occursum, ecce secundum. Quarto, confidentia in securitate. prou. 28. Iustus quasi leo. Quinto, benignissimus valde, sicut dicitur in legenda sua. Sexto. ferarum timor in terribilitate. Leo enim in rugitu suo & terret feras. i. hæreticos, & carnales terruit rugitu prædicationis. Amos. 3. Leo rugiet, & quis non timebit. Septimo, prudentia in vestigiorum suorum occultatione: occultauit enim opera per bonam intentionem. Matt. 15. Attendite ne iustitiam vestram &c. Tertium nota ibi. Et fauum mellis. Quadrupliciter fauum mellis fuit in ore eius. Primo, sanctarum scripturarum expositio. prouer. 18. Mellis fauus verba composita. Secundo, mētis deuotio. prou. 23. Comede fili mi mel & fauum dulcissimū. Tertiū, dulcis allocutio Cant. 4. Mel & lac sub lingua tua. Tertio, diuinitatis fruitio. prou. 15. Sicut qui mel multum comedit. Moraliter nota, illa septem quæ dicta sunt de leone, & quatuor de fauo, sunt necessaria cuilibet iusto Debet enim quilibet studere ꝙ habeat rectam intentionem in operatione, sanctum rugitum in oratione, pietatem in compassione, magnanimitatem in arduorum aggressione, securitatem sine malo timore, fortitudinem in perseuerantia, nobilitatem in bonis moribus. verbū Dei in ore, deuotionē in corde, dulcē allocutionē in lingua, perfruitionē diuinitatis in orōne æternitatis. Ad quam nos perducat. Amen.

De eodem ex euangelio.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. *Quære in festo sancti Nicolai.*

In festo Paschali.

HAec dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. His verbis primo solemnitas resurrectionis cōmendatur, ibi. Hæc dies quam fecit. Secundo, quid sit nobis faciendum indicatur, ibi. Exultemus &c. Circa primum nota, quia signanter dixit, hęc dies, cum pondere: quia dies admirabilis, amabilis, desiderabilis. Admirabilem cœli prædicant, terra demonstrat, inferi clamant. Cœli angelos transmittendo, terra contremiscendo, inferi mortuos restituendo. De primo. Matt. vlt. Angelus autem Domini descendit de cęlo. De secundo, Ecce terræmotus factus est magnus. De tertio, Mat. 26. Multa corpora sanctorum surrexerunt &c. Hæc est ergo dies admirabilis, quia in ea mors superatur, vita reparatur, aditus æternitatis reseratur. De primis duob. Gregorius in præfatione. Qui mortem nostram moriendo destruxit. &c. De tertio. Idem in oratione. Qui hodierna die æternitatis aditum nobis deuicta morte reserasti. est ergo admirabilis. Est & desiderabilis a cœlis, vt reparentur: a terris, vt illuminentur: a mortuis, vt suscitentur; hac. n. die cęli reparātur, terra illuminatur, mortui suscitantur. Cęli reparantur, quia surrexit qui cęli ruinas reparat. Eph. 1. In quo proposuit reparare vniuersa, siue quæ in cęlis, &c. Et hodie illuminatur terra lumine solis, & lunæ, & stellarū. Sol Christus, luna angelus, stellæ Mariæ, quæ stellæ interpretantur. Sol enim illuminat hanc diem luce gloriæ, angelus claritatis suæ luce, Mariæ radijs lętitiæ. Christus. n. hodie gloriosus tanquam sol verus de subterris egrediens, mundum sua gloria illuminauit: angelus de cęlo descendens, claritate sua mundum illustrauit. Mat. vlt. Erat autem aspectus eius sicut fulgur. Mariæ tanquam stellæ surgentes tenebras tristitiæ de cordib. Apostolorum radijs lætitiæ fugauerunt. Io. 20. Maria Magdalenæ annuncians discipulis, &c. Terræ ergo illuminantur, sed & mortui suscitātur. 1. Cor. 15. Nunc autem Christus surrexit a mortuis primitię dormientiū, &c. Exultemus & lætemur in ea; lætemur intus in anima, exultemus extra in corpore. Intus debemus lętari tripliciter. Primo, Christo resurgenti cōgaudendo. Secundo, a morte cū eo resurgendo. Tertio, in spe nostræ resurrectionis hodie inchoatæ iubilando. Primū docent nos Apostoli, Luc. vlt. Gauisi sunt discipuli viso Domino. De secundo, Colo. 3. Si consurrexistis cū Christo, &c. De tertio, 1. Cor. 15. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Debemus extra exultare tripliciter. Primo, in nouitate vitæ, quo ad morū honestatem ambulando. Secundo, diē festum celebrando. Tertio, Christo resurgenti laudes decantando. De primo, Ro. 6. Qūo Christus resurrexit per gloriā patris, & post. Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. De scdo, Exo. 13. Celebrabitis hanc diem, &c. De tertio, ps. 67. Psallite Deo, qui ascendit, &c. Primo, super mortem. Grego. Neq; fas est vt hac die fileat a diuinis laudibus lingua carnis, in qua caro resurrexit author is. Exultemus ergo & lætemur in die resurrectionis Christi, vt tandem cum eo lætemur in die resurrectionis nostræ.

Universidad de Deusto Biblioteca

In festo Sancti Georgij ex euangelio,

SIquis vult venire post me, abneget semetipsum &c. Lucæ 9. Duo facit Dominus in his uerbis. Primo ad eundum post se inuitat. Secundo, quæ sunt necessaria ad hoc demonstrat. Circa primum est euntium post eum paucitas: secundum, arbitrij libertas, tertium, magna Domini bonitas, Primum, ibi. Siquis, quasi dicat, rarus est qui uelit. Bernardus. Quam pauci sunt, Domine Iesu, qui post te venire uelint, quanquam nonnulli qui ad te uenire uelint. Secundum, ibi. Tollat, quasi dicat, in uoluntate hominis est ire, & non ire: quia si facit quod in se est, habilitando se, Deus facit quod in se est, gratiam infundendo. Eccl. 15. Apposuit tibi bonũ, & malum, &c. Tertium, ibi, Post me. Magna prorsus bonitas, quia omnes voluit facere de familia sua, & post se ducere, Ioan. 5. Eum qui venerit ad me, non eijciam foras; non sic reges & principes mundi. Circa secundum sciendum, quod tria sunt necessaria euntibus post Christum. Primum est propriæ voluntatis abnegatio. Secundum, carnis mortificatio. Tertium, Christi imitatio. Primum, ibi. Abneget semetipsum, idest propriam voluntatem. Secundum, ibi. Tollat crucem suam, idest carnis mortificationem. Tertium, ibi. Sequatur me. Circa primum sciendum, ꝙ maxime propter tria oportet nos relinquere propriam voluntatẽ. Primo, quia confundit: secundo, quia in manum inimicorum adducit; tertio, quia abnegatio propriæ voluntatis de inferno eripit. De primo, Osee 10. Confundetur Israel a voluntate sua. De secũdo, Eccl. 18. A voluntate tua auertere. & post. Faciet te in gaudium, &c. De tertio, Bernardus. Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Circa secũdum sciendum, ꝙ crucem debemus tollere in corde, ut de ea semper cogitemus: in fronte, ut de ea gloriemur; in toto corpore, ut mortificemur. De primo, Heb. 3. Recogitate eũ qui aduersus semetipsum talem sustinuit contradictionem, &c. De secundo Gala. 3. mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. De tertio, ibidem. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, &c. Circa tertium sciẽdum, ꝙ in tribus maxime debemus eum imitari, in charitate, humilitate, & benignitate. De primo, Io. 11. Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem. De secundo, Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum, &c. De tertio, Eph. 5. Estote inuicem benigni donantes uobis inuicem, sicut Christus donauit uobis, &c. Rogemus, &c.

In festo sancti Marci ex euangelio.

PAter meus agricola est. Ioan. 15. Iesus dicit patrem suum agricolam, quia colit multiplicem agrum. Quatuor sunt agri, mundus, Christus, iustus, & cęlestis paradisus. De primo, Mat. 13. Ager est mundus. De secundo. psal. 49. Pulchritudo agri mecum est. De tertio, prou. 2. Diligenter exerce agrum tuum, i. temetipsum, loquitur de uiro iusto. De quarto. prou. 31. Considerauit agrum, & emit ipsum. Aug. Inardescamus obsecro ad possidendum agrum illum, ubi tanta pulchritudo est. Primum agrum, i. mundum colit iste agricola quatuor modis. Primo, diuersa semina, i. multiplices creaturas in eo seminando. Secundo, eadẽ semina & creaturas multiplicando. Tertio, ne sata, idest creaturæ deficiant conseruando. Quarto, zizania super nascentia extirpando. De primo, Mat. 20. Seminauit bonum semen in agro suo. De secundo, Genes. 1. Germinet terra herbã uirentem, &c. De tertio, Ioa. 1. Quod factum

F est in ipso vita erat. Sap. 11. Quomodo aliquid potest permanere nisi tuo nomine? De quarto, Matt. 13. Colligite primum zizania &c. Primum facit in opere creationis, secũdum in opere propagationis, tertium in opere gubernationis, quartũ in opere retributionis. Agrũ secundum Christus colit similiter quatuor modis. Primo, omnia virtutum semina in eo seminando. Secundo, gratiarum aquis irrigando. Tertio, ipsum fodi permittendo. Quarto, fimum sputorum & opprobriorũ poni dimittendo. De primo. Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni &c. De secundo, Gen. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis &c. Secũdo Christus quidem diuiditur in quatuor capita, quia de pleni-
G tudine eius omnes accepimus. Io. 1. Vidimus gloriam eius &c. De tertio, psal. 21. Foderunt manus meas &c. De quarto, illud ps. 68. Infixus sum in limo profundi. & Tren. 2. Saturabitur opprobrijs. Agrum tertium, i. iustum, colit similiter quatuor modis. Primo fructificationem vitiorum extirpando. Secundo, aratro contritionis scindendo. Tertio, semina virtutum seminando. Quarto, aquis lacrymarum irrigando. De primo Boetius. Qui serere volet ingenuum agruum, liberet arua fructicibus. De tertio, & secũdo, Isai. 28. Nũquid quotidie arabit arans, & post. Seret gith, & cyminum. De quarto, Eccl. 24. Rigabo hortum meum. Agrum quartum. i. paradisum, colit quatuor modis. Primo, malas
H herbas extirpando. i. dæmones. Secundo, arbores pulcherrimas, i. ordines angelorum in ea plantando. Tertio, flores pulcherrimos. i. lilia virginum, & rosas martyrum, & violas confessorum in ea plantando. Quarto. fluminibus gaudiorum irrigando. De primo. Apoc. Proiectus est draco ille magnus &c. Propterea lætamini cęli &c. De secũdo Eze. 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei. De tertio, Cant. 2. Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 4. Dilectus meus qui pascitur inter lilia. De quarto, Ezech. 45. Ecce aqua redũdat &c. Primus fluuius est gaudium de creatura corporali, Secundus. de societate angelorum. Tertius, de Christo homine. Quartus, de gloria diuinitatis, &
I istud non potest trasmeari, quia infinitum est &c. Rogemus &c.

De eodem ex euangelio.

IN domo patris mei mãsiones multæ sunt, Io. 16. Domus ista vita ęterna, ps. 121. in domum Domini lætantes ibimus. In hac domo possumus distinguere sex mansiones. Tres sunt angelorum, & tres sanctorum. In prima mansione stat superior hierarchia, quæ continet tres cameras. In prima calor, in secunda splendor, in tertia quies: quia in prima Seraphin, in secunda Cherubin, in tertia Throni. In secunda mansione stat media hierarchia, quæ continet tres cameras. In prima exhibetur regi reuerentia, in secunda dantur regis imperia.
K in tertia sunt milites qui exercent pręlia. In prima principatus, qui docent reuerentiam: in secunda dominationes, quæ distribuunt dominia; in tertia potestates, quæ arcent potestates aereas. In tertia mansione est tertia hierarchia, quæ continet tres cameras. In prima, declaratur regis maiestas: in secũda, reuelantur eius secreta: in tertia, nuntiatur eius voluntas. In prima sunt virtutes, quæ miracula faciunt: in secunda archãgeli, qui maiora secreta prędicant: in tertia angeli, qui Dei voluntatem nuntiant hominibus. Istæ sunt mansiones angelorum. Sunt ibi & mansiones sanctorum. In prima stant milites, quorum fortitudine ecclesia defensatur: in secunda sapientes, quorum consilijs gubernatur

in

in tertia domicelli & domicellæ, quorum pulchitudine decoratur. In prima sunt martyres, in secunda confessores, in tertia virgines. In prima mansione militum sunt tres cameræ. Alij enim pugnant pro amore regis, alij pro defensione regis, alij pro zelo iustitiæ. Quidam enim sunt martyres pro fide, quidam pro doctrina, quidam pro iustitia. Primi mortui sunt pro Christi amore, vt Stephanus, & alij plures, isti pertinent ad Seraphin: quidam pro doctrina vt prophetæ, isti pertinent ad Cherubin: quidam pro iustitia, vt Ioannes Baptista & plures alij. isti pertinent ad Thronos, ad quos pertinet iustitia. In secunda mãsione continentur similiter tres mansiones. Confessorum enim quidam sunt religiosi, quidam prælati, quidam coniugati. Primi pertinent ad principatum, secundi ad dominationes, tertij ad potestates. In tertia autem mansione sunt similiter tres cameræ. Virgines enim quædam sunt mulieres, quidam homines, & quidam pueri: mulieres ad virtutes, homines ad archangelos, pueri ad angelos pertinent. Videat quilibet in quo ordine est, & quam cameram habebit in cęlo. Sunt autem sex, quæ nos debent mouere vt curramus ad domum istam. Primo magnitudo. Baruc. 3. O Israel quam magna est domus Dei. Secundo, pulchritudo. psal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis suæ. Tertio abundantia gloriæ. ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Quarto, lætitia. psal. 121. In domum Domini lætantes ibimus. Quinto, laus continua. psal. 82. Qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt te. Sexto, æternitas. 2. Cor. 5. Domum habemus non manufactam æternam in cælis, &c.

In Inuentione sanctæ Crucis ex epistola.

MIhi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, Gal. 6. Gloriari oportet in Cruce tribus modis. Gloriari in cruce, idest in amore Christi, quem ostendit nobis in cruce; vel gloriari in cruce, idest in imitatione. Circa primum sciendum, quod in quinque ostendit maxime amorem suum nobis in cruce. Primo, quia dilexit nos plusquã matrem, cuius dolorem pro nobis contempsit. Secundo, plusquam proprium sanguinẽ, quem pro nostra ablutione fudit. Tertio, plusquã animam, quã pro nostra redemptione posuit. Quarto, plusquam vitam suam, quam vt nos viuificaret dedit. Quinto, plusquam corpus proprium, quod percutienti, ne homo perceuteretur, apposuit. De primo. Luc. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. De secundo, Apoc. 2. Qui dilexit, & lauit nos in sanguine suo. De tertio, Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet. De quarto. Qui mortem nostram moriendo destruxit &cæt. De 5. Isa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Circa secundũ sciendum est, ꝙ quinque bona maxime fecit Christus in cruce. Primum est, quod ab inferno liberauit. Secundo quia virtutem peccati debilitauit. Tertio, quia diabolum expugnauit. Quarto, quia mortem superauit. Quinto, quia cęlum reserauit. De primo, & quarto Osee 13. Ero mors tua o mors, &c. De secundo, Roman. 6. Vetus homo noster crucifixus est, &c. De tertio. Heb. 3. Vt per mortem destrueret eum qui mortis habebat imperium. De quinto. Isa. 25. Dabo ei clauem Dauid, super humerum eius, &c. Dauid Christus, domus est paradisus, clauis est crux, quam ad literam portauit super humerum suum Ioan. 19. Et baiulans sibi crucem, &cęt. Circa tertium sciendum, quod quinque maxime ostendit in cruce, in quibus ipsum imitari debemus. Pri-
A mo in charitate. Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet; secũdo, in humilitate: tertio, in obedientia. De his, Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens &c. Quarto, in patientia. 1. Pet. 2. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Quinto, in mansuetudine. Hiere. 12. Ego quasi agnus mansuetus ad occisionem ductus &cæt.

In festo sancti Ioannis ante portam Latinam ex euangelio,

VIdit illum discipulum quem diligebat Iesus: Io. ult. Commendatur in hoc euangelio B. Ioannes a sex. Primo, ab humilitate, ibi. Discipulum. Secundo, a Dei charitate, ibi. Quem diligebat. Tertio a Dei fami-
B liaritate, ibi. Qui recubuit. Quarto ab amoris suauitate. ibi. Sic eum uolo manere, hoc est, sine martyrio transire. Quinto, a sapientiæ profunditate, ibi. Qui testimonium perhibet de his. s. tam profundis. Sexto, a testimonij veritate, ibi. Et scimus qa verum est testimonium eius. Moraliter vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, qui dilexit lectiones quas ipse docuit. Sunt autẽ nouem quæ scriptura docet nos facere. Primum, a malo discedere. Deu. 4. Discant timere Deum. In timore autem Dñi declinatur a malo, sicut dr̃ Eccl. 1. Secũdo, de malis pręteritis iustitiam facere. Isa. 26. Misereamur impio, & non discet fare iustitiam. Greg. Iustus dẽr discere facere iustitiã. Tertio, bonũ cognoscere, Deut. 6.
C Discite ea, loquitur de mandatis. Quarto, in bono delectari. Prou. 5. Discite sapientiam, quæ est cognitio cum gustu. Quinto, bene operari. Isa. 1. Discite bene facere. Sexto, in oĩbus bene conuersari. Eccl. 16. Audi me, fili, & disce disciplinam sensus. Septimo, in omnib. operibus rectam intentionem habere. Sap. 9. Quę tibi placẽt didicerint homines, Octauo, in omnib. bonis humiliari, Mat. 11. Discite a me, qa mitis sũ. Nono, regno Dei approximari Mat. 23. Ab arbore fici discite parabolã. Ista nouem sunt necessaria, & sufficiunt ad salutẽ; Primo necesse est ut quis a malo recedat. Secũdo ut pœnitentiã agat. Tertio, ꝙ bonum faciendũ cognoscat. Quarto, ꝙ bonum ipsum sibi sapiat. Quinto, quod bonũ co-
D gnitum faciat. Sexto, ꝙ bonus exterius conuerset &c. Septimo, ꝙ in omnibus bonam intentionem habeat. Octauo, ꝙ de bonis non superbiat. Nono, quod mercedem de istis omnib. accipiat, ne deficiat recogitet. Beatus iste discipulus qui ista didicerit. psalm. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

In festo sancti Barnabæ Apostoli ex epistola.

BArnabas erat vir bonus, plenus Spiritusancto, Act. 11. Duo sunt necessaria homini, interior pfectio, exterior conuersatio. Primum pp se, secũdum propter proximum. Interior perfectio consistit in duobus. s. in
E cognitione veritatis, & dilectione bonitatis. Primũ est perfectio intellectus, secundum perfectio affectus. Exterior conuersatio consistit in duobus. s. in actuũ vtilitate, & morũ grauitate. Hæc quatuor dicunt in his uerbis ad commendationem beati Barnabę. Intellectus illuminatio, affectus, inflammatio, actuum utilitas, & morum grauitas. Primum, ibi. Plenus fide. Fides est lumen intellectus. Augu. Fides est illuminatio veritatis, qua quis illuminatur a prima luce ad uidendum spiritualia. Secũdum, ibi. Plenus Spiritusancto. Spiritussanctus dicitur amor & donum, in quo omnia dona donantur, Sicut dicit August. Recte dicitur plenus Spiritusancto, quia plenus charitate. Roman. quinto. Cha-

ritas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas Dei diffusa in cordibus nostris. Tertium, ibi. Virtus sapiens, grauis non puer leuis. psalm. 34. In populo grauí laudabo te. Quartum, notatur ibi. Bonus. Bonum est, sicut dicit Diony. diffusiuum sui. vnde propter hoc notatur vtilitas actionis, in qua homo se effundit: dicitur enim bonum dupliciter, essentialiter, & per participationem. Primum de creatore tantum. Matt. 19. Vnus est bonus Deus, solum modo dicitur de creatore. Bonum per participationem dicitur de creatura, sex modis. Primum bonum vere, ideſt, rei secundum quod est. Secundum bonum ex genere, seu existentia respectu finis. Tertium bonum actionis ex debita circunstantia ad finem tamen in se. Quartum bonum actionis hominis. Quintum bonum gratiæ, ideſt, meriti. Sextum bonum gloriæ. Hæc omnia bona habuit beatus Barnabas: vnde propriè est dictus bonus vir & cæt. Rogemus, & cæt.

In festo Ascensionis.

VIri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum &c. Act. 1. Tria faciunt angeli in uerbis istis, tollunt admirationem, asserunt ascensionem, prædicát reuersionem. Primum, ibi. Quid statis aspicientes in cœlum? Circa quod notantur quatuor, aspiciebant Apostoli, stupentes, dolentes, timentes, confidentes. Stupebant de ascensione, quæ in tanta glora & uirtute fiebat, de quo etiam stupebant ipsi angeli. Isa. 43. Quis est iste? Et nota hic uirtutem ascensionis, & differentiam ab alijs qui assumpti sunt a terra. Dolebant de discessione, quia discedebat ab eis tantus consolator. Ioan. 16. Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Tob. 10. Heu me filij mi, ut qui te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum &c. & est uox ecclesiæ hodie in persona Apostolorum. Timebant de mundi persecutione, quia remanebant soli inter pressuras mundi, de qua prædixerat eis, Io. 16. In mundo pressuram habebitis. Confidebant de promissione, Ioan. 14. Vado ad patrem, per corporalem subtractionem; & veniam ad uos, per Spiritussancti missionem: Io. 14. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis. Matth. Ego vobiscum sum. Secundum, ibi. Hic Iesus qui assumptus est, astiterunt iuxta illos &c. Circa quod notantur quatuor in modo. Assumptus est enim uidentibus Apostolis. Actuum. 1. Ecce duo uiri astiterunt iuxta illos &c. Mediante nube, Actuum 1. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cõsiderandum. n. est unde assumptus quia de terra: quo assumptus, quia in cœlum, qua uia, quia per aerem, quis assumptus, quia Iesus Christus, ut sic ex omni parte omnia attestentur merita assumptionis. Terra per apostolos, cœlum per angelos, Deus per nubem, ipse Iesus per manuum eleuationem, ut ostenderetur quia iste idem ascendebat in carne, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat. Et per hæc quatuor potes similiter procedere ad ędificationem communem. Tertium nota, ibi. Sic veniet. Circa aduẽtum ad iudicium nota quatuor, secundum illa quatuor ostensa in modo ascendendi. Vnde sic veniet, quemadmodum sic, Iuidentibus tam iustis quam impijs mediante nube, eleuatis manibus, ad percutiendum scilicet peccatores, astantibus Angelis, qui præcedent portando insignia passionis.

Et congregabunt ad iudicium oẽs. Mat. 24. Et uidebũt filiũ, ecce primũ: veniẽtẽ in nubib. ecce fm: cum virtute magna & potestate, ecce tertium; & mittet angelos suos, ecce quartum, & præceder super his dies iudicij. Sicut uis &c.

In vigilia Pentecostes.

SPiritus Domini ornauit cœlos, Iob. 26. Per cœlos intelliguntur Apostoli propter tria quæ sunt in cęlis. Primo, propter motum continuum in cœlis Ita. n. motus cõtinuus in Apostolis fuit, quia per vniuersum orbem discurrerunt. Ioã. 15. Posui vos ut eatis &c. Secundo, propter ordinem, est. n. ordo in cœlis, Iob. 13. Numquid nosti ortum cęli? Sic ordo fuit in Apostolis, quia omnia ordinate faciebant, & nihil inordinatum, 1. Cor. 14. Omnia secundum ordiné fiant in vobis. Tertio, propter concordiam: hñt cœli cõcordiam. Iob. 15. Qui fecit concordiam in sublimibus suis: ita discipuli Domini abrenuntiando omnia. Actuũ 4. Erat illis cor unum, & anima una. Istos cœlos ornauit spiritus Domini stellis: ornamentum. n. cœlorum stellæ sunt. Ecc. 43. Species cęli gloria stellarũ, posuit enim in eis quinque ordines stellarum. Primus ordo, virtutes theologicæ 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc. Secundus, uirtutes politicæ. Sap. 8. sobrietatem & sapientiam docebit & uirtutem, quibus nihil est in uita utilius. Tertius, septem dona spiritus. Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini, & cætera quæ ibi sunt. Quartus, octo beatitudines. Mat. Beati pauperes, beati mites. & per totũ. Quintus, duodecim fructus spiritussancti Galat. 5. Fructus autem spiritus sunt gaudium, &c. Isti ordines uirtutum designantur per quinque ordines stellarum, de quibus dicitur Iob 9. Qui facit arcturum & oriona, hydas, & interiora austri, De sexto, Iob. 38. Numquid coniungere valebit micãtes pleiadas &c.

In die Pentecostes.

PAraclitus spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ipse uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, Ioan. 14. In his uerbis circa missionẽ spiritussancti tria notantur. Primo, mittentium eum authoritas, ibi. Quem mittet in nomine meo. Secundo, missi benignitas, ibi. Paraclitus. Tertio, missionis utilitas, ibi. Docebit & suggeret. Circa primum ostenditur quod mittentes sunt pater & filius: spirant enim spiritumsanctum, & spiritussanctus una notione procedit a patre & filio. Io. 16. Cum venerit paraclitus quẽ ego mittam &c. Si spirare est mittere eum, & pater mittit & filius, vide ergo quod pater & filius spirant spiritũ sanctum, & sic tota trinitas: pater mittens, & filius p quem mittitur, & spiritussanctus qui mittitur. Benignitas missi notatur, ibi. Paraclitus, quod interpretatur cõsolator, vel aduocatus, quia ista duo sunt specialiter officia bonitatis, & bonitas attribuitur spiritui sancto: iõ ipse dr consolator in miserijs, & aduocatus in beneficijs. Aduocatus in beneficijs, quia lex diuinæ bonitatis, quã spiritussanctus allegauit pro nobis (quia sibi attribuitur bonitas) causa est, qua fluunt in nos beneficia Dei. Defluunt aũt tria beneficia. Primo, naturæ. ps. 130. Emitte spũm tuũ & creabũtur, in quo declaratur q a spiritusancto fluũt bñficia naturę. Secũdo, gratiæ, charitas Dei diffusa est &c. Tertio, gloriæ. Ro. 14. Regnũ Dei non est esca & potus. sed gaudiũ in spiritusancto. Aduocat ergo in beneficijs, & consolat in miserijs tripliciter. Primo, cœlestes consolationes in tribulationibus largiendo. 1. Tim. 1. In tribulatione multa cũ gaudio spiritussancti. Secundo, dona charismatum in tribulatio

bulationib. augmentando. Rom. 5. Gloriamur in tribulationib. scientes qm̃ tribulatio patientiã operatur &c. psa. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Tertio, quanta sint gaudia, quæ pro istis tribuuntur, demonstrando. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam &c. Tertiũ est docere nos. ibi. Omnia suggeret. Duplex vtilitas missionis, prima bonũ docet, secunda ad bonũ mouet. Prima, vt bonum cognoscamus secunda. vt faciamus. Primum, ibi. Docebit vos omnia. Sunt aũt quinque scientiæ necessariæ ad salutẽ. Primo, Deum timere: secundo, a malo recedere: tertio, bona facere: quarto, mala pati: quinto, in his perseuerare: ista est scientia sanctorũ. De primis duob. Iob. 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia. De alijs trib. Aug. Sapientia sanctorum est benefacere, & mala pati, & in his perseuerare. Secundum ibi. Et suggeret &c. Mouet ad bonum, & suggerit illud tripliciter. Primo, quasi compellendo Iaſ. 30. Spiritus eius velut torrens inundans, &c. 2. Co. 5. Charitas Dei vrget nos. Secdo, alliciẽdo Sap. 12. O quã bonus & suauis est Dñs spiritus tuus in omnib. Tertio, seipsum pignus pro mercedis certitudine tribuẽdo. 2. Cor. 1. Qui dedit pignus spiritus in cordibus nostris, quod pignus æquale est rei. Secũdo, est de re, ita q̃ qui habet pignus spiritus hæreditatis, securus est quod perueniet ad hæreditatem cœlestem, Ad quam &c.

In festo sanctæ Trinitatis ex epistola.

OAltitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius &c. Rom. 11. Tria notãtur in istis verbis, quæ considerantur in Deo. s. diuinitas, vnitas, trinitas: vel ſst diuinitas, & in diuinitate trinitas, & in trinitate vnitas. Diuinitas maiestatis, trinitas personarum, vnitas essentiæ, & hoc secundum q̃ tripliciter cõtigit errare circa Deum. Quidam enim errant circa diuinitatem eius non ponentes esse Deum. psa. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus &c. Vel quod Dei est attribuentes creaturæ, & colentes eã pro Deo. Ro. 1. Quidam circa trinitatem; negantes personarum trinitem esse in Deo. Quidam circa vnitatem, ponentes multitudiuem Deorum, Primum ergo, s. diuinitas, notatur, ibi. O altitudo diuitiarum &c. Circa quod notãdum tria, quæ sunt in Deo. s. altitudo, plenitudo, & latitudo, & hæc fm tria quæ sunt in Deo, scilicet natura, virtus, & operatio. Est quoque altus in natura, sic. n. habitat lucem inaccessibilem. Et plenus in virtute, sic sũt apud eum diuitiæ sapientię. Latus & immensus in operatione, sic sunt iudicia eius incomprehensibilia, & vię eius inuestigabiles. Iudicia quibus disponit, uiæ p quas exequitur suas operationes: & ad hæc tria possunt referri tria q̃ sequuntur post hæc verba immediate. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Adapta singula singulis. Secundum scilicet trinitas: quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia. Circa quod nota similiter q̃ tripliciter distinguuntur personæ diuinę aliquando per propria personarum, vt cũ dicitur pater & filius & spiritussanctus, aliquando per appropriata patris, vt est p potentiam intelligitur pater per sapientiã filius, per bonitatẽ spiritussanctus. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt &c. Aliquãdo p notas naturaliter ex adiuncto significantes distinctionem in personis, sicut hic. Ex ipso, ex enim notat authoritatẽ principij, & ideo ex ipso intelligitur pater, apud quem est fons & origo diuinitatis, Per, notat modum operationis, & ideo in hoc, per ipsum, intelligitur filius, per quem operationes operatur. In, notat conseruatio inesse, & ideo per hoc, in ipso intelligitur spiritussanctus, &c. Tertium, vnitas, ibi. Ipsi gloria, nõ dixit ipsis, sed ipsi. Circa quod similiter notanda tria, secundũ quod similiter tripliciter debet sibi referri gloria, scilicet gloria cordis, gloria oris, gloria operis. Vel gloria vna propter creationem, gloria altera per redemptionem, gloria tertia per glorificationem &c.

De eodem.

TRes sunt qui testimonium dant in cęlo, pater, vẽrbum, & spiritussanctus. 1. Io. vlt. Moraliter per cęlum intelliguntur sancti, & dicuntur cęlum propter septem. Primo, propter continuum motum de virtute in virtutem. ps. 83. Ibunt de virtute in virtutem. Secũdo, propter concordiam. Iob. 26. Qui facit concordiã in sublimibus suis. Ephe. 3. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, &c. Act. 1. Erat illis cor vnum &c. Tertio, propter ordinem. Iob. 33. Nunquid nosti ordiné cęli, &c. 1. Cor. 14. Omnia secũdum ordinem fiant in vobis. Quarto, quia casa ilios, ideſt Dei. 1. Cor. 4. Nescitis quia templum Dei estis? Quinto, propter cõuersationem cęlestem. Philip. 4. Nostra conuersatio est in cęlis. Sexto, quia semper habẽt cor in cęlo. Matt. 7. Thesaurizate vobis thesauros in cęlo. Item, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Septimo, quia habẽt solem, & lunam, & stellas. Solem charitatis, lunam fidei, & stellas aliarum virtutum. In isto cęlo dãt testimonium pater, verbum, & spiritussanctus triplicit er. Primo, secundum naturam in creatione. Secundo, secundum gratiã in iustificatione. Tertio, secundum gloriam in glorificatione. In creatione pater per memoriã, filius per intelligentiam, spiritussanctus per voluntatem vel notitiã, memoriam vel amorem. In iustificatione pater dat testimonium ponendo potentiam, filius sapientiã, spiritussanctus benignitatem. Potentia sanctorum apparet in tribus, quia potentes ad pugnandum, & laborãdum, & ad sperandum. De primo, Heb. 11. Fortes facti sunt in bello. De scdo, Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. De tertio, Isa. 40. Qui aũt sperant in Dominio, mutabunt fortitudinem &c. Sapientia sanctorum apparet in tribus. Primo, in cõuersatione. Eccl. 8. Sapiẽtia hominis relucet in vultu eius. Secũdo in locutione. Eccl. 22, Sapiẽs in verbis se ipsum amabilẽ facit. Prou. 25. Lingua sapientis disseminat sapientiam. Tertio, in iniuriarũ perpessione. Prou. 19. Doctrina aũt viri per patientiam dignoscitur. Bonitas sanctorum apparet in tribus. Primo, in sui effusione. Dionysius. Bonum est sui effusiuum. Secundo, in benignitatis ostensione. 2. Cor. 12. Libenter impendam & super impẽdar ego ipse pro animabus vestris. Tertio, in optimorum adductione. Dionys. Optimi est optima adducere. In glorificatione pater dat testimonium in cœlo, i. in sanctis per æternitatem. Matt. 19. Vitam æternam do eis. Dan. 12. Fulgebunt iusti tanquam stellæ &c. per æternitatem dabit omnem scientiam. Aug. Habemus vnum doctorem in cęlis, quem semel vidisse, totum didicisse est. Dabit & gloriam. ps. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus, &c. Ad quam nos &c.

In festo sancti Ioannis Baptistæ ex euangelio.

QVis putas puer iste erit? Lucæ 1. Et potest responderi interrogationi, quia sponsus, speciosus, & gratiosus, & gloriosus. Sponsus speciosus propter virginitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis candorem, martyrij ruborem, & admirabilem circa Christum pulchritudinem & similitudinem, & figurationem. De primo, Lucæ. 1. Puer erat in deserto. De secundo, Matt. 6. Misso spiculatore, fecit amputari caput Ioannis. Tertio, q̃ tantam habuit similitudinem cum Christo, q̃ fuit creditus Christus. Luc. 3. Existimãte aũt omni populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus. ergo speciosus. Est & gratiosus propter sanctitatem, pp humilitatem, & propter vtilitatem. Sanctus. n. fuit, quia plenus spiritu sancti gratia. Lucæ. 3. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero &c. Quia vestitus nimia vestimentorum duritia. Lucæ. 1. Erat Ioannes vestitus de pilis camelorum. Quia præditus nimia abstinentia. Lucæ. 1. Esca eius erat locusta, &c. Humilis fuit in baptizatione. Matth. 3. Ego a te debeo baptizari &c. In sua pharisæis responsione. Ioan. 1. Ego vox clamantis in deserto &c. In discipulorum eruditione. Ioan. 3. Illum oportet crescere, me autem minui &c. Vtilis fuit in baptizando, Mat. 3. Tunc exibant ad eum omnes, &c. Prædicãdo & conuersando. De his duob. Io. 5. Ille erat lucerna ardens per exemplum, lucens per verbũ. Item, fuit gloriosus per dignitatem, quę apparet propter nouem. Primo, qa antea est prophetatus. Malac. 3. Ecce angelus meus. Secundo, quia ab angelo nuntiatus. Luce 1. Elisabeth vxor tua pariet tibi filium. Tertio, quia miraculose generatus Lucæ. 1. Et nõ erat eis filius, eo quod &c. Quarto, quia in vtero sanctificatus. Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris, suæ &c. Quinto, quia cum multis miraculis natus. Luc. 3. Apertum est autẽ ilico os eius &c. Sexto, qa ante Dominum Matt. h 11. Hic est de quo scriptum est &c. Septimo, quia præcursor regis. Luc. 1. Ipse præibit ante illum. Octauo, quia baptizauit Christum. Mat. 3. Venit ibi ab Iordanem &c. Nono, quia testis lucis Ioann. 1. Hic venit in testimonium, &c. Moraliter autem si quis vult venire ad gloriam æternitatis, necesse est studeat esse puer id est purus. In tribus necessaria est puritas. Primo, in corde, secundo in ore, tertio in manu. Puritas cordis est voluntatis. De primo, Iac. 4. Purificate corda duplices animo. De secundo. Prouer. 15. Sermo purus pulcherrimus. De tertio, 1. Tim. 2. Leuantes puras manus &c. Rogemus &.

In festo Sanctorum Ioannis & Pauli ex epistola.

PRopter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Rom. 8. in verbis istis quinque notantur. Primo, recta sanctorum intẽtio, ibi. Propter te, non propter inanem gloriam, sicut hypocritæ. Matth. 11. Exterminant facies suas vt videantur ab hominibus. Secundo, eorum mortificatio, ibi. Mortificantur. Mortificantur autem sancti multis modis. Primo, cum vitijs seipsos macerando. Colos. 3. Mortificate membra vestra. Secundo, carnem spiritui subijciendo. Roman. 8. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Tertio, se Christi passioni configurando 2. Cor. 3. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes. Quarto, detractionum malignitatem tolerando. psa. 108. vbi loquitur de detractore. Compunctum corde mortificare. Quinto, inimicorum persecutiones sustinendo. psalm. 36. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare. Tertio, mortificationis continuatio, ibi. Tota die, hoc est, vsque ad finem, non sicut illi, de quib. dicitur, Gal. 5. Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nũc carne consumamini? Quarto, eorum ab impijs irrisio, ibi. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Ouis occisa tota est utilis. Est enim utilis pellis ad vestiendum, caro ad victum, fibræ ad musicum instrumentum. Quinto, ex magna mortificatione utilitatis consecutio, ibi. Occisionis. Est enim utilitas in pelle propter pauperũ subuentionem. In carne, carnalis proximorum mortificatio. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis. Fibrę sunt: potentiæ animæ ex quibus fit musicum instrumentum ad laudãdum Deum. Eph. 5. Cantantes & psallentes in cordib. vestris. Hæc omnia cõuenire possunt istis gloriosis sanctis, &c.

In festo Apostolorum Petri & Pauli.

SOl vertetur in tenebras, & luna in sanguinem, Joel. 3. Possunt hæc verba exponi de beatorum Apostorum Petri & Pauli festiuitate. Per solem intelligitur Petrus, per lunam Paulus. Gen. 1. Fecit Deus duo magna luminaria &c. Significat autem sol Petrum propter tria: quia sol est fons splendoris, fornax ardoris, & causa generationis. Fons splendoris fuit in cognitione, fornax ardoris in amore, causa generationis in prædicatione. De primo. Mat. 15. Beatus es Simon Bariona &c. De secundo. Ioan. ult. Domine, tu scis quia amo te. De tertio, Luc. 5. Ex hoc eris homines capiens: quot homines cepit, tot filios Domino generauit. Propter primum dictus est Petrus, id est, cognoscens: propter secundum dictus est Simon, id est, obediens. Mandatum enim spiritualiter datum, cui est obediendum, est obedientia. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Propter tertium dictus est Cephas. i. caput Ecclesiæ, cuius generationis causa fuit prædicando. De isto sole dicitur. Eccl. 43. Sol in aspectu annuntians in exitu &c. Conuersus autem fuit sol iste in tenebris tripliciter. Culpæ in negatione. Tunc cepit abnegare & detestari, quia non nouit hominem. Mœstitiæ in ploratione. Matt. 26. Egressus foras, fleuit amare. Pœnæ in passione. Cum autem senueris, alius pręcinget te, & ducet &c. Paulus dicitur luna similiter propter tria, quia lux noctis, fons roris, & causa frigidationis. Lux noctis, erroris tenebras illuminando. Rom. 3. Abijcite opera tenebrarum &c. Patet per diuersas epistolas suas quam diuersos errores expulerit. Fons roris, gratiã prędicando. Eph. 2. Gratia enim estis saluati; patet quasi in omnib. verbis suis gratiam prædicando. Causa frigidationis, virginitatem cõmendando. 1. Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do &c. per totum. Item, fuit luna in se tenebras noctis & erroris expellendo. Fons roris gratiam suscipiendo. 1. Co. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Causa frigidationis, virginitatem, vel castitatem conseruãdo. 1. Co. 7. Volo autem omnes homines esse sicut meipsũ &c. loquitur de castitate. Item, Eccl. 43. In omni tẽpore suo &c. Ista luna uersa fuit in triplicem sanguinem, homicidij in Stephani lapidatione, Actuum. 22. Et cũ effunderetur sanguis Stephani &c. In sua flagellatione. 1. Cor. 11. Ter virgis cęsus sum: & in capitis abscisione, ut patet in legenda sua. Moraliter sol intellectus, luna uoluntas. Sol id est intellectus conuertitur in tenebras erroris; luna, id est, voluntas in sanguinem peccati, &c.

In commemoratione sancti Pauli.

BOnum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ 2. Tim. 3. In istis quatuor clausulis quatuor notantur in B. Paulo ad commendationem ipsius. Primũ est probitas, ibi. Bonum certamen certaui. Secundum uelocitas, ibi. Cursum consummaui. Tertium fidelitas, ibi. Fidem seruaui. Quartum dignitas, ibi. De reliquo reposita est &c. Circa primum sciendum est, quod triplex certamen B. Paulus habuit. Primum hostile paganorum 1. Cor. 15. Aduersus bestias pugnaui. Ephes. 5. Secundum ciuile Iudeorum 1. Thess. 1. Sicut & ipsi a Iudæis qui & Dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt. Tertium intestinum falsorum christianorum 2. Corin. 11. Periculis in falsis fratribus. Circa secundum, q̃ sciendum, quod tripliciter cursum cõsummauit; cucurrit enim primo, in mundo prædicando. Gal. 1. Contuli cum eis euangelium, ne forte in vanum curretẽ &c. Secundo, in cælo conuersando. Phi 3. Nostra conuersatio in cælis est 2. Cor. 11. Scio hoiem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Tertio, in paradiso contemplando, ibidem. Scio hominem quoniam raptus est in paradisum.

Circa tertium sciendum est, quod in tribus maxime apparuit, & seruauit fidem. Primo, se totum in seruitio Dei sui exponendo. Galat. 2. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Secundo, regnum eius fortiter augmẽtando. Rom. 15. Vsque Illiricum repleui euangelium Christi. Tertio, omnia ei attribuendo 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Circa quartum sciendum est, q̃ B. Paulus meruit coronam auream, & aureolam. Auream, pro labore claritatis 1. Cor. 9. Omnis quidem q̃ in agone contendit: illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam &c. Aureolam meruit triplicem, virginitatis, martyrij, & prædicationis. Prima est meritum concupiscibilis: secunda, irascibilis; tertia, rationalis &c. Fuit enim ipse virgo, sicut dicitur 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse, sicut meipsũ. Fuit prędicator, vnde 2. Tim. 1. dicitur magister gẽtiũ. In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & magister gentium in fide & veritate. Fuit & martyr, sicut patet in legenda sua. Nos quoque si bonum certamen certauerimus, cursum consumauerimus, fidẽ seruauerimus, peruenietmus ad coronam æternã. De qua corona require in festo sancti Stephani.

De Beata Margarita.

INuenta vna pretiosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habet, & emit eam, Matth. 13. In his verbis tria dicuntur. Primum, margaritæ inuentio; secũdum, margaritæ commendatio; tertium, eiusdem margaritæ empto. Primum, ibi. Inuenta: secundum, ibi. Pretiosa; tertium, ibi. Vendidit omnia, &c. Per margaritã istam intelligitur Dei filius. dicitur autem Christus margarita pp quinque. Primo, quia paruus per humilitatẽ. Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, &c. Secdo, candidus pp puritatem 1. Pe. 2. Qui peccatum nõ fecit. Tertio, qa solidus per sanctitatem. Dan. 9. Vngat sanctus sanctorum. Pretiosus per deitatem. Ro. 9. Qui est super omnia Deus benedictus in sęcula. Quinto, rore cæli cõceptus. 1. operatione Spiritus sancti. Luc. 1. Qui natum est, de Spiritu sancto est. Talis margarita est lapis paruus, inuenitur in profundo maris, in ventre piscis, & in mensa cãpsoris. In his trib. locis consueuit inueniri margarita: sic Xps inuenitur in mari. i. Maria p incarnationem. Quod nascetur ex te sanctum, vocabit filius Dei. Luc. 1. In pisce. i. in Christo homine per vnionem. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo; in altare, per sacramenti transubstãtiationem. Ego sum panis viuus &c. ps. 22. Parasti in conspectu meo mensam. De quinque primo dictis de hoc lapide Christo, dẽ Heb. 7. Talis decebat ut esset nobis pontifex. Sanctus, quo ad soliditatem, innocens, quoad humilitatem: impollutus, quo ad puritatem: segregatus a peccatoribus, quo ad conceptionem, quia non sicut alij peccatores ex peccato conceptus: excelsior cælis factus, quo ad pretiositatẽ deitatis. Circa secundum nota, q̃ hæc margarita est pretiosa propter tria. Primo, propter pretiositatem albedinis. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius &c. Secundo, pp vtilitatem quia oẽ malum expellit. 1. Tim. 4. Liberauit aũt me ab omni malo. & oẽ bonum inducit. Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cum illa &c. Tertio, pp incorruptionis æternitatẽ Sap. 8. Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia. Circa tertiũ sciendum, quod margarita emitur triplici denario. s. æneo, argenteo, & aureo. Aeneus est substantia mundi, argenteus corpus, aureus anima. Aeneo emit q̃ dat diuitias pro ista margarita: argenteo, qui dat corpus: aureo, qui dat animam. Primum fit per renuntiationem diuitiarum: secundum, per corporis mortificationem: tertium, per propriæ uoluntatis abnegationẽ. De primo, Mat. 9. Qui non renuntiauerit omnia quæ possidet. De secundo, & 3. Luc. 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, quo ad propriæ voluntatis abnegationem: & tollat crucem suam, per corporis mortificationem. Possunt autem exponi de ista beata q̃ fuit pretiosa margarita propter speciositatis virginitatem, propter prędicationis vtilitatem, & propter inseparabilem soliditatem, quam inuenit mercator cælestis, & emit sanguine suo Christus Deus noster, Qui est benedictus in sæcula, Amen.

In festo S. Mariæ Magdalenæ.

ARcum meum ponam in nubib. cęli, & erit signũ fœderis inter me & terrã. Ge. 9. Possunt hæc verba exponi de B. Maria Magdalena, q̃ intelligit per arcũ cælestem pp tria. Ratione formę, ratione finis, ratione materiæ. Est. n. materia arcus nubes aquosa radijs solis percussa. Nubes aquosa, Maria lacrymosa. Luc 8. Lacrymis cœpit rigare pedes eius Sol Christus, radius gratia Christi, quæ nubem aquosam percussit cum Mariæ lacrymanti gratiam infudit. Ratione formę, est. n. tripliciter, cerulea, rubea, & uersus terram tenet brachia extensa. Color ceruleus est Mariæ humilitas, rubeus charitas. De primo, ibi. Stetit retro secus pedes Domini. De secundo, ibidem. Quoniam dilexit multum. Brachiorum vsque ad terram extensio est magna quam habet ad peccatores, misericordia. Est enim ipsa sancta interuentrix peccatorum, & aduocatrix eorum; didicit enim ex experientia peccatorum misereri. prou. ult. Manum suam aperuit inopi. i. peccatori, & palmas suas extendit ad pauperẽ. Rõne finis. est. n. triplex finis eius. Primo, præteritum iudicium per aquã significatũ. Secundo, futurũ iudicium per ignem pronuntia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuntiatum. Tertio pactum quod est inter Deum & ter F
ram demonstrate, quia de cęlo extendit brachia sua ad
terram. Primum, in colore ceruleo: secundum, in rubeo
tertium in viridi. Sicut Beata Maria Magdalena est sig-
num duplicis iudicij in peccatore pœnitente. Vnius q̃
fit per aquam compũctionis, alterius quod fit per ignẽ
compunctionis. De vtroq; psal. 65. Transiuimus per
ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Item
est signum pacti inter Deum & terram, ideſt, peccato-
res. Est aũt signum septemplicis fœderis inter Xp̃m &
peccatorem. Primum, quia benigne recipit peccatores,
qui ad Deum confugiunt. Scdm quia multum se fami-
liarem eis exhibet. Tertium, quia eos qui irrident con-
fundit. Quartum, quia pro eis aduocatur. Quintũ, quia G
eorum fidem multum commẽdat. Sextum, quia omnia
peccata dimittit. Septimum, quia eis dulciter loquitur.
Hæc septem nota in euangelio per ordinem. Primum
in hoc, q̃ iam in nullo increpauit, contra nequitiã hypo
critarum, qui videntur cõtra peccatores fulminare. Se-
cundo, in hoc, quod dedit pedes ad osculãdum, ibi. Et
osculari pedes eius. Tertio in hoc q̃ Pharisęum qui eũ
despiciebat, cõfundit, ibi. Simon habeo tibi aliquid di-
cere. Quarto in hoc, q̃ eam bonã conferendo & allegã-
do probauit, ibi. Hæc autem ex quo intraui, non cessa-
uit osculari pedes meos &c. Quinto, ibidem. Mulier fi
des tua te saluam fecit. Currant ergo omnes peccato-
res sapere ad fontem benignitatis &c.

In festo sancti Iacobi ex euangelio.

POtestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum. Mat.
20. Per calicem intelligitur passio Xp̃i, Mat. 26. Pa
ter, si possibile est, transeat a me calix iste &c. Calix iste
est calix amaricans, inebriãs, & sanãs. De primo, ps. 68.
Dederunt in escam meam fel. De secundo, psal. 22. Ca-
lix meus inebrians quã præclarus est. De tertio, ps. 115.
Calicẽ salutaris accipiam. Fuit aũt amaricans, quia ca-
lix aceti, myrrhæ, & felis. Ista tria dederunt ei bibere.
Tria aũt fecerunt passionem Christi amaram. Primum
est, quia passus est ab impijs. Mar. 14. Filius hominis tra
detur in manus peccatorum. Secundo, quia pro bene- I
ficijs. Io. 8. multa bona opera operatus sum in vobis,
propter quod horum vultis me lapidare? Act. 8. Qui
pertransiuit benefaciendo &c. Tertio, quia in membris
mundis. 1. Pe. 2. Qui peccatũ non fecit: non. n. habuit
membra corrupta & mortificata per peccatũ. Item, est
calix inebrians tripliciter. Primo, præsentium obliuio-
nem inducens. Tren. 3. Ad te quoque perueniet calix
inebrians animam. diuitias relinquẽdo, nudum Domi-
num sequendo. Secundo, insensibilem ad dolorẽ red-
dens. Ber. Considerate dolores Domini nostri, & leuius
dolores uestros portabitis. Grego. Si passio Domini ad
memoriam reducatur, nihil est adeo durum, quod nõ K
æquo animo toleremus: hinc est quod sancti habita-
bant in petris. Tertio, animos nostros ad bella fa-
ciens. 2. Mach. 6. Ostenderunt elephantis sanguinem
uuæ & mori, vt animarent os ad bellum. Item, calix
sanans a triplici morbo. Primo. culpæ contractæ. Eph.
2. Eramus omnes filij iræ, per peccatum. s. originale.
Secundo, culpæ commissæ. Isa. 53. ipse attritus est pro
pter peccata nostra: & post. Eius liuore sanati sumus.
Tertio, pœnæ inflictæ. Is. 53. Vere languores nostros
ipse tulit &c. De his tribus. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum. Peccata dicit
in plurali, vbi notat originale & actuale, cuius liuore
sanati sumus, quo ad pœnę inflictionem. Rogemus F
ergo &cæt.

In festo sancti Petri ad Vincula.

DIrupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo ho-
stiam laudis, psal. 115. Satis patet quomodo pos-
sunt hæc verba exponi de vinculis sancti Petri. Et no-
tantur in his verbis tria. Primo, vinculorum eius disru-
ptio, ibi. Dirupisti vincula mea. Secundo, gratiarum
actiones, ibi. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Tertio, di
uini nominis inuocatio, ibi. Domine. Circa primũ scien
dum est, quod ligatus fuit tribus generib. vinculorũ B.
Petrus. Primo, vinculis iniquitatis in negatione. Pro. 5.
Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringi-
tur. Mat. 26. Antequã gallus cantet, ter me negabis &c.
Secũdo, vinculis pœnalitatum in corporis passione. Io.
vlt. Cũ aũt senueris alius cinget te &c. Tertio, vinculis
materialib. in sui incarceratione Actũ. 12. Erat Petrus
vinctus catenis duab. Vincula peccatorum suorum dis
rupit Christus gratiam conferendo. Mat. 26. Respexit
Iesus Petrum, i. gratiam infundit. Vincula materialia
disrupit angelum transmittẽdo. Actuum 12. Angelus
autem Domini assistit. Vincula pœnalitatum disrupit
æternam gloriam conferendo. Mat. 19. Vos qui secutĩ
estis me, dixit Dominus Petro, in regeneratione cũ se- H
derit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis &
vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim trib.
Israel. Circa s̃m sciendum, q̃ sanctificauit ei triplicem
hostiam. Primo hostiam contritionis. psal. 50. Sacrifi-
ciũ Deo spiritus contribulatus, cor contritũ, & humi-
liatũ Deus non despicies. Secundo, hostiam laudis. ps.
40. Imola Deo hostiam laudis. Tertio, hostiam proprij
corporis. Ro. 11. Obsecro vos vt exhibeatis corpora ve
stra hostiã &c. Primo, hostiam immolauit amare flẽdo
siue plorando post Xp̃i negationem Mat. 26. Egressus
foras, fleuit amare. Scdo, laudando post suam de care-
re liberationem. Actuum 12. Nũc scio quia misit Dñs
angelum suũ, & eripuit me de manu Herodis. Tertio,
corpus Deo imolãdo in passione. Io. 13. Animã meam
pono pro te. Circa tertium sciendum, q̃ ipse inuocauit
nomẽ Dñi Iesu tripliciter. Primo, prędicando. Actuum
2. Baptizetur vnusquisque in nomine Domini nostri
Iesu Christi. Ro. 14. Omnis quicunque inuocat nomen
Domini, saluus erit. Secundo, orando. Mar. 14. Saluos
nos fac Domine, perimus. Tertio, laudando. Act. 3. Nõ
est aliud nomen sub cęlo datum hominib. &c. Est au-
tem inuocandum nomen domini. Primo, quia peccato
res iustificat. Secũdo, quia iustos vocatos saluat, & pro-
pter alia plura &c. *Quære in Circumcisione.*

In festo sancti Dominici.

SOl illuminans per omnia respexit, & gloria Domini
plenum est opus eius, Eccl. 42. Possunt hæc verba
de beato Dominico exponi, & notantur, ibi. duo. Pri-
mo, beatus Dominicus laudatur, ibi. Sol illuminans. Se
cundo, eius opus, ideſt, prędicatorum ordo commenda
tur, ibi. Et gloria Domini plenum est opus eius. Circa
primum sciendum, q̃ B. Dominicus dicitur sol propter
septem. Sol enim corporalis septem effectus exercet in
corporibus. Et primo, sol typicus septem in spiritibus.
Primus effectus est generatio, secundus viuificatio, ter-
tius nutritio, quartus augmentatio, quintus perfectio,
sextus purgatio, septimus renouatio. De his dicimus
in

in vna authoritate. Sol ad generationem sensibilium
corporum committitur, & ad vitam ea nutrit, & auget,
& perficit, & purgat, & renouat. Ista septem fecit Bea-
tus Dominicus spiritualiter. Primo generauit prædicã
do, vt diceret cum Apost. 1. Corint. 4. In Christo Iesu p
euangelium ego vos genui: patet quod generauit. Se-
cundo viuificauit, ad vitam gratiæ reducendo Iac. 5. Si
quis conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, sal
uabit animam eius a morte, & operiet multitudinẽ pec
catorum, patet quod reduxit de morte ad uitam. Ter-
tio nutriuit, in statu gratiæ conuersando. Thessa. 1. Tã-
quam si nutrix foueat filios suos; testatur quasi viderit
eum, quãta benignitate fouebat quos generauit. Quar
to augmentauit, de virtute in uirtutem attrahendo. B
Ephe. 4. Veritatem autem facientes, in charitate cresca
mus in illo per omnia qui est caput Christus. Quinto p
fecit, statum perfectionis instituendo. Matt. 19. Si vis
perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da
pauperibus, & veni sequere me. Sexto purgauit omnia
superfluas & minimas negligentias dure corripiendo.
Ioan. 15. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, ut
fructum plus afferat. Septimo, renouauit, ad statũ noui
tatis reducẽdo. Ephes. 4. Renouamini spiritu mẽtis ue-
stręs, & induite nouũ hominẽ, qui s̃m Deũ creatus est.

In festo sancti Laurentij ex epistola.

DIspersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in
sæculum sęculi. 2. Cor. 9. In his verbis notantur
quinque ad commendationem B. Laurẽtij. Primo, pru
dentia, ibi. Disperſit dedit. Sunt autem dispergendæ di
uitię. Primo, quia si congregantur, sunt possessoribus
suis in tormentum. Secundo, quia si congregantur, pe-
reunt. Tertio, quia ducunt ad æternum supplicium. De
quibus, Eccle. 5. Diuitię congregatæ in malum Domi
ni sui, ecce primum; pereunt enim, ecce secundum: in
afflictione pessima, ecce tertium. Afflictio enim mala
est cum congregantur, peior cum relinquuntur, pessi-
ma cum pro eis auari æternaliter puniuntur. Iac. 5. A-
gite nunc diuites plorate, & vlulate in miserijs quæ ad D
uenient vobis, &c. Congregare ergo stultitia est, sed
dispergere est prudentia propter tria. Primo, quia di-
sperſæ, sunt semina quæ multiplicata resurgunt. Secũ-
do, quia vita æterna acquiritur. De his duobus, Matt.
19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, &c. Ter-
tio, quia non possunt amitti eo quòd in toto loco sunt
positæ. Matt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo,
&c. Secundo notatur largitas, ibi. Dedit. Inuitant autẽ
ad dandum tria, creator, creatura, & scriptura. Creator
quia dedit cœlum cum syderibus, terram cum bestijs,
& arboribus, corpus cum sensibus, animam cum viri-
bus, filium cum tormentis, mundum cum elementis,
spirilum sanctum cum donis. Dicit Aug. Erubescat ho-
mo auarus esse, cum tantam largitatem experitur crea- E
toris. Inuitat creatura, quia omnis creatura dat seipsã,
& quicquid habet. Sol dat se totum, & lumen suũ to-
tum, terra similiter. Omnis ergo creatura inuitat ad
dandũ. Inuitat scriptura, quæ ex hoc tanta promittit.
Matt. 7. Date, & dabitur vobis. Tertio nota fidelitas,
ibi. Pauperibus, & fuit fidelitas dare pauperibus pro-
pter tria. Primo, quia bona ecclesiæ sunt bona paupe-
rũ. Hieron. Bona ecclesiæ bona pauperũ sunt, quicquid
prẽter victum, vel necessaria reseruasti, sacrilegium
commisisti. Secundo, quia hoc præcepit Dominus, qui
habet generale dominium in omnibus. Tertio, quia
A ab eis non expectatur vlla retributio. De quib. duobus,
Luc. 14. Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare
amicos tuos, neque fratres tuos, neque vicinos diuites
&c. Quarto nota, ibi. Iustitia eius manet in sæculum sę
culi. Consistit autem iustitia in tribus. Primo, in rectę
voluntatis conseruatione propter se. Secundo, in iusto-
rum susceptione. Augu. Iustitia est in miserendo mise-
ris. Tertio, in iuris sui vnicuique redditione. Isido. Iu-
stitia est virtus ius suum vnicuiq; tribuens. De primo
patet, quomodo primum B. Laurentius conseruauit, qa
nulla peccata potuerunt eum a rectitudine remoue-
re. De secundo patet, quia thesaurum ecclesiæ dedit
pauperib. De tertio patet, quia reddidit maioribus obe
diẽtiã, minoribus vtilitatem, paribus æqualitatẽ. Quin-
to notatur, perseuerantia, ibi. In sæculum sæculi. Et
fuit laudabilis perseuerantia eius propter tria. Primo,
quia fuit flagellis probata: secundo fide cõsumata; ter-
tio, quia in igne fuit examinata, & ideo meruit perue-
nire ad vitam æternam. Matt. 24. Non qui incęperit,
sed qui perseuerauerit, hic saluus erit &c.

In assumptione Beatæ Mariæ Virginis ex epistola.

QVasi cedrus exaltata sum in libano &c. Eccl. 24.
Per sex arbores quibus cõparatur exaltatio Beatę
Virginis in ista epistola, intelligi possũt sex ordines bea
C torum. Cedrus significat angelos propter naturæ subli
mitatem. Ezech. 31. Cedri non fuerunt altiores illo in
paradiso Dei ideſt, angeli non fuerunt sublimioris na-
turæ lucifero. Cypressus significat patriarchas & pro-
phetas per odoris suauitatem: vnde de vno dictum est
Gene. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui
benedixit Dominus. Palma significat apostolos pro-
pter glorioſum de vniuerso mũdo triumphum. Palma
etiam significat victoriam. Apoc 6. Et palmæ in mani-
bus eorum. Rosa significat martyres per effusionẽ san-
guinis, qui habet colorem rubeũ. Ecc. 39. Et quasi rosa
plantata super riuos aquarũ fructificate. Oliua signifi-
cat confessores propter oleum. ps. 51. Ego aũt sicut oli
ua fructifera. Platanus significat virginas propter frigi
ditatem libidinis incendium exstinguentem, crescit. n.
iuxta aquas. In aqua frigiditas notatur. Sicut cinamo-
num & balsamum aromatizans odorem dedi suauita-
tis. Ecc. 24. Quanto subtilius, tanto melius est, & magis
odoriferum: & per hos intelligitur humilitas. Balsa-
mum autem quanto grauius & ponderosius, tanto me-
lius, vnde probatur in aqua: & si cito descendat ad fun
dum, habetur probatum. Per hanc proprietatem potest
intelligi granitas morum. Hęc autem duo dant odorẽ
suauitatis. Est ergo sensus, quod Virgo est exaltata, si-
cut angeli, patriarchæ, & prophetæ, Apostoli, martyres
confessores, & virgines, & est liptote quę pauca dicit, si
E gnificatq; magna. Fuit. n. exaltata super choros angelo
rum, & super omnes sanctos, nec mirum si est exaltata
sicut angeli patriarchę &c. habuit. n. meritũ angelorũ
angelice viuendo. Hiero, In carne præter carnem viue-
re. non terrena uita est sed cælestis. Idem. Virginitas so-
ror est angelorum. habuit. n. meritum prophetæ pro-
phetando. Luc. 1. Beatam me dicent omnes generatio-
nes, vidit. n. spiritu prophetico, & prophetauit quod de
bebat beatificari ab omnibus gentibus, & quod omnes
gentes debebant recipere filium Dei, & suum. Habuit
meritum apostolorum, & euangelistarum docendo.
Multa enim scripta sunt & prædicata, quæ non potue-
runt sancti nisi per reuelationem eius scire, sicut de in-
gressu

Universidad de Deusto
Biblioteca

greſſu angeli in conceptione,& alijs plurib.Habuit meritum martyris,mortem crucis cum filio patiendo,Luc. 2.Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Habuit meritum confeſſorum,deuote Domino confitẽdo Luc. 1.Magnificat anima mea Dominum.Habuit meritum virginum,inchoando virginitatem,& conſeruando.Luc.1.Ingreſſus eſt angelus Gabriel ad Mariã Virginem:& ſicut habuit meritum omnium & amplius, ita cõgruum fuit, vt ſuper omnes ponatur hic ſermo.Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora, conſurgens &c. ordines cęleſtium.

In feſto beati Bernardi.

AVrum & multitudo gemmarũ, & vas pretioſum labia ſcientiæ.Prou.20,poſſunt hæc verba exponi de beato Bernardo,& commendatur hic ab humilitate prædicationis. Prædicauit autem tria principaliter,de Deo, de moribus & virtutibus, & de dulcedine contemplationis & deuotionis. Hæc tria notantur in his verbis. Primum,ibi.Aurum:ſecundum,ibi.Multitudo gemmarum: tertium,ibi.Vas pretioſum labia ſciẽtiæ. Aurum fuit omnibus eos eius de Deo loquendo Multiludo gemmarum de moribus & virtutibus loquendo de dulcedine contemplationis & deuotionis. Fuit ergo eos eius vas pretioſum, os aureum,os gemmeum,& os pretioſum;quia per aurum intelligitur diuinitas,ideo dicitur Cant. 5. Caput illius aurum optimum.Grego.Caput Chriſti eſt Deus:& caput aureum ergo aurum eſt diuinitas.Quod per gemmas intelligantur virtutes,habetur Apoc.21.Ibi gloſa per duodecim lapides intellexit duodecim virtutes.De tertio, Hiere. 51.Calix eſt aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. Patet quomodo vino dulcedinis inebriauit totum mundum.Fuerunt ergo labia eius aurea, gemmea,& pretioſa.Vel aurum fuit beatus Bernardus per voluntatis ſanctitatem:multitudo gemmarum per morum honeſtatem,& virtutum multiplicitatem: vas pretioſum per virginitatis puritatem.Hęc tria cantãtur de eo. Beatus Bernardus quaſi vas auri,ecce aurum ſolidum,ecce pretioſum ornamentum omnium lapidum pretioſorum,ecce multitudo gemmarum.

Fuerunt autem in hoc nouem gemmæ,de quibus dicitur Ezechiel vigeſimoſeptimo. Omnis lapis pretioſus operimentum,ſardium,topatium &c. Lapides iſti ſignificant nouem ordines angelorum,quibus fuit dotatus beatus Bernardus,quia habuit in ſe virtutes & officia omnium ordinum angelorum,ſicut dicitur in libro,vbi ſcribuntur acta eius &c.

In feſto Sancti Bartholomæi.

FIcum meam decorticauit, albi facti ſunt rami eius Ioel primo. Poſſunt hæc exponi de beato Bartolomæo,& paſſione ipſius; circa quam notantur tria. Primo paſſus deſcribitur,ibi.Ficum meã.Secũdo, eius paſſio exprimitur, ibi. Decorticauit, Tertio, ipſius præmium ſubiungitur,ibi.Albi facti ſunt rami eius.Intelligitur B.Bartholomæus perficum propter tria, quę ſunt in ficu.ſ.lignum,folia,& fructus. In ligno intelligitur eius cordis ſanctitas: in folijs, locutionis veritas, in fructibus, actuum eius ſuauitas. In ligno ſunt tria, medulla, lignum,& cortex.In medulla eſt candor: in ligno,fortitudo:in cortice.vtriuſque obſeruatio. Sic tria ſunt neceſſaria ad cordis ſuauitatem, ſcilicet candor fidei,ſiue ſapientiæ,quo ad rationalem: fortitudo ſpei,quo ad iraſcibilem: conuerſatio,quæ eſt in charitate, quo ad concupiſcibilem. De primo, Sap.7.Candor eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula. De ſecundo, Iſa.30. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. De tertio,Rom.8.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti?tribulatio, an anguſtia, &c. Ergo in ligno notatur cordis ſanctitas,in folijs vero locutionis vtilitas. Sunt autem tria in folijs,ſcilicet lacteitas in humore,viriditas in colore, & aſperitas in palpatione, & ſignificant tria q̃ ſunt neceſſaria in locutione,ſ.puritas, delectabilitas,& vtilitas.Puritas in veritate,delectabilitas in honeſtate,& vtilitas in verborum bonitate.Lacteitas per candorem,ſ.puritatem:viriditas,quæ eſt color delectabilis,propter delectabilitatem:aſperitas ſignificat vtilitatem.Sicut enim blandus ſermo eſt noxius, quia ſeducit: ſic aſper vtilis,quia corrigit. Quod hæc ſint neceſſaria,patet.De primo,prouer. 15. Purus ſermo pulcherrimus,&c.De ſecundo, prouerb. 16. Fauus mellis verba compoſita.De tertio, Eph.4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, &c. Sic ergo nota in folijs locutionis vtilitas,in fructu autem nota actionis ſanctitas.Conſiderantur autem tria in fructu, intus rubicunditas,extra viriditas,in guſtu vero ſuauitas, & ſignificãt hæc tria quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Oportet enim q̃ actio fiat in charitate, quæ intelligitur in rubore: in medietate, vt non accedat ad extrema, ne fiat plus vel minus, hoc intelligitur in viriditate. Eſt enim viriditas color medius.Item, vt fiat in humilitate,quæ intelligitur in nigredine. Item,vt fiat cum hilaritate; quæ intelligitur in guſtus ſuauitate. Hæc ſunt neceſſaria in actione.De primo 1. Cor.16. Omnia veſtra in charitate fiant. De ſecundo, Ro.8. Rationabile obſequium veſtrum, ne fiat,ſcilicet plus,vel minus.De tertio, Luc. 17. Cum omnia benefeceritis,dicite quia ſerui inutiles ſumus,&c. Grego. Qui cæteras virtutes ſine humilitate congregat, in ventum puluerem portat.De quarto 2.Cor.8.Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate.Hilarem enim datorem diligit Deus. Hæc omnia habuit beatus Bartholomæus, & ideo congrue eſt ſignificatus per ſiſeũ,ergo paſſus deſcribitur: ſed in decoratione paſſio exprimitur.Fuit enim ipſe excoriatus propter tria. Primo, vt Deo tanquam verus agnus in holocauſtum offerretur.Leuit.primo. Detractaq; pelle hoſtiæ artus in fruſtra concident,& ſubijcient in altari ignem,ſtrue lignorũ ante compoſita,&c. Secũdo, vt ab omni humore exſiccaretur, ſic decoriatur arbor vt ſiccetur.De hac ficu.Matth.ſeptimo. Nunquid colligunt de tribulis ficus, &c. Item, fuit excoriatus vt ſicut ſerpens in ęternitate renouaretur.Matth.10.Eſtote prudentes ut ſerpentes. Prudentia ſerpentis eſt corium deponere, ut renouetur. Primum ſubiungitur, ibi. Albi facti ſunt rami eius. Rami animæ memoria,intelligentia,& uoluntas: rami uero corporis ſenſus corporis. Memoria dealbabitur per comprehenſionem æternitatis: intelligentia, in cognitione omnis ueritatis; uoluntas, in perfruitione omnis deſiderabilis. Rami corporis,ideſt ſenſus dealbabuntur,quia quilibet ſanctus recipiet iucunditatem. Dealbati ergo potentias animæ & ſenſus corporis nihil aliud eſt, quam glorificari in receptione albæ ſtolę. Apoc.octauo. Lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni, &c. Ad quam perducat, &cæt.

De

De Beato Auguſtino.

PRofunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit,Iob 28. Satis proprie conueniunt hæc verba beato Auguſtino. & notantur hic duo.Primo,ſecretorum perſcrutatio; ſecundo,eorum manifeſtatio. Primũ,ibi. Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt. Secundum,ibi. Et abſcondita produxit in lucem. Circa primum ſciendum, quod beatus Auguſt.ſcrutatus eſt profunda quatuor fluuiorum, ſcripturæ,creaturæ,culpæ,& gratiæ. Scrutatus eſt autem profunda triplicis ſcripturæ, ſcilicet philoſophorum,hæreticorum, & ſanctorũ. Propter primum fuit philoſophus,propter ſecundum fuit hęreticus,propter tertium fuit catholicus. De primo,Hiere.2. Quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminum? De ſecundo, ibidem. Quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? De tertio.pſal.92.Eleuauerunt flumina Domine,&c.ideſt ſcripturæ. Quod ſcrutatus ſit ipſe libros philoſophorum, dicit ipſe in lib. confeſſio. vbi dicit, quod ab vtroque doctore didicit omnes libros,& artes quas liberales vocant: quod libros hæreticos,dicit ipſe in eodem libro: quod catholicos, teſtatur ibidem. Scrutatus eſt quoque profunda triplicis creaturæ,ſpiritualis,corporalis, & compoſitæ, hoc eſt angelicæ,humanæ, corporeæ. Primum patet in libro, quem fecit de hierarchia angelica; ſecundum,in libro de ſpiritu,& anima; tertium, in lib. Gen. ad literam. Sic patet q̃ ſcrutatus eſt profunda fluminis creaturæ. Dicitur autem creatura fluuius, quia fluit ſemper de eſſe ad non eſſe per corruptionem, & de non eſſe ad eſſe per generationem. Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi. 2.Reg.14.Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur. Scrutatus eſt etiam profunda tertij fluminis, ideſt culpę, & triplicis,ſ.originalis actualis mortalis & venialis. De primo,dicit in lib.1.confeſ. De ſecundo, à ſecundo libro vſq; ad nonum. De tertio, in decimo lib.De his fluminibus dicitur in pſal.136.Super flumina Babylonis illic ſedimus,& fleuimus,dum recordaremur tui Sion. Item,ſcrutatus eſt profunda quarti fluminis,hoc eſt,gratiæ triplicis,ſ.præueniẽtis,ſubſequentis,& perficientis: vnde loquitur in libro de gratia de his omnibus. Similiter loquitur in Enchiridion de his fluminibus, Io.8. Qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ,& ſic cõmendatur hic a diligenti ſecretorum perſcrutatione. Secundo,commendatur ab abſconditorũ manifeſtatione, ibi. Abſcondita produxit in lucem, ſcilicet cognitionis abſconditæ, trinitatis,cæleſtis ciuitatis,& ſcripturæ veritatis. Primum, patet,in lib.de trinitate; ſecundum, in libro de ciuitate Dei; tertium,in expoſitione Iſaiæ,Ioannis, Canticorum,& Geneſis.& aliorum multorum. Multa quoque alia abſcondita produxit in lucem cognitionis, ſicut patet in libris multis quos fecit,&c.

In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.

IVſtus de anguſtia liberatus eſt,prou.11.Iuſtus dicitur B.Ioannes Baptiſta propter tria.Primo,propter omnium virtutum poſſeſſionem.Secundo,propter carnis mortificationem. Tertio, propter liberam malorũ correptionem. His tribus modis ſumitur iuſtitia. De primo,Luc.1.Spirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.De ſecundo:Matth.1. Erat indutus de pilis camelorum.De tertio,Mat.3.Genimina viperarũ,&c. Marci.6.Ioannes arguebat Herodẽ. Fuit liberatus hodie a triplici anguſtia.ſ.carceris corporis,& ſeculi.De primo,Marci.6.Decollauit eũ in carcere, & attulit capur eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.De ſecundo, pſ.141. Educ de cuſtodia animam meã. Verbum poteſt eſſe beati Ioannis Baptiſtæ. Ro.7. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? De tertio 1.Io.vlt. Totus mũdus in maligno poſitus eſt.Io.15.In mũdo preſſurã habebitis. pſ.136. Super flumina Babylonis,&c.Impius fuit Herodes ſpecialiter propter tria,in decollatione eius. Primo,quia innocentem & ſanctum condemnauit. Marci.6. Sciẽs eum virum iuſtum & ſanctum,& cuſtodiebat eum, & multa audito eo faciebat, & libenter audiebat eum. Secundo,quia eum qui ſalutem ſuã procurabat, decapitauit, ibidem. Non licet tibi habere vxorem fratris tui.Tertio, quia caput propheræ Dei donauit pro vno ſaltu.Marci.6. Cũq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet,& placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus,rex ait puellæ.Pete a me quod vis, &c. Fuit autem traditus Herodes in triplicem anguſtiam pro beato Ioanne in anguſtiam regni amiſſionis, incarcerationis, & æternæ damnationis. Tradit enim Ioſephus quod parum poſt decollationem beati Ioannis, exercitus regis Archilai eum regno priuauit,& captum ligauit, & poſt modum eum Deus æternis tormentis damnauit: ideo malum eſt eſſe impium.prou.16. Impium quoq; ad diem malum.Sed pium eſt eſſe iuſtum.prou.10.Iuſtitia vero liberabit a morte,&c.

In Natiuitate Beatæ Mariæ.

EGredietur virga de radice Ieſſe, Iſa. 11. *Quære in Annuntiatione B.Mariæ.*

In exaltatione ſanctæ Crucis.

EGo ſi exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum &c.Ioan.12.In his verbis duo notantur, ſ.modus patiendi;& vtilitas ipſius paſſionis.Modus dicitur,ibi. Si exaltatus fuero.Vtilitas,ibi.Oſa trahã, &c.Phil.1. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.pſal.109. De torrente in uia bibit,propterea exaltauit caput. Tertio, quia merito ſuæ paſſionis exaltauit nos cũ eſſemus uiliſſimi & abiecti.Hierem.2.Quam uilis facta es nimis,iterans uias tuas, & ab Aegypto confunderis ſicut confuſa es ab Aſſur.pſ.117.Dextera Domini fecit uirtutẽ; dextera Domini exaltauit me.ſuper angelos. pſal.8.Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos.Ioan.12. Volo pater ubi ſum ego, q̃ illic & miniſter meus ſit, &c. Quarto, ut oſtendatur quia quod uile eſt in conſpectu hominum,exaltatum eſt in conſpectu Dei,& econtra humilis in conſpectu hominum, exaltatus eſt in conſpectu Dei. Quinto, ut oſtenderet modum exaltationis,quia per humilitatem: unde humiliauit ſe formam ſerui accipiens,Luc.14.Qui ſe humiliat, exaltabitur. Sequitur.Omnia traham ad meipſum. Attractio naturaliter fit ſex modis.Primo, per quandã aſſimilationem, ſicut faciunt aucupes: ita Chriſtus ſuſcepit formam hominis ut a ſe traheret, Ro.8. Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, &c. Homo enim erat in regione diſſimilitudinis, unde dixit ironice. Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis. Secundo, per

quandam concauitatem sicut spongia aquã. Cõcauitas Christi eius humanitas fuit. Matth. 15. Venite ad me omnes: & statim subiungit. Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde. Ber. Omnino currimus post te, Domine, propter mansuetudinem tuam. Tertio, per colligationem Dñs attraxit nos miserabilib. funib. Osee 3. In funiculis Adam traham te. Quarto per dulcẽ allectionẽ. Io. 6. Verba vita æternæ habes, & Idem. Numquam sic locutus est homo. Aug. in li. confessionum. Vulnerasti cor meum verbo tuo, & amaui te. Quinto, per repromissiones. Dan. 12. Et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Matt. 20. Ite vos in vineam meam. Sexto, pp naturalem appetitionem, sicut ignis extendit se sursum, terra vero deorsum: vnde quia centrũ est sursum, numquã põt quiescere deorsum. Vnde Io. 18. In mundo pressurã hẽbitis in me aũt pacẽ. Aug. in li. conf. Suspensus erã ad te &c. Greg. Cum omnia sint facta ad quærandũ Deum nihil humanæ menti sufficit q̃ non sit Deus. Aug. Tantæ siquidẽ dignitatis est humana conditio, vt mullũ bonum, prẽter summum, possit sufficere: vnde ex ipso verbo ipse probat peccatores non esse. Cũ exaltatus fuero, oia traham ad me ipsum, idest, peccatores. & non fuerunt tracti. ergo peccatores nihil sunt. Homo dr̃ omnia, qa est finis omniũ, quia vltimo factus, quia pp eum facta sunt omnia, ps. 8. Omnia subiecisti sub pedib. eius: vel quia est capax omnium, vel quia habet participationẽ cum omnibus, sicut dicit Gregor. super illo verbo, Prædicate euangelium omni creaturæ. Rogemus ergo Deminum. *Require in Inuentione sancta Crucis.*

In festo sancti Matthæi Apostoli.

VIdit Iesus hominem sedentẽ in telonio, Matthæũ nomine, Matth. 9. In isto euangelio tria notantur. Primo, magna Domini nostri Iesu Christi benignitas. Secundo, beati Matthæi sanctitas. Tertio, magna pharisæorum cæcitas. Magna Dei benignitas notatur in quinque. Primo, in Matthæi sanctificatione. Secundo, in eius ad apostolatum vocatione. Tertio, in familiari cum eo & cum alijs publicanis cõmestione. Quarto, in pharisæorum peccatorũ cõfutatione. Quinto in ipsius misericordiæ cõmendatione. Magna. n. benignitas fuit quod tam magnũ peccatorem iustificauit, vel sanctificauit, quod ad apostolatum vocauit, quod cũ eo tam familiariter mãducauit, q̃ pharisæos peccatores qui contemnebãt confutauit, quod tm̃ diuinã misericordiam cõmendauit. Primũ, ibi. Vidit. Deus eum vidit quadruplici oculo. s. gratiam infundendo, Eccl. 11. Est homo marcidus egens recuperatione; & post. Oculus Dei respexit illũ in bono, quod totũ satis bene exponitur de beati Matthei vocatione. Secundum, ibi. Vocauit eum. Isa. 41. Vocaui te, & non cognouisti &c. hoc est, nõ cognoscebas, cum esses magnus peccator, & vocaui te ad Apostolatum. Tertium ibi. Et factum est cum discumberetur in domo. Quartum, ibi. Non est opus valentib. medico, sed male habentib. quasi dicat vos non me indigetis, quia vos sanos reputatis. Quintũ. ibi. Euntes discite quid est quia misericordiam volo & non sacrificium. Sanctitas Matthæi notatur similiter in quinque. Primo, in omnium desertione: secundo, in veloci obedientia: tertio, in Christi imitatione: quarto, in hospitalitatis exhibitione; quinto, in omnium peccatorum suorum manifestatione. Primum, ibi. Relictis omnibus, Luc. 5. Secundum, ibi. Surgens: statim enim Domino precipienti obediuit. ps. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertium, ibi. Secutus est eum imitãdo. Eph. 5. Imitatores Dei estote. Hoc est totum bonũ hoĩs, sicut dicit Aug. vt imitetur Christũ, vt fugiat quæ ipse contẽpsit, & eligat quæ ipse elegit. Quartũ, ibi. Fecit conuiuiũ magnum. Heb. 11. Hospitalitatis nolite obliuisci: per hanc enim quidã placuerunt Deo angelis hospitio receptis, quanto magis recepto ipso Domino. Quintũ, ibi. Publicanus Matthæus nomine. Cum. n. fuerit binominus, voluit se vocari illo nomine quo magis erat notus, vt sic magis cognosceretur peccatũ suum. Alii aũt euangelistæ vocauerunt eum nomine suo. Pharisæorum cæcitas notatur in quinque. Primo, quia peccata sua grauia nõ videbant. Secundo, qa aliorũ minus grauia iudicabant habebant. n. in corde suo superbiam, quę est maximum peccatorum omniũ: & inuidiam, vel auaritiã, vel luxuriam, quę sunt minora, contemnebant. Mat. 7. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucã de oculo fratris tui &c. Tertio, quia quẽ laudare debebant, vituperabãt. Laudandus est quis de misericordia & benignitate corporali, hæc reprehẽdebant. prou. 22. Nouit, tamen per prædestinationem: viscera aũt impiorum, i. pharisęorum hypocritarũ crudelia. Quarto, quia vnde debebant gaudere inuidebant. Inuidebant Deum misericordem. ps. 88. Misericordias Domini in æternum cantabo. Quinto, quia vnde debebant illuminari, excæcabantur: qm̃ de Dei misericordia detractabant. Eccl. 36. Ostende nobis lucem miserationum tuarum, hæc fiebant, ibi. Et mirabantur pharisæi dicentes, quare cum publicanis, & peccatorib. mãducatis & bibitis &c. Pharisæorum cæcitas est fugienda, Matthæi sanctitas imitanda, & Dei benignitas dilegenda & laudanda &c. Rogemus. *Quære in festo sancti Io. Apost.* Cibauit illum pane vitę & intellectus &c.

In festo Sancti Michaelis.

IN omni loco oculi Domini contẽplantur bonos & malos. prou. 15. in his verbis notãtur tria, Primo Dei prouidentia; secundo, eius bonitas: tertio, ipsius Iustitia. Primum. ibi. In omni loco: s̃m, ibi. Bonos; tertiũ, ibi, Et malos. Circa primũ sciendum, quod in triplici loco contemplatur Dominus, secundũ quod in triplici loco contingit esse rationabilẽ creaturam, in loco luminoso in loco tenebroso, & in loco luminoso & tenebroso. Locus luminosus est cælum empyreum, vbi est lumẽ sine tenebris: locus tenebrosus est infernus, vbi sunt tenebræ sine lumine: locus luminosus, & tenebrosus est iste mundus, vbi est lumen & tenebræ. Primus locus in trinsecus, secũdus extrinsecus, tertius medius. In primo contẽplatur tantum bonos, in secundo tantum malos, in tertio bonos & malos. De primo, Gen. 2. Fons egreditur de loco voluptatis. De secundo, Lucæ. 17. Ne ipsi veniant in locum tormentorum. Deuto. 32. Inuenit eum in terra deserta, & in loco horroris & vastæ solitudinis. De tertio, Iob. 34. Deus dedit eis locũ pœnitentiæ &c. Propter hoc. n, ponitur homo in mundo isto, vt agat pœnitentiam. Iud. 2. Ascendet angelus Dñi de Galgala locum flentium. Est autem timenda visio Dei maxime ex quatuor. Primo, quia iudicat: secũdo quia videt tenebrosa; tertio, quia nemo se potest a visione eius abscondere. Abscondita, quia nullus potest post parietes latere; occulta videt, quia omnes cogitationes cordis. De his omnibus eccl. 34. Oculi eius multo lucidiores sole. Sic ergo hic notatur Dei prouidentia. In hoc

hoc ergo quod addit, bonos, significat ad bonum. Videt autem cos. Primo, ut ab omni malo eripiat. Secundo, ut orationes eorum exaudiat. Tertio, ut misericordiam exhibeat. Quarto, vt bonum gratiæ cõferat. Quinto, ut in oĩbus protegat. Sexto, vt bonũ gloriæ tribuat. De primo, ps. 32. Oculi Dñi super metuentes eum. De secundo, ps. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius &c. De tertio, Hier. 24. Et ponam super eos oculos meos ad planctum. De quarto, ecc. 11. Oculus Domini respexit illum, &c. i. in bonum. De quinto, ps. 32. Oculi Domini super timentes eum; & sequitur, quis est protector. s. In eis qui sperant super misericordia eius. De sexto, Isa. 49. Glorificatus est in oculis Domini. Videt ergo bonos ex sua bonitate; uidet aũt malos ex sua iustitia. Videt aũt eos quatuor modis. Primo, eorum opera considerando, secundo, super malis eorum indignãdo. tertio cõdẽnando, quarto, eis non parcendo, quinto, pœnam velociter inferendo. De primo, ecc. 29. Opera omnis carnis. i. carnalium, coram illo, & nõ est quicquam absconditum ab oculis eius. De secundo, Isa. 59. Et uidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius. De tertio, Amos. 9. Oculi Domini super regnum peccatoris vt conterat illud. De quarto, Ezec. 21. Et non pepercit super bonum, videt ergo malum ex iustitia. Isti sunt duo oculi, bonitas qua respicit bonos, & iustitia, qua videt malos. In istis ergo notatur Dei prouidẽtia, & eius bonitas, & ipsius iustitia. Prouidentia reuerẽda, bonitas diligenda, iustitia metuenda.

De eodem.

ANgeli eorum semper uident faciem patris mei. Matth. 18. In his verbis notantur tria de angelis. Primo, angelorum benignitas. Secundo, sanctorum angelorum iucunditas; tertio, iucunditatis æternitas. Primum, ibi, Angeli eorum; secundum, ibi. Faciem patris; tertium, ibi. Semper. Magna benignitas angelorũ notatur in hoc, quod dicũtur nostri, & bene nostri. quia quam cito anima creatur, datur ei angelus, qa sine dubio maximum est tam nobilem creaturã seruire homini peccatori & ingrato frequẽter. Seruire aũt dicuntur nobis tripliciter, s. purgãdo. & illuminando, & perficiendo. Istę. n. tres operationes conueniũt omnib. hierarchijs, sicut dicit Diony. Primũ, pertinet ad mali remotionem; s̃m, ad intellectus illuminationẽ; tertiũ ad affectus perfectionem. Primo. n. a malis purgamur, in intellectu illuminamur, in affectu perficimur. Purgamur per remotionẽ prauitatis & dissimilitudinis; illuminamur per susceptionem diuini luminis, pficimur per inflãmationem diuini amoris. De 1. Dion. Oportet purgãdos puros effici, & ab omni liberari dissimilitudinis effusione. De 2. ibid. Oportet illuminandos impleri diuino lumine, & ad cõtemplandam placidissimã virtutẽ castissimis mentis oculis reducendos. De 3. ibidẽ. Oportet instaurãdos participes fieri sacramentorũ perfectiuę scientiæ. Et quia nobis hæc faciũt, dicuntur angeli nostri; qa faciunt nobis octo seruitia, de quib. quę re in processu primę Dominicę Quadragesimę &c. Sic ergo notatur eorum benignitas. Beatitudinis eorum iucunditas notatur, ibi. Faciem patris mei. Facies quippe eius est admirabilis, delectabilis, amabilis, & desiderabilis. Admirabilis, propter maiestatis infinitatem; delectabilis, propter gratiarum multiplicitatem; amabilis, propter ineffabilis pulchritudinis claritatem; desiderabilis, propter gloriæ æternitatem. De primis duobus Hesthe. 9. Valde es admirabilis Domine, & facies tua plena gratiarum. Aug. Tanta est iucunditas diuini aspectus, ut nunquam uideri possit sine amore. De secundo. 1. Pet. 1. In quem desiderant angeli prospicere. Satis iucũdum est uidere faciem tam admirabilem, tam delectabilem. Tertio, notatur beatitudinis æternitas, ibi. Semper, & importat tria, quod sine intermissione, sine fine, & tota iucunditas eorum erit simul. ergo sancti angeli, & si ad exteriora officia admittantur, ab intimis contemplationibus nunquam recedunt. Boetius. Aeternitas est uitæ possessio tota simul. Ad quam æternitatem perducat nos, &c.

De beato Francisco.

IVstum deduxit Dominus per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei, Sap. 11. In his uerbis notantur duo. Primo, sanctorum meritum, ibi. Iustum deduxit. Secundo, præmium sanctorum, ibi. Ostendit illi regnũ. Circa meritum notantur tria. Primo, causa a qua est meritum: secundo, in qua est meritum; tertio, secundum quam est meritum. Causa efficientis meriti est Deus; causa in qua est meritum est iustum; causa secũdum quam est meritum, est uia recta. Hæc est formalis. Primum, ibi. Dominus; secundum, ibi. Iustum; tertiũ, ibi. Per uias rectas. Est autem Dominus causa efficiens meriti quatuor modis. Primo, faciendo idoneum ad merendum; secundo. mouendo ad uolendum; tertio, iuuando ad faciendum, quarto, conseruando ad perseuerandũ. Primum facit per gratiam prœuenientem; secundum, per gratiam subsequentem; tertium, per gratiam proficientem; quartum, per gratiam consummantem. De primo, Cor. 4. Deus est qui operatur in nobis. De quarto. philip. 1. Qui cœpit in uobis opus bonum, ipse perficiet usque in diem in Christo Iesu, &c. De his. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit. Citea fm sciendum, quod iustus dicitur multipliciter, secundum quod iustitia dicitur multipliciter. Iustitia enim dicitur innocentia. Glosa super illud. Exod. 13. Occidit Dominus omne primogenitum. Mors primogenitorũ est amissio iustitiæ naturalis, qua sibi homines sociales sunt. Secundo, dr̃ iustitia humilitas. Matt. 3. Sic decet nos implere oẽm iustitiam. Glo. i. humilitatem. Tertio dicitur iustitia bona uoluntas. Anselmus. Iustitia est rectitudo uolũtatis conseruata propter se. Quarto, iustitia dicitur misericordia. Aug. Iustitia est im miserendo miseris. Quinto, iustitia dicitur ius reddens unicuique quod suum est. Isidor. Iustitia est uirtus qua redditur unicuique quod suum est. Sexto iustitia dicitur gratia iustificans. Ro. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Septimo, iustitia dicitur omnis bonitas. Heb. 1. Dilexisti iustitiam. glo. i. omnẽ bonitatẽ. Octauo, dr̃ iustitia perseuerantia in bono opere, unde in definitione. Iustitia est constans & perpetua uoluntas animi. Iustus ergo dr̃, qui seruat innocentiam, qui habet gratiam iustificantẽ, rectam uoluntatem, humilitatem, & misericordiam, qui reddit unicuique quod suum est, qui habet omnem bonitatẽ & perseuerantiam in bonitate. Sequitur, per uias rectas. Rectæ sunt illæ, per quas recte itur ad uitam æternam. Illę autem sunt quinq. Primo, charitas. 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro. Secundo, paupertas, Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Tertio, tribulationum tolerantia, Act. 13. Per multas tribulationes oportet. Quarto, obedientia. Gregor. super illud. Matth. 2. Per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam, &c. Per aliam uiam redire monemur, ut qui pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter inobedientiam a paradiſo cecidimus.per obedien
tiam reuertamur.Quinto,veritas:Anſelmus.Veritas eſt
rectitudo ſola mente perceptibilis. pſal.24.Vniuerſæ
viæ Domini miſericordia, & veritas.Sic ergo in præ-
miſſis notatur ſanctorum meritum,in ſequentibus pre
mium oſtenditur,ibi.Oſtédite illi regnum Dei. Regnũ
Dei dicitur ciuitas cęleſtis, ſiue beatitudo æterna,quæ
dicitur proprie regnũ Dei.Ad quod nos perducat, &c.

De ſancto Dionyſio.

MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini
noſtri Ieſu Chriſti,Gal.6. &c. *Require in Inuen-
tione ſanctæ Crucis*. Venite ad me omnes qui laboratis,
& onerati eſtis,& ego reficiam vos. Matt.11.*Quære in
feſto ſancti Matthiæ Apoſtoli*.

De eodem.

VOcans ab oriente auem,& de terra longinqua vi
rum voluntatis meæ. Iſa. 46. Poſſunt hæc verba
exponi de beato Dionyſio: & notantur hic tria ad eius
commendationem. Primo,eius dignitas.Secundo,ſa-
pientię ipſius claritas.Tertio,contemplationis ſublimi
tas. Primum, ibi.Vocans: magna dignitas eſt vocari a
rege cęli,a dominatore angelorũ,a Domino omnium.
Secundum,ibi.Ab oriente.Tertium,ibi.Auem.

Circa primum ſciendum, quod Dominus vocauit
B.Dionyſium quadrupliciter.Primo,ad ſanctitatem ra
dijs virtutum eum illuminando.Secundo,ad prædica-
tionis effectum eum in epiſcopali dignitate ſublimã-
do. Tertio, a Græcia in Franciam deducendo, & eam
per ipſum illuminando. Quarto,de mundo ad cœlum
cum gloria martyrij coronando. De primo, Actuum
17. In quibus & Dionyſius Areopagita credidit. De
alijs tribus in legenda ſua. In hoc ergo q̃ dicitur, vo-
cans,notatur eius dignitas:ab oriente, ſapientiæ clari-
tas;& exponitur ttibus modis. Primo,ad literam; ab
oriente enim venit in occidentem, vt tanquam verus
ſol partes occiduas illuminaret. Secundo. Ab oriente,
ideſt ab Athenis.Oriens.n.eſt principium luminis, cũ
ab eo veniat omne lumen.& Athenis principium & ca
put erat tunc omnis philoſophiæ & ſapientiæ. Tertio,
ab oriente,i.ſapientis claritate: habuit enim multipli-
cem ſapientiam,cum philoſophus fuerit. Contempla-
tionis eius ſublimitas notatur,ibi. Auem:uolauit enim
tanquam auis altiſſima contemplando. Volauit autem
tripliciter in cęlum.In cęlum humanæ naturæ, in cę-
lum angelicæ naturæ,in cęlum ſanctiſſimæ Trinitatis.
In primo cęlo uidit cęleſtem ſub hierarchiã:in ſecun-
do, vidit cęleſtem hierarchiam,&c.De eodem.Sancti
per fidem vicerunt regna.*Require in feſto ſancti Fabia-
ni*.De ſancto Luca.Beati pauperes ſpiritu,quoniam ip
ſorum eſt regnum cęlorum,&c. *Quære ibidem.*

De ſancto Luca Euangeliſta.

ECce ego mitto uos ſicut agnos inter lupos, Luc.
decimo.In his uerbis tria notantur. Primo, datur
ſanctis confidentia. Secundo,ſubiungitur eorum inno
centia. Tertio, ſubditur iniquorum malitia.Primum
notatur, ibi. Ecce ego mitto uos, qui ſum bonus, ut
uelim defendere: ſum ſapiens, ut ſciam protegere;
ſum omnipotens,ut poſſim eripere. Cum ego inquam
ſic bonus, ſic ſapiens, ſic potens mittam vos, debetis
in omnibus confidere. De primo, Io. 10. Ego ſum paſ-
tor bonus:bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus
ſuis,ſ.defendendis.De ſecundo, Ioan. 18. Cum eſſem
eum eis,ſeruabã eos.De tertio, Iſa. 40. In brachio ſuo
porriget agnos.i.in potentia ſua defendit eos. In bra-
chio enim intelligitur fortitudo.Secundum uero, ibi.
Sicut agnos.Agni dicuntur ſancti propter tria. Primo
propter innocentiam: ſecundo,propter ſimplicitatem.
tertio,pp manſuetudinem. Sic ſancti ſunt innocentes
malum non faciendo,ſunt ſimplices intentionem ſuã
ad Deum dirigendo, manſueti mala illata ſine animi
amaritudine ſuſtinendo.De primo,2. Cor.6. Nemini
dantes vllam offenſionem.2.Pet.3. Satagite immacu-
lati inueniri.De ſecundo,Mat.10. Eſtote ſimplices ſi-
cut columbæ.De tertio,Hiero.1. Ego quaſi agnus man
ſuetus qui portatur ad victimam &c. Iniquorum mali
tia notatur,ibi.Inter lupos:& dicuntur mali lupi pro-
pter tria.Primo,propter nequitiam:ſecundo, propter
inuidiam;tertio,propter ſæuitiam.Lupus eſt animal ra
pax,ideo ſignificabat in malis nocendi nequitiam, ha-
bet uiſum corruptum,quia aufert homini uocem,ſi pri
mo eum uideat quàm videatur ab eo,ideo ſignificat in
uidiam. Eſt animal crudele, ideo ſignificat malorum
ſæuitiam. De nocendi nequitia, Hier.5. Lupus ad ve-
ſperam uaſtauit eos.De inuidia,Gen.17. Fera peſſima
deuorauit filium meum Ioſeph.1.inuidia. De tertio,
Sophon.3.Iudices eius lupi veſpere non derelinque-
bant in mane &c.Beatus iſte ſanctus ſicut agnus inno-
cens,ſimiliter manſuetus in medio iniquorum cum di
cta protectione,ſapientia,& bonitate cuſtoditus,redu
ctus eſt quaſi ad ouile uitæ æternæ, ad quam nos per-
ducat, &c.

De eodem.

CIbauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſa-
pientiæ ſalutaris potabit illum,& firmabitur in il
lo. Eccle.decimoquinto. *Quære in feſto ſancti Ioannis
euangeliſtæ.*

De ſanctis Simone & Iuda ex euangelio.

VOs non eſtis de hoc mundo,ſed ego elegi vos de
mundo,propterea odit uos mũdus,Io.15. In his
verbis notantur tria.Primo,ſanctorum dignitas;ſecun
do.Chriſti benignitas;tertio, mundi malignitas. Pri-
mũ,ibi.Vos non eſtis de hoc mũdo. Magna eſt digni-
tas ſanctorũ,q̃ non ſunt ciues huius ſęculi nequã, ſed
ſunt ciues cęli.Eph.2.Eſtis ciues ſanctorum.Dicuntur
aũt ſancti non eſſe de mundo pp tria.Primo,quia mun
dum,& omnia quæ eius ſunt deſpiciunt. Secundo,q̃
mundus eos perſequit. Tertio,quia non ſcđm morem
mundi viuunt.De 1.Mat.11. Ecce nos reliquimus om
nia.Io.2.Nolite diligere mundum.Phil.4.Oĩa arbitra-
tus ſum,vt ſtercora, De 2.Io.15. Si de mundo eſſetis,
mundus quod ſuum eſt,diligêret;quia vero de mundo
non eſtis, propterea odit vos mũdus &c.Itẽ non uituũt
ſecundum mores mundi. Mores mundi ſunt gaudere,
delitijs affluere,mores vero ſanctorũ ſũt triſtari,flere,
& affligi.Io.16.Mundus gaudebit, vos aũt contriſtabi
mini.Item,dicit Apoſt.Noſtra conuerſatio in cælis eſt,
& non in mundo.Benignitas notat in ſecunda clauſu-
la,ibi.Ego elegi vos de mundo. Primo elegi tam viles
ſeruos q̃ eligeretur.Io.15.Nõ vos me elegiſtis,ſed ego
elegi vos &c. Elegit aũt Dominus ſanctos de mundo
propter

propter tria.Primo,propter ipſius mũdi malignitatem.
Secundo,propter pœnarum,quæ in eo ſunt,multiplici-
tatem.Tertio,propter pereundi neceſſitatẽ.De primo,
Ioan.5.Totus mundus in maligno poſitus eſt.De ſecun
do,Greg. Contemnendus eſt hic mundus,etiam ſi reb.
proſperis animum demulcet:nunc autem quia tot cala
mitatibus premit, quid aliud niſi vt contemnatur cla-
mat?De tertio,1.Ioan.2.Et mundus tranſit,& concupi
ſcentia eius.Mundi malignitas notatur in tertia clauſu
la,ibi.Propterea odit vos mũdus:& apparet magna ini
quitas,quia mũdus odit ſanctos,maxime propter tria.
Primum,quia ab ipſis mundus illuminatur. Secundo,
quia per ipſos a periculis liberatur.Tertio,quia per ip-
ſos ſaluatur.De primo,Matt.5.Vos eſtis lux mũdi.Phi-
li.3.Vos eſtis teſtes lucis in mundo. De ſecundo,Gene.
19.Si inuenero ibi iuſtos, parcam eis &c. vnde ſequi-
tur quod ſancti ſunt cauſa quòd mundus non perit. Itẽ
mundus per ſanctos ſaluatur: vnde vni ex eis dictum
eſt.Gen.41.Vocauit nomen eius ſaluatorem mundi, &
Iſa.19. Mittet eis Saluatorem &c. Patet quòd ſanctis
iſtis conueniant verba iſta.Ipſi non fuerunt de mundo,
ſed electi a Deo,ideo mundus odiuit eos,& occidit:&
propter hoc venerũt ad vitam æternam, Ad quam &c.
De eodem.Propter te mortificamur tota die. *Quære in
feſto S.Io.& Pauli*

In feſto omnium Sanctorum ex euangelio.

VIdens Ieſus turbas aſcendit in montem,Matth.5.
In his verbis duo notantur ſcilicet Dei bonitas,&
ipſius maieſtas. Videns Ieſus turbas, quas Deus vidit
diuerſis temporibus oculis ſuæ bonitatis. Prima fuit
turba angelorum, quam vidit in initio temporis, eos
in beatitudine confirmando.Gen.1. Vidit Deus lucem
quòd eſſet bona ideſt,angelicam naturam, dicit Augu.
Secunda patriarcharum, quam vidit eos fide illumi-
nando, Oſee.9.In cacumine eius vidit patres eorum
ideſt in ſublimitate ſanctitatis. Tertia turba prophe-
tarum quam vidit prophetali radio illuminando.Hier.
1.Priuſquam te formarem in vtero, noui te. Quar-
ta turba apoſtolorum,quam vidit eos ad prędicationis
officium mittendo, Matth.4.Vidit duos fratres,& ait
illis. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores ho-
minum. Quinta turba martyrum, quam vidit eos
in paſſione conſolando. pſalm.33. Oculi Domini ſu-
per iuſtos. Sexta turba confeſſorum, quam vidit eos
luce ſcientiæ illuminando. pſalm.32. Oculi Domi
ni ſuper timentes eum. Septima turba virginum,
quam vidit ſibi inſeparabiliter copulando: ſunt iſ qui
cum mulieribus non ſunt coinquinati &c.poſt. Hi ſe-
quuntur agnum quocunque ierit. Iſtæ ſunt ſeptem
turbæ, de quibus dicitur in euangelio. Primæ tur-
bæ conuenit prima beatitudo, ſcilicet Beati paupe-
res ſpiritu, ideſt angeli humiles, qui pauperes ex-
titerant ſuperbia, qua diues & plenus fuit lucifer
cum ſuis ſequacibus. Secunda patriarcharum, qui
fuerunt mites, qui tot minis laceſſiti manſuetudi-
nem ſeruabant, & ideo data eſt eis terra promiſ-
ſionis. Tertia prophetis, qui propter mala quæ vi-
debant, fletibus vacabant. Quarta apoſtolis,qui tan-
tam habuerunt famem iuſtitiæ, quod vt ſatiari poſ-
ſent, eam per totum mundum quærebant. Quinta
ſcilicet miſericordia martyribus, qui ita fuerunt ple-
ni miſericordia, vt eam ſuis perſecutoribus impen-
derent. Sexta virginibus, qui munditiam corpore &
mente ſeruabant.Septima confeſſoribus,qui vt pacifice
poſſent viuere, ab omni inquietudine ſe ſegregabant.
In uiſione ergo turbarum apparet eius bonitas, ſed in
montis aſcenſione apparet eius maieſtas. Aſcendit in-
quam in montem: aſcendit in triplicem montem. Pri-
mus mons,patris diuinitas,ſecundus,matris uirginitas
tertius,cęli ſublimitas.De primo,pſa.67.Mons in quo
beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Dominus enim
inhabitat inacceſſibilem lucem æternitatis 3.Timot.1.
Lucem inhabitat inacceſſibilem. De ſecundo, Dan.4.
Lapis abſciſſus eſt de monte ſine manibus, quia natus
eſt Chriſtus de Virgine ſine opere humano. De tertio,
pſal.23. Quis aſcendit in montem Domini? Primum
montem aſcendit ab æterno in ſua a patre generatio-
ne:ſecundum,in incarnatione, tertium, in aſcenſione.
De primo.Matth.vlt.Aſcendo ad patrem meum & pa-
trem veſtrum,hoc eſt,Aſcendiſſe me ab æterno,modo
apparet.De ſecundo, Iſa.19.Aſcendit Dominus ſuper
nubem leuem,&c.De tertio, Epheſ.3.In prima aſcen-
ſione apparet æternitas, in ſecunda eius humanitas, in
tertia eius gloria.In prima eſt adorandus, in ſecunda
amandus, in tertia deſiderandus &c

De Sancto Martino.

SCidi pallium meum, euulſi capillos & barbam, &
ſedi mœrens. Heſth.9. Hæc uerba poſſunt expo-
ni de beato Martino. Et notantur hic tria,quæ fecit in
triplici ſtatu.ſcilicet in ſtatu militis, in ſtatu monachi,
& in ſtatu epiſcopi.Fuit enim miles, monachus, & e
ſcopus. Miles pallium ſcidit ad literam, & paupe
do dedit. Iſa.4.Cum uideris nudum, operi eu
nachus capillos euulſi, ideſt temporalia rel
per capillos deſignantur. Epiſcopus mœrens
ad epiſcopum pertinet peccata ſubditorum flere.Hie-
rem.11. Quis dabit capiti meo aquam &c. Moraliter
in uerbis iſtis notantur tria neceſſaria pœnitenti. ſcili-
cet contritio, confeſſio, & carnis maceratio. Primum.
Mœrens. Eſt enim contritio dolor de peccatis. pſal.6.
Lauabo, per ſingulas noctes lectum meum lacrymis
meis ſtratum meum rigabo &c. Secundum,ibi Euulſi
capillos & barbam.i.peccata mentis & carnis, ſcilicet
carnalia & ſpiritualia,quæ radenda ſunt nouacula con
feſsionis. Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum ra-
dens pilum &c. Carnis maceratio pertinet ad ſatisfa-
ctionem, nota ibi. Scidit palium. Per pallium intelli-
gitur corpus. Cant. 5. Tulerunt pallium meum, ideſt
corpus. Vox eſt Martini &c.

De Sancta Cecilia.

MVulier diligẽs corona eſt viro ſuo,Prou.12.Hęc
uerba poſſunt exponi de beata Cecilia, & notã
tur hic tria de ea.Primum, ipſius natura exprimitur;ſe
cundum, uirtus ſubiũgitur: tertiũ, virginitatis prẽmiũ
exprimitur.Primũ.ibi.Mulier, ſecundũ,ibi.Diligẽs,ter
tium, ibi. Corona eſt uiro ſuo. Circa primũ ſciendum,
quod beata Cecilia fuit mulier ſpecioſa, gratioſa, &
glorioſa,Specioſa propter tria.Primo,propter uirgini-
tatis candorẽ:ſecundo,propter martyrij ruborẽ:tertio
propter corporis decorem.Fuit ergo virgo, martyr, &
pulchra.De primis duobus. Cant.1. Ecce tu pulchra es
amica mea.De tertio,in legẽda ſua. Gratioſa fuit in tri
bus.Deo p humilitatẽ, angelis p puritatẽ, & hominib.
p benignitatẽ.De primo 1.Petr.1.Humilib. dat gratiã.

Glorioſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glorioſa fuit propter tria, in rationabili, propter aureolam prædicationis: in iraſcibili, propter aureolam martyrij, in concupiſcibili propter aureolam uirginitatis. Fuit enim prædicatrix, martyr, & virgo. Patent hæc in legenda ſua. Circa ſecundum ſciendum, quod fuit diligens in quinque. Primo, in carnis macératione: ſecundo, in Dei dilectione: tertio, in deuota oratione: quarto in eleemoſynarum elargitione, quinto, in aliorum conuerſione. De primo, Cilicio Cecilia carnem domabat. De ſecundo, Cantantibus organis Cecilia ſoli Deo decantabat. De tertio, Non diebus nec noctibus a collocutione Dei, & orationes ceſſabat. De quarto in legenda de pauperibus quos miſit ad Vrbanum. De quinto, patet in conuerſione uiri G confratris, unde ſequitur. Corona eſt uiro ſuo in uita æterna, fuit uiro ſuo moraliter. De coronis. *Quare in feſto Sancti Stephani &c.*

De Sancto Clemente.

AQuæ multæ non potuerunt extingere charitatem &c. Cant. 8. Satis patet quomodo hæc verba conueniunt beato Clementi. Tanta enim fuit in eo charitas, quod omnes aquæ maris non potuerunt eam extinguere. Notantur autem hic tria circa paſſionẽ eius. Primo, eius paſſionis acerbitas, ſecundo, perſeuerantię conſtantia, tertio, ipſius charitas. Primum, ibi. Aquę multæ. i. marinæ, quod eſt omnium aquarum congregatio, in quo fuit ſubmerſus beatus Clemens. Secũdum, ibi. Non potuerunt extinguere. Nulla enim tribulatio eum potuit ab amore Chriſti ſeparare. Rom. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio &c. Tertium, ibi. Charitatem. Sunt enim quatuor actus charitatis ſpecialiter, qui fuerunt in beato Clemente. Primus actus eſt unire diligentem cum dilecto ideſt hominem cum Deo. Secundus uiuificare, & de his duobus Auguſt. in lib. de Spiritu & anima. Quid eſt charitas, niſi uita copulans diligentem cum dilecto? Tertius diligere. Dyon. Amorem, in quit, ſiue diuinum, ſiue angelicum, ſiue intellectualem, ſiue actualem dicimus quandam uitiuam uirtutem ſuperiora mouentem ad inferiora prouidentiam æquiformem, in ſocialem uicißitudinem, nouiſſimam ſubſtantiam ad meliorum & ſuperpoſitorum conuerſionem. Quartus actus charitatis eſt deſiderare præſentiam dilecti continuam. Aug. in lib. de moribus Charitas eſt rectiſſima animæ noſtræ conuerſio, qua nos iungimur Deo Cant. 2. Nuntiate dilecto, quia amore langueo &c.

De Sancta Catharina.

SApiens mulier ædificat domum ſuam. Prou. 14. Hæc uerba poſſunt exponi de beata Catharina, & notantur hic duo. Primum, eius ſapientia; ſecundum, utilitas. Primum, ibi. Sapiens mulier; ſecundum, ibi. Aedificat domum ſuam. Circa primum ſciendum, q̃ beata Catharina ſignificatur per tres mulieres ſapientes, de quibus inuenitur in textu. Prima mulier ſapiens Abigail. 1. Reg. 35. Erat autem mulier ſapiens, & ſpecioſa. Secunda mulier Thecuitis. 2. Reg. 14. Miſit & tulit inde mulierem ſapientem. Tertia mulier Debora. Iudicum. 5. Et clamauit mulier ſapiens &c. Prima mulier fuit ſapiens in ethica; miro enim modo philoſophata eſt de moribus, ſicut patet ibidem. Malitiam, inquit, uitę &c. Secunda mulier ſapiens fuit in phyſica. Locuta eſt de naturis rerũ. Omnes, inquit, morimur & quaſi aquæ dilabimur, inter quæ nõ reuertimur. Tertia mulier fuit ſapiens in logica; eſt n. logica rationalis ſciẽtia inquirens uerum. Ipſa rationabiliter loquendo reſpondebat ueritatem. Hæc eſt quæ dicit. Nonne ego ſum quæ impendo ueritatem &c. Et in iſta triplici ſapientia fuit B. Catharina, ſicut in legẽda ſua dicitur. Prima mulier liberauit Nabal per ſuam ſapientiam, ſecunda Abſalon, tertia ciuitatem. B. Catharina ſua ſapiẽtia, liberauit philoſophos a damnatione perpetua ad Chriſti fidem conuertendo; liberauit fideles in fide Chriſti confirmando; liberauit eccleſiam a confuſione, regem & philoſophos conuertendo. Per Nabal qui interpretatur ſtultus, ſignificantur illi quorum ſapientiam ſtultam fecit Deus. 1. Corin. 1. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Per Abſalon fideles interpretantur. Eſt. n. patris luctus, uel amaritudo; Chriſtus autem pro fidelibus fleuit, & paſſiones & amaritudines ſuſtinuit, 2. Pet. 2. Xps paſſus eſt pro nobis &c. Thre. 3. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meę &c. Ciuitas uero figurat eccleſiam. pſal. 121. Hieruſalem quæ ædificatur ut ciuitas. Fuit ergo ſapiens mulier, ſcilicet quia utilitas ſapientiæ eius ædificauit eam tripliciter. Primo lapides in eius ædificio conſtruendo; ſecundo, conſtructos confirmando; tertio, deſtructori reſiſtẽdo. Primum patet in philoſophis, quos in ædificationem H eccleſię collocauit; ſecundum patet in fidelib. quos uerbis & exemplis confirmauit. Tertium in rege, quem cõfutauit. & præter iſtas ſapientias habuit quinque alias ſapientias, quæ ſunt ſapientiæ ſanctorum. Prima eſt Deum timere. Secunda, a malo recedere. De his dubus. Iob. 28. Ecce timor Domini, ipſe eſt ſapientia, ecce primum: & recedere a mala intelligentia, ecce ſecundum. Tertia ſapientia ſanctorum eſt bona agere. Quarta, mala pati. Quinta, in his perſeuerare. Aug. ſapientia ſanctorum eſt bona agere, & pati mala, & in his perſeuerare. In iſtis ſapientijs ſtudere debemus &c.

De ſancto Andrea ex euangelio.

I

ATt illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum, Matth. 4. Tria docent nos hic iſti Apoſtoli exemplo ſuo. Primum, continuo Deo obedire: ſecundum, retia relinquere: tertium, poſt ipſum ire. Primum, ibi. Cõtinuo. Secundum, ibi. Relictis retibus. Tertium, ibi. Secuti ſunt eum. Circa primum nota; quod propter quatuor maxime debemus continuo Deo obedire. Primo, quia continuo deſinimus: ſecundo, quia continuo ueniet inobedientibus ira illius: tertio: quia continuo datur obedientibus præmium: quarto quia continuo ſibi irrationales creaturæ obediunt. De primo, Sapien. 2. Et nos nati continuo deſinimus eſſe. De ſecundo, Eccleſ. 5. Subito ueniet ira illius. De K tertio. Iſa. 60. ego ſum, ſubito faciam illud: loquitur de præmio ſanctorum. De quarto, Matth. 20. Ate facta eſt continuo ficulnea, ex quo præcepit ei Dominus. Circa ſecundum nota, quod quadruplex eſt rete quod eſt cauendum. Primum ſunt diuinæ ſæculares. Iob. 18. Miſit in rete pedes ſuos. Secundum mala mulier. Abacu. primo. Congregauit in rete ſuum. Bernardus de ſorore ſua dixit, quod erat rete diaboli. Tertium, adulator amicus proditor. Prouer. 29. Homo qui blandis fictiſque ſermonibus &c. Quartum ultio diuina. Oſee 8. Expandi ſuper eos rete meum. Circa quartum nota, quod Dominus promittit quatuor

quot ſequẽtibus ſe. Primo, uitæ claritatem. Io. 8. Qui ſequitur me, nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ uitæ. Secundo, iudiciariam poteſtatem. Matt. 19. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Tertio, theſaurum cæleſtem, Ibidem. Veni, ſequere me, & habebis theſaurũ in cœlis. Quarto, loci amœnitatem. Io. 11. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ego ſum, illic, & miniſter meus erit. Primum eſt præmium rationalis, ſecundum iraſcibilis, tertium concupſcibilis, quartum corporis, Ad quod perducat nos Deus &c.

De eodem.

AScendam in palmam, & apprehẽdã fructus eius, Cant. 8. In his uerbis tria notantur ad laudẽ beati Andreæ, cuius uerba hæc poſſunt eſſe. Primo, patiendi uoluntas ibi. Aſcendam: ſecundo, paſſionis utilitas, ibi. In palmam: tertio, paſſionis utilitas, ibi. Et apprehẽdam fructus eius. Circa primum nota, q̃ octo ſunt gradus aſcendendi in palmã, i. in crucem. Primus gradus, perſecutoris aggreſſus. Secundus, deuota martyrij proceſſio: de his duobus in uita ſua. Tertius, deuota de cruce ꝑdicatio. In legẽda, ibi. O ſi ſcires uirtutẽ crucis &c. Quartus, carceris toleratio, ibi. Iuſſit eum in carcerem detrudi. Quintus, populorum eum liberare uolentium prohibitio, ibi. Nolite ſanctum. Sextus, funium proteſtatio, ibi. Iuſſit eum funibus cedi. Septimus, deuota ut pati mereretur oratio, ibi. O beata crux. Ezech. 40. Et ſeptem gradum erat aſcenſus eius. Circa paſſionẽ notandum, q̃ paſſus eſt deſideranter, ibi. Iam concupiſcẽti animo præparata: confidenter. ibi. Securus: lętanter, ibi. Gaudens uenio ad te: conſtanter, quia nunquam a prædicatione ceſſabat: longanimiter, ibi. Biduo: gratanter, gratias agendo. perſeueranter, quia nunquam niſi mortuus deſcendere uoluit. Circa tertium nota, quod ipſe collegit duodecim fructus de palma illa ideſt duodecim gaudia paradiſi. Apoc. 12. Et lignum, afferens fructus duodecim per ſingulos menſes &c.

De ſancto Nicolao ex epiſtola.

ECce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus, Ecc. 44. In his cõmendat iſte ſanctus a ſex. Primo, a diuina ad ſacerdotiũ uocatione, ibi. Ecce, ꝙa hic eſt quẽ Dominus elegit. Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honorẽ, niſi qui uocatur a Deo. Secundo, a ſacerdotalis officij executione, ibi. Sacerdos ideſt facer dux, populũ per bona exempla ad uitã æternã ducendo. 1. Timo. 4. Sed exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate fidelum &c. Vel ſacra dans, ſacramenta deuote tribuendo. Matt. ult. Baptizantes eos in nomine patris &c. Vel ſacra docens, doctrinæ inſiſtẽdo. 2. Tim. 4. Prædica uerbũ. Tertio a uirtutũ ſplendore, ibi. In diebus ſuis. Habuit enim ſeptem dies. Diẽ ſolis, i. diem ſapientiæ: diẽ lunæ, i. donum intellectus, diẽ martis, i. fortitudinis, diem mercurij, i. conſilij: diẽ iouis, i. ſcientię, diem ueneris, i. pietatis; diem ſaturni, i. timoris. De his ſeptem diebus. Deu. 18. Septem diebus non apparebit fermentũ, quia in iſtis diebus nihil habere debemus de hypocriſi, uel inani gloria. Lu. 12. Attendite a fermẽto phariſæorũ q̃ eſt hypocriſis. Quartũ, cõmendatur a recta intentione, ibi. Placuit Deo, non hominibus. Gal. 1. Si adhuc hominib. placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem &c. Quinto, a ſancta conuerſatione; ibi. Inuentus, i. apparuit. 1. Pe. 2. Conuerſationem ueſtram inter gẽtes habentes bonam 2. Pet. 2. Aſpectu. n. & auditu iuſtus eſt. Sexto, a deuota oratione, ibi. Factus eſt recõciliatio: per orationem. n. fit reconciliatio. Sap. 18. Properãs. n. homo, ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruturis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem alligans reſtitit irę, & finem impoſuit neceſſitati. Nota. Qui in diebus ſuis placuit Deo. Illos dies debemus ſtudere habere, qui expellunt ſeptem noctes ſeptem uitiorum. Timor expellit ſuperbiam, pietas irã, ſcientia inuidiam, fortitudo accidiam, conſilium auaritiam, intellectus gulam, ſapientia luxuriam &c.

De B. Lucia.

QVi gloriatur, in Domino glorietur. 2. Cor. 10. Omnis cõdalis creatura appetit gloriam, quia ad hoc creata eſt; ideo Apoſtolus docet hic ubi inuenitur uera gloria. Eſt. n. gloria falſa in diuitijs temporalibus. pſal. 11. In multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Vana, in honorib. ſęcularibus. pſ. 9. Gloriantur in ſimulacris ſuis, i. in ſæculi dignitatibus. Hiere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua &c. Stulta, in uoluptatibus; ſtultũ eſt. n. gloriari in eſcis mortalib. 1. Tim. 5. Quæ in delitijs eſt, uiua mortua eſt. Mala, in iniquitatibus. pſ. 51. Quid gloriaris in malitia. Primo conuertet in inopiam. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil ſecũ auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet &c. Secunda, in ignominiã. Oſee. 9. Gloria eorum in ignominiam commutatur. Tertia, in luctus anguſtiam. Apo. 18. Quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit, tm̃ date ei tormentum & luctum &c. Quarta, in æterna tormẽta. pſ. 20. Pluet ſuper peccatores laqueos. Iſa. vlt. Vermis eorum non morietur, &c. Vera gloria in Domino eſt gloriari in eius cognitione. Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiã, & iudicium, & iuſtitiam in terra. Item, in mirabilium eius conſideratione. Eccl. 18. Gloriari in mirabilib. eius. Item, in Dei dilectione. pſal. 5. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Item, in Dei laudatione. pſalm. 105. Gloriemur in laude tua. Item, in Dei perfruitione. pſalm. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua, &c.

De S. Thoma Apoſtolo.

DEdit abyſſus uocem ſuam; altitudo manus ſuas leuauit, Abacuc. 3. Poſſunt hæc uerba exponi de E beato Thoma. Et notantur hic duo. Primum, Thomæ fidelitas, ibi. Altitudo manus ſuas leuauit. Secundum, diuina bonitas, ibi. Dedit abyſſus uocem ſuam. Abyſſus dicitur Thomas propter tria. Primo, propter nominis rationem; ſecundo, propter etymologiæ ſignificationem, tertio, propter diffinitionem. Propter nominis rationem, ꝙa Thomas interpretatur abyſſus. Propter etymologiæ ſignificationem, quia abyſſus dr̃ ab. a. quod eſt ſine, & byſſus quod eſt pannus candidus, i. ſine candore lucis; fuit enim aliquando ſine candore & luce fidei. Propter diffinitionem, quia abyſſus eſt profunda aquarum congregatio. Aquæ profundæ ſunt uerba profunda, quæ fuerunt in beato Thoma. prouerb. 18.

Aqua

Universidad de Deusto Biblioteca

A qua profunda verba ex ore uiri. Hic abyssus dedit qu ntuplicē uocē. Prima fuit dilectionis. Io. 11. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Secunda, dubitationis. Io. 20. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam &c. Tertia, cōfessionis. Io. 20. Dominus meus, & Deus meus. Quarta, obedientiæ. Domine quo uis mitte me. Quinta, iustitiæ, quando rogauit ut ille qui eum percusserat, puniretur in præsenti. Dedit etiam & sextam uocem. s. prædicationis Iudæorum, & sponsi & sponsæ conuersionem. Bonitas Dei notatur, ibi. Altitudo manuum suarum leuauit. Altitudo Christus, quia tunc manus ad literam leuauit, quando eas Thomæ ad dandam fidem de sua resurrectione uera ostendit. Leuauit autem Dominus manus ad quatuor. Primo, ad offerendum sacrificium pro mundi expiatione. ps. 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Secundo, ad dandam benedictionem. Lu. vlt. Eleuatis manibus benedixit eis. Tertio, ad potentiæ suę ostēsionem. Deu. 32. Et leuabo manus meas ad cęlum. Quarto, ad malorum percussionem. Eccle. 3. Alleua manum tuam super gētes alienas. Pro prima alleuatione debemus eum diligere; pro secunda, ei gratias agere; pro tertia, eū timere; pro quarta, sibi obedire. De prima, Ber. Super omnia &c. De secunda, Eph. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali in cælestibus. De tertia, Mat. 10. Eum timete qui potest & animam, & corpus perdere in gehēnam &c. De quarto, Deut. 18. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam &c. Ad quam benedictionem perducat nos Christus. Amen.

Finis Sermonum Dominicalium et festiuorum D. Thomæ de Aquino Doctoris Angelici, in Bibliotheca Vaticana nuperrime repertorum.

Series Chartarum.

A B C D E F

Omnes sunt Quaterniones, præter F, qui est Duernio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca